Sc.11.Pl.1.

37
45 G
3
MAG 3379

II.

2 N. 10.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTI
CÆCILII
CYPRIANI
OPERA.

Digitized by Google

SANCTI
CÆCILII CYPRIANI
EPISCOPI
CARTHAGINENSIS
ET MARTYRIS
OPERA

Ad MSS. codices recognita & illuſtrata ſtudio ac labore Stephani Baluzii Tutelenſis.

Abſolvit poſt Baluzium, ac Præfationem & Vitam SANCTI CYPRIANI adornavit unus ex monachis Congregationis S. Mauri.

Editio prima Veneta, cui acceſſit Index in Notas, & in Vitam S. Patris.



VENETIIS,
Apud Antonium Groppum & Franciscum Pitterium
In Via Mercatoria ſub Signo Fortunæ Generoſæ.

MDCCXXVIII.
SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO

In qua poſt enumeratas Sancti Cypriani operum editiones, de S. Martyris doctrina pluribus diſſeritur.

AD hanc præfationem aggredienti nec S. Cypriani laudes perſequi neceſſarium videtur, nec Baluzii laborem commendare. Conſpirans omnium in Cypriani admiratione conſenſus, favoris aucupia non deſiderat : editori ſuffragatur eruditionis fama & plurima in antiquis ſcriptoribus edendis & emendandis induſtria. Multa quidem exſtant Baluzii laborum monumenta, nec cuiquam fere concedit, qui rem litterariam auctius ditaverit ; ſed præterquam quod ad hoc extremum opus longo uſu exercitatus acceſſit, numquam alias videtur operæ & labori minus peperciſſe in vetuſtis codicibus undique comportandis & evolvendis. Juſſus hac urbe abſcedere anno 1710. conſilium edendi Cypriani non abjecit, nec intermiſit laborem, quem tamen redux ſub finem anni 1713. novo conatu repetiit, ac tandem typis cœpit mandare anno 1717. Jam prelum abſolverat genuina Cypriani opera ac maximam partem Baluzii annotationum, cum eum utiliter laborantem vita defecit die 28. menſis Julii, anno ætatis 88. Chriſti 1718. Mortuo Baluzio non ſine litterarorum omnium deſiderio, novæ hujus editionis opus diu interruptum pependit; ſed anno 1724. R. admodum P. domnus Dionyſius de Sainte Marthe Superior generalis congregationis ſancti Mauri, pluribus rogante Typographiæ Regiæ Præfecto, rem uni ex ſuis commiſit, qui libenter oneri ſucceſſit, & ab alio adjutus telam a doctiſſimo viro nondum abſolutam pertexere conatus eſt, cum iis edendis & emendandis quæ Baluzius intacta reliquerat, tum vero, ut in pluribus aliis Patribus percommode factum eſt, uberius de rebus geſtis Cypriani deque illius doctrina diſſerendo. Ut promiſſis ſatisfiat, nonnullæ S. Martyris ſententiæ in hac præfatione, quam vita Cypriani proxime ſequetur, æquis ponderibus examinandæ ſunt; ſed antea variæ illius operum editiones recenſendæ videntur.

Variæ operum Cypriani editiones quæ in ipſis typographiæ incunabulis adornatæ ac poſtea pluribus in locis repetitæ ſunt, quanta fuerint hujus ſcriptoris legendi ſtudia declarant. Tres antiquiſſimæ memorantur : Romana an. 1471. per Conradum Svveinheim & Arnoldum Pannartz; Veneta an. 1471. per Vindelinum Spirenſem; tum quæ dicitur innominata, quia nec urbis nec typographi nomen adſcriptum. Teſtatur editor Oxonienſis uſum ſe eſſe tribus editionibus. *Ad manum habui*, inquit, *editiones vetuſtiſſimas, Spirenſem anni* 1471. *innominatam cui nec patria nec ætas affigitur, necnon illam Remboldi anni* 1512. ſed tamen editio illa, quæ Spirenſis vulgo dicitur, non Spiræ, ſed Venetiis excuſa, ut jam obſervarunt eruditorum nonnulli; & eorum errori, qui illam Spiræ attribuunt, locum dedit nomen Vindelini Spirenſis, a quo perfecta fuit anno 1471. Nam Joannes Spirenſis mortuus eſt Venetiis anno 1470. ejuſque officio & laboribus in eadem urbe ſucceſſit frater Vindelinus, cui proinde debetur hæc editio. Id patet ex his verſibus, qui ad calcem editionis librorum *de* Civitate Dei ab eodem Vindelino adornatæ leguntur:

Qui docuit Venetos exſcribi poſſe Joannes
Menſe fere trino centena volumina Plini,

Et totidem magni Ciceronis Spira libellos;
Cœperat Aurelii: ſubita ſed morte peremptus
Non potuit cœptum Venetis finire laborem.
Vindelinus adeſt ejuſdem frater & arte
Non minor: Hadriacaque morabitur urbe.
M. CCCC. LXX.

Ex his maxime dubium videtur quod ait poſt nonnullos alios eruditus auctor Annalium Typograph. tom. 1. Vindelinum in Germaniam abiiſſe & anno 1471. Bartholdi opera ibi edidiſſe. Recenſet idem ſcriptor libros a Vindelino Venetiis an. 1572. & 1577. editos.

Prodiit Pariſiis anno 1512. alia editio operum Cypriani ex typographia Bertoldi Rembolti, & Joannis VVaterloes. Acceſſerunt in hac editione cardinalia Chriſti opera, expoſitio in ſymbolum Apoſtolorum & paſſio S. Cypriani; libro ſive epiſtola de Aleatoribus, & aliis nonnullis, quæ ad Robertum Fortunatum miſſa fuerant, in aliud tempus rejectis. Is enim Robertus Fortunatus provinciam recognoſcendorum Cypriani operum ſuſcepit; vel potius, ut ipſe teſtatur in epiſtola nuncupatoria ad Ruricium Bleſenſem, virum ſenatorium, eo aut lectionibus aut rebus familiaribus occupato, Guillelmus Potetus *opus inſigne relegit, emaculavit, & annotationibus quibuſdam non negligendis, locorumque bibliæ & aliorum citationibus, vel*, ut ajunt, *quotationibus ad marginem perpulcre multoque cum labore donavit*: poſt epiſtolam nuncupatoriam alia ab eodem Fortunato appoſita eſt, quæ de utilitate librorum Cypriani, ac de ejus eloquentia pertractat, cum hac inſcriprione C. de P. Jacobo Graſolario civi Veneto ſalutem dicit. Ceterum hæc editio ſatis accurata eſt, ac in multis, quæ perperam in ſequentibus editionibus mutata fuerant, cum codicibus mſſ. conſentit. Dicit Eraſmus uſum ſe eſſe *præſidio trium editionum, Romanæ, qua nihil vidi*, inquit, *depravatius & tamen hæc alicubi profuit: cujuſdam alterius, cujus titulus exciderat, & Badianæ*. Editio illa, quam Eraſmus celeberrimo Badio attribuit, eadem videtur eſſe ac Rembolti; obſervat enim Eraſmus librum de cardinalibus Chriſti operibus *in editione Badiana ſeparatum haberi a reliquo volumine*: id quod videre eſt in Rembolti editione, qua jam abſoluta hoc opus ſeparatim additum fuit. Alia editio, cujus titulus exciderat, forte eadem fuit ac innominata. Quod ſpectat ad Romanam; teſtatur Fridericus Reinhartus uſum ſe eſſe *ambabus illis ex inclitæ reipublicæ Noribergenſis bibliotheca benevolentiſſime communicatis operum Cypriani editionibus, anno jam tum* M. CCCC. LXXI. *ante typographica vix adulta publici juris factis, Romana, haud dubie diverſa ab illa qua Henr. Gravius in edit. Colon. anno* 1544. *præter Badianam quamdam & aliam uſum ſe eſſe, nihil autem depravatius vidiſſe ſcribit, & Spirenſi, cujus artifex Vindelinus quidam laudatur*. Gravium cum Eraſmo confundit Reinhartus; nec cuiquam facile probabit Romanam editionem anni 1471. qua uſum ſe eſſe dicit, diverſam eſſe ab ea quam Eraſmus commemorat.

Eraſmus qui tot ſanctorum Patrum editionibus præclare de re eccleſiaſtica & litteraria meritus eſt, ſuam in Cypriano operam non paſſus eſt deſiderari. Prodiit eo accurante Cyprianus an. 1520. Baſileæ fol. ex officina Frobeniana, ſed multo quam in ſuperioribus editionibus locupletior. Primus enim in lucem edidit Eraſmus litteras de hæreticis baptizandis ad Quintum, ad Jubajanum & ad Pompejum, librum tertium Teſtimoniorum, ac ſententias epiſcoporum in concilio Carthaginenſi tertio: ejuſdem diligentiæ debentur tres tractatus; de Laude Martyrii, de Diſciplina & Bono Pudicitiæ, & ad Novatianum hæreticum, quos etſi Cypriano abjudicant plerique critici, nemo tamen antiquiſſimos & Cypriano dignos negaverit. His adjunctæ fuerunt duæ orationes Cypriano affictæ. Senſit Eraſmus, vir emunctæ naris, hæc opera non eſſe Cypriani, ſed quod ſatis mirari non poſſum, aliud opus, cujus auctor Diocletiani & belli adverſus

verſus Turcas meminit, inter certiſſimos Cypriani fetus aſcribit; librum dico de Duplici Martyrio ad Fortunatum, quo invento viſus eſt ſibi, ſi ei credimus, magnum quemdam theſaurum inveniſſe. *Hunc in vetuſtiſſima*, inquit, *bibliotheca repertum adjecimus; utinam & liceat cetera hujus viri ſalutifera ſcripta perveſtigare*. Sed hujus libri artificem eſſe Eraſmum, ac ingenii ſui opus Cypriano ſubdidiſſe pronuntiat Henricus Gravius, cui videtur hac in re Pamelius aſſentiri. Certe hactenus nec bibliotheca, ex qua hunc librum eruit Eraſmus, cognita cuiquam fuit; nec codex, quo ſe uſum eſſe indicat, cujuſquam in manus pervenit. Et res & verba ſtilum Eraſmi redolent; & quod ſuſpicionem auget, nonnulla Scripturæ teſtimonia, ut obſervat Pamelius, ita prorſus in hoc libro, ut in aliis Eraſmi elucubrationibus redduntur. Hæc editio ſæpe repetita variis in locis, ut Baſileæ apud eumdem Frobenium anno 1525. 1558. fol. addit Fabricius 1540. fol. ut Coloniæ 1525. 1544. ut Lugduni 1528. 1537. 1544. 1554. Pariſiis 1541. ſed de his rebus tam parum convenit inter eos qui Scriptores Eccleſiaſticos recenſuere, aut librorum texuere catalogos, nihil ut certo ſtatuere poſſit, niſi qui has omnes editiones oculis ſuis viderit, quod mihi fateor uſu non veniſſe. Inter has autem editiones inſignis illa eſt ac præcipue memoranda, quam Henricus Gravius doctiſſimus Dominicanus anno 1544. Coloniæ dicitur accuraſſe; ſed monet Baluzius in notis, p. 543. hanc editionem non ab ipſo Gravio adornatam fuiſſe, ſed ab alio, qui uſus eſt quodam exemplari edito, Gravii partim conjecturas, partim ex codice mſſ. varias lectiones ad marginem continente. Recenſet Fabricius editiones Cypriani operum Coloniæ anno 1520. apud Henricum Alopecium: Venetiis anno 1547. Antuerpiæ anno 1541. addere potuiſſet 1542. apud Joannem Crinitum. Thomæ Jameſii Cyprianum redivivum Londini 1600. numerat idem Fabricius, qui & de his tebus, & de iis a quibus Cyprianus vernaculis linguis illuſtratus, aut nonnulla illius opera ſeparatim edita ſunt, conſuli poteſt.

Quidquid ex Cypriani operibus adhuc in bibliothecis latebat, id Paulus Manutius & Guillelmus Morelius tam accurate collegerunt, ut nihil poſt eos repertum fuerit, quod Cypriano poſſet adſcribi: Pauli Manutii opera lucem viderunt liber de Spectaculis & Epiſtolæ in ordine Pamelii 5. 17. 19. 23. 26. 27. 29. 30. 38. 39. 60. 78. 80. 82. 83. Adhibiti ſunt codices vetuſtiſſimi ad hanc editionem, quæ Romæ prodiit apud Paulum Manutium anno 1563. Nuncupata eſt S. Carolo Borromeo qui, ut ibidem teſtatur Manutius, totus in eam curam incubuerat, *ut omnia Cypriani ſcripta, mendis antea deformata, in veterem illam integritatem ac ſpeciem, acterſito etiam Verona miræ vetuſtatis exemplari, accurata doctorum virorum induſtria reſtituerentur*. Tranſtulit Morelius in ſuam editionem quæcumque Paulus Manutius e tenebris eruerat; hiſque addidit epiſtolas Firmiliani ad Cyprianum, Celerini ad Lucianum & Luciani reſponſionem, epiſtolam Celſi ad Vigilium, libros de Aleatoribus, adverſus Judæos qui inſecuti ſunt Chriſtum, de duodecim Abuſionibus ſæculi, cœnam Cypriani, & carmina S. Martyri adſcripta. Prodiit editio anno 1564. ſed antequam abſoluta eſſet, immortuus eſt huic labori doctiſſimus typographus de re eccleſiaſtica & litteraria optime meritus. Nuncupatoriam epiſtolam Carolo IX. inſcripſit Adrianus Turnebus. In ea Regem Chriſtianiſſimum precatur, ut liberos & uxorem Morelii, quos ille inopes reliquerat, beneficientia ſua juvet, aliquidque elargiatur, ad æs alienum ſtudio de Republica benemerendi contractum, luendum atque diſſolvendum, ac annua Morelio ab Henrico rege conſtituta, ſed quibus perfrui temporum iniquitas ac ærarii anguſtiæ non permiſerant, liberaliter reſtitui jubeat atque perſolvi.

Cyprianum non auxit Pamelius, ſed pluribus locis ope codicum mſſ. emendavit, novo epiſtolarum & aliorum operum ordine, eruditis notis, vita ex ipſius operibus collecta, indicibus copioſis illuſtravit. Antequam Manutii & Morelii

Morelii editiones prodirent, jam Pamelius ſtatuerat hunc laborem ſuſcipere; ſed ejus conſilium interpellarunt ſtudia theologica ac profectio in Gallias. At ubi vidit duas illas editiones; ſperans ſe illarum & aliarum vetuſtiorum & codicum mſſ. præſidio aliquid accuratius & ſuis numeris abſolutius elaborare poſſe, tanto animi ardore in opus incubuit, ut omnia typis matura eſſent anno 1566. ſed Belgici motus moram attulerunt. Prodiit tandem hæc editio Antuerpiæ anno 1568. ibidem repetita eſt anno 1589. Coloniæ 1617. Pariſiis autem 1574. 1603. 1616. 1644. Addit bibliotheca Barberina Pariſ. 1607. & 1632. Fabricius Pariſ. 1633. & Colon. 1617. 1632. ſed hæc, ut jam dixi, non valde certa. In catalogo librorum bibliothecæ Lugduni Batavorum recenſetur editio Colon. Agrip. 1575. Antevertit Pamelius Joannem Harriſium Anglum Thomæ Moro quondam a ſecretis, qui idem conſilium intendebat edendorum Cypriani operum. Is libenter Pamelium juvit variis ſui exemplaris lectionibus; operam eidem navarunt Joannes Clemens medicus, etiam Anglus; necnon Antonius & Valerius Cauchii juteconſulti Ultrajectini fratres, communicatis patris ſui caſtigationibus & conjecturis. Hæc diſcimus ex Pamelio in epiſtola nuncupatoria, quæ inſcripta eſt Viglio Zuichemo Friſio, S. Bavonis apud Gandavenſes præpoſito.

Simon Goulartius edidit Genevæ anno 1593. opera Cypriani, ordinem Pamelii & contextum ſecutus, ſed de ſuo addens longas & operoſas ad legendum obſervationes, quibus Pamelium refellere & S. Cyprianum Calviniſtam facere conatus eſt. Prodiit Pariſiis anno 1648. editio Rigaltii aucta libro de Rebaptiſmate, quam ſecuta eſt in eadem urbe an. 1666. editio Priorii cum notis Rigaltii & aliorum, adjunctis Cypriano ſcriptis Minucii Felicis, Arnobii, Commodiani, necnon Julii Firmici de errore profanarum religionum. Nova editio epiſtolarum Cypriani, prætermiſſis aliis pertractationibus, prodiit anno 1681. cujus titulus ſic habet; *S. Cæcili Cypriani Carthaginenſis epiſcopi ac tandem martyris ac aliorum quorumdam ad ipſum vel in ſimili cauſa ſcriptæ epiſtolæ LXXXIII. ordine Pameliano locatæ, ex editione Goulartiana in ſectiones diviſæ, & cum S. Auguſtini ad Cypriani argumenta de baptiſmo hæreticorum reſponſionibus ſuo loco ſubjunctis, variis etiam Pamelii, Rigaltii, aliorumque lectionibus & conjecturis, ut & Gratiani in decreto, Lombardi in libris ſententiarum, ac Thomæ Aquinatis in ſumma theologiæ, allegationibus in margine notatis, & aliquot denique utilibus indicibus ſeorſum editæ, ſtudio Friederici Reinharti theol. in univerſit. Altdorfina P. P. & eccleſiæ ibid. miniſtri. Altdorfi typis & impenſis Henrici Meyeri univerſitatis typographi.*

Proxime ſecuta eſt anno 1682. Oxonienſis editio e theatro Seldoniano, cum codicibus mſſ. collata, notis Pamelii, Rigaltii ac ipſius etiam editoris illuſtrata, pluribus aucta pertractationibus Arnoldi Bonæ-Vallis abbatis, Cypriani Antiocheni Confeſſione, & antiquo paſchali computo. In hac adornanda editione duorum proteſtantium epiſcoporum enituit induſtria, Joannis Felli Oxonienſis epiſcopi, & Joannis Pearſonii Ceſtrienſis; quorum primus editionis ſummam in ſe ſuſcepit, alter annales Cyprianicos, qui ſancti Martyris operibus præfiguntur, non ſine multa eruditionis laude elucubravit. Hæc editio recuſa eſt Bremæ anno 1690. Amſtelodami 1699. ita Fabricius; ſed aliter viſum Caſimiro Oudins, qui tres editiones commemorat poſt primam Oxonienſem.

Nec tot Cypriani operum editiones, nec honorifica non paucorum hominum de noviſſima Oxonienſi judicia Baluzium deterruerunt, quominus novam ſuſciperet. Nam cum videret ſingulis editionibus ſua ineſſe vitia, dum aut vitioſi codices mſſ. adhibentur, aut ſuperiores editiones, ubi opus non erat, emendantur; ubi opus erat, incaſtigatæ relinquuntur: non deſperavit S. Martyris contextum ſic emendari poſſe, ut purus & intaminatus tandem aliquando prodiret. In hoc potiſſimum penſo elaborandum ſibi eſſe intelligens, præter codices mſſ. qui Pamelio, Rigaltio & Anglis uſui fuerant, alios circiter triginta in

ſubſi-

ſubſidium ſibi adhibuit. Horum notitiam infra ſubjiciam, qualem ex Baluzii notis colligere licuit: nam cum varias lectiones vir eruditus e codicibus mſſ. excerptas in exemplaribus editis inſeruiſſet, diſtracta ſunt hæc exemplaria cum aliis bibliothecæ Baluzianæ libris, neque ex illis niſi perpauca reperire potui. Addidit etiam Baluzius obſervationes & notas, in quibus plerumque rationem eorum reddit, quæ in contextu immutanda judicaverat, interdum etiam, ut abundabat eruditione, in antiquis rebus illuſtrandis ſtilum exacuit. Perinique facerem, ſi, cum illius elucubratio præter pauciſſimas paginas ipſo adhuc vivente excuſa fuerit, ex debita illius labori laude aliquid in me derivarem; quinetiam cum mihi illius notas expendere, & cum ipſo S. Cypriani contextu contendere per tempus non licuerit; judicium meum non interponam, ſed publico aſſentiar. Non tamen diſſimulare poſſim me ſæpe animadvertiſſe contextum Cypriani, ut ab homine doctiſſimo in tanta codicum mſſ. copia fieri par erat, percommode emendari.

Quod ſpectat ad opera Cypriano adſcripta, jam bona pars typis mandata fuerat, cum Baluzium nobis mors abſtulit. Præter tres illas pertractationes, de Spectaculis, de Laude Martyrii, & de Rebaptiſmate, quas Baluzius cum genuinis Cypriani operibus conjunxit; abſoluti erant libri de Bono Pudicitiæ, de Aleatoribus, ad Novatianum Hæreticum, de Montibus Sina & Sion, duæ orationes Cypriano affictæ, tractatus Arnoldi Bonæ-Vallis abbatis, de noviſſimis verbis Domini in cruce, ejuſdem liber de cardinalibus Chriſti operibus, duobus aut tribus foliis exceptis. In his quæ ſupererant emendandis & edendis elaborandum fuit. Atque equidem, ſi novam Cypriani operum editionem ſuſcepiſſem, fateor me non pauca ex tam gravi ſarcina deoneraturum fuiſſe. Sed cum intelligerem vicariam me operam ad hanc editionem abſolvendam afferre; cautius mihi agendum fuit. Itaque retinui quidquid habuit editio Pamelii; quia ſic viſum Baluzio fuerat. Sed ex iis quibus Angli Cyprianum onerarunt, neceſſarium eſſe duxi elucubrationes Arnoldi Bonæ-Vallis de operibus ſex dierum, & de laudibus beatæ Virginis, ejuſdemque Meditationes expungere; tum ne volumen nimiam in molem creſceret, (auctum enim fuiſſet decem foliis) tum quia alia exſtant in bibliothecis noſtris ejuſdem Arnoldi opera, quæ pari jure ac tres illæ elucubrationes, in hanc editionem recipi debuiſſent. Placuit eruditis viris, quos in conſilium adhibuimus, ut neutris aditus daretur. Computum paſchale, quod iidem Angli ediderant, eliminare ſtatuerat Baluzius; & cum opera Cypriano adſcripta ex editione Oxonienſi excerpſiſſet, iſtud de induſtria omiſerat. Eo libentius illius voluntati obſecuti ſumus, quod hic libellus nec Cypriano tribui poſſit, nec cuiquam valde prodeſſe, ac præterea variarum lectionum ſilva & longioribus notis luxuriet, quæ ad inſtitutam hujus editionis rationem accommodari non poterant. Haud equidem numeraverim inter meliora antiquitatis monumenta Confeſſionem Cypriani, quam editor Oxonienſis latine vulgavit; ſed tamen quia eam Baluzius omittendam non eſſe judicavit, ac præterea in pretio fuit apud Gregorium Nazianzenum, Eudociam & Photium; non modo illam in hac editione deſiderari non paſſus ſum; ſed etiam in locum Latinæ interpretationis, quam pluribus locis hiulcam, innumeris aliis corruptam Angli dederant, Græcum ipſum contextum ex bibliotheca illuſtriſſimi Comitis de Seignelay liberaliter ſuppeditatum, ac novam interpretationem ſubſtituere non dubitavi. Spuria opera ſic edere inſtituerat Baluzius, ut habentur in Oxonienſi editione: id quod perſpici poteſt ex his quæ typis, eo adhuc vivente, mandata diximus. Sed cum viderem ex his monumentis nonnulla eſſe magni pretii, eaque quo ſæpius cum Cypriano edita fuerant, eo plures nævos traxiſſe; vetuſtas editiones & antiquos codices mſſ. quotquot in hac urbe reperiri potuerunt, in ſubſidium vocavi, eorumque ope & præſidio plurima majorem in modum deformata, præſertim in libro de Singularitate clericorum,

rum, Expoſitione ſymboli, & epiſtola Celſi ad Vigilium in priſtinum nitorem reſtitui. In hoc etiam Baluzii veſtigia premere non potui, quod cum ſuas ille notas poſt contextum rejeciſſet, ego varias lectiones margini appoſuerim. Sed nec Baluzio notis interdum uberioribus indulgenti, nec mihi in ſola contextus emendatione immoranti aliter facere integrum fuit. Ad hanc emendandi contextus operam alia acceſſit, quam pro facultatis mediocritate, in explananda S. Cypriani doctrina, in rebus illius geſtis ad criticæ normam expendendis, navavimus.

I. *Cypriani ſententia de unitate & infallibilitate Eccleſiæ.*

Quæ ex Cypriani ſcriptis ad veritatis defenſionem eruere aggredimur, ea quo magis perſpicua ſunt & ad omnium captum accommodata, eo minus cavillando eludi poſſunt; & quo majorem tertio Eccleſiæ ſæculo admirationem habuerunt, eo aptiora videntur ad eos permovendos, qui tria Eccleſiæ priora ſæcula rejicere non audent. Scribebat Cyprianus doctis pariter & indoctis, ejuſque doctrina non tantum in Africæ luce verſabatur, ſed in Italiam navigabat & ad remotiſſimas Occidentis Orientiſque eccleſias perferebatur. Itaque illius de Eccleſia, de Sacramentis, excepta de baptiſmo hæreticorum quæſtione, de Chriſti divinitate ejuſque gratia teſtimonia, non unius epiſcopi, nec eccleſiæ unius, ſed omnium illius ætatis catholicorum teſtimonia exiſtimari debent. Quemadmodum autem unitatis amor inter virtutes Cypriani præcipue enituit, ſic in ejus ſcriptis nihil vehementius commendatur, nihil accuratius defenditur, quam unitas Eccleſiæ. Facile profecto ex ejus dictis tria potiſſimum perſpiciet quiſquis non omnem amorem veritatis animo ejecit; 1. Eccleſiam quæ a Chriſto per Apoſtolos fundata eſt, omnibus conſpicuam ac viſibilem eſſe. 2. Nec perire, nec ullo errore aut ſchiſmate corrumpi poſſe. 3. Ita unam eſſe, ut quæcumque ab ea ſectæ diſceſſerunt, ut a vera Eccleſia, ita ab æterna ſalute alienæ ſint.

Nota non erant ſancto Martyri inviſibilis Eccleſiæ commenta, quæ longe recentiore memoria excogitata ſunt; ſed eam Eccleſiam intelligit in qua zizania cum frumento, vaſa fictilia cum aureis & argenteis uſque ad diem Judicii permiſta cernentur, pag. 146 & 157. quæ ſuper Petrum Domini voce fundata *una eſt & in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur, ac Domini luce perfuſa per orbem totum radios ſuos porrigit; in qua epiſcopatus unus eſt, cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur*, de Unit. Eccleſ. pag. 397. *in qua per temporum & ſucceſſionum vices epiſcoporum ordinatio & Eccleſiæ ratio decurrit, ut Eccleſia ſuper epiſcopos conſtituatur, & omnis actus Eccleſiæ per eoſdem præpoſitoe gubernetur*, epiſt. XXVII. In his & aliis ejuſmodi locis nulla reſidet ſuſpicio Eccleſiæ inviſibilis; neque enim lapſos hortaretur Cyprianus ut Eccleſiæ inviſibilis decretis obſequantur, aut confeſſores ut ad Eccleſiam inviſibilem redeant; nec epiſcoporum ſucceſſionem habet Eccleſia inviſibilis, nec per totum orbem radios ſuos diffundit.

Sed ne quis dicat Eccleſiam primis ſæculis hos titulos meruiſſe, at poſtea rerum faciem fuiſſe mutatam; occurrit his calumniis Cyprianus, ac viſibilem illam Eccleſiam nullis hominum viribus everti, nullo errore ſuperari, nullo ſchiſmate dividi poſſe contendit. Quid de perſecutionibus imperatorum ſenſerit, perſpici poteſt ex libro de Lapſis, ubi horrendam illam perſecutionem, quam Decius accendit, divino conſilio permiſſam fuiſſe docet, ut pietatis ſtudium longa pace refrigeratum exſuſcitaretur; ſic etiam perſecutionem Galli & Voluſiani Romæ prorupiſſe obſervat, *ut ad confundendos hereticos & retundendos oſtenderet Dominus quæ eſſet Eccleſia .... qui eſſent quos inimicus laceſſeret, qui contra quibus diabolus ut ſuis parceret*; epiſt. LVIII. Sic de perpetuitate Eccleſiæ ſentientem nec hæreſes nec ſchiſmata terrebant; prædicta hæc ſciebat a Chriſto

& Apo-

& Apoſtolis, nec quemquam mirari debere cum eveniunt, epiſt. LV. Nullo autem errore Eccleſiam inſici, nullo ſchiſmate corrumpi poſſe pluribus locis declarat, in primis in libro de Unitate Eccleſiæ ubi ſic loquitur p. 397. *Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica, unam domum novit, unius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit. . . . dicit Dominus :* Ego & Pater unum ſumus : *& iterum de Patre & Filio & Spiritu ſancto ſcriptum eſt*, & hi tres unum ſunt : *Et quiſquam credit hanc unitatem de divina firmitate venientem, ſacramentis cæleſtibus cohærentem ſcindi in Eccleſia poſſe, & voluntatum collidentium divortio ſeparari?* Et paulo poſt : *Quia Chriſti populus non poteſt ſcindi, tunica ejus per totum textilis & cohærens diviſa a poſſidentibus non eſt : individua, copulata, connexa, oſtendit populi noſtri, qui Chriſtum induimus, concordiam cohærentem ; ſacramento veſtis & ſigno declaravit Eccleſiæ unitatem. Quis ergo ſic ſceleratus & perfidus, quis ſic diſcordiæ furore veſanus ut aut credat ſcindi poſſe, aut audeat ſcindere unitatem Dei, veſtem Domini, Eccleſiam Chriſti?* Erat ergo perſpectum S. Martyri, quamvis hæreſes Eccleſiam oppugnent, quamvis ſchiſmata nonnullas illius partes avellant, Eccleſiam tamen ſuo ſemper robore ſtare, nec veritatem, quam Chriſtus illi commiſit, ulla hæreſi infuſcari, aut unitatem ſchiſmate corrumpi poſſe. Hinc inter ſectas, quæ ab Eccleſia diſcedunt, & Eccleſiam ipſam tantum ponit diſcriminis, quantum inter hominum & Dei opus; ac Novatianum ſtultitiæ arguit; *quod cum ſit a Chriſto una Eccleſia per totum mundum in multa membra diviſa, item epiſcopatus unus multorum epiſcoporum concordi numeroſitate diffuſus, ille poſt Dei traditionem, poſt connexam & ubique conjunctam catholicæ Eccleſiæ unitatem, humanam conetur facere Eccleſiam*, epiſt. LII.

Quod ex his principiis neceſſario ſequitur, numquam accidere poſſe ut juſta ſit cauſa ab Eccleſia diſcedendi, id etiam ſæpe a Cypriano docetur : quoſcumque enim videbat ab Eccleſia diſcedere, eos propria ſententia damnatos dicebat, ita ut neceſſe non eſſet aliud de illis judicium inſtitui. Sic ait epiſt. XLIX. Novatum *qui ejici de Eccleſia & excludi habebat, judicium ſacerdotum voluntaria diſceſſione* præceſſiſſe, *quaſi evaſiſſe ſit pœnam, præveniſſe ſententiam :* & in libro de Unit. Eccleſ. p. 403. *Averſandus eſt talis*, inquit, *atque fugiendus quiſquis fuerit ab Eccleſia ſeparatus. Perverſus eſt hujuſmodi & peccat & eſt a ſemetipſo damnatus*, vid. epiſt. XL. Ex his facile perſpicitur unam prorſus & individuam eſſe Chriſti Eccleſiam, quamvis plures ſectæ veram ſe Eccleſiam Chriſti eſſe intendant. Nam plus una eſſe non poteſt quæ errare & ſchiſmate non poſſit everti, & a qua ſine ſcelere diſcedi non poſſit. Id autem mirifice confirmant omnes Cypriani ſententiæ. Eccleſiam *quæ & vivit in æternum & vivificat Dei populum*, p. 272. ita unam eſſe contendit, ut ſi apud Novatianum fuit, apud Cornelium non fuiſſe declaret p. 317. Hinc toties Eccleſia hortus concluſus, fons ſignatus dicitur, ut in eadem pagina 317. ſponſa Chriſti quæ ſola filios generare poteſt, quæque cum Chriſto individuis nexibus cohæret, p. 142. 229. 295. 306. 397. *Hanc Eccleſiæ catholicæ unitatem de divinæ diſpoſitionis dignatione venientem*, p. 275. comparare non dubitat Cyprianus cum unitate Chriſti, p. 281. cum unitate Dei pag. 405. cum unitate Trinitatis pag. 398.

Atque hic fuit cardo omnium controverſiarum quæ S. Cypriano ſupervenerunt. Cum Feliciſſimus & quinque presbyteri nonnullos ex lapſis a Cypriani communione abſtraxiſſent, ac ſpecioſis cauſis ſcelus ſuum prætexerent; quantus dolor exſtitit Cypriani in hac animarum ſibi creditarum pernicie! quanto caritatis ſtudio hortatur, ut vitent lupos qui ſalutem promittunt, *ne qui deliquit veniat ad ſalutem ;* qui Eccleſiam ſpondent, dum id agunt, ut qui illis credit *in totum ab Eccleſia pereat*, epiſt. XXXVIII. & VL. Nihil autem aptius videbatur Cypriano ad eos qui decepti fuerant deterrendos, quam ut eos demonſtraret in Eccleſia cum epiſcopis & plebe Chriſti communicare non poſſe, ſi ſchi-

Digitized by Google

ſi ſchiſmatis duces ſequantur. Revera ſic impreſſa erat & inſculpta etiam plebeculæ animis hæc doctrina, unam prorſus eſſe Eccleſiam, nec ab ea diſcedendi juſtam cauſam incidere poſſe, ut ſchiſmatis ſigniferi ſpe redeundi in Eccleſiam ducerent & lactarent quos deceperant; ſed fraudem nudavit ordinatio Fortunati quem pſeudoepiſcopum Carthaginenſem conſtituerunt. *Namque ii, quibus in prateritum*, inquit Cyprianus epiſt. LV. p. 183. *praſtigia obtendebantur & dabantur verba fallacia, quod ſimul ad Eccleſiam regreſſuri dicerentur, poſteaquam viderunt illic pſeudoepiſcopum factum, fruſtratos & deceptos ſe eſſe didicerunt, & remeant quotidie atque ad Eccleſiam pulſant*. Novatiani factio, ut pietatis pelle nitidior erat quam Feliciſſimi, ita majorem perniciem traxit: ipſorum etiam confeſſorum oculos perſtrinxit fucatus color; gravavit Cyprianum & contriſtavit, ut ejus verbis utar ex epiſt. XLIV. & intolerabilis perculſi pæne proſtrati pectoris mœſtitia perſtrinxit, quod ſemetipſi a Chriſti grege & ab ejus pace & concordia ſeparaſſent: quod eos de carcere prodeuntes ſchiſmaticus & hæreticus error excepiſſet, epiſt. LI. Non parum profuit his confeſſoribus Cypriani adhortatio, ut illatum unitati damnum felici reditu repararent: nam *cognito ſuo errore*, ut ait S. Cornelius epiſt. XLVI. *ad Eccleſiam unde exierant ſimplici voluntate venerunt*. Confeſſi ſunt errorem coram Cornelio, & quinque aliis epiſcopis, & Romano presbytero & ipſa plebe, cujus magnus concurſus factus fuerat, declararunt ſinceram ſuam mentem ſemper in Eccleſia fuiſſe; neque enim ſe ignorare *unum Deum eſſe, & unum Chriſtum eſſe Dominum, unum Spiritum ſanctum, unum epiſcopum in Eccleſia catholica eſſe debere*. Si qua tamen ſecta ſchiſmatis notam effugere, & veræ Eccleſiæ pars videri poſſet, id ſibi in primis Novatiani ſecta vindicaret, ut quæ nec Eccleſiæ dogmata ſaltem in primordiis, nec exteriorem religionis formam violaret. Sed Cyprianus contendit parvi referre quid Novatianus doceat *cum foris doceat*. *Quiſquis ille eſt*, inquit epiſt. LII. pag. 156. *& qualiſcumque eſt; Chriſtianus non eſt qui in Eccleſia Chriſti non eſt*. Idem docet pluribus aliis in locis, præſertim in epiſtola ad Magnum, ubi ſic loquitur pag. 315. *Neque enim Dominus noſter Jeſus Chriſtus*, inquit, *cum in Evangelio ſuo teſtaretur adverſarios ſuos eſſe eos qui ſecum non eſſent, aliquam ſpeciem hæreſeos deſignavit, ſed omnes omnino qui ſecum non eſſent, & ſecum non colligentes gregem ſuum ſpargerent adverſarios ſuos eſſe oſtendit*, dicens: Qui non eſt mecum, adverſum me eſt; & qui mecum non colligit, diſpergit. *Item beatus Joannes Apoſtolus, nec ipſe ullam hæreſim aut ſchiſma diſcrevit, aut aliquos ſpeciatim ſepares poſuit, ſed univerſos qui de Eccleſia exiſſent, quique contra Eccleſiam facerent, antichriſtos appellavit &c.* Quamobrem declarat S. Martyr ne martyrium quidem extra Eccleſiam a damnatione liberare. *Ardeant licet flammis*, inquit in libro de Unit. Eccleſ. pag. 401. *& ignibus traditi vel objecti beſtiis animas ſuas ponant, non erit illa fidei corona ſed pœna perfidiæ, nec religioſæ virtutis exitus glorioſus, ſed deſperationis interitus. Occidi talis poteſt, coronari non poteſt*. Eadem ſententia ſæpe alias occurrit, ut in eodem libro de Unit. pag. 401. & in epiſt. LII. pag. 153. & in LVII. pag. 206.

Si quis autem ſuſpicetur Cyprianum amore unitatis longius quam par eſt efferri; is admonendus eſt ceteras omnes eccleſias cum Cypriano de his principiis conſenſiſſe, quamvis non eaſdem ac ille conſecutiones deducerent, nec baptiſma rejicerent hæreticorum. Hoc enim argumento adverſarios ſuos refellebat Cyprianus, quod Spiritum ſanctum extra Eccleſiam nec haberi nec dari poſſe faterentur. *Qui quamquam pertinaces alias & indociles*, inquit epiſt. LXXVI. pag. 320. *vel hoc tamen confitentur, quod univerſi ſive hæretici ſive ſchiſmatici non habeant Spiritum ſanctum, & ideo baptizare quidem poſſunt, dare autem Spiritum ſanctum non poſſunt, in hoc ipſo a nobis tenentur ut oſtendamus nec baptizare eos omnino poſſe qui non habeant Spiritum ſanctum*. Eodem argumento cum ipſe Cyprianus paſſim utitur, tum etiam Firmilianus, pag. 306. Perſpicuum ergo eſt & Cypriani teſti-

monio

monio & omnium qui tunc erant Chriſtianorum conſenſu, inter varias ſocietates, quæ ſibi Chriſtianæ religionis profeſſionem arrogant, unam aliquam eſſe, extra quam ſalus æterna comparari non poteſt, ſive leviter erretur, ſive etiam ſchiſmati nullus error addatur; nedum ipſa cum ſectis ab ea avulſis in unius communis Eccleſiæ compoſitionem venire poſſit. Si quæ enim ſectæ ab Eccleſia abſciſſæ notas & jura veræ Eccleſiæ retineant; fruſtra veteribus ſectis objecta fuit epiſcoporum ſucceſſio, & epiſcopatus per totum orbem unitas; fruſtra vetus Eccleſia unicam ſe eſſe ſponſam, numquam errare poſſe, numquam a ſe diſcedendi cauſam legitimam incidere poſſe, ac ne martyrium quidem diſcedentibus ad ſalutem prodeſſe contendit. Affingendus ergo impius & crudelis error toti antiquæ Eccleſiæ, vel potius Apoſtolis, a quibus ſolis conflari potuit mirificus ille conſenſus, quem de veræ Eccleſiæ notis inter omnes Chriſtianos conſpiraſſe cernimus.

Mira ſunt quæ Dodvvello S. Cypriani de unitate ſententiam examinanti placuerunt. Statuit enim in his S. Martyris diſputationibus *non agi de illius Eccleſiæ unitate, quam catholicam hodie dicimus, quæ nimirum omnes ambitu ſuo per terrarum orbem eccleſias particulares complectitur, ſed de ipſis dumtaxat eccleſiis particularibus*, diſſert. Cypr. 7. Veriſſimum quidem illud eſt quod probat Dodvvellus unumquemque epiſcopum in ſua eccleſia principium eſſe unitatis, eique ab omnibus obtemperari oportere; ſed ita tamen, ſi cum aliis epiſcopis communicet; ſecus vero ſi ab univerſa Eccleſia diſcedat: tunc enim principium potius diſcordiæ & ſchiſmatis foret quam unitatis. Atque ut in Cypriano immoremur, facile demonſtratur ſic Eccleſiæ unitatem in his diſputationibus a S. Martyre defendi, ut Eccleſiæ univerſalis notio illius animo ſemper obverſetur. Id perſpicitur ex ipſo teſtimonio, quod Dodvvellus ad cauſæ ſuæ defenſionem ex libro de Unitate Eccleſiæ excerpſit. *Quomodo ſolis multi radii, ſed lumen unum*, inquit pag. 397. & *rami arboris multi, ſed robur unum tenaci radice fundatum, & cum de fonte uno rivi plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen ſervatur in origine. Avelle radium ſolis a corpore, diviſionem lucis unitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit. A fonte præcide rivum, præciſus areſcit. Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa per orbem totum radios ſuos porrigit. Unum tamen lumen eſt, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis ſeparatur. Ramos ſuos in univerſam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius expandit. Unum tamen caput eſt, & origo una, & una mater fecunditatis ſucceſſibus copioſa*. His verbis, *Eccleſia Domini luce perfuſa per orbem totum radios ſuos porrigit, ramos ſuos in univerſam terram copia ubertatis extendit*; non eccleſiæ particularis, ſed univerſalis ſive catholicæ unitas deſcribitur. Idem confirmant quæ præcedunt, quæque ſequuntur. Ante allata verba ſic loquebatur Cyprianus: *Quam unitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maxime epiſcopi qui in Eccleſia præſidemus, ut epiſcopatum quoque ipſum unum atque indiviſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida prævaricatione corrumpat. Epiſcopatus unus eſt, cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia quoque una eſt, quæ in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur*. Poſt teſtimonium a Dodvvello prolatum addit Cyprianus: *Illius fetu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu ejus animamur. Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica .... Quiſquis ab Eccleſia ſegregatus adulteræ jungitur, a promiſſis Eccleſiæ ſeparatur: nec perveniet ad Chriſti præmia qui relinquit Eccleſiam Chriſti. Alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt. Habere jam non poteſt Deum patrem qui Eccleſiam non habet matrem. Si potuit evadere quiſquam qui extra arcam Noe fuit, & qui extra Eccleſiam foris fuerit evadit*. Lepidus ergo Cypriani interpres Dodvvellus, qui ſibi particularem eccleſiam fingit, ubi S. Martyr unum toto orbe epiſcopatum commendat. Quid, cum lapſis declarat, in epiſt. XL. ſi quis cum Feliciſſimo ſe conjunxerit, cum

rit, cum *poſtea ad Eccleſiam redire, & cum epiſcopis & plebe Chriſti communicare non poſſe;* cum confeſſores hortatur in epiſt. XLIV. ut ad Eccleſiam redeant; eiſque poſt reditum gratulatur in epiſt. LI. *Quod Eccleſiæ veritas & evangelici ſacramenti unitas, quæ a nobis tenebatur*, inquit, eorum *etiam conſenſu ac vinculo necteretur;* num de eccleſiis particularibus, nulla habita unitatis inter omnes eccleſias conſtitutæ ratione, videtur diſſeruiſſe?

Nihil magis adverſarium Dodvvello, quam Cypriani de epiſcopi ſingularitate principium, quod tamen ſibi maxime favere exiſtimat. Numquam enim catholicæ Eccleſiæ unitatem accuratius defendit Cyprianus, quam cum unum in ſingulis eccleſiis epiſcopum eſſe debere contendit. Cum Novatianus Romæ epiſcopatum invaſiſſet, ac per emiſſarios ſuos idem facinus in aliis civitatibus tentaſſet; hoc argumento illius fautores refellit Cyprianus, quod cum is ſolus epiſcopus ſit, cujus epiſcopatus ab aliis collegis confirmatur & agnoſcitur, ſi quis in ejus locum irruere audeat, nullam cum epiſcopis Eccleſiæ catholicæ communionem habere poſſit, ac proinde foris relictus pereat. *Factus eſt autem Cornelius*, inquit in epiſt. LII. pag. 150. *epiſcopus de Dei & Chriſti ejus judicio, de clericorum pæne omnium teſtimonio, de plebis quæ tunc affuit ſuffragio, & de ſacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, id eſt, cum locus Petri & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret; quo occupato de Dei voluntate atque omnium noſtrum conſenſione firmato, quiſquis jam epiſcopus fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt, nec habeat eccleſiaſticam ordinationem qui Eccleſiæ non tenet unitatem.* Eodem modo demonſtrat epiſcopos a Novatiano in aliis civitatibus conſtitutos, non Chriſti Eccleſiæ epiſcopos eſſe, ſed humanæ Eccleſiæ. *Niſi ſi epiſcopus tibi videtur*, inquit in eadem epiſtola p. 156. *qui epiſcopo in Eccleſia a ſedecim coepiſcopis facto, adulter atque extraneus epiſcopus fieri a deſertoribus per ambitum nititur, & cum ſit a Chriſto una Eccleſia per totum mundum in multa membra diviſa, item epiſcopatus unus epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus, ille poſt Dei traditionem, poſt connexam & ubique conjunctam catholicæ Eccleſiæ unitatem humanam conetur Eccleſiam facere, & per plurimas civitates novos apoſtolos ſuos mittat, ut quædam recentia inſtitutionis ſuæ fundamenta conſtituat; cumque jampridem per omnes provincias & per urbes ſingulas ordinati ſint epiſcopi in ætate antiqui, in fide integri, in preſſura probati, in perſecutione proſcripti, ille ſuper eos creare alios pſeudoepiſcopos audeat.* Hinc contendit, etiamſi legitime fuiſſent ordinati, eos tamen pro legitimis epiſcopis agnoſci non poſſe, quia ab Eccleſia catholica diſceſſerunt. *Epiſcopatum autem*, inqnit, *tenere non poſſet, etiamſi epiſcopus prius factus a coepiſcoporum ſuorum corpore & ab Eccleſiæ unitate deſciſceret.*

II. *Refelluntur qui epiſcopos apud Cyprianum jure divino a presbyteris diſtingui negant.*

Quamvis epiſcopatus jura non poſſint accuratius defendi, quam a Cypriano defenduntur; non defuerunt tamen qui ex nonnullis ejus verbis anſam arriperent calumniandi. Quod enim S. Martyr clerum interdum in duos ordines dividere videtur, nempe in ſacerdotes & miniſtros, ac ſacerdotis ac præpoſiti nomina cum ipſis presbyteris communicat, velut in epiſt. LXV. LXVIII. LXXII. & in libro de Lapſis, inde Salmaſius & Blondellus concludunt presbyteros ab epiſcopis non jure divino, non diverſo ſacerdotii gradu eſſe diſtinctos. Si ejuſmodi ratiuncula valeret, pari jure concludi poſſet ne diaconos quidem & alios minores clericos, a presbyteris & epiſcopis jure divino diſtingui; ſæpe enim Eccleſia dividitur in clerum & plebem. Quod ſi diaconi & minores clerici cum presbyteris & epiſcopis clero comprehenduntur; quid mirum ſi presbyteris, qui euchariſtiam conſecrant & poteſtatem habent ligandi & ſolvendi, ſacerdotis & præpoſiti nomina cum epiſcopis communia ſunt? Presbyteris quidem Cyprianus plurimum

plurimum ſemper habuit honoris, & cum nihil agere ſoleret ſine conſilio cleri; ut ipſe teſtatur in epiſt. VI. non dubium quin presbyteris utpote cum ipſo ſedenribus, magnam auctoritatem attribuerir. At ſacerdotii gradum a presbyteris diſtinctum ſibi vendicat. Querirur in epiſt. XI. quod quidam de presbyteris nec Evangelii memores, *nec epiſcopo honorem ſacerdotii ſui & cathedræ reſervantes* jam cum lapſis communicare cœpiſſent. Alius ergo in epiſcopis ac in presbyteris ſacerdotii gradus, ac proinde epiſcopi a presbyteris diſtinguuntur non ſolum auctoritate & cathedra, ſed etiam ordine & charactere. Hanc autem ſacerdotii diſtinctionem ab ipſo Chriſto inſtitutam fuiſſe ex pluribus Cypriani locis perſpicitur. *Dominus noſter*, inquit in epiſt. XXVII. p. 89. *cujus præcepta & monita obſervare debemus, epiſcopi honorem & Eccleſiæ ſuæ rationem diſponens in Evangelio loquitur & dicit Petro:* Ego dico tibi quia ru es Petrus & ſuper iſtam perram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam, & ribi dabo claves regni cælorum, & quæ ligaveris ſuper rerram erunt ligata & in cælis, & quæcumque ſolveris ſuper terram erunt ſoluta & in cælis. *Inde per temporum & ſucceſſionum vices epiſcoporum ordinatio & Eccleſiæ ratio decurrit, ut Eccleſia ſuper epiſcopos conſtituatur & omnis actus Eccleſiæ per eoſdem præpoſitos gubernetur. Cum hoc itaque divina lege fundatum ſit*, &c.

Multa hic obſervanda ex quibus S. Martyris ſententia mirifice eniteſcit. 1. Declarat epiſcopos ſucceſſiſſe Apoſtolis. Sic etiam in epiſt. XLII. *unitatem a Domino & per Apoſtolos nobis*, inquit, *ſucceſſoribus traditam* docet. Vid. epiſt. LXIX. Idem docet Firmilianus in epiſt. ad Cyprianum pag. 307. epiſcopos Apoſtolis *vicaria ordinatione* ſucceſſiſſe. Sic etiam in concilio Carthaginenſi cui præerat Cyprianus Clarus a Maſcula, *Apoſtolis*, inquit pag. 606. *nos ſucceſſimus eadem poteſtate Eccleſiam Domini gubernantes & credentium fidem baptizantes*. 2. Ordinationem epiſcopalem a Chriſto inſtitutam & divina lege fundatam pronuntiat Cyprianus. Quamvis enim ordinarus presbyter in hoc gradu aliquamdiu miniſtraſſet, probe tamen ſciebat ſibi ad epiſcopalem gradum vocato aliam ordinationem opus fuiſſe. Nemo his temporibus meminerat quod Salmaſius & Blondellus primis ſæculis uſurpatum fuiſſe finxerunt, ut mortuo epiſcopo ſine nova ordinatione ſuccederet antiquior presbyter, vel forte qui dignior videbatur, ut placet Blondello. Ne ipſi quidem ſchiſmatici, etſi ad omne facinus paratiſſimi, presbyteros ad epiſcopatum ſine ordinatione auſi ſunt promovere. Probe ſciebat Novatianus presbyter ne ſimulacrum quidem epiſcopatus ſine nova ordinatione occupari poſſe, cum tres epiſcopos quos ex viliſſima Eccleſiæ parte per dolum acciverar, incluſos hora decima, temulentos & crapula oppreſſos, adumbrata quadam & inani manuum impoſitione epiſcopatum ſibi tradere pet vim cogerer, Euſeb. Hiſt. lib. 6. c. 43. 3. Ex his etiam perſpicitur epiſcopos a ſolo Chriſto poteſtatem Eccleſiæ gubernandæ accepiſſe. Hinc toties apud Cyprianum *Dominus ſacerdotes ſibi in Eccleſia ſua eligere & conſtituere* dicitur p. 134. Hac ratione Cyprianus Cornelii epiſcopatum *de Dei, qui ſacerdotes facit, voluntate ſuſceptum* defendit, epiſt. LII. p. 151. Vid. ep. LV. p. 178. & ep. LXV. p. 243. ep. LXIX. p. 261. Ex hac epiſcopatus notione oriebatur ſumma Cypriani conſtantia in gubernanda & defendenda eccleſia ſua, cui cum ſe judicem ad tempus a Deo datum eſſe ſciret, pag. 263. *commiſſa divinitus caſtra fideli virtute* ſervabar, p. 296. Impreſſa erat aliorum Africæ epiſcoporum animis hæc ſententia. *Si maritus peregre proficiſcens*, inquir Venantius a Timiſa, in concilio Carthag. p. 604. *amico ſuo commendaſſet uxorem ſuam cuſtodiendam, commendatam ſibi ille quanta poſſet diligentia conſervaret, ne ab aliquo caſtitas ejus & ſanctitas adulteraretur. Chriſtus Dominus & Deus noſter ad Patrem proficiſcens ſponſam ſuam nobis commendavit.*

Neſcio quod ſacerdotium Rigaltius & Baluzius diaconis affingunt in ſuis obſervationibus ad hæc Cypriani verba: *Item presbyteris & diaconibus non*

defuit ſacerdotii vigor, epiſt. XV. Cyprianus hoc loco ſacerdotii vigorem nequaquam presbyteris illis & diaconibus attribuit, ſed potius a ſe in illis objurgandis adhibitum demonſtrat; idque ex his quæ ſequuntur atque ex totius epiſtolæ ſerie perſpicitur. Neque huic Rigaltii & Baluzii opinioni favet quod Cyprianus abſens in epiſt. XIII. decernit, *ut qui libellos a martyribus acceperunt, & prærogativa eorum apud Deum adjuvari poſſunt, ſi incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non exſpectata præſentia noſtra*, inquit, *apud presbyterum quemcumque præſentem, vel ſi presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud diaconum quoque exomologeſin delicti ſui facere poſſint; ut manu eis in pœnitentiam impoſita veniant ad Dominum cum pace quam dari martyres litteris ad nos factis deſideraverunt*. Non immorabor in hac explicanda difficultate, quæ nimium arcte cum ſequentibus ſæculis conjuncta eſt, quam ut hoc loco examinari poſſit. Sed ut a Cypriano non diſcedam, unum eſt quod obſervatum velim, nequaquam ab illo hanc provinciam diaconis committi, ut peccatorum confeſſionem excipiant & pœnitentiam imponant. Hæc enim fuit illis temporibus diſciplina, ut nemo ad pacem admitteretur ne in extremo quidem diſcrimine, niſi qui ante morbum peccata confeſſus fuiſſet, ac pœnitentiam poſtulaſſet, ut teſtatur Cyprianus in epiſt. LII. Quamobrem præſcripta apud diaconum exomologeſis in mortis articulo, non erat peccarorum confeſſio, quæ apud ſacerdotes antea fieri debuerat, nec proinde cum diaconis communicatum fuit pœnitentiæ imponendæ munus. Quod autem ab eruditis viris jamdudum obſervatum eſt, duplicem eſſe exomologeſin, id confirmatur ex Cypriani epiſtolis in lapſorum cauſa ſcriptis, in primis ex epiſt. XII. ubi ait exomologeſin fieri *inſpecta vita ejus qui agit pœnitentiam*. Ex quo patet exomologeſin, quam abſolutio proxime ſequebatur jam probata & ſatis ſpectata lapſi pœnitentia, diſtingui debere a confeſſione peccatorum pœnitentiam ipſam præcedente.

III. *Primatus eccleſiæ Romanæ a S. Cypriano ſemper agnitus.*

Sic epiſcoporum jura defendit Cyprianus, ut legitimum Romanæ ſedis primatum agnoſcat. In diſſenſione quam habuit cum Stephano, ſæpe queſtus eſt quod Stephanus primatu ſuo nimium confideret, ſed de ipſius auctoritate litem non movit. Sic enim tacito nomine Stephanum perſtringit in epiſt. LXXI. *Sed nec Petrus*, inquit, *quem primum Dominus elegit, & ſuper quem fundavit Eccleſiam ſuam, cum ſecum Paulus de circumciſione poſtmodum diſceptaret, vindicavit ſibi aliquid inſolenter aut arroganter aſſumpſit, ut diceret ſe primatum tenere & obtemperari a novellis & poſteris ſibi potius oportere*: ſic etiam Firmilianus juſte indignari ſe dicit in Stephanum, pag. 308. quod qui *ſic de epiſcopatus ſui loco gloriatur, & ſe ſucceſſionem Petri tenere contendit, ſuper quem fundamenta Eccleſiæ collocata ſunt, multas alias petras inducat, & eccleſiarum multarum nova ædificia conſtituat, dum eſſe illic baptiſma ſua auctoritate defendit*. Et paulo poſt: *Stephanus, qui per ſucceſſionem cathedram Petri habere ſe prædicat, nullo adverſus hæreticos zelo excitatur*. Agnoſcit ergo Firmilianus in Stephano altiorem quemdam dignitatis gradum, & dum in eo congruens dignitati ſtudium fidei deſiderat, Petri primatum fatetur ſucceſſione ad illum perveniſſe. Petri ejuſque ſucceſſorum primatum ſæpe alias commendavit Cyprianus. *Petrus tamen*, inquit pag. 265. *ſuper quem ædificata ab eodem Domino fuerat Eccleſia, unus pro omnibus loquens & Eccleſiæ voce reſpondens ait*: Domine ad quem ibimus? Vid. pag. 265. *Una Eccleſia a Domino ſuper Petrum origine unitatis & ratione fundata*, p. 270. *Nam Petro primum Dominus ſuper quem ædificavit Eccleſiam, & unde unitatis originem inſtituit & oſtendit, poteſtatem iſtam dedit ut id ſolveretur in cælis quod ille ſolviſſet in terris. Et poſt reſurrectionem quoque ad Apoſtolos loquitur, dicens*; Sicut miſit me Pater, & ego mit-

Digitized by Google

ego mitto vos, &c. epiſt. LXXIII. p. 280. vid. p. 307. & 494. Sed præcipue conſiderandus nobis eſt inſignis locus ex libro de Unitate Eccleſiæ pag. 396. *Loquitur Dominus ad Petrum :* Ego tibi dico, *inquit*, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam, & tibi dabo claves regni cælorum : & quæ ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis ; & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. *Et iterum eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit :* Paſce oves meas ; *ſuper illum unum ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oves ſuas, quamvis Apoſtolis poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat :* Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos : accipite Spiritum ſanctum, ſi cujus remiſeritis peccata, remittentur illi ; ſi cujus tenueritis, tenebuntur ; *tamen ut unitatem manifeſtaret, unitatis ejuſdem originem ab uno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit. Hoc erant utique & ceteri Apoſtoli quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis ; ſed exordium ab unitate proficiſcitur, ut Eccleſia Chriſti una monſtretur.*

Hoc teſtimonium ita protuli, ut habetur in hac Baluzii editione, ſed Cypriani verba aliter leguntur in editionibus Manutii ac Pamelii, in quibus poſt hæc verba, *ut unitatem manifeſtaret*, additur, *unam cathedram conſtituit :* ſic etiam poſt hæc verba, *exordium ab unitate proficiſcitur*, habent editiones illæ, *Et primatus Petro datur, ut una Chriſti Eccleſia & cathedra una monſtretur. Et paſtores ſunt omnes & grex unus oſtenditur qui ab Apoſtolis omnibus unanimi conſenſione paſcatur, ut Eccleſia Chriſti una monſtretur ... qui cathedram Petri, ſuper quem fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſia ſe eſſe confidit ?* Hæc in contextum irrepſiſſe Baluzius exiſtimavit, cujus de ſententia ac rationibus eruditorum erit judicium ; ſed obſervatum velim, ſi ea retineantur, quæ Oxonienſis editor & Baluzius expunxerunt, nihil adfuturum quod non cum Cypriani doctrina optime quadret ; ſin autem recidantur, reliquas teſtimonii hujus partes ſatis per ſe habituras momenti ad primatum eccleſiæ Romanæ. Hoſpes ſane & peregrinus ſit in Cypriani doctrina, ſi quis miretur Petro primatum ab eo attribui, & unum gregem, ac unam cathedram adſtrui, cum tot locis eumdem primatum defendat, ac unum gregem, unum epiſcopatum, & nominatim in epiſt. XL. unam cathedram commendet. Non magis mirandum quod in Eccleſia non eſſe pronuntiet nefarios illos ſchiſmaticos, qui hoc uno epiſcopatu conculcato, hac una cathedra, quæ ſuper Petrum fundata eſt, deſerta, humanam prorſus eccleſiam inſtituere tentabant. Non erat ergo cur Cypriani teſtimonium ab his verbis editor Oxonienſis, velut a quodam, ut ipſe appellat, veneno purgaſſe ſibi videretur. Quinetiam quæ ab illo editore in hoc teſtimonio & ab omnibus admittuntur, ſatis per ſe valent ad primatum demonſtrandum. Illud 1. perſpicitur in hoc Cypriani loco & in pluribus aliis, principium unitatis ſine primatu eſſe non poſſe. Quis enim ei primatum deneget, a quo incipit unitas, & per quem Eccleſia una monſtratur ? 2. Quemadmodum poſt Petrum non deſiit unitas, ita nec primatus & principium unitatis, quod Chriſtus auctoritate ſua diſpoſuit, quod eo conſilio inſtituit, ut Eccleſia una monſtretur. Neceſſe eſt igitur, ut unitatem, ita principium & vinculum unitatis in Eccleſia perſeverare : unde exiſtimari poteſt quanti fecerit eccleſiam Romanam Cyprianus, quam arcte affixus fuerit principio unitatis, qui tanto unitatis amore accenſus erat. Hinc illius indignatio pag. 182. quod ſchiſmatici auſi fuiſſent *ad Petri cathedram atque ad eccleſiam principalem unde unitas ſacerdotalis exorta eſt, navigare.* Dictitant adverſarii noſtri primatum eccleſiæ Romanæ defendi a Cypriano, non quod juris quidquam in alias eccleſias haberet, ſed quia ſedes erat & domicilium Imperii. Sed nihil abſurdius hoc commento, nec quiſquam ſibi perſuadebit Cyprianum, cujus in

omnibus

omnibus ſcriptis & factis ſpirat unitatis amor, aut primatum illi eccleſiæ denegaſſe, ex qua ſacerdotalem unitatem ortam fatebatur, aut propter urbis potentiam & magnitudinem detuliſſe, non propter unitatis principium. Hunc primatum ſibi eccleſia Romana, repugnante nemine, vindicabat: quamvis clerus Romanus, ſede vacante, non omnem ſibi auctoritatem ſumeret, ſed difficiliora quæque, in his lapſorum cauſam, ad electionem epiſcopi integra ſervaret, non tamen icciro intermiſſus erat primatus. *Salutant vos fratres*, inquit ille clerus epiſt. III. inter Cyprianicas, *qui ſunt in vinculis, & presbyteri & tota eccleſia, quæ & ipſa cum ſumma ſollicitudine excubat pro omnibus qui invocant nomen Domini*. Hinc litteræ ejuſdem cleri, quæ de lapſis agebant, in totum orbem terrarum miſſæ fuerunt, ut teſtatur Cyprianus ep. LII.

Sed in hoc Cypriani loco Fellus & Simon Goulartius contendunt par conſortium honoris & poteſtatis inter Apoſtolos eorumque ſucceſſores penitus pugnare cum primatu; obſervat Fellus in not. ad epiſtolam LV. *beato illo martyre judice pro deſperatis & perditis habendos eſſe quibus minor videtur auctoritas epiſcoporum in Africa, quam vel Cornelii ipſius in Petri cathedra Romæ ſedentis*.

Si qua fieret præjudicatarum opinionum intermiſſio, nihil facilius foret, quam Cypriani ſenſum callere & primatum cum pari conſortio honoris & poteſtatis conciliare. Nemo neſcit Cyprianum Africæ, & Numidiæ ac Mauritaniæ præfuiſſe: parem tamen poteſtatem epiſcopi illarum provinciarum a Chriſto acceperant, hoc erant utique quod Cyprianus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis; ſed his præerat Carthaginenſis epiſcopus. Quod ſi Cyprianus, dum par conſortium honoris & poteſtatis inter epiſcopos agnoſcit, non icciro delatam ſibi jure eccleſiaſtico auctoritatem abjecit; cur Petrum ejuſque ſucceſſores auctoritate ab ipſo Chriſto tradita ſpoliaſſe videatur? Luce clarior eſt ejus ſententia, demonſtrat unitatem tanti viſam eſſe Chriſto, ut quamvis Apoſtolis parem poteſtatem attribueret, unum tamen aliis præeſſe vellet: itaque hoc erant Apoſtoli, quod fuit Petrus, ſed excepto primatu. Jacobus & Joannes parem poteſtatem acceperant ac Petrus, ſed Chriſtus unitatem nec a Jacobo nec a Joanne incipere voluit; ſoli Petro hunc detulit honorem.

Ex his etiam illuſtrari poteſt alius Cypriani locus ab iiſdem adverſariis decantatus. *Epiſcopatus unus eſt cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur*, inquit ibidem Cyprianus in libro de Unit. Eccleſ. Sæpe alias declarat Cyprianus, etſi *ſingulis paſtoribus portio gregis adſcripta eſt*, *etſi paſtores multi* ſunt, *unum tamen gregem* eos paſcere, *& oves univerſas quas Chriſtus ſanguine ſuo & paſſione quæſivit colligere & fovere* debere, *& icciro copioſum corpus* eſſe *ſacerdotum concordiæ mutuæ glutino atque unitatis vinculo copulatum, ut ſi quis ex collegio eorum hæreſim facere & gregem Chriſti lacerare & vaſtare tentaverit, ſubveniant ceteri, & quaſi paſtores utiles & miſericordes oves dominicas in gregem colligant*, p. 183. & 249. 250. Sed copioſus ille ſacerdotum numerus in paſcendis ovibus conſpirans non modo nihil detrahit primatui, ſed etiam ducem & auctorem neceſſario poſtulat; alioqui ſumma eſſet futura omnium rerum perturbatio. Debent epiſcopi pro ſuo unitatis ſtudio in rebus majoris momenti mutuas ſibi operas tradere, debent in damnandis hæreſibus auctoritatem & conſilia conſociare; ſed quis neget in ejuſmodi rebus præcipuas illius partes eſſe debere, a quo *incipientem unitatis originem* Chriſtus *ſua auctoritate diſpoſuit?*

IV. *De diſſenſione S. Cypriani cum S. Stephano. Nullum baptiſma probatum Stephano, niſi quod ex præſcripta a Chriſto forma datum eſſet.*

Cum S. Cyprianus in litteris, quæ de baptiſmo hæreticorum ſcriptæ ſunt, multa de adverſariis ſuis dicat, aut ab eis dicta referat; non parvi intereſt ad ejus illuſtranda teſtimonia, quid S. Stephanus & alii Cypriani adverſarii ſenſerint,

ſenſerint, exponere. Stephanum erroris accuſarunt etiam e catholicis plurimi, eumque omnium hæreticorum baptiſma comprobaſſe volunt, etiam eorum qui formam a Chriſto præſcriptam non ſervabant. Quin etiam Launojus Cyprianum ſic defendit, ut ipſi antiquitatem magis quam adverſariis favere exiſtimet, *rem iſtam*, ut illius verbis utar, *non eſſe fidei ſed diſciplinæ* pronuntians, tom. 8. p. 656. Demonſtrare conabor Stephanum nihil aliud docuiſſe, quam quod poſtea omnium conſenſu ſtabilitum eſt, atque hanc illius doctrinam non antiquitati contrariam eſſe, ſed e media Apoſtolorum traditione dimanaſſe.

Amiſimus ſcriptas a Stephano papa epiſtolas de baptiſmo hæreticorum; ſed quæ Cyprianus ex epiſtola ad ſe ſcripta refert, ea omnem ſancti pontificis accuſandi anſam præcidunt. Sic enim loquebatur Stephanus in epiſtola ad Cyprianum: *Si quis ergo a quacumque hæreſi venerit ad nos, nihil innovetur, niſi quod traditum eſt, ut manus illi imponatur in pænitentiam; cum ipſi hæretici proprie alterutrum ad ſe venientes non baptizent, ſed communicent tantum*. Perabſurde Rigaltius detorquet illud *proprie* ad eos *qui proprie ob propriam aliquam cauſam dicuntur hæretici*. Liquet hanc vocem referri ad ea quæ ſequuntur, ita ut hæretici dicantur proprie non baptizare, ſive proprio baptiſmo non imbuere alterutrum ad ſe venientes; quale eſt illud Horatii, *difficile eſt proprie communia dicere*. Verborum autem Stephani duæ tantum videntur afferri poſſe ſententiæ. Vel enim ait hæreticos ſuum quemque proprium habere baptiſma, ſed tamen eo non imbuere alterutrum ad ſe venientes: vel hoc ſtatuit, hæreticos proprium ſibi non arrogare baptiſma, quo venientes ad ſe baptizent, ſed commune & in ſua & in aliis ſectis revereri. Prima interpretatio ſtare non poteſt, altera explorata & perſpicua. 1. Repugnaret omnino illa hæreticorum in baptizando varietas, & in aliorum probando ac retinendo baptiſmate conſenſus. Cur enim una quæque ſecta proprium ſibi & ab aliis diſcrepantem baptiſmum inſtituiſſet; niſi quia & Eccleſiæ & ſectarum baptiſmus parum ad ſalutem idoneus videretur? Quamobrem novum baptiſmum inſtituentibus conſentaneum erat aliorum baptiſma rejicere. 2. Hæreticos hoc loco Stephanus Cypriano ad imitandum proponit. Etſi enim uterque de baptiſmo magnifice ſentiebat, uterque tamen exiliter ſentire alteri videbatur. De baptiſmi ſanctitate & majeſtate detrahi exiſtimabat Cyprianus, ſi datus ab hæreticis valeret. Baptiſmo injuriam Stephanus fieri putabat, ſi vel in ipſis hæreticis rejiceretur. Cum ergo hæreticos ad imitandum proponit, neceſſe eſt ut in eis aliquid laudet, quod ad baptiſmi commendationem valeat. At ſi hæretici præſcriptam a Chriſto formam in baptizando violaſſent, nec tamen dubitaſſent diſſimile aliorum baptiſma comprobare; hæc agendi ratio hominum fuiſſet baptiſma, ut inutilem & exilem ceremoniam, flocciſacientium. 3. Ad illuſtrandam Stephani ſententiam accedunt Firmiliani & Cypriani teſtimonia. *Stephanus in epiſtola ſua dixit*, inquit Firmilianus, *hæreticos quoque ipſos in baptiſmo convenire*. Cyprianus poſtquam verba Stephani retulit, hæc addit in ep. LXXIV. *Et cum ſingulæ hæreſes ſingula baptiſmata & diverſa peccata habeant; hic cum omnium baptiſmo communicans, univerſorum delicta in ſinum ſuum coacervata congeſſit*. Opponit Cyprianus Stephani principio aliud principium, & ſingulas hæreſes ſingula habere baptiſmata contendit, quia Stephanus unum & commune baptiſma apud hæreticos eſſe ſtatuerat. Nec tamen Cyprianus iccirco tot baptiſmata numerat, quot ſunt hæreſes, quod ſingulæ hæreſes baptiſmi formam immutaſſent; nemo enim id ſuſpicabitur; ſed quia ſingulæ ſunt unum veluti corpus ab aliis ſectis & ab Eccleſia ſeparatum.

Launojus & poſt eum auctor Bibliothecæ ſcriptorum eccleſiaſticorum objiciunt perpaucos tunc exſtitiſſe hæreticos, qui in nomine trium perſonarum baptiza-

baptizatent; quamobrem omnes omnino hæreticos Stephano probati, in his Marcionitas, ut ei exprobrant Firmilianus ac Cyprianus. Sed veterum hæreticorum inſtituta Stephano, Cypriano & Firmiliano notiota erant, quam recentibus ſcriptoribus. At inter Stephanum, ac Cyprianum & Firmilianum generatim convenit, ut modo vidimus, hæreticos proprium ſibi baptiſmum non habere. Ergo perpauci excipi poſſunt, qui communem baptizandi formam perverterint. Teſtes ejuſdem ſententiæ citari poſſunt Clemens Alexandrinus & Tertullianus; quorum primus Strom. 1. pag. 317. hæreticorum baptiſma in Scripturis aquam alienam appellari obſervat, nec tamen hanc cauſam affert quod baptiſmi adminiſtrandi normam corruperint, ſed quod alieni ſint ab Eccleſia. Similiter Tertullianus libr. de Baptiſmo cap. 15. hæreticorum baptiſmum non eo nomine rejicit, quod illius adminiſtrandi ritum a Chriſto præſcriptum immutaſſent, ſed quia *nullum habent conſortium diſciplinæ noſtræ, quos extraneos utique teſtatur ipſa ademptio communicationis*. Ad hæc etiam accedit Auguſtini teſtimonium, qui in libro 6. de Bapt. c. 25. ſic loquitur: *Quis neſciat non eſſe baptiſmum Chriſti, ſi verba evangelica quibus ſymbolum conſtat illic defuerint? Sed facilius inveniuntur hæretici qui omnino non baptizent, quam qui illis verbis non baptizent*.

Fruſtra Launojus Auguſtini teſtimonium de æqualibus S. doctoris hæreticis accipiendum eſſe, de antiquioribus autem aliter judicandum putat. Nam quod quarto & quinto Eccleſiæ ſæculo animadvertit Auguſtinus, id potiori jure de ſecundo & tertio aſſeverari poteſt. Neque enim defuerunt hæreſes, quæ cum in ſectæ primordiis communem baptizandi normam ſecutæ eſſent, eam poſtea immutarent, ut ſuorum ad Eccleſiam catholicam reditum majori difficultate obſtruerent. Id de Encratitis nominatim teſtatur Baſilius can. 1. Quamquam ne illi quidem præſcriptam a Chriſto formam pervertebant, ſed ceremonias quaſdam aut adjeciſſe videntur aut detraxiſſe. Sic enim de illis Baſilius can. 47. *Ne dicant: In Patrem & Filium & Spiritum ſanctum baptizati ſumus*. Quinetiam eorum baptiſmum non improbat ratum haberi, ſi qua inde major utilitas accedat. Atque ipſe can. 1. teſtatur fratres Zoin & Saturninum ſuſceptos a ſe fuiſſe in cathedra epiſcoporum, cum ab hac hæreſi redirent. Sed ſi Encratitæ communes ritus initio ſecuti fuerant, & cum novi aliquid inducere voluerunt, non tamen præſcriptam a Chriſto formam violare auſi ſunt; an dubium quin Marcionitæ & alii ejuſmodi, quibuſcum erat cum Encratitis finitima vicinitas, baptiſmum in Eccleſia catholica uſurpatum retinuerint? Porro Marcionem in nomine trium perſonarum baptizaſſe teſtis eſt locuples Cyprianus qui ejus baptiſmum hoc argumento rejicit, quod non eamdem Trinitatem agnoſcat ac catholici. *Numquid hanc Trinitatem Marcion tenet*, inquit in epiſt. ad Jubaj. pag. 279. *Numquid eumdem aſſerit quem & nos Patrem creatorem? Numquid eumdem novit Filium Chriſtum de Maria virgine natum?* Fatebatur ergo Cyprianus tres perſonas ab hæreticis in baptiſmo nominari, ac eo redactus erat, ut Trinitatem hæreticos non eodem modo ac catholicos interpretari diceret. Simili ratione Firmilianus Gnoſticorum & Montaniſtarum baptiſma rejicit, quia primi non eumdem Patrem ac catholici, Montaniſtæ non eumdem Spiritum ſanctum agnoſcebant. Marcionem ſic premit Tertullianus argumentis ex baptiſmo petitis, ut facile pateat communem baptizandi ritum ab hoc hæretico mutatum non fuiſſe. Quærit enim lib. 1. c. 28. quomodo regeneret Deus Marcionis qui non generavit; quomodo Spiritum attribuat in baptiſmo, qui animam non prius contulit; cur lavet hominem numquam apud ſe inquinatum, & in hoc totum ſalutis ſacramentum carnem mergat exortem ſalutis? Narrat Epiphanius pag. 230. *non unum baptiſma* apud Marcionitas *ſed tria poſt delictum concedi, pro mortuis illorum catechumenis alios baptizari, ac mulieribus baptiſmi conferendi facultatem*

tatem committi; ſed violatæ baptiſmi formæ Marcionem non accuſat. Valentini quoque & Apellis baptiſmum Stephanus ratum habuiſſe dicitur. Sed id ex ejus principiis ſequebatur. Nam cum certo teneret, ut ei exprobrat Firmilianus, baptiſmum adminiſtrari *invocata Trinitate nominum Patris & Filii & Spiritus ſancti*, neminem prorſus excludere debuit, quem ab hac baptizandi norma non diſcedere conſtaret. Quod ſi ipſe Marcion, qui impietate omnes ſuperavit, in nomine trium perſonarum baptizabat, non video cut non idem de Apelle & Valentino credatur. Cyprianus hoc unum ejuſmodi hæreticis objicit, quod non eumdem Patrem ac catholici, eumdem Filium, eumdem Spiritum ſanctum eamdemque Eccleſiam confiteantur; ac Patripaſſianos, Anthropianos, Valentinianos, Apelletianos, Ophitas Marcionitis adjungit, ep. ad Jubaj. p. 279. Marcus inter Valentini ſectatores celeberrimus in conſecrando pane & vino omnia invocationis verba pronuntiabat, ut teſtatur Irenæus lib. 1. cap. 12. ceteri ejuſdem generis hæretici euchariſtiam ex more Eccleſiæ celebrabant. Hinc eos provocat Irenæus lib. 4. cap. 18. ut *aut ſententiam mutent, aut abſtineant offerendo quæ prædicta ſunt*. Non veriſimile eſt quibus religio erat a conſueta euchariſtiæ celebrandæ forma diſcedere, eos in baptiſmi ritibus ne id quidem retinuiſſe quod Chriſtus nominatim præſcripſerat. Multa ſane in baptiſmi ceremonias impia & abſurda induxerunt plerique Gnoſtici. Sed, ut obſervat Auguſtinus lib. 6. de Baptiſmo, n. 47. *Certa illa evangelica verba ſine quibus non poteſt baptiſmus conſecrari, tantum valent ut per illa ſic evacuentur quæcumque in prece vitioſa contra regulam fidei dicuntur; & ſi malus atque perverſus in aliquibus perverſam precem afferat, adeſt Deus evangelicis verbis ſuis, ſine quibus baptiſmus Chriſti conſecrari non poteſt, & ipſe ſanctificat ſacramentum ſuum*. Cum Auguſtino conſentit Stephanus, qui, ut refert Firmilianus, dicebat *iis qui apud hæreticos baptizantur adeſſe præſentiam & ſanctimoniam Chriſti*. Quod autem ſpectat ad eos qui aut aquam non adhibebant, aut non ut Chriſtus præſcripſit, baptizabant, (quales extitiſſe nonnulli videntur inter Gnoſticos ethnici magis quam hæretici,) non dubium quin eos ſine baptiſmo Stephanus in Eccleſiam non admiſiſſet. Nonnulli autem ſic baptiſmi verba immutabant, ut tamen retinere & exprimere vellent, quales erant qui baptizabant *in nomen incogniti Patris omnium, in veritatem matrem omnium, in deſcendentem in Jeſum*, Iren. lib. 1. cap. 21. n. 3. Sed de ejuſmodi hæreticis adeo nulla fuit controverſia, ut Cyprianus & Firmilianus interrogationes ipſas, quales in Eccleſia fieri ſolebant, ab hæreticis ſervari teſtentur, pag. 279. 304. 319. Ad hæc Cypriani & Firmiliani teſtimonia accedit auctoritas non ſolum Auguſtini, Vincentii Lirinenſis & Facundi, qui minime dubitarunt quin communem Eccleſiæ ſententiam Stephanus defendiſſet; ſed etiam Dionyſii Alexandrini & Euſebii, quorum primus ſic ad Stephanum & de Stephano ſcripſit, ut in eo leniorem tantummodo ſententiam, & quamdam, ut in re nondum omnium conſenſu deciſa, accommodationem deſideraret; alter veto antiquam traditionem ab eo defenſam fuiſſe teſtatur, Hiſt. lib. 7. c. 3.

V. *S. Cyprianus ſententiam adverſariorum minus intellexit. De baptiſmo in Chriſti nomine. Stephani ſententia orta ab Apoſtolis.*

Sed duo nobis ſuperſunt explicanda, utrum Stephanus hæreticorum baptiſmo non ſolum characterem imprimi, ſed etiam peccata dimitti exiſtimaverit; utrum ſatis eſſe duxerit in Chriſti nomine baptizare, nulla Patris & Spiritus ſancti facta mentione. Cyprianus & Firmilianus ſic ſemper adverſarios refellunt, quaſi iſti peccata ab hæreticis baptizantibus dimitti contenderent. *Dat honorem Deo*, inquit Cyprianus ep. LXXIV. *qui apud eos qui in Deum blaſphemant, remiſſionem peccatorum dari judicat?* Et Firmilianus ep. LXXV. *Stephanus*, inquit, *& qui illi conſentiunt, contendunt dimiſſionem peccatorum, & ſecundam nativitatem*

 in hæreti-

in hæreticorum baptiſma poſſe procedere , apud quos etiam ipſi conſitentur Spiritum ſanctum non eſſe ; Et infra , *dicunt eum qui quomodocumque foris baptizatur mente & fide ſua gratiam conſequi poſſe .* In epiſtola a Jubajano ad Cyprianum miſſa , quam Stephani eſſe Pamelius & Baronius exiſtimant , ſcriptum erat , *quod quærendum non ſit quis baptizaverit , quando is qui baptizatus ſit , accipere remiſſam peccatorum potuerit ſecundum quod credidit .* Difficile non fuit Cypriano & Firmiliano in ea opinione , quam adverſariis ſuis affingunt , manifeſtam pugnam demonſtrare . Perabſurdum enim eſt , ut remiſſionem peccatorum conſecutus eſſe dicatur , qui nondum accepit Spiritum ſanctum ; & Chriſtum in baptiſmo induiſſe , in quo nondum habitat Spiritus ſanctus . Sed videntur ſummi illi viri Cyprianus & Firmilianus minus accurate interpretari ſententiam adverſariorum , quos veriſimile non eſt tam abſurde ratiocinatos , ut remiſſionem peccatorum ſine Spiritu ſancto comparari poſſe crederent . Exiſtimat eruditus editor litterarum ſummorum pontificum Stephanum , dum remiſſionem peccatorum in baptiſmo extra hæreſim dato agnoſcit , vel de infantibus loqui , vel de adultis bona fide baptiſmum ab occulto hæretico accipientibus , aut ab aperto in extremo vitæ periculo . Quamvis autem doctiſſimo ſcriptori plurimum tribuam , aliam tamen viam inibo explicandæ Stephani ſententiæ , quæ mihi videtur illuſtrari poſſe ex his illius verbis a Firmiliano citatis , *hæreſis quidem* , ajebat , *parit & exponit : expoſitos autem Eccleſia ſuſcipit .*

Perſpicitur ex his verbis hæreſim non ſibi ſed Eccleſiæ parere , vel potius Eccleſiam per hæreſim veluti per ancillam parere , ita ut quos parit hæreſis , filii ſponſæ fieri poſſint , ſi ad Eccleſiam accedant ; ab Eccleſia autem non ſuſcepti interitum effugere non poſſint . Stephani doctrinæ ſimillima eſt hæc Auguſtini ſententia ; *Eccleſia quippe* , inquit lib. 1. de Bapt. n. 12. *omnes per baptiſmum parit , ſive apud ſe , id eſt , ex utero ſuo , ſive extra ſe de ſemine viri ſui . Sed & Eſau de uxore natus , propter fraternam diſcordiam ſeparatus eſt a populo Dei , & Aſer per uxoris quidem poteſtatem , ſed ex ancilla natus , propter fraternam concordiam terram promiſſionis accepit . Unde & Iſmaeli ut ſepararetur a populo Dei non obfuit mater ancilla , ſed obfuit fraterna diſcordia ; & non profuit poteſtas uxoris , cujus magis filius erat , quia per ipſius jura conjugalia & in ancilla ſeminatus erat & ex ancilla ſuſceptus . Sic & apud iſtos Eccleſia jure quod eſt in baptiſmo naſcuntur quicumque naſcuntur ; ſed ſi concordent cum fratribus , per unitatem pacis veniunt ad terram promiſſionis ; non de materno utero rurſus ejiciendi , ſed in paterno ſemine agnoſcendi : ſi autem in diſcordia perſeverent , ad Iſmaelis funiculum pertinebunt .* Immerito ergo Cyprianus & Firmilianus exiſtimarunt Stephanum hæreſi veluti ſponſæ filios attribuere , cum hæreſim veluti ancillam parere dixerit , ut quos ipſa peperit , hi ab Eccleſia , quæ ſola eſt ſponſa , ſuſcipiantur . Non abſimili ſententia videtur peccatorum remiſſionem in baptiſmo hæreticorum agnoviſſe . Quemadmodum enim ejuſmodi baptiſmus hanc vim habet , ut quos peperit ancilla ad ſponſam pertineant , cum ab Eccleſia ſuſcipiuntur ; ſic quamvis peccata non dimittat in hæreſi manentibus , id tamen valet , ut redeuntibus ad Eccleſiam dimittantur . Id egregie Auguſtinus explicat in libro 1. de Baptiſmo ; *Intelligant* (Donatiſtæ) inquit n. 18. *in communionibus ab Eccleſia ſeparatis poſſe homines baptizari , ubi Chriſti baptiſmus eadem ſacramenti celebratione datur & ſumitur : qui tamen tunc proſit ad remiſſionem peccatorum , cum quis reconciliatus unitati , ſacrilegio diſſenſionis exuitur , quo ejus peccata tenebantur , & dimitti non ſinebantur .* Auctor anonymus libri de Rebaptiſmate nihil fere aliud probat , niſi hanc baptiſmi foris accepti utilitatem ad remiſſionem peccatorum in Eccleſia conſequendam . Statuit p. 634. *invocationem illam priſtinam nominis Jeſu , nuda & ſingularis ſi in errore ſit conſtituta , non poſſe ad ſalutem præſtandam ſufficere ; ne hac ratione* , inquit , *etiam ethnicos & hæreticos abutentes nomen Jeſu credamus ad ſalutem ſine vera re atque integra poſſe pervenire . Quam*

tamen

tamen invocationem nominis Jeſu correctione erroris & agnitione fidei veritatis, & abſciſſa omni labe præteritæ converſationis, myſterio Dei circa ejuſmodi homines rite perpetratam, locum quem habitura non erat obtinere, & poſtremo in fide recta & ad integritatem ſigni præſtandam non obeſſe, ſupplemento ejus quod deerat accedente, perquam utile eſt credere. Videntur ergo Cyprianus & Firmilianus, cum adverſariorum ſententiam non ex pacificis colloquiis ac diſputationibus, ſed ex ſcriptis tantum iiſque valde obſcuris cognitam haberent, minus intellexiſſe quid iſti ſentirent, & crediidiſſe fidem illos & peccati dimiſſionem in hæreticis ab hæreſi non diſcedentibus admittere, quamvis de fide errori ſuccedente loquerentur, ac peccatum ita dimitti dicerent, ut hæc dimiſſio tunc valeat, cum ab hæreſi diſceditur.

Nunc alius error a ſancto pontifice propulſandus, cui veriſimile non eſt baptiſmum in ſolius Chriſti nomine probatum fuiſſe: 1. Immerito in Stephano ejuſque ſociis vituperaretur ejuſmodi loquendi ratio, quæ & Scripturæ auctoritate & eccleſiaſtici ſermonis uſu firmata eſt, ut demonſtrat modo laudatus editor epiſt. ſum. Pont. 2. Quod ſpectat ad Stephanum, non eum hac in re erroris accuſat Cyprianus, quamvis prima ſpecie accuſare videatur. *Non eſt autem quod aliquis*, inquit in epiſt. LXXIII. *ad circumveniendam Chriſtianam veritatem Chriſti nomen opponat, ut dicat: In nomine Jeſu Chriſti, ubicumque eſt quomodocumque baptizati gratiam baptiſmi ſunt conſecuti.* Et paulo poſt: *quomodo ergo quidam dicunt foris extra Eccleſiam imo & contra Eccleſiam, modo in nomine Jeſu Chriſti ubicumque & quomodocumque baptizatum gentilem remiſſionem peccatorum conſequi poſſe: quando ipſe Chriſtus gentes baptizari jubeat in plena & adunata Trinitate?* Sed ut hæc intelligantur, obſervandum eſt Cyprianum hoc loco non id in adverſariis culpare, quod trium perſonarum aliquam in baptiſmo omitti poſſe dicerent, ſed quod fidem in tres perſonas neceſſariam negarent. Nam cum Marcionitæ & alii ejuſmodi hæretici horrendas blaſphemias in Patrem evomerent; contendit Cyprianus nihil illis prodeſſe nomen Chriſti, quia *ſine Patre aut contra Patrem prodeſſe cuiquam ſolus filius non poteſt. Quomodo*, inquit, *non cognito, imo & blaſphemato Deo patre, qui apud hæreticos Chriſti nomine baptizati dicuntur, peccatorum remiſſam conſecuti judicantur?* Rejicit ergo Cyprianus baptiſma ab hæreticis in Chriſti nomine datum, non ob Patris prætermiſſionem, quæ res in controverſiam non veniebat, ſed ob blaſphemias in Patrem. Hinc illud idem baptiſma probat, ſi in Chriſti veritate adminiſtretur. *Unde apparet*, inquit, *non ea ſtatim ſuſcipienda & aſſumenda quæ jactantur in nomine Chriſti, ſed quæ geruntur in Chriſti veritate.* Idem ergo eſt baptiſma in Chriſti nomine, ac baptiſma a Chriſto inſtitutum. Firmilianus qui hanc Cypriani epiſtolam legerat, atque hunc locum qui nunc in manibus eſt, ut pleraque alia, obſervationibus ſuis confirmat, baptiſma in Chriſti nomine dari exiſtimat, cum in nomine trium perſonarum datur, neque id in adverſariis culpat, quod baptiſma in Chriſti ſolius nomine ratum habeant, ſed *quod non putant quærendum eſſe, quis ſit ille qui baptizaverit, eo quod qui baptizatus ſit, gratiam conſequi potuerit invocata trinitate nominum Patris & Filii & Spiritus ſancti, quaſi invocatio hæc nuda nominum ſufficiat ad remiſſionem peccatorum & baptiſmi ſanctificationem.*

Quinetiam non modo Stephanus, ſed ne ipſe quidem auctor anonymus libri de Rebaptiſmate, qui Cyprianum vehementi aceto perfudit, baptiſma in ſolo Chriſti nomine videtur probaſſe; hoc tamen errore illum Tillemontius laboraſſe contendit, ſed prorſus immerito. Is enim baptiſma in Chriſti nomine interpretatur illud, quod ex forma a Chriſto præſcripta confertur. Locus ipſe quem objicit Tillemontius rem aperte demonſtrat. *Multum intereſt*, inquit anonymus ſcriptor pag. 634. *utrum in totum quis non ſit baptizatus in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, an vero in aliquo claudicet cum baptizatur baptiſmate aquæ, quod minus eſt, dummodo poſtea conſtet in veritate ſincera fides in baptiſmate ſpiritus, quod*

non dubie majus eſt. Nec æſtimes huic tractatui contrarium eſſe quod dixit Dominus : Ite, docete Gentes, ringuite eos *in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Quia cum hoc verum & rectum & omnibus modis in Eccleſia obſervandum ſit, & obſervari quoque ſolitum ſit ; tamen conſiderare oportet, quod invocatio nominis Jeſu non debet a nobis futilis videri propter venerationem & virtutem ipſius nominis, in quo nomine virtutes omnes ſolent fieri & nonnumquam etiam aliquæ ab hominibus extraneis.* Ex quibus concludit Tillemontius hunc ſcriptorem, etſi fatetur tres perſonas nominari ſolere in Eccleſia, non tamen irritum baptiſmum putare, ſi in ſolo Jeſu nomine conferatur. Sed noſter ille ſcriptor non id ſibi objicit ex Chriſti verbis, *in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti ;* ſed illud, *docete Gentes*, neque illud defendit baptiſma cui deſit trium perſonarum appellatio, ſed cui deſit *ſincera fides :* & quod ait *in Eccleſia obſervandum & obſervari ſolitum* refertur ad hæc verba, *Ite, docete Gentes*. Hinc Apoſtolos contendit cum baptizati ſunt Judæorum more de Chriſti immortalitate ſenſiſſe, nec ipſius mortem & reſurrectionem credidiſſe : unde ſic concludit p. 637. *Itaque quod ad ipſos diſcipulos pertinet, neque integram neque perfectam fidem habuiſſe, his modis quibus retulimus inveniuntur, & quod multo gravius eſt, ſicut in Evangelio cata Joannem ſcriptum eſt, etiam alios baptizabant.* Non ergo agitur hoc loco de appellatione trium perſonarum, ſed res ut certa ac minime controverſa ponitur, nec baptiſma in nomine Jeſu apud hunc ſcriptorem aliud ſonat, ut videre eſt ex verbis modo citatis, ac baptiſma aquæ, baptiſma in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.

Jam vero non longa diſputatione opus eſt, ut propugnatum a Stephano papa inſtitutum ex traditionis apoſtolicæ fontibus profluxiſſe demonſtremus. Vigebat ubique hæc conſuetudo exceptis illis eccleſiis, quas ſynodorum decreta in aliam ſententiam detorſerant. Nullum in Occidente veſtigium iterati baptiſmi præterquam in Africa. In Oriente teſtatur Euſebius Hiſt. l. 7. c. 2. antiquam conſuetudinem invaluiſſe, ut in recipiendis hæreticis ſola manuum impoſitio cum precationibus adhiberetur. Morem Ægypti perſpicimus ex teſtimoniis Dionyſii Alexandrini apud Euſebium in eodem libro exſtantibus. Minatus fuerat Stephanus ſe cum Cappadocia, Cilicia, Galatia & finitimis regionibus non communicaturum ; at nullæ prorſus de Ægypto querelæ. Quinetiam Dionyſius Alexandrinus magno Eccleſiæ commodo interpoſuit ſe in pacificationem diſſidii. Quod autem Xiſtum Romanum pontificem conſulendum eſſe duxit de homine jamdudum in Eccleſiam reverſo, ſed qui ſe impio & pleno blaſphemiæ baptiſmo initiatum fuiſſe meminerat ; id non ſolum Dionyſii conſenſionem cum eccleſia Romana, & alienum ab iterando baptiſmo animum declarat, ſed etiam argumento eſt ab ipſius deceſſoribus Heracla aut Demetrio qui hunc hominem receperant, ſolitos non fuiſſe redeuntes hæreticos baptizari. Huc accedit Baſilii teſtimonium, qui baptiſmum Montaniſtarum Dionyſio Alexandrino probatum fuiſſe aſſeverat can. 1. Quod ex Clemente Alexandrino objicitur Strom. 1. pag. 317. aquam hæreticorum eſſe aquam alienam, id non expiari probat ſed contaminari qui baptiſmum in hæreſi jam adulti accipiunt ; at baptiſmum irritum S. Clementi & nullum viſum eſſe non probat. Difficilior ad explicandum Hieronymus, qui in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis teſtatur Dionyſium Alexandrinum idem ac Cyprianum de baptiſmo hæreticorum ſenſiſſe, ac plures ea de re litteras ſcripſiſſe ; ſed hac in re pugnat Hieronymus adverſa fronte cum Baſilio.

Ipſa etiam Africa teſtis citari poteſt illius traditionis, quam acerrime impugnavit. Neque enim Afri ante Agrippini decreta baptiſmum ab hæreticis datum iterabant ; idque ipſos eſſe confeſſos perſpicitur ex his Firmiliani verbis : *Quod quidem adverſus Stephanum vos dicere Afri poteſtis, cognita veritate errorem vos conſuetudinis reliquiſſe.* Ipſe etiam Cyprianus, dum ait in epiſt. ad

Jubaj.

Jubaj. non novam aut repentinam rem eſſe, ut baptizentur qui ab hæreticis in Eccleſiam veniunt, ſed multos annos eſſe, ex quo ſub Agrippino id epiſcopi in concilio ſtatuerant, non obſcure de novitate opinionis ſuæ confitetur, illiuſque fontem & caput Agrippinum agnoſcit. Exiſtimavit Auguſtinus inductum ab Agrippino morem, cum paulo poſt exaruiſſet, a Cypriano revocatum fuiſſe. Sed id omnino pugnat, ut obſervavit Tillemontius, cum his Cypriani verbis ex epiſt. ad Jubaj. *Quando exinde* (nempe ab Agrippino) *uſque in hodiernum tot millia hæreticorum in provinciis noſtris ad Eccleſiam converſi, non aſpernati ſint, neque cunctati, imo & rationabiliter & libenter amplexi ſint, ut lavacri vitalis & ſalutaris baptiſmi gratiam conſequerentur*. Sed ſi Cyprianus conſuetudinem jam ſtabilitam defendit; novam certe Agrippinus induxit, ut tot locis obſervat Auguſtinus in libris de Baptiſmo.

His teſtimoniis plurimum addit ponderis ſectarum conſenſus; quæ acceptum in aliis ſectis baptiſmum iterare non audebant. Quis non videt tot eccleſiarum totque ſectarum conſenſum non ab alio capite & fonte quam ab Apoſtolis fluxiſſe, in re præſertim quæ maximis obſtructa difficultatibus, nec Scripturis aperte indicata, nec ullo Eccleſiæ decreto confirmata ita tamen catholicis & hæreticis explorata erat, ut contraria opinio gravis error videretur. Numquam ſane poſt Apoſtolos tam firma perſuaſio inſculpi animis potuiſſet nullo interveniente univerſæ Eccleſiæ decreto; ſed potius hæreſis odium & juſtiſſima cautio, ne aut hominibus non baptizatis euchariſtia daretur, aut infantes in hæreſi baptizati ſine vero baptiſmo morerentur, neceſſitatem iterandi baptiſmi plurimis attuliſſent.

VI. *Quibus potiſſimum rationibus ſeſe S. Cyprianus defenderit. Nec ſacramenta a malis in Eccleſia adminiſtrata, nec traditionem rejecit.*

Quamvis ſuam Eccleſia de hæreticorum baptiſmo doctrinam ex ipſo Apoſtolorum ore acceperit; fatendum tamen eſt non fuiſſe hanc traditionem ex illo genere, quod omnium auribus quotidiana prædicatio inculcaret. Nemo umquam Eccleſiæ ſententiam de Chriſti & Spiritus ſancti divinitate, de mutatione donorum in corpus & ſanguinem Chriſti & aliis ejuſmodi rebus ſine ſumma negligentia ignorare potuit, aut ſine ſummo ſcelere impugnare, quia his dogmatibus Chriſtianorum aures in omnibus eccleſiis circumſonabant. Utrum autem hæreticorum baptiſma ratum necne habendum eſſet, id obſcurari & die obſoleſcere potuit in multis regionibus, in quibus recipiendorum hæreticorum aut nullus erat uſus aut admodum rarus. Quare mirari non debemus, cur hac in re præſtantiſſimi viri erraverint. Ac veritas quidem facile inveſtigari potuiſſet, ſi conſultæ fuiſſent antiquiſſimæ eccleſiæ, quæ numquam hæreticis caruerant quos oppugnarent, aut redeuntes in Eccleſiam reciperent; qualis erat imprimis eccleſia Romana; cum vetuſtiſſimos quoſque hæreticos conſtet in hanc urbem ſeſe contuliſſe. Sed hujus cautionis prætermiſſæ leviſſimam culpam ſuſtinet Cyprianus, qui conſuetudinem rebaptizandi non induxit in eccleſiam ſuam, ſed deceſſorum ſuorum auctoritate conſtitutam reperit.

Rationum momentis, quibus utebatur Cyprianus, tantum ineſt ſplendoris, ut ſe Auguſtinus ſola Eccleſiæ auctoritate in contrariam ſententiam adduci fateatur. *Nec nos ipſi*, inquit l. 2. de Bapt. n. 5. *tale aliquid auderemus aſſerere, niſi univerſæ Eccleſiæ concordiſſima auctoritate firmati; cui & ipſe* (Cyprianus) *ſine dubio cederet, ſi jam illo tempore quæſtionis hujus veritas eliquata & declarata per plenarium concilium ſolidaretur*. Hoc autem potiſſimum argumento nitebatur Cyprianus; hæreſes, cum ab Eccleſiæ unitate abſciſſæ ſint & ex mortuis conſtent hominibus, non poſſe ſanctificare, remiſſionem peccatorum & Spiritum ſanctum dare. *Quis autem poteſt dare*, inquit in ep. LXX. *quod*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quod ipſe non habeat? aut quomodo poteſt ſpiritalia agere, qui ipſe amiſerit Spiritum ſanctum? & in ep. LXXI. *Neque enim accipiunt illic aliquid ubi nihil eſt*. Et paulo poſt: *Manifeſtum eſt autem eos qui non ſunt in Eccleſia Chriſti inter mortuos computari, nec poſſe ab eo vivificari alterum qui ipſe non vivat*. Ex his & aliis ejuſmodi teſtimoniis nequaquam id ſtatuit Cyprianus, quod ex ejus verbis conſequi exiſtimarunt eruditorum nonnulli, neceſſariam eſſe ſingulis miniſtris ſanctitatem, ut ſacramenta valide adminiſtrent. Loquitur de univerſa ſocietate, non de privatis; & quemadmodum Eccleſiæ catholicæ ſacramenta, dum a malis adminiſtrantur, vim ſuam & effectum retinent precibus ſanctorum & gemitibus columbæ; ſic apud hæreticos, ubi omnes mortui ſunt, ſacramenta ſuo effectu defraudari ac nulla prorſus eſſe exiſtimabat, cum ſibi perſuadere non poſſet columbam, ut per malos miniſtros in Eccleſia catholica, ita per hæreticos & ſchiſmaticos in hæreſi & ſchiſmate baptizare. Sic explicandam Cypriani mentem ex pluribus locis perſpicitur. *Quomodo autem mundare*, inquit in ep. LXX. *& ſanctificare aquam poteſt apud quem Spiritus ſanctus non eſt? .... Aut quomodo baptizans dare alteri remiſſam peccatorum poteſt, qui ipſe peccata ſua deponere extra Eccleſiam non poteſt*, & in epiſt. LXXIII. pag. 281. *Numquid de Eccleſiæ fontibus rigare poteſt, qui intus in Eccleſia non eſt*. Fatetur paulo poſt: *hæreticos, ſi Eccleſiæ devoti & in Eccleſia conſtituti ſunt, poſſe & baptiſmo ejus & ceteris ſalutaribus bonis uti*. Denique in eadem epiſtola pag. 282. conceptis verbis malos qui in Eccleſia ſunt diſtinguit ab hæreticis. *Porro aliud eſt*, inquit, *eos qui intus in Eccleſia ſunt de nomine Chriſti loqui, aliud eſt eos qui foris ſunt & contra Eccleſiam faciunt in nomine Chriſti baptizare. Quare qui hæreticis patrocinantur non id proferant quod Paulus de fratribus poſuit, ſed oſtendant ſi hæretico aliquid concedendum putavit, aut ſi fidem & baptiſma eorum probavit, aut ſi perfidos & blaſphemos remiſſionem peccatorum accipere extra Eccleſiam poſſe conſtituit*: eadem habet Firmilianus p. 309. Hinc obſervat Auguſtinus lib. 4. de Bapt. Cyprianum diſtinguere *inter eos qui mali foris ſunt, & eos qui intus mali ſunt*, ac pluribus demonſtrat minime ſequi ex hac diſtinctione, ut Eccleſia foris per hæreticos non baptizet, quemadmodum per malos intus baptizat.

Si petita a Cypriano e Scripturis argumenta non omni veriſimilitudinis colore deſtituta ſunt; at quæ objectæ ab adverſariis traditioni reſpondet, ea tanti ingenii luce prorſus indigna. Humanam traditionem appellat, quod nullius concilii auctoritate conſtitutum in maximis quibuſque eccleſiis ſummo conſenſu obſervabatur, nec in ipſa Africa ante Agrippinum obſervari deſierat. Cum autem ei objiceretur; *Quid ergo fiet de his qui in præteritum de hæreſi ad Eccleſiam venientes* ſine baptiſmo *admiſſi ſunt?* ſic reſpondet in epiſt. ad Jubaj. *Potens eſt Dominus miſericordia ſua indulgentiam dare, & eos qui ad Eccleſiam ſimpliciter admiſſi in Eccleſia dormierunt, ab Eccleſiæ ſuæ muneribus non ſeparare*. In hac reſponſione caritatem Cypriani & animi moderationem facile agnoſcas, ſed quod ei objiciebatur, cum & adultos & infantes complecteretur; ipſe de adultis ſeſe, ut poteſt, expedit; at de infantibus in hæreſi baptizatis & in Eccleſia ſine novo baptiſmo ante uſum rationis morientibus ne verbum quidem proloquitur.

Quamvis autem objectæ traditioni minus belle reſponderit Cyprianus, non iccirco tamen traditionis auctoritatem floccifecit. Nuſquam exprimit aut dicit, quod ei Simon Goulartius in notis ad epiſt. LXXIV. & multi alii Proteſtantes affinxerunt, 1. *Omnem evangelicam & apoſtolicam traditionem eſſe quærendam in Evangeliis, Actis aut Epiſtolis*. 2. *Omnia illa quæ non poſſunt in his libris reperiri rejicienda & contemnenda eſſe*.

Non videtur cælum terra longius diſtare, quam Cypriani ſententia ejuſmodi commentis. 1. Ex ejus de Eccleſiæ infallibilitate teſtimoniis, quæ ſupra retulimus,

retulimus, perſpici poteſt an aliam fidei regulam non admiſerit, quam Scripturæ contextum a traditione ſeparatum. 2. Cyprianus & Firmilianus nuſquam queruntur, quod traditionem Stephanus, ut fidei regulam, opponat. Fatentur hanc traditionem de baptiſmo hæreticorum non iterando obſervandam eſſe, ſi ab Apoſtolis orta ſit; ſed ortam negant ab Apoſtolis, quia hæretici, qui ſub Apoſtolis rediere, jam in Eccleſia baptizati fuerant, epiſt. LXXIV. & LXXV. Addit Firmilianus *eos qui Romæ ſunt non ea in omnibus obſervare quæ ſint ab origine tradita, veluti circa celebrandos dies Paſchæ;* ex quo facile intelligitur quid de traditionibus non ſcriptis ſenſerit Firmilianus. 3. Objectæ ab adverſariis traditioni aliam opponit Cyprianus de qua ex utraque parte conveniebat: *Nec quiſquam dicat*, inquit in epiſt. ad Jubaj. pag. 282. *quod accepimus ab Apoſtolis hoc ſequimur, quando Apoſtoli non niſi unam Eccleſiam tradiderunt & baptiſma unum, quod non niſi in eadem Eccleſia ſit conſtitutum; & neminem inveniamus ab Apoſtolis, cum apud hæreticos baptizatus eſſet, in eodem baptiſmo admiſſum eſſe & communicaſſe, ut videantur Apoſtoli baptiſma hæreticorum probaſſe.* Et in epiſt. LXXIV. p. 297. *Quod & nunc facere oportet Dei ſacerdotes præcepta divina ſervantes, ut ſi in aliquo nutaverit & vacillaverit veritas, ad originem dominicam & ad evangelicam atque apoſtolicam traditionem revertamur, & inde ſurgat actus noſtri ratio unde & ordo & origo ſurrexit. Traditum eſt enim nobis quod ſit unus Deus, & Chriſtus unus, & una ſpes, & fides una, & una Eccleſia & baptiſma unum* &c. 4. Adeo Cyprianus & Firmilianus traditionem a Scripturis non divellunt, adeo nefas eſſe ducunt ab Eccleſiæ auctoritate in interpretandis Scripturis diſcedere, ut hæreticorum baptiſma irritum eſſe hoc etiam argumento pugnent, quod hæretici nomen Patris & Filii & Spiritus ſancti atque etiam ipſas interrogationes, *credis remiſſionem peccatorum & vitam æternam per ſanctam Eccleſiam*, aliter ac Eccleſia interpretarentur, pag. 279. 304.

VII. *Confirmationem non confundit S. Cyprianus cum impoſitione manuum in hæreticos redeuntes. Confirmationem inter ſacramenta numerat.*

Non levis hic quæſtio excutienda, utrum Cyprianus eo errore laboraverit, quem ei a multis affingi video, ut impoſitionem illam manuum, quam hæretici redeuntes accipere ſolebant, Confirmationis ſacramentum eſſe crederet. Eruditi viri Natalis Alexander diſſert. II. ſæc. & auctor novæ editionis litterarum ſummorum Pont. ſcite illi quidem demonſtrant impoſitionem manuum in hæreticos redeuntes longe diſtare ſacramento Confirmationis; nec Stephanum Papam Confirmationem iterare voluiſſe, cum ſatis eſſe contenderet manum hæreticis redeuntibus imponere, ut acciperent Spiritum ſanctum. Sed iidem Cyprianum exiſtimant adverſariorum ſententiam minus intellexiſſe, ſicque cum illis pugnaſſe, quaſi Confirmationem in hæreſi acceptam iterarent. Proferuntur adverſus Cyprianum hæc ipſius teſtimonia. *Quod ſi ſecundum pravam fidem*, inquit in epiſt. ad Jubajanum, pag. 200. *baptizari aliquis foris & remiſſam peccatorum conſequi potuit; ſecundum camdem fidem conſequi Spiritum ſanctum potuit: & non eſt neceſſe venienti manum imponi, ut Spiritum ſanctum conſequatur & ſignetur. Aut utrumque enim fides foris potuit, aut neutrum eorum qui foris fuerat accepit.* Et pag. 285. *Baptizari eos oportet qui de hæreſi ad Eccleſiam veniunt, ut qui legitimo & unico ſanctæ Eccleſiæ baptiſmo ad regnum Dei regeneratione divina præparantur, ſacramento utroque naſcantur, quia ſcriptum eſt:* Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei. Et in ep. ad Stephanum pag. 275. *Tunc enim demum plene ſanctificari & eſſe filii Dei poſſunt, ſi ſacramento utroque naſcantur, cum ſcriptum ſit*, Niſi quis renatus &c. In eamdem ſententiam loquitur Nemeſianus a Tubulis in concilio Carthaginenſi: *Male ergo ſibi quidam interpretantur*, inquit,

quit, *ut dicant quod per manus impoſitionem Spiritum ſanctum accipiant & ſic recipiantur; cum manifeſtum ſit utroque ſacramento debere eos renaſci in Eccleſia catholica.*

Sed hæc teſtimonia videntur explicari poſſe, nec mihi perſuadent Cyprianum in re ante oculos poſita oſcitantem erraſſe, ac res natura & uſu Eccleſiæ adeo diſtinctas opinione confudiſſe. Illius autem ſententiam certiſſimis veſtigiis indagare licet in epiſt. ad Quintum p. 272. ubi ſic loquitur: *Et dicunt ſe in hoc veterem conſuetudinem ſequi; quando apud veteres hæreſeos prima adhuc fuerint initia, ut hi illic eſſent, qui de Eccleſia recedebant & hic baptizati prius fuerant; quos tamen ad Eccleſiam revertentes & pœnitentiam agentes neceſſe non erat baptizare. Quod nos quoque hodie obſervamus, ut quos conſtet hic baptizatos eſſe, & a nobis ad hæreticos tranſiſſe, ſi poſtmodum peccato ſuo cognito & errore digeſto ad veritatem & matricem redeant, ſatis ſit in pœnitentiam manum imponere; ut quia ovis fuerat, hanc ovem abalienatam & errabundam in ovile ſuum paſtor recipiat.* Non id agitur quam recte Cyprianus adverſariis reſpondeat, ſed quid reſpondeat. Cum iſti contenderent traditum ab Apoſtolis, ac ſemper in Eccleſia obſervatum fuiſſe, ut acceptum in hæreſi baptiſma non iteretur, ſed redeuntibus cum hoc baptiſmate hæreticis manus tantum in pœnitentiam imponatur; reſpondet Cyprianus non immerito olim hæreticos ſine baptiſmo ſuſceptos fuiſſe, quia prius baptizati in Eccleſia fuerant; ſeque idem facere profitetur; ut ſi quos ex hæreticis in Eccleſia baptizatis ſuſcipiat, manum tantum in pœnitentiam imponat. Uno verbo concedit adverſariis hanc hæreticorum recipiendorum conſuetudinem, quam tanto ſtudio defendebant, & olim uſurpatam fuiſſe, & a ſeipſo, ubi quid ſimile inciderit, uſurpari. At nemo dixerit Cyprianum Confirmationem aut in Eccleſiæ primordiis iteratam credidiſſe, aut iterare voluiſſe, quoties hæreticis in Eccleſia ante hæreſim baptizatis manus in pœnitentiam eſſet imponenda. Immerito ergo manuum in hæreticos redeuntes impoſitionem cum ſacramento Confirmationis confudiſſe accuſatur. Sententiam Cypriani confirmat in concilio Carthaginenſi Creſcens a Cirtha, qui baptizandos cenſet omnes ab hæreſi & ſchiſmate redeuntes, *exceptis his ſane qui in Eccleſia catholica fuerint ante baptizati, ita tamen ut per manus impoſitionem in pœnitentiam Eccleſiæ reconcilientur.*

Sed cur Cyprianus poſtulat, ut qui in hæreſi baptizati ſunt, redeuntes ad Eccleſiam *utroque ſacramento naſcantur?* Quid aliud eſſe poteſt utrumque illud ſacramentum, niſi baptiſmus & confirmatio? Hæc difficultas ſolvi poteſt; neque enim repugnat ut Cyprianus anſa ab adverſariis accepta ſacramentum Confirmationis iterandum eſſe concluderet, quamvis illud ab adverſariis iterari minime ſuſpicaretur. S. Stephanus & qui ab illo ſtabant, etſi baptiſma hæreticorum ratum habebant, fatebantur tamen Spiritum ſanctum in ejuſmodi baptiſmo non conferri; ac proinde redeuntibus ab hæreſi neceſſarium eſſe aliud ſacramentum, ut Spiritum ſanctum acciperent, quem in hæreſi conſequi non potuerant. Hoc autem ſacramentum erat manus impoſitio in pœnitentiam, ſive ſacramentum pœnitentiæ, quod, teſte Cypriano, Spiritum ſanctum pœnitentibus confert. Nam inter alias cauſas, quibus adductus Cyprianus pacem pœnitentibus conceſſerat, hanc recenſet; quod neceſſe eſſe duxerit pœnitentes ad perſecutionem ſuſtinendam præparare, & Spiritus ſancti donis inſtruere. *Quando autem* (Dominus) *dicat*, inquir, *in traditis atque in confeſſione nominis conſtitutis ſpiritum Patris loqui; quomodo poteſt ad confeſſionem paratus aut idoneus inveniri, qui non prius pace accepta receperit ſpiritum Patris, qui corroborans ſervos ſuos ipſe loquitur & confitetur in nobis*, ep. LIV. Quamobrem Cyprianus cum videret adverſarios negare opus eſſe baptiſmo hæreticis redeuntibus, ſed tantum manus impoſitione ut acciperent Spiritum

ritum ſanctum; inde anſam arripiebat, ut duplex ſacramenti genus hæreticis redeuntibus opus eſſe ſtatueret, alterum ad peccatorum remiſſionem, alterum ad accipiendum Spiritum ſanctum. In quo quidem generatim Cyprianum inter & adverſarios conveniebat, neceſſarium eſſe hæreticis redeuntibus aliquod ſacramentum, ut acciperent Spiritum ſanctum; ſed neceſse non erat hoc ſacramentum nominatim deſignare. Non abſimili modo Vincentius a Thiburi in concilio Carthaginenſi aſsentitur adverſariis neceſsariam eſse manuum impoſitionem, ſed eam aliter ac illi interpretatur. *Hæreticos ſcimus*, inquit, *pejores eſſe quam ethnicos . . . Ergo primo per manus impoſitionem in exorciſmo, ſecundo per baptiſmi regenerationem tunc poſſunt ad Chriſti pollicitationem venire.* Aſſentitur adverſariis Vincentius de manus impoſitione; ſed illi manus impoſitionem in pœnitentia intelligebant, iſte in exorciſmo. Minime ergo mirum ſi Cypriano cum adverſariis convenit de ſacramento ad Spiritum ſanctum conferendum neceſsario; quamvis utrique illud ſacramentum aliter interpretentur.

Ex his autem perſpicitur Confirmationem ſemper in Eccleſia diſtinctum a baptiſmo ſacramentum fuiſse. Utrumque vocatur ſacramentum & diverſos ſortitur effectus: etſi enim in baptiſmo accipitur Spiritus ſanctus, ut tot locis Cyprianus obſervat, tamen præcipue Confirmationi attribuitur, quæ novis præſidiis & Spiritus ſancti donis corroborat eos qui jam in baptiſmo Chriſtum induerunt. Hinc idem Cyprianus cum ei objiceretur *eis qui in Samaria baptizati fuerant, advenientibus Apoſtolis Petro & Joanne, tantum manum impoſitam eſſe, ut acciperent Spiritum ſanctum;* ſic reſpondit in epiſtola ad Jubajanum: *Et iccirco*, inquir, p. 281. *quia legitimum & eccleſiaſticum baptiſmum conſecuti fuerant, baptizari eos ultra non oportebat, ſed tantummodo quod deerat, id a Petro & Joanne factum eſt, ut oratione pro eis habita & manu impoſita invocaretur & infunderetur ſuper eos Spiritus ſanctus. Quod nunc quoque in Eccleſia geritur, ut qui in Eccleſia baptizantur, præpoſitis Eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem ac manus impoſitionem Spiritum ſanctum conſequantur, & ſignaculo Dominico conſummentur.* Quis ex his non perſpiciat Confirmationem non eſse appendiculam quamdam baptiſmi, ſed verum & diſtinctum a baptiſmo ſacramentum, quod a diaconis omnino adminiſtrari non poſsit, quodque non ad exteriora tantum dona pertineat, ſed maxime ad augendam & intenſius roborandam baptiſmi gratiam, ita ut utroque ſacramento renaſci dicamur. Atque id quidem mirifice cunfirmant Cyprianus & alii Africæ epiſcopi in epiſtola ad Numidas. *Ungi quoque neceſſe eſt*, inquiunt, *eum qui baptizatus ſit, ut accepto chriſmate, id eſt, unctione, eſſe unctus Dei & habere in ſe gratiam Chriſti poſſit.* Quæ ſequuntur obiter explicare conabor. *Porro autem Euchariſtia eſt*, inquiunt iidem epiſcopi, *unde baptizati unguntur oleo in altari ſantificato. Sanctificare autem non potuit olei creaturam qui nec altare habuit nec eccleſiam. Unde nec unctio ſpiritalis apud hæreticos poteſt eſſe, quando conſtet oleum ſanctificari & Euchariſtiam fieri apud illos omnino non poſſe.* Optime hunc locum emendavit Baluzius pro eo quod legebatur in antiquis editionibus, *oleum in altari ſanctificatum;* vel apud Eraſmum & Pamelium liberiori conjectura, *Euchariſtia & unde baptizati unguntur oleum in altari ſanctificatur.* Porro non id dicit Cyprianus, quod ab eo per metaphoram dictum exiſtimant Rigaltius & Fellus, Euchariſtiam eſse oleum quo ungimur, ſed potius Euchariſtiam eſse id unde oleum, quo baptizati unguntur, ſanctificationem deducit; quia videlicet oleum in altari ſanctificabatur inter ipſas ſacrificii preces.

VIII. *Pœnitentiæ ſacramentum ex S. Cypriani teſtimoniis defenditur. Quam neceſſarium judicaverit, quam ſancte adminiſtrari voluerit oſtenditur. Nonnulla illius dicta explicantur.*

Illud etiam ex teſtimoniis allatis facile perſpicitur pœnitentiam inter Eccleſiæ

ſacramenta numeratam fuiſſe, ſiquidem generatim, ut diximus, inter Cyprianum ejuſque adverſarios conveniebat Pœnitentiam & Confirmationem eſſe ſacramenta: unde conceptis verbis declarat Cyprianus, ut modo vidimus, ſpiritum Patris in Pœnitentiæ ſacramento donari. Ut baptiſmum cathecumenis, ſic lapſis abſolutionem & pacem neceſſariam judicabat Cyprianus. Nam cum latens in ſeceſſu videret ſe non tam cito rediturum, & jam æſtatem cœpiſſe, quod tempus infirmitatibus aſſiduis & gravibus infeſtatur; tam audientibus quam lapſis providendum exiſtimavit, ut nec primi ſine baptiſmo, nec lapſi ſine pace morerentur. Tanti faciebat Cyprianus hanc remiſſionem delicti per ſacerdotes factam, (ſic enim ipſe appellat lib. de Lapſ. pag. 191.) ut grande piaculum a Matciano Arelatenſi admiſſum putaret, quod ipſius culpa & crudelitate multi ex fratribus ſine pace annis ſuperioribus obiiſſent, ep. LXVII. Atque hæc cauſa ſanctum Martyrem adduxit, ut inſtante perſecutione Galli & Voluſiani, lapſos ſub Decio, qui pœnitentiam agere a primo lapſus die non deſtiterant, ad pacem admitteret. Eum enim idoneum ad confeſſionem Chriſti futurum non putabat, qui non prius pace a ſacerdotibus accepta ſpiritum Patris recepiſſet; tum vero metuebat ne ſi quis relictis omnibus fugiens & in tenebris atque in ſolitudine conſtitutus in latrones forte incuriſſet, aut in febribus & in languore deceſſiſſet, ſibi imputaretur, quod tam bonus miles ſine pace & ſine communicatione deceſſiſſet, ep. LIV. Ex his patet quam parum eos ſalutis cura ſollicitet, qui hoc ſacramentum floccifaciunt, & ex ſacramentorum albo expungunt, quo ſi quis ex lapſis olim caruiſſet, non ex iis ſolum quorum adhuc infirma virtus erat, ſed ex iis etiam quorum perfecta caritas omnibus rebus pro Chriſto abjiciendis elucebat, damnum grande viſum fuiſſet.

Confeſſio peccatorum a Cypriano vendicatur, ut pars ſacramenti omnino neceſſaria & a Deo præſcripta; hortatur lapſos ut *ſinguli confiteantur delictum ſuum, dum adhuc qui deliquit in ſæculo eſt, dum admitti confeſſio ejus poteſt, dum ſatisfactio & remiſſio facta per ſacerdotes apud Deum grata eſt*, lib. de Lapſ. p. 383. Narrat in eodem libro ultionis divinæ miracula in eos nuper edita, qui peccata occulta ſacerdotum cognitioni ſubtraxerant; etiamſi ſcelus cogitatione ſola ſuſceptum ſit, id ſacerdotibus declarandum & confitendum docet. *Denique quanto & fide majores*, inquit pag. 382. *& timore meliores ſunt, qui quamvis nullo ſacrificii aut libelli facinore conſtricti, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confitentur, exomologeſin conſcientiæ faciunt, animi ſui pondus exponunt, ſalutarem medelam parvis licet & modicis vulneribus exquirunt, ſcientes ſcriptum eſſe*, Deus non irridetur. Miror Auctorem editionis Oxonienſis negaſſe ex hoc loco confeſſionem auricularem conſequi. Quinetiam ſententiæ ſuæ teſtem citat Lombertum. *Eruditiſſimus Lombertus*, inquit in nota ad hunc locum, *recte hinc colligit crimina ſecreta confeſſione & pœnitentia apud Deum expianda, nec auricularem confeſſionem, quod voluit Pamelius, exinde confici*. At profecto Pamelium inter & Lombertum mirifice convenit, ac diſertis verbis Lombertus ſecretarum cogitationum confeſſionem ſacerdotibus factam fuiſſe declarat. Nec ſane ex verbis Cypriani aliud erui poteſt. Nam cum conſtet confeſſionem occultorum criminum publice & omnibus audientibus factam aut ſaltem præſcriptam non fuiſſe; luce clarius eſt eos qui cogitationes malas apud ſacerdotes confitebantur, qui exomologeſin conſcientiæ faciebant, qui animi ſui pondus exponebant, & vulneribus medelam exquirebant, peccata ſua auribus alicujus ſacerdotis depoſuiſſe. Præterea negari non poteſt circumſtantias omnes in pœnitentia imponenda tamquam aurificis ſtatera examinatas fuiſſe; id diſerte teſtatur Cyprianus in epiſt. LII. At quomodo ſacerdotes convenientem cuique pœnitentiam ob occulta peccata potuiſſent imponere, niſi illis lapſi conſcientiæ ſuæ inſpiciendæ copiam feciſſent? In quo quidem obſervandum eſt hanc cogitationum confeſſionem non eximio quodam & non præſcripto pietatis

tatis ardore, ſed adimplendi præcepti divini neceſſitate contineri; *ſcientes ſcriptum eſſe*, aitCyprianus, Deus non irridetur.

Quo ſanctior erat Cyprianus, eo vehementius cavit, ne ſacramentum quod ad hominum ſalutem inſtitutum eſt, in eorum perniciem converteretur. Quod autem illius hac in re ſtudium excitavit, & eximiæ doctrinæ poſteris prodendæ occaſionem dedit, nequitia fuit nonnullorum presbyterorum, qui tum ut Cypriano moleſtiam exhiberent, tum ut gratiam apud homines novo aucupio inirent, lapſos onere pęnitentiæ levarunt. In ejuſmodi homines ſtudio veritatis accenſus ſic invehitur S. Martyr in libro de Lapſis: *Pacem putant eſſe*, inquit p. 378. *quam quidam verbis fallacibus vendıtant. Non eſt pax illa ſed bellum, nec Eccleſia jungitur qui ab Evangelio ſeparatur: Quid injuriam beneficium vocant, quid impietatem vocabulo pietatis appellant? Quid eis qui flere jugiter & rogare Dominum ſuum debent, intercepta pænitentiæ lamentatione communicare ſe ſimulant? Hoc ſunt ejuſmodi lapſis quod grando frugibus, quod turbidum ſydus arboribus, quod armentis peſtilens vaſtitas, quod navigiis ſæva tempeſtas: ſolatium æternæ ſpei adimunt, arborem a radice ſubvertunt, ſermone morbido ad lethale contagium ſerpunt, navem ſcopulis, ne in portum perveniat, illidunt. Non concedit pacem facilitas iſta ſed tollit, nec communicationem tribuit, ſed impedit ad ſalutem. Perſecutio eſt hæc alia & alia tentatio, per quam ſubtilis inimicus impugnandis adhuc lapſis occulta populatione graſſatur ut lamentatio conquieſcat, ut dolor ſileat, ut delicti memoria evaneſcat, ut comprimatur pectorum gemitus, ſtatuatur fletus oculorum, nec Dominum graviter offenſum longa & plena pænitentia deprecetur, cum ſcriptum ſit*: Memento unde cecideris & age pęnitentiam. Plura non referam, cum cuique liceat Cypriani ſententiam oculis cernere in præclaris illis litteris, quas de cauſa lapſorum ad clerum, ad plebem, ad confeſſores atque ad ipſos etiam lapſos ſcripſit. Nec minor Evangelii vigor eniteſcit in litteris confeſſorum Romanorum: imprimis vero in eximia cleri Romani epiſtola inter Cyprianicas XXXI. quam per totum orbem terrarum miſſam fuiſſe diſcimus ex epiſt. LII. Cypriani. *Abſit enim ab Eccleſia Romana*, inquiunt, *vigorem ſuum tam profana facilitate dimittere, & nervos ſeveritatis everſa fidei majeſtate diſſolvere, ut cum adhuc non tantum jaceant, ſed & cadant everſorum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communicationum utique non profutura præſtentur, & nova per miſericordiam falſam vulnera veteribus tranſgreſſionis vulneribus imprimantur, ut miſeris ad everſionem majorem eripiatur & pænitentia. Ubi enim poterit indulgentiæ medicina proficere, ſi etiam ipſe medicus intercepta pænitentia indulget periculis, ſi tantummodo operit vulnus, nec ſinit neceſſaria temporis remedia obducere cicatricem? Hoc non eſt curare, ſed ſi dicere verum volumus, occidere*. Tanta fuit hac in re Cypriani conſtantia; ut nihil eum inflectere potuerit; non martyrum libelli quibus tamen non parum tribuebat, non imminens a nefariis presbyteris periculum, non excitatæ ab ipſis lapſis ſeditiones, cum in nonnullis provinciæ Carthaginenſis civitatibus impetus in præpoſitos per multitudinem factus eſſet, ac Carthagine quidam turbulenti per epiſtolam confeſſorum velut quibuſdam facibus accenſi, plus exardeſcere & pacem ſibi datam extorquere cœpiſſent. In eo perſtitit S. Martyr quod ante decreverat, ut res ad concilium integra ſervaretur; & arcere a communione ſua non dubitavit, ſi quis ante illud tempus cum lapſis auſus eſſet communicare.

Nec tamen Cyprianum exiſtimandum eſt juſto ſeveriorem fuiſſe. Nihil eo lenius fuit, nihil ad indulgentiam proclivius. Operam dabat ut nec acerbus aut durus aut in fratribus fovendis inhumanus videretur, nec iterum ſolutus eſſet ac facilis ad communicationem temere laxandam. Lapſis qui ad eum orantes ſcripſerant *ſe delictum ſuum cognoſcere & pænitentiam veram agere, nec ad pacem temere aut importune properare*, ſummam humanitatem exhibuit. *Quibus quantum gratulatus ſim*, inquit ep. XXVII. *Dominus teſtis eſt, qui dignatus eſt oſtendere quid*

eiuſmodi & tales ſervi de ejus benignitate mereantur. Præcipue vero enituit lenitas Cypriani cum inſtante Galli & Voluſiani perſecutione omnes omnino milites Chriſti, qui arma deſiderabant & prælium flagitabant, intra caſtra dominica collegit, & cum aliis epiſcopis cenſuit eis qui de Eccleſia Domini non receſſerant, ſed pœnitentiam agere & lamentari ac Dominum deprecari a primo lapſus ſui die non deſtiterant, pacem dandam eſſe. Lenitatem ſuam ſic ipſe deſcribit in epiſt. LV. *Opto omnes*, inquit, *in Eccleſiam regredi, opto univerſos commilitones noſtros intra Chriſti caſtra, & Dei patris domicilia concludi: remitto omnia, multa diſſimulo ſtudio & voto colligendæ fraternitatis; etiam quæ in Deum commiſſa ſunt, non pleno judicio religionis examino, delictis pluſquam oportet remittendis pene ipſe delinquo: amplector promta & plena dilectione cum pœnitentia revertentes, peccatum ſuum ſatisfactione humili & ſimplici confitentes*.

Tota Cypriani & agendi & diſſerendi ratio commiſſam a Chriſto epiſcopis fuiſſe ligandi & ſolvendi poteſtatem teſtatur, & in hoc judicio quanta ſit adhibenda cautio & animi proviſio demonſtrat: ſed ne illius dicta nonnulla in deteriorem partem rapiantur, ea breviter explicare conabor. Ait S. Martyr in libro de Hab. Virg. p. 354. *quod nulla ſit venia ultra delinquere poſtquam Deum noſſe cœpiſti*, in libro 3. Teſtim. c. 18. p. 580. *Non poſſe in Eccleſia remitti ei qui in Deum deliquerit*, idque probat ex his verbis 1. Reg. c. 2. *ſi delinquendo peccet vir adverſus virum, orabunt pro eo Dominum. Si autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo?* Sed ſuam ipſe ſententiam nitide exponit in libro de Exhort. Mart. p. 516. c. 4. ubi idem teſtimonium citat, neque ex eo probat peccata in Deum commiſſa dimitti non poſſe, ſed tantum *non facile ignoſcere Deum idololatris*. Nihil ergo de ligandi & ſolvendi poteſtate, nihil de judicio ſacerdotum detrahit; ſed certis quibuſdam legibus judices adſtringit, ita ut non facile dimittant quæ non facile a Deo dimittuntur. Hinc cum ſchiſmatici pœnitentiæ onus lapſis eximerent, ſic eos refellit in libro de Lapſis p. 378. *Nemo ſe fallat, nemo ſe decipiat, ſolus Dominus miſereri poteſt: veniam peccatis quæ in ipſum commiſſa ſunt ſolus poteſt ille largiri, qui peccata noſtra portavit, qui pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro peccatis noſtris. Homo Deo eſſe non poteſt major: nec remittere aut donare indulgentia ſua ſervus poteſt, quod in Dominum delicto graviore commiſſum eſt, ne adhuc lapſo & hoc accedat ad crimen, ſi neſciat eſſe prædictum*: Maledictus homo qui ſpem habet in homine. *Dominus orandus eſt: Dominus noſtra ſatisfactione placandus eſt, qui negantem negare ſe dixit, qui omne judicium de Patre ſolus accepit*. Quemadmodum hoc in loco Cyprianus martyres plurimum poſſe apud Deum non negat; ſed in libellis quos dare ſolebant, modum quemdam & delectum requirit; ita eam tantum poteſtatem exagitat quam ſibi nefarii presbyteri per fas & nefas arrogabant. At ubi præſcriptæ a Chriſto & Eccleſia leges ſervantur, tum vero Cyprianus ratum apud Deum fieri docet ſacerdotis judicium. Hinc lapſos hortatur in libro de Lapſis pag. 383. ut peccata confiteantur, *dum ſatisfactio & remiſſio facta per ſacerdotes apud Deum grata eſt*; docet ſub finem ejuſdem libri Deum *pœnitenti, operanti, roganti*, poſſe *clementer ignoſcere, & in acceptum referre quidquid pro talibus & petierint martyres & fecerint ſacerdotes*. Hac ſpe confiſus, cum lapſi inſtante nova perſecutione plurimum ardoris ad pugnam præ ſe ferrent, præſcriptum illis pœnitentiæ tempus imminuit, ac nefas eſſe duxit, epiſt. LIV. *p.* 171. *Eccleſiam pulſantibus claudi, quando permiſerit ipſe qui legem dedit ut ligata in terris etiam in cælis ligata eſſent, ſolvi autem poſſent illic quæ hic prius in Eccleſia ſolverentur*.

In eamdem ſententiam accipi debet quod ait Firmilianus pag. 303. concilia ſingulis annis haberi, ut de rebus majoris momenti inter ſe epiſcopi deliberent, ac *lapſis quoque fratribus & poſt lavacrum ſalutare a diabolo vulneratis per pœnitentiam medela quæratur; non quaſi a nobis*, inquit, *remiſſionem*

peccatorum

Digitized by Google

peccatorum conſequantur ; ſed ut per nos ad intelligentiam delictorum ſuorum convertantur , & Domino plenius ſatisfacere cogantur . Non negat ſanctus præſul poteſtatem dimittendi peccata , quam in hac ipſa epiſtola p. 307. ſoli Eccleſiæ catholicæ vendicat ; ſed verbis modo allatis videtur ineſſe quidam aculeus in Stephanum , qnem Firmilianus credebat plus æquo & miniſtris & ritus exterioris obſervationi tribuere , quaſi ſacramentorum effectum ne hæreſi quidem interpellari ſtatueret . Quod cum ſecus videretur Firmiliano , negat hominibus conceſſum eſſe , ut peccata ad arbitrium ſuum dimittant . Non abſimili ſententia Origenes in libro de Oratione contendit non omnia peccata eſſe dimittenda , aut ſola oratione & ſacrificio expianda , ſed quædam retineri , id eſt , pœnitentiæ ſubjici debere : ac eos refellit qui ſe idololatrias condonare , adulteria & fornicationes poſſe dimittere gloriabantur ; quaſi per ipſorum precem pro iis qui hæc perpetrarunt , peccatum ad mortem dimittatur.

IX. *Utrum in Africa ante S. Cyprianum graviſſimis criminibus negata fuerit communio poſt pœnitentiam ?*

Sed ut facilius de Cypriani ejuſque collegarum decretis judicetur , paulo altius repetenda eccleſiæ Africanæ diſciplina , ac breviter examinandum , utrum ante ætatem Cypriani graviſſimis criminibus , ut idololatriæ & homicidio , conceſſa necne pax poſt pœnitentiam fuerit.

Qui pœnitentiam , quam ſani contemſerant , in extremo periculo petebant , ii ſaltem in Africa primis ſæculis rejiciebantur , ut patet ex epiſt. LII. Cypriani p. 156. *Et icirco* , inquit , *frater cariſſime , pænitentiam non agentes , nec dolorem delictorum ſuorum toto corde & manifeſta lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes , prohibendos omnino cenſuimus a ſpe communicationis & pacis , ſi in infirmitate atque in periculo cœperint deprecari , quia rogare illos non delicti pœnitentia , ſed mortis urgentis admonitio compellit ; nec dignus eſt in morte capere ſolatium qui ſe non cogitavit eſſe moriturum* . Qnod autem ſpectat ad eos qui mature pœnitentiam petebant , nemini dubium eſt quin pacem adulteris in Africa nonnulli ante Cyprianum epiſcopi negandam decreverint . Id diſerte teſtatur ipſe Cyprianus in ep. LII. p. 155. *Et quidem apud anteceſſores noſtros* , inquit , *quidam de epiſcopis iſtic in provincia noſtra dandam pacem mœchis non putaverunt , & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt* . Factum videtur hoc decretum intra illud ſpatium , quod a Tertulliano ad Cyprianum effluxit . Nam Tertullianus in libro de Pudicitia pacis adulteris poſt pęnitentiam dandæ conſuetudinem , ut communem Eccleſiæ catholicæ morem exagitat , ſeque olim fatetur ita ſenſiſſe dum in Eccleſia verſaretur . *Erit igitur & hic adverſus Pſychicos titulus* , inquit cap. 1. *adverſus meæ quoque ſententiæ retro penes illos ſocietatem , quo magis hoc mihi in notam levitatis objectent* . Quod autem opinati ſunt eruditi viri ſevero illo decreto , quod commemorat Cyprianus , idololatras & homicidas , quorum ſcelus adulterio gravius eſt , comprehenſos fuiſſe ; non valde probabilis videtur hæc conjectura . Fieri enim potuit ut nimiam adulterii licentiam nonnullis in locis epiſcopi gravioribus pęnis refrænandam judicarent , nec tamen de idololatria & homicidio idem ſtatuerent ; cum præſertim cavendum eſſet , ne Montaniſtarum inſtituta in Eccleſiam induci viderentur . Quo autem odio flagrabat apud omnes hujus hæreſis ſeveritas , conjici poſſet epiſcopos hoc ſaltem ſolatii adulteris pęnitentibus reliquiſſe , ut pacem in articulo mortis acciperent . Sed hæc Cypriani verba , *& in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt* , ut pęnitentiam , ita etiam ſpem pacis omnino præcluſam fuiſſe indicant . Cur enim pęnitentia iis impoſita non fuiſſet , quibus poſt annum aut forte etiam citius danda pax erat , ſi in mortis periculum incidiſſent ; quique , ſi e morbo eva-

bo evaſiſſent, pacem ſemel acceptam retenturi erant, & eodem jure futuri ac alii fideles. Nam qui his temporibus pacem urgente periculo acceperant hoc beneficium reſtituta in integrum valetudine ſervabant, nec pœnitentiæ curſum explere cogebantur, ut patet ex Cypriani epiſt. LII.

Sed de adulteriis aliiſque graviſſimis peccatis ante hæreſim Montaniſtarum, ac de idololatria & homicidio poſt ipſos Montaniſtas multæ magnæque occurrunt difficultates, quæ variis ſententiis locum dederunt. Exiſtimavit Petavius in not. ad Epiphan. p. 231. primis ſæculis graviſſimorum criminum reos communione prohibitos fuiſſe, nec umquam ſive incolumes, ſive moribundos Eccleſiæ reſtitutos; atque hanc ſeveriſſimam diſciplinam ſub Apoſtolorum tempora & ad Tertulliani fere ſæculum obtinuiſſe, ſed a Zephirino pontifice, quod ad mœchiam ſpectat, paululum relaxatam, Cypriani temporibus majores ad lenitatem progreſſus habuiſſe. Morinus lib. 9. de Pœnit. cap. 20. & Natalis Alexander diſſert. 7. in Hiſt. III. Sæc. in aliam prorſus ſententiam ivere, & primis illis ſæculis pacem lapſis peracta penitentia conceſſam fuiſſe contendunt, nec morientibus in decurſu pœnitentiæ negatam. Quod magis mirandum in hac ſententiarum varietate, inſignem Tertulliani locum, qui totius controverſiæ cardo eſt, utrique in eamdem ſententiam accipiunt. Inter utroſque convenit Tertullianum, cum ait lib. de Pudicitia cap. 5: *Idololatram quidem & homicidam ſemel damnas, mœchum vero de medio excipis?* & cap. 12. *Hinc eſt quod neque idololatriæ, neque ſanguini pax ab eccleſiis redditur;* diſerte docere pacem idololatriæ & homicidio apud Catholicos negari. Sed Tertullianum Petavius in re omnium oculis expoſita mentiri non ſuſpicatur; nefariæ illum calumniæ & putidi mendacii Morinus & Alexander accuſare non dubitant. Neutris omnino aſſentiri poſſum, nec Petavio nimiam ſeveritatem primis ſæculis affingenti; nec Morino & Alexandro mendacii notam Tertulliano inurentibus. Quamobrem demonſtrare aggrediar tria illa graviſſima peccata idololatriam, homicidium & adulterium a pœnitentia & pace excluſa in antiqua Eccleſia non fuiſſe, nec Tertullianum aliam Catholicis doctrinam adſcribere.

Primum rationis momentum, illudque non leve ſuppeditat ipſe Tertullianus, cujus hæc verba in libro de Pœnitentia leguntur cap. 4. *Omnibus ergo delictis*, inquit, *ſeu carne, ſeu ſpiritu, ſeu facto, ſeu voluntate commiſſis, qui pœnam per judicium deſtinavit, idem & veniam per pœnitentiam ſpopondit*. Nominatim idololatras hoc beneficio non excludi declarat cap. 7. *Itaque* (hoſtis) *obſervat*, inquit, *oppugnat, obſidet, ſi qua poſſit aut oculos concupiſcentia carnali ferire, aut animum illecebris ſæcularibus irretire, aut fidem terrenæ poteſtatis formidine evertere, aut a via certa perverſis traditionibus detorquere: non ſcandalis, non tentationibus deficit. Hæc igitur venena ejus providens Deus, clauſa licet ignoſcentiæ janua & intinctionis ſera obſtructa, aliquid adhuc permiſit patere. Collocavit in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, quæ pulſantibus patefaciat.* Ita Tertullianus dum adhuc inter Catholicos verſaretur. Montaniſta factus aliud docuit, ſed repugnantibus Catholicis, quos ſic loquentes inducit lib. de Pudic. cap. 2. *Cæterum Deus*, inquiunt, *bonus & optimus, & miſericors & miſerator & miſericordiæ pluſimus, quam omni ſacrificio anteponit, non tanti ducens peccatoris mortem, quam pœnitentiam, ſalvificator omnium & maxime fidelium. Itaque & filios Dei miſericordes eſſe oportebit, donantes invicem ſicut & Chriſtus donavit nobis, non judicantes ne judicemur.* Idem Tertullianus peccata dividit *in duos exitus*, ac *alia remiſſibilia, alia irremiſſibilia* eſſe ſtatuit; ſed fatetur Catholicos ſibi hac in re adverſari, eoſque nullum prorſus peccatum irremiſſibile agnoſcere; *ſed prius decidam*, inquit cap. 3. *intercedentem ex adverſo reſponſionem ad eam pœnitentiæ ſpeciem quam cum maxime definimus venia carere. Si enim*, inquiunt, *aliqua pœnitentia caret venia, jam nec in totum*

agenda

agenda tibi eſt ; nihil enim agendum eſt fruſtra : porro fruſtra agetur pœnitentia ſi caret venia. Omnis autem pœnitentia agenda eſt : ergo omnis veniam conſequatur, ne fruſtra agatur, quia non erit agenda ſi fruſtra agatur. Porro fruſtra agetur, ſi venia carebit. Hæc autem Tertulliani teſtimonia non de ſola Africa accipi debent, ſed de omnibus eccleſiis, quas Montaniſtarum defenſor oppugnat. Ubique enim vigebat hæc diſciplina, ac duobus primis ſæculis viguerat, ut perſpici poteſt ex Hermæ libro ſecundo, Mandat. 4. in primis ex his quæ Clemens apud Euſeb. lib. 3. cap. 23. de ſancto Joanne Evangeliſta narrat. Nec omittenda Dionyſii Corinthiorum epiſcopi ad Amaſtrianorum & alias Ponti eccleſias epiſtola, in qua præcipiebat, ut a quovis lapſu ſive delicto, ſive etiam hæretica pravitate redeuntes benigne ſuſciperentur, teſte Euſebio lib. 4. c. 23.

2. Improbabile prorſus eſt quod ait Petavius Zephirinum, quod ſpectat ad mœchiam, de antiquæ diſciplinæ ſeveritate aliquid remiſiſſe, ac poſtea temporibus Cypriani majores ad lenitatem factos eſſe progreſſus. Non quadrat hæc temporum diſtributio ; nam mœchia, ut modo vidimus, quæ Tertulliani temporibus, omnium Catholicorum conceſſu, pacem impetrabat, hoc beneficio apud nonnullas eccleſias ſub Cypriani anteceſſoribus excluſa fuit. Quomodo ergo diſciplina tunc dimitigata dicitur fuiſſe, cum novas acceſſiones habuit ſeveritatis? 3. Si ex Tertulliani verbis concludere liceret, quod Petavius concluſit, ſequeretur non homicidis ſolum & idololatris, ſed iis etiam qui poſt fidem ad hæreſim defecerant, aut inter cruciatus victi ceſſerant, pacem immiſericorditer negatam fuiſſe in Eccleſia catholica : ſic enim loquitur de hæreticis Tertullianus c. 13. *Hymenæi autem*, inquit, *& Alexandri crimen, ſi & in iſto & in futuro ævo irremiſſibile eſt, blaſphemia ſcilicet ; utique Apoſtolus non adverſus terminum Domini ſub ſpe veniæ dediſſet ſatanæ, jam a fide in blaſphemiam merſos, unde & naufragos eos juxta fidem pronuntiavit, non habentes ſolatium navis Eccleſiæ. Illis enim venia negatur qui de fide in blaſphemiam negaverunt.* Et cap. ult. de iis qui tormentis ſuperantur : *Quæcumque auctoritas*, inquit, *quæcumque ratio mœcho & fornicatori pacem eccleſiaſticam reddit, eadem debebit & homicidæ & idololatris pœnitentibus ſubvenire, certe negatori, & utique illi quem in prælio confeſſionis tormentis colluctatum ſævitia dejecit. Ceterum indignum Deo & illius miſericordia, qui pœnitentiam peccatoris morti prævertit, ut facilius in Eccleſiam redeant qui ſubando, quam qui dimicando ceciderunt. Urget nos dicere indignitas : contaminata potius corpora revocabis quam cruenta? Quæ pœnitentia miſerabiliter titillatam proſternens carnem an vero laniatam?* His in locis Tertullianus prima ſpecie ſic videtur argumentari, quaſi ipſi cum Catholicis conveniat, nec eis qui a fide in hæreſim defecerunt, nec iis qui cum tormentis colluctati ceſſerunt, pœnitentiam concedi oportere ; ſed hæc ſeveritas ſic abhorret ab antiquæ Eccleſiæ moribus, ut ei a nemine affingi poſſit. Fatetur Cyprianus in epiſtola ad Quintum redeuntibus hæreticis, qui in Eccleſia baptizati fuerant, manum in pœnitentiam imponi debere, atque hujus conſuetudinis originem ab ipſis Eccleſiæ incunabulis repetere non dubitat : iis autem quorum non animus, ſed corpus in dolore defecerat, quique veniam non lacrymis, ſed cruore & vulneribus petebant, quanta humanitas exhiberi ſoleret in Eccleſia, tum ex libro Cypriani de Lapſis pag. 377. tum ex ejuſdem epiſtola LIII. perſpici poteſt.

Quid igitur ſtatuemus de Tertulliano? Is ſane totus erat in Montani caſtris ac ſecum pugnat, ſed tamen numquam ſine aliqua ingenii luce deli- rat ; nec eum adeo crediderim deſipuiſſe, ut omnibus hominibus ridendum ſe in aperto mendacio propinaret. Quamobrem illud effatum, *neque idololatriæ neque ſanguini pax ab eccleſiis redditur*, non de Catholicis ſe de Montaniſtarum

niſtarum eccleſiis interpretandum. Nomen Eccleſiæ Tertullianus Montani ſectæ proprio quodam jure ſolet vendicare; velut cum eam vocat Eccleſiam ſpiritus, Eccleſiam in tribus poſitam, cap. 21. aut cum ait cap. 10. *Cederem tibi ſi ſcriptura Paſtoris, quæ ſola mæchos amat, divino inſtrumento meruiſſet incidi; ſi non ab omni concilio eccleſiarum, etiam veſtrarum, inter apocrypha & falſa judicaretur*. Videtur ſibi multum honoris Catholicis habere, ſi eorum eccleſiis, poſt Montani ſectam, ſecundas attribuat. Aliud proferam exemplum ex c. 7. ubi probat ovis & drachmæ parabolas non convenire in mæchum aut fornicatorem, quia *ſimul apparuit, ſtatim homo de Eccleſia pellitur, nec illic manet, nec gaudium confere repertrici Eccleſiæ ſed luctum, nec congratulationem advocat vicinarum, ſed contriſtationem proximarum fraternitatum*. Cave putes Eccleſiæ morem deſcribi, quamvis generatim loquatur Tertullianus; neque enim hæc Eccleſiæ caritatem redolent, ſed inhumanitatem Montaniſtarum, qui digamos foris ſiſtebant, ac *eumdem limitem liminis mæchis quoque & fornicatoribus figebant; jejunas pacis lacrimas profuſuris, nec amplius ab Eccleſia quam publicationem dedecoris relaturis*. Liquet in ejuſmodi locis non Chriſti Eccleſiam, ſed Montani intelligendam eſſe. Teſtis eſt ipſe Tertullianus quanta humanitate in Eccleſia catholica excipi ſolerent, qui penitentiam petebant; *Et tu quidem*, inquit cap. 13. *pœnitentiam mæchi ad exorandam fraternitatem in Eccleſiam inducens, conciliatum & concineratum, cum dedecore & horrore compoſitum proſternis in medium ante viduas, ante presbyteros, omnium lacinias invadentem, omnium veſtigia lambentem, omnium genua detinentem; inque eum hominis exitum quantis potes miſericordiæ illecebris bonus paſtor & benedictus papa concionaris, & in parabola ovis capras tuas quæris, tua ovis ne rurſus de Eccleſia exſiliat, quaſi non exinde jam liceat quod nec ſemel licuit*. Quemadmodum ergo Tertullianus de Montani Eccleſia loquitur, cum ait mæchum & fornicatorem, ſimul apparuit, de Eccleſia pelli; ſic etiam ad Montaniſtarum ſynagogas referendum quod ait, neque idololatriæ neque ſanguini pacem ab eccleſiis reddi. Eodem modo interpretandum illud ex c. 13. *Illis enim venia negatur, qui de fide in blaſphemiam negaverunt*. Montaniſtarum hæc ſeveritas non Catholicorum quos ipſe Tertullianus impugnat cap. 19. quod iis, qui *poſt fidem vivam* in hæreſim lapſi fuerant, veniam concederent.

Sed alia ſupereſt ſolvenda difficultas, cur Tertullianus in hac controverſia ſic pugnet, quaſi ipſius adverſarii ſpem omnem veniæ idololatris & homicidis præcludant; idque argumenti loco arripiat, ut cum mæchis & fornicatoribus eodem modo probet eſſe agendum. *Quid agit*, inquit cap. 5. *molliſſima & humaniſſima diſciplina? Aut omnibus eis hoc eſſe debebis*, Beati enim pacifici; *aut ſi non omnibus, noſtra eſſe. Idololatram quidem & homicidium ſemel damnas, mæchum vero de medio excipis, idololatriæ ſucceſſorem, homicidæ anteceſſorem, utriuſque collegam? Perſonæ acceptatio eſt, miſerabiliores pænitentias reliquiſti*. Et cap. 6. *Dabis ergo & idololatriæ & omni apoſtatæ veniam .... communicabis & homicidæ*: citat cap. 19. verba Joannis: *ſi confitemur delicta noſtra, fidelis & juſtus eſt ut dimittat ea nobis, & emundet nos ab omni injuſtitia*. Tum addit, *Numquid ab immunditia? Aut ſi ita eſt, ergo & ab idololatria*. His adde quod ex cap. ultimo ſupra retulimus. *Quæcumque auctoritas, quæcumque ratio mæcho & fornicatori pacem eccleſiaſticam reddit, eadem debebit & idololatræ & homicidis pœnitentibus ſubvenire*.

Sed quibus notum & pertractatum eſt Tertulliani ingenium, his facilis erit in illius ſententiam introitus. Defendendum ſuſceperat quod in Montaniſtarum cauſa maxime nudum & adverſariorum telis expoſitum erat. Nihil enim huic ſectæ majorem invidiam creabat, quam quod adulteros, fornicatores & digamos foris ſiſterent, nulla ſpe pacis ne in extremo quidem

ſpiritu

Digitized by Google

ſpiritu relicta. Quam igitur viam inſiſtet Tertullianus ut ſe ex moleſto & difficili loco expediat? Statuit duplex eſſe peccatorum genus. *Alia erunt remiſſibilia*, inquit cap. 2. *alia irremiſſibilia. Secundum quod nemini dubium eſt alia caſtigationem mereri, alia damnationem. Omne delictum aut venia expungit aut pœna: venia ex caſtigatione, pœna ex damnatione.* Utitur deinde auctoritate Joannis quædam peccata non ad mortem, & quædam ad mortem diſtinguentis. *Secundum hanc differentiam delictorum*, inquit, *pœnitentiæ quoque conditio diſcriminatur. Alia erit quæ veniam conſequi poſſit, in delicto ſcilicet remiſſibili; alia quæ conſequi nullo modo poſſit, in delicto ſcilicet irremiſſibili.* Hoc poſito principio declarat ſibi propoſitum eſſe *ſpecialiter de mœchiæ & fornicationis ſtatu examinare in quam delictorum partem debeant redigi*; ſed quia ſciebat hanc peccatorum diſtinctionem a Catholicis rejici, breviter eos refellendos putat, antequam mœchiam in peccatis numquam dimittendis habendam eſſe pugnet. *Sed prius decidam*, inquit, *intercedentem ex diverſo reſponſionem ad eam pœnitentiæ ſpeciem, quam cum maxime definivimus venia carere. Si enim, inquiunt, aliqua pœnitentia caret venia, jam nec in totum agenda tibi eſt. Nihil enim agendum eſt fruſtra. Porro fruſtra agetur pœnitentia, ſi caret venia. Omnis autem pœnitentia agenda eſt. Ergo omnis veniam conſequatur, ne fruſtra agatur; quia non erit agenda, ſi fruſtra agatur. Porro fruſtra agetur, ſi venia carebit.* Hoc Catholicorum argumentum non belle refellit Tertullianus; ſed tamen poſtquam illud ſibi viſus eſt optimis rationibus evertiſſe; tum vero quaſi inſtar certiſſimi principii conſtaret quædam peccata eſſe irremiſſibilia; in id unum incumbit, ut mœchiam & fornicationem ex eo genere eſſe demonſtret. Quare cum ait, *Idololatriam quidem & homicidium ſemel damnas*, non Catholicos arguit, quaſi pacem his peccatis vere denegent & cum adulteris liberalius agant; ſed urget adverſarium, quem ſibi viſus eſt fregiſſe & coegiſſe, ut peccata quædam graviora, ut idololatriam, homicidium, hæreſim poſt ſuſceptam fidem dimitti non debere fateretur. Unde Tertullianus accomodate ad inſtitutam peccatorum diviſionem, contendit adulterium, ut homicidio & idololatriæ finitime vicinum, a ſpe veniæ excludendum; aut ſi lenius agatur cum mœchis, homicidas & idololatras eodem jure eſſe debere. Ex his elucere arbitror pœnitentibus in Africa eamdem ac in aliis eccleſiis humanitatem patuiſſe; nedum ex his Tertulliani teſtimoniis colligere liceat, ut doctiſſimi viri fecere, alias etiam eccleſias ſeverius cum lapſis egiſſe.

X. *Utrum nova ſub S. Cypriano inducta ſit diſciplina, ac priſtina ſeveritas in ſolos apoſtatas & deſertores retenta?*

Illuſtratis, ut potuimus, Tertulliani teſtimoniis facilior erit & ſolutior inveſtigatio ſententiæ Cypriani. Fucum enim pluribus fecerat Tertullianus, ut & Cypriani ſenſum non belle acciperent. Tria autem examinanda occurrunt, 1. An diſciplina ſub Cypriano demitigata fuerit, priſtina ſeveritate in ſolos apoſtatas & deſertores retenta. 2. An lapſis in decurſu pœnitentiæ morientibus negata pax fuerit, niſi libellos a martyribus accepiſſent. 3. An non ſaltem pœnitentia his qui ſacrificaverant uſque ad mortem impoſita fuerit, nec communio niſi in mortis articulo conceſſa.

Quod ſpectat ad diſciplinæ immutationem, exiſtimat Albaſpinæus lib. 2. Obſervat. idololatriæ & aliis graviſſimis criminibus pacem ſub Cypriano concedi cœpiſſe, ita tamen ut adverſus apoſtatas & deſertores antiqua ſeveritas vigeret. Non ſolum Tertulliani teſtimoniis nititur doctiſſimus epiſcopus, verum etiam argumenti loco ſumit; quod nec Cyprianus, nec clerus Romanus de lapſis quidquam ſtatuere auſi ſint, ſed concilii auctoritatem exſpectaverint; tum etiam quod Cyprianus dicat ſe *neceſſitati temporum ſuccubuiſſe*, & nimiæ remiſſionis ſuſpicionem reformidet, quia *his qui libellis conſcientiam ſuam maculaverint, vel nefanda ſacrificia commiſerint, laxandam pacem putaverat* ep. LII. p. 149. Unde

contendit Albaſpinæus non tam anxiam hujus rei deliberationem futuram fuiſſe; ſi conceſſæ pacis in ſuperioribus perſecutionibus exempla præceſſiſſent; nec commiſſurum fuiſſe Cyprianum, ut quod majorum auctoritate firmaretur, id a ſe laxatum diceret. Non abſimilis Petavii ſententia, ut ſupra vidimus. Sed eruditum ſcriptorem præjudicata ex Tertulliani teſtimoniis opinio in errorem induxit: nullum enim hac in re veſtigium novitatis apud Cyprianum, quo nemo veteris diſciplinæ exſtitit retinentior. Obſervat S. Martyr in ep. LII. p. 155. quoſdam ex ſuis anteceſſoribus pacem adulteris denegaſſe, & *in totum pænitentiæ locum* clauſiſſe; ſed ſatis indicat hanc legem & a paucis epiſcopis fixam fuiſſe, ante quos nulla exſtiterat, & ſua ætate jam refixam & abrogatam eſſe. Nec ipſe nec quiſquam alius in Africa meminerat ſpem pacis his, qui in ſuperioribus perſecutionibus ceciderant, præcluſam omnino fuiſſe. Cum quidam preſbiteri lapſis communionem ante actam pęnitentiam dediſſent; eorum facinus averſatus eſt Cyprianus, eoſque contra Evangelium veniſse declaravit: ſed in hoc tantum eos vituperat; quod id *ante actam pænitentiam* conceſſiſſent; *quando oporteat ad hæc per ordinem pervenire*. In omnibus epiſtolis quas ſcripſit in cauſa lapſorum & in libro de Lapſis nihil protſus reperias, quo lapſi de pace in dubium vocentur, modo parem peccatis pęnitentiam agant? ſed Cyprianus inſtar principii certiſſimi ponit, Deum *pænitenti, operanti, roganti poſſe clementer ignoſcere, poſſe in acceptum referre quidquid pro talibus & petierint martyres & fecerint ſacerdotes*, p. 386. Hortatur in eodem libro p. 383. *ut confiteantur ſinguli delictum ſuum dum ſatisfactio & remiſſio facta per ſacerdotes grata eſt*. Sic etiam clerus Romanus in epiſt. inter Cyprianicas XXXI. ut merito caſtigat *properata nimis remedia communionum utique non profutura*; ita in lapſis deſiderium pacis non improbat, modo pulſent ſane fores, ſed non utique confringant, & adeant ad limen Eccleſiæ ſed non utique tranſiliant. Notanda etiam hæc verba: *Multum illis proficiet petitio modeſta, poſtulatio verecunda, humilitas neceſſaria, patientia non otioſa*. Mos erat in Eccleſia perantiquus, ut martyrum commendatio ad contrahendum pęnitentiæ lapſis impoſitæ tempus valeret: teſtem hujus rei habemus Tertullianum in libro ad Martyres & in libro de Pudicitia. Hinc etiam Cyprianus: *In præteritum ſemper*, inquit epiſt. XI. *ſub anteceſſoribus noſtris factum eſt, ut diaconi ad carcerem commeantes, martyrum deſideria conſiliis ſuis & Scripturarum præceptis gubernarent*. His addi poteſt memoratus a Cypriano in epiſt. LII. LXVII. LXVIII. omnium eccleſiarum conſenſus in refellendo Novatiano, quem pravæ novitatis propria manus arguebat: ſcripſerat enim, ut teſtatur Cyprianus epiſt. LII. & voce ſua recitaverat litteras cleri Romani, in quibus erat *ut lapſis infirmis & in exitu conſtitutis pax daretur*: eccleſiarum conſenſus in rejiciendis Montaniſtis pariter enituerat.

Quod ergo Cyprianum & clerum Romanum adduxit ut rem ad concilium integram ſervarent, non ea fuit opinio, quæ illis attribuitur; ſed quod viribus ſuis diffiderent in ejuſmodi cauſa, quæ, ut ait Cyprianus ep. XIV. *non paucorum, nec eccleſiæ unius aut unius provinciæ, ſed totius orbis cauſa erat*. Examinandæ erant cauſæ & voluntates ſingulorum, & varii peccatorum gradus ſuis quique modulis ponderandi; quod examen prorſus inutile fuiſſet, ſi quotquot ſacrificaverant, nullo diſcrimine excluſi a ſpe veniæ fuiſſent. Deinde vero in perſecutione Decii tantus exſtitit lapſorum numerus, ac tantum dedecus nomini Chriſtiano inuſſere, qui, ut ait Cyprianus in libro de Lapſ. p. 374. ad prima ſtatim verba minantis inimici fidem ſuam prodiderunt, ac ultro ad forum cucurrere, ſeque hortamentis mutuis in exitium impulerunt, ut non immerito deliberari potuerit, an non ſeverius aliquid, quam in prioribus perſecutionibus, in ejuſmodi homines ſtatueretur. Sed tamen videntur in concilio Carthaginenſi lenitatis potius, quam ſeveritatis exempla conſtituta. Nam, ut modo videbimus, Libellatici, qui jam pęnitentiam egerant, in ipſo concilio admiſſi ſunt; ſacrificatis autem plena pęnitentia impoſita,

ſic

ſic tamen ut pace non defraudarentur, ſi ante exactum pœnitentiæ tempus in periculoſum morbum inciderent. Nihil poterat lenius his temporibus conſtitui. Itaque fieri potuit ut concilii lenitatem reprehenſam ab Antoniano defenderet Cyprianus, quamvis nova in hoc concilio diſciplina inducta non fuiſſet. Utrumque autem a ſe Cyprianus non ſine librata diu & ponderata ratione factum declarat, ut & vigente perſecutione ſeveritatem, & pace reddita indulgentiam adhiberet. At ſeveritatem in eo enituiſſe non dicit, quod pacem omnino lapſis negandam decreviſſet, ſed quod eam per fas & nefas petentibus reſtitiſſet, atque excommunicationem intentaſſet, ſi quis cum illis injuſſu ſuo communicaret: ſic etiam in lenitate quæ ſubſecuta eſt, negat eccleſiaſticas leges fuiſſe violatas, ſed proviſum fuiſſe contendit, ut nec lapſi deſperatione deficerent, *nec rurſus cenſura evangelica ſolveretur, ut ad communicationem temere proſilirent*. Uno verbo negat a ſe aut a Cornelio quidquam factum eſſe præter exempla majorum. *Nam ſicut anteceſſores noſtri ſæpe fecerunt*, inquit, pag. 151. *colligendis fratribus noſtris cariſſimus frater noſter* (Cornelius) *neceſſitati ſuccubuit*.

Priſtinam ſeveritatem interdum a Cypriano retentam Albaſpinæus & poſt eum Gofofredus lib. 16. Cod. Theod. pag. 210 ex his epiſtolæ LII. verbis colligunt: *Apoſtatæ vero & deſertores vel adverſarii & hoſtes & Chriſti Eccleſiam diſſipantes, nec ſi occiſi pro nomine foris fuerint, admitti ſecundum Apoſtolum poſſunt ad Eccleſiæ pacem, quando nec Spiritus nec Eccleſiæ unitatem tenuerunt*.

Ut hoc Cypriani teſtimonium explicetur, obſervandum eſt 1. Apoſtatas & deſertores non eos dici, ut Albaſpinæus & Gotofredus putant, qui ex Judæis ethnici aut Chriſtiani fiebant, ſed qui nomen dabant Feliciſſimi ſchiſmati. 2. Revocandum eſt in memoriam quod ſupra diximus pacem illis negatam in mortis diſcrimine qui pœnitentiam ſani contempſerant, quia videlicet dubium merito videbatur, an ſincero animi affectu reſipiſcerent. Quod autem de ejuſmodi hominibus ſtatutum erat, id in pluribus aliis par erat obſervari, quorum aut inſanabilis videbatur, aut ceteris ovibus periculoſa improbitas. Hinc cum multi perſpecta Feliciſſimi nequitia remearent & ad Eccleſiam pulſarent, Cyprianus anxie ponderabat, & ſollicite examinabat *qui recipi & admitti ad Eccleſiam deberent*. *Quibuſdam enim*, inquit epiſt. LV. pag. 183. *ita aut crimina ſua obſiſtunt, aut fratres obſtinate & firmiter renituntur, ut recipi omnino non poſſint niſi cum ſcandalo & periculo plurimorum*. Ad hos videntur ſpectare Cypriani minæ in epiſt. XXXVIII. ubi ſic loquitur: *Sed & quiſquis ſe conſpirationi & factioni ejus adjunxerit, ſciat ſe in Eccleſia nobiſcum non eſſe communicaturum, qui ſponte maluit ab Eccleſia ſeparari*. Et in ep. XL. *Si quis autem pœnitentiam agere & Deo ſatisfacere detrectans ad Feliciſſimi & ſatellitum ejus partes conceſſerit, & ſe hæreticæ factioni conjunxerit, ſciat ſe poſtea ad Eccleſiam redire, & cum epiſcopis & plebe Chriſti communicare non poſſe*. Has minas non omnino in rem contulit Cyprianus. Ipſe enim teſtatur in epiſt. LV. multos a ſe e ſchiſmate redeuntes eſſe ſuſceptos, ac plebem gaudere & lætari ſolitam, cum *tolerabiles & minus culpabiles* redirent. Quinetiam plebi interdum perſuadebat, imo extorquebat, ut ex iis qui inemendabiles & protervi erant, nonnulli ſuſciperentur; & unus atque alius, obnitente plebe & contradicente, Cypriani tamen facilitate ſuſcepti, pejores exstiterunt quam prius fuerant. Non abſimili ſententia Cyprianus cum pluribus aliis epiſcopis de virginibus quæ cum maſculis in eodem lecto deprehenſæ fuerant, ſic decernit. *Quod ſi obſtinate perſeverant, nec ſe ab invicem ſeparant, ſciant ſe cum hac ſua impudica obſtinatione numquam a nobis admitti in Eccleſiam poſſe, ne exemplum ceteris ad ruinam delictis ſuis facere incipiant*. Merito obſtinatis ejuſmodi peccatoribus, itidem ut pertinacibus ſchiſmaticis, non modo venia, ſed etiam introitus in eccleſiam negabatur. Sed ſi cum debitis converſi cordis

cordis ſignificationibus rediiſſent, ac diu multumque fores Eeclcſiæ pulſaſſent, non dubium quin eos paterno ſinu excepiſſet Cyprianus & ad pœnitentiam admiſiſſet. Igitur Feliciſſimus ejuſque præcipui ſectatores, cum homines eſſent ad omne ſcelus parati; non diſceſſiſſet ab Eccleſiæ regulis Cyprianus, ſi omnem illis in Eccleſiam reditum præcluſiſset; neque id videri deberet veſtigium quoddam diſciplinæ ante Cyprianum in omnes graviorum criminum reos obſervatæ. 3. Objectus ab Albaſpinæo locus Cypriani non dicit apoſtatas & deſertores, etiamſi relicto ſchiſmate ſanguinem pro Chriſto fundant, ad Eccleſiæ pacem admitti non poſſe, ſed tantum nihil illis martyrium extra Eccleſiam ad pacem prodeſse poſse, quia *nec Spiritus nec Eccleſiæ unitatem tenuerunt*, id quod ſæpe alias Cyprianus inculcat. Opponit ejuſmodi deſertores aliis lapſis pęnitentiam in Eccleſia agentibus, & quos Dominus intus inveniet; cum mundum judicaturus apparebit.

XI. Utrum S. Cyprianus lapſis in decurſu pœnitentiæ morientibus pacem negaverit, his tantum exceptis qui libellos a martyribus acceperant.

Poſtquam probavimus Cyprianum nihil novi feciſſe, cum lapſis pœnitentibus pacem conceſſit; ſequitur ut inquiramus, an iiſdem ante exactam pœnitentiam periculoſe ægrotantibus communionem negaverit, niſi libellos a martyribus accepiſſent. Cyprianum contendit Petavius iis tantum pacem indulſiſſe, qui libellos a martyribus accepiſſent, ceteris vero ne in præſenti quidem mortis diſcrimine id conceſsiſſe; alioqui nihil diſcriminis futurum fuiſſe inter iſtos & priores, quos tamen meliori aliqua conditione uti oportuit. Sed ipſa S. Martyris verba proferenda ſunt: *Quoniam tamen video*, inquit in ep. XII. *facultatem veniendi ad vos nondum eſſe & jam æſtatem cœpiſſe, quod tempus infirmitatibus aſſiduis & gravibus infeſtatur, occurendum puto fratribus noſtris; ut qui libellos a martyribus acceperunt, & prærogativa eorum apud Deum adjuvari poſſunt, ſi incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non exſpectata præſentia noſtra, apud presbyterum quemcumque præſentem, vel ſi presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud diaconum quoque exomologeſin facere delicti ſui poſſint; ut manu eis in pœnitentiam impoſita veniant ad Dominum cum pace, quam dari martyres litteris ad nos factis deſideraverunt.*

Immerito Petavius ex hoc teſtimonio colligit pacem iis qui libellos non habebant, denegatam fuiſſe. Nam 1. Quis Cyprianum puret adeo æquitatis oblitum fuiſſe, ut iis qui pœnitentiam ſubterfugiebant, *& audaci flagitatione ac violento impetu pacem extorquere* nitebantur, tam benigne provideret *ad illorum violentiam interim quoquo genere mitigandam*, ep. XV. fervidos autem pœnitentes, qui ſe epiſcopi ſui judicio committere, quam pęnitentiam declinare maluerant, ſine pace & communione mori pateretur? 2. Clerus Romanus Carthaginenſem abſente Cypriano monuerat, *ut iis qui poſt lapſum infirmitate apprehenſi eſſent, & pœnitentes communionem deſiderarent, ſubveniretur*, epiſt. III. & XV. Atque hoc conſilium non modo non improbavit Cyprianus, ſed etiam in epiſt. XV. declarat ſe *ſtandum* putaſſe *& cum* eorum *ſententia, ne actus noſter*, inquit, *qui adunatus eſſe & conſentire circa omnia debet, in aliquo diſcreparet*. At immane quantum inter Cypriani & Romanorum agendi rationem diſtaret, ſi cum iſti pacem omnibus vere pęnitentibus dandam eſſe admonuiſſent, Cyprianus indulgentia & humanitate in eos ſolos uſus fuiſſet, qui peccato ſuo pęnitentię fugam & Eccleſiæ perturbationem adjecerant? 3. Non obſcure indicat Cyprianus in epiſt. XIII. quibus non libelli ſed pęnitentiæ opera ſuffragabantur, eis periculoſe ægrotantibus pacem multo potiori jure eſse dandam. *Ceteram quoque partem plebis quæ lapſa eſt*, inquit, *præſentia veſtra fovete, & ut a fide & miſericordia Domini non deficiant, veſtro ſolatio focillate. Neque enim deſerentur ab ope & auxilio Domini qui mites & humiles & pœnitentiam vere agentes in bonis operibus perſeveraverint, quomi-*

Digitized by Google

quominus illis quoque divino remedio conſulatur. Perſuaſum ergo eſſe vult ejuſmodi pœnitentibus fore, ut *illis quoque divino remedio conſulatur*; atque hoc illis concedit ut ſolatium Eccleſiæ legibus conſentaneum, quodque nova decreta non deſideraret. Neque enim data opera ſcribebat epiſtolam XIII. ut ejuſmodi lapſis provideret, quibus & Eccleſiæ conſuetudo & Romani cleri monita ſatis providerant; ſed ut eorum tumultum comprimeret, qui querelis ſuis Carthaginenſem Eccleſiam incendebant. Atque id cauſæ eſſe arbitror, cur Cyprianus in ep. XIV. confirmans, quæ in decima tertia decreverat, nihil nominatim dicat de pace veris pęnitentibus in extremo periculo concedenda. Poſtquam enim loquutus eſt de iis qui libellos a martyribus acceperant, hæc addit: *Ceteri vero qui nullo libello a martyribus accepto invidiam faciunt; quoniam non paucorum nec eccleſiæ unius, aut unius provinciæ, ſed totius orbis hæc cauſa eſt, exſpectent de Domini protectione Eccleſiæ ipſius publicam pacem*. Non id profecto ſancit Cyprianus, ut veris pęnitentibus pax in exitu negetur, (neque enim retexit quæ in ſuperiore epiſtola conſtituerat: ſed ea potius confirmat, dum ait ſe *plene ſcripſiſſe ad hanc rem proximis litteris*,) ſed nonnullorum feſtinationem comprimit, qui communionem petebant ante redditam Eccleſiæ pacem, antequam gravi morbo tentarentur. Hos jubet exſpectare dum pax Eccleſiæ reddatur: at pacem in exitu non negat; neque eos reprehendit quod a communione arceri ſe in exitu nollent, ſed quod eam ante exulum reditum peterent, ac *confeſſores ipſos prævenire* vellent.

Sed objicit Petavius meliori conditione uti debuiſſe qui libellos acceperant, quam qui non acceperant; quod ſi omnibus conceſſa pax, nullum prorſus inter utroſque diſcrimen exſtitiſſe. Exiſtimat Tillemontius Cyprianum ingenioſa quadam caritate feciſſe, ut cum præcipue aliquid in honorem martyrum concedere videretur, nihil tamen præcipue concederet; & cum pacem iis tantum qui libellos habebant polliceretur, neminem prorſus ab hac indulgentia excluderet, quippe cum martyres adeo libellorum prodigi eſſent, ut omnibus eorum liberalitas pateret. Sed ſi ea accommodatione uſus fuiſſet, qua illum Tillemontius uſum eſſe exiſtimat, ac tacite lapſos omnes fuiſſet hortatus, ut ſe libellorum præſidio munirent; an paulo poſt tanta arſiſſet indignatione in Lucianum, qui univerſis lapſis id concedere auſus eſt, quod jam antea plurimis conceſſerat. Deinde vero perinique Cyprianus veros pęnitentes ejuſmodi periculo expoſuiſſet, ut pace defraudati morerentur; neque enim veriſimile erat eos qui hactenus tam timidi ac pudentes fuerant, audaciores deinceps in libellis petendis futuros; aut ipſos etiam confeſſores in concedendis cautiores non fore, poſtquam eorum nimiam facilitatem caſtigaverat Cyprianus.

Cyprianum ſic interpretatur Morinus: Cum lex eſſet, ut pacem moribundi non impetrarent, qui pęnitentiam ſani non egerant, exiſtimat eruditus ſcriptor decernere Cyprianum, ut in iis qui libellos a martyribus acceperant, legis ſeveritas non ſervetur, ac illis in honorem martyrum pax concedatur, quam fruſtra hoc præſidio deſtituti petiiſſent. Sed hæc interpretatio nec cum verbis nec cum mente Cypriani congruit. 1. Nominatim requirit Cyprianus ut qui libellos a martyribus acceperunt, *prærogativa & auxilio eorum adjuvari apud Dominum in delictis ſuis* poſſint. Porro in his epiſtolis & in libro de Lapſis illud arcte tenet, accurateque defendit, non prodeſſe lapſis commendationem martyrum, ſi pęnitentiam agere detrectent; quare ſi lapſi poſt tot Cypriani & presbyterorum monita in obſtinato pęnitentiæ non agendæ conſilio perſeveraſſent, an Cypriano viſi eſſent idonei, qui martyrum auxilio apud Dominum juvarentur? Deinde vero ſi omnibus libellos habentibus pacem decernebat, ſive pęnitentiam egiſſent, ſive non

egiſſent;

egiſſent ; quid neceſſe erat delectum habere , ac in conditionis loco requirere , ut martyrum auxilio adjuvari poſſent ? Lapſis ergo Cyprianus non pœnitentiæ onus eximit ; ſed potius ad pœnitentiam blande & leniter hortatur, dum pacem offert morientibus , modo martyrum meritis juvari poſſint. Hinc in epiſt. XIV. laudat presbyteros & diaconos , quod lapſos ad pœnitentiam & patientiam hortati eſſent , ac pœnitentiam ab illo agi declarat , qui divinis præceptis mitis & patiens , & ſacerdotibus Dei obtemperans obſequiis ſuis & operibus juſtis Dominum promeretur . Id autem deferre videtur martyrum meritis , ut lapſis nondum ea pœnitentia expiatis , quæ pacem per ſe ipſa in mortis diſcrimine impetret , martyrum commendatio ſuffragetur . Nec levis videri debet hæc indulgentia , ſi temporum illorum ſeveritas attendatur . Etſi enim pœnitentibus periculoſe ægrotantibus pax dari ſolebat ; non tamen id ſine delectu & judicio concedebatur . Hinc clerus Romanus re cum pluribus epiſcopis deliberata cenſuit *eorum quorum vitæ ſuæ finem urgens exitus dilationem non poteſt ferre , acta pœnitentia , & profeſſa frequenter ſuorum deteſtatione factorum , ſi lacrimis , ſi gemitibus , ſi fletibus dolentis ac vere pœnitentis animi ſigna prodiderint , cum ſpes vivendi ſecundum hominem nulla ſubſtiterit , ita demum caute & ſollicite ſubveniri* , &c. epiſt. XXXI. Ipſe Cyprianus in ep. XIII. pacem iis ſolis promittit , *qui mites & humiles & pœnitentiam vere agentes in bonis operibus perſeveraverint* . Ex his perſpici poteſt quo lenitatem & indulgentiam perducat Cyprianus. Quibus enim conſultum voluit in epiſtolis XIII. & XIV. hi vel pęnitentiam ſegniter egerant ; vel etiam graviſſimo delicto illud addiderant , ut pęnitentiam declinarent , ac diſſenſionibus & querelis Eccleſiam permiſcerent : quibus factis meruerant , ut pax morientibus negaretur , etiamſi pęnitentiam paulo ante morbum incępiſſent. Quamobrem primis concedit S. Martyr , ut quod eorum pęnitentiæ ad pacem impetrandam deerat , id martyrum meritis expleatur . Poſtremis pariter conſulit , atque ut tumultum comprimat , indulgentia in eos utitur ; & modo averſum pęnitentiæ remediis animum deponant , quod ſua ſponte mancum & inchoatum videretur , id martyrum meritis compenſatum , a presbyteris ratum haberi jubet .

XII. *Utrum concilium Carthaginenſe pœnitentiam ſacrificatis per totum vitæ tempus impoſuerit .*

Nunc aliud examinandum ſequitur , an non ſaltem ætate Cypriani gravioribus peccatis pęnitentia per totum vitæ tempus impoſita fuerit , & communio ad ipſum mortis articulum dilata . Res dijudicari poteſt ex conſuetudine quæ tunc vigebat , ut qui pacem in gravi morbo accepiſſent , ii valetudine reſtituta reliquum pęnitentiæ tempus non explerent , ſed eodem jure eſſent ac alii fideles . Id perſpicitur ex his Cypriani verbis in epiſt. LII. pag. 152. *Si qui enim* , inquit , *infirmitatibus occupantur , illis , ſicut placuit , ſubvenitur . Poſtea tamen quam ſubventum eſt & periclitantibus pax data eſt , offocari a nobis non poſſunt aut opprimi , aut vi & manu noſtra in exitum mortis urgeri , ut quoniam morientibus pax datur , neceſſe ſit mori eos qui acceperint pacem ; cum magis in hoc indicium divinæ pietatis & paternæ lenitatis appareat , quod qui pignus vitæ in data pace percipiunt , hi quoque ad vitam data pace teneantur . Et iccirco ſi accepta pace commeatus a Deo datur , nemo hoc debet in ſacerdotibus criminari , cum ſemel placuerit fratribus in exitu ſubveniri* . Non quadrat tanta lenitas cum irrogata per totum vitæ tempus pęnitentia ; alioquin ſæpe uſu eveniſſet , ut qui poſt unum aut alterum pęnitentiæ annum communionem in gravi morbo accepiſſent , iis e morbo evadentibus jam emeritus eſſet pęnitentiæ curſus , cum interim aliis in eadem cauſa ac forte etiam in leviore culpa triginta aut quadraginta anni ſupereſſent decurrendi . Nimia ſane

Digitized by Google

mia ſane erat epiſcoporum in judicando animadverſio & rerum omnium conſideratio & proviſio, quam ut tam grave incommodum non effugerent. Sed tamen videndum nobis eſt quid ea de re decreverit concilium Carthaginenſe, in quo lapſorum cauſa paulo poſt reditum Cypriani dijudicata eſt.

Decretum hujus concilii ſic exponit S. Martyr in ep. LII. p. 153. *Et ideo*, inquit, *placuit examinatis cauſis ſingulorum Libellaticos interim admitti, ſacrificatis in exitu ſubveniri*. Non una fuit eruditorum de hoc canone ſententia. Auctor obſervationum criticarum in Bibliothecam ſcriptorum Eccleſiaſticorum negat Libellaticos in ipſo concilio ad pacem protinus admiſſos fuiſſe; ac inter eos & ſacrificatos id ponit diſcriminis, quod iſti per totum vitæ tempus pœnitentiæ addicti fuerint, primi vero interim admiſſi, id eſt, poſt certum pœnitentiæ tempus exactum. Auctor ipſe Bibliothecæ idem de ſacrificatis cenſet, quamvis pacem Libellaticis in ipſo concilio conceſſam exiſtimet fuiſſe. Aſſentitur ei Tillemontius de Libellaticis ac illius cenſorem impugnat; ſed pluribus refellit quod uterque pro certo poſuerat, iis qui ſacrificaverant non alios pœnitentiæ quam vitæ fines præſcriptos fuiſſe. Hæc Tillemontii ſententia multis nominibus videtur anteponenda. Illud autem in primis obſervandum eſt duas illas de Libellaticis & de ſacrificatis quæſtiones ſic inter ſe nexas eſſe, ut quæ de alterutra dicantur, de utraque dicta videri debeant. Nam ſi Libellatici ſtatim in ipſo concilio perhumaniter reſtituti ſunt communioni; probabile non eſt ſacrificatos in extremum vitæ diſcrimen rejectos fuiſſe. Rurſus ſi his verbis, *Placuit ſacrificatis in exitu ſubveniri*, non prohibetur ne pax ante exitum detur, ſed potius decernitur ut periculoſe intra præſcriptum tempus ægrotantibus concedatur; perſpicuum erit Libellaticis, quorum multo levior erat culpa, non pœnitentiam in concilio impoſitam fuiſſe, ſed conceſsam communionem; alioquin ſtatutum fuiſſet, ut iſtis quoque in exitu ſubveniretur.

Quod ſpectat ad Libellaticos; liquet horum verborum *Placuit Libellaticos interim admitti*, hanc eſse ſententiam, Libellaticos interim admiſsos ad pacem fuiſse, dum ſacrificati pœnitentiam agerent, id eſt, eodem decreto & pacem Libellaticis & pœnitentiam ſacrificatis decretam fuiſse. Hinc Cyprianus in epiſt. LIV. ſtatutum fuiſse ait in hoc concilio de iis qui ſacrificaverant, ut agerent diu pœnitentiam plenam: at Libellaticos eodem decreto minime comprehendit. Anno ſequenti cum ſtatuiſset inſtante perſecutione iis, qui a primo lapſus die pœnitentiam egerant, communionem concedere; hæc indulgentia ad eos tantum ſpectabat qui ſacrificaverant, quibuſque impoſita fuerat plena pœnitentia. At de Libellaticis nulla mentio, quos tamen maxime oportebat indulgentiæ participes fieri, ſi eam prius in concilio conſecuti non fuiſsent. Quinetiam Cyprianum eum Libellaticis poſt concilium communicaſse perſpicimus ex ep. LII. Quod enim ait Cyprianus ſe *nemini quidem ex lapſis prius communicaſſe*, quandiu ſævit perſecutio; *poſtea tamen neceſſitati temporum ſuccubuiſſe*; id referri non poteſt ad ſacrificatos, (his enim pœnitentia impoſita fuerat,) ſed tantum ad Libellaticos. Et cum hæc communicatio in invidiam a Novatiano vocaretur, ſic eum refellit Cyprianus in eadem epiſtola: *Aut ſi ſe cordis*, inquit, *& renis ſcrutatorem conſtituit & judicem, per omnia æqualiter judicet, & cum ſciat ſcriptum eſſe*, Ecce ſanus factus es, jam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat, *fraudatores & mœchos a latere atque comitatu ſuo ſeparet, quando multo & gravior & pejor ſit mœchi quam Libellatici cauſa, cum hic neceſſitate, ille voluntate peccaverit*. Exagitabat ergo Novatianus catholicos epiſcopos, quod cum Libellaticis communicarent. Nec tamen omnibus Libellaticis conceſſa pax in concilio, ſed iis tantum qui pœnitentiam egerant. Quamobrem fruſtra Auctor obſervationum in Bibliothecam pluribus probat, quod, a nemine negatur, libelli crimen ſine pœnitentia dimiſſum non fuiſſe.

Altera

Altera pars decreti facile illuſtratur. Ac 1. quidem illud, *ſacrificatis in exitu ſubveniri*, non pęnitentiam ad extremum ſpiritum producendam, ſed in gravi morbo finiendam indicat, nec in pęnæ, ſed in beneficii loco decretum fuit; ſiquidem Cyprianus in epiſt. LII. nimiæ remiſſionis ſuſpicionem ab hoc decreto removet, ac rationem reddit cur epiſcopi ad hanc lenitatem & indulgentiam deſcenderint. 2. Idem decretum refert in epiſt. LIV. ſed paulo clarius: *Statueramus jampridem*, inquit, *frater chariſſime, participato invicem nobiſcum conſilio, ut qui in perſecutionis infeſtatione ſupplantati ab adverſario & lapſi fuiſſent, & ſacrificiis ſe illicitis maculaſſent, agerent diu pœnitentiam plenam, & ſi periculum infirmitatis urgeret, pacem ſub ictu mortis acciperent.* Tota res ergo in eo vertitur ut quid ſit pœnitentia plena, utrum totum vitæ tempus complexa, an certo quodam ſpatio definita fuerit, expendatur. At id facile perſpicitur ex epiſt. LIX. ubi queritur Cyprianus quod Victori quondam presbytero pacem conceſſiſſet Therapius *antequam pœnitentiam plenam egiſſet, ante legitimum & plenum ſatisfactionis tempus, ſine petitu & conſcientia plebis, nulla infirmitate ac neceſſitate cogente.* Erat ergo præfinitum aliquod pœnitentiæ tempus, cujus imminuendi poteſtas erat penes epiſcopum, modo cauſa aliqua gravis incidiſſet. Eamdem pœnitentiæ plenæ notionem ſuppeditat epiſtola LXII. in qua Cyprianus & alii cum eo epiſcopi de virginibus, quæ cum maſculis deprehenſæ in eodem lecto fuerant, decernunt, ut *ſi pœnitentiam hujus illiciti concubitus ſui egerint, & a ſe invicem receſſerint, inſpiciantur interim virgines ab obſtetricibus diligenter, & ſi virgines inventæ fuerint, accepta communicatione ad eccleſiam admittantur ..... ſi autem de eis aliqua corrupta fuerit deprehenſa, agat pœnitentiam plenam, quia quæ hoc crimen admiſit, non mariti ſed Chriſti adultera eſt; & ideo æſtimato juſto tempore, poſtea exomologeſi facta ad eccleſiam redeat.* Brevis ergo pœnitentia integris virginibus imponitur, corruptis autem plena *& juſto tempore æſtimato*: & quemadmodum in concilio Carthaginenſi ſancitum ut lapſi interim admitterentur, ſacrificati pœnitentiam plenam agerent; ita etiam hoc loco decernunt epiſcopi, ut virgines interim inſpiciantur, & integris in eccleſiam admiſſis corruptæ pœnitentiam plenam agant. 3. Si ſacrificati per totum vitæ tempus addicti pęnitentiæ fuiſſent, neceſſe non fuiſſet *ut examinarentur cauſæ & voluntates & neceſſitates ſingulorum*; ſed ut obſervat Tillemontius, nullum prorſus diſcrimen, nullus delectus extitiſſet.

XIII. *De Chriſti in Euchariſtia præſentia.*

Eccleſiæ doctrina de corpore & ſanguine Domini apertis Cypriani teſtimoniis continetur. Quidquid de Euchariſtia prædicat S. Martyr, eo ſpectat ut notio illa confirmetur, quam prima auditione Chriſti verba animis afferunt. Perſpici poteſt illius ſententia ex his quæ de ſacramentis hæreticorum diſſerit. Cur enim in epiſt. LXX. *Euchariſtiam fieri apud illos omnino non poſſe* cenſebat, niſi quia Chriſti verba ab illis fruſtra pronuntiari exiſtimabat, fruſtra invocari Spiritum ſanctum, ut panem & vinum faciat corpus & ſanguinem Chriſti? Sic etiam Firmilianus ut probet non ſatis eſſe ad effectus ſacramentorum, ut Eccleſiæ preces & ritus ſerventur, exemplo utitur inſanæ cujuſdam mulierculæ, quæ frequenter auſa fuerat, ut *& invocatione non contemtibili ſacrificare ſe panem & Euchariſtiam facere ſimularet, & ſacrificium Domino non ſine ſacramento ſolitæ prædicationis offerret.* Illud ergo diſcriminis Firmilianus & Cyprianus inter Catholicorum & hæreticorum Euchariſtiam ponebant, quod hæreticis Spiritum ſanctum invocantibus nulla fieret donorum mutatio, Catholicorum autem preces numquam hoc mirabili effectu carerent.

Adeo perſuaſum & exploratum erat Cypriano de mirabili illo eccleſiaſticæ invoca-

invocationis effectu, ut de lapſis ante purgatam conſcientiam communicantibus dicere non dubitet lib. de Lapſ. p. 378. *Vis infertur corpori ejus & ſanguini, & plus modo in Dominum manibus atque ore delinquunt, quam cum Dominum negaverunt*. Non ergo ſola fide corpus Chriſti in Euchariſtia ſumitur, ſed vere & ab indignis ipſis percipitur; nec corpus ab anima & divinitate ſeparatum eſt, ſed ipſe Dominus adeſt, ac in eum manibus & ore delinquunt qui indigne communicant. Hinc ipſam Domini majeſtatem adeſſe declarat in eodem libro: ſic enim loquitur de puella quæ a nutrice ad idolum, deinde a parentibus ad eccleſiam delata ſanguinem Domini, quem diaconus reluctanti infuderat, non ſine ſingultu rejecit: *In corpore atque ore violato*, inquit, *Euchariſtia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini ſanguine potus de pollutis viſceribus erupit. Tanta eſt poteſtas Domini, tanta majeſtas*, p. 381. Narrat ibidem Cyprianus aliud miraculum: *Et quidem alius*, inquit, *quia & ipſe maculatus ſacrificio a ſacerdote celebrato partem cum ceteris auſus eſt latenter accipere, ſanctum Domini edere & contrectare non potuit, cinerem ferre ſe apertis manibus invenit. Documento unius oſtenſum eſt Dominum recedere cum negatur*. Non ergo panis ex manibus hujus hominis evanuerat, ſed ipſe Dominus receſſerat. Hæc autem Cyprianus ea mente diſſerit, ut hominibus parum caute communicantibus, quid de hoc myſterio ſentiendum ſit explanet. Quamobtem facile perſpicitur quo ſenſu primis ſæculis hæc Chriſti verba, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis, &c.* epiſcopi acciperent, cum ex his concludant Chriſti corpus & ſanguinem ſumi, in ipſum Dominum ore & manibus delinquere, qui indigne communicant, poteſtatem Domini & majeſtatem adeſſe, ac ipſum Dominum non ſine miraculo e manibus contaminatis receſſiſſe. Si credita tunc non fuiſſet mutatio vini in ſanguinem Chriſti, num, quæſo, poſt eas preces quibus Deus rogatur ut vinum faciat ſanguinem Chriſti, nihil aliud jam niſi ſanguis Chriſti in calice agnoſceretur? Nihil aliud profecto agnoſcit Cyprianus ſexcentis locis. Statuit adverſus eos, qui aquam tantum in matutinis ſacrificiis offerebant, indignum eſſe Chriſtiano vereri, *ne per ſaporem vini redoleat ſanguinem Chriſti. Sic ergo*, inquit, *incipit & a paſſione Chriſti in perſecutionibus fraternitas retardari, dum in oblationibus diſcit de ſanguine ejus & cruore confundi.... Quomodo autem poſſumus propter Chriſtum ſanguinem fundere, qui ſanguinem Chriſti erubeſcimus bibere?* p. 231. Non ſolum ſanguinem vocat, ſed etiam cruorem, & cum eo ſanguine comparare non dubitat qui in venis noſtris fluit. Ait etiam p. 227. *Quomodo ad potandum vinum veniri non poteſt niſi botrus calcetur ante & prematur, ſic nos nec ſanguinem Chriſti poſſemus bibere, niſi Chriſtus calcatus prius fuiſſet & preſſus & calicem prior biberet, in quo credentibus propinaret.*

Quemadmodum Cyprianus communiones indignas deteſtatur, quia *ſanctum Domini corpus* profanatur, p. 51. quia *vis infertur corpori & ſanguini Domini, & in Dominum manibus & ore* delinquitur, p. 378. quemadmodum Firmilianus inſtar piaculi ducebat quod homines, ut ipſi videbatur, non baptizati *uſurpata temere communicatione contingant corpus & ſanguinem Domini* p. 309. ſic gratiæ dona, quæ ex Euchariſtia percipi ſolent, ex corpore & ſanguine Chriſti præſentibus repetuntur. Docet Cyprianus milites Chriſti conſiderare debere *icciroo ſe quotidie calicem ſanguinis Chriſti bibere, ut poſſint & ipſi propter Chriſtum ſanguinem fundere*. Hinc cum inſtante Galli & Voluſiani perſecutione communionem iis qui ſub Decio lapſi fuerant, concedere decreviſſet, indulgentiæ hanc rationem reddit in ep. LIV. p. 172. *Nam quomodo*, inquit, *docemus aut provocamus eos in confeſſione nominis ſanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſanguinem denegamus? Aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, ſi non eos prius ad bibendum in eccleſia poculum Domini jure communicationis admittimus?* Et in ep. LXIII. p. 229. *Calix dominicus ſic bibentes inebriat ut ſobrios faciat, ut mentes ad ſpiritalem ſapientiam dirigat, ut a ſapore iſto ſeculari ad intellectum Dei unuſquiſque reſipiſcat: & quemadmodum vino iſto communi mens ſolvitur & anima relaxatur, & triſtitia omnis exponitur, ita epotato ſanguine Domini & poculo ſalutari, exponatur memoria veteris hominis, & fiat oblivio converſationis priſtinæ ſecularis, & mœſtum pectus ac triſte, quod prius peccatis angentibus premebatur, divinæ indulgentiæ lætitia reſolvatur*. Quidquid ergo docet Eccleſia catholica de mutatione panis &

vini in corpus & ſanguinem Chriſti, quidquid animo hac fide imbuto obſervari poteſt, id Cypriani menti impreſſum & inſculptum fuiſſe perſpicimus.

Objicit nobis editor Oxonienſis hunc locum ex ep. LXIII. *Sic autem in ſanctificando calice Domini*, inquit p. 230. Cyprianus, *offerri aqua ſola non poteſt, quomodo nec vinum ſolum poteſt. Nam ſi vinum tantum quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis. Si vero aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Quando autem utrumque miſcetur, tunc ſacramentum ſpiritale & caleſte perficitur*. Ex his colligit ſanguinem Chriſti eſſe in calice, quemadmodum ipſa plebs eodem calice contineri dicitur. Sed adeo manifeſtum eſt diſcrimen, ut mirer hominem eruditum in his cavillationibus immorari. Quis enim umquam dixit populum in calice bibi, ore & manibus contingi, populum recedere cum ſpecies immutatæ ſunt, & alia ejuſmodi, quæ de Chriſti ſanguine dicta modo retulimus. Quamobrem cum dicitur plebs eſſe in calice, manifeſta eſt figura quæ neminem latere, neminem in erroris periculum conjicere poſſit. At poſt Chriſti verba, *hic eſt ſanguis* &c. quotidie commemorata & inculcata, poſt quotidianas in ſacrificio preces, ut vinum fiat ſanguis Chriſti, quis figuram ſuſpicari potuiſſet nihil aliud audiens niſi Chriſti ſanguinem eſſe in calice, offerri in calice, & bibi, ac animas noſtras corroborare ut noſtrum ſanguinem pro Chriſto ſundamus?

Sed breviter nobis examinandum quid interſit inter eas rationes, quibus aquam Cyprianus calici inſundendam, & eas quibus vinum omnino neceſſarium eſſe perſuadet. Sic enim & dominici ſanguinis veritas patebit, & obiter refellentur qui aquam a Cypriano, ut jure divino, non ſolum eccleſiaſtico præſcriptam commendari volunt. S. Martyr evertere ſtatuerat peſſimam conſuetudinem, quæ apud nonnullos obrepſerat, ut aqua ſola in matutino ſacrificio offerretur. Quamobrem demonſtrat aquam non in Euchariſtia, ſed tantum in baptiſmo ad proprium ſacramenti effectum eſſentialem eſſe materiam, & *quotieſcumque aqua ſola in Scripturis nominatur; baptiſma prædicari*, & *appellatione aquæ baptiſma ſignificatum ſemper eſſe*. At vero in Euchariſtia *calicem mixtum fuiſſe quem Dominus obtulit, & vinum fuiſſe quod ſanguinem ſuum dixit, eumque docuiſſe exemplo magiſterii ſui calicem vini & aquæ conjunctione miſceri*. Hinc aquam ad myſticas tantum ſignificationes adhiberi demonſtrat: *Aquas namque populos*, inquit p. 229. *ſignificare in Apocalypſi Scriptura divina declarat dicens*: Aquæ quas vidiſti, ſuper quas ſedet meretrix illa, populi & turbæ & gentes ethnicorum ſunt & linguæ. *Quod ſcilicet perſpicimus & in ſacramento calicis contineri. Nam quia nos omnes portabat Chriſtus, qui & peccata noſtra portabat, videmus in aqua populum intelligi, in vino vero oſtendi ſanguinem Chriſti*. Hactenus Cyprianus neceſſitatem aquæ elevat potius quam commendat. Sed tamen poſtea ait aquam ſolam offerri non poſſe *quomodo nec vinum ſolum poteſt*, & copulationem & conjunctionem aquæ & vini ſic miſceri in calice Domini, *ut commixtio illa non poſſit ab invicem ſeparari*. Animadvertendum eſt Cypriani conſilium. Diſſerens cum hominibus aquam ſolam adhibentibus, utitur principio quod facile conceſſuri erant, ne vinum quidem ſolum adhiberi debere. Nulla ſane illis obſtabat anticipata opinio, quominus id faterentur; quamobrem Cyprianus ſtatuit aquam ſolam adhiberi non debere, quomodo nec vinum ſolum; non quod metueret ne ejuſmodi homines vinum ſolum offerrent; non quod aquam æque ac vinum a Chriſto præſcriptam, & ad eſſentiam ſacramenti pertinere duceret, (ſatis enim declaravit eam ad myſticas ſignificationes adhiberi;) ſed quia hæc comparatio ad vini neceſſitatem demonſtrandam appoſita erat, & ex incommodis, quæ vino ſolo adhibito conſequerentur, multo graviora conſequi patebat, ſi aqua ſola adhibeatur. Hinc quoties in hac epiſtola calicem mixtum eſſe debere ſtatuit, non id proprie refert ad aquam, ſed ad vinum, quod hi, quos refellebat, omittebant.

Neceſſitatem vini longe aliter defendit Cyprianus. Demonſtrat 1. Scripturæ teſtimoniis, ut aquam in baptiſmo, ita vinum in Euchariſtia deſignari. 2. Præceptum Chriſti longe graviſſimum violari, ſi vinum omittatur. *Cum ergo*, inquit

quit p. ead. *neque ipſe Apoſtolus neque Angelus de cælo annuntiare poſſit aliter aut docere præterquam quod ſemel Chriſtus docuit & Apoſtoli ejus annuntiaverunt, miror ſatis unde hoc uſurpatum ſit, ut contra evangelicam & apoſtolicam diſciplinam quibuſdam in locis aqua offeratur in dominico calice, quæ ſola Chriſti ſanguinem non poſſit exprimere.* Et p. 230. *Quod ſi nec minima de mandatis dominicis licet ſolvere; quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipſum dominicæ paſſionis & noſtræ redemptionis ſacramentum pertinentia fas non eſt infringere, aut in aliud, quam quod divinitus inſtitutum ſit, humana traditione mutare?* 3. Ex hac divini inſtituti temeraria immutatione quænam incommoda conſequi exiſtimat Cyprianus? *Calicem etenim*, inquit p. 228. *ſub die paſſionis accipiens benedixit & dedit diſcipulis ſuis dicens:* Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis novi Teſtamenti &c. *Qua in parte invenimus calicem mixtum fuiſſe quem Dominus obtulit, & vinum fuiſſe quod ſanguinem ſuum dixit. Unde apparet ſanguinem Chriſti non offerri, ſi deſit vinum calici; nec ſacrificium dominicum legitima ſanctificatione celebrari, niſi oblatio & ſacrificium noſtrum reſponderit paſſioni. Paſſio eſt enim Domini*, ut ait p. 231. *ſacrificium quod offerimus.* Iccirco ergo ex Cypriano vinum adhibendum in calice, quia cum Chriſtus accepto vino dixerit, *Hic eſt ſanguis* &c. ſi aqua ſola adhibeatur, aqua remanebit, nec jam offeretur Chriſti ſanguis; non erit paſſio Domini ſacrificium noſtrum, nec idem offeretur quod in paſſione oblatum eſt. 4. Commemorat etiam Cyprianus quot & quanta beneficia *epotato ſanguine Domini & poculo ſalutari* percipiamus, ut demonſtret quam damnoſum ſit aquam ſolam adhibere. Addit grande delictum eſſe de Chriſti *ſanguine & cruore confundi*, nec jam eos poſſe *propter Chriſtum ſanguinem fundere, qui ſanguinem Chriſti erubeſcunt bibere.* Jam vero facile perſpicitur quo ſenſu plebem, quo ſenſu ſanguinem Chriſti in calice eſſe exiſtimet Cyprianus. Plebis cum Chriſto conjunctionem aquæ cum vino conjunctione ſignificari docet; & aqua omiſſa Chriſti quidem ſanguinem offerri & paſſionem commemorari fatetur; ſed tamen non leve incommodum fore ſi deſit plebis cum Chriſto conjunctio. At vero ſanguinem Chriſti in calice eſſe declarat, quia Chriſtus dixit, *Hic eſt ſanguis* &c. nec jam, ſi ſanguis deſit, ſacrificium offerri poſſit & paſſio Domini celebrari: quinetiam donis, quæ ſanguinem Chriſti potantibus promiſſa ſunt, penitus defraudabimur.

XIV. *De Communione ſub utraque ſpecie.*

Quamvis Cyprianus ſacrificium ſub utraque ſpecie offerendum eſſe, idque a Chriſto inſtitutum & præſcriptum eſſe contendat, non tamen communionem ſub utraque ſpecie neceſſariam judicabat, ut ex ejus principiis & ex conſuetudine illius ætatis perſpici poteſt. Neque enim quæcumque Chriſtus fecit in inſtitutione ſacramenti, ea omnia inſtar legis obſervanda ducebat, ſed ea tantum quæ ad eſſentiam ſacramenti pertinent. Nam cum ei objiceretur Dominum poſt cœnam obtuliſſe, ſic reſpondet ep. LXIII. p. ead. *Numquid ergo dominicum poſt cœnam celebrare debemus, ut ſic mixtum calicem frequentandis dominicis offeramus? Chriſtum offerre oportebat circa veſperam diei, ut hora ipſa ſacrificii oſtenderet occaſum & veſperam mundi .... Nos autem reſurrectionem Domini mane celebramus.* Cur ergo præſcriptum eſſe negat ut idem hac in re faciamus quod Chriſtus fecit; in oblatione autem panis & vini eum ſacerdotem Chriſti vice vere fungi contendit, *qui id quod Chriſtus fecit imitatur, & offert ſecundum quod ipſum Chriſtum videat obtuliſſe?* Ratio hujus rei ante oculos poſita. Nihil refert ad naturam ſacrificii, utrum mane an poſt cœnam offeratur. Sed ſi aqua pro vino offeratur inſtitutum a Chriſto ſacrificium penitus evertitur, nec ejus paſſio celebratur, nec ſanguis in calice offeretur aut bibetur, ſed aqua communis. Ex his principiis perſpici poteſt quid de communione ſub utraque ſpecie ſenſerit Cyprianus. Neceſſariam & a Chriſto præceptam credere non potuit, quippe cum ad eſſentiam ſacramenti non pertineat. Totum enim Chriſtum ſub utraque ſpecie agnoſcit Cyprianus, illius majeſtatem in calice reveretur, eumque re-

ceſſiſſe declarat e manibus hominis contaminati, in quibus loco Euchariſtiæ cinis inventus eſt.

Conſentiunt antiquæ eccleſiæ conſuetudines cum ipſius fide & doctrina. Jam vidimus ex Cypriano exemplum puellæ ex ſolo calice communicantis, quam conſuetudinem nemo neſcit in Occidente uſque ad duodecimum ſæculum perſeveraſſe. Luce clarius eſt hanc puellam ſub ſpecie panis non communicaſſe; hanc enim hiſtoriam refert Cyprianus, ut pateat in corpore atque ore violato Euchariſtiam permanere non potuiſſe: at ſi ſpeciem panis antea ſumpſiſſet, nullum prorſus miraculum, nulla Cyptiani ratio exſtitiſſet. Attulimus etiam exemplum illius, qui in manibus Euchatiſtiæ loco cinerem invenit; aliud exſtat ſimillimum in eodem de Lapſis libro mulieris cujuſdam, quæ cum *arcam ſuam, in qua Domini ſanctum fuit, manibus indignis tentaſſet aperire, igne inde ſurgente deterrita eſt ne auderet attingere.*

XV. *S. Cypriani ſententia de Sacrificio, de Purgatorio & invocatione ſanctorum.*

Euchatiſtiam verum eſſe ac proprie dictum ſacrificium teſtimonio ſuo confirmat Cyprianus. *Dominicæ hoſtiæ veritatem* ſchiſmaticos *per falſa ſacrificia profanare* ait in libro de Unit. Eccleſ. p. 403. Vera illa hoſtia, quam Cyprianus offerri contendit in ſola Eccleſia, ipſe Chriſtus eſt in altari modo incruento immolatus. *Jeſus Chriſtus Dominus & Deus noſter*, inquit ep. LXIII. p. 230. *ipſe eſt ſummus ſacerdos Dei patris, & ſacrificium Patri ſeipſum primus obtulit, & hoc fieri in ſui commemorationem præcepit.* Cum ergo eadem victima, quæ in cruce oblata eſt, offeratur in altari, non immerito ait Cyprianus, *Paſſio eſt Domini ſacrificium quod offerimus.* Negat in eadem epiſtola *ſacrificium dominicum legitima ſanctificatione celebrari, niſi oblatio & ſacrificium noſtrum reſponderit paſſioni*: ſacrificii a Chriſto inſtituti veritatem inde etiam demonſtrat, quod a ſacerdote Melchiſedech præfiguratum fuerit. *Item in ſacerdote Melchiſedech*, inquit p. 225. *ſacrificii dominici ſacramentum præfiguratum videmus, ſecundum quod Scriptura divina teſtatur & dicit:* Et Melchiſedech rex Salem protulit panem & vinum. *Fuit autem ſacerdos Dei ſummi, & benedixit Abraham. Quod autem Melchiſedech typum Chriſti portaret declarat in Pſalmis Spiritus ſanctus ex perſona patris ad filium dicens:* Ante luciferum genui te. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. *Qui ordo utique hic eſt de ſacrificio illo veniens & inde deſcendens quod Melchiſedech ſacerdos Dei ſummi fuit, quod panem & vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam quis magis ſacerdos Dei ſummi quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo patri obtulit; & obtulit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt, panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem.*

Sacrificium pro vivorum & mortuorum peccatis offertur. Hinc queritur Cyprianus in libro de Lapſis p. 378. quod lapſorum nonnullis communio data ſit *ante purgatam conſcientiam ſacrificio & manu ſacerdotis, ante offenſam placatam indignantis Domini & minantis.* Cyprianus in epiſtola LX. ad epiſcopos Numidas reſtatur ſe ſingulorum, qui ad redemtionem captivorum promte ac liberaliter operati ſunt, nomina ſubdidiſſe, ut eos epiſcopi in mente habeant in orationibus ſuis, *& eis vicem boni operis in ſacrificiis & precibus repræſentent.* Quod ſpectat ad mortuos egregium teſtimonium habemus in epiſt. LXVI. ad clerum & plebem Furnis conſiſtentem. Anteceſsores Cypriani ſtatuerant ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret; ac ſi quis hoc feciſset, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione ejus celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros voluit evocare. Quamobrem cum Victor quidam Geminium Fauſtinum presbyterum auſus eſset tutorem conſtituere, vetat Cyprianus ne *pro dormitione ejus fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in eccleſia frequentetur.* Fruſtra contendit auctor editionis Oxonienſis *hæc in fidei, ſpei & caritatis teſſeram, non autem in animarum ſubſidium, aut purgatorii ignis ardoribus æſtuantium refrigerium*

præſtita

præſtita fuiſſe; quia hæc ad martyres imprimis ſpectabant. Nihil agit hoc martyrum exemplum: non offerebatur ſacrificium pro peccatis martyrum, quippe cum omnibus exploratum eſset eos in cœlo Deum videre. Quamobrem non eodem loco nominabantur, ac alii in Eccleſiæ pace mortui; & quod ait Cyprianus in epiſt. XXXIV. ſacrificia pro illis offerri ſolita, id ipſe Cyprianus explicat in epiſt. XXXVII. ubi ait oblationes & ſacrificia *ob commemorationes eorum* celebrari. Alia fuit ratio morientium in Eccleſiæ pace. Pro eorum peccatis ſacrificium offerebatur, ut videre eſt in liturgia quæ exſtat lib. 8. Conſtit. Apoſt. cap. 41. ubi hæc leguntur: *Pro fratribus noſtris qui in Chriſto requieverunt oremus, ut hominum amans Deus, qui animam defuncti ſuſcepit, ei remittat omne peccatum voluntarium ac non voluntarium, & propitius clemenſque factus collocet eum in regione piorum &c.*

Nec mirum ſane eſt ſi veteres Chriſtiani fidelibus defunctis ſacrificium profuturum ſperabant; quippe cum perſuaſum omnibus atque exploratum eſset, juſtorum animas, quæ e corpore ſolvuntur antequam peccata omnia expiaverint, pœnis affici in altera vita, eorumque beatitudinem differri. Hinc iis metuebat clerus Romanus, qui ante exactam pœnitentiam moriebantur: *Deo ſciente*, inquit epiſt. XXXI. *quid de talibus faciat, & qualiter judicii ſui pondera examinet.* Ejuſmodi homines ſic comparat Cyprianus cum iis qui vita pro Chriſto profuſa aut ſaltem ſancte exacta moriuntur. *Aliud eſt*, inquit in ep. LII. p. 154. *ad veniam ſtare, aliud ad gloriam pervenire: aliud miſſum in carcerem non exire inde donec ſolvat noviſſimum quadrantem, aliud ſtatim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari & purgari diu igne, aliud peccata omnia paſſione purgaſſe: aliud denique pendere in diem judicii ad ſententiam Domini, aliud ſtatim a Domino coronari.* Inutilis prorſus Rigaltii & editoris Oxonienſis labor in hoc teſtimonio eludendo. Hunc carcerem & longi doloris cruciatum & ignem diu purgantem detorquent ad pœnitentiam lapſis imponi ſolitam a ſacerdotibus. Sed 1. illud ſaltem fateri debent ex Cypriani verbis conſequi, temporales pœnas iis perſolvendas ſupereſse, quibus remiſsæ ſunt æternæ. 2. Si pœnitentiæ labores Cyprianus deſcribit, multo id magis iis congruit, qui ante exactum pœnitentiæ curſum moriuntur. Nemo enim hanc opinionem affinget Cypriano, ejuſmodi homines non ad veniam ſtare, ſed ad gloriam pervenire; non mitti in carcerem, donec ſolvant noviſſimum quadrantem, ſed ſtatim fidei & virtutis accipere mercedem; non pro peccatis longo dolore cruciatos mundari, & purgari diu igne, non pendere in diem judicii, ſed ſtatim a Domino coronari. 3. Cyprianus non ſolum martyres cum lapſis, ſed etiam virgines cum adulteris comparat. Dubium non eſt quin de martyribus & virginibus mortuis loquatur, cum coronam illis ſtatim donari pronuntiat. Cur ergo eum de pœnitentium ſtatu in hac tantum vita loquutum credamus? Præclara ſane eſſet atque egregia comparatio, martyres & virgines cum idololatris & adulteris in hoc conferre, quod primi ſtatim in altera vita coronentur, poſtremis vero pœnitentiæ labor in hac vita ſubeundus ſit. Sed ſi iſti idololatræ & adulteri poſt inchoatam pœnitentiam moriantur; an ſtatim, ut martyres & virgines, mercedem & coronam accipient, & peccata omnia pœnitentia purgaſſe videbuntur? Quis non videt inſtitutam a Cypriano comparationem ad futuram potiſſimum vitam referri; quippe cum in hac vita pœnitentium laborem ſacræ virgines, quarum erat auſterum vivendi genus, adæquarent, martyres vero longe ſuperarent? 4. Illud *pendere in diem judicii* valde adverſariis moleſtum. Putant Nicolaus Faber & Rigaltius beatitudinem juſtorum a Cypriano in diem judicii, exceptis martyribus, differri. Sed hæc opinio affingi Cypriano non poteſt, qui hoc loco, ut jam obſervavi, non ſolum de martyribus, ſed etiam de virginibus loquitur. Sæpe alias docet, præcipue vero in libro de Mortalitate, non ſolum martyres, ſed alios etiam ſanctos, cum ex hac vita decedunt, cum Chriſto incipere regnare; virgines & pueros ad continentiæ & innocentiæ præmium feliciter

liciter pervenire, juſtos ad refrigerium vocari. Illud ergo teſtimonium, de quo nunc agimus, ad eos referri debet, quos ante plenam pœnitentiam mortuos in diem judicii generalis reſervari exiſtimat Cyprianus. Nec mirum ſi ejuſmodi hominum beatitudinem uſque ad hoc tempus differat? cum enim inſtare crederet adventum Domini, temporis ſpatium juſto longius non poterat videri. Porro Cypriani ſententia inde etiam illuſtratur, quod in die judicii martyrum merita pluribus in hunc diem pendentibus profutura declaret: *Credimus quidem*, inquit in libro de Lapſis p. 378. *poſſe apud judicem plurimum martyrum merita & opera juſtorum, ſed cum judicii dies venerit, cum poſt occaſum ſæculi hujus & mundi ante tribunal Chriſti populus ejus adſiſterit*. Atque hæc quidem de iis qui ſeſe in Eccleſia pœnitentiæ ſubmittunt; qui autem extra Eccleſiam moriuntur, eos Cyprianus declarat, etiamſi pro nomine occiſi ſint, numquam ad indulgentiam aliis in ſinu Eccleſiæ morientibus promiſſam perventuros. *Et quia apud inferos confeſſio non eſt*, inquit in eadem ep. LII. p. 158. *nec exomologeſis illic fieri poteſt, qui ex toto corde pœnituerint & rogaverint, in Eccleſiam debent interius ſuſcipi & in ipſa Domino reſervari, qui ad Eccleſiam ſuam venturus de illis utique, quos in ea intus invenerit, judicabit. Apoſtatæ vero & deſertores & adverſarii & hoſtes & Chriſti Eccleſiam diſſipantes, nec ſi occiſi pro nomine fuerint, admitti ſecundum Apoſtolum poſſunt ad Eccleſiæ pacem, quando nec Spiritus nec Eccleſiæ tenuerunt unitatem*. Merito negat Cyprianus exomologeſin, quæ in hac vita præſcribitur, in altera perfici poſſe. Sed perſpicuum eſt ab eo agnoſci indulgentiam quamdam & pacem, quæ ſchiſmaticis & hæreticis extra Eccleſiam mortuis, etiamſi pro nomine occiſi fuerint, præcluſa & denegata, aliis in Eccleſia mortuis & in adventum Domini reſervatis concedetur.

Ex his patet communionem illam, quam Eccleſia catholica cum ſanctis & martyribus, & cum juſtis ante plenam pœnitentiam mortuis ſovet, non novum eſſe commentum, ſed dogma primis ſæculis notum & creditum. Nec mirum ſi hæc communio his non placet qui ab unitate Eccleſiæ diſceſſerunt; ſed Cyprianus, cujus inter precipuas virtutes enituit unitatis amor, præter ea quæ ab illo in honorem martyrum decreta retulimus, duobus aliis in locis teſtatur quam arcta intercedat Eccleſiæ præſenti cum ſanctis & martyribus neceſſitudo. Primus exſtat in libro de Hab. Virg. quem ſic concludit Cyprianus: *Tantum mementote tunc noſtri, cum incipiet in vobis virginitas honorari*. Alterum teſtimonium legitur in ep. LVII. ad Cornelium quem ſic alloquitur Cyprianus: *Memores noſtri invicem ſimus, concordes atque unanimes, utrobique pro nobis ſemper oremus, preſſuras & anguſtias mutua caritate relevemus, & ſi quis iſtinc noſtrum prior divinæ dignationis celeritate præceſſerit, perſeveret apud Dominum noſtra dilectio, pro fratribus & ſororibus noſtris apud miſericordiam Patris non ceſſet oratio*. Fruſtra hæc editor Oxonienſis eludere conatur. Virginitatem ait incipere honorari, cum ad confeſſionis decus pervenit; ſed Cyprianus virgines omnes generatim alloquitur, non ſolas martyres; nec proinde martyrii ſed virginitatis coronam indicat. Alterum locum ſic interpretatur Fellus, quaſi Cyprianus cum Cornelio paciſcatur, *ut is qui ſuperſtes fuerit, cui in vivis diutius eſſe contigerit, precari pergat*. At manifeſta eſt cavillatio; non enim hoc precandi munus ei commendat Cyprianus, qui ſuperſtes fuerit, ſed qui *prior præceſſerit*. Sed Fellus ex noſtra interpretatione conſequi negat, ut ſanctos liceat precari. Verum non animadvertit quam hæc arcte cohæreant cum invocatione ſanctorum, quæ ſi priſcis ſæculis inſtar ſuperſtitionis Chriſto injurioſæ habita fuiſſet, vel potius ſi non viguiſſet in tota Eccleſia, ut eam viguiſſe certiſſima monumenta teſtantur, numquam Cypriano in mentem veniſſet virgines & martyres in anteceſſum precari & invocare.

XVI. *De Chriſti divinitate, ejuſque gratia.*

Præfationis modum tranſgrederer ſi in aliis Cypriani ſententiis accurate veſtigandis immorarer. Nihil enim erroris excogitatum eſt his poſterioribus ſæculis, ut recte obſervat Pamelius, quod non ex Cypriani teſtimoniis refellatur. De Chriſti divini-

vinitate ſanctus Martyr data opera non pertractavit, ſed breves illius de Deo incarnato ſententiæ non minus habent roboris & momenti, quam uberior pertractatio. Chriſtum Dominum & Deum noſtrum appellare ſolet, velut cum ait in ep. VIII. p. 42. *Habemus advocatum & deprecatorem pro peccatis noſtris Jeſum Chriſtum Dominum & Deum noſtrum*. Elaborandum eſſe docet in ep. LX. p. 215. *ut Chriſtum judicem & Dominum & Deum noſtrum promereamur obſequiis noſtris*. In ep. LXIII. p. 225. *Jeſus Chriſtus Dominus & Deus noſter ſacrificii hujus auctor & doctor*: & p. 230. *Jeſus Chriſtus Dominus & Deus noſter ipſe eſt ſummus ſacerdos Dei patris*. In ep. XLVII. p. 139. gratias agit *Deo patri omnipotenti & Chriſto ejus Domino & Deo noſtro ſalvatori*. Vid. ep. LVI. p. 198. & 199. ep. LXV. p. 243. ep. LXXIV. p. 294. & 140. ep. LXXVII. p. 327.

In libro de Oratione dom. p. 415. *Oremus itaque, fratres dilectiſſimi, ſicut magiſter Deus docuit*, & p. 416. *Deus pacis & concordiæ magiſter qui docuit unitatem, ſic orare unum pro omnibus voluit, quomodo in uno omnes ipſe portavit*. In libro de Vanitate idolorum p. 451. Chriſtum ſimiliter vocat Deum noſtrum, Deum cum homine mixtum: in lib. 2. Teſtim. hominem & Deum ex utroque genere concretum. Deum eſſe & Deum vocari probat in Scripturis veteris & novi Teſtamenti p. 548. 549. 550. & ad eum refert præclariſſima quæque teſtimonia. In libro de Exhort. mart. p. 520. poſtquam retulit illud Iſaiæ, *Ego Dominus Deus tuus ſanctus Iſrael qui te ſalvum facio*, addit: *Qui & in Evangelio promittit auxilium divinum Dei ſervis, in perſecutionibus non defuturum dicens*: Cum autem vos tradiderint &c. In libro de Bono patientiæ docet Chriſtum in cælis adorari, ac præcepiſſe Patrem ut Filius adoretur; ad eum refert hæc Scripturæ teſtimonia: *Deus manifeſtus veniet Deus noſter & non ſilebit, Dominus Deus virtutum prodibit*, & alia ejuſmodi; tum addit: *Quis autem eſt qui tacuiſſe ſe prius dicit & non tacebit? Utique ille qui ſicut ovis ad victimam ductus eſt ..... Hic eſt Deus noſter, id eſt, non omnium ſed fidelium & credentium Deus, qui cum in ſecundo adventu manifeſtus venerit, non ſilebit*. Non omittendus inſignis locus ex epiſt. ad Jubajanum p. 282. ubi docet Cyprianus conceptis verbis tres perſonas Patrem & Filium & Spiritum ſanctum unum eſſe Deum. *Nam ſi*, inquit, *baptizari quis apud hæreticos potuit, utique & remiſſam peccatorum conſequi potuit. Si peccatorum remiſſam conſecutus eſt, & ſanctificatus eſt & templum Dei factus eſt. Si ſanctificatus eſt & templum Dei factus eſt quæro cujus Dei? Si creatoris, non potuit, quia in eum non credidit. Si Chriſti, nec hujus fieri potuit templum, qui negat Deum Chriſtum. Si Spiritus ſancti, cum tres unum ſint, quomodo Spiritus ſanctus placatus eſſe ei poteſt, qui aut Patris aut Filii inimicus eſt?* Vid. lib. de Unit. Eccleſ. ubi citat hæc Scripturæ teſtimonia, *Ego & Pater unum ſumus, & hi tres unum ſunt*. Vid. etiam ep. LXXIV. p. 295. ubi perabſurde dici contendit eos qui foris baptizati ſunt *Chriſtum quidem induiſſe, ſed Spiritum ſanctum non potuiſſe percipere; quaſi poſſit aut ſine Spiritu Chriſtus indui, aut a Chriſto Spiritus ſeparari*.

Summa illa in Deum incarnatum pietas, quæ in ſcriptis Cypriani mirum in modum elucet, pariter calebat in aliorum Africæ epiſcoporum animis, ut perſpicere poſſumus ex concilio Carthaginenſi in quo adſuerunt 87. epiſcopi ex Africa, Numidia & Mauritania, cum presbyteris & diaconis, præſente etiam plebis maxima parte. Nemeſianus a Thubunis in hoc concilio ſic loquitur p. 599. de Spiritu ſancto: *Quod natum eſt de carne caro eſt, & quod natum eſt de Spiritu Spiritus eſt, quia Deus Spiritus eſt, & de Deo natus eſt*. Minus commode editor Oxonienſis illud, *de Deo natus eſt*, ſic explicat, Natus de Spiritu de Deo natus eſt. At dicere debuiſſet Nemeſianus, *de Deo natum eſt*. Qui mediocriter attendet, hanc hujus loci videbit eſſe ſententiam, quod ex Spiritu natum eſt, Spiritum eſſe, quia Spiritus ſanctus, cum Deus ſit & ex Deo natus ſit ſive proceſſerit, (hæc enim interdum idem ſonant) pro ſumma ſua poteſtate Spiritus eos efficit quos regenerat. Fortunatus a Tuchabori in eodem concilio ſic loquitur p. 600. *Jeſus Chriſtus Dominus & Deus noſter Dei patris & creatoris filius ſuper petram ædificavit Eccleſiam ſuam*. Euchratius a Thenis p. 602. *Fidem noſtram & baptiſmatis gratiam Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſuo ore Apoſtolos*

docens

docens perimplevit dicens : Ite & docete omnes gentes , baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Ibidem Felix ab Uthina : *Nemini dubium eſt, ſanctiſſimi conſacerdotes , non tantum poſſe humanam præſumtionem , quantum Domini noſtri Jeſu Chriſti adorandam & venerabilem majeſtatem* . Venantius a Timiſa p. 603. *Chriſtus Dominus & Deus noſter ad Patrem proficiſcens ſponſam ſuam nobis commendavit.*

Quemadmodum de Incarnationis myſterio , ſic etiam de acceptis ab incarnato Deo beneficiis magnifice ſentiebat Cyprianus. Jamdudum obſervarunt eruditi theologi Pelagianorum errores multo ante a S. Martyre confutatos fuiſſe , eumque Auguſtino plurima ad hujus hæreſis everſionem ſuppeditaſſe , Probe ſciebat Cyprianus Dominum advenientem ſanaſſe *illa quæ Adam portaverat vulnera , & venena ſerpentis antiqua* curaſſe p. 476. Hinc baptiſmum omnibus omnino neceſſarium eſſe credebat. *Omnes quidem* , inquit in libro de Habit. virg. p. 362. *qui ad divinum lavacrum baptiſmi ſanctificatione perveniunt , hominem illic veterem gratia lavacri ſalutaris exponunt , & innovati Spiritu ſancto a ſordibus contagionis antiquæ iterata nativitate purgantur* . Imprimis autem catholicum dogma defenditur in epiſt. LIX. quam non ſolus Cyprianus , ſed *& ceteri collegæ qui in concilio adfuerunt* num. 66. ad Fidum ſcripſere. Is neſcio quo opinionis errore ſibi finxerat infantes *intra ſecundum vel tertium diem quo nati ſunt conſtitutos baptizari non oportere , & conſiderandam eſſe legem circumciſionis antiquæ , ut intra octavum diem eum qui natus eſt baptizandum & ſanctificandum non* putaret . Longe aliud in concilio omnibus viſum eſt , ac univerſi judicaverunt *nulli homini nato miſericordiam Dei & gratiam denegandam . Porro autem* , inquiunt , *ſi etiam graviſſimis delictoribus & in Deum multum ante peccantibus remiſſa peccatorum datur , & a baptiſmo atque a gratia nemo prohibetur ; quanto magis prohiberi non debet infans , qui recens natus nihil peccavit , niſi quod ſecundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit , qui ad remiſſam peccatorum accipiendam hoc ipſo facilius accedit , quod illi remittuntur, non propria , ſed aliena peccata* . Contra ſuperba Pelagianorum commenta docet Cyprianus pluribus locis nos quotidie peccare, ut in libris de Orat. dom. p. 422. 423. de Opere & Eleemoſynis pag. 477. 478. & 483. & lib. 3. Teſtim. cap. 54.

Chriſti gratiam innumeris in locis mirifice commendat Cyprianus, qui cum adhuc in tenebris & nocte cæca jaceret, fieri non poſſe credebat quod Chriſtiani docebant, *ut quis renaſci denuo poſſet, utque in novam vitam lavacro aquæ ſalutaris animatus quod prius fuerat exponeret , & corporis licet manente compage , hominem animo ac mente mutaret* , epiſt. ad Donat. Sed hunc errorem ſimul cum aliis vitiis & erroribus depoſuit , & Chriſti gratiam eo libentius deinceps prædicavit , quo pertinacius rejecerat . Videri poſſunt quæ in hanc ſententiam diſſerit in epiſtola ad Donatum. Probat in Exhort. mart. pag. 520. ex pluribus Scripturæ teſtimoniis *timendas non eſſe injurias & pœnas perſecutionum , quia major eſt Dominus ad protegendum , quam diabolus ad impugnandum* , vid. p. 514. 515. & 520. 521. & 526. In ep. VIII. martyres hortatur ad conſtantiam , *quia major eſt qui in nobis eſt quam qui in hoc mundo , nec plus ad dejiciendum poteſt terrena pœna , quam ad erigendum tutela divina*. Plura vide in eadem epiſtola, & in ep. LV. p. 183. Huc referri poſſunt plurima alia Cypriani principia; velut cum docet victoriam a Deo dari p. 174. Deum victores ſua dignatione facere 333. 546. Deum remunerare in nobis quidquid ipſe præſtitit , honorare quod ipſe fecit 330. Noſtrum nihil eſſe 569. neminem ſibi quidquam aſſumere debere 424. Totum Deo dandum , ibid. Evolvendus imprimis liber de Oratione dominica , ubi docet orandum ut fiat in nobis voluntas Dei , ut Dei voluntas fiat in corpore & ſpiritu , ut facere poſſimus quod Deus vult : ut in illis non credentibus fiat voluntas Dei , quemadmodum in nobis per fidem noſtram voluntas Dei facta eſt ; opus enim eſſe Dei voluntate ut in nobis fiat voluntas Dei : ut qui in baptiſmo ſanctificati ſumus, in eo quod eſſe cœpimus perſeveremus : ut ſanctificatio & vivificatio quæ de Dei gratia ſumitur , ipſius protectione ſervetur.

VITA

VITA SANCTI CYPRIANI

NUNC PRIMUM ADORNATA.

MAGNUM Chriſtianæ religionis lumen Cyprianus, quandiu in Eccleſia micuit, magna pars fuit earum rerum quæ tunc geſtæ fuerunt. Quamobrem ſuppeditat ejus vita ampliſſimam diſſerendi ſegetem, ac toto volumine opus eſſet, ſi rerum ad eum pertinentium & genus & modos perſequi, ſi edita ſingularum virtutum exempla oculis ſubjicere, ſi eximios animi ſenſus ex epiſtolis & aliis ſcriptis, in quibus illius mores mirifice depinguntur, eruere inſtituerem. Sed non eſt hujus loci ejuſmodi pertractatio, nec mihi propoſitum ſic de Cypriani rebus diſſerere, ſed tantum eas ordine explicare, ac ipſa etiam ſcripta temporibus notare. Nam cum hæc elucubratio conjuncte cum ſancti Martyris ſcriptis prodeat, neceſſaria non eſt longiorum teſtimoniorum appoſitio, quæ quiſque poteſt ex ipſo fonte haurire; variiſque ſuperſedendum obſervationibus, quæ fortè non eſſent omittendæ, ſi S. Cypriani vita ſeparatim ab ejus operibus in lucem ederetur.

I. *De S. Cypriano nondum Chriſtiano. Diſtinguendus eſt à Cypriano Antiocheno.*

CYPRIANUM in Africa natum eſſe nemo diſſentit, Carthagine ortum Prudentius & Suidas exiſtimarunt; ſed cum S. Martyr hoc beneficium Carthagini acceptum non referat, ſed tantum dicat ep. XXXVI. *Ubi enim mihi aut melius poſſit eſſe aut lætius, quam illic, ubi me Deus credere voluit & creſcere*, alia eum patria videtur in lucem extuliſſe. Vocabatur Thaſcius Cyprianus, ut patet ex ſententia Proconſulis, & epiſt. LXIX. Quinetiam adſciverat ſibi Cæcilii nomen, teſte Hieronymo, ut gratum animum & amorem in presbyterum Cæcilium, cujus opera ad Chriſtum converſus fuerat, hoc monumento teſtaretur. Pontius diaconus qui Cypriani vitam ſcripſit, res ab eo ante converſionem geſtas minus dignas eſſe judicavit quas litteris mandaret. Itaque hæc illius vitæ pars in oblivione & tenebris jacet; nec quidquam certo ſcimus, niſi eum Rhetoricam ſumma celebritate docuiſſe, nec iis caruiſſe vitiis, quæ cum ſimulacrorum cultu & Chriſti ignoratione conjuncta eſſe ſolent. *Mutati ſunt piſcatores*, inquit Auguſtinus ſerm. 311. part. 1252. *mutati ſunt poſtea etiam plurimi ſenatores, mutatus eſt Cyprianus, cujus hodie memoriam frequentamus .... Ipſe ſcribit, ipſe teſtatur cujus vitæ fuerit aliquando, quam nefariæ, quam impiæ, quam improbandæ ac deteſtandæ.* Nequaquam tamen in Cyprianum noſtrum conveniunt, quæ apud Gregorium Nazianzenum de Cypriano

A magicis artibus ante converſionem dedito legimus in orat. 18. Perſpicuum eſt hæc ad Cyprianum Antiochenum reſpicere, quem Gregorius cum Carthaginenſi confundit, unam ex duabus perſonam effingens. Sed tamen quia eruditus Oxonienſis editor unum exſtitiſſe Cyprianum contendit, & quæ de Antiocheno feruntur in fabulis numerat, & ad res Carthaginenſis ornandas compoſita fuiſſe pronuntiat, non inutile videtur rem explorare.

Illud 1. negari non poteſt res geſtas Cypria-
B ni Antiocheni vetuſtiſſimis monumentis proditas fuiſſe. Illum Eudocia Imperatrix eximiis verſibus, teſte Photio Cod. 184. celebravit. Opus in tres libros diviſum erat; quorum primus Juſtinæ converſionem & invictam à dæmonibus virginitatem, ac ipſius etiam Cypriani poſt artis magicæ facinora mirabilem converſionem, baptiſmum, oſtiarii munus, miracula, ac tandem epiſcopatum continebat. In alio ipſe Cyprianus eventuum ſuorum ſeriem texebat, & magicas artes quibus & ſeſe ipſe & alios in
C varias formas mutaverat, peregrinationes, ac tandem nefariæ artis faſtidium, & animum ex deſperatione, quam conſcientia ſcelerum injiciebat, ad ſpem miſericordiæ divinæ opera Euſebii revocatum narrabat. In tertio denique martyrium Juſtinæ & Cypriani deſcriptum erat. Hæc autem Eudociam non ad artis licentiam, ſed ad hiſtoriæ fidem ſcripſiſſe perſpicitur, tum ex Gregorio Nazianzeno, qui ſcriptam ab ipſo Cypriano ſcelerum Confeſſionem citat, & eadem ac Eudocia de illo commemorat, orat. 18. tum ex triplici monumento, quod erudi-

ti antiquitatis indagatores domnus Edmundus Martene & domnus Urſinus Durand in ſuo Anecdotorum theſauro ediderunt, nempe Converſione Juſtinæ & Cypriani, Confeſſione ejuſdem Cypriani, ac utriuſque Paſſione. Sic cum Eudociæ verſibus conſentit tripartitum illud opus, ut minime dubium ſit quin illius manibus tritum fuerit. Quis ergo eum numquam exſtitiſſe ſibi perſuadeat, de quo exſtant monumenta illius temporis, quo vixiſſe dicitur, pene æqualia? Fabulæ in remotis ætatibus latebras quærunt, nec quiſquam tam inepte mentitur, ut quæ nemo vidiſſe ſe aut audiviſſe meminit, ea nuper in clariſſima luce & omnium oculis eveniſſe fingat. Porrò fatetur ipſe Fellus, cui tamen hac in re non omnino aſſentior, Confeſſionem Cypriani ante Conſtantini tempora ſcriptam fuiſſe, id eſt, circa illud tempus, quo perfunctus martyrio creditur, nempe ſub Diocletiano & Maximiano, ut teſtatur Eudocia. Præterea ante hoc opus ſcripta fuerant acta Juſtinæ, & Cypriani, ut diſcimus ex libello de utriuſque paſſione. 2. Credibile non eſt ejuſmodi monumenta ad res Cypriani Carthaginenſis ornandas ficta fuiſſe, in quibus nihil erat omnino, quod Cypriano Carthaginenſi aptari poſſet; non tempus, non locus martyrii & epiſcopatus, non res geſtæ & peregrinationes. 3. Si nullus exſtitiſſet Cyprianus ille Antiochenus, qui cum Juſtina paſſus Nicomediæ dicitur, quomodo de utriuſque nomine dies feſtus ſæculo quarto in loca Nicomediæ vicina induci, quomodo utriuſque fama omnium ore celebrari potuit? Illud autem ex oratione 18. S. Gregorii Nazianz. quæ habita eſt Conſtantinopoli, non obſcure perſpicitur, Cyprianum illum, cujus dies feſtus agebatur, non Carthaginenſem, ſed Antiochenum eſſe. Nam magicas artes & converſionem, ut præcipuos illius vitæ & notiſſimos eventus prædicat Gregorius, ita ut dubitet an quiſquam ex audientibus res illius geſtas ignoret, p. 277. Quinetiam quod ait Cyprianum poſt converſionam factum eſſe ædituum, id ſe ex aliquo audiviſſe teſtatur p. 281. Probabile non eſt Cyprianum Carthaginenſem adeo notum his in regionibus fuiſſe, præſertim ex rebus ad eum minime pertinentibus, ut Gregorium incolæ edocerent; ſed hæc fama & dies feſtus ad alium debent referri.

Objicit Fellus S. Gregorium tam oſcitanter errare non potuiſſe, ut epiſcopum Antiochenum cum Carthaginenſi confunderet; neque enim ſi vere exſtitiſſet Cyprianus ille Antiochiæ epiſcopus, qui Nicomediæ paſſus dicitur, nihil de illo ad Gregorii aures perventurum fuiſſe, qui & à patre res tam mirabiles mature diſcere debuit, & per ſe ipſe Nicomediam & loca vicina pervadens cognoſcere. Sed dum Gregorium vir eruditus culpari non patitur, quod unum ex duobus Cyprianis finxerit, in aliam illum reprehenſionem non multo leviorem conjicit, quod ad Cyprianum Carthaginenſem retulerit monumenta illius ætati & patriæ & rebus geſtis repugnantia. Veriſimilior mihi videtur hæc illius excuſandi ratio; cum ei recens admodum cum iis quos alloquitur intercederet conſuetudo, & poſt aliquot dierum ſeceſſum attemperate ad ipſum diem feſtum rediiſſet, ut ipſe teſtatur p. 275. ſatis proclive fuit in tam anguſtis ad res accurate ediſcendas ſpatiis labi & errare. Quod autem ait idem Fellus nullum inter Antiochiæ epiſcopos Cyprianum inveniri, id facile expeditur. Non enim Antiochiæ magnæ epiſcopus fuiſſe Cyprianus dicitur, ſed alterius, ut obſervat Tillemontius, in Phœnicia ſitæ, ex qua Damaſcum perductus eſt, ut à judice interrogaretur.

Duo ergo diſtinguendi ſunt Cypriani, & in oratione 18. Gregorii Naz. quid Antiocheno, quid Carthaginenſi conveniat expendendum. Quod ait Gregorius Cyprianum nobili & ſenatoria domo ortum eſſe, id Tillemontius Cypriano noſtro attribuit, ut alteri illi magno non valde conſentaneum; ſed tom. 5. ubi agit de Cypriano Antiocheno, fatetur id non poſſe diſcerni. Non immorabor in excutiendis aliis conjecturis, quæ de Cypriano fieri ſolent, velut quod Baronius & poſt eum alii nonnulli exiſtimarunt Cyprianum jam ſenem ad Chriſtianam religionem acceſſiſſe: Nituntur quodam loco ex epiſtola ad Donatum, ubi ſic loquitur Cyprianus: *Qui poſſibilis, ajebam, eſt tanta converſio, ut repente ac perniciter exuatur, quod vel genuinum ſitu materiæ naturalis obduruit, vel uſurpatum diu ſenio vetuſtatis inolevit?* At Cyprianus non ſuos annos numerat, ſed de vitiis loquitur, quæ in homine etiam non ſene vetuſtatem habent, cum *alta*, ut ibidem legimus, *& profunda penitus radice ſedarunt*. Huc adde Cyprianum non de ſuis tantum rebus diſſerere, ſed generatim omnes ætates ac vitæ conditiones complecti, quarum nullam prorſus excipiebant Chriſtiani, quam non Chriſti gratia renovari & renaſci poſſe dicerent. Liquet id ex his quæ ſequuntur: *Quando*, inquit, *parcimoniam diſcit, qui epularibus cœnis & largis dapibus aſſuevit! & qui pretioſa veſte conſpicuus in auro atque in purpura fulſit, ad plebejum ſe ac ſimplicem cultum quando deponit! Faſcibus ille oblectatus & honoribus, privatus & inglorius eſſe non poteſt. Hic ſtipatus clientium cuneis, frequentiore comitatu officioſi agminis honeſtatus, pœnam putat eſſe cum ſolus eſt. Tenacibus ſemper illecebris neceſſe eſt, ut ſolebat, vinolentia invitet, inflet ſuperbia, iracundia inflammet, rapacitas inquietet, crudelitas ſtimulet, ambitio delectet, libido præcipitet*. Hæc referenda duxi, ut pateret minus temperanter otio abuti, qui Cyprianum hac pictura mores ſuos expreſſiſſe, & priſtinæ conditionis ſplendorem & opes deſcripſiſſe opinantur. Quæ conjecturæ ſi valeant, dicendum erit eum faſcibus fulſiſſe, & vinolentiæ ac rapacitatis vitiis laboraſſe, quod neminem hactenus video ſuſpicatum.

II. *De S. Cypriani converſione. Catechumenus bona ſua diſtribuit, ſeque voto continentiæ obſtrinxit. Incertum quo anno & tempore baptizatus.*

Plurimum ſane Chriſtianæ religioni acceſſit ornamenti & præſidii converſione tanti ingenii; ac tum maxime veritas triumphare viſa eſt, cum celeberrimum mendacii doctorem ac defenſorem cepit. Non tamen prima aggreſſione victus eſt Cyprianus, ſed quod in homine ina-

ne inanium rerum cognitione inflato non valde mirum eſt, diu veritatem inter & errorem ancipiti ſententia fluctuavit. Quod enim docet Chriſtiana religio de nova in Chriſto creatione, id ſnmnii inſtar domeſtico argumento refellebat,. vitia ſua necdum volens emendare, nec emendari poſſe exiſtimans. Quos tum animi æſtus expertus ſit, ſic ipſe in epiſtola ad Donatum ediſſerit: *Ego*, inquit, *cum in tenebris atque in nocte cæca jacerem, cumque in ſala jactantis ſæculi nutabundus ac dubius veſtigiis oberrantibus fluctuarem, vitæ meæ neſcius, veritatis ac lucis alienus; difficile prorſus ac durum pro illis tunc moribus opinabar quod in ſalutem mihi divina indulgentia pollicebatur, ut quis renaſci denuo poſſet; utque in novam vitam lavacra aquæ ſalutaris animatus quod prius fuerat exponeret, & corporis licet manente compage hominem animo ac mente mutaret. Qui poſſibilis eſt*, *ajebam*, *tanta converſia* &c. Sed tandem illius animum Chriſtus inflexit, ac docilem fecit hortatibus Cæcilis presbyteri, qui tam præclari operis adminiſter & interpres fuit; non ille quidem, ut nonnulli opinati ſunt, Diadumeni præceptor, ſed idem potius qui in dialogo Minucii Felicis Chriſtianam religionem per ſas & nefas oppugnat, deinde ab Octavio ſtrenue defenſam libenter amplectitur. Amicitia quæ Cypriano intercedebat cum Cæcilio, tam arcte beneficii magnitudine conſtricta eſt, ut eum in parentis loco diligeret Cyprianus, ejuſque nomen ferre voluerit, ac in ipſius domo vixiſſe videatur. *Erat ſane illi de nobis*, inquit Pontius, *contubernium viri juſti & laudabilis memoriæ Cæcilii, & ætate tunc & honore præsbyteri, qui eum ad agnitionem veræ divinitatis à ſæculi errore correxerat. Hunc toto honore atque omni obſervantia diligebat, obſequenti veneratione ſuſpiciens, non jam ut amicum animæ coæqualem, ſed tamquam novæ vitæ parentem. Denique ille demulſus ejus obſequiis in tantum dilectionis immenſæ merita provocatus eſt, ut de ſæcula excedens arceſſitione jam proxima commendaret illi conjugem ac liberos ſuos, & quem fecerat de ſectæ communione participem, poſtmodum faceret pictatis heredem*. Hoc contubernium, quod Cyprianum in Cæcilii domo indicat vixiſſe, minus congruit eum hominum eruditorum conjecturis, qui Cyprianum nxorem ac forte etiam liberos habuiſſe volunt, cum religionem Chriſtianam amplexus eſt, quamvis nullum prorſus hujus rei veſtigium, nec in ejus ſcripcis nec in illius vita, quam ſcripſit Pontius, deprehendatur.

Varis cogitationum æſtus Cypriani alternantis converſionem demorati ſunt; ſed ſtatim atque veritati ad oculos aſſulgenti ceſſit, totam ſe in eo profudit pietas, ac Scripturarum oraculis exculta maturos fructus in ipſo primordio extulit. *Inter fidei ſuæ prima rudimenta*, ait Pontius, *nihil aliud credidit Deo dignum, quam ſi continentiam tueretur; tunc enim poſſe idoneum fieri pectus, & ſenſum ad plenam veri capacitatem pervenire, ſi concupiſcentiam carnis robuſto atque integro ſanctimoniæ vigore calcaret. Quis unquam tanti miraculi meminit! Nondum ſecunda nativitas novum hominem ſplendore toto divinæ lucis oculaverat., & jam veteres ac priſtinas tenebras ſola lucis paratura vincebat. Deinde quod majus eſt, cum de lectione divina quædam jam*

A *non pro conditione novitatis, ſed pro fidei feſtinatione didiciſſet, ſtatim rapuit quod invenit promerendo Domino profuturum. Diſtractis rebus ſuis ad indigentiam pauperum ſuſtentandam tota prædia pretio diſpenſans, duo bona ſimul junxit, ut & ambitionem ſæculi ſperneret, quo pernicioſius nihil eſt; & miſericordiam, quam Deus etiam ſacrificiis ſuis prætulit, quam nec ille, qui legis omnia mandata ſervaſſe ſe dixerat, fecit, impleret: & præpropera velocitate pictatis, pene ante cœpit perfectus eſſe, quam diſceret.*

B Non convenit inter eruditos utrum Chriſtianis ſacris initiatus eſſet Cyprianus, cum ſe continentiæ lege obſtrinxit, ac bona pauperibus diſtribuit; an adhuc catechumenus præclara hæc duo facinora ediderit. Sed ſi Pontii verba conſiderentur attentius, vix ambigendi locus ſuperetit. Conceptis enim verbis declarat nondum baptiſmn regeneratum fuiſſe Cyprianum, cum hæc deſignavit: *non ſecunda uativitas eum oculaverat, ſed ſola lucis paratura veteres ac priſtinas tenebras vincebat*. Paulo poſt allata verba, Cyprianus dicitur *adhuc rudis fidei homo,*
C *& cui ſorſitan nondum crederetur*. Idem efficitur ex his verbis, *Prævenit tritura ſementem, vindemia palmitem, poma radicem*. . . . Et infra: *Quid autem circa pauperes epiſcopus faceret, quas catechumenus diligebat?* Sed Tillemontius acutiſſimi judicii ſcriptor hoc teſtimonium Pontii, quod quidem fatetur in dubium revocari non debere, conciliari vix poſſe exiſtimat cum epiſtola ad Donatum, in qua Cyprianus, ut mòdo vidimus, emendationem morum & vitæ mutationem ne cogitatione quidem in converſionis primordio aſſequi ſe potuiſſe declarat,
D nedum tam ſervidis initiis exorſus ſit: *Deſperatione meliorum*, inquit, *malis meis veluti jam propriis ac vernaculis favebam*. Præterea baptiſmo acceptam refert emendationem morum ſuorum, & *poſtquam undæ genitalis auxilia ſuperioris ævi labe deterſa, in expiatum pectus ac purum deſuper ſe lumen infudit*, tum vero agnoviſſe ſe dicit facile eſſe *quod antea difficile videbatur, geri poſſe quod impoſſibile putabatur*. Quomodo ergo tot virtutum ornamenta ante baptiſmum conſequi potuit?

E Ut hæc difficultas expediatur, obſervandum eſt 1. minus accurate Tillemontium ad initia Chriſtianæ profeſſionis teferre dubias illas cogitationes, quæ Cyprianum ante converſionem huc & illne trahebant. Nondum enim credebat in Chriſtum, cum ſic animo fluctuaret; ſed, ut ipſe narrat, *in tenebris atque in nocte cæca* jacebat; *in ſala jactantis ſæculi nutabundus ac dubius veſtigiis oberrantibus* fluctuabat, *vitæ ſuæ neſcius, veritatis ac lucis alienus*. Facile ergo Pontius cum Cypriano conciliatur; nec mirum
F ſi primus Cyprianum poſtquam veritati manus dedit, ad virtutis ſummum evnlaſſe teſtatur, quamvis Cyprianus ipſe morum ſuorum emendationem ante acceptum fidei donum deſperaſſet. 2. Non immerito Cyprianus renovationem animi ſui & novam creatinnem baptiſmo attribuit, quamvis multis jam virtutibus inſtructus ad baptiſmum acceſſiſſet. Sic enim ſempertulit Eccleſiaſtici conſuetudo ſermonis, ut cum ad baptiſmum nemo admitteretur, niſi poſt multa emendatæ vitæ indicia; ipſa tamen renovatio & nova creatio baptiſmi fructus eſſe dicere-

ceretur. Hinc illud Cyrilli Hieroſolymitani catecheſi 3. p. 45. *Mortuus in peccatis deſcendiſti, vivificatus aſcendis in juſtitia*. Non dubium tamen quin ex catechumenis, quos Cyrillus erudiebat, non pauci jam magnos haberent in virtute progreſſus; ac forte etiam continentiæ voto ſeſe nonnulli obligaverant, ut obſervat doctiſſimus editor in notis ad catech. 4. p. 62. Non eſt hujus instituti uſitatam ſanctis Patribus & Theologis differendi rationem explanare; ſed certe ex ea perſpicuum eſt Pontium & Cyprianum inter ſe non pugnare, dum alter præclare ſacta Cypriani ſeſe ad baptiſmum præparantis narrat, alter baptiſmo adjudicat quidquid & in ipſa baptiſmi adminiſtratione & in prævia meditatione & exercitatione conſequutus fuerat; addo etiam quidquid in Confirmationis ſacramento & in corporis & ſanguinis Chriſti communione, quæ duo ſacramenta ſimul cum baptiſmo conferri ſolebant.

Quo anno converſus fuerit & baptizatus Cyprianus ex ejus epiſcopatus initio exiſtimari debet. Nam, ut ait Pontius, *ad officium ſacerdotii & epiſcopatus gradum adhuc neophytus, & ut putabatur, novellus electus eſt*. Quare cum epiſcopus anno 248. aut 249. creatus fuerit, ut modo videbimus; baptiſmus non incommode ad annum 244. aut 245. referetur. Alii ad annum 246. referunt; ſed de his rebus nihil videtur certo poſſe conſtitui. Fruſtra autem inquiratur quo anni tempore baptizatus ſit. Hoc ſacramento initiatum fuiſſe inter Paſcha & Pentecoſten exiſtimant Pearſonius & alii nonnulli, *quia hoc temporis ſpatium ordinandis lavacris in Africa deputatum erat*. Verum etſi hi dies præcipue eſſent baptiſmo conſecrati, nihil tamen vetabat, quominus baptiſma aliis temporibus daretur, ſi quæ cauſæ inciderent baptiſmi poſt ſolemnes dies differendi, vel etiam anticipandi. Probat Tertullianus in libro de Baptiſmo nihil eſſe incommodi, ſi baptiſma extra ſolemnes dies juſtis de cauſis ſuſcipiatur: *Diem baptiſmo ſolemniorem*, inquit, *Paſcha præſtat ..... Exinde Pentecoſte ordinandis lavacris latiſſimum ſpatium eſt .... Cæterum omnis dies Domini eſt, omnis hora, omne tempus habile baptiſmo: ſi de ſolemnitate intereſt, de gratia nihil refert*. Inertes autem baptiſmi dilatores pluribus caſtigat S. Gregorius Nazianzenus in orat. 40. nec probat quod dicere ſolebant: *Luminum feſtum expecto: Paſchatis feſtum pluris facio: Pentecoſten expectabo. Cum Chriſto baptizari præſtat, cum Chriſto in reſurrectionis die ad vitam redire, Spiritus adventum honorare*.

Ait Pontius multa Cyprianum adhuc plebejum feciſſe ad veterum exempla juſtorum, & ſi quod eorum præclare factum Scripturæ auctoritate comprobatum & laudatum videret, id imitatione aſſequi conatum eſſe. Prophetiæ dono ornatum eſſe Cyprianum multa ab eo ad Eccleſiæ utilitatem præcognita & prædicta teſtantur. Sed non deſunt qui ex epiſtola ad Donatum, quam recens à baptiſmo ſcripſit, jam tum illum hujus doni & plurium aliorum participem fuiſſe colligant. Sic enim dona illa commemorat, ſic alios hortatur ad ea conſequenda, ut ipſe illis caruiſſe non videatur. *Noſtrum tantum ſitiat pectus*, inquit, *& pateat: quantum illuc fidei capacis afferimus, tantum gratiæ inundantis haurimus. Inde jam facultas datur, caſtitate ſobria, mente integra, voce pura, virtute ſincera, in medelam dolentium poſſe venenorum virus extinguere, animorum deſipientium labes reddita ſanitate purgare, infeſtis jubere pacem, violentis quietem, ferocientibus lenitatem, immundos & erraticos ſpiritus, qui ſe expugnandis hominibus immerſerint, ad confeſſionem minis increpantibus cogere* &c.

III. *De ſtudiis & ſcriptis S. Cypriani à baptiſmo uſque ad ordinationem.*

Non dubium eſt quin quod effluxit temporis à baptiſmo ad ordinationem, id omne Cyprianus inſumſerit in Scripturis legendis, in ſcriptoribus eccleſiaſticis evolvendis, iiſque omnibus meditandis & colligendis quæ poſtea in luce & in oculis totius Eccleſiæ deprompſit. Tertullianum inter ſcriptores eccleſiaſticos præcipue videtur adamaſſe. Notum eſt omnibus quod refert Hieronymus in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis vidiſſe ſe *quemdam Paulum Concordiæ, quod Italiæ oppidum eſt, ſenem, qui ſe beati Cypriani jam grandis ætatis notarium, cum ipſe admodum eſſet adoleſcens, Romæ vidiſſe diceret, referreque ſibi ſolitum, numquam Cyprianum abſque Tertulliani lectione unam diem præteriiſſe, ac ſibi crebro dicere*, da magiſtrum; *Tertullianum videlicet ſignificans*. Sed ſi legendi Tertulliani adeo ſtudioſus fuit Cyprianus, non minus diligentiæ adhibuit in ejus erroribus cavendis vel potius refellendis. Nam ut omittam unitatem Eccleſiæ, quam à Tertulliano violatam ſtrenue defendit Cyprianus, quot exſtant ſancti Martyris ſententiæ de juſta in lapſos indulgentia, totidem videntur eſſe in Tertullianum aculei.

Non multo poſt baptiſmum ad defenſionem religionis & ad morum informationem ingenium exacuit Cyprianus. Ad hoc enim tempus pertinent epiſtola ad Donatum, ac liber *de idolorum Vanitate*. Summa quidem elucet eloquentia in aliis operibus Cypriani, ineſt gravitas ſententiarum ac verborum ſplendor; ſed epiſtola ad Donatum tanto artificio compoſita eſt ac tot elegantibus ornata picturis, ut ea tempora minime redoleat, cum Cyprianus in maximis rebus gerendis & differendis occupatus non jam exquiſitas venuſtates elaboraret, ſed orationis divitias ſine fuco, ſine pigmentis funderet. Hinc præclare Auguſtinus lib. 4. de Doctrina Chriſtiana cap. 14. *Eſt tale aliquid*, inquit, *in epiſtola beatiſſimi Cypriani. Quod ideo puto vel accidiſſe, vel conſulto factum eſſe, ut ſciretur à poſteris, quam linguam doctrinæ Chriſtianæ ſanitas ab iſta redundantia revocaverit, & ad eloquentiam graviorem modeſtioremque reſtrinxerit, qualis in ejus conſequentibus litteris ſecure amatur, religioſe appetitur, difficillime impletur*. Hunc librum Pontius inter opera Cypriani primum recenſet, dum ait Cyprianum *emolumentum gratiæ per fidem proficientis* oſtendiſſe. Quamvis autem ſolus loquatur Cyprianus, perſpicitur tamen quædam forma dialogi. Promiſſum ſermonem, repoſcente Donato, exſequitur Cyprianus indulgente vindemia, in horto amœniſſimo; egregie deſcribit qualis ante baptiſmum fuiſſet, & quid in ipſo operatus eſſet baptiſmus; atque ut be-

Digitized by Google

ut beneficii à Chriſto accepti magnitudinem commendet, ſæculi vitia & pericula eleganter depingit. Finem dicendi facit inclinato jam ſole; tum, ut reliquum diei in lætitia ducetetur, Donatum cui memoria tenax erat & vox canora, hortatur, ut pſalmos ex more aggrediatur in convivio ſobrio. Videtur ergo Donatus non amicus ſolum, ſed etiam convictor Cypriano fuiſſe. Sciebat quid Cypriano detraxiſſet, quidque ei contuliſſet mors criminum, vita virtutum; nomen ſuum dederat cœleſtis militiæ caſtris: & cum nihil ejus auribus tam gratum eſſet, quam quod Deo gratum eſt, ſermonibus Cypriani mirum in modum ducebatur. Circa idem tempus ſcriptus videtur liber de Vanitate idolorum, in quo multa imitatione expreſſa, nonnulla etiam totidem verbis tranſlata occurrunt ex libris Tertulliani adverſus ethnicos & ex dialogo Minucii Felicis. Redolent primordia converſionis nonnulla parum accurate in hoc libro dicta; velut cum ait Cyprianus regna ſorte variari; oportuiſſe Chriſtum pati, & cum paſſus eſſet ad ſuperos denuo regredi.

IV. *Cyprianus preſbyterium & ſacerdotium ſtatim accipit. Quo anno ordinatus epiſcopus. Res geſtæ & ſcriptæ in primordiis epiſcopatus.*

Obſervat Pontius in Cypriano ob eximios in virtute progreſſus minime obſervatum fuiſſe, quod litteræ Apoſtoli præſcripſerant, ut neophyti ad ſacerdotium non eveherentur. *Preſbyterium & ſacerdotium ſtatim accepit*, inquit. *Quis enim non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti?* Addit multa illum presbyterum præclare feciſſe, ſed ea memoriæ noſtræ non prodidit. Libenter aſſentior Pearſonio & Fello tres libros Teſtimoniorum à Cypriano presbytero ſcriptos eſſe, vel ſaltem in epiſcopatus primordiis ſcriptos crediderim. In his enim nullum extat eorum veſtigium, quæ poſtea Cyprianus tanto animi ardore defendit, ſive cum lapſos nec ſine pœnitentia recipiendos adverſus Feliciſſimum, nec à ſpe veniæ excludendos adverſus Novatianum contenderet; ſive cum unitatem Eccleſiæ adverſus utrumque tueretur; ſive cum baptiſma extra Eccleſiam nullum & irritum eſſe pugnaret. In tertio libro nonnulla depromit Scripturæ teſtimonia adverſus hæreticos & ſchiſmaticos; ſed multo fuiſſet uberior & vehementior, ſi in ipſo incendio atque inter motus ab hæreticis excitatos ſcripſiſſet. Quin etiam quod ait lib. 3. cap. 28. *Non poſſe in Eccleſia remitti ei qui in Deum deliquerit*, id etſi non incommode explanatum fuiſſe ſpero in præfatione cap. 9. animum tamen ſignificat minus attentum ad commotam à Novatiano controverſiam. Obſervat Fellus nec Scripturæ teſtimonia his in libris eodem modo citari ac in aliis, nec Scripturæ libros iiſdem nominibus deſignari; ex quo ſcriptos eſſe confirmat ante alia Cypriani opera. Inſcripti ſunt Quirino, quem filium appellat Cyprianus, cujuſque rogatu Scripturæ teſtimonia ad certa quædam capita revocavit, nihil de ſuo apponeos præter titulos & præfationes primo & tertio libro præmiſſas. Hos autem libros qui Cypriano abjudicant, aut ſaltem tertium ab Eraſmo in lucem editum, hi refelluntur in prima Baluzii ad hos li- A bros obſervatione, quam operæ pretium eſt legere.

In presbyteri gradu non diu manſit Cyprianus, ſed paulo poſt, ut ex Pontii teſtimonio perſpicitur, mortuo epiſcopo Carthaginenſi ſufficitur *judicio Dei & plebis favore*. Non tamen facile ab eo impetratum eſt, ut tantum onus ſubiret, ſed *cum in dilectionem ejus & honorem totus populus aſpirante Domino proſiliret, humiliter ille ſeceſſit antiquioribus cedens & indignum ſe titulo tanti honoris exiſtimans*. Sed cum populi ſtudia illius ſeceſſu magis accenderentur, B & fores domus copioſa fraternitas obſideret, ac per omnes aditus ſollicita charitas circuiret; cedere coactus eſt divinæ voluntati tot rebus manifeſtis ſignificatæ. Quamvis autem epiſcopatus invito & fugienti impoſitus fuerit, non defuerunt qui illius electioni, facta conjuratione, intercederent; inter quos quinque potiſſimum presbyteri nequitiam ſuam nobilitarunt. Exarſit plebis indignatio in obtrectatores Cypriani, ut patet ex ep. XL. ſed nihil prætermiſit Cyprianus ut exulceratas mentes ad ſanitatem revocaret, *amiciſſimos eos & inter neceſſarios com-* C *putans, mirantibus multis*, ait Pontius. At quinque illi presbyteri conceptum venenum medullis aluerunt, quod poſt aliquot annos conflato ſchiſmate violenter erupit. Auguſtinus lib. 2. de Bapt. cap. 7. Agrippinum Cypriani prædeceſſorem vocat. Sed huic proxime non ſucceſſit Cyprianus, tum quia in ep. LXXIII. ait multos jam annos eſſe & longam ætatem, ex quo ſub Agrippino decretum in concilio fuerat de rejiciendo hæreticorum baptiſmo; tum quia in ep. LV. ut Fabianum Cornelii, ita Donatum appellat anteceſſorem ſuum. Huic ergo, ut veri- D ſimillimum eſt, proxime ſucceſſit.

Cyprianus in epiſtola LV. anno 252. ſcripta *plebi ſuæ in epiſcopatu quadriennio jam probatum* ſe eſſe dicit. Ex quo eum ordinatum fuiſſe concludunt anno 248. qui de illius rebus geſtis pertractarunt. Sed tamen, ſi rationes accuratius ſubducamus, non tam certa & explorata res eſt, quam eruditis illis viris videtur; ac fieri optime potuit, ut initio anni 249. ordinatus, quatuor epiſcopatus annos numeraret in hac epiſtola LV. quæ ſcribi vix potuit ante Julium E menſem anni 252. Sic enim ſolet Cyprianus inchoatos annos pro integris numerare: tempus elapſum à menſe Januario aut Februario anni 250. uſque ad Paſcha anni 251. biennium vocat in epiſt. XL. ſimiliter triennium interpretatur in epiſt. LIII. Quare ſi ordinatus fuiſſet circa Paſcha anni 249. quadriennium numerare poterat menſe Julio anni 252. ſed cum jam epiſcopum fuiſſe circa Paſcha anni 249. perſpicimus ex epiſtola XXIV. in ſeceſſu ſcripta, in qua ait ſe Saturo die Paſchæ lectionem ſemel atque iterum dediſſe. Hoc enim Paſcha cum re- F ferri non poſſit ad annum 250. (aberat enim tunc Cyprianus) referri debet ad annum 249. ſed forte cum lectionem Saturo daret, recens erat ab ordinatione; nec quidquam vetat cur eum ordinatum dicamus initio anni 249. Si tamen ordinationem ſuſcepit anno 248. quod fieri optime potuiſſe non inficior; certè non multo ante menſem Julium ſuſcepit. Quinquennium enim ſuo more, non quadriennium numeraſſet menſe Julio ineunte anni 252. ſi menſe Majo ordinatus fuiſſet anno 248.

Ela-

Elapſum tempus ab initio epiſcopatus uſque ad perſequutionem Decii inſumſit Cyprianus in emendandis ſuorum moribus, & diſciplinæ legibus tuendis. Ait enim in epiſt. LV. ſe *in quiete diſciplinæ* ſerviiſſe. Cum maximam ſemper virginum curam geſſerit, non incommode nonnulli ad initia epiſcopatus referunt librum de Habitu virginum. Alii hæc verba, *Has adhortamur affectione magis quam poteſtate*, presbyterum magis decere quam epiſcopum volunt; ſed Pearſonius hæc verba Cypriani modeſtiæ attribuit; epiſcopalem auctoritatem vigere aliis in locis obſervat, velut cum ait Cyprianus: *Audite igitur, virgines, ut parentem; audite, quæſo, vos docentem pariter ac monentem*. Hunc librum rejicit Rigaltius poſt Decii perſequutionem, hoc fretus argumento quod à Pontio recenſeatur inter ea Cypriani opera quibus caruiſſet Eccleſia, niſi ethnicorum impetum Cyprianus prudenti receſſu effugiſſet. Sed non vidit Rigaltius ipſum etiam librum ad Donatum à Pontio ſic commemorari, quem tamen initio converſionis ſcriptum nemo negaverit. Unde patet Pontium Cypriani opera data occaſione enumerare, non modo quæ poſt ſeceſſum ſcripſerat.

Circa idem tempus, id eſt, ante perſequutionem ſcripta exiſtimatur epiſtola LXVI. quam Cyprianus ſcripſit *presbyteris & diaconibus & plebi Furnis conſiſtentibus* de quodam Geminio Victore, qui Geminium Fauſtinum presbyterum tutorem teſtamento ſuo nominaverat. Jubet obſervari Cyprianus quod ipſius anteceſſores epiſcopi jampridem ſtatuerant, *ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret, ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione ejus celebraretur*. Deliberaverat ea de re Cyprianus cum collegis qui præſentes aderant, & compresbyteris qui aſſidebant. Sæpe enim negotia epiſcopos Africanos Carthaginem trahebant, quibuſcum Epiſcopus Carthaginenſis continuum veluti concilium habere poterat. Satis autem perſpicitur, ut Pearſonius & Tillemontius obſervant, hanc epiſtolam in pace ſcriptam fuiſſe. Neque enim Geminius ille, ſæviente perſequutione, filiorum tutelam presbytero commiſiſſet, quem dignitas & munus quo fungebatur in medium diſcrimen conjeciſſet. Veriſimile eſt Geminium illum Fauſtinum, quem Victor tutorem nominaverat, poſtea ejuſdem urbis factum eſſe epiſcopum. Adſuit enim concilio Carthaginenſi anno 256. Geminius Furnitanus.

Tres alias epiſtolas ante annum 250. ſcriptas pronuntiat Pearſonius, ſexageſimam primam ad Euchratium de hiſtrione quodam, qui etſi à theatro ceſſaverat, adhuc tamen artem ſuam docebat; ſexageſimam ſecundam ad Pomponium de virginibus; quæ cum maſculis, ex quibus unus erat diaconus, deprehenſæ in eodem lecto fuerant; ſexageſimam quintam ad Rogatianum de quodam diacono, qui ei contumelias & injurias fecerat, nec dignitatis nec ſenectutis habita ratione. Si ſcriptæ ſunt hæ litteræ initio epiſcopatus, neceſſe eſt, ut jam tum ſumma fuerit Cypriani ſapientiæ exiſtimatio, cum illius reſponſa epiſcopi undique peterent. Sed fatendum nullam ineſſe his epiſtolis notam, cur ad hoc tempus referantur. Crediderim potius epiſtolam ad Rogatianum ſcriptam eſſe poſt motus à Novato ejuſque gregalibus excitatos; ad hos enim videtur reſpicere Cyprianus cum ait: *Hæc ſunt enim initia hæreticorum & ortus atque conatus ſchiſmaticorum male cogitantium, ut ſibi placeant, ut præpoſitum ſuperbo tumore contemnant. Sic de Eccleſia receditur, ſic altare profanum foris collocatur, ſic contra pacem Chriſti & ordinationem atque unitatem Dei rebellatur*.

Cypriani ſapientia elucet in his litteris. In ſexageſima prima declarat nec majeſtati divinæ, nec evangelicæ diſciplinæ congruere, ut hiſtrio communicet. Quod ſi eum penuria hanc artem exercere cogat, eccleſiæ ſumtibus ſuſtentari debere, modo tamen contentus ſit frugalioribus cibis; aut ſi illic eccleſia hos ſumtus facere non poſſit, in ſuam eum invitat. In ſexageſima ſecunda laudat Pomponium quod abſtinuiſſet diaconum, qui cum virgine ſæpe manſerat, ſed & cæteros qui cum virginibus dormire conſueverant. Auctor eſt ut inſpiciantur virgines diligenter ab obſtetricibus, & ſi virgines inventæ fuerint, accepta communicatione in Eccleſiam admittantur, ſi tamen hactenus pœnitentiam hujus illiciti concubitus egerint, & à ſe invicem receſſerint. Minatur graviorem cenſuram, ſi ad eoſdem maſculos reverſæ fuerint, aut ſi cum eiſdem in una domo, & ſub eodem tecto ſimul habitaverint. Corruptis imponit pœnitentiam plenam, ac eas, ſi obſtinate perſeverent, numquam in Eccleſiam admitti poſſe declarat. In ſexageſima quinta laudat humilitatem Rogatiani, quod cum pro epiſcopatus vigore, & cathedræ auctoritate pœnas de diacono ſumere poſſet, querelas ad ſe detulerit. Statuit oportere diaconum *agere audaciæ ſuæ pœnitentiam, & honorem ſacerdotis agnoſcere*, & epiſcopo præpoſito ſuo plena humilitate ſatisfacere. Hic facile perſpicitur auctoritas Cypriani, non tam conſilium dantis, quam præcipientis & jubentis, tum ob ſedis dignitatem, tum quia inito cum epiſcopis & presbyteris conſilio reſponſa dabat. Nam epiſtolæ ad Pomponium & ad Rogatianum ſcriptæ fuerunt non ſolum Cypriani nomine, ſed etiam epiſcoporum quibuſcum de propoſitis rebus deliberaverat. Nec mirum ſane eſt, ſi de gravioribus rebus cum Epiſcopis conſiliabatur, qui ſtatuerat ab initio Epiſcopatus ſui nihil ſine conſilio cleri & conſenſu plebis privata ſententia gerere. Ex his quæ deinceps dicemus facile quiſque perſpiciet quanta fuerit Cypriani in hoc genere diligentia & ſedulitas, ſive clerici ordinandi eſſent, ſeu quid aliud majoris rei incipiendum. Laudat Pontius in illius epiſcopatu pietatem & vigorem, miſericordiam & cenſuram, gravem vultum & lætum, nec ſeveritatem triſtem, nec comitatem nimiam, averſum à ſuperbia ſæculari animum, ſed tamen ſine affectatis penuriæ ſordibus, ſummam denique in pauperes charitatem quos catechumenus dilexerat.

V. *De perſequutione Decii ejuſque initiis, ac de magno lapſorum & confeſſorum numero.*

Electus in pace Cyprianus, ut ipſe teſtatur epiſt. LV. annum unum cui forte accedunt aliquot menſes, in hoc rerum ſtatu traduxit. Circa initium hujus anni 250. Novatus presbyter

Digitized by Google

ter ob uxoris uterum calce percuſſum & partum abortione expreſſum, & alia ſcelera in judicium apud Cyprianum vocatus eſt, jamque aderat cognitionis dies, ſed perſequutio ſupervenit, ep. XLIX. Jactitat ſe Pearſonius hoc presbyteri conjugati exemplo. Sed tamen uxorem non duxit Novatus, tum cum eſſet presbyter; nec ſi presbyter retinuit, idcirco Eccleſiæ vetitum ex continentium numero presbyteros eligere.

Cypriani virtutibus latiſſimum campum aperuit perſequutio Decii, de qua nobis pauca dicenda ſunt, antequam res à Cypriano his moleſtiſſimis temporibus geſtas perſequamur. Decius occiſis crudeliter Philippis & imperio occupato nihil prius ſibi aut potius faciendum eſſe duxit, quam ut in Chriſtianam religionem, quæ ſub Philippis ac ſuperioribus imperatoribus mirum in modum creverat, omnes imperii ſui conatus converteret. Cœpit itaque & ſuo in Philippos odio, & Romanarum ſuperſtitionum, quarum ruinis hanc religionem ſuperſtrui videbat, deſiderio in Chriſtianorum ſanguine parentari.

Perſequutionem ſimul cum imperio Decii cœptam fuiſse diſcimus ex locuplete teſte Dionyſio Alexandrino, qui defendendæ & tuendæ in hac perſequutione Eccleſiæ plurimas partes ſuſtinuit. *Sed continuo*, inquit apud Euſeb. Hiſt. lib. 6. cap. 41. *imperii illius erga nos benigniſſimi mutatio nobis nuntiata eſt, & graviſſimus nobis minarum terror intentabatur. Jamque aderat edictum imperatoris*, &c. Idem teſtantur Lactantius in libro de Morte perſeq. cap. 4. & Oroſius lib. 7. cap. 21. Quare cum nullum exſtet veſtigium perſequutionis ante menſem Januarium anni 250. cujus menſis die vigeſimo Fabianum papam Romæ paſſum eſse conſtat; non aſſentitur Tillemontius erudito Annalium Cyprianicorum auctori, qui Philippum menſe Auguſto anni 249. occiſum eſse, ac Decium menſe Julio exeunte purpuram ſumpſiſse exiſtimat. Non immerito quidem ſtatuitur Philippum utrumque periiſse ante finem anni 249. nec ſeptem annos imperaſse, ut viſum eſt Euſebio; quippe cum in codice Juſtiniani l. 4. tit. 16. exſtet reſcriptum ſub Decii nomine datum XIV. Kal. Nov. Æmiliano & Aquilino Coſs. Videntur ergo jam tum Philippi periiſse; ſed id menſe Auguſto contigiſse non probatur. Quinetiam citat Tillemontius ex cod. Juſtiniani lib. 6. tit. 36. legem à Philippo datam idib. Octobr. eodem Æmiliano conſule, cui non ſine errore collega aſſignatur Peregrinus.

Sed quæcumque Decio tribuantur imperii initia, negari non poteſt perſequutionem initio anni 250. ſæviiſſe. Caruerunt primordia crudelitate tormentorum, non id quidem omnibus in locis, ſed ſaltem Carthagine, ubi primo confeſſoribus non aliæ inflictæ ſunt pœnæ, quam carcer & exilium; ſed paucis menſibus elapſis nullum abfuit cruciatus genus. Sic Aurelius, ut ait Cyprianus ep. XXXIII. ſub *oculis ante paucorum, quando extorris fiebat*, congreſſus eſt; at poſtea *meruit & in foro congredi clariore virtute, ut poſt magiſtratus etiam proconſulem vinceret & poſt exilium tormenta ſuperaret*. Exiſtimat Tillemontius perſequutionem citius Romæ quam in Africa ſæviiſſe, ac Moyſen & Maximum presbyteros Romanos jam in carcerem conjectos ſuiſſe, cum perſequutio in Africa incœpit, quamvis poſt Fabiani Papæ martyrium conjecti fuerint, ut habetur in Bucherii Pontificali. Non ſane repugnat, ut perſequutio citius Romæ quam in provinciis eruperit; ſed tamen Cypriani verba, quibus vir doctiſſimus nititur, non id omnino demonſtrant, quod ipſi videtur, confeſſores Romanos ante in carcerem conjectos ſuiſſe, quam Carthaginenſes; ſed tantum cruciatus & tormenta prius Romæ incœpiſſe quam Carthagine. Sic enim loquitur Cyprianus in epiſtola XXV. ad Moyſen & Maximum & alios confeſſores: *Vos enim primores & duces ad noſtri temporis prælium facti cœleſtis militiæ ſigna moviſtis: vos ſpiritale certamen, quod nunc geri Deus voluit, veſtris virtutibus imbuiſtis: vos ſurgentis belli impetus primos immobili robore atque inconcuſſa ſtabilitate fregiſtis: inde initia felicia pugnandi orta ſunt: inde vincendi auſpicia cœperunt. Contigit hic per tormenta conſummari martyria; ſed qui in congreſſione præcedens exemplum virtutis fratribus factus eſt, cum martyribus in honore communis eſt. Coronas veſtras manu ſertas inde huc tradidiſtis, & de poculo ſalutari fratribus tradidiſtis.* Negat Tillemontius ex his verbis ſequi Moyſen & Maximum Romæ omnium primos confeſſos eſſe, quippe cum Fabianus ante martyr obierit, quam iſti in carcerem conjicerentur; ſed tantum hanc eos laudem ante Carthaginenſes retuliſſe. Sed tamen neminem excipit Cyprianus, ac confeſſores, ad quos ſcribebat, *primores & duces ad noſtri temporis prælium* ſigna moviſſe declarat. Multo ergo ſatius eſt hæc de martyrum conſtantia in cruciatibus perferendis, ut tota verborum complexio poſtulat, accipere.

Cauſam perſequutionis repetit Cyprianus in libro de Lapſis ex Chriſtianorum peccatis, quorum antiquam pietatem longa pax adeo corruperat, ut in pleriſque pecuniæ fames, deliciarum amor, fraudes & rapinæ, matrimonia cum infidelibus, perjuria, inimicitiæ & maledicta merito culparentur. Plurimos etiam epiſcopos infecerat corruptela, in quibus Cyprianus, non modo ſæcularium rerum procurationes, & per alienas provincias negotiationis quæſtuoſæ nundinas, ſed etiam fraudes & rapinas & uſuras caſtigat. Uſus eſt Deus ad tot malorum emendationem Decii perſequutione, quæ & bonorum pietatem & conſtantiam mirifice exercuit, & eorum qui nomine magis quam vita Chriſtiani erant, ignaviam & interiores animi labes nudavit. Hoc enim habuit ſingulare hæc perſequutio ut omnes omnino Chriſtianos comprehenderet, ſaltem Carthagine, nec quiſquam ex ea niſi aut Chriſti confeſſor egregius, aut ſimulacrorum perfidus cultor vel Libellaticus diſcederet. Nam ſingulis explorandæ fidei præfiniebantur dies, ut ait Cyprianus in libro de Lapſis; p. 182. ſicque non ſolum qui ſeſe audacter ſiſtebat, ſed etiam qui *profeſſus intra diem non eſt, & patrimonio derelicto ſeceſſit, Chriſtianum ſe eſſe confeſſus eſt*. Itaque nihil erat medium; vel vita pro Chriſto profundenda erat, aut ſaltem patrimonium projiciendum, vel utrumque cum ſcelere retinendum. Idem eveniſſe Alexandriæ per-

perſpicitur ex Dionyſio Alexandrino apud Euſeb. Hiſt. lib. 6. cap. 41. Deplorant Romani confeſſores *multorum per totum pene orbem ruinas, & grande delictum per totum pene orbem incredibili vaſtatione graſſatum*, ep. XXVI. *Aſpice totum orbem pene vaſtatum*, inquit clerus Romanus ep. XXXI. *& ubique jacere dejectorum reliquias & ruinas*. Deflet etiam Cyprianus ep. VI. *infeſtam tempeſtatem*, quæ ipſius plebem *maxima ex parte* proſtraverat, ac etiam cleri portionem perſtrinxerat; quamvis ſerius clerici ceciderint. Non ſine graviſſimo dolore meminit in libro B de Lapſis p. 183. *ad prima ſtatim verba minantis inimici maximum fratrum numerum fidem ſuam prodidiſſe, nec proſtratum eſſe perſequutionis impetu, ſed voluntario lapſu ſeipſum proſtraviſſe. Non expectaverunt*, inquit, *ſaltem ut interrogati negarent, ut aſcenderent apprehenſi. Ante aciem multi victi, ſine congreſſione proſtrati, nec hoc ſibi reliquerunt, ut ſacrificare idolis viderentur inviti; ultro ad forum currere, ad mortem ſponte properare ..... Quid illi qui à magiſtratibus veſpera urgente dilati ſunt, quod ne eorum differretur interitus etiam rogaverunt? .... Ac multis proprius* C *interitus ſatis non fuit: hortamentis mutuis in exitium ſuum populus impulſus eſt: mors invicem lethali poculo propinata eſt.* Non omnium tamen lapſorum vita ante perſequutionem illaudata fuit. Teſtatur enim Cyprianus ep. XXVII. nonnullos exſtitiſſe *de lapſis humiles & mites & trementes & metuentes Deum, & qui in Eccleſia ſemper glorioſe & granditer operati ſunt, & opus ſuum Domino imputaverunt*. Magnum ſane dedecus inuſſit nomini Chriſtiano tot hominum à Chriſti ſacris ad dæmonum aras currentium D ignavia; ſed alia ex parte plurimum ſplendoris acceſſit non eorum ſolum fortitudine & conſtantia, qui horrendos cruciatus & inaudita ſupplicia pro Chriſto ſuperarunt; ſed aliorum etiam innumerabilium prudenti fuga, qui cum opes ſuas projicere maluerint, quam impiis juſſis parere, inter confeſſores Cypriano judice numerantur. Quare ſi numqnam alias tanta lapſorum viſa eſt multitudo, numquam etiam tantus confeſſorum exſtitit numerus: deinde vero etſi perſequutio ubique graſſata eſt, E non tamen ubique dæmoni ſuæ artes ſucceſſerunt. Scribit enim clerus Romanus ep. III. ad clerum Carthaginenſem, Romanam Eccleſiam ſtare fortem in fide, & quoſdam tantum terrore compulſos ruiſſe. Illud etiam ad religionis laudem obſervandum eſt pauciſſimos cecidiſſe Epiſcopos, ac innumerabiles alios Eccleſiæ navem inter horribiles procellas conſtanter gubernaſſe, & pace reddita ſic lapſorum vulnera curaſſe, ut qui perſequutioni Decii ſuccubuerant, redintegrato certamine ſub Gallo & Voluſiano vincerent, ut teſtatur auctor li- F bri ad Novatianum hæreticum.

VI. *In quo poſitum eorum delictum qui Libellatici appellati ſunt?*

Sæviente Decii perſequutione viſum eſt in Africa novum quoddam lapſorum genus qui Libellatici appellati ſunt, & materiam eruditorum hominum conjecturis dederunt. Opinati ſunt Rigaltius in notis ad ep. XIV. & XXXI. Cyp. & Natalis Alexander tom. 2. p. 635. Li- A bellaticos dici eos qui numerata judici pecunia libellum ſecuritatis accipiebant, ſicque à ſe & impoſitam ſacrificandi legem, & intentatas reluctantibus pœnas redimebant. Sed hæc ſententia ſic ſua ſponte omnibus argumentis nuda & incomitata eſt, ſic ab eruditis viris fracta & exploſa, ut novam refellendi operam non deſideret. Quis enim ſibi perſuadeat grande peccatum eſſe & pœnitentia expiandum, quod Scripturæ exemplis, & Petri Alexandrini canone 12. comprobatum eſt, nec unquam inconceſſum fuit niſi apud Montaniſtas, qui B perſequutionem fugere inſtar ſceleris damnabant? Multæ aliæ de Libellaticis exſtiterunt conjecturæ, de quibus non ita facile ſit dijudicare. Exiſtimat auctor Annalium Cyprianicorum p. 17. Libellaticos *actis publice habitis coram magiſtratibus Chriſtum negaſſe*. S. Auguſtinus Libellaticos interpretatur eos *qui tempore perſequutionis per libellos ſe turificaturos profeſſi erant*, lib. 4. de Bapt. nu. 6. Negat Baronius ad an. 253. Libellaticos inde dictos quod libellos dediſſent, ſed quod accepiſſent; at Chriſtum C ab illis negatum fuiſſe contendit. Dubitat Tillemontius tom. 3. not. 3. in perſequutionem Decii, utrum libellos dederint, an acceperint: dediſſe & accepiſſe ſuſpicatur, idemque ſenſiſſe probat eruditum auctorem libri de Frequenti Communione. Multi alii Libellaticos ex datis libellis dictos exiſtimant, velut Boſquetus lib. 3. Eccleſ. Gallic. p. 132. nonnulli etiam in actis publicis ſubſcripſiſſe volunt. Cum hæc ſententiarum varietas conjiciendi & inveſtigandi libertatem relinquat; quid mihi videatur ex- D ponere non verebor. Exiſtimo itaque Libellaticos nec voce nec ſcripto impie quidquam aut facturos promiſiſſe, aut à ſe factum declaraſſe; ſed idcirco vituperatos & juſtæ pœnitentiæ addictos fuiſſe, quod ſecuritatis libellos à magiſtratibus impetraſſent ea lege & conditione, ut in actis publicis ſcriberetur eos ſacrificaſſe & Chriſtum negaſſe, quamvis neutrum commiſiſſent.

In hoc poſitum eſſe Libellaticorum crimen inde perſpicitur, quod eorum fraus cum ea comparetur, quam Eleazaro miniſtri Regia E propoſuerant. *Ac ne quis vel libelli*, inquit Cyprianus in libro de Exhort. mart. p. 271. *vel alicujus rei oblata ſibi occaſione qua fallat, amplectatur decipientium malum munus; nec Eleazarus tacendus eſt*, &c. Illud ergo admiſerunt Libellatici, quod Eleazarus admittere noluit; conſenſerunt ut ſacrificaſſe dicerentur, egregio ſeni longe diſſimiles. At ſi voce pronuntiaſſent, vel ſcripto declaraſſent ſe ſacrificaſſe, & Chriſtum negaſſe; ab ejuſmodi facto dehortatus eſſet Cyprianus, ut ab aperta impietate; non ut à callida ſimulatione.

F Idem perſpicitur tum ex iis locis, in quibus Libellaticorum culpa lenitur & quodammodo excuſatur, tum etiam ex illis in quibus ſeverius caſtigatur. Cum Libellaticis conceſſa pax in ſynodo Carthaginenſi carperetur à Novatiani ſectatoribus, ſic factum ſynodi defendit Cyprianus ep. LII. ad Antonianum: *Cum ergo inter ipſos qui ſacrificaverunt*, inquit pag. 70. *multa ſit diverſitas, quæ inclementia eſt & quam acerba duritia Libellaticos cum iis qui ſacrificaverunt jungere, quando is cui libellus acceptus eſt, dicat;*

Digitized by Google

dicat : Ego prius legeram & epiſcopo tractante cognoveram non ſacrificandum idolis , nec ſimulacra ſervum Dei adorare debere ; & idcirco ne hoc facerem quod non licebat , cum occaſio libelli fuiſſet oblata , quem nec ipſum acciperem niſi oſtenſa fuiſſet occaſio , ad magiſtratum vel veni , vel alio eunte mandavi , Chriſtianum me eſſe , ſacrificare mihi non licere , ad aras diaboli me venire non poſſe , dare me ob hoc præmium ne quod non licet faciam . Nunc tamen etiam iſte qui libello maculatus eſt , poſtea quam nobis admonentibus didicit nec hoc ſe facere debuiſſe , etſi manus pura ſit & os ejus feralis cibi contagia nulla polluerint , conſcientiam tamen ejus eſſe pollutam , flet auditis nobis & lamentatur , & quod deliquerit nunc admonetur , & non tam crimine , quam errore deceptus , quod jam de cætero inſtructus & paratus ſit conteſtatur . Ex his verbis perſpicitur 1. Libellaticos non ex datis , ſed ex acceptis libellis nomen traxiſſe . 2. Secreto confeſſos eſſe magiſtratui Chriſtianos ſe eſſe , ac totam rem ita attemperate tractatam , ut nec Chriſtianus impie quidquam dicere aut facere ſibi videretur , nec judex in periculum veniret . 3. Non manum Libellaticorum , non os fuiſſe pollutum , ſed ſolam conſcientiam , quia videlicet illis conſciis fictum ſcelus in acta publica relatum fuerat . At ſi voce vel ſcripto teſtati eſſent ſe ſacrificaſſe & Chriſtum negaſſe , an eorum linguas & manus à ſcelere immunes & puras exiſtimaſſet Cyprianus ? 4. Denique qui ex hac epiſtola concludunt duo fuiſſe Libellaticorum genera , quorum alii aliis multo gravius peccaſſent , ex eo refelluntur , quod ſibi maxime favere exiſtimant . Tum cum enim obſervat Cyprianus *inter ipſos qui ſacrificaverunt* multam eſſe diverſitatem , non aliud inter Libellaticos diſcrimen ponit , niſi quod alii ad magiſtratum veniſſent , alii mandaſſent alio eunte . Utroſque æque peccaſſe non dubitat . Hinc utriſque eodem tempore conceſſa pax in concilio Carthaginenſi , quod anno 251. poſt Paſcha habitum eſt . Quo quidem in concilio cum epiſcopi rationes omnes accuratiſſime ſubduxerint , ut in hac epiſtola LII. teſtatur Cyprianus , non eodem modo cum omnibus Libellaticis egiſſent , ſi inſignis inter eos varietas fuiſſet . Quid autem utrique Libellatici peccaverint , & qui per ſe & qui per alios cum magiſtratu egerant , non exprimit Cyprianus ; notiſſima enim res erat Antoniano ; ſed illud ſaltem ex ejus verbis conſtat tale peccatum fuiſſe , ut ne peccaſſe quidem ſibi viderentur . At incredibile prorſus eſt Chriſtianos optimis morum præceptis imbutos adeo cæcutiiſſe , ut ſe ſine ſcelere pronuntiare , aut ſcribere poſſe crederent , Ego diis ſacrificavi , Ego Chriſtum negavi ; nec niſi admoniti à Cypriano diſcerent hoc ſe facere non debuiſſe . Tam aperta eſt ejuſmodi facinoris impietas , ut neminem prorſus latere potuerit , niſi qui omnem religionis ſenſum exuiſſet .

Clerus Romanus ep. inter Cyprianicas XXXI. Libellaticorum culpam non molli brachio caſtigat , nec tamen aliud quidquam indicat , quam quod modo obſervavimus : *Hoc nos non falſo dicere* , inquit , *ſuperiores noſtræ litteræ probaverunt , in quibus vobis ſententiam noſtram dilucida expoſitione protulimus , & adverſus eos qui ſeipſos infideles illicita nefariorum libellorum profeſſione prodiderant , quaſi evaſuri irretientes illos diaboli laqueos viderentur , quo non minus quam ſi ad nefarias aras acceſſiſſent , hoc ipſo quod ipſum conteſtati fuerant , tenerentur ; ſed etiam adverſus illos qui acta feciſſent , licet præſentes cum fierent non adfuiſſent , cum præſentiam ſuam utique ut ſic ſcriberentur mandando feciſſent . Non enim immunis à ſcelere qui ut fieret imperavit , nec eſt alienus à crimine , cujus conſenſu licet non à ſe admiſſum crimen , tamen publice legitur . Et cum totum fidei ſacramentum in confeſſione Chriſti nominis intelligatur eſſe digeſtum ; qui fallaces in excuſatione præſtigias quærit , negavit , & qui vult videri propoſitis adverſus Evangelium vel edictis vel legibus ſatisfeciſſe , hoc ipſo jam paruit quod videri paruiſſe ſe voluit* . Gemellus ſane hic locus eſt alteri ex epiſtola ad Antonianum deprompto , quamvis alter in ſummam lenitatem , alter in ſummam ſeveritatem inclinet . Teſtatur clerus Romanus Libellaticos ſic animo affectos fuiſſe , ut diaboli laqueos evaſuri ſibi viderentur ; quod profecto Chriſtianis in mentem non veniſſet , ſi impie quidquam aut voce proloquuti fuiſſent , aut ſcripto teſtati . Clerus Romanus duo diſtinguit Libellaticorum genera , ut in epiſtola ad Antonianum , eorum qui in ſcribendo adfuerant , & eorum qui ne adeſſe quidem auſi fuerant aut potuerant . Utrique pariter culpantur , quia poſtremi licet *præſentes , cum acta fierent , non adfuiſſent , præſentiam ſuam utique ut ſic ſcriberentur mandando feciſſent* . Porro de iis qui in ſcribendo non aderant nemo dixerit eos libellum dediſſe , aut verbo impie quidquam declaraſſe . In hoc tantum vituperantur quod imperaſſent ut acta fierent , quod eorum *conſenſu licet non à ſe admiſſum crimen tamen publice* legeretur ; *quod fallaces in excuſatione præſtigias* quæſiiſſent ; quod voluiſſent *videri propoſitis adverſus Evangelium vel edictis vel legibus ſatisfeciſſe* . Ergo qui adfuerant , cum in eadem prorſus cauſa ſint , nihil aliud commiſere , niſi ut fictum ſcelus in acta publica ipſis videntibus referretur . Quamobrem cum ait clerus Romanus eos *non minus quam ſi ad nefarias aras acceſſiſſent , hoc ipſo quod ipſum conteſtati fuerant* teneri ; id non ita accipiendum quaſi voce pronuntiaſſent ſe ad aras acceſſiſſe , ſed quod conſenſiſſent ut ſceleris non commiſſi publicum tamen teſtimonium exſtaret . Simili ſenſu idem clerus eos acta feciſſe dicit , qui *præſentes , cum acta fierent* , non adfuerant . Eodem modo accipiendum quod de Martiali dicitur in epiſt. LXVIII. pag. 119. tum etiam illud ex libro de Lapſis pag. 190. *Nec ſibi quominus agant pœnitentiam blandiantur , qui etſi nefandis ſacrificiis manus non contaminaverunt , libellis tamen conſcientiam polluerunt . Et illa profeſſio denegantis conteſtatio eſt Chriſtiani quod fuerat abnegantis . Feciſſe ſe dixit quidquid alius faciendo commiſit* . Non diſcrepat hic locus ſententiæ cleri Romani adverſus eos , *qui ſeipſos infideles illicita nefariorum libellorum profeſſione prodiderant* . Dixit Libellaticus feciſſe ſe quidquid alius faciendo commiſit , non quod voce pronuntiaret ſe negaſſe & ſacrificaſſe , (nam dicebat judici Chriſtianum ſe eſſe & ſacrificare , ad aras diaboli venire non poſſe , ut legimus in epiſt. LII.) ſed quia illa libelli profeſſio ho-

minis eſt quodammodo negantis. Sic enim antiquis editionibus & octo codicibus mſſ. inſpectis hunc locum legendum deprehendi : *Et illa profeſſio eſt denegantis, conteſtatio eſt Christiani quod fuerat abnegantis*, eodem videlicet ſenſu, quo clerus Romanus ait eum negaſse, qui fallaces in excuſatione præſtigias quærit ; & qui vult videri edictis ſatisfeciſse, hoc ipſo jam paruiſse.

Quod autem ſpectat ad libellos à judicibus datos, idem in illis ſcriptum fuiſse non videtur ac in actis publicis. Gravius enim fuiſset Libellaticorum peccatum ſi præter teſtimoninm actis publicis conſignatum, ejuſmodi libellos ſervaſsent & oblata occaſione oſtendiſsent ; quod quidem illis nec à Cypriano nec à clero Romano objectum fuit. Rationum momentis hactenus adhibitis unum adjiciam ; morem non fuiſse, ut qui fidem negabant, id ſcripto conſignarent ; ſed tantum in acta referebatur. Aliter ſentiunt Baronius ad an. 304. & Tillemontius tom. 5. pag. 451. ac locum proferunt ex Actis ſanctatum martyrum Agapes, Chioniæ & Irenes, quæ *juſſæ Chriſti negationem ſcriptam profiteri* dicuntur. Sed ſcripta illa negatio, græce ἐγγράφος, (ſic enim græcum contextum habuiſse exiſtimo) nihil aliud eſt quam negatio actis conſignata. Sic apud Euſeb. lib. 9. Hiſt. cap. 5. mulieres quædam coactæ fuerunt à duce λέγειν ἐγγράφως *dictis ad acta teſtimoniis fateri* ſe Chriſtianas fuiſse, & flagitiorum quæ à Chriſtianis gererentur conſcias eſse. Meſsaliani apud Photium cod. 52. dicuntur convicti fuiſse ἐγγράφως, id eſt, *dictis ad actæ teſtimoniis*, quod ad errores ſuos rediiſsent. Hinc Baſilius lib. 1. de Baptiſmo cap. 3. vocat promiſſiones, quibus in baptiſmo obſtringimur, ὥσπερ ἔγγραφον ὁμολογίαν *veluti quamdam ad acta profeſſionem*. Unde etiam Optatus lib. 2. nu. 34. *Fides credentium & profeſſio quæ apud acta conficitur angelorum*.

Libellorum crimen, etſi famam ac nomen in Africa potiſſimum habuit, non tamen aliis provinciis ignotum fuit. Nam Romæ S. Cornelius à nefariis ſchiſmaticis in hoc crimen vocatus ; ejuſdem in Hiſpania convicti Baſilides & Martialis epiſcopi. Quinetiam in Ægypto ſub Petro Alexandrino occurrit Libellaticorum genus quoddam, ſed haud ſcio an Africanis diverſum. Petrus Alexandrinus can. 5. pœnitentiæ ſex menſium addicit eos qui ſimularunt, ſicut & David, ἤτοι ὡς διελθόντες βωμοὺς, ἤτοι ὡς χειρογραφήσαντες, ἤτοι ὡς αὐθ' ἑαυτῶν βαλόντες ἐθνικοὺς ; *vel ut altaria pertranſeuntes, vel ut chirographum dantes, vel ut ethnicos pro ſe immittentes*. Fatetur Petrus ejuſmodi homines non aperte impietatem præ ſe tuliſse ; καὶ μὴ γυμνῶς ἀπογραψαμένους τὰ πρὸς ἄρνησιν, ubi legendum videtur ἐπιγραψαμένους. Zonaras ſic interpretatur illud chirographum, συνέθεντο θῦσαι, *pacti ſunt ſe immolaturos*. Sed hæc promiſſio an apertæ impietatis ſpecie caruiſset ? Credere malim ejuſmodi homines, itidem ut Libellaticos in Africa, aliquam à judicibus accepiſse conditionem, quæ & tuta judici, & Chriſtiano non aperte impia videretur. Nihil dicam de alio Libellaticorum genere, quod Baronius ad an. 253. perſpicere ſibi viſus eſt in epiſtola Plinii ad Trajanum, ex qua profert hæc verba ; *Pro-* A *poſitus eſt libellus ſine auctore multorum nomina continens, qui negarent ſe eſſe Chriſtianos aut fuiſſe* &c. Sed non animadvertit Baronius hunc libellum non à Chriſtianis oblatum fuiſse, ſed ab aliquo nomen ſuum celante, & multos nominatim ut Chriſtianos deſignante, qui tamen negaverunt ſe eſse aut fuiſse Chriſtianos. Hinc Trajanus Plinio reſpondens ait : *Sine auctore vero propoſiti libelli nullo crimine locum habere debent, nam & peſſimi exempli, nec noſtri ſæculi eſt*.

B VII. *Cyprianus ſecedit in perſequutione juſtiſſimis de cauſis*.

Edictum Decii ut in Africam perlatum eſt, ſtatim populi clamoribus exagitatus Cyprianus & ad leonem poſtulatus prudenti receptu furorem impiorum declinavit, cum coronam ſuam in aliud tempus differri mallet, quam præſentia ſua novas faces incendio perſequutionis admoveri. Non ſemel quæſitus eſt, ſed ſæpe alias in abſentem popularis furor exarſit. Teſtatur C Pontius eum *ſuffragiis ſæpe repetitis ad leonem* poſtulatum, ac *proſcriptionis gloriam conſequutum eſſe*. Idem de ſe ipſe narrat *toties flagitatum & & quæſitum*, epiſt. VI. *toties ad leonem petitum in circo, in amphitheatro* ; atque etiam proſcriptum ſe fuiſse *applicito & adjuncto epiſcopatus ſui nomine*, epiſt. LV. *cum publice legeretur : Si quis tenet vel poſſidet de bonis Cæcilii Cypriani epiſcopi Chriſtianorum*, epiſt. LXIX. Quonam ſe receperit neſcimus ; ſed presbyteri & diaconi Romani iniquis ſermonibus decepti parum æque de illius ſeceſsu judicarunt, antequam ab ipſo D de tota re certiores fierent. Vix dubium eſt quin eum nonnulli alii reprehenderint ; neque enim illius factum tanto ſtudio defendiſset Pontius, ſi probatum omnibus & purgatum fuiſſet. Forte vituperandi hæc anſa olim arrepta eſt, vel etiam hodie arripiatur, ſi quis cenſoris partes ſibi arroget ; quod ipſo abſente maxima pars fidelium turpiter ceciderit, conſtantior in fide, aut ſaltem ad horrendum ſcelus tardior futura, ſi epiſcopi ſui liberrimam confeſſionem audiiſset, aut præclaram pro Chri- E ſto mortem ſpectaſset.

Sed ut à Cypriano reprehenſionem omnem propulſemus in ejuſmodi conſilio, quo duo alii præſtantiſſimi viri, Gregorius Thaumaturgus & Dionyſius Alexandrinus eodem tempore utebantur ; obſervandum eſt 1. eum communi Evangelii præcepto paruiſſe, quod tum maxime obſervare debuit, cum in ipſius potiſſimum nomen perſequutio erumperet ; ac periculum eſſet, ne furorem gentilium in plebem ſuam præſens accenderet. 2. Singulari modo admonitus à Deo fuit ut diſcederet. *Dicata enim in omnibus* F *Deo mens*, inquit Pontius, *& fides divinis admonitionibus mancipata credidit ſe, niſi Domino latebram tunc jubenti paruiſſet, etiam ipſa paſſione peccare*. Tuetur ſe Cyprianus Evangelii præcepto in epiſtola quam ad clerum Romanum ſcripſit purgandi ſui cauſa ; ſed in alia epiſtola nempe decima, declarat juſſiſſe Dominum ut ſecederet. 3. Maximus ille fratrum numerus, qui abſente Cypriano cecidit, non tormentis & cruciatibus Chriſtum negare coactus eſt, *ſed ad prima ſtatim verba minantis inimici fidem*

Digitized by Google

fidem ſuam prodidit, ut in libro de Lapſis legimus. Sic animo affectis melius conſulere non poterat Cyprianus, quam ſi eos ad recedendum exemplo ſuo hortaretur. 4. Obſervat Pontius divino conſilio ſervatum eſſe Cyprianum, qui, cum Eccleſia maximam cladem accepiſſet perſequutione Decii, *poſſet ſaucios homines & varia expungentis inimici arte jaculatos adhibita medicinæ cœleſtis medela pro qualitate vulneris vel ſecare interim vel fovere*. Rem exitus comprobavit. Teſtatur enim auctor libri ad Novatianum hæreticum *illos qui prima acie*, id eſt, *Deciana perſequutione vulnerati fuerunt, hos poſtea*, id eſt, *ſecundo prælio ita fortiter perſeveraſſe ut contemnentes edicta ſæcularium principum, hoc invictum haberent, quod & non metuerunt exemplo boni paſtoris animam ſuam tradere & ſanguinem fundere, nec ullam inſanientis tyranni ſævitiam recuſare*. 5. Denique ſic corpore abfuit Cyprianus, ut animo & ſollicitudine omnibus rebus intereſſet, nec ullas Epiſcopi partes prætermitteret. Diſcedens omnibus rebus providerat, pecuniam apud clericos diſtribuerat, *ut haberent plures unde ad neceſſitates & preſſuras ſingulorum operari poſſint*, epiſt. v. Videtur in ſeceſſu aſſidue ſacrificia obtuliſse, miniſtrante Victore diacono, qui eum cum aliis nonnullis comitatus fuerat epiſt. v. & xxxvii. Aderant interdum plures Epiſcopi, & una cum Cypriano Aurelium & Celerinum ordinaverunt, ut patet ex epiſt. xxxiii. & xxxiv. Quinetiam de ſacrificiis ſuis ſic loquitur, ut frequentem populum congregaſſe videatur. Ait enim in epiſt. xvi. quæ eſt ad confeſſores Romanos: *Et nos quidem veſtri diebus ac noctibus memores, & quando in ſacrificiis precem cum pluribus facimus, & cum in ſeceſſu privatis precibus oramus, coronis ac laudibus veſtris plenam à Domino faventiam poſtulamus*. Cum autem eccleſiæ curam presbyteris & diaconis commiſiſſet, ac præterea, ut ipſius verbis utar ex epiſt. xxxviii. pro ſe vicarios miſiſset duos Epiſcopos Caldonium & Herculanum, quibus adjunxerat Rogatianum & Numidicum presbyteros, de omnibus ad eum referebatur, nec quidquam ab eo omiſsum, quod quidem ad pauperes ſublevandos, ad confeſsores cohortandos, ac interdum etiam caſtigandos, ad lapſorum ruinas reparandas, ad diſciplinæ obſervationem & Eccleſiæ pacificationem pertineret. Sed quia litteras illius in ſeceſsu ſcriptas alii aliter ordinant; non perfunctorie nobis examinanda res eſt.

VIII. *De Litteris cleri Romani Carthaginem miſſis, poſtquam Cyprianum ſeceſſiſſe nuntiatum eſt.*

Presbyteri & diaconi Romani, ad quos mortuo Fabiano rerum adminiſtrandarum ſumma redierat, ex Clementio, ſive, ut vocat Baluzius, Crementio ſubdiacono Carthaginenſi de Cypriani ſeceſsu didicerunt. Cumque res *minus ſimpliciter & minus fideliter*, ut ait Cyprianus ep. xv. fuiſset nuntiata ſive ab hoc ſubdiacono, ſive ab aliis, (hunc enim non accuſat Cyprianus) duas epiſtolas per eumdem Crementium Carthaginem miſerunt, alteram ad Cyprianum de morte Fabiani, quæ quidem ad nos non pervenit, alteram ad ipſius clerum; quamquam, ait Cyprianus, *nec quis ſcripſerit, nec ad quos ſcriptum ſit ſignificanter expreſſum* fuiſset. In hac epiſtola, quæ tertio loco apud Pamelium volvitur, etſi nihil nominatim de Cypriano niſi honorifice dicitur; ſic tamen de illius ſeceſsu loquuntur, ut illum minime probent; ſic de bonorum paſtorum notis diſserunt, quaſi eas deſiderent in Cypriano; ſic denique gregis cuſtodiam clero Carthaginenſi commendant, quaſi vidua eſset Epiſcopo Eccleſia. Illud etiam Cypriano moleſtum eſse poterat quod clerum Carthaginenſem Romani rogarent, ut harum litterarum exemplum ad quoſcumque poſset, tranſmitteret per idoneas occaſiones, vel ſuas faceret.

Has cleri Romani litteras circa menſem Majum collocat Tillemontius; ſed veriſimile non ſit Romanos de morte Fabii, qui die vigeſima Januarii martyr obiit, tam ſero Cyprianum feciſse certiorem. Etiamſi perſequutio facultatem hujus rei præcluſiſset, ut conjicit Tillemontius, nimium tamen intercedebat commercii Romam inter & Carthaginem, quam ut de tam inſigni eventu per quatuor menſes *rumor incertus eſſet & opinio dubia nutaret*, ut ait Cyprianus ep. iv. Deinde vero ex epiſtola Celerini ad Lucianum inter Cyprianicas 21. diſcimus ſexaginta quinque confeſsores Romam Carthagine veniſse paulo poſt Paſcha aut forte etiam ante Paſcha quod hoc anno incidit in diem 7. April. ex cyclo Victorii, aut 31. Mart. ex cyclo Hyppolyti. Indicat tamen clerus Romanus in litteris, de quibus nunc agimus, neminem Carthagine veniſse, ex quo de ſeceſsu Cypriani certior fieri poſset, præter Clementium ſubdiaconum. Multo ergo probabilius eſt hanc epiſtolam menſe Martio allatam fuiſse.

Sed objicit Tillemontius Cyprianum in ep. xv. quam æſtate ſcriptam fuiſse conſtat, ſic de his cleri Romani litteris loqui, ut eas nuper miſsas eſse dicat. Quærit deinde cur cum Cyprianus his litteris ſtatim reſponderit, Romani tam ſero reſcripſerint. Nondum enim id fecerant, cum epiſtolam xv. ſcriberet Cyprianus. Nihil probat illud *nuper*, quod pro varia rei conſiderandæ ratione variam habet ſententiam. Cyprianus in ep. lxv. quoddam anteceſſorum ſuorum decretum jampridem ac nuper factum eſse dicit. Potuit ergo dicere nuper ſe accepiſse epiſtolam ante quatuor menſes acceptam, cum præſertim nulla alia per totum illud tempus epiſtola veniſset. Facilis & expedita ratio eſt, cur Romani nondum Cypriano reſpondiſsent menſe Julio. Nondum enim ſuſpiciones depoſuerant; adhuc patebant eorum aures iniquis ſermonibus, ut videre eſt initio epiſtolæ xv. Quamobrem non reſpondere ſtatuerant; hinc litteras menſe Julio non ipſi Cypriano, ſed ejus clero inſcripſerunt; quamvis minime dubium ſit quin primam Cypriani epiſtolam accepiſsent, etiamſi ante menſem Majum ſcripta non fuiſset.

IX. *De prima Cypriani Romanorum litteris reſponſione. De tredecim litteris ante ſecundam reſponſionem ſcriptis & ſimul cum illa Romam perlatis, ex quibus multas deſiderari oſtenditur.*

Primis litteris cleri Romani ſtatim reſpon-

dit Cyprianus , & de glorioſo Fabiani exitu A gratulatus eſt , de quo autea rumor incertus erat . Quod autem ſpectat ad alteras ad clerum Carthaginenſem ſcriptas , rem prudenter tractandam eſse judicavit . Cum animadvertiſset in his litteris , *nec quis ſcripſerit , nec ad quos ſcriptum ſit , ſignificanter expreſſum* eſſe ; cumque eum *in iiſdem litteris & ſcriptura & ſenſus & chartæ ipſæ quoque moverent , ne quid ex vero vel ſubtractum eſſet , vel immutatum* ; *eamdem ad illos epiſtolam authenticam* remiſit , *ut recognoſcerent an ipſa eſſet quam Clementio hypodiacono perferendam* B dederant , epiſt. IV. At ubi veram epiſtolam eſſe comperit , non expectato Romanorum reſponſo , iterum ſcripſit purgandi ſui cauſa , & actionum ſuarum rationem ſedato corde expoſuit , miſſis etiam ad eos tredecim litteris , quæ ab ipſo variis de rebus , ex quo ſeceſſerat , ſcriptæ , nullam prorſus negligentiæ ſuſpicionem relinquebant . Sic autem has litteras recenſet Cyprianus : *Et quid egerim* , inquit in epiſt. XV. *loquuntur vobis epiſtolæ pro temporibus emiſſæ numero tredecim quas ad vos tranſmiſi , in quibus nec clero conſilium , nec confeſſoribus exhor-* C *tatio , nec extorribus , quando oportuit , objurgatio , nec univerſæ fraternitati ad deprecandam Dei miſericordiam alloquutio & perſuaſio noſtra defuit , quantum ſecundum legem fidei & timorem Dei Domino ſuggerente noſtra mediocritas potuit eniti . Poſteaquam vero & tormenta venerunt , ſive jam tortis fratribus noſtris , ſive adhuc ut torquerentur incluſis , ad corroborandos & confortandos eos noſter ſermo penetravit . Item . . . . litteras feci quibus martyres & confeſſores conſilio meo quantum poſſem ad dominica præcepta revocarem . Item presbyteris &* D *diaconis non defuit ſacerdotii vigor . . . . Plebi quoque ipſi , quantum potuimus , animum compoſuimus . . . . de hoc etiam bis ad clerum litteras feci* , &c. Permagni eſt momenti tredecim illas litteras ſecernere inter Cyprianicas , ac utrum omnes exſtent , an nonnullæ perierint inveſtigare . Nullam prorſus deſiderari patitur Pearſonius ; ſed præter epiſtolam quintam ad clerum , nonam ad confeſsores , & quinque alias de Lapſis , nempe X. XI. XII. XII. XIV. quæ verbis Cypriani modo citatis accurate reſpondent , epiſtolas LXXXI. XXXVII. XXXVI. VIII. VII. VI. inter E tredecim illas numerat , quæ Romam miſſæ fuerunt . Contra Tillemontius quatuor epiſtolas , ex illis tredecim quæ Romam miſſæ ſunt , periiſſe contendit ; ac epiſtolas VIII. VII. VI. XXXVI. ſerius ſcriptas eſſe putat , nempe hoc anno 250. exeunte . Quamvis moleſta ſit hominibus eruditis epiſtolarum Cypriani jactura , cogar tamen eorum deſiderium augere . Aſſentior enim Tillemontio de epiſtolis VIII. VII. VI. XXXVI. at de octogeſima prima & trigeſima ſeptima nec ipſi nec Pearſonio aſſentiri poſſum , F eas hoc tempore ſcriptas & Romam miſſas fuiſſe . Itaque ex epiſtolis tredecim Romam miſſis , ſeptem tantum mihi videntur ſupereſſe .

Illud I. notatum velim in teſtimonio Cypriani , quod modo retulimus , undecim tantum epiſtolas deſignari , quamvis tredecim miſſæ dicantur . Nam cum unam ad martyres poſt tormenta , & quinque alias de lapſis ſcriptas nominatim commemoret ; neceſſe eſt ut ſeptem aliæ his verbis comprehendantur : *Nec clero conſilium , nec confeſſoribus exhortatio , nec extorribus* A *quando oportuit objurgatio , nec univerſæ fraternitati ad deprecandam Dei miſericordiam alloquutio & perſuaſio noſtra defuit* . 2. Ex his patet conjecturarum operam & oleum eos perdere , qui tredecim illas litteras ſibi videntur inter Cyprianicas deprehendiſſe . Ubinam enim ſeptem epiſtolas reperient , quæ his Cypriani verbis reſpondeant ? Ubi illæ litteræ , quas ſe ad preſbyteros & diaconos *frequenter* ſcripſiſſe teſtatur in epiſt. XXXVII. ut martyrum & confeſſorum curam illis commendaret ? Una tantum extſtat ante trigeſimam ſeptimam , nempe quinta . Nul- B lam prorſus habemus extorribus ſcriptam objurgandi cauſa , nullam *univerſæ fraternitati ad deprecandam Dei miſericordiam* . Sed hæc expreſſiora & planiora fient ex his quæ de epiſtolis VIII. VII. VI. XXXVI. dicenda ſunt ; nam de trigeſima ſeptima in capite ſequenti agemus , de octogeſima prima cum ad perſequutionem Galli & Voluſiani venerimus .

Dubium eſſe non poteſt quin hæ quatuor epiſtolæ ſcriptæ fuerint , ut obſervat Tillemontius , cum ſpes appropinquantis pacis Cypria- C num recreaſſet . In ſeptima hortatur confeſſores , ut magis ac magis proficiant in Domino ; *ut cum pro ſua miſericordia pacem fecerit , quam ſe facturum repromittit* ; novi & pene mutati ad Eccleſiam revertantur . In octava audiviſſe ſe narrat in viſione divinitus oblata : *Dic illi , ſecurus ſit , quia pax ventura eſt ; ſed quod interim morula eſt , ſuperſunt adhuc aliqui qui probentur* . In ſexta autem & trigeſima ſexta hac una re reditum ſuum interpellari teſtatur , quod metuat ne auctor ſit rumpendæ pacis . Sed Pearſonius , ut ſe hac difficultate exſolvat , commi- D niſcitur *Proconſulem circa hoc tempus martyrum ſanguine ſatiatum Carthaginem reliquiſſe , & ab hoc illius diſceſſu perſequutionem multo mitius in dies per magiſtratus Carthagine exercitam fuiſſe ; nam poſt hæc tempora ut de Proconſule , ita de tormentis aut vexatione in carcere nullam mentionem fieri* . Sed notandum I. in epiſtolis quas Romam miſſas fuiſſe conſtat , quaſque Pearſonius poſt illas quatuor collocat , nullum omnino pacis appropinquantis exſtare veſtigium . *Acies adhuc geritur* , inquit Cyprianus in epiſt. XIV. & E *agon quotidie celebratur* . In epiſt. XXV. ad Moyſen & alios confeſſores Romanos , quam Pearſonius menſe Auguſto ineunte ſcriptam putat , ſic legitur in editione Oxonienſi : *Contingit hic per tormenta martyria celebrari* . In epiſtola Lucisni ad Celerinum , quæ ſcripta eſt poſt menſem Majum , ac æſtate jam incœpta , perſpici poteſt quid martyres ante paucos dies paſſi fuiſſent , *cum fame & ſiti , ſed & ignis vapore* cruciarentur . Ac generatim in omnibus illis epiſtolis , quæ de lapſis loquuntur , nulla pacis F mentio non modo jam conceſſæ , ut videtur Pearſonio , ſed ne appropinquantis quidem . Lapſorum cauſam in reditum ſuum integram ſervari jubet Cyprianus , ac neceſſe eſſe ſtatuit , ut Eccleſia pacem accipiat à Domino , antequam lapſis pacem concedat . At nuſquam indicat ſe de perſequutionis fine divinitus cognoviſſe , quamvis ea res maxime apposita fuiſſet ad placandos lapſorum animos , qui ſe in longum tempus differri moleſte ferebant . 2. Ex epiſtola VIII. perſpicitur perſequutionem diu ſæviiſſe . *Quod ſi duo unanimes tantum poſſunt* , inquit ,

inquit, *quid ſi unanimitas apud omnes eſſet! Quod ſi ſecundum pacem, quam nobis Dominus dedit, univerſis fratribus conveniret; jampridem de divina miſericordia impetraſſemus quod petimus, nec tamdiu in hoc ſalutis & fidei noſtræ periculo fluctuaremus*. Non potuit ergo hæc epiſtola ſcribi menſe Aprili anni 250. In eadem epiſtola hæc leguntur: *Denique ad minimum famulum ſuum & in delictis licet plurimis conſtitutum, & dignatione ejus indignum, tamen ille pro ſua circa nos bonitate mandare dignatus eſt: Dic illi*, inquit, *ſecurus ſit, quia pax ventura eſt: ſed quod interim morula eſt, ſuperſunt adhuc aliqui qui probentur*. Si hæc ſcripſit Cyprianus menſe Aprili anni 250. cur adhuc annum in receſſu latuit ob perſequutionem; cur in epiſtola XXXIII. quam anno 250. exeunte ſcriptam eſſe conſtat, Aurelium ait auſpicatum eſſe *pacem dum dedicat lectionem!* 3. Epiſtola VIII. inſcripta eſt presbyteris & diaconibus, eamque S. Augustinus lib. 4. de Bapt. cap. 2. ad clerum ſcriptam fuiſſe teſtatur. Eam tamen Pearſonius reſpondere putat his Cypriani verbis, *Nec univerſæ fraternitati ad deprecandam Dei miſericordiam alloquutio & perſuaſio noſtra defuit*. Deinde vero epiſtola *univerſæ fraternitati* ſcripta fuit ante tormenta, ut patet ex epiſt. XV. at jam tormenta inflicta confeſſoribus fuiſſe teſtatur Cyprianus in eadem epiſt. VII. Idem dicendum de epiſtola VII. in qua Cyprianus confeſſores pluribus hortatur ut confeſſionis gloriam laudabili vita tueantur, eorumque vitia non pauca reprehendit, in his quod nonnulli extorres in patriam injuſſi rediiſſent. Inde anſam arripit Pearſonius ut probet Cyprianum de hac epiſtola VII. loqui, cum objurgationem extorribus non defuiſſe dicit. At ſi hanc epiſtolam commemoraſſet Cyprianus in litteris ad clerum Romanum, non illam ex uno aut altero verbo, quod veluti tranſiens dixit, ſed ex totius epiſtolæ conſilio & propoſito deſignaſſet. Ex hac autem Pearſonii opinione ſumma ordinis perturbatio inducta eſt in epiſtolas Cypriani. In epiſtola VII. editionis Oxonienſis, quæ eſt XXXVI. apud Pamelium, metuit Cyprianus ne ſi redeat, *auctor ſit rumpendæ pacis*; in epiſtola autem XI. edit. Oxon. quæ eſt VIII. Pam. tormenta confeſſoribus recens inflicta memorari exiſtimat Pearſonius. In epiſtolis XIII. & XIV. Oxon. quæ ſunt VII. & VI. Pam. martyres jam è carcere ſolutos eſſe perſpicitur. At in epiſt. XV. Oxon. XI. Pam. adhuc incluſi carcere tenentur.

X. *Ordo epiſtolarum Cypriani ante decimam quintam ad Romanos ſcriptam; ac primo de quinta & nona. Referenda ad aliud tempus trigeſima ſeptima.*

Eliminatis illis epiſtolis ex loco non ſuo jam ſolutior erit & explicatior cæterarum ordo, tum illarum quæ Romam miſſæ fuerunt, tum quas poſtea Cyprianus ingraveſcente lapſorum tumultu, tum quas ſpe pacis divino monitu oſtenſa ſcripſit hoc anno 250. exeunte. Prima omnium in receſſu ſcriptarum exiſtimatur ea quæ apud Pamelium & in editione Oxonienſi quintum locum ſortitur. Reſpondet enim his verbis epiſtolæ XV. *Nec clero conſilium deſuit*.

A Pauperum curam clero commendat, ac petit *nihil illis deſit, cum ſumma omnis quæ redacta eſt, illic ſit apud clericos diſtributa propter ejuſmodi caſus, ut haberent plures unde ad neceſſitates & preſſuras ſingulorum operari poſſint*. Hortatur etiam & invidiæ declinandæ cauſa *non glomeratim nec per multitudinem ſimul junctam confeſſores* viſantur; ac *presbyteri quoque qui illic apud confeſſores offerunt, ſinguli cum ſingulis diaconis per vices alternent*. Equidem facile dederim ex epiſtolis, quas Romam Cyprianus miſit purgandi ſui cauſa, nullam hodie exſtare B quæ huic quintæ præponenda ſit. Sed quod Pearſonius & Fellus pertendunt primam omnium ac ſtatim atque receſſit Cyprianus, ſcriptam fuiſſe, id mihi perſuadere non poſſum. Nam cum Cyprianus, ut jam obſervavi, ſigillatim non deſignet tredecim illas omnes litteras; cumque populi Carthaginenſis caſus, qui *ad prima verba minantis inimici* fidem ejuraverat, maximum dolorem Cypriano attuliſſet; vix dubium eſt, quin clerum ſuum in tanta rerum difficultate conſiliis ſuis firmaverit, eique C aliquas litteras ante hanc quintam ſcripſerit; aut ſaltem litteris, quas hujus moleſtiæ accepto nuntio primum ſcripſit, aliqua tanti doloris ſignificatio ineſſe debuit. Quare non crediderim hanc epiſtolam omnium primam fuiſſe ſcriptam; ſed non dubium quin ſcripta ſit, cum *circa cleri incolumitatem omnia integra* eſſent; cum aliqua adhuc humanitas confeſſoribus exhiberetur; ac proinde antequam pars cleri Eccleſiam occultis molitionibus perturbaret, aut edictis Decii pareret, imo ante tormenta confeſſoribus menſe Aprili inflicta, D ante horridioris carceris tenebras, quæ in epiſtola Luciani ad Celerinum memorantur. Scriptæ etiam ſunt ante eumdem menſem tres aliæ litteræ, *in quibus nec confeſſoribus exhortatio, nec extorribus quando oportuit objurgatio, nec univerſæ fraternitati ad deprecandam Dei miſericordiam alloquutio & perſuaſio defuit*. Indicat Cyprianus ſcriptas fuiſſe ante tormenta, ſed eas ad nos non perveniſſe oſtendimus.

Tormenta confeſſoribus inflicta eſſe menſe Aprili obſervant eruditi viri. Mappalicus in E quæſtione martyr occubuit die Aprilis 17. ut martyrologia teſtantur, cum pridie acerrimos cruciatus pertuliſſet, inter quos dicebat Proconſuli: *Videbis cras agonem*. Scripſit itaque Cyprianus hoc menſe, ut veriſimile eſt, exeunte epiſtolam IX. ad martyres & confeſſores, in qua eorum laudes plena manu extollit, eoſque hortatur, ut *iſtum beatiſſimum martyrem & alios participes ejuſdem congreſſionis, & comites in fide ſtabiles, in dolore patientes, in quæſtione victores* ſectentur. Non dubium quin hæc ipſa ſit epiſtola, quam ſcripſiſſe ſe ait Cyprianus F in epiſt. XV. *poſtquam tormenta venerunt*.

Non multo poſt, id eſt, menſe Majo Pearſonius & Tillemontius poſt Baronium & Lombertum ſcriptam exiſtimant epiſtolam XXXVII. in qua Cyprianus presbyteris & diaconis pauperum curam commendat, & etiam atque etiam hortatur, *ut corporibus etiam omnium, qui etſi torti non ſunt in carcere, tamen glorioſo exitu mortis excedunt, impertiatur & vigilantia & cura propenſior, & dies eorum quibus excedunt annotentur, ut commemorationes eorum inter memorias*

rias martyrum celebrare poſſet. Diligenter obſervanda ſunt quæ ſequuntur. *Quamquam Tertullus*, inquit, *fideliſſimus & devotiſſimus frater noſter pro cætera ſollicitudine & cura ſua, quam fratribus in omni obſequio operationis impertit, (qui nec illic circa corporum curam deeſt) ſcripſerit & ſcribat ac ſignificet mihi dies quibus in carcere beati fratres noſtri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſeunt, & celebrantur hic à nobis oblationes & ſacrificia ob commemorationes eorum, quæ cito vobiſcum Domino protegente celebrabimus*. Equidem etſi tot hominum eruditorum auctoritate plurimum moveor, non tamen video cur menſe Majo, id eſt, in maximo perſequutionis incendio hæc Cyprianum ſcripſiſſe velint, cum ipſe cito commemorationes martyrum cum clero ſuo celebraturum ſe nuntiet. Jam ergo refrigeſcens perſequutio ſpem illi maturi reditus afferebat; & quæ cauſæ Tillemontium moverunt, ut epiſtolas VI. VII. VIII. XXXVI. rejiceret in finem anni 250. eædem movere debuerunt, ut de trigeſima ſeptima idem judicium ferret. Præterea menſe Majo martyres horrendis cruciatibus torquebantur; ſed cum epiſtola XXXVII. ſcriberetur, non jam per vulnera martyrii coronam acquirebant; ſed ſi qui in cœlum evolarent, id moriendo in carcere ſine tormentis aſſequebantur. At menſe Majo non morientium in carcere ſine tormentis, ſed vitam inter cruciatus profundentium annotandi dies fuiſſent & Cypriano nuntiandi. Multo ergo veriſimilius eſt elucubratam fuiſſe hanc epiſtolam XXXVII. cum perſequutio in dies demitigaretur, necdum tamen confeſſores è carcere ſoluti eſſent.

XI. *Quinque S. Cypriani litteræ de lapſis. Facinus presbyterorum qui communionem lapſis dederant, non diſſimulavit. Non ſuſpenſionem ſed excommunicationem illis minatur.*

Plurimum ſolatii percipiebat Cyprianus ex martyrum triumphis; ſed hanc lætitiam contaminaverunt nefariæ nonnullorum presbyterorum molitiones, qui cum ei ab initio epiſcopatus ſemper obſtitiſſent, abſenti graviſſimas moleſtias exhibuerunt. Actæ ab illis tragœdiæ materiam dedit antiqua & laudabilis conſuetudo, quam ad perniciem multorum convertere conati ſunt. Mos erat in Eccleſia, ut lapſis, qui libellos à martyribus impetraſſent, aliquid de pœnis canonicis epiſcoporum judicio remitteretur. Exagitat hoc inſtitutum Tertullianus ſub finem libri de Pudicitia, quod olim Catholicus in libro ad Martyres laudaverat. Ejuſmodi autem libellos non quilibet confeſſores dabant, ſed ii qui capite damnati erant, aut ſaltem aliquos cruciatus perpeſſi fuerant. Hinc Celerinus in ep. ad Lucianum rogat, *ut quicumque prior* ex confeſsoribus *coronatus fuerit, Numeriæ & Candidæ peccatum remittant*. Quamobrem cum Decii perſequutionis initia cruciatibus carerent, nulli dabantur libelli, nemo ex lapſis ſubterfugiendæ pœnitentiæ anſam habebat, frigebant cupidi novarum rerum preſbyteri. At poſtquam tormenta menſe Aprili inflicta ſunt, & nonnulli ex confeſsoribus martyrio coronati; tum libelli prodiere, ſed tamen debito honore & epiſcopi dignitati & le-

A gibus eccleſiaſticis ſervato. Nam martyres ad Cyprianum litteras direxerunt, & petierunt *tunc deſideria ſua examinari, & pacem dari, quando ipſa ante mater Eccleſia pacem de miſericordia Domini prior ſumpſerit, &* Cyprianum *divina protectio* reducem *ad Eccleſiam ſuam fecerit*, epiſt. x. Præterea paucis dabantur libelli ut perſpicitur ex epiſt. XXIII. Mappalicus martyr matri tantum, quæ lapſa fuerat, domeſtica pietate commotus dederat; nulli prorſus Saturninus poſt tormenta adhuc in carcere conſtitutus; ſed paulo poſt ſervari modus ac dele-

B ctus deſiit. *Nam Lucianus & ipſe unus de confeſſoribus fide quidem calidus & virtute robuſtus*, ut ait ibidem Cyprianus, *ſed minus dominica lectione fundatus quædam conatus eſt, imperiti jampridem ſe vulgi auctorem conſtituens, ut manu ejus ſcripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur*. Atque hæc faciebat *non tantum Paulo adhuc in carcere poſito, ſed & poſt ejus exceſſum, dicens hoc ſibi ab illo mandatum. Aurelii quoque adoleſcentis tormenta perpeſſi nomine libelli multi dati ſunt ejuſdem Luciani manu ſcripti, quod lit-*

C *teras ille non noſſet*. Videtur idem Lucianus auctor fuiſse libellorum, quos in hanc ſententiam ſcriptos fuiſse audierat Cyprianus, ep. XI. *Communicet ille cum ſuis*. Nonnullos alios notat Cyprianus *qui perſonas accipientes in beneficiis* martyrum aut gratificabantur, *aut illicitæ negotiationis nundinas* aucupabantur.

Non ignorabat Cyprianus quinque presbyteros *fomenta quibuſdam confeſſoribus & hortamenta* tribuere, *ne concordarent cum epiſcopo, ne eccleſiaſticam diſciplinam cum fide & quiete juxta*

D *præcepta dominica continerent*, epiſt. XL. Sed tamen cum tota res ad ipſius reditum integra ſervaretur, neque in hac libellorum licentia, lapſis quidquam ante Eccleſiæ pacem & epiſcopi judicium promitteretur; diſſimulabat & patientiam tenebat, quaſi verecundum ſilentium proficeret ad quietem, epiſt. x. Sed quinque presbyteri nec evangelii, nec loci ſui memores, nec futurum Domini judicium, nec præpoſitum ſibi epiſcopum cogitantes, novum & ſub anteceſſoribus Cypriani inauditum facinus ediderunt. Lapſis pacem & euchariſtiam

E dederunt *ante actam pœnitentiam, ante exomologeſia graviſſimi atque extremi delicti factam, ante manum ab epiſcopo & clero in pœnitentiam impoſitam*. Tum verò Cyprianus intellexit diſſimulandum non eſſe in re tanti momenti, ne ad periculum plebis pariter & ſuum taciturnitas nimia procederet. Quare ut mali progreſſus ſupprimeret, tres epiſtolas de eodem oleo & opera ſcripſit, animi & doloris plenas; unam ad martyres & confeſſores, aliam ad presbyteros & diaconos, tertiam ad plebem.

F Hæ litteræ ſunt apud Pamelium undecima, decima & duodecima: in unaquaque duæ aliæ commemorantur.

Martyres admonet *ut à quibus tam devote & fortiter ſervatur fides Domini, ab iiſdem lex quoque & diſciplina Domini reſervetur*. Mirari ſe demonſtrat, quod non, ut olim fieri ſolebat, à presbyteris & diaconis regantur & erudiantur, ſed potius à quibuſdam presbyteris jura omnia pervertentibus piæ eorum voluntates interpellentur. Hortatur ergo ut ipſi presbyteros doceant quæ ex presbyteris eos audire oportuerat;

ruerat: præſcribit ut in dandis libellis anteceſſorum ſuorum veſtigia ſequentes, ſollicite & cante petentium deſideria ponderent, inſpiciant & actum & opera & merita ſingulorum, ipſorum quoque delictorum genera & qualitates cogitent; denique quos ipſi vident, quos norunt, quorum pœnitentiam ſatisfactioni proximam conſpiciunt, deſignent nominatim libello, & ſic ad epiſcopum fidei ac diſciplinæ congruentes litteras dirigant.

In epiſtola ad clerum adhuc vehementius indignatur in presbyteros, qui ſanctum Domini corpus profanare auſi fuerant. Declarat *ſi ultra in iiſdem perſeveraverint*, uſurum ſe *ea admonitione*, qua illum uti Dominus jubebat, *ut interim probibeantur offerre. Nam præter nocturnas viſiones, per dies quoque* implebatur *Spiritu ſancto puerorum innocens ætas, quæ in exſtaſi videbat oculis & audiebat & loquebatur ea quibus* Cyprianum *Dominus monere & inſtruere* dignabatur. In epiſtola ad plebem declarat noſſe ſe plebis ſuæ quietem pariter & timorem; nec dubitat quin lapſi in ſatisfactione Dei & deprecatione vigilarent, niſi illos quidam de presbyteris gratificantes decepiſſent. Hortatur ut ipſi ſingulos regant, & conſilio ac moderatione ſua ſecundum divina præcepta lapſorum animos temperent. Totam rem in reditum ſuum integram ſervari jubet, *ut cum ad vos per Dei miſericordiam*, inquit, *venerimus, convocati coepiſcopi plures ſecundum Domini diſciplinam & confeſſorum præſentiam, & veſtram quoque ſententiam beatorum martyrum litteras & deſideria examinare poſſimus.*

Ex his verbis epiſtolæ ad clerum, *diu patientiam meam tenui*, perſpici poteſt tres illas epiſtolas ante Junium menſem ſcriptas non fuiſſe. Sed minus belle Tillemontius exiſtimat Cyprianum non ſolum libellorum licentiam, ſed etiam euchariſtiæ profanatæ facinus diu patienter tuliſſe. Fucum fecerunt doctiſſimo viro hæc Cypriani verba in epiſt. LV. pag. 85. *Unum illud in quo non mea nec hominum ſed Dei cauſa eſt, de eorum facinore non puto eſſe reticendum, quod à primo ſtatim perſequutionis die, cum recentia delinquentium facinora ferverent, & ſacrificiis nefandis non tantum diaboli altaria, ſed adhuc manus ipſæ lapſorum atque ora fumarent, communicare cum lapſis & pœnitentiæ agendæ intercedere non deſtiterunt.* Ex his concludit Tillemontius ab ipſo illo die, quo erupit perſequutio, non defuiſse qui lapſis euchariſtiam darent.

Nimium reſtricte Cyprianum doctiſſimus ſcriptor interpretatur. Illius verba nihil aliud ſonant, niſi presbyteros cum lapſis adhuc recenti eorum ſcelere communicaſse. Revera ſi conſideretur tempus illis temporibus in pœnitentia ſolitum impendi, dicere potuit Cyprianus ſine abſurda exaggeratione, presbyteros cum lapſis *à primo ſtatim perſequutionis die* communicaſſe. Præterea cum lapſis non eodem omnes tempore deliquerint, ſed alii citius, alii ſerius; fieri potuit ut multi perpaucis diebus poſt admiſſum ſcelus communionem ab improbis presbyteris acciperent. Sic interpretandi Cypriani neceſſitatem affert tota rerum geſtarum ſeries & junctura. Nam presbyteri anſam turbandi rapuere ex libellis martyrum, qui poſt tormenta dari cœperunt; & Cyprianus in epiſt. XV. ut martyrum libellos poſt inflicta tormenta, ita etiam poſt ipſos libellos audaciam eorum commemorat, *qui cum lapſis communicare jam cœperant.* Unde etiam patet recens omnino fuiſſe facinus presbyterorum. Idem teſtatur in epiſt. XII. ad plebem: *Audio tamen*, inquit, *quoſdam de presbyteris ... jam cum lapſis communicare cœpiſſe*; Sed quod rem cauſamque maxime continet, declarat Cyprianus in epiſtola ad clerum presbyterorum facinus ex eo genere eſse, quod ferri & diſſimulari non poſſit: demonſtrat ſe diu patientiam tenuiſse, ſed cum quidam plebis tranquillitatem turbare conentur ac totum ſibi vindicent, tacere ultra non oportere: diſſimulaſse ſe ſemper & pertuliſse contumelias epiſcopatus; ſed nunc diſſimulandi locum non eſse, *quando decipitur fraternitas à quibuſdam, qui dum ſine ratione reſtituendæ ſalutis plauſibiles eſſe cupiunt, magis lapſis obſunt.*

Tillemontius merito Lombertum refellit, qui hæc verba ejuſdem epiſtolæ ad clerum, *ut interim probibeantur offerre*, ſic interpretatur, quaſi vetet interim Cyprianus ne presbyteri offerant nomina lapſorum. Contendit Tillemontius ſuſpendi hos presbyteros, aut ſaltem ſuſpenſionis minas illis intentari, nec eos tamen deponi. Addit idem viſum fuiſse Baronio & ante eum Pamelio, cujus obſervatio in editiones Priorii & Felli tranſlata. Sed, quod pace tot hominum doctiſſimorum dixerim, Cyprianus his verbis, *ut interim probibeantur offerre*, non ſuſpenſionem, ſed excommunicationem deſignat; neque hanc pœnam in præſens tempus infligit, ſed tantum minatur. Addit autem, *acturi & apud nos & apud confeſſores ipſos & apud plebem univerſam cauſam ſuam, cum Domino permittente in ſinum matris Eccleſiæ recolligi cœperimus*; hæc inquam, addit, quia tunc deliberaturus erat, non utrum eſsent deponendi necne hi presbyteri, ut placet Tillemontio, ſed utrum eis eſset reddenda necne communio, & qua conditione, qua pœnitentiæ lege reddenda. Cyprianum aliter interpretari non poſsum, cum lego epiſtolam XXVIII. in qua gratulatur presbyteris ſuis & diaconis, quod cum Gajo Diddenſi ejuſque diacono, qui communionem lapſis dederant, communicare noluiſset. Renovat in eadem epiſtola decretum ſuum, ut à communione ſua arceatur quicumque auſus fuerit communicare cum lapſis. Sic etiam in ep. LII. pag. 67. ſeveritatem à ſe aliquando in lapſos adhibitam exponens, decreviſse ſe narrat, ut *ſi quis ante conſilium noſtrum*, inquit, *& ante ſententiam de omnium conſilio ſtatutam, lapſis temere communicare voluiſſet, ipſe à communione abſtineretur.* Porro abſtinere à communione non idem eſt ac ſuſpendere, præſertim apud Cyprianum, qui hac voce excommunicationem deſignat; velut cum ait abſtentum à ſe eſse Feliciſſimum in epiſt. XLVIII. Jovinum & Maximum ob nefanda ſacrificia in concilio abſtentos, epiſt. LV. Novatianum per totum orbem à ſacerdotibus Dei abſtentum, epiſt. LXVII. His ergo verbis, *ut interim probibeantur offerre*, non ſolum ſacerdotalis, ſed etiam laica oblatio & communio auferenda denuntiatur. Illud etiam ex his quæ diximus perſpicitur, hanc pœnam non ſtatim à Cypriano irrogatam fuiſse, ſed minas tantummodo, ut difficillimis temporibus ac ſum-

ac ſumma prudentia egentibus, intentatas fuiſſe. Atque id etiam confirmat cum eximia Cypriani in tacendis presbyterorum nominibus lenitas, tum ab eo appoſita conditio, *ſi ultra in iiſdem perſeveraverint*.

His litteris non reſpondit clerus; ſed paulo poſt Cyprianus ad cuſtodiam gregis ſemper attentus, cum videret ſibi facultatem redeundi noodum eſse, & jam æſtatem cœpiſse, quod tempus infirmitatibus aſſiduis & gravibus infeſtatur, & lapſis & audientibus provideodum exiſtimavit. Scripſit itaque epiſtolam XIII. ad clerum, in qua edicit, ut lapſis libellos martyrum habentibus, ſi pericloſe ægrotaverint, apud presbyterum quemcumque præſentem, vel ſi presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud diaconum quoque exomologeſin delicti ſui facere liceat, modo tamen martyrum prærogativa apud Deum adjuvari poſſint. Cæteris, qui non acceperant libellos, ſed mites & humiles pœniteotiam agebant, futurum promittit, ut illis quoque divino remedio conſulator. Similiter præſcribit ut audientibus divinam gratiam implorantibus miſericordia Domini non denegetur. Simili decreto lapſis conſuluit in hac perſequutiooe Diooyſius Alexandrinus. Ipſe enim teſtatur in epiſtola ad Fabium Antiochenum ſe præcepiſse, *ut morituris ſi peterent, & maxime ſi antea ſuppliciter poſtulaſſent, venia indulgeretur, quo bonæ ſpei pleni ex hac vita migrarent*, Euſeb. lib. 6. cap. 44. Diſcrimen pooit Dionyſius inter eos qui pœnitentiam urgente periculo petebant, & eos qui ante morbum petierant. Quamvis autem in hoc delectu habeodo noo tam videatur accuratus eſſe quam Cyprianus, qui nominatim requirit, ut qui libellos à martyribus acceperant, eorum auxilio & prærogativa apud Dominum adjuvari poſſiot; eamdem tameo utriuſque ſenteotiam eſse crediderim; oec dubito quin Dionyſius pacem oon conceſſiſset, ſi qui pœoitentiam audacter detrectaſſent, id quod in Africa commiſſum à pluribus videmus.

Cum reſpoodiſſet clerus huic epiſtolæ, (queſtus eoim fuerat Cyprianus, quod tot ſuis litteris nihil reſpooderet) ac ſimul conſuluiſſet de quibuſdam immoderatis & communicationem accipiendam feſtinaoter urgentibus; ſcribit Cyprianus epiſtolam XIV. in qua confirmat quod proximis litteris ſtatuerat de lapſis pericloſe ægrotantibus, vehemeoter antem refellit & caſtigat importunos illos pacis efflagitatores. *Qui ſi nimium properant*, inquit, *habent in ſua poteſtate quod poſtulant, tempore ipſo ſibi plus quam poſtulant largiente. Acies adhuc geritur & agon quotidie celebratur. Si commiſſi vere & firmiter pœnitet, & fidei calor prævalet, qui differri non poteſt, poteſt coronari*. Videtur hac oratione Cyprianus lapſis concedere ut ſeipſos offeraot judicibus: neque enim, ſi eos voluiſſet expectare, dum dies illis diceretur; in corum poteſtate eſſe quod poſtulant, dixiſſet. Erat ſane vetitum ne quis ſe ultro offerret, idque declaravit Cyprianus coram Paterno proconſule, ſed ejuſmodi leges variis circumſtantiis interdum ceduot. Multos enim videmus, velut apud Joſtinum in minore Apologia, & apud Euſebium lib. 8. ultro judicem adortos eſſe, & ad confeſſionem invocatos veniſſe: in quibus ſi non vituperatur hæc libertas, multo minus in lapſis ſemper vituperanda, quos par erat illatum nomini Chriſtiano dedecus reparare, ac Chriſtum ibi confiteri, ubi turpiter negaverant. Laudes Eccleſiæ Romaoæ plena mano Cyprianus in cœlum tollit, epiſt. LVII. quod prodeunte ad confitendum Cornelio, accurrerit properanter & veoerit quiſquis audivit, nec ſinguli milites, ſed tota ſimul caſtra ad pugnam prodierint, omniſque eccleſia Romana confeſſa ſit, ac lapſi plurimi glorioſa confeſſione reſtituti.

XII. *De epiſtola xv. S. Cypriani & pluribus aliis paulo poſt novo tumultu exorto ſcriptis.*

Tot rebus ad Eccleſiæ pacificationem fortiter prudenterque geſtis, ſcripſit Cyprianus ep. XV. ad clerum Romanum purgandi ſui cauſa; nec aptius quidquam eſſe judicavit ad iniquas ſuſpiciones repellendas, quam ut Romam mitteret quinque de lapſis litteras cum octo aliis pariter in ſeceſſu ſcriptis, ex quibus duas tantum ſupereſſe obſervavimus, nempe quintam ad clerum & nonam ad confeſſores. Mirifice autem elucet Cypriani caritas & animi moderatio in hac ad Romanos epiſtola decima quinta: nulla enim ineſt animi offenſi ſignificatio, nullæ querelæ; ſed cur ſeceſſerit, quid egerit in ſeceſſu breviter exponit; & pro ſummo ſuo unitatis ſtudio declarat ſe in iis quæ lapſis pœnitentibus cooceſſit, ſtandum putaſſe & cum Romani cleri ſententia, *ne actus noſter*, inquit, *qui adunatus eſſe & conſentire circa omnia debet*, in aliquo diſcreparet.

Quinqoe litteræ quas Cyprianus ioter motus à lapſis excitatos ſcripſerat, non ſolum Romaois, ſed etiam ad plurimos epiſcopos miſſæ fuerunt; jamque illi reſcripſerant Cypriano *ſe quoque in eodem conſilio ſecundum catholicam fidem ſtare*, cum Cyprianus Caldooio epiſcopo reſpondit. Conſuluerat eum Caldonius de nonnullis *qui poſteaquam ſacrificaverunt, iterato tenti, extorres ſunt facti*; inter quos erat mulier nomine Booa, quæ eum tracta eſſet à marito ad ſacrificandum, vel potius non ipſa ſacrificaſſet, ſed qui manus reluctaotis tenebant; quibus ipſa dicebat, *Non feci, vos feciſtis*, ipſa etiam facta eſt extorris. His pacem petentibus, quamvis non dubitaret Caldooius quin prius delictum abluiſſent, nihil tamen ſtatuere voluit, niſi Cypriani accederet auctoritas. Laudat Cyprianus illius prudentiam, ac reſpoodet ejuſmodi bomines *cum abluerint omne delictum, & maculam priſtinam, aſſiſtente ſibi Domino, potiore virtute deleverint, jacere ultra ſub diabolo quaſi proſtratos non debere*. Mitti Caldonio *librum cum epiſtolis numero quinque*. Hunc librum Fellus interpretatur ipſum faſciculum quioque litterarum; Rigaltius & Baluzius intelligunt librum de Lapſis; ſed is nondum erat compoſitus. Epiſtola Caldonii & reſponſio Cypriani decimum nooum & vigeſimum locum tenent in ordine Pamelii.

Sanare debuerant exulceratas mentes litteræ Cypriani, io quibus juſtam ſeveritatem lenitas temperabat; ſed Lucianus, incitantibus nefariis presbyteris, novum facinus edidit. Scripſit Cypriano omoium confeſſorum nomine *univer-*

Digitized by Google

univerſis eos pacem dediſſe, *& hanc formam per* Cyprianum *aliis epiſcopis innoteſcere velle*. Quod autem addebat, *de quibus ratio conſtiterit, quid poſt commiſſum egerint*, id ad invidiam Cypriano conflandam ſpectabat, ut ipſe obſervat ep. xxiii. Videtur etiam liberior quædam admonitio contineri his verbis: *Optamus te cum ſanctis martyribus pacem habere*. Ex hac Luciani epiſtola quæ eſt xvii. apud Pamelium, ortæ ſeditiones, & in provincia Cypriani *per aliquot civitates in præpoſitos impetus per multitudinem factus, & pacem confeſtim ſibi repræſentari coegerunt, territis & ſubactis præpoſitis* infirmioribus. In ipſa etiam eccleſia Carthaginenſi quidam turbulenti per hanc epiſtolam, veluti quibuſdam facibus accenſi plus exarſere, epiſt. xxiii. Scripſit ea de re Cyprianus ad clerum ſuum epiſtolam xviii. in qua docet ſtandum eſſe prioribus litteris ſuis; & quia dixerant confeſſores, *de quibus ratio apud te conſtiterit quid poſt commiſſum egerint*, inde concludit voluiſſe confeſſores ut lapſorum cauſæ examinarentur; ac perinique facere qui tempus ad eam rem expectare nolebant. Revera confeſſores, etſi rem ultra legem & modum perducebant; quia tamen Cyprianus excommunicationem minatus fuerat, ſi quis ſe inconſulto lapſis communionem daret; non auſi ſunt petere, ut ante eccleſiæ pacem, ante Cypriani judicium pax daretur. Hinc Lucianus in epiſtola ad Celerinum petit ut plures Romanæ eccleſiæ lapſi, qui ipſi fuerant commendati, ita pacem habeant, *cum Dominus cœperit ipſi eccleſiæ pacem dare, & expoſita cauſa apud epiſcopum*. Miſit etiam Cyprianus ad clerum ſuum Epiſtolam Caldonii, & quam ipſe Caldonio reſcripſerat.

In his rerum anguſtiis peropportune ſupervenerunt litteræ cleri Romani, tum etiam confeſſorum, non illæ quidem ad Cyprianum, (nondum enim accurate de illius rebus cognoverant) ſed primæ ad clerum Carthaginenſem, alteræ ad Carthaginenſes confeſſores. Scriptæ fuerunt antequam epiſtola xv. Cypriani Romam fuiſſet perlata. Neutra ad nos pervenit, ſed ex Cypriani epiſtola xxiii. diſcimus in illis *Evangelii plenum vigorem & diſciplinam robuſtam legis Dominicæ* viguiſſe, ac laboranti Cypriano & contra invidiæ impetum totis fidei viribus reſiſtenti plurimum præſidii attuliſſe. Eaſdem litteras commemorat clerus Romanus in epiſt. xxxi. dum ait ſe in ſuperioribus litteris ſententiam ſuam *dilucida expoſitione* protuliſſe adverſus Libellaticos, necnon etiam contra eos qui ſacrificaverant fidem ſuam conſenſumque monſtraſſe. Si juri ſuo & honori debito attentus fuiſſet Cyprianus, læſiſſent eum ejuſmodi litteræ ad clerum & confeſſores eo prætermiſſo ſcriptæ. Sed quidquid eccleſiæ proderat, gratum ei non potuit non accidere; ac ſtatim, ut in maximo beneficio, gratias egit clero Romano & confeſſoribus. At clerum quidem certiorem facit per epiſt. xxiii. tum de priſtinis Luciani factis, tum de noviſſimis motibus ab eo excitatis. Confeſſoribus autem per epiſt. xxv. gratulatur tum ob confeſſionis gloriam, tum etiam ob eximium diſciplinæ defendendæ ſtudium. Hæ litteræ xxiii. & xxv. per Saturum & Optatum perlatæ fuerunt, quorum primum Cyprianus lectorem, alterum hypodiaconum fecerat ad hoc munus litterarum perferendarum. Cum enim oporteret illum per clericos ſcribere, ſciret autem plurimos ex ſuis abſentes eſſe, paucos vero qui erant Carthagine, vix ad miniſterium quotidiani operis ſufficere; neceſſe habuit novos aliquos conſtituere qui mitterentur. Sex alias litteras per eoſdem clericos miſit ad clerum Romanum, nempe epiſtolas xvii. xviii. xix. & xx. de quibus jam locuti ſumus, ac præterea litteras Celerini ad Lucianum, & Luciani reſponſionem apud Pamel. xxi. & xxii. de quibus pauca dicemus.

XIII. *De Epiſtola Celerini ad Lucianum & reſponſo Luciani.*

Celerinus Carthaginenſis, cum Romæ verſaretur, ibique in carcerem pro Chriſto conjectus eximia conſtantiæ exempla edidiſſet, plurimum doloris traxit ex lapſu duarum mulierum, Numeriæ & Candidæ, quæ ſacrificaverant. Harum una, nempe, ut veriſimile eſt, Numeria, ipſius ſoror erat, ſeque ait pro illius factis *in hac die lætitiæ Paſchæ*, flentem die ac nocte in cilicio & cinere lacrymabundum dies exegiſſe & exigere uſque in hodiernum. Aliam præterea mulierem commemorat, Etecuſam nomine, quę non ſacrificaverat, ſed tamen aſcenderat uſque ad Tria Fata, & inde deſcenderat; dona enim numeraverat ne ſacrificaret. Harum *jam cauſa audita præceperunt eas præpoſiti tantiſper ſic eſſe donec epiſcopus conſtituatur*. Rogat ergo Lucianum Celerinus ut ceteris confeſſoribus referat & ab eis petat, *ut qui prior coronatus fuerit, iſtis ſororibus tale peccatum remittant*. Atque id petit non ſuo tantum nomine, ſed etiam ſexaginta quinque confeſſorum, ad quos Carthagine Romam venientes iſtæ mulieres *in portum deſcenderunt & in urbem levaverunt*, eiſque *miniſtraverunt & in omnibus foverunt*. Sperabat Celerinus *ſecundum earum pœnitentiam & opera* quæ penes confeſſores fecerant, *Chriſtum eis, martyribus petentibus, indulturum*. Liquet hanc epiſtolam diebus Paſchalibus ſcriptam eſſe, ex his verbis quæ Baluzius ex antiquis codicibus eruit, *In hac die lætitiæ Paſchæ*. Exiſtimant eruditi viri Celerinum ſcripſiſſe aliis etiam confeſſoribus; ſed videtur probabilius voluiſſe eum, ut hanc epiſtolam Lucianus aliis confeſſoribus legeret, ac ſibi communem eſſe cum illis exiſtimaret. Non enim aliud deſignant hæc Celerini verba: *Nam hoc ſcire debes, me & dominis meis fratribus tuis ſcripſiſſe litteras, quas peto pro illis ſic legere digneris*.

Neceſſe non erat Lucianum precibus fatigare, qui nullum in hoc genere modum tenebat. Itaque ſic reſpondet Celerino, ut lapſis mulieribus nihil eximium concedere videatur, ſed profuſo in univerſos lapſos beneficio eas comprehendere. Narrat enim univerſos confeſsores *ex compacto univerſis pacem* dimiſiſſe; ac Paulum martyrem, dum adhuc in corpore eſſet, ſibi dixiſſe: *Luciane, coram Chriſto tibi dico, ut ſi quis poſt arceſſitionem meam abs te pacem petierit, da in nomine meo*. Hinc pacem non iis tantum mulieribus concedit, quas Celerinus commendaverat, *ſed & quas ſcias*, inquit, *ad animum noſtrum pervenire*; id eſt, quarum cura ali-

qua tangimur. Simili utitur loquendi ratione A Trajanus in epiſt. xxviii. ad Plinium: *Pertinet ad animum meum*, inquit, *quali itinere in provinciam pervenias*. Sæviebat autem tunc, ut cum maxime, perſecutio. Narrat enim Lucianus ſe cum aliis confeſſoribus ab octo diebus iterato recluſum eſſe, ac ſperare martyrum, qui jam coronati fuerant, ſocium brevi cum aliis futurum. Hæc epiſtola in Annalibus Cyprianicis ſcripta dicitur *menſe majo jam affecto*, ſed prorſus mendoſe. Nam in ea Lucianus diſerte declarat univerſos confeſſores univerſis lapſis B pacem dediſse, quod tamen facinus non tentarunt, niſi poſt ſcriptam Cypriani epiſt. xv. ad Romanos, ut ipſe Cyprianus teſtatur in epiſt. xxiii.

In his Celerini & Luciani litteris commemoratur Saturninus confeſſor, quem nonnulli eumdem eſſe volunt cum Saturnino Carthaginenſi, quem Cyprianus teſtatur ep. xxiii. poſt tormenta adhuc in carcere poſitum nullos libellos dediſſe, cuique una cum Aurelio inſcripta erat epiſtola Romanorum confeſſorum. At profecto duo diſtinguendi ſunt Saturnini, Roma- C nus & Carthaginenſis. Nam Saturninus, cujus nomine Lucianum Celerinus ſalutat, jam ibi in *pœna angularum fortiter confeſſus* fuerat; id autem de Carthaginenſi Saturnino intelligi non poteſt. Nam cum hæc ſcriberet Celerinus in die lætitiæ Paſchæ, nondum Carthagine inflicta fuerant tormenta, vel ſaltem nondum hujus rei fama, nedum ipſe Saturninus poſt tormenta in carcerem reductus Romam pervenire potuerat. Hinc Celerinus ignorabat an Carthaginenſium confeſſorum aliqui jam paſſi aut co- D ronati fuiſſent. Deinde vero inter moleſtias Cypriano exhibitas a Luciano, ſupervenerunt litteræ confeſſorum Romanorum Saturnino & Aurelio inſcriptæ: Lucianus eodem tempore, id eſt, paulo poſt epiſtolam decimam quintam Cypriani, & conceſſam licenter lapſis univerſis pacem, reſpondet Celerino & Saturninum ſalutat. Neceſſe eſt ergo duos Saturninos diſtinguere. Ac Carthaginenſem quidem jam coronatum fuiſſe crediderim, cum litteræ confeſſorum Romanorum ipſi & Aurelio inſcriptæ venerunt. Quod enim ait Cyprianus eum poſt E tormenta adhuc in carcere conſtitutum nullos libellos dediſſe, videtur indicare eum non aliter e carcere, quam martyrio ſolutum fuiſſe. Similiter ait *Paulo*, cujus exceſſum commemorat, *adhuc in carcere poſito* Lucianum *nomine illius libellos manu ſua ſcriptos* dediſſe. Certe nondum ſoluti erant confeſſores e carcere, cum ſcriberet Cyprianus hanc epiſtolam xxiii. Corruptum in epiſtola Celerini inſignem locum conabor emendare. Sic legitur in editis: *Peto tamen, cariſſime, a Domino, ut ſi ante cruore il-* F *lo ſancto laveris, ſi prius paſſus fueris pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, quam litteræ meæ te in hoc mundo apprehendant, vel nunc ſi apprehenderint, mihi ad hæc reſcribas*. Deſudarunt editores in his verbis, nec quidquam explicare potuerunt. At in codice mſ. olim Baluzii, nunc bibliothecæ Regiæ ſic legitur: *Peto tamen, cariſſime, a Domino, ut ante cruore illo ſancto laveris pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, quam te litteræ meæ in hoc mundo apprehendant; vel nunc ſi apprehenderint, mihi ad hæc reſcribas*. Præclara ſane & digna martyre ſententia. Confirmat hanc lectionem codex Gratianopolitanus, qui habet: *Peto tamen, cariſſime, a Domino, ut a me cruore illo &c.*

XIV. *Scribit S. Cyprianus ad clerum de ordinatione Saturi & Optati. Variæ lapſorum ad S. Cyprianum litteræ. Clerus removet a communione ſua Gajum Diddenſem. Quo tempore litteræ* xxiii. *&* xxix. *ſcriptæ? De cleri Romani & confeſſorum litteris.*

Poſtquam Saturum & Optatum clericos conſtituit Cyprianus, eoſque Romam cum litteris miſit, ſcribit ad clerum ſuum epiſtolam xxiv. in qua rationem reddit, cur novos clericos inconſulto clero creaſſet; quamquam ne id quidem inconſulto clero factum eſſe demonſtrat; ſiquidem illos *jampridem*, inquit, *communi conſilio clero proximos feceramus, quando aut Saturo die Paſchæ ſemel atque iterum lectionem dedimus; aut modo cum presbyteris doctoribus lectores diligenter probaremus, Optatum inter lectores doctorem audientium conſtituimus, examinantes an congruerent illis omnia, quæ eſſe debeat in his qui ad clerum parabantur*. Sequentibus ſæculis non clero ſolum proximi, ſed etiam addicti erant & adſcripti qui ſemel & iterum legerant. Hinc Auguſtinus epiſt. lxiii. conſcientiam Severi implorat, *utrum homo, qui in eccleſia mea*, inquit, *diſpenſationi credita jam legere cœperat, & non ſemel, ſed iterum & tertio, non fuiſſe lector poſſit aut debeat judicari*. Decretum in concilio Milevitano an. 402. ut quicumque in Eccleſia vel ſemel legerit, ab alia eccleſia non teneatur.

Fatetur ſe neſcire Tillemontius quas litteras deſignet Cyprianus initio hujus epiſtolæ xxiv. ubi ſic loquitur: *Ne quid conſcientiam veſtram lateret, fratres cariſſimi, quid mihi ſcriptum ſit quidque ego reſcripſerim, utriuſque epiſtolæ vobis exemplum miſi, & credo vobis id quod reſcripſi non diſplicere*. Sed cum Cyprianus in epiſtola xxvii. quæ paulo poſt hanc vigeſimam quartam ſcripta eſt, teſtetur nuper ſibi ſcripſiſſe quoſdam *de lapſis humiles & mites, & trementes & metuentes Deum, & qui in Eccleſia ſemper glorioſe & granditer operati ſunt*, ſeque illis gratulatum eſſe ac Dominum dignatum eſſe *oſtendere quid ejuſmodi & tales ſervi de ejus benignitate mereantur*; libenter crediderim hanc lapſorum epiſtolam & Cypriani reſponſionem ſimul ad clerum Carthaginem miſſas eſſe cum epiſtola xxiv. Non eadem exſtitit in omnibus lapſis animi moderatio. Quidam enim ad Cyprianum ſcripſerunt, *pacem non dandam ſibi poſtulantes, ſed quaſi jam datam ſibi vendicantes*, epiſt. xxix. & quod Cypriani indignationem maxime commovit, ſic ſcribebant ut *Eccleſiæ nomine litteras facerent*. Scripſit ad eos Cyprianus epiſt. xxvii. ut eorum temeritatem reprimeret.

Circa idem tempus certiorem illum fecit clerus Carthaginenſis ſe ex conſilio epiſcoporum qui aderant, cum Gajo Diddenſi, ejuſque diacono communicandum non cenſuiſſe, quia communicaverant cum lapſis, eorumque oblationes obtulerant, & ab epiſcopis ſemel atque iterum moniti perſtiterant. Laudat Cyprianus cleri ſui conſtantiam, jubet ut epiſtolam quam ad eos ſcribebat (eſt autem vigeſima octava) epiſcopis legant,

A legant, ac ſi quis de presbyteris aut diaconibus ſuis, vel etiam de peregrinis communicare cum lapſis audeat, a communione ſua arceatur. Cum autem conſultus etiam à clero fuiſſet de Philumeno & Fortunato hypodiaconis & Favorino acolytho, qui, cum medio tempore diſceſſiſſent, nuper redierant, tempus hujus rei dijudicandæ nondum eſſe exiſtimavit, eo quod multi adhuc de clero abeſſent, ac ſingulorum tractanda eſſet & limanda penitus ratio non tantum cum collegis, ſed & cum plebe ipſa universa. Itaque ſtatuit ut *interim ſe a diviſio-* B *ne menſurna tantum contineant, non quaſi a miniſterio eccleſiaſtico privati eſſe videantur, ſed ut integris omnibus ad noſtrum*, inquit, *præſentiam differantur*. Tum Cyprianus his de rebus Romam ſcribit epiſtolam XXIX. per Fortunatum hypodiaconum, ſimulque mittit & lapſorum epiſtolam & reſponſum ſuum, & quas poſtea ad clerum reſcripſerat.

Sic autem inter ſe nexæ ſunt tres illæ litteræ, nempe XV. XXIII. XXIX. quas Romam miſit Cyprianus, ut pene continenter ſcriptæ vi- C deantur. Non dubium eſt quin epiſtola XXIII. per Saturum & Optatum miſſa ſit, antequam clerus Romanus reſpondiſſet epiſtolæ decimæ quintæ; ſiquidem utrique clerus Romanus eodem exemplo reſpondit. Quinetiam poſtrema, quæ per Fortunatum miſſa eſt, ante ſcripta videtur, quam Cyprianus litteras Romanorum accepiſſet. Nam proculdubio pro ſumma ſua humanitate gratias illis egiſſet, quod ſibi in moleſtiſſimis rebus tanto ſolatio exſtitiſſent. Deinde vero quemadmodum Cyprianus per Saturum & Optatum ſcribens dicebat: *Poſt factas* D *ad vos litteras ... aliud acceſſit, quod nec ipſum latere vos debuit*; ſic etiam in epiſtola per Fortunatum miſſa dixit: *Poſteaquam ad vos litteras feci, quas miſi per Saturum lectorem & Optatum hypodiaconum; fratres noſtri de quorumdam proſpecta temeritate, qui pœnitentiam agere & Deo ſatisfacere detrectant, litteras ad me fecerunt*. Quamobrem cum ſeſe proxime conſecutæ ſint ejuſmodi litteræ, immerito poſtremas rejicit Pearſonius in menſem Octobrem; neque enim tam ſero collocandæ ſunt, ut quæ ante accep- E tum epiſtolæ Julio ineunte ſcriptæ reſponſum miſſæ fuerint. Atqua ipſa etiam cleri Romani reſponſio nimis ſero collocari vidatur menſe Septembri. Multa enim concurrebant, cur cito Romani reſponderent: perturbatio eccleſiæ Carthaginenſis celerem medicinam poſtulabat: detrahenda erat Cypriano moleſtia, quam illi Romanorum ſilentium & iniquæ ſuſpiciones attulerant. Probabilius ergo eſt ipſo menſe Auguſto veniſſe præclariſſimas illas cleri Romani & confeſſorum litteras, quæ ſunt apud Pam. XXXI. & XXVI. ac tum epiſtolæ XV. quam F Cyprianus purgaudi ſui cauſa ſcripſerat, tum etiam illi, quam poſtea per Saturum & Optatum miſit, eximiam reſponſionem continent. Novatianus, ut perſpicitur ex epiſt. LII. Cypriani, part. 67. ſcripſit hanc epiſtolam XXXI. quacum clerus Romanus ſimul ad Cyprianum miſit litteras eccleſiæ Romanæ nomine in Siciliam ſcriptas.

Tantum ſolatii ex his cleri Romani & confeſſorum litteris percepit Cyprianus, eaſque omnibus adeo utiles fore judicavit, ut Saturo,

A qui eas videtur Roma retuliſſe, mandaverit, ut ſingulis deſiderantibus deſcribendi poteſtatem faceret. Illas etiam ad clerum ſuum miſit, cum iis quas Romam ipſe ſcripſerat; ſimul præcipiens (per epiſtolam XXXII.) ut & ſua ſcripta & illorum reſcripta fratribus innoteſcant; ſed & ſi qui de peregrinis epiſcopi vel presbyteri, vel diacones præſentes fuerint, vel ſupervenerint, hæc omnia audiant, & ſi exempla epiſtolarum tranſcribere & ad ſuos perferre voluerint, facultatem tranſcriptionis accipiant. Diſcimus ex epiſtola LII. Cypriani B has cleri Romani litteras per totum mundum miſſas fuiſſe, & in notitiam eccleſiis omnibus & univerſis fratribus perlatas fuiſſe. Hinc declarat in epiſt. XL. quæ ſcripta eſt initio anni 251. ſemel placuiſſe *tam nobis*, inquit, *quam confeſſoribus & clericis urbicis, item univerſis epiſcopis vel in noſtra provincia vel trans mare conſtitutis, ut nihil innovetur circa lapſorum cauſam, niſi omnes in unum convenerimus*, &c. Non multo poſt clerus Romanus in eamdem ſententiam reſpondit litteris Cypriani, quæ ſcriptæ qui- C dem, ut jam diximus, antequam Saturus rediiſſet, ſed tamen poſtquam ille Roma profectus fuerat, in hanc urbem à Fortunato ſubdiacono perlatæ, neceſſitatem clero Romano attulerunt iterum ſcribendi. Hæc epiſtola apud Pam. eſt trigeſima. Sub finem epiſtolæ gratias agunt Cypriano quod ſuo more de iis quæ ad Privatum Lambeſitanum ſpectant nuntiaverit. Declarant etiam ante illius litteras fraudem callidi hominis latere non potuiſſe. *Nam cum ante hac*, inquiunt, *quidam ex ipſius nequitiæ cohorte veniſſet vexillarius Privati Futurus & frau-* D *dulenter litteras a nobis elicere curaret, nec quis eſſet latuit, nec litteras quas volebat accepit*. Scripſerat ergo Cyprianus aliquam de hoc privato epiſtolam, de quo nihil prorſus exſtat in tribus litteris, quas commemoravimus: ſed hæc epiſtola cum multis aliis intercidit. Non dubium eſt quin hæ Romanorum epiſtolæ magno uſui Cypriano fuerint in his rerum difficultatibus; atque hæc forte cauſa exſtitit, cur in epiſtolis, quas reliquo hujus anni tempore ſcriptas recenſebimus, non iidem curarum acu- E lei Cyprianum pungere videantur, compreſſis videlicet ad tempus ſeditioſis & neſaria conſilia tacite intendentibus, quæ anno ſequenti ineunte perficere conati ſunt.

XV. *Perſecutio recrudeſcit: pax futura S. Cypriano revelatur. Res interim ab eo geſtæ & ſcriptæ anno 250. exeunte recenſentur.*

Circa menſem Octobrem ſcriptam conjicio epiſtolam XXXVII. in qua Cyprianus presbyteros & diaconos idem admonet, quod jam ſæ- F pe illos admonuerat, ut confeſſoribus in carcere conſtitutis omnis diligentia præbeatur, & dies, quibus in carcere excedunt, annotentur. Laudat diligentiam Tertulli presbyteri cum in confeſſoribus omni humanitatis officio juvandis, tum in diebus, quibus in carcere tranſeunt, ſibi ſignificandis. Hanc epiſtolam minus commode in maximo perſequutionis ardore a Tillemontio & aliis collocatam referre malui ad illud tempus, quo refrigeſcente perſecutione, & confeſſoribus magis in carcere quam

inter tormenta morientibus, ſperabat Cyprianus ſe cito ſacrificia, Domino protegente, cum elero ſuo celebraturum.

Scripta non multo poſt videtur epiſtola VIII. cum in viſione divinitus oblata Cyprianus audiiſſet: *Dic illi ſecurus ſit, quia pax ventura eſt. Sed quod interim morula eſt, ſuperſunt adhuc aliqui qui probentur*. Perſecutio adhuc gregem populabatur, ut ſtatim addit Cyprianus, & cum interdum mitior, interdum aſperior fuiſſet, videtur ſub ipſum finem, ut obſervat Tillemontius, violenter recruduiſſe. Quod enim ait Cyprianus tormenta veniſſe, dum confeſſores non tenent diſciplinam, non videtur res menſe Aprili aut Majo geſtas in memoriam revocare, ſed præſentem rerum ſtatum deſcribere, idque ex ejus verbis ſatis perſpicitur. *Quas autem plagas*, inquit, *quæ vulnera non meremur, quando nec confeſſores, qui exemplo ceteris ad bonos mores eſſe debuerant, teneant diſciplinam! Itaque dum quoſdam inſolenter extollit confeſſionis ſuæ tumida & inverecunda jactatio, tormenta venerunt. Hæc patimur delicto & merito noſtro*. Videtur ad hoc tempus referendum quod narrat Cyprianus in epiſt. xl. de quinque primoribus Carthaginis, *qui edicto nuper magiſtratibus fuerant copulati, ut fidem* Chriſtianorum *ſubruerent*. Non enim hic viſionem refert, ut nonnulli exiſtimarunt, ſed rem omnibus cognitam & teſtatam; nec difficile creditu eſt quinque urbis primores magiſtratui in edicto aliquo adverſus Chriſtianos aut promulgando aut exequendo adjunctos fuiſſe. Quod autem addit Cyprianus: *Eadem nunc ratio, eadem rurſus everſio per quinque presbyteros Feliciſſimo copulatos ad ruinam ſalutis inducitur*, id profecto non facinus presbyterorum viſione aliqua præſignificatum fuiſſe indicat, ſed potius idem Eccleſiæ ab illis periculum creari, quod ei antea a magiſtratibus & quinque urbis primoribus exſtiterat. Violentam fuiſſe perſecutionis concluſionem illud etiam argumento eſt, quod cum clerus Carthaginenſis integer hactenus & purus inter tanta malorum contagia fuiſſet, nonnullorum ruinas Cyprianus in litteris hoc anno exeunte ſcriptis, nempe VI. & XXXV. deploret. Eos autem qui lapſi ſunt ex presbyterio fuiſſe, non ex inferiorum clericorum numero, inde conjici poteſt, quod Cyprianus presbyterum Numidicum, quem Carthaginenſium presbyterorum numero adſcripſit, mirabiliter ſervatum fuiſſe dicat in epiſt. XXXV. ut *cum clero* Carthaginenſi *Dominus adjungeret & deſolatam per lapſum quorumdam presbyterorum copiam glorioſis ſacerdotibus adornaret*. At idem non dicit de Aurelio & Celerino glorioſis confeſſoribus, quos circa idem tempus lectores ordinavit. Presbyter ille Numidicus hortatu ſuo copioſum martyrum numerum lapidibus & flammis necatum ante ſe miſerat, uxorem lateri ſuo adhærentem concrematam ſimul cum ceteris lætus aſpexerat. Ipſe ſemiuſtulatus & lapidibus obrutus & pro mortuo derelictus a filia ſollicite inquirente inventus, & extractus & reſocillatus, remanſerat invitus. Hunc Cyprianus ad epiſcopatum promovere ſtatuerat, cum Carthaginem rediiſſet; ſed interim admonitus & inſtructus dignatione divina eum presbyterorum Carthaginenſium numero adſcrip-

A ſit, ac hujus lætitiæ nuntium ad presbyteros & diaconos & plebem perſcripſit, epiſt. XXXV.

Circa idem tempus duo eximii confeſſores a Cypriano & epiſcopis qui aderant ordinati ſunt lectores, Aurelius & Celerinus, prior quidem Aurelius, ac paucis poſt diebus Celerinus, quem Cyprianus Aurelio adjungere voluerat, ſed is honorem conſtanter recuſavit, ac tandem viſione noctu oblata coactus eſt cedere. De his ordinationibus Cyprianus presbyteros & diaconos, ac plebem univerſam certiores facit per epiſt. XXXIII. & XXXIV. B Hæc autem contigere inter prima pacis affulgentis gaudia, ut patet ex his Cypriani verbis de Aurelio, in ep. XXXIII. *Dominico legit interim nobis, id eſt, auſpicatus eſt pacem dum dedicat lectionem*. Erat Aurelius illuſtris adoleſcens, in annis adhuc novellus, ſed in virtutis ac fidei laude provectus: bis confeſſus fuerat, & coram magiſtratibus, qui eum exilio damnarunt, & coram Proconſule, cujus juſſu acerrime cruciatus eſt. Dubitat Cyprianus utrum in eo plus prædicet gloriam vulnerum; an verecundiam mo- C rum & eximiam humilitatem. Celerinus quoque graviſſimos cruciatus pertulerat, ac ipſum Decium, cujus ſub oculis torquebatur, virtutem ſuam laudare & admirari coegerat. Domeſtica illum exempla hortabantur; nam avia ejus Celerina, patruus & avunculus Laurentinus & Egnatius martyrii coronam reportaverant. Egregium illud par adoleſcentium Cyprianus non altius evexit, quam ad lectoris munus; ſed presbyterii honorem jam tum illis deſignavit, *ut & ſportulis iiſdem cum presbyteris* D honorarentur, *& diviſiones menſurnas æquatis quantitatibus* partirentur.

Celerinus Roma in Africam adveniens, cum ſe ad Cyprianum contuliſſet, demonſtravit ei quanti illum facerent, quantumque diligerent Romani confeſſores. Hanc cauſam habuit Cyprianus ſcribendæ ad illos epiſtolæ XVI. in qua quidem ſic deſcribit quatuor anni tempeſtates, quas in carcere confeſſores traduxerant, ut non dubium ſit, quin hæc epiſtola hoc anno 250. exacto aut ſaltem exeunte ſcripta ſit. Poſtquam morula, quam prædixerat Cyprianus, E effluxit, initium aliquod pacis deguſtavit eccleſia Carthaginenſis, ac confeſſores e carcere ſoluti ſunt. Horum maxima pars confeſſionis gloriam optimis moribus tuebatur; ſed nonnulli tantæ laudi dedecores fuerunt, quibus Cyprianus ebrietatem & laſciviam, arrogantiam, contentionem & promiſcua cum mulieribus cubilia exprobrat in epiſtola VII. Idem etiam tangit in epiſtola VI. quam circa idem tempus, cum adhuc invitus in ſeceſſu teneretur, ad presbyteros & diaconos ſcripſit, ut eis pauperum & maxime confeſſorum curam com- F mendaret. Quamvis enim confeſſores dimiſſi fuiſſent, nondum tamen plena & firma pax illuxerat. Quamobrem Cyprianus, etſi Carthaginem mente & animo ferebatur, tum ut ſuos viſeret, tum ut res eccleſiæ componeret, tamen obſequi coactus eſt ſapienti presbyteri Tertulli conſilio, qui auctor ei fuerat, ne in eum locum, ubi toties poſtulatus fuerat, tam cito proditet. Nondum extorres redeundi licentiam impetraverant, & cum nonnullos tranquillior rerum ſtatus invitaſſet, ut

injuſſi

injuſſi redirent ; vehementer eos reprehendit Cyprianus in eadem epiſtola VII. Quinetiam paulo ante feſtum Paſchæ adhuc orabat *pacem pleniſſimam prius matri , tum filiis ejus* , ep. XL.

XVI. *Vicarios pro ſe mittit Cyprianus . Mina Feliciſſimi .*

Dum Cyprianus in ſeceſſu moratur , ne auctor eſſet rumpendæ pacis , qui conſulere omnibus debebat ; interim ſcribit ad presbyteros & diaconos ſuos epiſtolam XXXVI. in qua ait ſe ad eos venturum , quando ſcripſerint *rebus compoſitis* ipſum *venire debere* , *aut ſi ante dignatus fuerit Dominus oſtendere* . Deinde hortatur ut *viduarum & infirmorum & omnium pauperum curam diligenter* habeant , *ſed & peregrinis , ſi qui indigentes fuerint* , *ſumptus* ſuggerant *de quantitate mea propria* , inquit , *quam apud Rogatianum compresbyterum noſtrum dimiſi , quæ quantitas ne forte jam univerſa erogata ſit , miſi eidem per Naricum acolythum aliam portionem ut largius & promptius circa laborantes fiat operatio* . Obſervat Tillemontius videri ex his verbis Cyprianum , cum Carthagine diſcederet , pecuniæ ſummam apud Rogatianum reliquiſſe. In quo quidem plurimis ſe difficultatibus implicari fatetur. Nam primo Rogatianus ante ſeceſſum Cypriani confeſſus eſt ; ſic enim exiſtimat vir eruditus . Deinde vero etiamſi prius diſceſſiſſet Cyprianus ; cum Rogatianus tamdiu in carcere jacuerit , non videtur pecuniæ ſumma in tuto apud eum fuiſſe. Denique cum hæc epiſtola XXXVI. anno 250. exeunte, aut 251. ineunte ſcripta ſit , cur dubitat Cyprianus , an pecunia , quam tanto ante dederat , univerſa erogata fuerit ? His incommodis permotus Tillemontius pro his verbis , *apud Rogatianum dimiſi* , legendum conjicit , *ad Rogatianum miſi* ; ſed neceſſe non videtur immutare contextum. Neque enim hæc verba neceſſario demonſtrant Cyprianum Carthagine diſcedentem Rogatiano pecuniam commiſiſſe ; ſed ſignificare poſſunt S. Martyrem , cum ad eum in ſeceſſu latentem propria ipſius quantitas mitti ſoleret , noluiſſe ut hæc pecuniæ ſumma de more ad ſe perferretur , eamque apud Rogatianum reliquiſſe . Porro cum parum temporis effluxiſſet ex quo Rogatianus ac ceteri confeſſores e carcere exierant , non immerito dubitabat Cyprianus an univerſa hæc pecunia eſſet erogata .

Præter Rogatianum duos epiſcopos Caldonium & Herculanum ac presbyterum Numidicum pro ſe vicarios miſerat Cyprianus , ut expungerent *neceſſitates fratrum ſumptibus , ſi qui etiam vellent ſuas artes exercere , additamento quantum ſatis eſſet , deſideria eorum* juvarent ; *ſimul etiam & ætates eorum & conditiones & merita* diſcernerent , ut omnes optime noſſet Cyprianus , *& dignos quoſque & humiles & mites ad eccleſiaſticæ adminiſtrationis officia* promoveret . Sed cum epiſcopi illi & presbyteri mandata Cypriani faceſſerent , ſupervenit Feliciſſimus , vir projecta temeritate & ſumma audacia , ac interceſſit *ne quis poſſet expungi , neve ea quæ* deſideraverat Cyprianus , *poſſent diligenti examinatione diſcerni ; comminatus etiam fratribus , qui primi expungi acceſſerant , potentatu improbo & terrore violento , quod ſecum in morte non communicarent* . Poſtea proripuit ſe *cum plurimis ducem ſe factionis & ſeditionis principem temerario furore conteſtans* . Certior factus his de rebus Cyprianus a Caldonio & Herculano epiſcopis & Rogatiano ac Numidico presbyteris , ſcripſit ad eos epiſtolam XXXVIII. in qua Feliciſſimum excommunicat , tum ob nefarium ſchiſma , tum quod *ad fraudes ejus & rapinas , quas* , inquit , *dilucida veritate cognovimus , adulterii etiam crimen accedit , quod fratres noſtri graves viri deprehendiſſe ſe nuntiaverunt , & probaturos ſeſe aſſeverarunt* . Augendo autem qui ſe Feliciſſimo ſociaverat , idem minatur Cyprianus ſi ultra cum eo perſeveraverit. Non facile explicatur quid ſibi vellet Feliciſſimus cum *potentatu improbo & terrore violento* minaretur ſecum in morte non communicaturos , qui Cypriano obtemperaſſent . Pro eo quod Baluzius poſuit *in morte* , veterum codicum auctoritate nixus , habent aliæ editiones *in monte* , ſed ſive legatur *in monte* , ſive *in morte* ; an intentata ab ejuſmodi homine excommunicatio violentum terrorem incutere potuit? Nonne tunc potius terruiſſet , ſi minatus eſſet ſeſe catholicos coacturum , ut ſecum communicarent? An hominibus epiſcopo ſuo affixis & Feliciſſimum deteſtantibus grave incommodum videri potuit , communione hominis nequiſſimi carere? Equidem quantum in re perobſcura conjicere poſſum , ſuſpicor Feliciſſimum non excommunicationem ſolum , ſed etiam mortem ipſam minatum eſſe , ita ut ſecum in morte , quam intentabat , non communicaturos diceret , qui Cypriano obtemperaſſent . Cum Cornelius territus fuiſſe videretur *minis parricidalibus* Feliciſſimi , declarat Cyprianus in ep. LV. ſua nihil intereſſe , *aut a quo aut quando* perimatur , *mortis & ſanguinis præmium de Domino recepturus* . Quod ſi in Cornelium & Cyprianum parricidales minæ Feliciſſimi proruperunt ; quis miretur plebeculam ejuſmodi minis ab eo exterritam fuiſſe

Cypriano diligenter paruerunt epiſcopi & presbyteri , quorum vicaria opera abſens utebatur , & Feliciſſimum ejuſque præcipuos ſectatores excommunicarunt , ut patet ex epiſtola inter Cyprianicas XXXIX. quæ tamen non tam videtur eſſe epiſtola , quam libellus excommunicationis publice propoſitus .

XVII. *Schiſma Feliciſſimi anno 251. ineunte . Novatus unus ex quinque ſchiſmaticis presbyteris . De ep. XL. Cypriani .*

Non eſt operæ pretium refellere quæ de Feliciſſimi ſacerdotio minus belle opinatus eſt Baronius . Hunc enim laicum fuiſſe , cum ſchiſma conflavit , teſtis eſt locuples Cyprianus ; qui Novatum illi diaconatum iiſdem machinationibus , quibus & Novatiano epiſcopatum , conciliaſſe declarat : *Ipſe eſt* , inquit ep. XLIX. *qui Feliciſſimum ſatellitem ſuum diaconum , nec permittente me , nec ſciente , ſua factione & ambitione conſtituit* . . . . *Qui iſtic adverſus Eccleſiam diaconum fecerat , illic epiſcopum conſtituit* . Porro hæc ordinatio fieri non potuit niſi poſt apertum ſchiſma ; nec ulla prorſus ratione eam Pearſonius ante ſchiſma collocat ; cum Cyprianus ,

Digitized by Google

nus, ut obſervat Tillemontius, hoc facinus non recenſeat inter ſcelera Feliciſſimi in epiſt. XXXVIII. Ipſe etiam Novatus, etſi fax erat illius incendii, ſuam tamen nequitiam initio ſchiſmatis obſcure ſerebat, nec ſeſe cum Feliciſſimo palam & aperte conjungebat. Quod ſi id auſus ſuiſſet, eamdem ſubiiſſet excommunicationem, ac alii Feliciſſimi ſectatores. Nec citius anno 251. ineunte, nec ſerius collocari poteſt hoc ſchiſma. Nam, ut demonſtrat Tillemontius adverſus Pearſonium, qui illud refert ad annum 250. nullum prorſus exſtat ſchiſmatis veſtigium in epiſtolis anno 250. ſcriptis; nec hujus rei nuntium ullum Cyprianus acceperat, cum ſcriberet epiſtolam XXXVI. quæ ſchiſmaticis erumpendi occaſionem dedit. Neque etiam ſerius ab Eccleſia deſecit Feliciſſimus; nam quinque presbyteri, qui circa Paſcha ſeſe nudarunt, jam illius partes aliquandiu occulte foverant.

Statuerat Cyprianus Paſcha hujus anni 251. in eccleſia ſua celebrare: pungebat enim illum *exilium jam bieanii, & a vultibus atque oculis* ſuorum *lugubris ſeparatio, dolor jugis & gemitus qui eum ſolum continua lamentatione diſcruciabat, lacrymæ diebus ac noctibus profluentes, quod ſacerdoti necdum complexibus* ſuorum *inhærere* contingeret, epiſt. XL. Sed huic dolori, quem ſpes maturi reditus leniebat, cumulus acceſſit quinque presbyterorum perfidia, qui in apertum ſchiſma, quod dudum improbis animis parturiebant, tandem ante Paſcha hujus anni eruperunt, & Cyprianum minis & inſidiis ſuis eo redegerunt, ut redire ante Paſcha non auderet, ne ipſo adveniente, *tumultus illic major oriretur, & cum paci & tranquillitati epiſcopus providere in omnibus debeat, ipſe materiam ſeditioni dediſſe & perſequutionem denuo exacerbaſſe videretur*, ibid.

Quinque illi presbyteri cum jam antea conjuraſsent contra epiſcopatum Cypriani, confeſſores nonnullos a debita epiſcopo reverentia avocaſsent & in vitia impegiſsent prorſus inhoneſta, palam *ſe ad lapſorum perniciem venenata ſua deceptione verterunt*, eoſque *a medela vulneris ſui* avocarunt, & *intermiſſis precibus & orationibus, quibus Dominus longa* & *continua ſatisfactione placandus, ad exitioſam temeritatem mendacio captioſæ pacis* invitarunt. His etiam Cyprianus Feliciſſimi ſchiſma, ut occultis auctoribus attribuit. Quamvis tot mala ab ejuſmodi hominibus orta eſsent, non optabat tamen Cyprianus, ut ſe ultro ejicerent, ſed ſententiam, quam illius indulgentia effugerant, de ſe ipſi tulerunt, & *de Dei providentia*, hoc nec volente nec optante Cypriano, imo & ignoſcente & tacente, *pœnas quas meruerant rependerunt*, ibid. Miror ſane Novatum in Annalibus Cyprianicis ex numero quinque presbyterorum eximi, cum Cyprianus de eo in epiſt. XLIX. ſic loquatur: *Idem eſt Novatus qui apud nos primum diſcordiæ & ſchiſmatis incendium ſeminavit, qui quoſdam iſtic ex fratribus ab epiſcopo ſegregavit, qui in ipſa perſecutione ad evertendas fratrum mentes alia quædam perſecutio noſtris fuit. Ipſe eſt qui Feliciſſimum ſatellitem ſuum diaconum, nec permittente me nec ſciente, ſua factione & ambitione conſtituit*, &c. Erat etiam ex eodem numero, ut teſtatur Cyprianus in epiſt. LV. Fortunatus, quem ſchiſmatici pſeudoepiſcopum Carthaginenſem poſtea crearunt. Duo alii non improbabiliter in eumdem numerum veniunt Donatus & Gordius, de quibus agitur in epiſt. VI. ac forte etiam quinto loco Gajus Diddenſis, quem Cyprianus a communione ſua removet per epiſtolam XXVIII. Quatuor presbyteri Donatus & Fortunatus, Novatus & Gordius ſcripſerant ad Cyprianum paulo ante ſchiſma Feliciſſimi; qua de re ſcripſerint non indicat Cyprianus; ſed declarat ſe illis reſcribere ſolum non potuiſſe; quando a primordio epiſcopatus ſtatuerat nihil ſine conſilio cleri & ſine conſenſu plebis ſua privatim ſententia gerere, epiſt. VI.

Poſtquam de quinque presbyterorum ſcelere didicit Cyprianus, ſcripſit univerſæ plebi epiſtolam XL. in qua ſchiſmaticorum nequitiam nativis coloribus deſcribit, unitatem Eccleſiæ demonſtrat, & ſtantes & lapſos hortatur; iſtos quidem ut comparatam in perſecutione laudem tueantur, hos vero ut *in ſecunda hac tentatione ſpei & paci ſuæ fideliter* conſulant: tandem declarat perſecutionis noviſſimam hanc eſſe & extremam tentationem, *quæ & ipſa cito*, inquit, *Domino protegente tranſibit, ut repræſenter vobis poſt Paſchæ diem cum collegis meis*. Obſervat Tillemontius ſcripſiſſe etiam ea de re Cyprianum ad clerum, ſed epiſtolam ad nos non perveniſſe. Commemorat enim Cyprianus in epiſt. XLII. litteras ad clerum & ad plebem de Feliciſſimo ac de ejus presbyterio a ſe ſcriptas, quæ & ordinationem & rationem rei geſtæ loquebantur.

XVIII. *Redit Cyprianus perſecutione ſopita, & cum collegis deliberat de cauſa lapſorum; ſed ante concilium ſcribit librum de Lapſis.*

Pax divinitus promiſsa cum eccleſiæ Africanæ tandem aliquando affulſiſset, prodiit poſt Paſcha Cyprianus e ſeceſſu, in quo annum jam & quatuor circiter menſes latebat. Perſecutionem ſopitam tunc fuiſſe ait in epiſt. LII. omnino ſedatam fuiſse non dicit. Revera quamdiu vixit Decius, ejus crudelitas ſemper metuenda fuit Chriſtianis. Hinc Cornelius papa, menſe Junio electus, ſedebat *intrepidus*, teſte Cypriano epiſt. LII. pag. 69. *Romæ in ſacerdotali cathedra, eo tempore, cum tyrannus infeſtus ſacerdotibus Dei fanda adque infanda comminaretur.* Non videtur ergo hanc pacem alia res conciliaſſe, quam injectus Decio metus a Lucio Priſco, qui cum Macedoniæ præeſſet, imperium occupaverat in hac provincia, & vires ſuas cum Gothis adverſus Decium conjunxerat. Redeunti Cypriano lætiſſimum ſpectaculum fuit, & plurimos confeſsores, in quibus & feminæ & virgines & pueri enitebant, & ceteram ſtantium multitudinem, quibus nihil tanti fuerat, ut imperatoris edictis parerent, in eccleſia congregatos intueri. Sed cum ſollicitudine diſtringebant lapſi, non illi quidem qui vere & ex animo pœnitentiam amplexi fuerant, (nam iſtis mirum in modum gratulatus fuerat; eique oſtenderat Dominus *quid ejuſmodi & tales ſervi de ejus benignitate mereantur*) ſed qui ſe apoſtatis & perfidis junxerant, aut peccatum ſuum furto quodam abſcondere, aut cognitum pœniten-

pitentiæ legibus ſubducere tentabant. Paulo poſt reditum Cypriani multa Deus exempla in eos conſtituit qui cum peccata ſacerdotibus confeſſi non fuiſſent, ad communionem accedere auſi fuerant. *Multi quotidie pœnitentiam non agentes, nec delicti ſui conſcientiam confitentes, immundis ſpiritibus* adimplebantur, *multi uſque ad inſaniam mentis excordes dementiæ furore* quatiebantur. Multæ aliæ iracundiæ divinæ oſtenſiones in ejuſmodi homines, ut diſcimus ex libro de Lapſis, tum vigente perſecutione, tum etiam poſt Cypriani reditum editæ fuerunt; a quibus immunem non fuiſſe narrat puellam quamdam, quam a nutrice ad ſimulacra deductam imprudens & inſciens hujus rei mater ſacrificante Cypriano in eccleſiam intulerat.

Promiſerat Cyprianus ſa de lapſorum cauſa, ſtatim ac rediiſſet, cum collegis ſuis inita ſubductaque ratione judicaturum: *ut præpoſiti cum clero convenientes, præſente ſtantium plebe, quibus & ipſis pro fide & timore ſuo honor habendus, diſponere omnia conſilii communis religione* poſsent, epiſt. XIV. Non defuit promiſſis; ſed videtur, antequam concilium haberetur, librum de Lapſis ſcripſiſse, ut lapſorum animos ad concilii decreta, ut par erat, ſuſcipienda præpararet. Hunc tamen librum Pearſonius poſt Decii mortem, auctor obſervationum in bibliothecam Dupini poſt concilium Carthaginanſe compoſitum exiſtimant. Negat utrumque Tillemontius graviſſimis de cauſis. Ac primo quidem hoc argumento utitur adverſus Pearſonium, quod cum Romani confeſsores eodem menſe, quo cæſus eſt Decius, in Eccleſiam redierint, liber iſte de Lapſis, qui ad eos ante reditum in Eccleſiam ſimul cum libro de Unitate Eccleſiæ miſsus eſt, poſt mortem Decii rejici non poſſit. Repugnat enim ut in unum & eumdem menſem tot inſignes eventus conjiciantur, cædes Decii, nuntius hujus rei in omnes provincias, pax Eccleſiæ, duo libri a Cypriano ſcripti & Romam miſſi, ac confeſsorum reditus in Eccleſiam his libris perlectis. Pearſonium moverunt quæ initio libri leguntur: *Ope atque ultione divina ſecuritas noſtra reparata eſt*. Ex quibus concludit jam tum Decium vexatæ religionis Chriſtianæ pœnas dediſse. Obſervat Tillemontius Decium Lucii Priſci defectione & Gothorum progreſſibus ſic impeditum fuiſſe, ut jam tum Deus ſanguinem Chriſtianorum manifeſte ulciſceretur, & pacem in eccleſia ſaltem Africana conſtitueret. Verum indignum exiſtimat Cypriano, ut qui pro imperatore quotidie precabatur, in illius calamitate exultaret. Quare hæc verba aut a Cypriano poſt Decii mortem addita, aut ad Proconſulis ſupplicium, aut alium quemvis eventum referenda ſuſpicatur. Sed non video cur Cypriani verba de ipſo Decio nondum imperio & vita ſpoliato, ſed jam oppugnato interpretari metuamus. Nihil vetabat quominus Cyprianus, etſi pro imperatore quotidie precabatur, illius tamen calamitatem ex ultione divina repeteret; cum præſertim ipſum Decium non appellet, nec in eum quidquam dicat aſperius. Mortuo Decio longe vehementior fuit, ut videre eſt in epiſtola ad Antonianum, ubi tyrannum illum vocat, ejuſque crudelitatem depingit; adeo ut quod una vo-

A cula in libro de Lapſis contentus fuit, eaque tam leni, id argumento eſſe debeat Decium adhuc regnaſſe.

Non difficilius probatur librum de Lapſis ante concilium Carthaginenſe ſcriptum fuiſſe. Concilii decreta nuſquam in hoc libro memorantur. Libellaticis conceſsa pax in concilio. At non ſolum Libellaticos Cyprianus in hoc libro, ſed eos etiam *qui de hoc vel cogitaverunt*, hortatur ut non ceſſent in *agenda pœnitentia atque in Domini miſericordia deprecanda, ne quod minus eſſe in qualitate delicti videtur, in neglecta* B *ſatisfactione cumuletur*. Scriptum eſse librum inter primam redditæ pacis gaudia ex initio patet. *Pax ecce, dilectiſſimi fratres, Eccleſiæ reddita eſt, & quod difficile nuper incredulis, & perfidis impoſſibile videbatur, ope atque ultione divina ſecuritas noſtra reparata eſt .... exoptatus votis omnium dies venit .... Confeſſores præconio boni nominis claros & virtutis ac fidei laudibus glorioſos lætis conſpectibus intuemur, ſanctis oſculis adhærentes, deſideratos diu inexplebili cupiditate complectimur. Adeſt militum Chriſti cohors candi-* C *da*, &c. Videtur ergo liber de Lapſis viam ſtraviſse concilio Carthaginenſi, quod paulo poſt reditum Cypriani habitum eſt. Menſe Majo hujus anni 251. collocatur à Pearſouio, idque eum verbis Cypriani quadrat. *Secundum quod tamen ante fuerat deſtinatum*, inquit epiſt. LII. pag. 67. *perſecutione ſopita, cum data eſſet facultas in unum conveniendi, copioſus epiſcoporum numerus, quos integros & incolumes fides ſua & Domini tutela protexit, in unum convenimus*. Adfuiſse preſbyteros & diaconos patet ex epiſt. LV. Quod D ait Cyprianus in eadem epiſt. LII. & in epiſt. LV. epiſcopos ſcripſiſse ad Cornelium & de lapſis *participara invicem conſilio* ſtatutum fuiſse; id prima ſpecie videtur concilium ſerius habitum probare; nam Coruelius menſe Junio electus eſt, nec ſtatim litteras accepit ab epiſcopis Africanis, qui non ad eum aliquandiu, ſed ad ipſius eccleſiam litteras ſuas mittebant, donec legati, quos Romam miſerant, certum de diſſenſione ibi exorta nuntium referrent. Sed ut obſervat Tillemontius, fieri potuit ut ex epiſcopis qui concilio interfuerant, multi adhuc E Carthagine verſarentur, cum de legitima Cornelii electione conſtitit; qni cum ad Cornelium ſuo & aliorum nomine ſcripſerint, non immerito viſi ſunt conjunctis cum Cornelio conſiliis ſtatuiſse quidquid de lapſis ſtatuerunt. Hæc autem verba ex epiſtola LV. *concilio frequenter acta* ſic poſt Pearſonium interpretatur Tillemontius, quaſi concilium ſæpe repetitum fuerit, ita ut quibuſdam epiſcopis Carthagine abeuntibus, quibuſdam ſuccedentibus continuatum quodammodo videri poſset.

Præcipua concilii deliberatio in lapſorum cau- F ſis dijudicandis verſata eſt; & cum ſumma eſſet circumſtantiarum varietas, omnia ſingulari prudentia, tamquam aurificis ſtatera, examinata ſunt. Alii enim nefando ſacrificio, alii ſolis libellis contaminati, vel etiam crimen ſola cogitatione ſuſceperant. Non æquandi erant, ait Cyprianus epiſt. LII. pag. 70. *ille qui ad ſacrificium nefandum ſtatim voluntate proſilivit, & qui reluctatus & congreſſus diu ad hoc funeſtum opus neceſſitate pervenit: ille qui & ſe & omnes ſuos prodidit, & qui ipſe pro cunctis ad diſcri-*

men

men accedens uxorem & liberos & domum totam periculi ſui perfunctione protexit ; ille qui inquilinos vel amicos ſuos ad facinus compulit , & qui inquilinis & colonis pepercit , fratres etiam plurimos , qui extorres & profugi recedebant , in ſua tecta & hoſpitia recepit , oſtendens & offerens Domino multas animas viventes & incolumes , quæ pro una ſaucia deprecentur . Alii denique ſerius lapſi fuerant , alii citius ; alii ad pœnitentiam ſtatim confugerant , alii nimia libellorum a martyribus acceptorum fiducia hoc remedium effugere conati fuerant . Itaque examinatæ ſunt in concilio Carthaginenſi *cauſæ & voluntates & neceſſitates ſingulorum , & in libello ſingulorum placita conſcripta ſunt* , ibid. Hunc libellum nnn abſimilem fuiſſe eannnibus pœnitentialibus merito obſervavit Baronius , nec ulla prorſus ratione librum de Lapſis intelligit editor Oxnnienſis in nntis ad hunc locum . Videri poſſunt quæ de concilii decretis in præſatinne diximus .

Suſpicatur Tillemontius decretum in eodem concilio fuiſſe , ut ſi qua inſtaret perſecutio , lapſis ante præſcriptum tempus communio daretur . In hanc illum ſuſpicionem induxerunt hæc Cypriani verba ex epiſt. LII. pag. 71. *Nec ad pœnitentiam quis a nobis compelli poteſt* , inquit , *ſi pœnitentiæ fructus ſubtrahatur . Si prælium prius venerit , corroboratus a nobis invenietur armatus ad prælum . Si vero ante prelium infirmitas urſerit , cum ſolatio pacis & communicationis abſcedit* . Sed hnjus loci ea videtur eſſe ſententia , ſpem pacis poſt pœnitentiam conſequendæ id habere commodi , ut lapſorum animos erigat , & ad acrius pugnandum , ſi qua redierit occaſio , cnrroboret ; quia ut pauln ante dixerat Cyprianus , *ad fidem & virtutem de pœnitentia robur armatur ; quod armari non poterit ſi quis deſperatione deficiat , ſi ab eccleſia dure & crudeliter ſegregatus ad gentiles ſe vias & ſecularia opera convertat , vel ad hæreticos & ſchiſmaticos rejectus ab eccleſia tranſeat* . Præterea ſi decretum in hoc concilio fuiſſet , ut lapſis urgente perſecutione communio daretur ; non id nmiſiſſent Cypriannus & alii epiſcopi in epiſt. LIV. in qua quod decreverant de lapſis nb inſtantem perſecutionem in eccleſiam colligendis , id Cornelio approbare nnn conantur ex concilii prinris auctoritate ; ſed *Spiritu ſancto ſuggerente* ita ſe ſtatuiſſe declarant . Memorat Cyprianus in epiſtola LV. aliud de epiſcopis lapſis ejuſdem concilii decretum ; ejuſmodi homines ad pœnitentiam *quidem agendam poſſe admitti , ab ordinatione autem cleri , atque ſacerdotali honore prohiberi* . Prodiit coram epiſcopis in concilin congregatis Feliciſſimus cum presbyteris ipſi affixis , ut perſpicitur ex epiſt. XLII. ſed eos auditos epiſcopi condemnarunt & abſtinuerunt . *Sed & Jovinus & Maximus* epiſcopi , *ob neſanda ſacrificia & crimina in ſe probata , ſententia novem epiſcoporum condemnati , iterato in concilio abſtenti* ſunt , ait Cyprianus in epiſt. LV. pag. 84.

Quemadmodum in hoc concilin *non conſenſione* tantum epiſcoporum *ſed & comminatione* , ut ait Cyprianus epiſt. LV. pag. 85. decretum eſt , *ut pœnitentiam non agentibus nemo temere pacem daret* ; ita juſtis martyrum petitionibus aliquid honoris cauſa , ut ferebat eccleſiæ conſuetudo , delatum fuiſſe crediderim . Nam in libro de Lap-

A ſis , quem Cyprianus in epiſt. LI. nuper legiſſe ſe Carthagine teſtatur , unde etiam nonnulli in ipſo concilin lectum fuiſſe colligunt ; in hoc , inquam , libro ut nimiam martyrum nnnnullnrum *in remittendis paſſim donandiſque peccatis* licentiam refellit Cyprianus ; ita eorum mandatis aliquid fatetur poſſe cnncedi , *ſi juſta , ſi licita , ſi non contra ipſum Dominum a Dei ſacerdote facienda , ſi obtemperantis facilis & prona conſenſio , ſi petentis fuerit religioſa moderatio* , pag. 187. Fatetur etiam pag. 193. Deum in acceptum referre poſſe quidquid pro veris pœnitentibus *& petierint martyres & fecerint ſacerdotes* .
B Quare veriſimile eſt Mappalico martyri , qui matrem ſuam atque , ut in nnnnullis editionibus legitur , ſororem domeſtica pietate commotus commendaverat , aliquid conceſſum fuiſſe , & aliis etiam qui Lucianum imitati nnn fuerant , ſed , ut præcipit Cyprianus epiſt. XI. diligenter inſpexerat *& actum & opera & merita ſingulorum , ipſorum quoque delictorum genera & qualitates* ; & quos ipſi nnverant , *quorum pœnitentiam ſatisfactioni proximam* conſpiciebant , eos
C nnminatim libelln deſignaverant .

XIX. *Prudentia ſancti Cypriani in comprimendo ſchiſmate Novatiani , & confirmando epiſcopatu S. Cornelii .*

Defuncto graviſſimis mnleſtiis Cypriann , quas ei nonnullorum martyrum intemperans indulgentia & impia ſchiſmaticnrum temeritas exhibuerant , nnvæ difficultates ſupervenerunt , exorta Romæ diſſenſinne ac Nnvatiani hæreſi aditum in varias eccleſias tentante . Pnſt Fabia-
D num , qui die 20. Januarii anno 25n. martyr obiit , epiſcopo caruerat eccleſia Romana , nec paſtnris eligendi locum reliquerat Decii crudelitas . Sed tandem tyranno abſente , imperio in urbe Julio Valenti delato , cum tempus commodiſſimum oblatum eſſet , electus eſt *de clericorum pene omnium teſtimonio , de plebis quæ tunc adſuit ſuffragio & de ſacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio* S. Cnrnelius , vir nmni laude cumulatus , de qun quanta judicia fecerit Cyprianus ex pluribus illius epiſtolis perſpi-
E citur , præſertim ex epiſt. LII. Cnnſtat hanc electionem factam fuiſſe poſt Paſcha hujus anni 251. ſi quidem Cyprianus , qui Carthaginem elapſis diebus feſtis rediit , concilium habebat cum collegis , cum hujus electionis nuntius allatus eſt . Quinetiam uſque ad diem quartum Junii electin differenda eſt , ſi Pearſonii conjecturas ſequamur , quæ probabiles Tillemontio viſæ ſunt . Nam cum ex duobus pontificalibus , alter a Bucherio promulgatus Cornelium duos annos , tres menſes & decem dies ſediſſe dicat ,
F alter a Bollandn editus unnm S. Pnntifici annum , duos menſes & tres dies attribuat ; Pearſonius ex utroque excerpens quæ convenire viſa ſunt , & quæ minus quadrabant emendans , Cornelium ſediſſe annum unum , tres menſes & decem dies exiſtimat , ſicque electionem refert ad diem quartum Junii anni 251. nt eam cum ipſius morte conciliet , quam idibus Sept. anno 252. contigiſſe multis magniſque indiciis patet .

Novatus qui in Africa *primum diſcordiæ & ſchiſmatis incendium ſeminaverat* , ut ait Cyprianus

Digitized by Google

nus in epiſt. XLIX. *Romam quoque ad evertendam Eccleſiam navigans ſimilia illic & paria molitus eſt*. Dedit ſe Novatiano, eique ſuas artes & ſecundum ingenium dicavit. Novatianus hoc adminiſtro confiſus quinque presbyteros, nonnullos confeſſores ac partem plebis ad uſus ſuos adjunxit, ac Cornelii interceſſit electioni, variis illum criminibus accuſans, in his quod libello ſeſe contaminaſſet. Cum utraque pars ſcripſiſſet in Africam, Cyprianus & plurimi alii epiſcopi qui ad cum venerant, rem tanti momenti omni animi proviſione tractandam intellexerunt. Itaque Cyprianus præcepit ut clero & plebi legerentur litteræ Cornelii *quæ religioſam ſimplicitatem ſonabant*, illiuſque *epiſcopatus ordinationem ſingulorum auribus intimavit*; quæ vero *ex diverſo* adverſus Cornelium ejuſque presbyteros in *librum* Carthaginem *tranſmiſſum congeſta fuerant acerbationibus crimino ſis*, ea penitus reſpuit epiſt. XLII. ſed tamen cum epiſcopis compluribus qui in unum convenerant, ſtatuit ut *legatis coepiſcopis Caldonio & Fortunato* Romam *miſſis*, *omnia interim integra ſuſpenderentur, donec iidem collegæ rebus illic aut ad pacem redactis, aut pro veritate compertis redirent*. Non iguorabant epiſcopi Africani ſatis fuiſſe ex vateri more, ut ſe Cornelius epiſcopum factum per litteras nuntiaret; ſed ut illius adverſariis omnem perturbandæ Eccleſiæ cauſam præcluderent, litteras epiſcoporum, a quibus ordinatus fuerat, deſiderarunt, & lagatos miſerunt qui has litteras referrent, & totam rem diligenter exploratam narrarent, ut *tum demum ſcrupulo omni de ſingulorum pectoribus excuſſo, per omnes omnino* in Africa *poſitos* epiſcopos *litteræ fierent*, & Cornelium *univerſi collegæ*, illiuſque *communicationem*, id eſt, *catholicæ Eccleſiæ unitatem pariter & caritatem probarent firmiter ac tenerent*, epiſt. XLV. Hæc autem a Cypriano ea mente ejuſque collegis proviſa eſſe, ut Cornelii electionem ſtabilirent, non quod eam in ſuſpicionem vocarent, inde etiam perſpicitur, quod Cyprianus *ſingulis navigantibus, ne cum ſcandalo ullo navigarent rationem reddebat*, eoſque hortabatur *ut Eccleſiæ catholicæ radicem ac matricem agnoſcerent ac tenerent*, id eſt, cum Cornelio communicarent. Sed tamen litteræ ad presbyteros & diaconos, non ad Cornelium dirigebantur; & cum Cyprianus ac Cerealis Hadrumetum ante reditum legatorum veniſſent, ac presbyteros & diaconos illius civitatis, abſente Polycarpo epiſcopo, docuiſſent quid in concilio decretum fuiſſet; ipſi quoque quod & ceteri obſervare cœperunt, & litteras presbyteris & diaconis Romanis inſcripſerunt, quamvis antea ad ipſum Cornelium Polycarpi nomine litteræ dirigerentur, ibid.

Antequam redirent legati, venerunt Carthaginem miſſi a Novatiano Maximus presbyter & Augendus diaconus, & Machæus quidam & Longinus: cumque ex litteris quas ſecum ferebant, & ex eorum ſermone atque aſſeveratione Novatianum epiſcopum factum Cyprianus ejuſque collegæ comperiſſent; a communione eos ſtatim cohibendos eſſe cenſuerunt, refutatis interim ac retuſis quæ obſtinate ac pertinaciter aſſerere tentabant.

Poſtquam reverſi ſunt legati cum litteris epiſcoporum qui ordinationi Cornelii interfuerant; ſupervenerunt Roma duo alii epiſcopi Africani, Pompejus & Stephanus, qui cum totam rem oculis ſuis vidiſſent, *ipſi quoque ad inſtruendos* epiſcopos Africanos *manifeſta ſecundum gravitatem ac fidem ſuam indicia ac teſtimonia protulerunt*, epiſt. XLI. Duos illos epiſcopos Romam miſſos fuiſſe exiſtimat Pearſonius, ut electioni epiſcopi Romani intereſſent; ſed, ut obſervat Tillemontius, præterquam quod nullum exſtat exemplum ejuſmodi legationum, nec de futura electione Africani quidquam videntur cognoviſſe; certe ſi legati Romam ad hoc munus miſſi fuiſſent, neceſſe non fuiſſet Caldonium & Fortunatum poſtea mittere, ſed commodius multo fuiſſet iſtorum, qui totam rem oculis ſuis exploraverant, reditum exſpectare. Hos tamen Caldonius & Fortunatus occuparunt. Adeo verum eſt non a collegis miſſos fuiſse, ſed aut perſecutione ſæviente fugiſſe, aut negotiorum cauſa Romam profectos eſſe. Horum teſtimonio cum legatorum narratione & litteris collegarum Cornelii conſentiente, ſic de legitima iſtius ordinatione apud omnes conſtitit; ut *nec neceſſe fuerit ultra audiri eos qui a Novatiano venerant miſſi*, ibid.

XX. *Quo tempore erupit ſchiſma Novatiani?*

Sed non parvi intereſt ad rerum a Cypriano geſtarum ordinem, quo tempore ſchiſma conflaverit Novatianus, quo tempore ordinationem ſuſceperit inquirere. Opinati ſunt Valeſius & Pearſonius eadem ſchiſmatis initia fuiſſe ac anni 251. Tillemontius ante ordinationem Cornelii id contigiſse negat. Magni eſt momenti in utraque ſententia teſtimonium Cornelii in epiſtola ad Fabium Antiochenum, ubi S. pontifex teſtatur S. Moyſem martyrem, dum adhuc in vivis eſset, Novatiano & quinque presbyteris communionem denegaſse. Unde cum inter utroſque conveniat S. Moyſem ſic egiſse cum Novatiano palam & aperte ſchiſmatico, Valeſius & Pearſonius concludunt ſchiſma cum anno 251. incœpiſse, quia S. Moyſes initio hujus anni in carcere obiit, ut eſt in vetuſto Bucherii Pontificum catalogo: Tillemontius vero cum certo teneat ſchiſma ante ordinationem Cornelii non erupiſse, mortem Moyſis, quem Cornelius nuper martyrio perfunctum fuiſse dicit, in menſem Novembrem rejicit ejuſdem anni 251. Sic mediam inter utroſque viam inibo, ut ex utraque ſententia aliquid aſsumam, aliquid etiam refellam. Etſi enim ſchiſma ante Cornelii ordinationem erupiſse non credam, videtur tamen multo ante occultis molitionibus informatum & præparatum, ita ut neceſſitatem non afferat S. Moyſis martyrii cum Tillemontio differendi; nec mors S. Moyſis ſchiſma ad initium anni 251. cum Valeſio & Pearſonio referre cogat.

Neceſsariis rationibus pugnat Tillemontius, nullum Romæ ſchiſma ante Cornelii ordinationem exſtitiſse. 1.° S. Pacianus epiſt. II. pag. 56. & 60. & auctor libri ad Novatianum hæreticum declarant Novatianum concepta ex Cornelii epiſcopatu invidia in ſchiſma impulſum fuiſse. 2.° Novatum, qui ſchiſma Carthagine conflabat menſe Martio aut ſaltem Februario, perabſurde Pearſonius menſe Janua-

rio, Valeſius Februario Romam transferunt. Denique repugnat ut ſchiſma Romæ exortum eccleſia Africana tamdiu ignoraverit, nec ante ad ſedandam diſſenſionem miſerit legatos, quam de Cornelii electione certior facta fuiſset. Difficile eſt profecto his rationibus non aſsentiri.

Verum nec Tillemontio nec ipſius adverſariis favet Cornelii teſtimonium, ſed potius probat S. Moyſem in Novatiano non apertum ſchiſma, ſed occultas machinationes multis improbe factis conjunctas condamnaſse. Sic loquitur S. pontifex apud Euſeb. lib. 6. cap. 43. ὃν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος μάρτυς, ὁ παρ' ἡμῖν ἔναγχος μαρτυρήσας καλήν τινα καὶ θαυμασίαν μαρτυρίαν, ἔτι ὢν ἐν κόσμῳ, κατιδὼν αὐτοῦ τὴν θρασύτητα καὶ τὴν ἀπόνοιαν, ἀκοινώνητον ἐποίησε σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποσχίσασιν ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας. *Quem etiam* (Novatianum) *Moſes*, inquit, *beatiſſimus martyr, qui nuper apud nos egregio & admirando martyrio perfunctus eſt, dum adhuc in vivis eſſet, audaciam ejus ac furorem perſpectum habens a communione ſua ſeparavit cum quinque presbyteris, qui ſe pariter cum illo ab Eccleſiæ corpore abruperant.* Fruſtra vir eruditus ex his verbis, *nuper martyrio functus*, rem ante unum aut alterum menſem contigiſse colligit, cum ejuſmodi loquendi ratio his quæ ante decem menſes vel etiam ante annum contigerunt, aptari poſſit. His autem verbis, *cum quinque presbyteris, qui ſe pariter cum illo ab Eccleſiæ corpore abruperant*, fateor negatam apertis ſchiſmaticis communionem indicari. Sed Græcæ voces ſic optime redduntur: *cum quinque presbyteris, qui ſe pariter cum illo ab Eccleſia abruperunt.* Sic autem interpretando non videtur ſchiſma præceſſiſse negatam a Moyſe communionem, ſed potius ſubſecutum eſse.

Multa in eodem teſtimonio hanc interpretationem confirmant. 1°. Factum Moyſis ſic narrat Cornelius, ſic ejus teſtimonio utitur, ut & laudem ei tribuat, quæ ipſi communis non ſit cum omnibus, & Novatiano ignominiam non levem inurat. Porro nec ſancto martyri magna laus fuiſſet homines aperto ſchiſmate implicatos, & tot epiſcopis, tot presbyteris ac plebi pene univerſæ deteſtatos ad communionem ſuam non admittere; nec ipſis ſchiſmaticis totius orbis communione excluſis magnum opprobrium fuiſſet unius martyris amiſſa communio. Deinde vero cum Novatianus ſchiſmaticos conventus cum ſuis ageret, an tunc eum cum S. Moyſe communicare voluiſſe & repulſam tuliſſe dicemus? Non videtur aptum ad eam rem tempus fuiſſe. 2°. Non dicit Cornelius communionem Novatiano negatam fuiſſe ob apertum ſchiſma, ſed quod ejus audaciam & furorem perſpiceret Moyſes. Satis multa improbe fecerat Novatianus, ut cum eo ſic ageret Moyſes, in primis quod in perſecutione a diaconis monitus ut fratribus ſuccurreret, non jam amplius presbyterum ſe eſſe velle dixerat. Hæc illa fuit audacia Novatiani, hic furor; ad quem cum accederet nefaria conſiliorum conjunctio cum quinque presbyteris; non difficile fuit S. Moyſi quid ad Eccleſiæ perniciem meditarentur proſpicere; nec mirum ſi cum eis communicare noluit. 3°. Si communionem manifeſtis ſchiſmaticis S. Moyſes denegaſſet, non ſolum quinque presbyteros, ſed etiam confeſſores qui Novatiano ſeſe dederant, eadem ſententia notaſſet. Nam quatuor confeſſores *de carcere prodeuntes ſchiſmaticus & hæreticus error exceperat*, ut ait Cyprianus ep. LI. eoſque *ſibi ab initio ſociaverat* Novatianus, teſte Cornelio apud Euſeb. lib. 6. cap. 43. In hos Novatiani gregales idem eſſe debuit, qui in quinque presbyteros erat. Sed tamen quinque tantum presbyteris communionem negat. Quod argumento eſt eum in Novatiano non apertum ſchiſma, non manifeſtum cum Cornelio & omnibus epiſcopis Cornelio adhærentibus bellum condemnaſſe, ſed nefarias molitiones, & inita cum quinque presbyteris Eccleſiæ perturbandæ conſilia, quæ pluribus Novatiani vitiis addita, Moyſem deterruerunt, quominus cum eo communicaret. 4°. Martyrium Moyſis non videtur menſe Novembri, ut exiſtimat Tillemontius, ſed potius ante ordinationem Cornelii contigiſſe. Conſtat martyres e carcere ſolutos fuiſſe, cum Cornelius ordinatus eſt. Cur ergo ſolus Moyſes particeps illius pacis non fuiſſet, quæ tam diu negatam eligendi epiſcopi copiam fecit? Deinde vero Moyſes non in carcere obiit, ut eſt in Bucherii catalogo, ſed ſanguinem pro Chriſto profudit, ut demonſtrat Tillemontius ex verbis Cornelii, qui eum præclaro & admirando martyrio perfunctum declarat. Porro ab ordinatione Cornelii uſque ad menſem Novembrem, non videtur Chriſtianorum ſanguis Romæ fuſus fuiſſe. Sedebat intrepidus Cornelius *Romæ in ſacerdotali cathedra eo tempore, cum tyrannus infeſtus ſacerdotibus Dei fanda atque infanda comminaretur, cum multo patientius & tolerabilius audiret levari adverſus ſe æmulum principem, quam Romæ conſtitui Dei ſacerdotem*, ait Cyprianus epiſt. LII. pag. 69. Quamobrem aut Decius per totum illud tempus crudelitatis ſuæ ſatiatatem capere non potuit, aut id in reditum ſuum differebat. Cum ergo Cornelius evaſerit, cui tamen potiſſimum infenſus erat Decius, non videtur Moyſes præclaro & admirando martyrio perfunctus menſe Novembri, ſed potius menſe Januario, ut eſt in vetuſto Bucherii catalogo, vel certe ante finem perſecutionis, ante ordinationem Cornelii & apertum ſchiſma Novatiani.

XXI. *Quo tempore ordinatus Novatianus?*

De ordinatione Novatiani non una eſt criticorum ſententia. Pearſonius ipſo menſe Junio ordinatum fuiſſe Novatianum putat, ejuſque legatos Julio ineunte Carthaginem veniſſe: Tillemontius id contigiſſe contendit poſt comprobatam univerſæ Africæ judicio ordinationem Cornelii. Non leves rationes perſuadent facinus admiſſum fuiſſe, antequam Africa ordinationem Cornelii teſtimoniis ſuis confirmaret. Sed antequam id probare incipiam, obiter obſervabo Pearſonium in his, quæ ad Cornelii ordinationem ſpectant, diſpenſandis minus accurate verſari. Ait enim *menſe Junio jam affecto Cyprianum accepiſſe Cornelii & collegarum litteras.* Sed ex his quæ jam diximus ac deinceps dicemus, perſpicitur epiſcopos Afros acceptis Cornelii litteris deſideraſſe ipſius collegarum litteras, ac tum demum ad firmandam

dam Cornelii ordinationem incubuiſſe, cum A has collegarum litteras legati retulerunt. Cum autem ordinatus fuerit menſe Junio Cornelius; legati poſt acceptum hujus rei nuntium ab Afris miſſi, redire menſe Junio cum litteris non potuerunt.

Quod autem ſpectat ad ordinationem Novatiani; facile probatur adverſus Tillemontium hoc ſcelus commiſſum fuiſſe paulo poſt ordinationem Cornelii, ac forte etiam ipſo menſe Junio exeunte, ut viſum eſt Pearſonio. Nam legati a Novatiano miſſi in Africam venerunt, B antequam Roma rediiſſent Caldonius & Fortunatus, quos epiſcopi Africani in hanc urbem ad pacandas diſſenſiones miſerant. Res eſt in promtu ex epiſtola XLI. ubi narrat Cyprianus legatos Novatiani, ſtatim atque Carthaginem venerunt & Novatianum epiſcopum factum nuntiarunt, a communione prohibitos fuiſſe, *refutatis interim ac retuſis quæ obſtinate ac pertinaciter aſſerere tentabant*. Deinde hæc addit: *Nam & ego & collegæ plurimi qui ad me convenerant, exſpectavimus adventum collegarum noſtrorum Caldonii & Fortunati, (quos ad te nu-* C *per & coepiſcopos noſtros, qui ordinationi tuæ affuerant, legatos miſeramus) ut eis adventantibus & rei geſtæ veritatem reportantibus, majore auctoritate & lucida per eos probatione, partis adverſæ improbitas frangeretur*. Liquet ergo Novatiani legatos reditum Africanorum præſulum celeritate ſuperaſſe; eoſque interim communione prohibitos fuiſſe, dum legatorum reditus exſpectatur. Qui poſtquam redierunt, iiſque ſupervenerunt duo alii epiſcopi Pompejus & Stephanus, qui Cornelii ordinationi interfue- D rant; tum vero & litteris Italorum epiſcoporum quas legati attulerant, & Pompeii & Stephani teſtimoniis ſic illuſtrata & confirmata res eſt, *ut nec neceſſe fuerit audiri ultra eos qui a Novatiano venerant miſſi*. Similiter in epiſtola XLII. narrat Cyprianus epiſcopos Africanos, poſtquam diverſa pars epiſcopum ſibi conſtituit, acceptis litteris tam Cornelii, quam collegarum, *item adventantibus bonis viris, Pompejo & Stephano, a quibus hæc omnia cum lætitia communi aſſerta ſunt firmiter & probata*, tum demum litteras ad Cornelium direxiſſe. Ergo E Novatiani legati ante Carthaginem miſſi ſunt, quam Caldonius & Fortunatus Roma profecti fuiſſent, vel forte etiam antequam Romam perveniſſent. Nam ſi res oculis ſuis vidiſſent, cur litteris tantum quas attulerunt, ac non potius eorum quoque teſtimonio niteretur Cyprianus, quemadmodum Pompeii & Stephani teſtimonio nititur? Præterea teſtatur Cyprianus in ep. XLI. ſe *ex litteris, quas ſecum ferebant* legati Novatiani *& ex eorum ſermone atque aſſeveratione, Novatianum epiſcopum factum* com- F periſſe. Unde patet primum hujus rei nuntium a legatis Novatiani allatum fuiſſe, nec quemquam in Africa horrendum ſcelus ante eorum adventum ſuſpicatum fuiſſe. Ex quo etiam confirmatur quod jam diximus eos adveniſſe non ſolum ante Pompejum & Stephanum *a quibus hæc omnia aſſerta & probata*, nempe epiſcopum conſtitutum eſſe a ſeditioſis *contra ſacramentum ſemel traditum divinæ diſpoſitionis & catholicæ unitatis*; ſed etiam ante Caldonium & Fortunatum. Nam in litteris quas Caldonius & Fortunatus a Cornelio, ejuſque collegis attulerunt, ſcripta erant, ut teſtatur Cornelius ep. XLVI. multa quæ præceſſerant a confeſſoribus Novatiano adhærentibus deſignata, quæque redeuntes ad Eccleſiam non ſine lacrimis confeſſi ſunt, in his *circumventos commiſiſſe ſe ſchiſmatica & hæreſis auctores fuiſſe, ut paterentur ei* (Novatiano) *manus quaſi in epiſcopum imponi*. At ſi ejuſmodi litteræ adventum legatorum Novatiani occupaſſent, non ex his legatis Cyprianus & alii epiſcopi primum epiſcopatus a Novatiano arrepti nuntium accepiſſent.

Non poteſt ergo defendi ſententia Tillemontii, nec ulla prorſus ratione accuratiſſimus ſcriptor ordinationem Novatiani poſt reditum legatorum Africæ collocat. Illud autem multo improbabilius, quod Eccleſiam, ſaltem Africanam in comprobando Cornelii epiſcopatu jam conſenſiſſe ait, cum Novatianus ordinatus eſt. Hæc Africanæ eccleſiæ conſenſio tum demum enituit, cum epiſcopi a Cypriano ejuſque collegis, qui Carthagine aderant, de tota re admoniti litteras ad Cornelium ſcripſerunt. Sed antequam Cyprianus epiſcopos Africanos de rebus Romanæ eccleſiæ certiores faceret, Primitivum presbyterum Romam miſit cum epiſtola XLI. ut quomodo excepti eſſent Carthagine legati Novatiani nuntiaret. De ſuis enim in univerſam Africam litteris non loquitur niſi in epiſtola XLII. per Mettium hypodiaconum, & Nicephorum acolythum, qui Primitivum ſubſecuti ſunt, perlata. *Sed & per provinciam noſtram*, inquit, *hæc eadem collegis ſingulis in notitiam perferentes, ab his quoque fratres noſtros cum litteris dirigendos eſſe mandavimus*. Tum cum autem Africani epiſcopi a Cypriano admoniti ſcriberent ad Cornelium, jam redierat Primitivus presbyter cum litteris Cornelii, quibus reſpondens Cyprianus ait ep. XLV. *Placuit ut per omnes omnino iſtic poſitos litteræ fierent, ſicuti fiunt*, &c. Igitur ab ordinatione Novatiani ad conſenſum Africæ in comprobando epiſcopatu Cornelii multa interceſſerunt, adventus legatorum Novatiani, reditus legatorum Africæ, itus & reditus Primitivi presbyteri.

Nititur 1°. Tillemontius his Cypriani verbis ex ep. LII. *Quo* (Petri loco) *occupato de Dei voluntate, atque omnium noſtrum conſenſione firmato, quiſquis jam epiſcopus fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt*. Unde concludit jam ab omnibus epiſcopis aut ſaltem ab Africanis jura Cornelii fuiſſe firmata, cum Novatianus ordinatus eſt. Sed minus animadvertit doctiſſimus criticus Cyprianum loqui de eo rerum ſtatu qui tum erat. Cum enim conſenſus univerſi orbis ad defenſionem Cornelii conſpiraret, nec tamen conatibus ſuis deſiſteret Novatianus, merito Cyprianus hunc illi conſenſum opponit, atque hoc argumento non tam illius ordinationem, quam obſtinatum in illa retinenda animum oppugnat. Hinc in eadem epiſtola LII. de Novatiani ordinatione loquens hoc tantum ei objicit, quod *epiſcopo in Eccleſia a ſexdecim epiſcopis facto adulter atque extraneus epiſcopus fieri a deſertoribus per ambitum* conatus ſit. Similiter legatis Novatiani non totius orbis conſenſum objiciebat Cyprianus, ſed teſtimonium collegarum a quibus ordinatus fuerat Cornelius,

lius, litteris a Caldonio & Fortunato allatis conſignatum, ut perſpicitur ex ep. XLI.

Quærit 2°. Tillemontius cur ordinatio Novatiani ſtatim ab Africanis rejecta ſit *ut illicita* & *contra Eccleſiam facta*, ejuſque legati communione prohibiti, ſi nondum ordinatinnem Cornelii epiſcopi Africani comprobaverant. Sed facilis & expedita reſponſio. Nam Cyprianus, ut modo vidimus, numquam dubitavit quin legitima eſſet ordinatio Cornelii; ſed acceptis ex utraque parte litteris omnia ad reditum legatorum integra ſervari voluit, ut nullum diſcordiæ locum relinqueret. Quare minime mirum, ſi maxima indignatione commotus eſt, ſtatim atque de neſaria Novatiani ordinatione cognovit.

3°. Exiſtimat Tillemontius ex epiſtola LXVII. colligi poſſe Novatianum, cum in Africam legatos miſit, jam Eccleſiæ hoſtem judicatum fuiſſe, aut ſaltem Cornelium jam tum in univerſa Africa pro legitimo Romæ epiſcopo habitum fuiſſe. At nihil ejuſmodi legere eſt in epiſtola LXVII. Ait quidem Cyprianus Novatianum olim hoſtem Eccleſiæ judicatum, & cum in Africam legatos miſiſſet, hinc a concilio plurimorum ſacerdotum ſententiam retuliſſe. Addit eum nuper retuſum & refutatum & per totum orbem a ſacerdotibus Dei abſtentum. At ei non exprobrat quod ordinatus fuerit, cum jam Cornelii epiſcopatus totius orbis auctoritate confirmatus eſſet; ſed quod *Cornelio in catholica Eccleſia de Dei judicio, & cleri ac populi ſuffragio ordinato profanum altare erigere & adulteram cathedram collocare, & ſacrilega contra verum ſacerdotem ſacrificia offerre tentaverit*.

4°. Denique obſervat Tillemontius Antonianum, ad quem ſcripſit Cyprianus epiſtolam LII. jam ex conſilio Cypriani amplexum fuiſſe communionem Cornelii, antequam litteris Novatiani commotus iniquas de Cornelio ac Cypriano ſuſpiciones acciperet. Verum hoc Antoniani exemplo ſententia Tillemontii prorſus evertitur. Scripſerat enim Antonianus ad Cyprianum non ſolum ſe *cum Cornelio unum tenere conſenſum; ſed* etiam *cum Novatiano non communicare*. Simul ergo & Cornelii ordinatinnem comprobavit, & Novatianum illius æmulum rejecit. Quod autem Novatiani litteras ſerius videtur legiſſe, poſtquam videlicet hortatu Cypriani jam ſuam cum Cornelio communionem declaraverat, id facile conciliatur. Nam legati Novatiani cum Carthagine rejecti fuiſſent, oppidatim per civitates diſcurrere cœperunt; ac proinde fieri potuit, ut tardius ad Antonianum venirent. Præterea aliam poſtea legationem aliaſque litteras miſit Novatianus, de quibus Cyprianum loqui non repugnat.

XXII. *Ordo rerum a ſancto Cypriano geſtarum in cauſa Cornelii.*

Sic ergn totam hanc rerum geſtarum ſeriem texere poſſumus. Statim atque legatorum reditu veritas tanta luce circumfluxit, ut iterum Novatiani legatos audiri neceſſe non eſſet; ſcripſit Romam Cyprianus per Primitivum presbyterum, cui in mandatis dederat, ut Cornelio narraret, quæ in epiſtolam congerere lon-

A gius fuiſſet. Hæc eſt quadrageſima prima epiſtola apud Pameſium. Scribunt deinde epiſcopi, qui Carthagine aderant ad alios univerſæ Africæ epiſcopos, eoſque de Cornelii rebus & Novatiani ſchiſmate certiores faciunt, ac fratres cum litteris Romam dirigendos eſſe mandant. Quod autem alios hortabantur, id ipſi in primis perfecerunt, ac communiter ſcripſerunt ad Cornelium. Vix dubium eſt quin ipſæ illæ ſint litteræ Cypriani ejuſque collegarum, in quibus teſtatur Euſebius lib. 6. cap. 43. decretum fuiſſe ut lapſis ſubveniretur ac
B neſariæ hæreſis auctor ab Eccleſia ejiceretur. Erant in iiſdem litteris multa de Feliciſſimo, ejuſque ſociis, de quibus quid ſenſiſſent epiſcopi, illis auditis, quidque pronuntiaſſent, Cornelio narrabant. Utræque illæ concilii & ad epiſcopos Africanos, & ad Cornelium litteræ commemorantur a Cypriano in ep. XLII. per Mettium hypodiaconum & Nicephorum acolythum miſſa. Per eoſdem clericos miſit Cyprianus exempla litterarum, quas a ſe de Feliciſſimo ejuſque presbyterio ad clerum &
C plebem Carthaginenſem ſcriptas, jam antea per Caldonium & Fortunatum ad Cornelium miſerat. Hortatur Cornelium ut eas fratribus legi jubeat. Miſſa eſt hæc epiſtola XLII. antequam rediiſſet Primitivus presbyter: nondum enim didicerat Cyprianus ex litteris quas ille attulit moleſtum accidiſſe Cornelio, quod auctor Adrumetinis fuiſſet, ne ad Cornelium nominatim, ſed ad eccleſiam Romanam ſcriberent. Suſpicans tamen aliquid Cyprianus ac metuens ne qua offenſio mentem Cornelii ſub-
D jiſſet, demonſtrat in eadem epiſtola XLII. ſe pacis & unitatis ſtudio adductum fuiſſe, ut omnia integra ſervarentur, dum litteræ ab epiſcopis Italiæ venirent.

Præter hanc epiſtolam XLII. alia brevior Mettio commiſſa eſt ad Cornelium quæ eſt XLIII. Certiorem illum facit Cyprianus ſe ad confeſſores ſchiſmaticos ſcripſiſſe, ſed mandaſſe Mettio ut has litteras Cornelio legeret, nec eas redderet, niſi Cornelius reddendas eſſe judicaret. Non veriſimile eſt Mettium a Cypriano bis miſſum fuiſſe Romam, ſemel quidem cum
E Nicephoro ad epiſtolam XLII. iterum ad quadrageſimam tertiam de confeſſoribus ſchiſmaticis perferendam. Hoc, inquam, veriſimile non fit; nam Nicephorus, quem cum Mettio probabile eſt rediiſſe, nuntium Cypriano de reditu confeſſorum optatiſſimum attulit. Sed cur Cyprianus duas ſimul ad Cornelium litteras dedit? Rem ſolvit Tillemontius. Cum probe ſciret Cyprianus litteras ſuas Romæ publice legi ſolere, prudenter breviori epiſtolæ commiſit, quæ in vulgus efferri nolebat. Præ-
F ter epiſtolam ad confeſſores, quæ eſt XLIV. mittebat illis Cyprianus libros ſuos de Lapſis & de Unitate Eccleſiæ. Ex quo facilis eſt conjectura hunc librum de Unitate Eccleſiæ circa hoc tempus ſcriptum fuiſſe; idque confirmatur Pontii teſtimonio, qui eum ſtatim poſt librum de Lapſis recenſet.

Antequam has litteras acciperet Cornelius, ſcripſit Cypriano per Primitivum presbyterum, ac ſibi diſplicuiſſe ſignificavit conſilium Adrumetinis a Cypriano datum. Reſpondet ei Cyprianus per epiſtolam XLV. quæ tum ſcripta eſt,

eſt, cum undique Africani epiſcopi Romam ſcriberent, ut ſe Cornelio adhærere teſtarentur. In rebus tanti momenti nec Cyprianum, nec clericos quos Romam mittebat veriſimile eſt ceſſaſſe; nec videtur multum effluxiſſe temporis inter illas epiſtolas XLI. XLII. XLV. Scripta eſt enim quadrageſima prima per Primitivum presbyterum, paulo poſt reditum legatorum: quadrageſima ſecunda paulo poſt litteras concilii ad Cornelium, ante reditum Primitivi, antequam ex variis Africæ provinciis ad Cornelium ſcriberetur, quod tunc fiebat, cum allatis a Primitivo litteris Cyprianus per epiſtolam XLV. reſponderet.

XXIII. *Novi conatus Novatiani. Reditus confeſſorum Romanorum in Eccleſiam hortatu Cypriani; id ante concilium Romanum anni 251. contigiſſe oſtenditur.*

Cum Maximus, Longinus & Machæus Novatiani legati a Cypriano ejuſque collegis expulſi fuiſſent, alios in Africam miſit Novatianus, nempe Nicoſtratum & Novatum, & Evariſtum & Primum & Dionyſium. Cyprianum ea de re monuit Cornelius litteris per Augendum confeſſorem miſſis quæ non exſtant. Non multo poſt alia occaſione oblata, iterum per Nicephorum acolythum ſcripſit ad Cyprianum epiſtolam inter Cyprianicas XLVIII. in qua rogat ut ipſius opera omnibus coepiſcopis & fratribus innoteſcat Nicoſtratum multorum criminum reum, & non ſolum patronæ ſuæ carnali, cujus rationes geſſit, fraudes & rapinas feciſſe, verum etiam eccleſiæ depoſita non modica abſtuliſſe: Evariſtum vero auctorem ſchiſmatis fuiſſe, & ſucceſſorem plebi cui ante præfuerat, Zetum in locum ejus epiſcopum eſſe conſtitutum. Poſtridie quam venerant legati Novatiani, ſupervenit Nicephorus acolythus cum litteris Cornelii, ex quibus Cyprianus didicit & alios epiſcopos docuit quæ ad Nicoſtratum & Evariſtum attinebant. Poſtea gratias egit Cornelio per epiſtolam XLIX.

Sed idem Nicephorus alias litteras multo lætiores attulit; quibus Cyprianum Cornelius de reditu quatuor confeſſorum Maximi, Urbani, Sidonii & Macharii certiorem faciebat. Cum quidam fratres nuntiaſſent confeſſores ad ſanitatem reverti, ac poſtea Urbanus & Sidonius ad presbyteros veniſſent, affirmantes Maximum presbyterum & confeſſorem ſecum pariter cupere in Eccleſiam redire; placuit Cornelio; ut ex ipſorum ore & confeſſione quæ per legationem mandaverant audirentur. Qui cum veniſſent & a presbyteris quæ geſſerant exigerentur, circumventos ſe eſſe affirmaverunt, nec quid in litteris ipſorum nomine per omnes eccleſias miſſis ineſſet ſe ſciſſe, atque ut abolerentur & e memoria tollerentur quæ præceſſerant deprecati ſunt. Omni actu ad Cornelium perlato, juſſit contrahi presbyterium: adfuerunt epiſcopi quinque, & re ad deliberandum propoſita ſententiæ a ſingulis dictæ, quas Cornelius ſuis ad Cyprianum litteris ſubjecit. His ita geſtis venerunt in presbyterium quatuor confeſſores & plerique fratres, qui ſe eis adjunxerant, ſummis precibus deſiderantes, ut ea quæ ante fuerant geſta in oblivionem cade-

A rent. Cum autem magnus fraternitatis concurſus factus fuiſſet, una vox erat omnium gratias Deo agentium, ait Cornelius, gaudium pectoris lacrimis exprimentes, complectentes eos quaſi eo die pœna carceris fuiſſent liberati. Confeſſores declararunt ſe Cornelium ſanctiſſimæ Eccleſiæ catholicæ epiſcopum agnoſcere, confeſſi ſunt ſe impoſturam paſſos, ac circumventos eſse, ſed tamen ſinceram mentem ſuam ſemper in Eccleſia fuiſse; quippe cum non ignorarent unum Deum eſse, unum Chri-
B ſtum Dominum ac unum Spiritum ſanctum, unum epiſcopum in Eccleſia catholica eſse debere. His rebus permotus Cornelius Maximum presbyterum locum ſuum juſſit agnoſcere, ceteros cum ingenti populi ſuffragio recepit, ac omnia remiſit Deo omnipotenti. Hæc autem eadem hora, eodem momento ad Cyprianum per ſcripta tranſmiſit, nempe per epiſtolam inter Cyprianicas XLVI. ac Nicephorum acolythum deſcendere ad navigandum deſtinantem ſtatim dimiſit. Carthaginenſem eccleſiam lætitia perfuderunt litteræ Cornelii; nec dubium
C quin eas Cyprianus ad ceteras Africæ eccleſias miſerit, ut rogaverat Cornelius, cui reſpondit per epiſtolam XLVII. Scripſerunt etiam confeſſores ad Cyprianum, eorumque epiſtola eſt inter Cyprianicas L. His reſpondit Cyprianus per epiſtolam LI. Quæ autem ex litteris Cornelii deſumta narravimus, ea probant non ſolos confeſsores rediiſse. Venerunt cum illis in presbyterium *plerique fratres qui ſe eis adjunxerant*; quod quidem non videtur de plebe catholica pro confeſsoribus deprecante intelligi poſse.
D Poſtea enim narrat Cornelius fraternitatis concurſum; quem tum demum factum indicat fuiſſe, cum omnem hunc actum populo inſinuandum judicavit; difficile eſt ſane, ut confeſsores qui multos auctoritate ſua abſtraxerant, nullos in redeundo ſocios & imitatores haberent. Cornelii verba non aliter interpretatus eſt Cyprianus. *Quanto majus eſt gaudium*, inquit ep. XLVII. *& in terris pariter & in cœlo ſuper confeſſoribus ad Eccleſiam Dei cum gloria ſua & cum laude redeuntibus, & redeundi viam ceteris exempli ſui fide & probatione facientibus?*
E *Hic enim quoſdam fratres noſtros error induxerat, quod ſibi communicationem confeſſorum ſequi viderentur. Quo errore ſublato, lux omnium pectoribus infuſa eſt, & Eccleſia catholica nec ſcindi, nec dividi poſſe monſtrata eſt.* Unde mirum videtur cur Cyprianum Tillemontius de ſolis confeſsoribus locutum exiſtimet. Tota res ab eodem erudito ſcriptore ſic narratur, quaſi uno & eodem die tranſacta fuerit. Sed tamen ex his Cornelii verbis: *Adfuerunt etiam epiſcopi quinque, qui & hodie præſentes fuerunt*: duos dies
F inſumtos fuiſse patet, quorum prior deliberationem habuit de recipiendis confeſsoribus; poſtridie vero abſoluta & perfecta magno fraternitatis concurſu, quæ pridie conſtituta fuerant.

Inſignem hunc eventum Tillemontius & Pearſonius ad menſem Novembrem hujus anni 251. referendum putant, poſt concilium Romanum, quod hoc anno 251. Cornelius cum ſexaginta epiſcopis habuit menſe Octobri, ut placet Pearſonio, vel etiam multo citius, ut exiſtimat Tillemontius, ac ante Novatiani ordina-

dinationem. Sed non tam ſero quatuor illi confeſſores, ant ſaltem ante concilium Romanum rediiſſe in Eccleſiam videntur.

Reditus confeſſorum paucis diebus ſubſecutus eſt novam legationem Novatiani. *Novato enim illinc a vobis diſcedente*, ait Cyprianus epiſt. XLIX. *id eſt, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta eſt*. Porro a prima legatione ad hanc novam non multum interceſſit temporis. Nam *proſtratus virtutibus Dei* Novatianus, ut ait Cornelius epiſt. XLVIII. *cum Maximus & Longinus & Machæus fuiſſent expulſi* a Cypriano ejuſque collegis, *denuo reſurrexit*. Quibus ex verbis patet Novatianum non a Julio menſe ad Novembrem feriatum eſſe, ſed accepta damna protinus reparare voluiſſe, miſſis peritioribus magiſque induſtriis legatis. Ergo reditus confeſſorum, qui novæ legationis profectionem proxime contingit, non poteſt in menſem Novembrem rejici. Deinde vero Nicephorus ille acolythus, qui utramque epiſtolam & de nova legatione & de reditu confeſſorum attulit, non videtur clericus fuiſſe Romanus, ſed potius ipſe ille Nicephorus acolythus, quem Cyprianus Julio exeunte, vel Auguſto ineunte cum Mettio ſnbdiacono Romam miſerat. Sic enim de illo Cornelius loquitur ep. XLVI. *Hæc igitur, frater cariſſime, eadem hora, eodem momento ad te per ſcripta tranſmiſimus, & Nicephorum acolythum deſcendere ad navigandum feſtinantem ad vos ſtatim dimiſi*. Quibus ex verbis patet hunc clericum non data opera a Cornelio miſſum fuiſſe, ſed potius, cum perfectis rebus, quarum cauſa venerat, rediret, ſanctum pontificem oblata occaſione uſum eſſe. Hinc jam ei perferendam epiſtolam dederat de novis tentamentis Novatiani, ſed minime neceſſariam, aut quæ clericum mitti poſtularet; ſiquidem jam miſſus ea de re fuerat Augendus confeſſor, nec neceſſe erat alium poſtea mittere qui idem nuntiaret. Porro ſi is eſt Nicephorus acolythus, qui cum Mettio epiſtolam XLII. Cypriani pertulit, fruſtra illius reditus ad menſem Novembrem differtur. Parvi refert quod in litteris Cornelii nulla fiat mentio de Mettio ſubdiacono, quocum Nicephorus acolythus profectus fuerat Carthagine. Nam ſimiliter Mettius, ut ſupra vidimus, in epiſtola XLIII. ſolus nominatur, quamvis ſocius ei adjunctus eſſet Nicephorus.

Quod ſpectat ad concilium Romanum, reditu confeſſorum omnino poſterius videtur. Nullum prorſus hujus concilii veſtigium in litteris Romam aut Carthaginem miſſis intra illud tempus, quod a Cornelii ordinatione ad reditum confeſsorum effluxit. Legati Caldonius & Fortunatus, qui Carthaginem poſt Novatiani ordinationem rediere, non amplius quam ſexdecim epiſcoporum litteras attulerunt. Quis ergo credat jam tum ordinationem Cornelii in concilio LX. epiſcoporum confirmatam fuiſse, ut ſuſpicatur Tillemontius. Præterea hoc concilium, teſte Euſebio lib. 6. cap. 43. decrevit *Novatum quidem & eos qui una cum ipſo ſeſe inſolenter extulerant, & quicumque inhumaniſſimæ & a fraterna caritate alienæ ejus opinioni conſentire præſumſerant, alienos ab Eccleſia habendos eſſe*. At confeſſores ſic ſe ante reditum geſsere, ſic redeuntes excepti ſunt, ut excommunicati fuiſse A non videantur a concilio ſexaginta epiſcoporum. Nam ſi ab hac ſynodo in judicium vocati & excommunicati in ſchiſmate obduruiſsent, an dicere potuiſsent circumventos ſe eſse & impoſturam paſsos, ac mentem ſuam ſemper in Eccleſia fuiſse? Quis credat Cornelium ſic eos recepturum fuiſse, ut omnia remitteret Deo omnipotenti? Non ſic agi ſolet cum hominibus jam judicatis & excommunicatis. Poſterius ergo concilium reditu confeſsorum; ſed tamen non multo poſterius. Nam graviſſimæ cauſæ B ſuberant, cur cito haberetur, tum ut Novatiani partes penitus frangerentur, tum ut lapſorum cauſa, quæ ad concilium rejecta fuerat, dijudicaretur.

XXIV. *De geſtis & ſcriptis S. Cypriani anno 252. ante perſecutionem.*

Damnatus toto orbe Novatianus non deſpondebat animum, ſed per plurimas civitates novos apoſtolos ſuos mittebat, ut quædam recentia inſtitutionis ſuæ fundamenta conſtitueret, C & ſuper legitimos epiſcopos crearet alios pſeudoepiſcopos. Id teſtatur Cyprianus in epiſtola ad Antonianum ſcripta anno 251. exeunte aut 252. ineunte. Jamdudum litteras acceperat Cyprianus ab hoc Numidiæ epiſcopo, quibus ſe cum Novatiano non communicare, ſed Cornelio affixum eſse ſignificabat, atque ut earumdem litterarum exemplum ad Cornelium mitteretur, poſtulabat. Sed poſtea aliæ litteræ ſupervenerunt, in quibus nutare videbatur Novatiani litteris motus; & quam iſte hæreſim in- D troduxiſset, qua ratione Cornelius cum Trophimo & turificatis communicaret, ſciſcitabatur; ac ne ipſius quidem Cypriani humanitatem in lapſos æquo animo accipiebat. Sic ei reſpondet Cyprianus in hac epiſtola LII. ut ſe & Cornelium mirifice defendat, & cum Novatiano neminem communicare poſse demonſtret, niſi qui totius Eccleſiæ communionem rejiciat. Liquet ſcriptam eſse epiſtolam poſt reditum confeſsorum quos in Eccleſia cum Cornelio junctos eſſe dicit, poſt mortem Decii, quem tyrannum appellat; ſed tamen ante con- E ceſsam lapſis hoc anno 252. indulgentiam; ſiquidem Cypriani defenſio in iis tantum verſatur, quæ Libellaticis anno ſuperiore & ceteris in mortis periculo conſtitutis conceſsa fuerant. Non immerito Antonianus ille idem videtur eſſe, qui in titulo epiſtolæ LXX. inter epiſcopos Numidas recenſetur; quod etiam argumento eſt eum Cypriani monitis non reſtitiſse.

Emiſsarii Novatiani circa hoc tempus Maximum pſeudoepiſcopum Carthaginenſem fecerunt; ſed hoc facinus tam ignobile & obſcurum fuit, ut Cyprianus ne ſcribendum quidem F ea de re Romam judicaret. Nam paulo ante de collegarum conſilio miſerat Cornelio nomina integrorum & catholicorum in Africa epiſcoporum, ut ſcirent Cornelius ejuſque collegæ, quibus ſcribere & a quibus litteras mutuo accipere oporteret: ſi quis autem præter eos, quos Cyprianus epiſtola ſua complexus fuerat, ſcribere auderet, ſcirent eum vel ſacrificio vel libello eſse maculatum, vel unum de hæreticis perverſum ſcilicet & profanum.

Scriptum exiſtimatur hoc anno præſtantiſſimum

mum Cypriani opus de Oratione dominica. A Recenſetur a Pontio poſt librum de Unitate Eccleſiæ; & cum multa in eodem libro adverſus ſchiſmaticos vehementer & copioſe dicantur, non male concluditur jam prodiiſse Feliciſſimi & Novatiani ſchiſmata, cum hæc ſcriberet Cyprianus.

Circa Paſchæ prima ſolemnia ſcripſit Cyprianus epiſtolam LIII. ad epiſcopos Fortunatum, Ahymnum, Optatum, Donatianum, Fortunatum & Felicem, qui cum eſsent in civitate Capſenſi propter ordinationem epiſcopi (Donatuli, ut veriſimile eſt, Capſenſis epiſcopi, B qui loco ſexageſimo nono ſententiam dicit in concilio Carthaginenſi anno 256.) conſulti fuerant a Superio, an ad communionem jam admittendi eſsent Ninus, Clementianus, & Florus, qui Chriſtum confeſſi coram magiſtratu & plebe, poſtea inter tormenta coram proconſule ſuperati, pœnitentiam agere non deſtiterant per hoc triennium, non illud quidem exactum ſed inchoatum. Rem decidere non auſi ad Cyprianum detulerant, & ſcripſerant, *at cum pluribus collegis de hoc ipſo pleniſſime* tractaret. C Respondet Cyprianus reddendam ejuſmodi hominibus communionem, ſeque ea de re cum epiſcopis deliberaturum promittit, *quando ſolemnitati apud ſuos celebrandæ ſatisfecerint*, & Carthaginem *venerint*.

Vix dubium eſt quin promiſsum perfecerit in concilio, quod Charthagine habitum hoc anno idibus Maii, ut ipſe teſtatur epiſt. LV. pag 84. Scribit ibidem *Privatum*, *veterem hæreticum in Lambeſitana colonia ante multos fere annos ob multa & gravia delicta nonaginta epiſcoporum ſententia condemnatum*, & *Fabiani* papæ, ac Donati D Carthaginenſis epiſcopi *litteris ſeveriſſime notatum, cum cauſam in hoc concilio agere velle ſe diceret*, admiſsum non fuiſse. Huic concilio interfuerunt epiſcopi ſexaginta ſex, ſi ibi, ut veriſimillimum eſt, propoſitis a Fido epiſcopo quæſtionibus reſponſum fuit. Is per litteras queſtus fuerat quod Therapius epiſcopus Bullæ & confeſſor, ut conjicit Pamelius ex concil. Carth. an. 256. Victori quondam presbytero, antequam pœnitentiam plenam egiſset, pacem immaturo tempore dediſset. Præterea novam quamdam E de infantibus opinionem Fidus propoſuerat, in quibus morem antiquæ circumciſionis tenendum putabat, ut infra octavum diem non baptizarentur. Inter alias rationes hanc afferebat, *veſtigium infantis in primis partus ſui diebus conſtituti mundum non eſſe, quod unuſquiſque illud horreat exoſculari*. Reſpondent ſexaginta ſex epiſcopi per epiſt. LIX. objurgatum fuiſse Therapium, nec tamen ablatam Victori communionem. De infantibus autem propoſitam ab eo opinionem uno ore univerſi rejiciunt, & baptiſma infantium *in primo ſtatim nativitatis ſuæ* F *ortu* præclariſſimis rationum momentis defendunt. Hoc autem concilium ſexaginta ſex epiſcoporum, idem prorſus eſſe perſpicitur, ac illud, quod idibus Maii habitum hoc anno 252. Quod enim conceſſa Victori quondam presbytero laica communio reprehenſionem non effugit, argumento eſt nihil adhuc detractum ac limatum fuiſſe de ſuperioris anni decreto, ac nondum pacem pœnitentibus redditam fuiſſe; quæ tamen illis indulgentia perpaucis menſibus poſt concilium idibus Maii habitum conceſſa eſt.

Lombertum merito caſtigat Pearſonius, quod hoc concilium ſexaginta ſex epiſcoporum non multo poſt concilium anni ſuperioris collocaverit. Non veriſimile eſt poſt concilium, quod tamdiu in cauſis lapſorum dijudicandis occupatum fuit, aliud eodem anno tam frequens convocatum fuiſſe; cum præſertim nullum hujus rei veſtigium extet in litteris anno ſuperiore ſcriptis. At idem Pearſonius, hoc concilium, in quo reſponderunt Fido ſexaginta ſex epiſcopi, in anni 253. menſem Septembrem rejicit, cum epiſcopi, ut ipſe exiſtimat, reſtituta pace, de rebus eccleſiaſticis conſiliarentur. Non quadrat hæc opinio cum his epiſcoporum verbis: *Quæ res*, inquiunt, *ſatis nos movit, receſſum eſſe a decreti noſtri auctoritate, ut ante legitimum tempus & plenum ſatisfactionis, & ſine petitu & conſcientia plebis, nulla infirmitate urgente ac neceſſitate cogente pax ei concederetur*. Hæc optime congruunt idibus Maii anni 252. Jam pœnitentiæ partem non mediocrem adimpleverat Victor; unum reprehenditur quod plenum tempus non exegiſſet; quinetiam nihil reprehenderetur, ſi plebis rogatu conceſſa pax fuiſſet. At profecto numquam epiſcopi tam leniter egiſſent anno 253. inter prima pacis initia. Nam qui ſopita Decii perſecutione tantam præ ſe ſeveritatem tulerant, ut excommunicationem minarentur, ſi quis lapſos ad communionem admitteret; ii finita Galli & Voluſiani perſecutione, cum adhuc manus lapſorum ſacrificiis nefandis fumarent, an adeo remiſſi fuere, ut pacem conceſſam non reprehenſuros ſe dicerent, ſi *ſine petitu & conſcientia plebis* conceſſa non fuiſſet? Præterea non videntur poſt perſecutionem Galli & Voluſiani neceſſaria fuiſſe concilia, quia ex his quæ in priore concilio ſtatuta de lapſis fuerant, facilis fuit totius rei deliberatio; vel potius quia aut nulli in hac perſecutione, aut ſaltem pauciſſimi videntur cecidiſſe. Teſtatur Cyprianus in epiſtola LVII. eos qui Romæ ſub Decio ceciderant, confeſſionis laudem in hoc ſecundo prælio adeptos fuiſſe. Idem teſtimonium ſaltem Africæ tribuit auctor libri ad Novatianum p. XI. Hinc Cyprianus in epiſt. LXXXI. ad martyres non plangit clades & funera ſuorum, ut in epiſt. IX. ſub Decio fecerat. Nec mirum ſi victores in hac pugna fuere, quos tanto animi ardore ad pugnandum paratos fuiſſe perſpicimus ex epiſt. LIV.

Scripta eſt circa idem tempus, ut obſervat Tillemontius, epiſtola LXIV. ad Epictetum & plebem Aſſuritanam adverſus Fortunatianum quondam hujus civitatis epiſcopum, qui ſacerdotio ob ſimulacrorum cultum dejectus *pro integro agere volebat*, & epiſcopatum ſibi cœperat vendicare. Videtur Epictetus, quem Cyprianus fratrem appellat, Fortunatiani loco conſtitutus fuiſſe. Non ſolus Fortunatianus ex lapſis epiſcopis ejuſmodi facinus tentabat, ſed obſervat Cyprianus nonnullos alios idem aggreſſos eſſe, dum *ſtipes & oblationes & lucra deſiderant, quibus prius inſatiabiles incubabant, & cœnis atque epulis etiam nunc inhiant, quarum crapulam nuper ſuperſtite in dies cruditate ructabant*. Cum autem lapſos omnes hortetur, ut *magnitudinem delicti ſui cognoſcentes a deprecando Domino non recedant*, *ſed*

ſed ſatisfactionibus immorantes ad Eccleſiam pulſent, non immerito hæc epiſtola ante conceſſam generatim lapſis indulgentiam ſcripta exiſtimatur. A

Rejectus, ut modo diximus, a concilio Carthaginenſi Privatus pſeudoepiſcopum Carthagine conſtituit Fortunatum, qui erat *unus ex quinque presbyteris jampridem de Eccleſia profugis, & ſententia coepiſcoporum noſtrorum*, ait Cyprianus epiſt. LV. pag. 83. *multorum & graviſſimorum virorum, qui ſuper hac priore anno* ad Cornelium litteras fecerant. Operam ad hoc ſcelus navarunt, ut ibidem ait S. Martyr, Felix quidam B qui cum illo venerat, quem ipſe extra Eccleſiam in hæreſi pſeudoepiſcopum olim conſtituerat: Jovinus & Maximus ob nefanda ſacrificia & crimina in ſe probata, ſententia novem epiſcoporum condemnati, & iterato quoque a pluribus aliis in concilio anno priore abſtenti: Repoſtus Saturnicenſis qui non tantum in perſecutione ipſe ceciderat, ſed & maximam partem plebis ſuæ ſacrilega perſuaſione dejecerat. Hi quinque cum paucis vel ſacrificatis vel male ſibi conſciis Fortunatum ſibi pſeudoepiſcopum cooptarunt. C Sed illis ſcelus ex ſententia non ſucceſſit. Nam cum dictitaſſent viginti quinque epiſcopos Carthaginem venturos, non ſine mendacii infamia quinque tantum reperti ſunt. Deinde vero quos antea decipiebant, & falſa ſpe redeundi in Eccleſiam producebant, hi ubi viderunt pſeudoepiſcopum, fraude comperta ad Eccleſiam redierunt. Itaque plures erant qui de nefariis illis hominibus judicaverant, ſi presbyteri & diaconi numerentur, quam qui tunc cum illis conjuncti videbantur. Probabat tamen D Cyprianus & diligenter examinabat quinam admitti & recipi in Eccleſiam deberent. Quidam enim recipi non poterant *ſine ſcandalo & periculo plurimorum*. Fremebat enim plebs & reluctabatur *quoties inemendabiles & protervi & vel adulteriis vel ſacrificiis contaminati, & poſt hæc adhuc inſuper de ſchiſmate ad Eccleſiam* redibant. Vix plebi perſuadebat, immo extorquebat ut tales admitti conſentirent; & juſtior factus erat fraternitatis dolor, ex eo quod unus atque alius, obnitente plebe & contradicente, Cypriani facilitate ſuſcepti, pejores exſtiterant quam prius E fuerant, ibid.

Fortunati ordinatione adeo non movebatur Cyprianus ut ea de re protinus ad Cornelium ſcribendum eſſe non judicaret. Nactus tamen occaſionem familiariſſimi hominis & clerici, per Felicianum acolythum, quem Cornelius in Africam cum Perſeo epiſcopo miſerat, etiam de Fortunato iſto ſcripſerat ad Cornelium; ſed dum Carthagine Felicianus vel vento retardatur, vel accipiendis aliis epiſtolis detinetur, Feliciſſimo Romam properante præventus eſt. F Is enim Romam mittebatur cum litteris Fortunati ad Cornelium, cum nefaria illa factio undique excluſa, & in Africa ob ſcelerum infamiam ubique nota Romam navigandum judicaſſet. Venit itaque Romam Feliciſſimus ſtipatus caterva & factione deſperatorum, ſed rejectus eſt a Cornelio, & *vigore pleno, quo epiſcopos agere oportet*, pulſus de Eccleſia. Verum cum dictitarent nefarii homines Fortunatum a viginti quinque epiſcopis ordinatum eſſe; cumque Cornelium *aggreſſi eſſent comminantes, quod ſi litteras quas attulerant, non accepiſſet, publice eas recitarent, & multa turpia & probroſa & ore ſuo digna proferrent*; Cornelius cui moleſtum erat Cypriani ſilentium, *minis atque terroribus eorum aliquantum commotus* duas ſimul epiſtolas Cypriano per Saturum acolythum ſcripſit, quarum prima pulſum conſtanter Feliciſſimum, altera commotum & exterritum ipſius Cornelii animum ſignificabat.

Permoleſtum accidit Cypriano quod cum in defendendo epiſcopatu Cornelii ſummam animi fortitudinem declaraſſet, idem ſibi in re ſimillima a Cornelio non referretur. Quapropter ad eum ſcripſit epiſtolam LV. dolorem ſuum minime diſſimulans, quod Cornelius aures præbuiſſet ſchiſmaticis omni ſceleris macula notatis & in concilio damnatis, contra epiſcopum populi univerſi ſuffragio in pace delectum, Dei auxilio in perſecutione protectum, collegis omnibus fideliter junctum, plebi ſuæ in epiſcopatu quadriennio jam probatum, in quiete ſervientem diſciplinæ, in tempeſtate proſcriptum applicito & adjuncto epiſcopatus ſui nomine, toties ad leonem petitum, in circo, in amphiteatro dominicæ dignationis teſtimonio honoratum, ac nuper etiam clamore popularium ad leonem denuo poſtulatum. Demonſtrat nefas fuiſſe ſchiſmaticis *ad Petri cathedram atque ad eccleſiam principalem, unde ſacerdotalis unitas exorta eſt*, litteras ferre; *cum ſtatutum ſit omnibus nobis*, inquit, *& æquum ſit pariter ac juſtum, ut uniuſcujuſque cauſa illic audiatur ubi eſt crimen admiſſum.... niſi ſi paucis deſperatis & perditis minor videtur eſſe auctoritas epiſcoporum in Africa conſtitutorum*, &c. Sic epiſcopatus ſui jura defendit Cyprianus, ut exordium unitatis in eccleſia Romana, ut eccleſia principali agnoſcat; & quemadmodum alibi parem inter Apoſtolos poteſtatem admittens, exordium unitatis in Petro conſtitutum agnoſcit; ita hoc loco etſi negat minorem eſſe Afrorum epiſcoporum auctoritatem, immerito pronuntiat editor Oxonienſis primatum ab eo negari: ſed de his jam diximus in præfatione. Quamvis autem de Cornelii prudentiæ & conſtantiæ exiſtimatione hæc epiſtola aliquid detrahere poſſe videretur; eum tamen admonere & rogare non dubitat Cyprianus ut de more ſuo has litteras clero ſecum præſidenti, & ſanctiſſimæ atque ampliſſimæ plebi legat; adeo cognita erat Cypriano & explorata virtus Cornelii. Conſtat hanc epiſtolam hoc anno 252. ſcriptam fuiſſe; commemorat enim Cyprianus concilium anni prioris, tum etiam aliud proximis idibus Maii habitum: hinc ſe plebi ſuæ quadriennio jam probatum eſſe dicit. Scripta autem non videtur niſi menſe Junio exeunte, aut ineunte Julio.

XXV. *Perſecutio revelatur Cypriano. Hortatur Thibaritanos ad certamen. Lapſis pænitentibus pacem reſtituit in concilio, quod ab alio idibus Maii habito diſtingui debet.*

Cum a concilio Carthaginenſi, quod idibus Maii habitum diximus, ſatis multa uſque ad perſecutionem interceſſerint; perſpicuum eſt imperatores Gallum & Voluſianum, qui anno 251. exeunte imperium adepti fuerant, per totum

tum illud tempus nihil iracunde in Chriſtianos egiſſe, nec ſuum in illos furorem incitaſſe ante mediam hujus anni æſtatem. At violenta fuit perſecutio, nec alium finem habuit quam ipſa imperatorum vita. Jam nonnullæ ſcintillæ emicuerant, cum Cyprianus ad Cornelium ſcriberet epiſtolam LV. Ait enim *his ipſis diebus* quibus ſcribebat, *ob ſacrificia quæ edicto propoſito celebrare populus jubebatur, clamore popularium ad leonem denuo poſtulatum* ſe *in circo* fuiſſe. Videtur indicendorum ſacrificiorum cauſam attuliſſe peſtis illa, quæ ſub Gallo & Voluſiano ac ceteris deinceps principibus horrendum in modum ſæviit. Non multo poſt ſubſecuta imperatorum Galli & Voluſiani adverſus Chriſtianos edicta, quorum præcognitionem cum accepiſſet Cyprianus, multis viſionibus divinitus oblatis; ſcripſit epiſtolam LVI. ad Thibaritanos, quos cum antea inviſere ſtatuiſſet, conſilium tunc perficere non potuit, ſed vicarias pro ſe litteras miſit, in quibus eos admonet ſe *Domini inſtruentis dignatione* cognoviſſe, idque ſciendum eſſe ac pro certo credendum & tenendum, graviorem nunc quam antea, & ferociorem pugnam imminere; deinde vero ex Scripturis ſanctis & ex Chriſtianæ religionis principiis colligit, quidquid ad perſecutionem conſtanter ſuſtinendam incitare poterat.

Videtur Cyprianum detinuiſſe quominus Thibaritanorum votis ſatisfaceret, impoſita neceſſitas rebus eccleſiæ ſuæ, imminente perſecutione, providendi. Nihil autem prius ſibi faciendum arbitratus hoc moleſtiſſimo tempore, quam ut omnes omnino milites Chriſti, qui arma deſiderabant & prælium flagitabant, intra caſtra Domini colligeret; decrevit in concilio cum epiſcopis XLI. ut examinatis ſingulorum cauſis, pax lapſis daretur qui pœnitentiam agere a primo lapſus die non deſtiterant. Epiſcopi certiorem ea de re faciunt Cornelium per epiſtolam LIV. ſoque ita *ſancto Spiritu ſuggerente* ſtatuiſſe dicunt, ac ſanguinem Chriſti iis non denegandum demonſtrant, qui ſuum pro Chriſto fuſuros ſe & acriter pugnaturos promittebant. Addunt ſeſe idem Cornelio *paternæ miſericordiæ contemplatione placiturum* ſperare. Miror hoc concilium a Pearſonio confundi cum eo quod idibus Maii habitum eſt. Nam de rebus idibus Maii deliberatis nullæ ad Cornelium ſynodi nomine ſcriptæ ſunt litteræ; quippe cum de Privato, quem ſynodus non admiſerat, tum demum Cyprianus ad Cornelium ſuo nomine ſcripſerit, cum facultas oblata eſt Feliciani acolythi. 2°. In epiſtola LV. ex qua concilium idibus Maii habitum fuiſſe diſcimus, nullum exſtat veſtigium conceſſæ lapſis indulgentiæ, ſed tantummodo neceſſitas pœnitentiæ adverſus Feliciſſimum ejuſque ſatellites defenditur. Atque hinc patet hanc epiſtolam in editione Oxonienſi immerito præponi quinquageſimæ quartæ, per quam Cornelius de conceſſa lapſis communione certior factus eſt. 3°. Concilium epiſcoporum XLI. in quo lapſis data communio eſt, inſtante perſecutione habitum fuit, & hoſte certamen indicente, cum lapſi arma deſiderarent & flagitarent, ut eſt in epiſt. LIV. ſeque *ad pugnam paratos eſſe & pro Domini ſui nomine ac pro ſua ſalute ſtare*

A *fortiter & pugnare* profiterentur. Quamobrem hoc concilium ſtatim ſubſequi debuit Cornelii confeſſio, qui primus Romæ confeſſus eſt. Sed a concilio idibus Maii habito multa interceſſerunt uſque ad perſecutionem & Cornelii confeſſionem, Fortunati ordinatio, miſſa ab eo Romam legatio, Cornelii ad Cyprianum litteræ, ac Cypriani reſponſio.

XXVI. *S. Cornelio gratulatur confeſſionis laudem S. Cyprianus. Confeſſores Carthaginenſes cohortatur per epiſt. LXXXI. quam in hac perſecu-* B *tione ſcriptam fuiſſe oſtenditur anno 252.*

Vana non fuit Cypriani prædictio futuræ perſecutionis, nec adhibitæ ab eo cautiones ad Chriſtianos corroborandos optato exitu caruerunt. Romæ proſiluit adverſarius terrore violento Chriſti caſtra turbare, ſed virtus illic præcedentis epiſcopi publice comprobata eſt, ac quodammodo eccleſia omnis Romana confeſſa eſt: ad pugnam non ſinguli milites, ſed tota caſtra prodierunt, accurrit properanter &
C venit quiſquis audivit. Plurimi ex his qui ſub Decio lapſi fuerant, glorioſa confeſſione reſtituti ſunt, ipſo dolore pœnitentiæ facti ad prælium fortiores, ita ut appareret eos in prima perſecutione novæ atque inſuetæ rei pavore trepidaſſe. Hæc diſcimus ex epiſtola LVII. Cypriani, in qua Cornelio Centumcellis exſulanti gloriam confeſſionis gratulatur, & cum eo communicat quod providentia Domini monentis inſtructus cognoverat, *appropinquare jam certaminis & agonis noſtri diem*, inquit. Rogat denique ut uter ad Dominum prior migraverit,
D Deum pro altero & pro fratribus ac ſororibus precetur. Hæc prædictio non multo poſt in Cornelio exitum ſortita eſt, qui martyr obiit Centumcellis die 14. Septembris hujus anni 252. ut inter doctiſſimos quoſque convenit. Interim Novatianus, ut Cyprianus obſervat, ut nec unitatis Eccleſiæ, ita nec ejus triumphorum particeps quieſcebat, nec eum omnino tetigit perſecutio. Lucius qui Cornelio ſucceſſit, eodem fere tempore ſacerdotii & exſilii gloriam adeptus eſt; ſed paulo poſt revocatus, martyr
E obiit die quarto aut quinto menſis Martii anno 253. cum quinque menſibus ac paucis diebus præfuiſſet. Huic Cyprianus cum ſacerdotium & confeſſionem gratulatus fuiſſet per litteras quæ ad nos non pervenerunt, reditum etiam gratulatus eſt per epiſtolam LVIII. ſuo & collegarum nomine. Sed præter hoc litterarum officium, quibus ad commune gaudium eccleſiæ Romanæ, ſuum quoque accedere teſtatur; ait ſe non ceſſare *in ſacrificiis atque in orationibus Deo patri & Chriſto filio ejus Domino noſtro*
F *gratias agere & orare pariter atque petere, ut qui perfectus eſt atque perficiens cuſtodiat & perficiat* in Lucio *confeſſionis glorioſam coronam*; & quaſi prævideret id quod poſtea evenit; Lucium idcirco revocatum fuiſſe ab exſilio ſuſpicatur, ut in oculis eccleſiæ ſuæ vitam pro Chriſto profunderet. Decreta Cornelii de lapſis Lucium confirmaſſe diſcimus ex Cypriano, qui Lucium & Cornelium beatos martyres appellat, ſeque eorum memoriam honorare dicit, ac illos ſpiritu Dei plenos, & in glorioſo martyrio conſtitutos dandam eſſe pacem lapſis cenſuiſſe, &

pœnitentia acta fructum communicationis & pacis negandum non eſſe litteris ſuis ſignaſſe teſtatur, ep. LXVII.

Quamvis erumpentibus perſecutionis ſcintillis poſtulatus fuerit ad leonem Cyprianus, non tamen ſeceſſit ut in perſecutione ſub Decio, nec pulſus aut proſcriptus fuit. Primus Carthagine impetum ferocientis populi ſuſtinuit, ut videre eſt in epiſt. LXXXI. glorioſus ſenex Rogatianus presbyter, qui in perſecutione Decii confeſſus fuerat, & e carcere ſolutus duobus epiſcopis & Numidico presbytero in regenda eccleſia Carthaginenſi adjunctus a Cypriano fuerat. Is cum primus in hac Galli & Voluſiani perſecutione conjectus in carcerem fuiſſet cum Feliciſſimo, quem Cyprianus quietum ſemper & ſobrium fratrem appellat, cum eodem coronatus eſt. Ceteros confeſſores in carcere incluſos hortatur Cyprianus in epiſt. LXXXI. ut Rogatianum imitentur, ſeque Dominum aſſidue precari ait, ut eamdem ac ille coronam aſſequantur. Inter hos confeſſores enitebant pueri & feminæ, id quod etiam in perſecutione Decii contigiſſe perſpicimus ex libro de Lapſis p. 181. & in perſecutione Valeriani ex ep. LXXVII. Eamdem confeſſionis laudem adepti, ut capite 24. obſervavimus, qui ſub Decio lapſi fuerant. Quod quidem de plurimis intelligi debet, non tamen de omnibus; nam auctor libri ad Novatianum, alios ex eorum numero adhuc pœnitentiæ addictos commemorat. Sed quia epiſtolam LXXXI. alii Valeriani, alii Decii perſecutioni adſcribunt; exponendum nobis eſt cur ad hanc potius ſub Gallo & Voluſiano perſecutionem referenda videatur.

Hanc epiſtolam Pamelius & Baronius inter poſtremas Cypriani numerant, & in perſecutione Valeriani ſcriptam putant. Hac potiſſimum ratione ducuntur, quod Rogatianus presbyter & confeſſor, quem poſt Decii perſecutionem ſuperfuiſſe conſtat, in hac epiſt. LXXXI. vitam pro Chriſto cum Feliciſſimo dicatur profudiſſe. Atque id quidem tabulis eccleſiaſticis conſentaneum eſt, in quibus, inquit Baronius, Rogatiani & Feliciſſimi *una die paſſorum natalis ſolemnitas conſignata eſt* VII. cal. *Novembr.* Contra Pearſonius hanc epiſtolam ſub Decio ſcriptam eſſe contendit, cum lateret Cyprianus, idque probat ex primis epiſtolæ verbis, *Saluto vos, fratres cariſſimi, optans ipſe quoque conſpectu veſtro frui, ſi me ad vos pervenire loci conditio permitteret.* Sic autem loqui ſolet Cyprianus e ſuo ſeceſſu, ut in ep. V. *Et quoniam mihi intereſſe nunc non permittit loci conditio*, & in ep. XXXVII. ad eumdem clerum, *Utinam loci & gradus mei conditio permitteret, ut ipſe nunc præſens eſſe poſſem.* Unde concludit Pearſonius his verbis non exſilium Cypriani ſub Valeriano, ſed illius ſub Decio ſeceſſum denotari. Locum autem ex quo mortuum Rogatianum fuiſſe judicatur, in aliam prorſus ſententiam accipiendum eſſe exiſtimat, ac errorem in tabulas eccleſiaſticas irrepſiſſe, dum Bedam, qui has Cypriani litteras laudat, & ex illis docet Rogatianum & Feliciſſimum martyrio coronatos eſſe, Uſuardus, Ado & alii ſine examine ſequuntur.

Pearſonii ſententia arridet Tillemontio; ſed tamen multis rebus perſpicitur hanc epiſtolam non in ſeceſſu ſcriptam eſſe, ſed Carthagine, cum jam obiiſſet Rogatianus, non tamen ſub Valeriano, ſed ſub Gallo & Voluſiano. Nimium apertus eſt Cypriani contextus, quam ut Rogatianum & Feliciſſimum martyrio coronatos negemus, antequam hanc epiſtolam ſcriberet Cyprianus. Locum inſpiciamus. *Quam fidem*, inquit, *vos quoque retinentes & die ac nocte meditantes, toto corde ad Deum promti, contemtu præſentium futura tantummodo cogitatis, ut ad fructum regni æterni & ad complexum & oſculum Domini & conſpectum venire poſſitis, ut ſequamini in omnibus Rogatianum presbyterum glorioſum ſenem, viam vobis ad gloriam temporis noſtri religioſa virtute & divina dignatione facientem, qui cum Feliciſſimo fratre noſtro quieto ſemper & ſobrio, excipiens ferocientis populi impetum, primum hoſpitium vobis in carcere præparavit, & metator quodam modo veſter, nunc quoque vos antecedit. Quod ut conſummetur in vobis aſſiduis orationibus Dominum deprecamur, ut initiis ad ſumma pergentibus quos confiteri facit, faciat & coronari.* Nulla fere vox hoc in loco, quæ non Rogatianum pro Chriſto paſſum indicet. Vocat eum Cyprianus *glorioſum ſenem*, quod eum argumento eſt ad gloriam perveniſſe. Confeſſores laudat quod futura tantum cogitent, ut ad complexum Domini perveniant, ut ſequantur in omnibus Rogatianum, quem jam in multis rebus imitati fuerant. Jam ergo pervenerat ad conſpectum Domini Rogatianus; ſiquidem pervenire ad conſpectum Domini, idem eſt ac Rogatianum in omnibus ſequi. Paraverat illis Rogatianus primum hoſpitium in carcere. Ubi ſecundum parabat, niſi in cœlo, antecedens eos veluti metator quidam? Denique Deum precatur Cyprianus ut id, in quo antecedebat eos Rogatianus, in ipſis conſummetur & ad coronam perveniant. Ergo jam ad hanc coronam Rogatianus pervenerat, quam cum in Decii perſecutione adeptus non ſit, ſed ante e carcere egreſſus ſit, quam Cyprianus e ſuo ſeceſſu; neceſſe eſt hanc epiſtolam ad aliud tempus referri. Nititur Tillemontius his verbis, *viam facientem, vos antecedit*, ut Rogatianum probet non obiiſſe cum hæc epiſtola ſcriberetur. At quis neſcit linguæ Latinæ ſterilitatem ſæpe cogere ut ejuſmodi voces uſurpentur? Martyres in ep. LXXVIII. laudant Cyprianum, quod cum primus confitendi ſignum extulerit, ipſius anima *non tantum martyrum de ſæculo jam excedentium ſocia eſſe cœperit, ſed & cum futuris cæleſtem amicitiam* copulaverit. Simili prorſus modo confeſſores hortatur Cyprianus in ep. IX. ut Mappalicum martyrem ſequantur. *Iſtum nunc beatiſſimum martyrem*, inquit, *& alios participes ejuſdem congreſſionis, & comites in fide ſtabiles, in dolore patientes, in quæſtione victores, ut ceteri quoque ſectemini & opto pariter & exhortor, ut quos vinculum confeſſionis & hoſpitium carceris ſimul junxit, jungat etiam conſummatio virtutis & corona cæleſtis.*

Non belle accepit Pearſonius hæc verba, *ſi me ad vos pervenire loci conditio permitteret.* Ait enim Cyprianum his verbis deſignare *locum in quo præſens eſſe & conſpectu confeſſorum frui maxime concupivit; ſed loci, hoc eſt, Carthaginis, ubi perſecutio jam fervebat, conditionem non permiſiſſe.* Verum hac voce non Carthaginem, ſed

ſed epiſcopalem auctoritatem deſignari perſpi- A
citur ex pluribus Cypriani teſtimoniis ; ſic in
ep. XI. *Sollicitudo loci noſtri & timor Domini com-
pellit* . *Cum illi* (martyres) *memores loci noſtri
ad me litteras direxerint* , ep. X. *congruit ipſi lo-
co & officio ſacerdotii noſtri* , ep. LXIII. vid. ep.
LXV. Quamobrem cum ait Cyprianus in hac
ep. LXXXI. *Saluto vos , fratres cariſſimi , optans
ipſe quoque conſpectu veſtro frui , ſi me ad vos
pervenire loci conditio permitteret* . *Quid enim mi-
bi optatius & lætius poſſet accidere , quam nunc
vobis inhærere , ut complecteremini me manibus il-* B
*lis , quæ puræ & innocentes , & dominicam fidem
ſervantes , ſacrilega obſequia reſpuerunt ? Quid ju-
cundius & ſublimius quam oſculari nunc ora ve-
ſtra , conſpici etiam præſentem ab oculis veſtris* ;
cum hæc , inquam , ait Cyprianus , indicat ſe
hac una re detineri quominus inviſat marty-
res , quod metuat ne dignitate conſpicuus ocu-
los gentilium effugere non poſſit . Nec neceſſe
eſt eum abſuiſſe Carthagine ut ſic ſcriberet :
ſua enim illum dignitas , etiamſi adfuiſſet Car-
thagine , detinere potuit , quominus ſanctos
martyres inviſeret . Nam qui providebat ut C
martyres *non glomeratim nec per multitudinem ſi-
mul junctam inviſerentur* , ſed ut *presbyteri quoque
qui illic apud confeſſores* offerebant , ſinguli cum
ſingulis diaconis alternarent , ep. V. multo mi-
nus ipſe commiſiſſet , ut in oculos gentilium
incurrens nova incendia commoveret . Quine-
tiam hæc conſuetudo ante Cyprianum in Afri-
ca vigebat , ut epiſcopus confeſſores non in-
viſeret . Teſtatur enim Cyprianus in epiſt. X.
& XI. id ſemper in præteritum ſub anteceſſo-
ribus ſuis factum eſſe , ut presbyteri & diaco- D
ni pleniſſime circa Evangelii legem martyres
& confeſſores inſtruerent , & diaconi ad car-
cerem commeantes martyrum deſideria conſiliis
ſuis & Scripturarum præceptis gubernarent .
Nihil ergo vetat , quominus Cyprianum in i-
pſa urbe neceſſariis rebus & anteceſſorum exem-
plo a confeſſorum conſpectu diſtentum hæc
ſcripſiſſe exiſtimemus . Neque etiam dicere ve-
rebor , non ſic locuturum fuiſſe , ſi abfuiſſet
Carthagine . Quomodo enim abſentem & in
abdito loco latentem ſola dignitas a complexu
martyrum arceret , quem in ipſa urbe neceſſa- E
riæ cautiones ab hoc gaudio & anteceſſorum
exempla removiſſent ? Hinc in ep IX. quam
ad martyres & confeſſores in receſſu ſcriptam
eſſe conſtat , non ait receſſum ſuum in hoc ſi-
bi moleſtum eſſe , quod eos non poſſit inviſe-
re . Significat urbis deſiderium in ep. XXXVII.
at nequaquam ut in martyrum complexibus hæ-
reat , ſed potius *ut promtus & libens ſolemni mi-
niſterio cuncta circa fortiſſimos fratres dilectionis
obſequia compleat* .

Non congruit ergo hæc epiſtola Decii tem- F
poribus : neque etiam Valeriani perſecutioni ,
cujus primum impetum ſuſtinuit Cyprianus ;
nec ei Rogatianus & Feliciſſimus , ſed ipſe aliis
omnibus , ut infra videbimus , facem ad confi-
tendum Chriſti nomen prætulit . Multo com-
modius referetur epiſtola LXXXI. ad perſecutio-
nem Galli & Voluſiani , in qua Cyprianus nec
Carthagine expulſus eſt , nec ſponte ceſſit ; at
minime dubium eſt , quin pro ſe ad aures &
ad oculos confeſſorum vicarias litteras miſerit ,
cum eos inviſere expoſita omnium oculis di-
gnitas non ſineret . Menſe Octobri anni 252.
quo menſe Rogatianus & Feliciſſimus paſſi di-
cuntur in tabulis eccleſiaſticis , perſecutio ſæ-
viebat ; cujus rei teſtis eſt Cornelius qui men-
ſe Septembri hujus anni martyr obiit . Pearſo-
nius ex populi ferocientis impetu , quem Ro-
gatianus excepiſſe dicitur , epiſtolam LXXXI. ad
perſecutionem Decii pertinere concludit , quia
ſæpe in hac perſecutione popularis temeritas
in Cyprianum erupit . At in perſecutione Gal-
li eamdem populi temeritatem expertus eſt Cy-
prianus , ut ipſe narrat in epiſtola LV. Dein-
de vero horrenda illa peſtis , quæ cum Galli
perſecutione conjuncta fuit , multo aptior vi-
detur fuiſſe ad ciendos populares motus , cum
calamitatis cauſa in Chriſtianos rejiceretur .

XXVII. *Mira caritas S. Cypriani in peſtis cala-
mitate . Religionem defendit adverſus Deme-
trianum . Totius eccleſiæ Carthaginenſis prolixa
in redimendis captivis liberalitas* .

Ad perſecutionem accedebat lues horrenda ,
quæ ſub ipſis Deciis , ut veriſimile eſt , incœ-
pta majorem in modum ſub Gallo & Voluſia-
no graſſata eſt . Hic Cypriani caritas in ipſis
ethnicorum oculis enituit , & ad ſummam rei-
publicæ utilitatem redundavit . Nam cum e-
thnici omnes horrerent & fugerent contagia ac
ſuos impie exponerent , ac jacentibus tota ci-
vitate cadaveribus , nemo aliud quidquam re-
ſpiceret , niſi lucra crudelia ; tum vero Chriſti
& Dei pontifex plebem uno in loco congre-
gatam vivido hortatu adduxit , ut pietatis offi-
cia non ſolum in domeſticos fidei , ſed in i-
pſos etiam ethnicos conferrent ; ac caritate in-
flammatus ea dixit , quæ ſi *gentiles audire po-
tuiſſent* , ait Pontius , *forſitan ſtatim crederent* .
Diſtributa ſunt ergo continuo pro qualitate
hominum atque ordinum miniſteria . Multi qui
anguſtia paupertatis beneficia ſumtus exercere
non poterant , plus ſumtibus exhibebant ; com-
penſantes proprio labore mercedem divitiis o-
mnibus cariorem . Fiebat itaque exuberantium o-
perum largitate quod bonum eſt ad omnes ,
non ad ſolos domeſticos fidei .

Inter has perſecutionis & peſtis calamitates ,
ſcripſit Cyprianus librum adverſus Demetria-
num , quem Pontius his verbis deſignat : *Per
quem gentiles repercuſſis in ſe iis quæ nobis inge-
runt , vincerentur ?* Ventitabat ad Cyprianum
Demetrianus , eumque Cyprianus *oblatrantem
adverſus Deum & verbis impiis obſtrepentem* mi-
nime idoneum judicabat quocum congredere-
tur , *cum nec docere indocilem poſſe ſibi videretur ,
nec impium religione comprimere , nec furentem le-
nitate cohibere* . Sed cum idem Demetrianus di-
ctitaret *quod bella crebrius ſurgant , quod lues ,
quod fames ſæviant , quodque imbres & pluvias
ſerena longa ſuſpendant* , Chriſtianis imputari ;
tacere ultra noluit Cyprianus ; ac ne ſilentium
diffidentiæ non verecundiæ tribueretur , huic
homini reſpondendum eſſe duxit , *pariter & ce-
teris quos* ipſe *forſitan* concitaverat , *& adver-
ſum* Chriſtianos *odia maledicis vocibus ſeminando
comites* ſibi *plures radicis atque originis* ſuæ *pul-
lulatione* fecerat . Demonſtrat igitur calamitates
non inde oriri quod Deum Chriſtiani colant ,
ſed quod eum gentiles non colant , ejuſque

cultores omni cruciatus genere torqueant: quamvis autem hæ calamitates ipſos etiam Chriſtianos attingant, eas tamen ſolis gentilibus nocere, non Chriſtianis quos ad æterna gaudia perducunt. Lactantius lib. 5. cap. 4. minus commode factum a Cypriano exiſtimavit, ut ad frangendum & convincendum Demetrianum Scripturæ potius quam poetarum & philoſophorum teſtimonia citaret. Sed præterquam quod adhibendæ erant Scripturæ, ut quid Chriſtiani ſentirent, quid ſperarent, in promtu eſſet; ineſt profecto ſancti Spiritus teſtimoniis tanta vis ac tanta majeſtas, ut vel eos qui maxime obduruerunt, permovere poſſint. Vid. not. Baluz.

Hunc librum in perſecutione Galli & Voluſiani ſcriptum eſſe patet ex teſtimonio Pontii qui eum recenſet inter libros de Lapſis & de Unitate Eccleſiæ poſt Decii perſecutionem ſcriptos & librum de Patientia, qui perſecutionem Valeriani anteceſſit. Idem etiam effici poteſt ex his verbis Cypriani pag. 221. *Ut memorias taceamus antiquas, & ultiones pro cultoribus Dei ſæpe repetitas nullo vocis præconio revolvamus, documentum recentis rei ſatis eſt, quod ſic celeriter quodque in tanta celeritate ſic granditer nuper ſecuta defenſio eſt, ruinis rerum, jacturis opum, diſpendio militum, diminutione caſtrorum.* Legebatur in ſuperioribus editionibus, *ruinis regum*, quibus verbis Decios deſignari exiſtimarunt eruditi. Sed quamvis Baluzius ex veterum codicum auctoritate poſuerit *ruinis rerum*, non minus manifeſta deſcriptio eſt eorum, quæ Deciis ob vexatos Chriſtianos evenerunt, nec referri poteſt ad Gordianos aut Philippos, qui Chriſtianos non ſunt perſecuti.

Demetrianum quem Cyprianus refellit, alii proconſulem Africæ, alii unum ex judicibus fuiſſe opinati ſunt. Crediderim potius unum aliquem ex ſophiſtis fuiſſe; idque ſatis perſuadent crebræ cum Cypriano diſputationes, calumniæ in Chriſtianos & criminationes quas ei exprobrat Cyprianus, nequaquam indicans poteſtatem cum mala hac mente conjunctam fuiſſe. Decepiſſe eruditos homines videntur hæc verba pag. 219. *Qui alios judicas, aliquando & tu eſto tui judex.* Sed hæc ad judicium forenſe non pertinent, nec Demetrianum nominatim petit Cyprianus, ſed generatim gentiles, quibus, ut ibidem ait, vacabat *inter ipſa adverſa malos eſſe, & in periculis tantis non de ſe magis ſed de altero judicare.* Neque etiam ad Demetrianum proprie ſpectant hæc verba pag. 220. *Innoxios, juſtos, Deo caros domo privas, patrimonio ſpolias, catenis premis, carcere includis, gladio, beſtiis, ignibus punis*, &c. ſed generatim ad omnes ethnicos, quos, ut fieri ſolet in ejuſmodi orationibus, nunc ſingulari numero, nunc plurali alloquitur. Paulo ante dicebat: *Adhuc inſuper Dei ſervos & majeſtati ac nomini ejus dicatos injuſtis perſecutionibus fatigatis. Satis non eſt quod ipſe tu Deum non colis, adhuc inſuper eos qui colunt ſacrilega infeſtatione perſequeris.*

Cypriani hortatibus accenſa plebs Carthaginenſis libenter arripiebat, ſi qua ſe daret occaſio caritatis exercendæ. Quod tum maxime declaravit, cum octo Numidiæ epiſcopi gravis-

A ſimo caſu perculſi, quod plures Chriſtianos e Numidia, in his virgines Chriſto dicatas, barbari abduxiſſent, opem Cypriani implorarunt. Tum vero communis eccleſiæ Carthaginenſi injectus *mœror atque cruciatus de periculo virginum, pro quibus non tantum libertatis ſed & pudoris jactura deflenda* videbatur. Quapropter *promte omnes & libenter ac largiter ſubſidia nummaria fratribus contulerunt, ſemper quidem ſecundum fidei ſuæ firmitatem ad opus Dei proni, nunc tamen*, ait Cyprianus, *magis ad opera ſalutaria contem-*
B *platione tanti doloris accenſi.* Scripſit itaque Cyprianus epiſtolam LX. ad epiſcopos Numidiæ, ac miſit *ſeſtertia centum millia nummorum cleri & plebis collatione collecta.* Rogat eos S. martyr ut ſi quid tale deinceps acciderit, id ſine mora per litteras nuntient, *pro certo habeates eccleſiam* Carthaginenſem *& fraternitatem univerſam ne hæc ultra fiant precibus orare; ſi facta fuerint, libenter & largiter ſubſidia præſtare.* Subdidit etiam Cyprianus nomina ſingulorum, qui ad hoc opus tam neceſſarium promte ac libenter operati fuerant, ut eis epiſcopi vicem boni o-
C peris in ſacrificiis & precibus repræſentarent; ſed & collegarum & conſacerdotum, qui & ipſi, cum præſentes eſſent, & ſuo & plebis ſuæ nomine quædam pro viribus contulerant, nomina addidit, eorumque ſummulas ſignificavit & miſit. Hæc Pearſonius contigiſſe putat initio anni 253. cum Galli negligentia barbaris nationibus in Romanorum fines aditus pateret. Illud ſaltem videtur ſtatui poſſe, hanc epiſtolam poſt perſecutionem Decii ſcriptam fuiſſe. Si quis enim librum de Lapſis cum hac
D epiſtola conſerat, facile intelliget Carthaginenſes ſic & perſecutione expurgatos, & curis ac laboribus Cypriani immutatos fuiſſe, ut eoſdem eſſe vix agnoſcas. Nam cum antea plurimos in hac eccleſia diuturnitas pacis corrupiſſet, & patrimonii amor ſacrificare ſimulacris adegiſſet; nunc omnes accepto rei in Numidia geſtæ nuntio captivitatem fratrum ſuam computant, omnes periculo virginum mœrent & excruciantur, omnes ad redimenda Dei templa certatim opes ſuas effundunt, omnes precantur ne hæc ultra fiant, ſed ſi facta fuerint, liben-
E ter & largiter ſubſidia promittunt.

XXVIII. *De libris & epiſtolis poſt perſecutionem ſcriptis ſub Valeriano atque in primordiis Stephani papæ, anno 253. & 254.*

Non multo poſt Lucii martyrium, quod contigit die quinto Martii hujus anni 253. *electus* eſt Stephanus, forte quia jam tum Chriſtianos reſpirare ſinebant motus in imperio excitati. Nam menſe Majo, ut doctiſſimis criticis vide-
F tur, ultio ſanguinis Chriſtianorum in Gallo enituit, quem ſui milites cum repellendo Æmiliano, qui jam Italiam occupaverat, imparem viderent, imperio & vita ſpoliarunt. Cum autem Æmilianus ipſe circa Auguſtum menſem a militibus, qui imperium detulerant, occiſus fuiſſet; imperio potitus eſt nemine interpellante Valerianus, cujus æquitate & eximio favore ſumma pax Eccleſiæ affulſit. Sed ſedata perſecutionis procella peſtis ingraveſcebat. Quamobrem Cyprianus, cum animadverteret *in plebe quoſdam vel imbecillitate animi, vel fidei parvitate,*

Google

vitate , vel dulcedine ſæcularis vitæ , vel ſexus A
mollitie , vel quod majus eſt , veritatis errore mi-
nus ſtare fortiter , nec pectoris ſui divinum atque
invictam robur exerere , non prætermiſit occaſio-
nem docendæ veritatis , ac præſtantiſſimum de
Mortalitate librum ſcripſit , in quo demonſtrat
ejus eſſe mortem timere , qui ad Chriſtum ire
nolit ; eos autem qui vere in Chriſtum cre-
dunt , lætari debere cum ad Chriſtum vocan-
tur . Narrat epiſcopum quemdam , qui pete-
bat ut e morbo evaderet , increpitum eſſe in
viſione . *Nobis quoque ipſis* , inquit p. 234. *mi-* B
nimis & extremis quoties revelatum eſt , quam fre-
quenter & manifeſte de Dei dignatione præceptum
eſt , ut conteſtarer aſſidue & publice prædicarem
fratres noſtros non eſſe lugendos accerſitione domini-
ca de ſæculo liberatos ? Hunc librum ſic deſi-
gnat Pontius poſt opus adverſus gentiles & an-
te libros de Opere & Eleemoſyna ac de Pa-
tientia : *A quo Chriſtiani mollioris affectus circa*
amiſſionem ſuorum , aut quod magis eſt , fidei par-
vioris conſolarentur ſpe futurorum ? Scriptus vide-
tur in pace ſub Valeriano . Nulla enim ineſt
ſignificatio parſecutionis cum peſte conjunctæ ; C
quinetiam Cyprianus hac calamitate Chriſtia-
nos armari & præparari declarat , ut fortiter
ſe gerant , cum perſecutio venerit . *Excedunt*
ecce in pace , inquit , *tutæ cum gloria ſua virgi-*
nes . . . . . accenduntur tepidi , conſtringuntur remiſſi ,
excitantur ignavi , deſertores compelluntur ut re-
deant , gentiles coguntur ut credant , vetus fidelium
populus ad quietem vocatur , ad aciem recens &
copioſus exercitus robore fortiore colligitur , pugna-
turus ſine metu mortis cum prælium venerit , qui
ad militiam tempore mortalitatis accedit . Hinc D
atiam nonnulli metum ſuum hoc nomine præ-
texebant , quod ſibi peſtis occaſionem martyrii
præriperet ; qua excuſatione uti non potuiſ-
ſent , ſi qua tunc perſecutio aditum ad marty-
rium aperuiſſet .

Hunc tamen librum ſub Gallo ſcriptum exi-
ſtimat Pearſonius , anno 252. *quia argumentum*
ab inſtante perſecutione & antichriſto veniente du-
ctum late perſequitur Cyprianus . Sed cum S.
martyr jamdudum crederet mundi finem & an-
tichriſti adventum inſtare , hanc opinionem in
ipſa etiam pace retinere debuit ; cum præſer- E
tim lues , quæ tum graſſabatur , una eſſe vi-
deretur ex rebus mundi finem anteceſſuris .
Hinc eædem mundi pereuntis & antichriſti ap-
propinquantis ſuſpiciones in libris & epiſtolis
poſt perſecutionem ſcriptis , ut in libro de
Unit. Eccleſ. pag. 199. & 200. & in epiſtola
LXVIII. de Baſilide & Martiale p. 120. Proba-
bilius ergo eſt librum de Mortalitate ſub Va-
leriano ſcriptum eſſe anno 253. aut 254.

Liber de Opere & Eleemoſyna poſt librum
de Mortalitate a Pontio proxime recenſetur , F
ac proinde ſub Valeriano ſcriptus eſt . Pacis
tempus deſignat hæc libri concluſio : *Si expe-*
ditos , ſi celeres , inquit Cyprianus , *ſi in hoc*
operis agone currentes dies nos vel redditionis vel
perſecutionis invenerit , nuſquam Dominus meritis
noſtris ad præmium deerit . In pace vincentibus co-
ronam candidam pro operibus dabit , in perſecu-
tione purpuream pro paſſione geminabit .

Ad initium anni 254. refertur epiſtola LXIX.
quam ad Florentium Pupianum ſcripſit Cy-
prianus , cum jam ſex annis eccleſiam Cartha-
ginenſem gubernaret . Pupianus ille ante per-
ſecutionem in Eccleſia fuerat & communicave-
rat cum Cypriano ; ſed poſtea ſchiſmaticis ſe
adjungens *infanda , turpia , etiam gentilibus exe-*
cranda de Cypriano temere crediderat . Quin-
etiam litteras ad eum ſcribere auſus eſt , in
quibus judicem ſe epiſcopi ſui conſtituens di-
cebat ſacerdotes humiles eſſe debere ; ſcrupu-
lum ſibi eſſe tollendum de animo in quem in-
ciderat ; Eccleſiam propter Cyprianum portio-
nem ſui in diſperſo habere , omnes qui cum
eo communicabant , polluto illius ore pollutos
eſſe , & ſpem vitæ æternæ communicationis il-
lius contagione perdidiſſe . Cyprianus innocen-
tiam ſuam ea quæ epiſcopum decebat gravita-
te & conſtantia defendit , & impudenti obtre-
ctatori , ſi temeritatis & ſuperbiæ atque inſo-
lentiæ vel ſero pœnitentiam agere cœperit ,
veniam offert ; *manente tamen* , inquit , *apud*
nos divinæ cenſuræ reſpectu & metu , ut prius Do-
minum meum conſulam an tibi pacem dari & te ad
communicationem Eccleſiæ ſuæ admitti ſua oſtenſio-
ne & admonitione permittit . Ex his patet hunc
hominem , non epiſcopum fuiſſe , ut nonnulli
ſibi finxerunt , ſed laicum Cypriani juriſdictio-
ni ſubjectum ; cui tamen ſeſe nefario ſchiſma-
te ſubtraxerat . Nec veriſimilior eorum opinio
qui Pupianum aliquid in perſecutione paſſum
eſſe contendunt ; quia dicit ei Cyprianus pag.
121. *Ne forte claritatis & martyrii tui dignitas*
noſtra communicatione maculetur . Et p. 122. *Per-*
ſecutio enim veniens te ad ſummam martyrii ſubli-
mitatem provexit ; me autem proſcriptionis onere
depreſſit , cum publice legeretur : ſi quis tenet vel
poſſidet de bonis Cæcilii Cypriani epiſcopi Chriſtia-
norum . Sed in his verbis manifeſta eſt ironia ;
nec abſimili modo Dionyſius Alexandrinus Ger-
mani calumnias refellit . *Sed fortaſſe Germanus* ,
inquit , apud Euſeb. lib. 7. cap. 11. *multis fi-*
dei confeſſionibus gloriatur : multa prædicare poteſt
adverſus ſe geſta . Quinetiam indicat Cyprianus
non defuturam reprehenſioni materiam , ſi de
rebus a Pupiano in perſecutione & in pace
geſtis inquiratur . *De iis autem* , inquit p. 124.
quæ tu egiſti vel in perſecutione , vel in pace ſtul-
tum eſt ut velim te judicare , quando tu magis ju-
dicem te noſtri conſtitueris .

Non dubium eſt quin in Stephani papæ pri-
mordiis , ac pace ſub Valeriano vigente Cy-
prianus epiſtolas LXVII. & LXVIII. ſcripſerit .
Sexageſimæ ſeptimæ hæc fuit occaſio . Marcia-
nus Arelatenſis epiſcopus , cum ſe Novatiano
adjunxiſſet atque ab Eccleſiæ catholicæ unitate
diſceſſiſſet , ſervis Dei pœnitentibus & dolen-
tibus , & Eccleſiam lacrimis & gemitu & do-
lore pulſantibus divinæ pietatis ſubſidia claude-
bat ; & cum ab epiſcopis nondum abſtentus
videretur , jactabat ſe & prædicabat quod No-
vatiano ſtudens & ejus pervicaciam ſequens a
communione ſe epiſcoporum ſegregaſſet . Scri-
pſit ea de re ſemel & iterum ad Cyprianum
Fauſtinus Lugdunenſis . Ejus litteris acceptis
Cyprianus ſcribit ad Stephanum papam , eum-
que etiam atque etiam hortatur ut pleniſſimas
litteras in provinciam & ad plebem Arelate
conſiſtentem dirigat , quibus abſtento Marcia-
no alius in ejus locum ſubſtituatur ; & cum
multi ex fratribus annis ſuperioribus ſine pace
exceſſerint , vel ceteris ſubveniatur qui ſuper-
ſunt ,

Digitized by Google

ſunt, qui & diebus ac noctibus ingemiſcunt. Rogat etiam ut ſibi ſignificet quis in locum Marciani Arelate fuerit ſubſtitutus, nt ſciat ad quem fratres dirigere & cui ſcribere debeat. Hanc epiſtolam Cypriano Launojus abjudicavit, ſed ejus opinio ſic inter eruditos exploſa eſt, ut actum agat qui eam refellere velit.

Circa idem tempus alia res in Hiſpaniis geſta caritatem Cypriani, quæ Africæ finibus non continebatur, ad ſuccurrendum exteris eccleſiis commovit. Duo epiſcopi, Baſilides & Martialis, ob graviſſima delicta depoſiti ſacerdotium jure ablatum ſibi vendicare audebant. Uterque nefando idololatriæ libello contaminatus; Baſilides adhuc inſuper præter libelli maculam, cum in infirmitate decumberet, in Deum blaſphemaverat, & ſe blaſphemaſſe confeſſus fuerat, & epiſcopatum pro conſcientiæ ſuæ vulnere ſponte deponens ad agendam pœnitentiam converſus fuerat, Deum deprecans, & ſatis gratulans ſi ſibi vel laico communicare contingeret. Martialis quoque præter gentilium turpia & lutulenta convivia in collegio diu frequentata, & filios in eodem collegio exterarum gentium more apud profana ſepulcra depoſitos & alienigenis conſepultos, actis etiam publice habitis apud procuratorem ducenarium obtemperaſſe ſe idololatriæ & Chriſtum negaſſe conteſtatus fuerat. Cum uterque ob hæc & multa alia delicta depoſitus fuiſſet; Baſilides, cujus in locum Sabinus de univerſæ fraternitatis ſuffragio & de epiſcoporum judicio ſubſtitutus fuerat, Romam pergens Stephanum longe poſitum & geſtæ rei ac veritatis ignarum fefellit, nt exambiret reponi ſe injuſte in epiſcopatum de quo fuerat jure depoſitus. Nominatim non dicit Cyprianus Martialem quoque Romam contendiſſe; ſed id ſatis indicat cum ait: *Sed nec Martiali poteſt profuiſſe fallacia, quominus ipſe quoque delictis gravibus involutus epiſcopatum tenere non poſſit*.

Videntur epiſcopi nonnulli in Hiſpania depoſitis illis epiſcopis faviſſe, ſed eccleſiæ Legionis & Aſturicæ & Emeritæ ſcripſerunt ea de re ad epiſcopos Africanos, ac legatos miſerunt Sabinum & Felicem, quos probabile eſt in Baſilidis & Martialis locum ſubſtitutos fuiſſe. Alius Felix de Cæſarauguſta, quem Cyprianus fidei cultorem ac veritatis defenſorem vocat, litteris ſuis confirmavit quidquid eccleſiæ illæ ſcripſerant ac legatis mandaverant. Lectæ ſunt litteræ & auditi legati in concilio XXXVII. epiſcoporum. Cyprianus qui præerat & alii epiſcopi reſponderunt per epiſtolam LXVIII. Baſilidis non tam abolita eſſe quam cumulata delicta, nec reſcindi poſſe ordinationem jure perfectam; neque etiam Martiali fallaciam prodeſſe poſse: fruſtra tales epiſcopatum ſibi uſurpare conari, cum manifeſtum ſit ejuſmodi homines nec Eccleſiæ Chriſti præeſse poſse, nec Deo ſacrificia offerre debere. Indignationem ſuam ſignificant adverſus epiſcopos qui depoſitis collegis favebant, ac plebi ipſi denuntiant cum talibus communicandum non eſse, eorumque contactibus pollui qui cum illis illicita communicatione miſcentur. Quæ quidem ſententia non modo habenas non laxat licentiæ populari; ſed etiam eam refrenat, ne arbitratu ſuo judicium de epiſcopo ſuo ferat, aut legitime

A ordinatum ab aliis epiſcopis rejiciens, aut legitime depoſitum retinens.

XXIX. *Diſſenſiones de baptiſmo exortæ anno 253. exeunte: ac S. Stephanus ante cum Orientalibus quam cum Afris certavit.*

Tandem diſſerendo pervenimus ad celeberrimam illam de hæreticorum baptiſmo controverſiam, in qua non parva hæreticorum aut ſchiſmaticorum manus univerſæ Eccleſiæ bellum indixit, ſed inſignes eccleſiæ, Africa, B Cappadocia, Cilicia & finitimæ provinciæ de re longe graviſſima cum aliis eccleſiis decertarunt. Etſi autem in ipſo diſſenſionis incendio luctuoſa rerum facies exſtitit; tamen ex commodis, quæ in Eccleſiam ex hac controverſia fluxerunt, facile perſpicitur eam Chriſto providente & diſpenſante natam fuiſse, non ſolum ut res tanti momenti conflato & conſpiranti omnium conſenſu aliquando firmaretur, ſed etiam ut haberent poſteri quid in ejuſmodi diſſenſionibus imitarentur. Nam baptiſmi C hæreticorum defenſores fraternæ caritatis fœdua non ruperunt cum iis, a quibus maximam ſacramentis injuriam fieri videbant; iſti autem & cum iis quos ne baptiſmo quidem initiatos putabant, & cum iis qui baptiſmum morientibus infantibus denegare, & Euchariſtiam non baptizatis porrigere videbantur, communicare non dubitarunt. Initium diſſidii refert Tillemontius ad annum 256. quamvis non improbet Pearſonium qui primum Carthaginenſe concilium autumno anni 255. habitum putat. Uterque prius in Africa quam in Oriente pugnatum opina- D tur. Qui Stephanum anno 255. obiiſse volunt, diſſidium citius exarſiſse contendunt. Quamvis autem gravibus de cauſis Stephanum Tillemontius & Pearſonius anno 257. obiiſse exiſtiment, videntur tamen diſſenſionis primordia nimium ſero collocare. Probare aggrediar controverſiam anno 253. exeunte cœpiſse agitari, citiuſque Stephanum cum Orientalibus quam cum Afris decertaſſe.

1°. Cur de baptiſmo diſputari cœptum eſſe putem anno 253. auctor eſt Euſebius qui con- E ceptis verbis declarat lib. 7. cap. 4. Dionyſium in litteris ad Stephanum de baptiſmo ſcriptis indicaſſe *omnes ubique eccleſias, mollito jam perſecutionis furore, Novati turbulentam novitatem deteſtantes inter ſe pacem iniiſſe*. Vix ergo deſierat perſecutio, cum exortam de baptiſmo controverſiam ſedare Dionyſius conaretur. Porro cum perſecutio anno 253. ſedata fuerit menſo Majo, Dionyſius de baptiſmo ad Stephanum ſerius hoc anno exeunte ſcripſiſse non videtur. Cenſet Pearſonius, non improbante Tillemontio, erratum eſse Euſebii, qui quod dixerat F Dionyſius de pace poſt diſſenſiones a Novatianis excitatas conſtituta, id de pace perſecutionibus ethnicorum ſuccedente dictum crediderit. Sed ut Euſebius tam oſcitanter hallucinatus dicatur, gravem aliquam cauſam ſubeſse oportet. Diſtinguit accurate perſecutionis furorem a turbulenta novitate, & pacem inter eccleſias initam a mollito perſecutionis furore. Quis ergo credat in epiſtola Dionyſii nihil omnino de ſedata perſecutione dictum fuiſse, quamvis id Euſebius legiſſe ſe teſtetur? 2°. Dionyſius in

eadem

eadem de baptiſmo epiſtola nuntiabat Stephano, ut eventum omnino racentem, ſedatos eſſe motus, quos Novatiani hæreſis in Oriente excitaverat. Sed ſi cum hujus diſſenſionis fine conjuncta ſunt controverſiæ de baptiſmo primordia, ſerius anno 253. poni non debent. Sic enim de ſedata diſſenſione loquitur Dionyſius, ut id non multo poſt perſecutionem contigiſſe videamr. Quod enim ait *omnes ubique antiſtites unum idemque ſentire, & ob pacem inſperato factam incredibiliter lætari*, ſatis indicat malum antequam radices ageret compreſſum fuiſſe, & pacem ſancitam, cum metueretur ne diſſenſio ingraveſceret. At ſi uſque ad annum 256. decertatum fuiſſet in Oriente de Novatianorum ſententia, non videtur incendium multa die confirmatum ſic exſtingui potuiſſe, ut nihil omnino ne fumi quidem ſupereſſet. Huc accedit auctoritas Cypriani, qui in epiſtola ad Stephanum circa an. 254. ſcripta teſtatur Novatianum *nuper retuſum & refutatum & per totum orbem a ſacerdotibus Dei abſtentum*. Si ergo totus orbis in damnando Novatiano jam tum conſenſerat; epiſtola Dionyſii quæ hunc epiſcoporum antea diſſidentium conſenſum nuntiabat, ad annum 256. revocari non poteſt. Aliud argumentum in eamdem ſententiam ſuppeditat, quod ſecundo loco probandum ſuſcepimus, citius in Oriente, quam in Africa decertatum. Neque enim ſi diſſenſio ante in Oriente quam in Africa exorta eſt, ſerius collocari poterit anno 254. aut exeunte 253.

Illud autem diſſidium prius in Cappadocia, Cilicia & finitimis provinciis quam in Africa exarſiſſe patet ex his Firmiliani in Stephanum dictis: *Quid humilius aut lenius quam cum tot epiſcopis per totum mundum diſſenſiſſe: pacem cum ſingulis vario diſcordiæ genere rumpentem, modo cum Orientalibus, quod nec vos latere confidimus, modo vobiſcum qui in meridie eſtis?* pag. 150. Præclare obſervat Tillemontius diſſidium Stephani cum Orientalibus, quod Firmilianus commemorat, non de Novatiani ſchiſmate, ut exiſtimavit Lombertus, ſed de baptiſmo natum fuiſſe. Nam compreſſum fuit in Oriente hoc ſchiſma initio pontificatus Stephani; nec Orientales, in his Firmilianus, minus ſtudii, quam ipſe Stephanus adhibuere in hoc exſtinguendo ſchiſmate; nedum pax inter eos & Stephanum rumperetur. Perpauci huic ſchiſmati favebant, idque Antiochiæ, ut patet ex epiſtola Dionyſii ad Cornelium apud Euſeb. lib. 6. cap. 46. Loquitur ergo Firmilianus de baptiſmo. Illud autem ex ejus verbis colligitur non eodem tempore Stephanum cum Orientalibus & Afris decertaſſe, ſed variis temporibus & modis; ac res Orientis lenius ſe habuiſse, tum cum in Africa majorem in modum turbarentur. Hinc idem Dionyſius in epiſtola, quam mortuo Stephano ad Philemonem presbyterum Romanum ſcripſit, deprecatorem ſe pro Afris ſolis interponit; atque ut Romanos demitiget, demonſtrat apud Euſeb. Hiſt. lib. 7. cap. 5. *non ab Afris ſolis hunc morem tunc primum invectum fuiſſe*, ſed idem antea ab Orientalibus in conciliis ſtatutum; quod quidem perabſurdum videretur, ſi iſtis Roma placatior quam Afris non fuiſſet. In epiſtola autem ad Xyſtum de Stephano ejuſque cum Afris concertatione diſſerens ajebat, *prius illum ad ſe ſcripſiſſe de Heleno & de Firmiliano, ac de omnibus denique ſacerdotibus per Ciliciam, Cappadociam cunctaſque finitimas provincias conſtitutis; ſeſe ob eamdem cauſam ab illorum communione diſceſſurum, eo quod*, ajebat, *hæreticos rebaptizarent*. Illud *prius* argumento eſt Stephanum ante de eodem hæreticorum baptiſmo cum Cilicia & finitimis provinciis, quam cum Africa pugnaſſe; & cum apud Dionyſium de Heleno & Firmiliano graviter quereretur, nondum Cyprianum & Africanos epiſcopos illi in offenſionem veniſſe. Quod autem addebat Dionyſius, *de his omnibus ego ad illum ſcripſi orans atque obteſtans*; quis ex his verbis non colligat epiſtolam illam, quam teſte Euſebio unam ad Stephanum ſcripſit, non Afrorum, ut opinati ſunt Tillemontius & Pearſonius, ſed eorum cauſa ſcriptam fuiſſe, de quibus Stephanus ſcripſerat, nempe Heleni & Firmiliani, qui proinde illius opera & commendatione prius uſi ſunt quam Afri. Illud etiam in ea quam refellimus opinione occurrit incommodi, quod nimium multi eventus a Tillemontio & Pearſonio intra annum concluduntur, tres ſynodi Carthaginenſes, tot Cypriani epiſtolæ, Stephani litteræ ad Dionyſium & ad Cyprianum, ejuſque modo cum Orientalibus, modo cum Afris diſſenſiones. Longe ſatius eſt hanc rerum geſtarum varietatem temporibus diſtinguere.

Sed forte objicietur quod ait Euſebius lib. 7. cap. 3. πρῶτος τῶν τότε Κυπριανός, &c. *Primus eorum, qui tunc exſtitere, Cyprianus Carthaginenſis epiſcopus hæreticos nonniſi per baptiſmum ab errore prius purgatos admittendos eſſe cenſuit*. Gerardus Joannes Voſſius, & Valeſius Euſebium erroris accuſant: ſed Pearſonius etſi recte obſervat adverſus Valeſium hæc Euſebii verba πρῶτος τῶν τότε ita reddenda eſſe, *primus eorum, qui tunc exſtitere*, non autem ut Valeſius, *primus omnium*; parum tamen in Euſebio purgando promovit. Nam cum Firmilianus Cypriani æqualis hæreticorum baptiſma longe ante Cyprianum rejecerit in concilio Iconienſi, cui ſe interfuiſſe teſtatur in epiſtola ad Cyprianum; æque Euſebius erroris arguetur, ſive omnium, ſive æqualium primum hæc ſtatuiſſe Cyprianum dixerit. Longe ergo probabilius idcirco primas Cypriano deferri, quia plurimum ponderis huic ſententiæ addidit, eique multo celebrior exſtitit, quam Orientalibus, cum Stephano controverſia.

XXX. *Ordo & ſeries rerum in Africa geſtarum anno 255. & 256. uſque ad concilium tertium Carthaginenſe.*

De initiis hujus diſſenſionis in Africa non valde laborandum; nam tota res in conjecturis poſita. Pearſonius primum concilium Carthaginenſe revocat ad autumnum anni 255. Tillemontius, qui omnia intra ſpatium anni 256. concludit, non improbat Pearſonium; nec forte improbetur ſi quis ab ipſo anni 255. initio controverſiam deducat. Hoc tantum ſtatuere poſſumus prius inter ſe decertaſſe Afros quam cum Stephano. In epiſtola ad Numidas refelluntur *qui hæreticos aſſerunt*. Tangit eoſdem Cyprianus in epiſtola ad Quintum. *Neſcio etenim*

enim, inquit, *qua præſumtione ducuntur quidam de collegis noſtris, ut putent eos qui apud hæreticos tincti ſunt, quando ad nos venerint, baptizari non oportere*. Nec tamen hac inſtitutorum varietate pax & gratia diſſiluere, ut ex epiſtola ad Stephanum perſpicitur. *Ceterum ſcimus*, inquit Cyprianus, *quoſdam quod ſemel imbiberint nolle deponere*, nec propoſitum *ſuum facile mutare, ſed ſalvo inter collegas pacis & concordiæ vinculo quædam propria, quæ apud ſe ſemel ſint uſurpata, retinere*. Nonnullos ex Africa epiſcopos petere videntur hæc Cypriani verba in ep. ad Jubajanum: *Et nunc apud quoſdam de noſtris hæreticorum baptiſma occupatum aſſeritur*. Per eumdem Jubajanum venit in Cypriani manus epiſtola adverſus rebaptizantes ſcripta. Sed ea nec a Stephano papa, nec ab ullo ex tranſmarinis epiſcopis, (tunc enim recta via Carthaginem ad Cyprianum perveniſſet) ſed ab Afrorum aliquo videtur elucubrata. Ipſe etiam Jubajanus non omnino aſſentiebatur Cypriano, ſed averſum rebaptizationi animum ſignificabat, quia Novatianenſes, ſi quos ex catholicis in partes ſuas allicerent, horrendo eos ſcelere rebaptizabant.

Decem & octo epiſcopi Numidæ occaſionem Cypriano primi dederunt ſententiæ ſuæ palam & aperte prædicandæ. Etſi enim baptiſma ab hæreticis adminiſtratum rejicere ſolebant, tamen cum ſynodus Carthagine haberetur, conſulendam illam duxerunt *de iis qui apud hæreticos & ſchiſmaticos baptizari videntur, an ad Eccleſiam catholicam, quæ una eſt, venientes baptizari debeant*. Cyprianus & alii epiſcopi, numero XXXI. ut patet ex titulo epiſtolæ LXX. laudant Numidas quod *& ipſi veritatem & firmitatem catholicæ regulæ* teneant, ſeque illis aſſentiri profitentur *neminem foris baptizari extra Eccleſiam poſſe*. Non multo poſt conſultus eadem de re Cyprianus a Quinto in Mauritania epiſcopo per Lucianum presbyterum, ſcripſit ad eum epiſtolam LXXI. atque ut ſciret, *quid nuper in concilio coepiſcopi cum compresbyteris qui aderant*, cenſuiſſent, ejuſdem epiſtolæ exemplum illi miſit.

Neque etiam multum effluxit temporis inter hanc epiſtolam & concilium ſecundum Carthaginenſe, *in quo multa quidem prolata atque tranſacta ſunt*, ſed illud in primis, quod Stephano papæ Cyprianus LXX. epiſcoporum qui cum ipſo ſederant nomine perſcribit, eos qui apud hæreticos vel ſchiſmaticos tincti ſunt, redeuntes ad Eccleſiam baptizari oportere. Id Cyprianus teſtatur *diligenter nuper expreſſum* ſuiſſe cum in epiſtola ad Quintum, tum in litteris ad epiſcopos Numidas. Utriuſque epiſtolæ exemplum mittit Stephano cum epiſtola LXXII. Addit in eodem concilio ſtatutum eſſe conſenſu & auctoritate communi *ut etiam ſi qui presbyteri aut diaconi, qui vel in Eccleſia catholica prius ordinati fuerint, & poſtmodum perfidi ac rebelles contra Eccleſiam ſteterint, vel apud hæreticos a pſeudoepiſcopis & antichriſtis contra Chriſti ordinationem profana ordinatione promoti ſint, & contra altare unum atque divinum ſacrificia foris falſa ac ſacrilega offerre conati ſint, eos quoque hac conditione ſuſcipi cum revertuntur, ut communicent laici, & ſatis habeant quod admittuntur ad pacem qui hoſtes pacis exſtiterint, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos pugnaverint*.

Ad hoc tempus referre cogor legationem epiſcoporum, quos concilium Africanum ad Stephanum miſit. Hos legatos epiſcopos, ait Firmilianus, ſic ſuſcepit Stephanus, *ut eos nec ad ſermonem ſaltem colloquii communis admitteret, adhuc inſuper .... præciperet fraternitati univerſæ ne quis eos in domum ſuam reciperet, ut venientibus non ſolum pax & communio, ſed & tectum & hoſpitium negaretur*, p. 150. Queritur etiam Firmilianus, quod Cyprianum Stephanus *pſeudochriſtum & pſeudoapoſtolum & doloſum operarium* diceret, p. 151. Hæc profecto incredibilia eſſent, niſi niterentur duorum hominum teſtimonio, quibus fides derogari non poſſit, Firmilianum dico & Cyprianum, qui Firmiliani epiſtolam latine reddidit, aut ſaltem auctoritate ſua evulgavit. Sed examinanda nobis ſunt ſingula Firmiliani verba, tum ne illius querelis, quæ ſua ſponte ſatis graves ſunt, aliquid addatur; tum ut quo tempore & modo hæc acta ſint dijudicemus.

Illud primo perſpicere mihi videor hos legatos non maxima celeritate veniſſe, ſed famam eorum adventus prænuntiam fuiſſe. Vetuit enim Stephanus ne quis eos domo exciperet, *ut venientibus non ſolum pax & communio, ſed & tectum & hoſpitium negaretur*. Nondum ergo venerant, cum hæc Stephanus ediceret, cui ſpatium dederunt tum de ipſorum adventu, tum de rebus in concilio geſtis cognoſcendi. Atque inde colligo hanc legationem non poſſe ad tertium concilium Carthaginenſe referri, quamvis Tillemontio ſecus videatur. Conſtat enim Rogatianum a Cypriano in Cappadociam miſſum non fuiſſe, niſi poſtquam legati epiſcopi Roma reverſi ſunt. Sed cum concilium tertium Carthaginenſe calendis Septembris celebratum fuerit, ac Rogatianus, teſte Firmiliano, redire feſtinaverit, quia hibernum tempus urgebat; quomodo fieri potuit, ut poſt concilium epiſcopi legati Romam irent ac redirent, ac poſt eorum reditum Rogatianus in Cappadociam miſſus redeundi ante hiemem ſpatium haberet? Fatetur Tillemontius hæc non facile fieri potuiſſe; ſed tamen non repugnare contendit, poſito videlicet utramque legationem itum & reditum acceleraſſe. At videmus epiſcoporum, qui Romam miſſi ſunt, adventum non valde celerem ſed potius tardum exſtitiſſe; quod quidem ſi animadvertiſſet Tillemontius, credo aliter judicaturum fuiſſe. Præterea cum Stephanus in epiſtola ad Cyprianum, quæ ante concilium tertium miſſa eſt, abſtinendos putet rebaptizantes; valde dubito an hoc concilium legatos epiſcopos ejuſmodi periculo expoſuiſſet, ut eis Romæ communio negaretur. Probabilius ergo eſt legationem poſt ſecundum concilium miſſam fuiſſe.

Illud etiam ex verbis Firmiliani deduci poteſt, edictum Stephani non omnino in rem collatum fuiſſe. 1.° Incredibile eſt in tam ſancta eccleſia commiſſum, ut legati epiſcopi negatum a fratribus hoſpitium apud infideles quærerent. 2.° Diſtinguit Firmilianus tectum & hoſpitium a pace & communione & ſermone colloquii communis: declarat conceptis verbis epiſcopos *nec ad ſermonem ſaltem colloquii communis* admiſſos

ſos fuiſſe : quod autem ſpectat ad tectum & hoſpitium A, minas tantum & juſſa exprobrat, non rem ipſam, quam tamen non videtur omiſſurus fuiſſe, ſi hoc etiam humanitatis officio caruiſſent. 3.° Veriſimile eſt in eccleſia Romana, quæ ſanctis presbyteris abundabat, aliquos tunc exſtitiſſe, qui ſe Stephanum inter & Cyprianum medios interponerent; ac ſi minus impetrarent a Stephano, ut legatos ad communionem & colloquium admitteret, ſaltem eum deterrerent, quominus hoſpitio eos excipi vetaret. Neque enim aptiori tempore collocare poſſumus B quod ait Dionyſius apud Euſeb. Hiſt. lib. 7. cap. 5. in epiſt. ad Xyſtum : *καὶ τοῖς ἀγαπητοῖς δὲ ἡμῶν καὶ συμπρεσβυτέροις Διονυσίῳ καὶ Φιλήμονι, συμψήφοις πρότερον Στεφάνῳ γενομένοις, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν μοι γράφουσι πρότερον μὲν ὀλίγα, καὶ νῦν δὲ διὰ πλειόνων ἐπέστειλα. ſed & cariſſimis fratribus & compresbyteris Dionyſio ac Philemoni, qui prius Stephano aſſenſi fuerant, deque iiſdem rebus ad me ſcripſerant, antea quidem breviter, nunc vero pluribus verbis ſcripſi*. Liquet ex his verbis Dionyſium & Philemonem, cum antea in omnibus Stephano aſſentirentur, poſtea C ab eo aliqua in re diſſenſiſſe. Perabſurde autem Launojus tom. 8. pag. 603. ex his concludit hos duos presbyteros, cum antea baptiſmum ab hæreticis datum non rejicerent, poſtea in Cypriani ſententiam conceſſiſſe. Perpaucos fore arbitror, qui Launoii conjecturam non explodant. Non enim hic tam agitur de dogmate, quam de dogmatis defendendi ratione : nec Stephani doctrinam improbat Dionyſius, quippe cum illam ipſe ſequeretur; ſed in eo lenitatem & animi moderationem requirit. D Quapropter cum ait Dionyſium & Philemonem Stephano prius aſſenſiſſe, deque iiſdem rebus ad ſe ſcripſiſse; id accipi debet de hac Stephani ſententia, non communicandum eſſe cum Heleno & Firmiliano, & aliis rebaptizantibus; quæ præcipua fuit & diſcordiarum origo, & curarum ac ſollicitudinum Dionyſii materia. Quod ſi Stephani agendi rationem Dionyſius & Philemon probare aliquando deſierunt, tum maxime videntur id feciſse, cum eum ad extremas illas diſcordiæ ſignificationes efferri viderunt; nec immerito eorum ſapientia E mitigatum exiſtimamus edictum Stephani, quod ne ipſe quidem Firmilianus ad exitum perductum fuiſse dicit, ut legatis epiſcopis tectum & hoſpitium negaretur.

Jam vero Tillemontii rationibus non difficile eſt reſpondere. Veriſimile eſse non putat Stephanum ad primum decreti Africani nuntium tam vehementer exarſiſse. Sed hæc difficultas, quæ Tillemontio diſsenſionem in Africa incœpiſse exiſtimanti magna videbatur, ex his quæ de Oriente diximus evaneſcit. Nec jam mirum eſt ſi Stephano, F his quæ ipſi cum Aſiaticis interceſserant accenſo, novas faces doloris Africana decreta admoverunt.

Quærit etiam Tillemontius cur Stephanus ad Cyprianum ſcripſerit, ſi legatos nec ad communionem, nec ad colloquium admiſit. At minime repugnat ut duo illi, quos diximus, presbyteri a ſancto pontifice impetrarent, ut ſaltem ad Cyprianum ſcriberet. Quamquam Stephanus, cum his in litteris rebaptizantes abſtinendos putet, non multum videtur a ſua in legatos agendi ratione diſcedere.

Illud etiam argumenti loco ſumit Tillemontius, quod Cyprianus in concilio tertio Carthaginenſi nihil de his in legatos injuriis dixerit : unde ſcriptor doctiſſimus concludit legationem poſt concilium tertium collocandam eſſe. Sed hoc ſilentium lenitati, quæ ſumma fuit in Cypriano, tribuendum. In litteris autem ad Pompejum, in quibus Stephani epiſtola refellitur, nonnulla S. martyri durius in Stephanum dicta exciderunt, quæ in tanta animi moderatione conceptum ex maximis contumeliis dolorem indicant. Idem probant hæc verba ex epiſt. ad Jubajanum quæ ante concilium tertium ac non multo poſt ſecundum ſcripta eſt; *cur prævaricatores veritatis*, inquit pag. 132. *cur proditores unitatis exiſtimamur?*

Legationem proxime ſecuta eſt epiſtola ad Jubajanum epiſcopum. Is conſuluerat Cyprianum de baptiſmo ab hæreticis dato, ſimulque miſerat epiſtolam non a ſe ſed ab alio ſcriptam adverſus ſententiam Cypriani. Refellit hanc epiſtolam Cyprianus, & ſummo ſtudio colligit quidquid ad cauſæ ſuæ defenſionem valere exiſtimabat, ſervata ſemper animi moderatione & caritate qua nihil antiquius habebat. Mittit etiam Jubajano exemplum epiſtolæ ad Numidas & ad Quintum, ac forte etiam proximæ ſynodi decreta, de qua ſic loquitur : *Et nunc quoque cum in unum conveniſſemus tam provinciæ Africæ quam Numidiæ epiſcopi numero ſeptuaginta & unus, hoc idem denuo ſententia noſtra firmavimus*, pag. 129. Ex quibus patet hanc epiſtolam non multo poſt concilium ſcriptam fuiſſe; ſed tamen poſtquam a Stephano litteræ veniſſent. Nam in epiſt. ad Stephanum teſtatur Cyprianus nonnullos a ſe diſſentire, *ſed ſalvo inter collegas pacis & concordiæ vinculo*. Contra in epiſt. ad Jubajanum ait pag. 129. *cur prævaricatores veritatis, cur proditores unitatis exiſtimamur?* pag. 132. Jam tum ergo deſiderabat in adverſariis ſuis pacis & concordiæ ſtudium, quod ſcribens ad Stephanum laudaverat.

Miſit Jubajano aliud munus, libellum de bono Patientiæ, de quo ſic loquitur pag. 137. *Servatur a nobis patienter & leniter caritas animi, collegii honor, vinculum fidei & concordia ſacerdotii. Propter hoc etiam libellum de bono Patientiæ, quantum valuit noſtra mediocritas permittente Domino & inſpirante conſcripſimus, quem ad te pro mutua dilectione tranſmiſimus*. Præclare obſervarunt eruditi viri tam attemperate ſcriptum eſſe hunc librum, ut controverſiam, quæ tunc fervebat, non magis attigerit Cyprianus, quam ſi nulla prorſus exſtitiſſet. Non multo poſt alium librum de Zelo & Livore ſcripſit eodem conſilio. Uterque recenſetur a Pontio poſt librum de Opere & Eleemoſyna.

Cum litteræ Stephani in Africam perlatæ fuiſſent, Pompejus Sabratenſis epiſcopus, idem, ut veriſimile eſt, qui ordinationi S. Cornelii interfuerat, ſignificavit Cypriano cupidum ſe eſſe epiſtolæ Stephani videndæ. Morem ei gerit Cyprianus, atque hanc epiſtolam refellit paulo commotior, quod Stephanus *ſacerdotes Dei veritatem Chriſti & Eccleſiæ unitatem tuentes abſtinendos* putaret, ep. LXXIV. Simul Pompejo miſit exempla aliarum epiſtolarum, in quibus de baptizandis hæreticis diſſeruerat.

Liber de baptiſmo hæreticorum, cujus auctor epiſcopus erat, ut alias probabimus, tam indignis conviciis Cyprianum appetit, ut ſcriptum eſſe non dubitem poſt illud tempus, quo Cyprianus ad Stephanum ſcribens, iis a quibus diſſentiebat, ſervatæ caritatis & concordiæ teſtimonium tribuebat.

Scripta etiam epiſtola LXXVI. ad Magnum, poſtquam diſputationis æſtus nonnullos ex Cypriani adverſariis in convicia & maledicta abripuerat. Quod enim eos *pertinaces & indociles* vocat; quod ait *prævaricatores fidei atque Eccleſiæ proditores intra ipſa ſepta Eccleſiæ contra Eccleſiam ſtare*; declarat hæc oratio illius dolorem, quod animi moderationem, & unitatis ſtudium, cui maxime conſultum volebat, in omnibus adverſariis non reperiret. Hanc tamen epiſtolam Baronius & Pearſonius primam omnium de baptiſmo ſcriptam volunt, quia in ea Cyprianus priores epiſtolas non commemorat. Sed ne hæc quidem epiſtola in litteris ad Quintum & Jubajanum & alios memoratur. Præterea videtur Magnus, ut obſervat Tillemontius, priores epiſtolas Cypriani notas & perſpectas habuiſſe; aſſentiebatur enim ei in omnibus, ac unus tantum illius animo ſcrupulus inſidebat, an inter ceteros hæreticos ii, qui a Novatiano veniebant, baptizandi eſſent.

Quæſierat etiam Magnus quid Cypriano de illis videretur, *qui in infirmitate & languore gratiam Dei conſequuntur, an habendi ſint legitimi Chriſtiani*, eo quod aqua ſalutari non loti ſint ſed perfuſi. Reſpondet Cyprianus ejuſmodi homines legitimos eſſe Chriſtianos, ac parvi referre quod perfuſi aut aſperſi fuerint. Sic autem eos carpit, qui baptiſma hæreticorum probabant, & baptiſmo eccleſiaſtico majeſtatem ſuam & ſanctitatem derogabant, ut Romanam eccleſiam non obſcure deſignet, in qua notum eſt Clinicos a clero excluſos fuiſſe.

XXXI. *De concilio tertio Carthaginenſi. Mittit Cyprianus Rogatianum diaconum ad Firmilianum. De epiſtola Firmiliani ad Cyprianum.*

Immoderata adverſariorum ſtudia juſtiſſimam metuendi cauſam attulerant Cypriano, ne quid vulneris unitati Eccleſiæ inureretur. Quare ut tanto malo occurrat, frequentius quam antea concilium cogit, & cum epiſcopis nonnullis exterarum gentium conſilia fovendæ pacis & unitatis conjungit.

Quo autem anno habita ſit hæc ſynodus operæ pretium eſt inquirere. Tota res pendet ex morte Stephani papæ. Nam cum nemo dubitet quin die 2.ª Auguſti obierit; neceſſe eſt ut concilium Carthaginenſe tertium, quod eo adhuc vivente calendis Septembris habitum eſt, uno ante illius mortem anno habitum dicatur. Satis autem inter omnes convenit Stephanum ordinatum fuiſſe anno 253. ſed alii duos tantum annos ſediſſe, & anno 255. mortuum eſſe exiſtimant; alii quatuor ei pontificatus annos tribuunt, ejuſque mortem referunt ad annum 257. Poſterior ſententia, quam Tillemontius & Pearſonius ſecuti ſunt, ſolutior & explicatior videtur. Nam ſi mors Stephani referatur ad an. 255. concilium tertium Carthaginenſe referendum erit ad calendas Septembris anni 254. ſi-

A mulque concurrent Stephani cum Afris & cum Orientalibus concertationes, quas temporibus diviſas eſſe probavimus. Huc accedunt rationum momenta, quibus Tillemontius & Pearſonius nituntur; illud in primis, quod Firmilianus in epiſtola ad Cyprianum teſtetur *ante viginti & duos fere annos temporibus poſt Alexandrum imperatorem multas accidiſſe calamitates per Cappadociam & per Pontum, ut ex hoc perſecutio quoque gravis adverſum nos Chriſtiani nominis fieret*. Quamobrem cum Alexander mortuus ſit B anno 235. annus ab ejus morte vigeſimus ſecundus idem prorſus ac 256. ac proinde hoc maxime anno ſervebat diſſidium de baptiſmo, nondumque Stephanus obierat. 2.° Si mortuus fuiſſet Stephanus anno 255. quomodo Cyprianus, qui anno 258. idibus Septembris vitam pro Chriſto profudit, tamdiu conticuiſſet in re tanti momenti? Nihil enim per totum illud tempus aſſignari poſſet, quod ab eo aut ad cauſæ ſuæ defenſionem, aut ad rerum pacificationem factum diceretur. Sed ſi controverſia de baptiſmo ad annum 256. referatur, non C valde mirum videbitur, quod Cyprianus poſt tertium Carthaginenſe concilium, poſt ſcriptas ad Firmilianum litteras conticuerit; quia perſecutio, quæ cum anno 257. incœpit, his rebus agitandis locum non relinquebat. 3°. Pluribus argumentis probat Tillemontius S. Stephanum martyrem obiiſſe; & cum perſecutio non exarſerit niſi anno 257. inde concludit ſancti illius papæ mortem ad menſem Auguſtum ejuſdem anni referendam eſſe, ac proinde concilium Carthaginenſe tertium, quod eo adhuc D vivente celebratum eſt, & litteras Cypriani ad Firmilianum, quæ pariter ſub hoc pontifice ſcriptæ ſunt, ad annum 256. pertinere.

Præcipuæ difficultates, quæ hanc Tillemontii & Pearſonii ſententiam obſtruebant, ſolvi poſſe videntur ex his quæ modo obſervavimus de diſſenſione ſerius in Africa quam in Oriente exorta. Hac enim notata diſtinctione nihil jam officit auctoritas Euſebii, nec neceſſe eſt accurato ſcriptori nævum abſurdum affingere. Fatetur Tillemontius non facile explicari poſſe, cur Dionyſius Alexandrinus, ſi Xyſtus ne E toto quidem anno præfuit, tres tamen ad eum litteras dederit, idque perſecutionis & exſilii moleſtiis detentus; cum ad Stephanum illius deceſſorem, ſub quo acriores erant diſcordiæ, ſemel tantum ſcripſiſſet. Hæc difficultas, quæ prima ſpecie de Stephani annis aliquid demendum & Xyſto addendum ſuadet, non leviter imminuitur, ſi Dionyſius de rebus Orientalibus ad Stephanum, ac poſtea de Africanis ad Xyſtum ſcripſiſſe dicatur. Nam cum diſſidium Stephani cum Orientalibus non illud quidem F compoſitum fuiſſet, ſed tamen demitigatum, ac iſtis conſuetudinem ſuam pacifice retinentibus bellum, ut ita dicam, in Africam poſtea translatum fuiſſet; minime mirum ſi Dionyſius non amplius ad Stephanum ſcripſit, nec ante ſtudium ſuum ad res pacificandas exſuſcitavit, quam de rebus Afrorum, qui illius opem fortaſſe ſerius implorarunt, certo cognoviſſet.

Exſtant acta hujus tertii concilii Carthaginenſis, cui adſuerunt ex provincia Africa, Numidia & Mauritania epiſcopi LXXXV. vel etiam LXXXVII. ſi numerentur duo abſentes, Pompe-

jus Sabratenſis & Dioga Leptimagnenſis, qui vices ſuas Natali ab Oea commiſerant. Cum ergo in unum conveniſſent calendis Septembris cum presbyteris & diaconis, præſente etiam plebis maxima parte, lectæ ſunt litteræ Jubajani ad Cyprianum, item Cypriani ad Jubajanum, & quas poſtmodum Cypriano Jubajanus reſcripſerat. Tum Cyprianus hnrtatus eſt ut ſententiam libere ac pacifiee dicerent, *neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem, ſi diverſum ſenſerit, amoventes. Neque enim quiſquam noſtrum*, ajebat, *epiſcopum ſe eſſe epiſcoporum conſtituit, aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit*, quibus verbis Stephanum notari obſervat Baronius. Idem omnes uno ore pronuntiarunt, ac ultimus omnium Cyprianus ſententiam ſuam in epiſtola ad Jubajanum pleniſſime expreſſam fuiſſe declaravit.

Stabilitam hoc conſilio inter Afros unitatem novis præſidiis communire ſtatuit Cyprianus. Rogatianum diaconum miſit cum litteris ad Firmilianum, quibus eum de diſſenſione cum Stephano certiorem faciebat. Videtur etiam miſiſſe quæ de baptiſmn hæraticorum ad alios ſcripſerat; nam Firmilianus laudat illius adverſus Stephanum reſponſa, ac nonnulla refert quæ in epiſtola ad Jubajanum leguntur. Pergrata acciderunt Firmiliano ſcripta Cypriani, quæ quidem ſe quaſi ſua propria ſuſcepiſſe teſtatur, nec in tranſcurſu legiſſe, ſed ſæpe repetita memoriæ mandaſſe. Sic autem reſpondet Cypriano, ut quæ ab ipſn dicta fuerant, retexat ad confirmandam veritatem, & quædam addat ad cumulandam probatinnem. Sed raptim ſcribenti multa in Stephanum iracundius dicta exciderunt, quæ fortaſse pro eximia animi moderatione Firmilianus emendaſſet, niſi ſpatium relegendæ, ut par erat, epiſtnlæ Rogatianus moræ impatiens eripuiſset. Hæc autem Firmiliani epiſtola, quæ Latine reddita exſtat inter Cyprianicas ſeptuageſima quinta, ſic Cypriani ſtilum rednlet, ut non alium interpretem habuiſse videatur.

Fidus interpres græcæ linguæ ingenium nonnullis in locis retinuit. Pauln poſt initium pag. 143. *Contriſtantur* (angeli) *quando vident diverſas quorumdam mentes & ſciſſas voluntates, quaſi non tantum unum & eumdem Deum ſimul invocent, ſed ſeparatis & diviſis ab invicem nec confabulatio jam poſſit eſſe aut ſermo communis*, id eſt, quaſi non tantum unum & eumdem Deum ſimul nnn invocent; quæ poſtrema negatio nonnumquam omirtitur apud Latinos ſed ſæpius apud Græcos. Pag. 145. *Niſi ſi bis epiſcopis quibus nunc minor fuit Paulus*; legendum putavit Pamelius *de quibus nunc*, ſed manifeſtus eſt Hellenismus, τούτοις ἐπισκόποις τοῖς νῦν, his epiſcopis nunc exſiſtentibus. Facilius Helleniſmus deprehenditur in his verbis pag. 147. *Idem error eſt, dæmonum ſallacia ipſa eſt*, id eſt eadem.

Narrat Firmilianus pag. 146. hiſtoriam mulieris a dæmone afflatæ, quæ *etiam hoc frequenter auſa eſt, ut & invocatione non contemtibili ſanctificare ſe panem, & Euchariſtiam facere ſimularet, & ſacrificium Domino* (non) *ſine ſacramento ſolitæ prædicationis offerret*, &c. Legit Rigaltius, cujus nota in edit. Oxon. apponitur, *ſolitæ precationis*. At nihil prorſus mutandum; hæc enim accurate de Græcis expreſſa ſunt. Preces in ſacrificio fieri ſnlitæ vocantur apud Baſil. ep. CCXLI. ἐκκλησιαστικὰ κηρύγματα, *prædicationes eccleſiaſticæ*.

Cum exiſtimaret Firmilianus adverſarios ſuos in baptiſmo foris ab adultis ſuſceptn Chriſti gratiam agnoſcere, ſie eos refellit pag. 147. *Nam ſi non mentitur Apoſtolus* dicens: Quotquot in Chriſto tincti eſtis, Chriſtum induiſtis; *utique qui illic in Chriſto baptizatus eſt, induit Chriſtum: ſi autem induit Chriſtum, accipere potuit & Spiritum ſanctum, qui a Chriſto miſſus eſt, & fruſtra illi venienti ad accipiendum Spiritum manus imponitur: niſi ſi a Chriſto Spiritum induit, ut apud hæreticos ſit quidem Chriſtus, non ſit autem illic Spiritus ſanctus*. Illud *niſi ſi a Chriſto Spiritum induit*, idem valet ac poſt Chriſtum; nec probabilis eſt conjectura Cauchii & Pamelii qni legendum putant, *Niſi ſi a Chriſto Spiritum non induit*.

Alium locum longe difficiliorem emendare conabor. De iis qui foris baptizati ſine nnvn baptiſmo in Eccleſia obierunt, ſic ſtatuit Firmilianus pag. 149. *Si de ſæculo exceſſerunt, in eorum numero qui apud nos catechizati quidem ſunt, ſed priuſquam baptizarentur obierunt, habentur. Non modo dicunt emolumentum veritatis & fidei, ad quam relicto errore pervenerant, etſi conſummationem gratiæ conſecuti non ſunt morte præventi*. Exiſtimat Rigaltius verbum *habent* reponendum poſt *habentur*, & ſie emendat: *Habent, non modo diſcunt emolumentum veritatis & fidei*: ſed multo aptius legi poſſet, *Habent non modicum emolumentum*, pro *non modo dicunt aut non modo diſcunt*.

XXXII. *Nonnullæ obſervationes adduntur in hanc de baptiſmo controverſiam.*

Quid in hac cauſa deinceps Stephanus ac Cyprianus egerint, nullo prorſus exſtat monumento. Forte perſecutio, quæ paucis poſtea menſibus ſupervenit, animos a domeſticis contentionibus ad religinnis defenſinnem avocavit; ſed non alia res periculum ſchiſmatis ab Eccleſia repulit, quam unitatis amor ex utraque parte impreſſus animis & inſculptus. Videbatur ſibi utraque pars maximi momenti ſententiam defendere. Nnn ignnrabant Cypriani adverſarii gravem injuriam a rebaptizantibus fieri & Chriſti ſacramentis & apoſtolicæ traditinni & tot eccleſiis, quæ, ſi vera fuiſſet Cypriani opinio, communionem hominibus nnn baptizatis dediſſent, ac ſæpe etiam commiſiſſent ut infantes baptiſmo defraudati morerentur. Hæc Cypriano fuiſſe nbjecta perſpicitur, tum ex ipſius epiſtolis, tum ex libro de Rebaptiſmate. Parte ex alia Firmilianus & Cyprianus, cum hæc quæſtio nondum in clariſſima luce poſita, & conſtanti Eccleſiæ judicio deciſa eſſet, peſſimam conſuetudinem obrepſiſſe & graviter ab adverſariis delinqui putabant. *Quæ iſta obſtinatio eſt*, ait Cyprianus in ep. ad Pompejum pag. 139. *quæve præſumtio humanam traditionem divinæ diſpoſitioni anteponere, nec animadvertere indignari & iraſci Deum, quoties divina præcepta ſolvit & præterit humana traditio?* Queritur in eadem epiſtola auctoritatem hæreticis attribui, fidem & veritatem prodi, pag. 141. Veritatem

ſibi & aliis idem ſentientibus ſingulari Dei beneficio retectam fuiſſe credebat, ut eam aliis eccleſiis proponeret. *Proinde fruſtra quidam*, inquit in ep. ad Jubajanum pag. 133. *qui ratione vincuntur conſuetudinem nobis opponunt, quaſi conſuetudo major ſit veritate, aut non id ſit in ſpiritalibus ſequendum quod in melius fuerit a ſancto Spiritu revelatum. Ignoſci enim poteſt ſimpliciter erranti, ſicut de ſeipſo dicit apoſtolus Paulus:* Qui primo, *inquit*, fui blaſphemus & perſecutor & injurioſus, ſed miſericordiam merui qnia ignorans feci. *Poſt inſpirationem vero & revelationem factam, qui in eo quod erraverat, perſeverat prudens & ſciens, ſine venia ignorantiæ peccat: præſumtione enim atque obſtinatione quadam nititur, cum ratione ſuperetur.* Sic etiam Firmilianus: *Quale delictum eſt*, inquit p. 149. *vel illorum qui admittuntur, vel eorum qui admittunt; ut non ablutis per Eccleſiæ lavacrum ſordibus, nec peccatis expoſitis, uſurpata temere communicatione contingant corpus & ſanguinem Domini?*

Sed quo majoris momenti ſuam utraque pars ſententiam eſſe duxit, eo magis in ntriſque amor eluceſcit unitatis. In Oriente non videtur magna fuiſſe animorum contentio, quamvis plures provinciæ ab antiqua & communi ſententia diſcreparent. Dionyſius Alexandrinus cum ſcriberet ad Stephanum, ut eum Aſiaticis rebaptizantibus placaret, ſummam epiſcoporum in Oriente concordiam laudabat. Ex quo patet Orientis epiſcopos liberalius quam Stephanum egiſſe cum Aſiaticis. Revera Helenus & Firmilianus magno ſemper in pretio apud collegas fuerunt. Enituit etiam in Occidente odium & fuga ſchiſmatis. Auctor libri de Rebaptiſmate, etſi Cyprianum indignis opprobriis & conviciis lacerat, fatetur tamen totam hanc quæſtionem inter fratres agitatam fuiſſe. *Animadverto*, inquit initio libri, *quæſitum apud fratres, quid potius obſervari oporteat in perſonam eorum qui in hæreſi quidem ſed in nomine Dei noſtri Jeſu Chriſti ſint tincti*, &c. Stephanus juſto vehementior fuit; nec de circo tamen Africa cum aliis eccleſiis & cum Romana etiam communicare deſiit. Nullo ſane exſtat monumento alios epiſcopos ſuam Afris communionem negaſſe, & rebaptizantes abſtinendos putaſſe, ut Stephanus putaverat. Quinetiam cum in ipſa eccleſia Romana duo præſtantiſſimi presbyteri, Philemon & Diooyſius, ut modo vidimus, mature animadverterint quid nimia Stephani ſeveritas peccaret; merito mihi exiſtimare videor totam illam diſsenſionem ne ſub hoc quidem pontifice eos habuiſse exitus, qui ex primo animorum calore conſequi poterant. Sub S. Xyſto Stephani ſucceſsore, etſi perſecutio domeſticas rixas compeſcere, aut ſaltem indutias afferre debuerat, non tamen videtur de baptiſmo ſtatim contentio refrixiſse; ſiquidem Dionyſius Alexandrinus inter exſilii moleſtias, atque in ipſo perſecutionis incendio tres litteras ad Xyſtum ſcripſit, ut eum ad lenitatem & concordiam vocaret. Uſus eſt conſiliis Dionyſii ſanctiſſimus martyr; & iccirco *bonus & pacificus ſacerdos* a Pontio vocatus creditur, & eccleſiæ Africanæ diptychis inter martyres adſcriptus, quod natam ſub Stephano controverſiam ſedaſset. Illum inter &

A Cyprianum communionem non interruptam fuiiſe liquet ex epiſt. LXXXII. in qua narrat Cyprianus ſe Romam miſiſe qui de rebus Eccleſiæ certa referrent. De Dionyſio autem non dubium eſt quin cum Afris liberaliter egerit, qui adhuc presbyter nimiam Stephani ſeveritatem probare deſierat. Eadem humanitas ab aliis pontificibus ſervata, *donec*, ut ait Auguſtinus lib. 1. de Bapt. *plenario totius orbis conſilio quod ſaluberrime ſentiebatur etiam remotis dubitationibus firmaretur*.

B Sed amorem unitatis præcipue declaravit Cyprianus, cui veritatem *nimirum propterea Dominus non aperuit*, inquit Auguſtinus lib. 1. de Bapt. cap. 18. *ut ejus pia & humilitas & caritas in cuſtodienda ſalubriter Eccleſiæ pace pateſceret, & non ſolum illius temporis Chriſtianis, ſed etiam poſteris ad medicinalem, ut ita dicam, notitiam ſignaretur*. Quamvis magnum errorem in adverſariis perſpicere ſibi videretur, tamen *in his quæſtionibus, quæ*, ut ait Auguſtinus lib. 3. de Bapt. cap. 3. *nondum eliquatiſſima perſpectione diſcuſſæ ſunt*, minime dubitans quin *ha*-
C *beat omnis epiſcopus pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ arbitrium proprium, tamque judicari ab alio non poſſit, quam nec ipſe poteſt alterum judicare*; ſic in concilio Carthaginenſi collegas alloquitur: *Supereſt ut de hac ipſa re quid ſinguli ſentiamus proferamus, neminem judicantes aut a jure communionis aliquem, ſi diverſum ſenſerit, amoventes*. Donatiſtæ olim de ſancto Cypriano *quaſi cum ipſius laude* dictitabant e.m mentitum eſſe *& ſimpliciores collegas in verbo capere* cogitaſſe, *ut cum ſe diverſum ſentire prodidiſſent, tunc contra quam promiſerat, excommunicandos eſ*-
D *ſe cenſeret*. Sed Auguſtinus hanc calumniam refellit lib. 3. de Bapt. cap. 3. Calidus ſane fuit ac juſto vehementior Firmilianus; ſed tamen unitatis amor in tota ejus ſpirat epiſtola, nec quidquam de Unitate Eccleſiæ ſignificantius dici poteſt. Hioc quamvis veritatem maximi momenti defendere ſibi videretur, quia tamen Eccleſiæ judicium noodum acceſſerat, eodem modo agendum putat ac in variis inſtitutis ad diſciplinam pertinentibus. *Secundum quod*, inquit pag. 144. *in ceteris quoque plurimis provin*-
E *ciis multa pro locorum & nominum diverſitate variantur, nec tamen propter hoc ab Eccleſiæ pace atque unitate aliquando diſceſſum eſt*.

XXXIII. *De epiſtola* LXIII. *Cypriani adverſus eos qui aquam ſolam in matutino ſacrificio adhibebant*.

Præter litteras quas Cyprianus ad cauſæ ſuæ defenſionem ſcripſit, aliam non eadem de re, ſed circa eadem tempora ſcriptam conjicio; nempe ſexageſimam tertiam ad Cæcilium epi-
F ſcopum, ut veriſimillimum eſt, a Bilta, qui primus in concilio Carthaginenſi ſententiam dixit. Occaſiooem dedit huic epiſtolæ prava apud nonnullos inducta conſuetudo, ut in matutino ſacrificio aquam tantummodo adhiberent. Neque id tamen, ut Encratitæ, odio vini a Deo creati committebant; nam veſpere calicem vino mixtum offerebant. Demonſtrat Cyprianus prava hac conſuetudine & Chriſti præceptum violari, & ſacramentum penitus everti, cum ſanguis Chriſti in calice eſſe non poſſit,

poſſit , niſi vinum adhibeatur . Ex his autem A verbis, *Et viderit , frater cariſſime , ſi quis de anteceſſoribus noſtris vel ignoranter vel ſimpliciter non hoc obſervavit* , facile perſpicitur hoc vitium non tunc primum obrepſiſſe, ſed ab annis inveteraſſe pluribus, ac proinde non in inſignem aliquam eccleſiam , ſed potius in pagos quoſdam inductum fuiſſe . Nam ſi quid ejuſmodi commiſſum fuiſſet in majoribus civitatibus , cito res aliis eccleſiis cognita indignationem omnium commoviſſet . Quare immerito Pearſonius id ab epiſcoporum Carthaginenſium aliquo pro- B fluxiſſe exiſtimat . Illud enim , *ſi quis de anteceſſoribus noſtris* , non magis ad Cypriani quam ad Cæcilii anteceſſores refertur ; ſed cum unus ſit epiſcopatus, ſuos ac Cæcilii anteceſsores vocat Cyprianus eos qui dudum Eccleſiæ præfuerant .

Cur autem hanc epiſtolam exorta de baptiſmo controverſia ſcriptam putem , conjecturam facio ex his verbis : *Et quia jam ſecundus ejus adventus nobis appropinquat , magis ac magis benigna ejus & larga dignatio corda noſtra luce veritatis illuminat* . Majus quidpiam indicant hæc C verba , quam ut de rebus in hac epiſtola pertractatis intelligantur . Erat enim exploratum omnibus Chriſtianis ſanguinem Chriſti in calice eſse non poſse , niſi vinum offeratur ; atque in hoc genere perpauci peccabant , idque metu magis & pravo pudore , quam errore pertinaci . At in controverſia , quam de baptiſmo Cyprianus cum tot eccleſiis habuit , veritatem ſibi & collegis idem ſentientibus ſingulari beneficio revelatam contendebat , ut præcedenti capite obſervavimus. Hanc uberiorem illuſtratio- D nem , hanc benignam & largam Chriſti dignationem obiter tangere videtur in hac epiſtola LXIII. Huc accedit quod objectam conſuetudinis auctoritatem in epiſtolis de baptiſmo ſcriptis eodem modo ac in ſexageſima tertia refellit .

Hanc tamen epiſtolam Pearſonius ad annum 253. collocat in Galli & Voluſiani perſecutione . Tempus perſecutionis colligit tum ex Chriſti adventus exſpectatione , tum ex his verbis pag. 109. *Niſi ſi in ſacrificiis matutinis hoc quis veretur , ne per ſaporem vini redoleat ſanguinem* E *Chriſti . Sic ergo incipit & a paſſione Chriſti in perſecutionibus fraternitas retardari , dum in oblationibus diſcit de ſanguine ejus & cruore confundi* .

Quod ſpectat ad Chriſti adventum ; non minus aperta eſt illius exſpectatio , ut ſupra diximus , cap. XXVIII. in nonnullis Cypriani operibus , quæ in pace ſcripta eſſe conſtat . In allato autem teſtimonio non eum metum Cyprianus exprobrat iis quos refellit , ne quis ex vini odore Chriſtianus eſse argueretur , (quomodo enim id ſuſpicati eſsent ethnici , quos F penitus latebat quid in Chriſtianorum myſteriis ageretur) ſed ne vini matutinus odor minus honeſtam & dignam homine ſobrio ſpeciem haberet . Hinc pacis potius quam perſecutionis tempus indicat Cyprianus , dum ait eos ad ſanguinem in perſecutionibus fundendum fieri tardiores , qui ex ſanguinis Chriſti communione tam leve incommodum reformidant . Quamquam inanem illum metum non aſſeverando , ſed potius conjiciendo reprehendit .

XXXIV. *Confeſſio & Martyrium Cypriani* .

Tot eximiis Cypriani de Eccleſia meritis , tot rebus præclare geſtis nihil addi poſse videbatur præter confeſſionis & martyrii laudem. Utrumque Chriſti dono conſecutus eſt in perſecutione Valeriani , qui cum Chriſtianos aliquamdiu privatim ac publice omni humanitate foviſset , poſtea Macriani artibus inductus magnum ſe quemdam ac felicem imperatorem fore ſperavit , ſi Chriſtianam religionem oppugnaret . Cum perſecutio inſtaret in Africa , Fortunatus epiſcopus , idem forte qui in ſynodo Carthaginenſi dicitur epiſcopus a Tuccabori , Cyprianum rogavit , ut ad præparandas & corroborandas fratrum mentes de divinis Scripturis hortamenta componeret . Libenter obtemperavit Cyprianus , parum eſse ratus quod Dei plebem claſſico ſuæ vocis erigeret , niſi credentium fidem & dicatam Deo devotamque virtutem divina lectione firmaret . Scripſit itaque librum de *Exhortatione martyrii* , totum pæne ex Scripturæ teſtimoniis compoſitum . Fruſtra Baronius & Fellus hoc opus ſub Gallo collocant . Recenſetur enim a Pontio diacono poſt libros de Patientia , & de Zelo & Livore , ut obſervat Tillemontius . Cum autem Cypriani confeſſio & martyrium ipſius actis , quæ infra apponemus , conſignata ſint , non teram tempus in iiſdem rebus enarrandis , ſed ſatis erit ſcriptas in hac perſecutione epiſtolas breviter recenſere .

Cum edixiſset Valerianus ne Chriſtiani conventus agerent & cœmeteria ingrederentur , aut ſi quis huic præcepto non pareret , capite plecteretur ; Cyprianus omnium primus in Africa perſecutionis impetum videtur excepiſse . Id enim obſervarunt eruditi viri ex his verbis ep. LXXVIII. ubi Cyprianum ſic martyres alloquuntur : *Quaſi bonus & verus doctor quid nos diſcipuli ſecuti apud præſidem dicere deberemus , prior apud acta proconſulis pronuntiaſti : & tuba canens Dei milites cæleſtibus armis inſtructos ad congreſſionis prælium excitaſti : & in acie prima pugnans ſpiritali gladio diabolum interfeciſti : agmina quoque fratrum hinc & inde verbis tuis compoſuiſti* , &c.

Chriſtum ſumma animi firmitudine confeſſus coram Paterno proconſule tertio cal. Sept. anno 257. exſul deportatur in abditum & abſtruſum locum , qui Curubis dicebatur . Comitatus eſt eum in exſilio Pontius diaconus , qui vitam ipſius ſcripſit . Eo autem die , quo primum in exſilii loco manſerunt , monitus eſt Cyprianus viſione nocturna de futuro martyrio ; ſed impetravit dilationem craſtini , ut res ſuas die illo , quem impetraverat , ordinaret . Verum *hic dies unus ſignificabat annum* , ait Pontius ; *nam eo die poſt exactum annum coronatus eſt , quo hoc illi ante annum fuerat oſtenſum* . Eo autem facilius illi fuit rebus eccleſiæ ſuæ providere ac in primis in ſublevandis pauperibus curas impendere , quod ſub Xyſto *bono & pacifico ſacerdote* , ut ait Pontius , ſedatæ diſſenſiones magnis eum moleſtiis exſolverant . Cum Cyprianus in exſilio moraretur , multi epiſcopi conſtantiam ejus imitati ſunt , eorumque exemplum ſecuta multiplex plebis portio , con-

ſeſſa

ſeſſa eſt pariter cum eis & pariter coronata eſt, A a præpoſitis ſuis nec carcere nec metallo ſeparata. Neque in hoc numero virgines & pueri defuerunt. Beatorum martyrum pars coronata, pars in carcere remanſit; alii metallis damnati ſunt, ubi quot ærumnas pertulerint perſpici poteſt ex epiſtola LXXVII. quam ad eos ſcripſit Cyprianus gratulandi magis quam conſolandi cauſa. Vincti erant pedes traverſariis & compedibus: humi jacebant ſine lecto: panis exiguus præbebatur: veſtis algentibus deerat: ſemitonſi capitis capillus horrebat. Inſcri- B pta eſt epiſtola coepiſcopis, presbyteris & diaconibus & ceteris fratribus. Simul miſit pecuniæ ſummam ſuo & Quirini nomine per Herennianum hypodiaconum, & Lucanum, & Maximum & Amantium acolythos. Gratias egerunt confeſſores per tres diverſas litteras, quia variis in locis laborabant. Exſtant hæ litteræ, ſuntque inter Cyprianicas LXXVIII. LXXIX. LXXX.

Cypriani caritas Africæ finibus non continebatur; ſed ſi codici antiquiſſimo fides habenda, litteris hortatus eſt duos alios martyres Au- C guſtinum & Felicitatem, qui Capuæ in Campania paſſi feruntur in eadem Valeriani perſecutione. Utriuſque nomen legitur in antiquis martyrologiis Hieronymo adſcriptis. Exiſtimat Tillemontius Cyprianum, præter librum de Exhortatione martyrii, præter litteras ad confeſſores, aliud opus in eamdem ſententiam ſcripſiſſe. Nam Pontius poſtquam librum de Exhortatione martyrii commemoravit, hæc addit: *Quis denique tot confeſſores frontium notatarum ſecunda inſcriptione ſignatos & ad exemplum marty-* D *rii ſuperſtites reſervatos, incentivo tubæ cæleſtis animaret?* Porro cum Pontius libros a Cypriano ſcriptos hoc loco recenſeat, nec quidquam dicat de epiſtolis; librum aliquem vir eruditus his verbis indicari putat.

Cum diu Curubis moraretur Cyprianus, Paterno proconſuli ſucceſſit Galerius Maximus, qui Cyprianum ab exſilio revocatum in hortis manere juſſit, dum ſententiam de illo ferret. Hos hortos Cyprianus initio converſionis vendiderat, ac pretium diſtribuerat pauperibus, ſed ei Dei indulgentia reſtitutos fuiſſe diſci- E mus ex Pontio diacono. Dum autem eccleſiæ ſuæ proſpicit, ac diem ex die exſpectat, ut promiſſo in viſione martyrio coronetur; varii & incerti ſermones in vulgus ſparſi eum adduxerunt, ut Romam mitteret qui certa & explorata de rebus Eccleſiæ referrent. Hi reditu ſuo nuntiaverunt, reſcripſiſſe Valerianum ad ſenatum, ut epiſcopi, presbyteri & diaconi in continenti animadvertantur; ſenatores vero & viri egregii & equites Romani dignitate amiſſa etiam bonis ſpolientur, & ſi ademtis facul- F tatibus Chriſtiani eſſe perſeveraverint, capite quoque multentur: matronæ ademtis bonis in exſilium relegentur: Cæſariani quicumque vel prius confeſſi fuerant, vel nunc confeſſi fuerint, confiſcentur, & vincti in Cæſarianas poſſeſſiones deſcripti mittantur. Addebant Xyſtum in cœmeterio animadverſum octavo iduum Auguſtarum die & cum eo diacones quatuor; ſed & perſecutioni quotidie præfectos inſtare, ut ſi qui ſibi oblati fuerint animadvertantur, & bona eorum fiſco vindicentur. Libenter his de rebus certiores collegas feciſſet Cyprianus; ſed non erat facultas clericorum quos mitteret. Nam univerſi ſub ictu agonis conſtituti recedere omnino Carthagine non poterant, parati omnes pro animi ſui devotione ad divinam & cœleſtem gloriam. Tandem oblata occaſione ſcribit ad Succeſſum epiſcopum epiſtolam LXXXII. de rebus Roma allatis, eumque rogat ut hæc per eum collegis innoteſcant, ut ubique hortatu eorum poſſit fraternitas corroborari. Pro eo quod Valerianus reſcripſiſſe dicitur, ut Cæſariani, *quicumque vel prius confeſſi fuerant, vel nunc confeſſi fuerint, confiſcentur & vincti in Cæſarianas poſſeſſiones deſcripti mittantur*, multo aptius legi poſſet, *& ſcripti*, ut eſt in cod. Veron. vel *& inſcripti*, ut in Colbert. 2442. Inter ſupplicia veniebat illa inſcripti frontis ignominia, ut patet ex his verbis Pontii: *Quis denique tot confeſſores frontium notatarum ſecunda inſcriptione ſignatos & ad exemplum martyrii ſuperſtites reſervatos incentivo tubæ cæleſtis animaret?*

Poſtquam perlatum eſt ad Cyprianum frumentarios miſſos eſſe qui eum Uticam perducerent, conſilio cariſſimorum conſenſit, ut de hortis ſuis in abditum aliquem locum ſecederet. Inde ad eccleſiam ſuam ſcripſit epiſtolam ultimam quæ eſt LXXXIII. ſeque hanc ſecedendi cauſam habuiſſe narrat, quod committere noluerit, ut in aliena civitate accepta ſuper confeſſione ſententia exinde martyr ad Dominum proficiſceretur; *quandoquidem ego*, inquit, *& pro me & pro vobis apud vos confiteri, & ibi pati & exinde ad Dominum proficiſci orationibus continuis deprecer, & votis omnibus exoptem & debeam*. Hortatur ut quietem & tranquillitatem teneant, nec quiſquam tumultum moveat, aut ultro ſe gentilibus offerat.

Cum rediiſſet Carthaginem proconſul, rediit Cyprianus in hortos ſuos, carnificem exſpectans. *Conveniebant interim*, ait Pontius, *plures egregii & clariſſimi ordinis & ſanguinis, ſed & ſæculi nobilitate generoſi, qui propter amicitiam ejus antiquam ſeceſſum ſubinde ſuaderent, & ne parum eſſet nuda ſuadela, etiam loca in quæ ſecederet offerebant*. Idem etiam ſuadebant & fideles non pauci. Non dubitaſſet diſcedere Cyprianus, ſi Deus juſſiſſet, ut obſervat idem Pontius. Tunc autem ſuadelis minime annuit; ſed moriendi pro Chriſto cupidus, alios etiam ad conſtantiam hortari non deſinebat. Tandem venit in hortos princeps juſſu proconſulis cum militibus ſuis, ac comprehenſus Cyprianus Chriſtum poſtridie, id eſt 14. Septembr. anno 258. confeſſus eſt & ſanguinem pro eo fudit, ut perſpici poteſt ex ejus vita a Pontio ſcripta, & actis proconſularibus, ubi variæ confeſſionis & martyrii circumſtantiæ, ad quas lectorem dimittimus, accurate deſcribuntur. Utriuſque monumenti contextum ex actis martyrum ſinceris, utpote accuratius ibi, quam in editionibus Cypriani caſtigatum, cum nonnullis doctiſſimi editoris notis excerpſimus. Unum eſt quod adjiciam ad laudem S. Cypriani, ſacras ejus reliquias ſumma cum veneratione in monaſterio Compendienſi a temporibus Caroli Calvi aſſervari. Hanc enim Baſilicam imperator ille in palatio ſuo magnifice exſtruxit, eamque præclariſſimis dotavit privilegiis, ac ibi corpus S. martyris, quod ab Aarone Perſarum rege le-

ge legatis Caroli Magni conceſſum, ac Arelate & deinde Lugduni depoſitum fuerat, veluti eximium quoddam præſidium ac ornamentum collocari voluit, nt Ado Viennenſis, & certiſſima ejuſdem monaſterii inſtrumenta teſtantur.

XXXV. *De libris Cypriano adſcriptis, ac primum de tribus epiſtolis a Baluzio vulgatis. Recenſentur libri de Spectaculis, de Laude martyrii, de Rebaptiſmate, de Pudicitia, ad Novat. &c.*

Ad ea quæ de Cypriani geſtis & ſcriptis diſſeruimus, nonnulla videntur appingenda de adſcriptis ipſius nomini operibus, iis præſertim quæ ſua commendat antiquitas. Tres epiſtolas ex antiquis codicibus eruit Baluzius, ſed eas eruditus criticus genuinas eſſe non pronuntiat. Prima quæ eſt Cornelii papæ ad Cyprianum adverſus pravam rebaptizandi novitatem, præ ſe fert manifeſtam fraudis & mendacii notam; quippe cum hanc controverſiam ſub Cornelio natam non fuiſſe, ac ſummam ſemper conſenſionem Cornelium inter & Cyprianum interceſſiſſe conſtet. Secunda prodit ſub nomine Cypriani ad plebem Carthaginis; ſed ætatem Cypriani non refert, (aliud enim nihil loquitur niſi de Scripturarum traditoribus) & ab illius ſtilo adhuc longius remota eſt. Tertiam Cyprianus ſcribere dicitur benedicto & dilectiſſimo parenti Turaſio, ut illius animum dolore commotum de filiæ dormitinne conſoletur. Nonnulla inſunt iis quæ leguntur in libro Cypriani de Mortalitate ſimillima, ſed ſtilus omnino diverſus. Ceterum monebo hanc epiſtolam inter npera Hieronymi jamdudum vulgatam, in vetuſtis & recentioribus editinnibus ſub nomine Hieronymi ad Tyraſium reperiri.

Nnn indignum opus Cypriano liber de Spectaculis, ſive eloquentiam ſpectes, ſive evangelicum vigorem: multa concurrunt probabilia cur ei tribuatur. Scribit epiſcopus ad eccleſiam ſuam, a qua aberat invitus; ſcribit eo tempore quo mos deferendæ dnmum euchariſtiæ vigebat, quo Chriſtianis maxime cavendum erat ab ethnicorum moribus. Multa ex Tertulliano imitatione expreſſa, qui pridem iiſdem de rebus Carthagine diſſeruerat. Nec mirum eſt ſi in magna illa urbe, cui nullum deerat ſpectaculorum genus, mali contagium ipſos Chriſtianos tentavit. Sed tamen canſæ non videntur ſubeſſe ſatis graves, ut liber de Spectaculis Cypriano adjudicetur. Nulla illius mentin apud Pontium, & quamvis ex his qui inter Cypriani opera editi fuerunt, nullus ad S. martyris ſtilum proplus accedat, ineſt tamen quædam diſſimilitudo, quam aures legendo Cypriano aſſuetæ & contritæ facile percipiant.

Adſcrlptus eſt Cypriano liber de Laude martyrii, quem Eraſmus, Dupinus & Fellus otioſi declamatoris fetum eſſe npinati ſunt. At profecto æquius judicandum erat de eximio opere ad cohortandos confeſſores compoſito non ſine vivido quodam pietatis ardore, quem frigidus verborum artifex non facile imitetur. Illud etiam antiquitatem hujus operis commendat, quod nonnullis locis deploret auctor pe-

A ſtem horrendam quæ ſub Gallo & Voluſiano graſſata eſt. Sed cum libellus inſcriptus ſit Moyſi & Maximo, quos anno 251. martyrio coronatos eſſe conſtat, nec peſtis ante Galli & Voluſiani imperium exarſerit; inde colligit Fellus anctorem libelli in rebus ab ætate ſua remotis parum commode finxiſſe. At nodum incidit Baluzius qni hunc titulum, *Ad Moyſem & Maximum* in vetuſtis codicibus deſiderari teſtatur. His adde obſervationem Tillemontii, qui ex quodam Dionyſii Alexandrini apud Eu- B ſeb. lib. 7. cap. 11. de diaconis peſte conſumtis teſtimonio, qnod ad Decii tempora videtur neceſſario referendum, hanc peſtem ſub hoc imperatore incœpiſſe concludit, quamvis ſub Gallo & Voluſiano potiſſimum ſævierit. Ceterum etſi hoc opus antiquum eſſe contendo, nnn tamen Cypriano adjudicaverim; tanta eſt huic libello cum Cypriani ſcriptis ſtili diſcrepantia.

Sequitur in editione Baluzii liber de Rebaptiſmate, ſive adverſus rebaptizantes, de quo conſuli poſſunt notæ Baluzii. Opus a nonnul- C lis tribuitur Urſino monacho, quem Gennadius adverſus eos qui rebaptizabant ſæculo quarto ſcripſiſſe teſtatur. Quæ Urſini mnnachi libro contineri ait Gennadius, ea in hac de Rebaptiſmate pertractatione non difficile eſt animadvertere. Nihil enim aliud agit anctor, quicumque tandem ille ſit, niſi ut eos qui in hæreſi baptizati ſunt non rebaptizandos, ſed ad saniurem fidem converſis manus imponendas eſſe vincat. Sed Urſinus monachus libelli hujus auctor videri non poteſt, niſi epiſcopus fuiſſe tertio ſæculo dicatur. Epiſcopum ſe eſſe D noſter ille ſcriptor diſerte declarat: *Siquidem per nos baptiſma tradetur*, inquit pag. 360. *integre & ſolemniter & per omnia qae ſcripta ſunt adſignetur, atque ſine ulla ullius rei ſeparatione tradatur; aut ſi a minore elero per neceſſitatem traditum fuerit, eventum exſpectemus, ut aut ſupplcatur a nobis aut a Domino ſupplendum reſervetur*. Occurrunt in eodem ſcriptore ſæculi tertii perſpicuæ notæ. Sic enim de tota illa controverſia loquitur, ut eam recens exortam eſſe, & adhuc vigere indicet. Ait enim pag. 354. E *monſtri ſimile eſſe epiſcopos talia ſcandala cogitare*: propoſitum ſibi eſſe *turbulentis hominibus ut vel nunc ſaum negotium agere incipiant perſuadere*. In ipſo illo loco, qni a Baluzio objicitur, ntile eſſe ſtatuit pag. 357. *tot annorum totque eccleſiarum, itemque apoſtolorum & epiſcoporum auctoritati cum bona ratione adqaieſcere, cum ſit maximum incommodum atque diſpendium ſanctiſſimæ matris Eecleſiæ adverſus priſca conſultu poſt tot ſæculorum tantam ſeriem nunc primum repente ac ſine ratione inſurgere*. Colligi ex his verbis non F debet auctorem ſæculo quarto vixiſſe, ſed tantummodo eum in exaggerando nnn valde timidum fuiſse. Nam præterquam quod ne quarto quidem ſæculo ſine abſurda exaggeratione objicere potuit *tot ſæculorum tantam ſeriem*, certe conceptis verbis declarat tunc primum controverſiam de baptiſmn hæreticorum exarſiſse; quod ſæculo tertio proprie congruit. Quinetiam Cyprianum ipſum, tacito nomine, ut adhuc viventem & diverſas partes auctoritate ſua tuentem oppugnat. Statuit enim pag. 353. ejuſmodi controverſiæ nullnm alium eſse

fru-

fructum , niſi ut unus homo quicumque ille
eſt, magnæ prudentiæ & conſtantiæ eſſe apud
quoſdam leves homines inani gloria prædice-
tur, & hæreticorum ſtupore præditus , quibus
hoc nnum ſolatium eſt, ſi non ſoli peccare vi-
deantur , errores & vitia univerſarum eccleſia-
rum correxiſſe apud ſimillimos ſui & compa-
res celebretur . Quis Cypriano tam indignis
modis conviciatus fuiſſet , poſtquam maculam
erroris , quem non ſine ſumma animi mode-
ratione in re nondum deciſa defenderat, mar-
tyrio abſterſit , ejuſque nominis , refrigerato
contentionis æſtu , ſumma exſtitit in omnibus
eccleſiis celebritas ?

Exiſtimavit Pamelius librum de Pudicitia a
Cypriano in ſeceſſu ſcriptum eſſe ; nec ſane in-
dignus videtur ſancto martyre , adeo inſignis
eſt pietatis notis ; & ab epiſcopo abſente ab ec-
cleſia ſua ſcriptum eſſe conſtat . Sed ad ſtili
diſſimilitudinem accedit Pontii ſilentium , qui
ea maxime commemorare debuit , quæ in ſe-
ceſſu ſcripta fuerant . Perantiquus eſt auctor
quicumque tandem ille ſit ; & perſecutionibus
nondum ſedatis ſcribebat . *Virginitas* , inquit
pag. 4. *perſecutionem non poteſt timere , dum il-
lam de ſecuritate poteſt provocare* . Conjicit ta-
men Tillemontius hæc de perſecutionibus Wan-
dalorum intelligi poſſe ; atque ex præclaris
de Chriſti gratia teſtimoniis ſuſpicatur hunc
ſcriptorem Augnſtino poſteriorem eſſe . Sed
minus probabilis hæc conjectura , cum apud
Cyprianum ipſum multo plura , atque haud
ſcio an expreſſiora occurrant ejuſmodi teſtimo-
nia .

Conſtat auctorem libri ad Novatianum æ-
qualem eſſe Cypriani ; nec dubium eſſe poteſt ,
quin in pacificis & Eccleſiæ faventibus Vale-
riani primordiis ſcripſerit . Unam enim tan-
tum perſecutionem numerat poſt eam quæ ſub
Decio ſæviit., & eos qui in prima ceciderunt ,
in ſecunda victores fuiſse dicit , pag. 11. Vide-
tur etiam Africanus fuiſse , tum quia ſic ludit
in Feliciſſimi nomine , qui vix notus extra
Africam fuit ; *Quid ad iſta reſpondeant perver-
ſiſſimi iſti Novatiani , vel nunc infeliciſſimi pauci ?*
pag. 9. tum quia ſolam Eccleſiam cœleſti ra-
tione baptizare pronuntians hæreticorum bapti-
ſma non obſcure rejicit , pag. 10. Sola ſtili diſ-
ſimilitudo Tillemontium deterruit quominus
hoc opus Cypriano tribueret . Sed tamen præ-
ter hanc rationem alia videtur afferri poſse .
Nam declarat auctor hujus libri in ipſo exor-
dio , *cogitanti* ſibi & *intolerabiliter animo æſtuanti
quidnam agere* deberet *de miſerandis fratribus ,
qui vulnerati non propria voluntate ſed diaboli ſæ-
vientis irruptione , adhuc uſque , hoc eſt , per lon-
gam temporum ſeriem agentes pœnas darent , ex
adverſo* exortum eſse alium hoſtem & ipſius pa-
ternæ pietatis adverſarium hæreticum Novatia-
num . His autem verbis indicat epiſcopum ſe
eſse , ac perhumaniter lapſis jamdudum pœni-
tentiam agentibus conſulentem , moleſte ferre
quod ſuæ lenitati adverſarium habeat hæreti-
cum Novatianum . Hinc etiam infra poſtquam
de iis locutus eſt qui *prima acie , id eſt , De-
ciana perſecutione vulnerati , poſtea , id eſt , ſecun-
do prælio vicerant* , addit eorum *pares , hoc eſt
in eodem crimine lapſus ſui adhuc uſque conſtitu-
tos nec ad pœnitentiam admittendos* a Novatianis

A judicari . Nondum ergo auctor hujus operis pa-
cem conceſserat his qui ſub Decio lapſi fue-
rant . Non enim de aliis loquitur ; pares illos
vocat eorum qui primo in prœlio victi , in ſe-
cundo victores fuerant ; ait eos poſt longam
temporum ſeriem agentes pœnas dare , & ad-
huc uſque conſtitutos in eodem crimine lapſus ,
quod alii martyrio expiaverant . At Cyprianus
inſtante Galli & Voluſiani perſecutione lapſos ,
qui a primo lapſus die pœnitentiam egerant ,
in dominicum gregem collegerat , ac eis ſan-
B guinem Chriſti dederat , ut illos ad ſuum pro
Chriſto fundendum armaret .

Novatianus hoc in libro pag. 14. dicitur alio-
rum delicta , dum in Eccleſia eſset , ut propria
fleviſse . Sed mirum eſt unde hanc ſibi huma-
nitatis & diligentiæ iu lapſis curandis laudem
comparaverit . Videtur repugnare Cornelii te-
ſtimonium , qui Novatianum in perſecutione
Decii fratribus auxilio indigentibus ſuccurrere
noluiſse teſtatur , apud Euſeb. lib. 6. cap. 43.
Sed forte hæc humanitatis exiſtimatio ad No-
vatianum pervenit ex præclariſſimis cleri Ro-
C mani litteris , inter Cyprianicas XXXI. quæ a
Novatiano ſcriptæ in totum orbem miſsæ fue-
runt , teſte Cypriano , ep. LII.

Librum de Aleatoribus non eſse Cypriani in-
ter omnes convenit . Liquet ex initio fetum
eſse alicujus epiſcopi , vel etiam , ut Bellarmi-
nus exiſtimavit , Romani pontificis . Antiquum
opus eſse demonſtrat Scripturæ citandæ ratio .
Serius tamen ſcriptum non immerito videre-
tur , ſi in ipſis presbyteris , ut nonnulli opi-
nati ſunt , vitioſam aleæ conſuetudinem vitu-
D peraret . Sed nihil vetat de laicis intelligi hæc
verba : *Manus quæ ad ſacrificium dominicum ad-
miſſa ; & quod ad ſalutem totius hominis perti-
net , dignatione ſuſcipit , quæ divina ſacramenta
conſummat* . Neque etiam controverſiam ullam
movere poſſint , liber de Montibus Sina &
Sion , duæ orationes Cypriano affictæ , liber
de duodecim cardinalibus Chriſti operibus . Ce-
leberrimum eſt hoc poſtremum opus , quod
Pamelius , aut Cypriani , aut æqualis ſcripto-
ris eſse contendit . Sed jamdudum ex codicibus
mſs. adjudicatus eſt Arnoldo Bonæ-vallis abbati
E in diœceſi Carnutenſi . Sequuntur quædam car-
mina , quæ in vetuſtis codicibus nunc Cypria-
no , nunc Tertulliano afficta , utrique ab o-
mnibus criticis abjudicantur .

XXXVI. *De Singularitate clericorum , epiſtola
Celſi ad Vigilium , & nonnullis aliis .*

Non leviter errarunt qui librum de Singula-
ritate clericorum Cypriano , aut Origeni aut
Auguſtino attribuerunt . Cypriano & Auguſti-
F no penitus abjudicat ſtili diſſimilitudo , & Ori-
geni epiſcopalis dignitas , qua videtur auctor
hujus operis ornatus fuiſse . Viſa eſt nonnullis
ratio probabilis , cur hunc librum Origeni af-
fingerent , quod laudari in hoc libro eos cre-
derent , qui ſeſe ſtudio caſtitatis evirant . At
ii nequaquam laudantur , vel potius cavet au-
ctor operis ne laudare illos videatur . Ait enim :
*De quibus modo examinationis ſuſpendo ſententiam
relinquens alia diſputatione promendam* . Atque
etiamſi ejuſmodi facinus hoc in libro probare-
tur , num iccirco tribuendus eſset Origeni ,
qui

qui quod adoleſcens commiſerat, ætate maturior improbavit?

Sed nemo longius aberravit a vero quam editor Oxonienſis, qui hunc librum circa Bedæ tempora ſcriptum exiſtimat. Liquet hunc ſcriptorem vixiſſe cum perſecutiones nondum deſiiſſent. *Mentior*, inquit, *ſi non videmus exinde interitus plurimorum. Quanti & quales epiſcopi & clerici ſimul & laici poſt confeſſionum victoriarumque calcata certamina, poſt magnalia & ſigna vel mirabilia uſquequaque monſtrata, noſcuntur cum his omnibus naufragaſſe, cum volunt in navi fragili navigare*. Objiciebant clerici quos refellit; nonnullos *feminas habentes in domibus martyrium conſecutos eſſe, ut illorum innocens conſcientia probaretur. In martyrio*, ajebant, *ignoſcitur nobis, ſicut indultum eſt parentibus*. Elucet etiam ſcriptoris antiquitas ex illius de angelis opinione quos putat *cum feminis cecidiſſe*. Quod autem ait Chriſtum ſeipſum comparare Deo auſum non eſſe, id profecto redolet ætatem Ario antiquiorem, quæ nonnumquam ad perſonarum diſtinctionem attentior erat, quam ad æqualitatem defendendam.

His rationibus nititur editor Oxonienſis not. 1. quod circa Bedæ tempora de clericorum cœlibatu maxime ferveret præſertim in Occidente controverſia; quod tunc revelationibus, ut hoc ipſo in libro, conjugium ſacerdotum prohibitum diceretur; quod hunc librum poſt vulgatam verſionem in uſu receptam ſcriptum fuiſſe conſtet. Sed nihil prorſus agit petita ex revelationibus ratio, quæ multo frequentiores fuerunt tertio & quarto ſæculo, quam circa Bedæ tempora. Jam tertio ſæculo prohibitæ fuerant clericis mulieres ſubintroductæ. Nam Paulo Samoſateno inter alia plurima illud etiam crimini verterunt Antiocheni patres, quod cum ipſe ejuſmodi mulieres, tum etiam ipſo connivente presbyteri & diaconi habuiſſent. Legi etiam poteſt ep. LXII. Cypriani. Quod ſpectat ad vulgatam verſionem, num, quæſo, illam ſequitur hic ſcriptor, cum ſic Apoſtolum citat: *Poſteriora quidem obliviſcens ad ea quæ ſunt ante petens ad regulam ſequor, ad palmam ſupernæ vocationis Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Fecere id quidem Librarii in hoc libro & multis aliis, ut Scripturæ teſtimonia ad vulgatam revocarent, ſed ſæpe ex vetuſtis codicibus vera legendi ratio dignoſcitur.

Statuere ergo licet hunc ſcriptorem tertio aut quarto ineunte ſæculo vixiſſe. Epiſcopum fuiſſe declarat ipſius in regenda eccleſia & in admonendis clericis ſollicitudo, quibus teſtatur numquam litteras ſuas defuiſſe, *quæ per abſentiam noſtram*, inquit, *frequentiam omnibus penſaverunt*. Ante hunc librum ſcripſerat illis epiſtolam, *quæ omnium morum inſtituta de lege commendans, ſummatim omnia contineret, quæcumque univerſis clericis generaliter ad dirigendam regulam competunt diſciplinæ*.

Nihil dicam de Expoſitione in ſymbolum, quod eximium opus Hieronymo etiam adſcriptum, nunc omnium judicio reſtituitur legitimo parenti Ruffino. Paulo accuratius examinanda Celſi ad Vigilium epiſtola. Nihil aliud eſt hic libellus quam præfatio, ſive epiſtola nuncupatoria Celſi cujuſdam ſenis Chriſtiani in Altercationem Jaſonis & Papiſci, quod opus

A ex græco latinum a ſe factum Vigilio epiſcopo nuncupavit. Damnum fecimus tum perantiqui illius libri, tum etiam latinæ interpretationis. Sola exſtat præfatio, ſive epiſtola nuncupatoria. Cum Jaſon Chriſtianus Hebræus cum Papiſco Judæo Alexandrino de veritate Chriſtianæ religionis diſſeruiſſet, ac Judæus poſt plurimas obſtinati animi ſignificationes tandem oppugnatæ veritati dediſſet manus, litteris Græcis mandata ſunt quæ inter utrumque tanto ſtudio fuerant diſputata. Non conſtat ab ipſo Jaſone ſcriptum eſſe colloquium, quamvis nemo B aptius id facere potuiſſe videatur. Opus attribuebat S. Lucæ Clemens Alexandrinus in ſexto Hypotypoſeon libro, ut teſtatur Maximus in ſcholiis ad librum Dionyſii de Myſt. Theol. cap. 1. ſed id prorſus improbabile eſt. Ipſe Maximus Ariſtoni Pellæo ibidem adjudicat.

Celſus Epicureus cum hiſtorias Judæorum & Chriſtianorum fabulas eſſe contenderet, ac operam ab utriſque in nonnullis allegorice interpretandis adhibitam floccifaceret, in exemplum adducebat Papiſci cujuſdam & Jaſonis C ἀντιλογίαν, quam ut miſeratione & odio digniorem quam riſu ne refellendam quidem judicabat. Obſervat Origenes 4. Celſ. pag. 199. ex omnibus Chriſtianorum libris allegorias & enarrationes non contemnendo dicendi genere continentibus, eum a Celſo electum eſſe qui vilior ſit & ad multos ac ſimpliciores fide imbuendos aptior, quam ad intelligentiores permovendos; ſed tamen nihil in eo occurrere contendit quod odio dignum ſit, nec aliud quidquam requirit ad Celſi condemnationem, D niſi ut legatur ille liber *in quo deſcribitur Chriſtianus cum Judæo diſſerens ex ſcripturis Judaicis, & quæ de Chriſto prædicta ſunt in Jeſum convenire demonſtrans; idque altero adverſus hanc diſputationem ſtrenue & Judæi perſonæ convenienter obnitente*. Ex his perſpici poteſt quibus de rebus hoc in libro pertractatum fuerit. Colligit ex Origene Tillemontius hanc ſententiam ab auctore hujus libri diligenter inculcari, *omnis ſapientiæ fontem ac principium eſſe Deo univerſorum credere & actiones omnes eo referre ut illi quacumque de re placeatur, ac ne cogitare quidem* E *quidquam quod illi diſpliceat; quippe cum non ſolum dicta & facta, ſed etiam cogitationes judicandæ ſint*. Sed hanc ſententiam Origenes Jaſonis propriam non facit, ſed ut commune principium commemorat omnium apud Chriſtianos librorum. Hieronymus quæſt. in Geneſ. teſtatur initium Geneſis in Altercatione Jaſonis & Papiſci ſic exponi: *In filio fecit Deus cœlum & terram*; citat etiam illud ex eodem libro λοιδορία Θεοῦ ὁ κρεμάμενος, *Maledictio Dei qui appenſus eſt*, lib. 2. in ep. ad Galat. His adde Maximum qui loco ſupra citato ait ſe legiſſe F ſeptem cœlos in dialogo Jaſonis & Papiſci. Brevem autem fuiſſe hanc pertractationem indicat Latinus interpres, qui *Judaici cordis obſtinatam duritiam brevi monitione ac leni increpatione mollitam* fuiſſe dicit. Sic enim emendavimus pro eo quod antea legebatur, *Hebræa monitione*.

Opinatus eſt Pamelius Jaſonem Hebræum illum Chriſtianum, qui Papiſcum Judæum Alexandrinum ad Chriſtianam religionem adduxit, eumdem eſſe ac eum de quo mentio fit

Act. 17. & 16. epiſt. ad Romanos ; ſed nullo prorſus momento nititur hæc conjectura. Non dubium quin vixerit ſæculo ſecundo, cum illius diſceptatio cognita Celſo fuerit. Epiſcopum aut ſsltem presbyterum fuiſſe crediderim; ſiquidem Papiſcus veritatis luce perculſus, ut ſignaculum ſumeret deprecatus Jaſonem poſtulavit.

Quod ſpectat ad Latinum interpretem, is ſenem ſe eſſe dicit ac Celſum vocari; diſceptationem Jaſonis Hebræi Chriſtiani & Papiſci Judæi Alexandrini Latinis litteris illuſtrare aggreſſus eſt *animante Dei ope & ſervata verborum proprietate*, ut præclariſſimam victoriam, quam veritas ex Papiſci corde reportaverat, ad cognitionem græce neſcientium transferret. Nuncupat interpretationem ſuam Vigilio epiſcopo, tum ut ſacerdos utriuſque linguæ peritus & ſancti Spiritus veneratione verecundus, auctoritate Spiritus ſancti opus comprobaret & emendaret; tum ut hac prima dilectionis petitione in diſcipulorum numerum ab eo adſciſceretur. Ex quibus perſpicitur Celſum in eam urbem, cui præerat Vigilius non multo ante veniſſe, quam ei hoc munus offerret. Illum in hanc urbem, ex altera parte provinciæ traxerat fama Vigilii; nec ſenectus, nec itineris longinquitas, nec tribulatio inopiæ atque penuriæ deterruerant. Hunc Vigilium Pamelius Tridentinum epiſcopum fuiſſe conjicit; ſed quod Celſus Vigilio ſuo de futuro martyrio gratulatur, eumque ait Dei judicio martyrem deſtinatum fuiſſe, cum mirabili modo epiſcopus conſtitutus eſt; id Vigilio Tridentino aptari non poteſt, quem ſæculo quarto exeunte in ſumma Eccleſiæ pace viventem nemo ſpe & exſpectatione martyrem dicere potuit.

Sequitur alius tractatus adverſus Judæos, Cypriano prorſus abjudicandus. Multo abſurdius fecere qui librum de Revelatione capitis beati Joannis Baptiſtæ inter opera Cypriani ediderunt. Reperitur ſabuloſum opus in antiquiſſima Vindelici Spirenſis editione. Eraſmi nomini non leve dedecus inuſſerunt H. Gravius & Pamelius, qui librum de duplici Martyrio elucubratum ab eo & affictum Cypriano judicarunt. De hoc libello diximus in præfatione. De duodecim Abuſionibus ſæculi variæ ſunt conjecturæ, aliis laico cuidam Erardo nomine, aliis S. Patritio Hibernorum apoſtolo adjudicantibus. Opus Auguſtino tribuitur in multis codicibus antiquis, ac cum illius operibus editus eſt. Teſtatur Fellus olim in linguam Anglorum translatum fuiſſe, & in volumine manu ſcripto homiliarum Saxonicarum reperiri ſub hoc titulo: *De duodecim abuſivis ſecundum diſputationem S. Cypriani epiſcopi & martyris*. At nullum prorſus monumentum a pietate Cypriani longius diſtat quam *Cœna Cypriani*. Nihil enim aliud habet præter ineptiſſimos jocos non ex rebus profanis, ſed quod Turca dignius quam Chriſtiano exiſtimat Tillemontius, ex Scripturis ſacris per fas & nefas deductos. Teſtatur Salmaſius in notis ad Flavium Vopiſcum pag. 396. ſe beneficio doctiſſimi juriſconſulti Jureti habuiſſe hunc libellum manu ſcriptum ab Azelino monacho Rhemenſi verſibus redditum cum hoc titulo: *Cœna Azelini Rhemenſis monachi, quam condidit ad Henricum imperatorem imitatus Cyprianum Carthaginenſem*. Vide de eodem libro Caſimirum Oudin.

Nonnulla alia nomen Cypriani præ ſe ferunt, velut *Tyronis & Senecæ Notæ*, quas Cyprianum auxiſſe vocabulis Chriſtianorum uſui aptis exiſtimat poſt Trithemium Gruterus, a quo hæ notæ in lucem editæ ſunt. Editum eſt ab Anglis ſub nomine Cypriani computum Paſchale, quod a Paulo diacono deſignari exiſtimant, cum ait Cyprianum chronicam valde utilem compoſuiſſe. Scriptoris ætatem indicat computum, quod ad quintum Gordiani annum, & conſules Arianum & Papum perducitur. Non omnino repugnat ut jam tum converſus fuiſſe Cyprianus exiſtimetur; quamvis id Pontius diaconus ſuadeat ſerius contigiſſe. Sed non quadrat hujus ſcriptoris ſtili barbaries cum elegantia ſermonis, quam Cypriano in primordiis converſionis ſtudio fuiſſe perſpicitur ex epiſtola ad Donatum. Reperit editor Oxonienſis duos libellos ſub nomine Cypriani, alterum latine, alterum græce ſcriptum. Primi titulus, *ſecreta Cypriani*: alterius εὐχαὶ Κυπριάνου. Utrumque, utpote fœdiſſimæ ſuperſtitionis plenum luce prorſus indignum judicavit. Hæc autem ſuppoſita videntur fuiſſe Cypriano Antiocheno, de quo jam nobis agendum.

XXXVII. *De S. Cypriani Antiocheni pœnitentia, & aliis duobus libellis ad eum pertinentibus.*

Supra conati ſumus probare Cyprianum Antiochenum non eſſe hominem fabuloſum, ut exiſtimavit Oxonienſis editor. Nunc conſideranda nobis illius Pœnitentia ſive Confeſſio; quod opus latine editum ab Anglis, græce & latine vulgandum duximus. Agemus etiam de duobus aliis libellis, nempe Converſione Juſtinæ & Cypriani, & utriuſque Paſſione, quos conjuncte cum Confeſſione ex vetuſto codice Sancti Audoeni Rhotomagenſis erutos, non ita pridem duo eruditi viri, D. Edmundus Martene & D. Urſinus Durand latine ediderunt tom. 3. Theſauri Anecdotorum.

Exiſtimavit S. Gregorius Nazianzenus Confeſſionem ab ipſo martyre ſcriptam fuiſſe. Ait enim in Orat. 18. pag. 278. illum *vitæ ſuæ turpitudinem longa oratione proſcindiſſe, ut ipſam quoque ſcelerum confeſſionem Deo muneris loco offerret, ac multis eorum, qui ab improba & flagitioſa vivendi ratione animum revocant, ad melius ſperandum via exſiſteret*. Idem etiam exiſtimant Tillemontius, & qui triplex illud monumentum vulgarunt. Sed quominus his aſſentiar, detinent me non ſolum magicæ artis quidam effectus ſabulam redolentes, ſed ipſa etiam magicarum operationum longa deſcriptio, & exquiſitæ de ſingulis vitiorum formis ambages, quæ prorſus frigidæ videntur, & curioſa magis conſideratione, quam pungente intimos ſenſus dolore contineri. Deinde vero is qui Cypriſnum in hoc libro loquentem inducit, non obſcure indicat ſe in ejus ſceleribus enarrandis uon certa ſemper & explorata ſequi, ſed ex iis quæ a magis fieri ſolent, quid Cyprianus egiſſet conjicere. Ait enim Euſebius Cypriano: *Probo confeſſionem tuam, qua mihi impietates a te admiſſas & non admiſſas enarraſti*. Numquam hæc ſcripſiſſet ipſe Cyprianus; ſed alius his verbis admonet ſe iccirco tot ſcelera

Cy-

Cypriano attribuiſſe, non quod omnia ab eo commiſſa certo ſciret; ſed quod pleraque, utpote a magis perpetrari ſolita, celeberrimus magus evitaſſe non videretur. In quo quidem ſinceri ſcriptoris officio functus eſt, qui fucum lectoribus facere noluerit, ſi quam in ſcribendo licentiam ſibi ſumeret. Quamvis ergo hoc opus non ſcriptum ſit ab ipſo Cypriano, non tamen illius converſio fabulis adſcribenda; nec ſi quis hunc eventum elegit, in quo ornando & amplificando elaboraret, iccirco hiſtoriæ ſumma in ſuſpicionem vocanda; cum præſertim ſcriptor ille uti potuerit antiquioribus monumentis quæ Cypriani & Juſtinæ martyrii acta, ut legimus ſub finem libelli de utriuſque paſſione, *ab initio uſque in finem ſcripta* continebant.

Quod ſpectat ad tempus, quo hæc ſcripta Confeſſio; etſi huic operi nulla prorſus apud editorem Oxonienſem fides, illud tamen exiſtimat Conſtantini imperio antiquius. Sed quod in Converſione, quæ ejuſdem ſcriptoris fetus videtur eſſe ac Confeſſio, Chriſtiani vocantur Galilæi, id magnam habet neceſſitudinem cum ætate Juliani imperatoris, quem nemo neſcit hoc nomine Chriſtianos ſolitum compellare. Satis appoſita videntur ad hoc tempus quæ in utroque libello de inanibus magicæ artis in Chriſtianos conatibus leguntur.

Non pugnat cum ſæculi tertii inſtitutis commiſſa Juſtinæ monaſterii virginum adminiſtratio, ut legimus ſub finem Converſionis; ſiquidem jam tum exſtitiſſe ejuſmodi virginum cœnobia perſpicitur ex vita S. Antonii, qui ſororem ſuam, teſte Athanaſio n. 3. in parthenonem educandam deduxit circa annum 271. ſed ſæculo quarto magis quam tertio congruit, quod eadem Juſtina capillos Deo totondiſſe dicitur ſub finem Confeſſionis. Teſtatur Hieronymus in epiſtola ad Sabinianum, morem eſſe in Ægypti & Syriæ monaſteriis, ut tam virgo quam vidua, quæ ſe Deo voverint, crinem monaſteriorum matribus offerant deſecandum: quod quidem addit munditiei cauſa fieri, quia ejuſmodi feminæ nec lavacro, nec oleo utebantur. Hic autem obſervabo ejuſmodi virgines longe ab illis diſcrepare, quas ſynodus Gangrenſis anathemate damnavit; de quibus etiam Theodoſius ſanxit an. 390. *ut feminæ quæ crinem ſuum contra divinas humanaſque leges inſtinctu perſuaſæ profeſſionis abſciderint, ab eccleſiæ foribus arceantur..... Adeo quidem ut epiſcopus, tonſo capite feminam ſi introire permiſerit, ipſe etiam cum hujuſmodi contuberniis arceatur*, &c. cod. Theod. tom. 6. pag. 61. Exiſtimat Gothofredus omnem prorſus radendi capitis morem a ſynodo Gangrenſi & a Theodoſio in feminis fuiſſe damnatum. Unde vir doctiſſimus in morem a Syriæ & Ægypti monaſteriis, ac poſtea ab aliis aſcitum, velut in magnum nefas invehitur, ac non ſine ingenti queritur dolore, *quod tandem mores in poteſtatem ſuam leges humanas & divinas perduxerint*. At luce clarius eſt nec ſynodum Gangrenſem, nec Theodoſium ad eas virgines reſpexiſſe, quas teſtatur Hieronymus, etſi crines tonderent, velato tamen ac ligato eſſe capite; ſed ad alias longe diſſimiles, quæ, ut ait ſynodus Gangrenſis, *præceptum ſubjectionis* diſſolvebant, διαλύουσα τὸ πρόσταγμα τῆς ὑποταγῆς, quia ſcilicet intecto capite incedebant. Unde Theodoſius, cum ejuſmodi feminæ ab omnibus videri poſſent, epiſcopos deponi jubet, ſi introitum illis in eccleſiam conceſſerint.

Cum ergo triplex illud monumentum pluribus ſæculi quarti notis ſignatum ſit, ſicque aliquo intervallo diſtet a Cypriano Antiocheno; fieri potuit ut ad hiſtoriæ ſummam nonnulla ornandi aut amplificandi cauſa adderentur. Diſplicet enim mihi Juſtina ſuper feneſtram ſedens, dum diaconum Prælum de Evangelio diſſerentem audit, ac per feneſtram quotidie ab eodem diacono ſolita edoceri. Idem de Thecla Paulum audiente dictum in hujus virginis vita. Præterea quæ latine tantum exſtant, non tanti eſſe momenti debent, quanti eſſet græcus ipſe contextus. Nam cum latinam Confeſſionis interpretationem cum græco contextu conferens, multa interpretem detraxiſſe, multa addidiſſe, & in plurimis a vero ſenſu aberraſſe deprehenderim; vereor ne idem in duas alias partes evenerit. Hinc nihil reperias in Converſione de præclara illa prece, qua Juſtina Deiparam, teſte Gregorio Nazianzeno, in ipſo tentationis diſcrimine orabat, ut virgini virgo ſuccurreret; nihil de combuſtis a Cypriano magicis libris ante baptiſmum, nihil de oſtiarii munere, quod ei poſt baptiſmum commiſſum eſt. Eadem forte de cauſa in Paſſione Cypriani & Juſtinæ judex, qui eos damnavit, comes Orientis dicitur, & Diocletiano ſic ſcribit: *Claudio* (Diocletiano cod. Colbert.) *Cæſari magno terræ & maris Domino ſalutem*. Sic etiam Cyprianus & Juſtina Damaſcum accerſuntur, quamvis apud Photium Juſtina jam antea in hanc urbem migraſſe, tunc autem ſolus Cyprianus eo perductus fuiſſe dicatur.

Cyprianum cum Juſtina paſſum eſſe Nicomediæ ſub Diocletiano & Maximiano, tum cum Diocletianus Nicomediæ verſaretur, ex Eudociæ apud Photium teſtimonio perſpicitur, & ex ipſa Paſſione. Quod ſi paſſi ſunt die 26. Septembris, quo die eorum natalia Latini celebrant, vel ut apud Græcos, die 2. Octobris; neceſſe eſt, ut obſervat Tillemontius, id anno 304. contigiſſe. Neque enim anno 303. contingere potuit; quia Diocletianus hoc anno circa menſem Novembrem Romæ verſabatur, nec perſecutio ante annum 304. adverſus laicos exarſit. Neque etiam anno 305. quia hoc anno Diocletianus jam menſe Majo imperium abdicaverat.

Videtur ætate provectus fuiſſe Cyprianus, cum vitam pro Chriſto profudit. Annos triginta natus ex Ægypto in Chaldæam profectus eſt, ibique commoratus rediit in patriam, ubi multis facinoribus famam & nomen adeptus eſt, ac tandem aliquando, cum nefariæ artis irritos in Juſtinam conatus ſenſiſſet, nomen dedit Chriſtianæ religioni. Poſt annum presbyter factus eſt, & ſexdecim annis in hoc gradu exactis Anthimo epiſcopo ſucceſſit. Neceſſe eſt eum in epiſcopatu plures annos traduxiſſe, *ſiquidem multorum corda illuminabat per verbum Dei & convertebat ab omni hæreſi & augebat gregem Chriſti*. Anthimus autem Cypriani deceſſor Optato ſucceſſerat, a quo Ædeſius & Cledonia cum filia Juſtina baptizati ſunt; Ædeſius etiam presbyter creatus, quo miniſterio per annum & menſes ſex perfunctus eſt.

VITA ET PASSIO
SANCTI CÆCILII CYPRIANI
EPISCOPI CARTHAGINENSIS ET MARTYRIS.
Per Pontium ejus diaconum ſcripta.

Ex Actis Martyrum ſinceris & ſelectis, pag. 205.

1 CYPRIANUS religioſus antiſtes ac teſtis Dei glorioſus, tametſi multa conſcripſit, per quæ memoria digni nominis ſupervivat; etſi eloquentiæ ejus ac Dei gratiæ larga ſecunditas ita ſe copia & ubertate ſermonis extendit, ut uſque in finem mundi fortaſſe non taceat: tamen quia operibus ejus ac meritis etiam hæc prærogativa debetur, ut exemplum ſuum in litteras digeratur, placuit ſummatim pauca conſcribere: non quod aliquem vel gentilium lateat tanti viri vita, ſed ut ad poſteros quoque noſtros, incomparabile & grande documentum in immortalem memoriam porrigatur. Certe durum erat, ut cum majores noſtri, plebeiis & catechumenis martyrium conſecutis tantum honoris pro martyrii ipſius veneratione dederint, ut de paſſionibus eorum multa, aut, prope dixerim, pæne cuncta conſcripſerint, ut ad noſtram quoque notitiam qui nondum nati fuimus pervenitent; Cypriani tanti ſacerdotis & tanti martyris paſſio præteriretur, qui & ſine martyrio habuit quæ doceret; & quæ dum vixit geſſerit, non paterent: quæ quidem tanta, atque tam magna & mira ſunt, ut magnitudinis contemplatione deterrear, ac imparem me eſſe confitear ad proferendum digne pro meritorum honore ſermonem, nec poſſe ſic proſequi facta tam grandia, ut quanta ſunt, tanta videantur: niſi quod numeroſitas gloriarum ſibimet ipſa ſufficiens, alieno præconio non eget. Accedit ad cumulum, quod & vos de eo multum, aut, ſi fieri poteſt, totum deſideratis audire, concupiſcentes ardore flagranti vel facta ejus cognoſcere, etſi interim viva verba tacuerunt. In qua parte ſi dixero nos opibus facundiæ deſici, minus dico. Facundia enim ipſa deficit digna facultate, quæ deſiderium veſtrum pleno ſpiritu ſatiet. Ita utrimque graviter urgemur; ſiquidem ille nos virtutibus ſuis onerat, vos nos precibus ſatigatis.

2. Unde igitur incipiam? unde exordium bonorum ejus aggrediar, niſi a principio fidei, & nativitate cœleſti? Siquidem hominis Dei facta non debent aliunde numerari, niſi ex quo Deo natus eſt. Fuerint licet ſtudia, & bonæ artes devotum pectus imbuerint; tamen illa prætereo. Nondum enim ad utilitatem niſi ſæculi pertinebant. Poſtquam & ſacras litteras didicit, & mundi nube diſcuſſa, in lucem ſapientiæ ſpiritalis emerſit, ſi quibus ejus interfui, ſi qua de antiquioribus ejus operibus comperi, dicam: hanc tamen petens veniam, ut quidquid minus dixero, (minus enim dicam

A neceſſe eſt) ignorantiæ meæ potius, quam illius gloriæ derogetur. Inter fidei ſuæ prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quam ſi continentiam tueretur. Tunc enim poſſe idoneum fieri pectus & ſenſum ad plenam veri capacitatem pervenire, ſi concupiſcentiam carnis robuſto atque integro ſanctimoniæ vigore calcaret. Quis umquam tanti miraculi meminit? Nondum ſecunda nativitas novum hominem ſplendore toto divinæ lucis oculaverat & jam veteres ac priſtinas tenebras ſo-
B la lucis paratura vincebat. Deinde, quod majus eſt, cum de lectione divina quædam jam non pro conditione novitatis, ſed pro fidei feſtinatione didiciſſet; ſtatim rapuit quod invenit promerendo Deo profuturum. Diſtractis rebus ſuis ad indigentiam pauperum ſuſtentandam, tota prædia pretio diſpenſans, duo bona ſimul junxit, ut & ambitionem ſæculi ſperneret, qua pernicioſius nihil eſt; & miſericordiam, quam Deus etiam ſacrificiis ſuis prætulit, quam nec ille qui legis omnia mandata
C ſervaſſe ſe dixerat, fecit, impleret: & præpropera velocitate pietatis, pæne ante cœpit perfectus eſſe quam diſceret. Quis oro de veteribus hoc fecit? quis de antiquiſſimis in fide ſenibus, quorum mentes & aures per plurimos annos divina verba pulſaverant, tale aliquid impendit, quale adhuc rudis fidei homo, & cui nondum forſitan crederetur, ſupergreſſus vetuſtatis ætatem, glorioſis & admirandis operibus perpetravit? Nemo metit ſtatim ut ſevit: nemo vindemiam de novellis ſcrobibus
D expreſſit: nemo adhuc umquam de noviter plantatis arbuſculis matura poma quæſivit. In illo omnia incredibilia cucurrerunt. Prævenit, ſi poteſt dici, (res enim fidem non capit) prævenit, inquam, tritura ſementem, vindemia palmitem, poma radicem.

3. Ajunt Apoſtoli litteræ, debere neophytos præteriri, ne ſtupore gentilitatis nondum fundatis ſenſibus adhærente, aliquid in Deum novitas inerudita peccaret. Ille fuit primus, & puto, ſolus exemplo, plus fide poſſe quam
E tempore promoveri. Sed & ſi in Apoſtolorum Actis Eunuchus ille deſcribitur, quia toto corde crediderat, a Philippo ſtatim tinctus; non eſt ſimilis comparatio. Ille enim & Judæus erat, & de templo Domini veniens, prophetam legebat Iſaiam, & ſperabat in Chriſto, etſi nondum eum veniſſe crediderat: hic de imperitis gentibus veniens, tam matura cœpit fide, quanta pauci fortaſſe perfecerunt. Mora denique circa Dei gratiam nulla, nulla dilatio.

tio. *Parum dixi*: presbyterium & ſacerdotinm ſtatim accepit. Quis enim non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti? Multa ſunt quæ adhuc plebejus, multa quæ jam presbyter fecit, multa quæ ad veterum exempla juſtorum, imitatione conſimili proſecutus, promerendo Dominum totius religionis obſequio præſtitit. Nam & ſermo illi de hoc fuerat uſitatus, ut ſi quem prædicatum Dei laudatione legiſſet, ſuaderet inquiri propter quæ facta Deo placuiſſet. Si Job Dei teſtimonio glorioſus, dictus eſt verus Dei cultor, & cui in terris nemo compararetur; faciendum docebat ille, quidquid Job ante feciſſet: ut dum & nos paria faciinus, ſimile in nos Dei teſtimonium provocemus. Contemtis ille diſpendiis rei familiaris, in tantum exercitata virtute profecit, ut nec pietatis temporalia damna ſentiret. Non illum penuria, non dolor fregit, non uxoris ſuadela deflexit, non proprii corporis dira pœna concuſſit. Permanſit in ſuis ſedibus fixa virtus, & altis radicibus fundata devotio; nullo diaboli tentantis impetu ceſſit, quominus Deum ſuum fide grata, etiam inter adverſa benediceret. Domus ejus patuit cuicumque venienti. Nulla vidua reverſa eſt ſinu vacuo; nullus indigens lumine, non illo comite directus eſt: nullus debilis greſſu, non illo bajulo vectus eſt: nullus nudus auxilio de potentioris manu, non illo tutore protectus eſt. Hæc debent facere, dicebat, qui Deo placere deſiderant. Et ſic per bonorum omnium documenta decurrens, dum meliores ſemper imitatur, etiam ipſe ſe fecit imitandum.

4. Erat ſane illi etiam de nobis contubernium viri juſti & laudabilia memoriæ Cæcilii, & ætate tunc & honore presbyteri, qui eum ad agoitionem veræ divinitatis a ſæculari errore correxerat. Hunc toto honore, atque omni obſervantia diligebat, obſequenti veneratione ſuſpiciens, non jam ut amicum animæ coæqualem, ſed tamquam novæ vitæ parentem. Denique ille demulſus ejus obſequiis, in tantum dilectionis immenſæ merito provocatus eſt, ut de ſæculo excedens, arceſſitione jam proxima commendaret illi conjugem ac liberos ſuos, ut quem fecerat de ſectæ communione participem, poſtmodum faceret pietatis heredem.

5. Longum eſt ire per ſingula: cuncta ejus facta oneroſum eſt enumerare. Ad probationem bonorum operum, ſolum hoc arbitror ſatis eſſe, quod judicio Dei & plebis favore, ad officium ſacerdotii & epiſcopatus gradum adhuc neophytus, &, ut putabatur, novellus electus eſt. Quamvis iu primis fidei ſuæ adhuc diebus, & rudi vitæ ſpiritalis ætate, ſic generoſa indoles reluceret; ut etſi nondum officii, ſpei tamen fulgore reſplendens, imminentis ſacerdotii totam fiduciam polliceretur. Non prætenibo etiam illud eximium, quemadmodum cum in dilectionem ejus & honorem totus populus adſpirante Domino proſiliret, humiliter ille receſſit, antiquioribus cedens, & indignum ſe titulo tanti honoris exiſtimans, ut dignus magis fieret. Magis enim dignus efficitur, qui quod meretur excuſat.. Quo tunc ardore plebs æſtuans fluctuabat, ſpiritali deſiderio concupiſcens, ut exitus docuit, non tantum epiſco-
A pum; in eo enim quem tunc latenti divinitatis præſagio taliter flagitabat, non ſolummodo ſacerdotem, ſed & futurum etiam martyrem requirebat. Obſederat fores domus copioſa fraternitas, & per omnes aditus ſollicita caritas circuibat. Potuiſſet fortaſſe tunc illi apoſtolicum illud evenire, quod voluit, ut per feneſtram deponeretur; ſi cum Apoſtolo etiam ordinationis honore ſimilaretur. Erat videre ceteros omnes ſuſpenſo & anxio ſpiritu exſpectare venturum, cum gaudio nimio excipere B venientem. Invitus dico; ſed dicam neceſſe eſt. Quidam illi reſtiterunt, etiam ut vinceret; quibus tamen quanta lenitate, quam patienter, quam benevolenter indulſit, quam clementer ignovit, amiciſſimos eos poſtmodum, & inter neceſſarios computans, mirantibus multis. Cui enim poſſet non eſſe miraculo tam memorioſæ mentis oblivio?

6. Exinde quemadmodum ſe geſſerit, quis referre ſufficiat? quæ illi pietas? qui vigor? miſericordia quanta? quanta cenſura? Tantum ſanctitatis & gratiæ ex ore ejus lucebat, ut C couſunderet intuentium mentes. Gravis vultus & lætus; nec ſeveritas triſtis, nec comitas nimia; ſed admixta utrimque temperies: ut eſſet ambigere vereri plus an diligi mereretur, niſi quod & vereri & diligi merebatur. Sed nec cultus fuit diſpar a vultu, temperatus & ipſe de medio. Non illum ſuperbia ſæcularis inflaverat, nec tamen prorſus affectata penuria ſordidarat: quia & hoc veſtitus genus a jactantia minus non eſt, quam oſtentata taliter ambitioſa frugalitas. Quid autem circa pauperes epiſcopus faceret, quos catechumenus D diligebat? Viderint pietatis antiſtites, ſeu quos ad officium boni operis inſtruxit ipſius ordinis diſciplina, ſeu quos ſacramenti religio communis ad obſequium exhibendæ dilectionis artavit. Cyprianum de ſuo talem accepit cathedra, non fecit.

7. Statim denique pro talibus meritis etiam proſcriptionis gloriam conſecutus eſt. Nec enim aliud oportebat, quam ut eum, qui intra ſecretam conſcientiæ latebram religionis & fidei toto honore florebat, etiam publice celebrata E gentilium fama titularet. Potuiſſet quidem tunc pro velocitate qua ſemper omnia conſecutus eſt, etiam martyrii circa eum debita corona properare; maxime cum & ſuffragiis ſæpe repetitis ad leonem poſtularetur: niſi per omnes ordines gloriarum tranſeundum illi eſſet, & ſic ad ſumma veniendum: & niſi imminens ruina ope tam ſecundi pectoris indigeret. Finge enim tunc illum martyrii dignatione tranſlatum. Quis emolumentum gratiæ per fidem proficientis oſtenderet? Quis virgines ad congruentem pudicitiæ diſciplinam & habitum F ſanctimonia dignum, velut frenis quibuſdam lectionis dominicæ coerceret? Quis doceret pœnitentiam lapſos, veritatem hæreticos, ſchiſmaticos unitatem, filios Dei pacem, & evangelicæ precis legem? Per quem gentiles blaſphemi repercuſſis in ſe iis quæ nobis ingerunt, vincerentur? A quo Chriſtiani mollioris affectus circa amiſſionem ſuorum, aut, quod magis eſt, fidei parvioris conſolarentur ſpe futurorum? Unde ſic miſericordiam, unde patientiam diſceremus? Quis livorem de venenata in-

ta invidiæ malignitate venientem, dulcedine A remedii ſalutaris inhiberet? Quis martyres tantos exhortatione divini ſermonis erigeret? quis denique tot confeſſores, frontium notatarum ſecunda inſcriptione ſignatos, & ad exemplum martyrii ſuperſtites reſervatos, incentivo tubæ cœleſtis animaret? Bene bene tunc, & vere ſpiritaliter contigit, quod vir neceſſarius, tam multis & tam bonis rebus, a martyrii conſummatione dilatus eſt. Vultis ſcire receſſum illum non fuiſſe formidinem? ut nihil aliud excuſem, ipſe poſtmodum paſſus eſt, quam paſ- B ſionem utique ex more vitaret, ſi & ante vitaſſet. Fuit fere formido illa, ſed juſta: formido quæ Dominum timeret offendere: formido quæ præceptis Dei mallet obſequi, quam ſic coronari. Dicata enim in omnibus Deo mens, & ſic divinis admonitionibus mancipata; credidit ſe niſi Domino latebram tunc jubenti paruiſſet, etiam ipſa paſſione peccare.

8. Puto denique etiamnunc aliqua de dilationis utilitate diſſerenda, tametſi jamdudum pauca perſtrinximus. Per hæc enim quæ videntur poſtmodum ſubſecuta, ſequitur ut pro- C bemus, receſſum illum non hominis puſillanimitate conceptum, ſed, ſicuti eſt, vere fuiſſe divinum. Vaſtaverat Dei populum perſecutionis infeſtæ inſolens atque acerba graſſatio; & quia omnes decipere una fraude non poterat artifex hoſtis, quacumque miles incautus prodiderat latus nudum, diſpari genere ſæviendi, ſingulos diverſa ſtrage dejecerat. Debebat eſſe qui poſſet ſaucios homines, & varia expugnantis inimici arte jaculatos, adhibita medicinæ cœleſtis medela pro qualitate vulneris, vel ſe- D care interim, vel fovere. Servatus eſt vir ingenii, præter cetera, etiam ſpiritaliter temperati; qui inter reſultantes collidentium ſchiſmatum fluctus, Eccleſiæ iter medium, librato limite gubernaret. Nonne hæc, oro, conſilia divina ſunt? Hoc fieri ſine Deo potuit? Viderint qui putant poſſe fortuito iſta contingere. Eccleſia illis clara voce reſpondet, dicens: Ego ſine Dei nutu neceſſarios reſervari non admitto, non credo.

9. Percurramus tamen cetera, ſi videtur. Erupit poſtmodum lues dira, & deteſtabilis E morbi vaſtitas nimia, innumeros per diem populos a ſua quemque ſede abrupto impetu rapiens, continuatas per ordinem domos vulgi trementis invaſit. Horrere omnes, fugere, vitare contagium; exponere ſuos impie: quaſi cum illo peſte morituro, etiam mortem ipſam aliquis poſſet excludere. Jacebant interim in tota civitate, non jam corpora, ſed cadavera plurimorum, & miſericordiam in ſe tranſeuntium contemplatione ſortis mutuæ flagitabant. Nemo reſpexit aliud præterquam lucra crude- F lia. Nemo ſimilis eventus recordatione trepidavit: nemo fecit alteri, quod pati voluit. Quid inter hæc egerit Chriſti & Dei pontifex, qui pontifices mundi hujus tanto plus pietate, quanto religionis veritate præceſſerat, ſcelus eſt præterire. Aggregatam primo in loco uno plebem de miſericordiæ bonis inſtituit, docens divinæ lectionis exemplis, quantum ad promerendum Deum proſint officia pietatis. Tunc deinde ſubjungit non eſſe mirabile, ſi noſtros tantum debito caritatis obſequio foveremus;

eum perfectum poſſe fieri qui plus aliquid publicano vel ethnico fecerit: qui malum bono vincens, & divinæ clementiæ inſtar exercens, inimicos quoque dilexerit: qui pro perſequentium ſe ſalute, ſicuti Dominus monet & hortatur, orarit. Oriri Deus facit jugiter ſolem ſuum, & pluvias ſubinde nutriendis ſeminibus impertit; exhibens cuncta iſta, non ſuis tantum, ſed etiam alienis; & qui ſe Dei etiam filium eſſe profitetur, cur non exemplum patris imitatur? Reſpondere, inquit, nos decet natalibus noſtris, & quos renatos per Deum conſtat, degeneres eſſe non congruit; ſed probari potius in ſobole traducem boni patris æmulatione bonitatis.

10. Multa alia, & quidem magna prætereo, quæ temperandi voluminis ratio non patitur prolixiore ſermone replicari: de quibus hoc tantum dixiſſe ſatis eſt. Quod ſi illa gentiles pro roſtris audire potuiſſent, forſitan ſtatim crederent. Quid Chriſtiana plebs faceret, cui de fide nomen eſt? Diſtributa ſunt ergo continuo pro qualitate hominum atque ordinum miniſteria. Multi qui anguſtia paupertatis beneficia ſumtus exhibere non poterant, plus ſumtibus exhibebant; compenſantes proprio labore mercedem divitiis omnibus cariorem. Et quis non ſub tanto doctore properaret inveniri in parte aliqua talis militiæ, per quam placeret & Deo patri, & judici Chriſto, & tam bono interim ſacerdoti? Fiebat itaque exuberantium operum largitate, quod bonum eſt apud omnes, non ad ſolos domeſticos fidei. Fiebat plus aliquid quam de Tobiæ incomparabili pietate ſignatum eſt. Ignoſcat ille, & ignoſcat iterum, & frequenter ignoſcat; aut, ut verius dixerim, merito concedat, tametſi ante Chriſtum plurimum licuit, plus aliquid licuiſſe per Chriſtum, cujus temporibus plenitudo debetur. Necatos ille a rege & projectos ſui tantum generis colligebat.

11. His tam bonis & tam piis actibus ſupervenit exſilium. Hanc enim vicem ſemper repræſentat impietas, ut melioribus pejora reſtituat. Et quid ſacerdos Dei proconſule interrogante reſponderit, ſunt acta quæ referant. Excluditur interim e civitate ille, qui fecerat boni aliquid pro civitatis ſalute; ille qui laboraverat ne viventium oculi paterentur infernæ ſedis horrorem; ille inquam, qui excubiis pietatis invigilans, pro nefas! ingrata bonitate providerat, ne omnibus tetram civitatis faciem relinquentibus, multos exſules deſerta reſpublica, ac deſtituta patria ſentiret. Sed viderit ſæculum, cui inter pœnas exſilium computatur. Illis patria nimis cara, & commune nomen eſt cum parentibus: nos & parentes ipſos, ſi contra Dominum ſuaſerint, abhorremus. Illis extra civitatem ſuam vivere gravis pœna eſt: Chriſtiano totus hic mundus una domus eſt. Unde licet in abditum & abſtruſum locum fuerit relegatus; admixtus Dei ſui rebus, exſilium non poteſt computare. Adde quod Deo integre ſerviens, etiam propria in civitate peregrinus eſt. Dum enim ſe carnalibus deſideriis continentia ſancti Spiritus abſtinet, converſationem prioris hominis exponens; etiam inter cives ſuos, aut, prope dixerim, inter parentes ipſos, vitæ terreſtris alienus eſt. Accedit

quod

Digitized by Google

quod etſi hæc alias pœna poſſet videri, in hujuſmodi tamen cauſis atque ſententiis, quas ad probandæ virtutis experimenta perpetimur, non eſt pœna, quia gloria eſt. Sed eſto ſane, nobis pœna non ſit exſilium. Illis ultimum crimen & peſſimum neſas etiam ipſorum conſcientia teſtis adſcribat, qui poſſunt innocentibus irrogare quod putant pœnam. Nolo nunc deſcribere loci gratiam, & deliciarum omnium paraturam interim tranſco. Fingamus locum illum ſitu ſordidum, ſqualidum viſu, non ſalubres aquas habentem, non amœnitatem viroris, non viciniam litoris; ſed rupes vaſtas ſilvarum inter inhoſpitas ſauces deſertæ admodum ſolitudinis, avia mundi parte ſummotum. Poſſet licet talis locus habere nomen exſilii, quo Cyprianus ſacerdos Dei venerat; cui ſi hominum miniſteria deficerent, vel alites ut Heliæ, vel ut Danieli angeli miniſtrarent. Abſit, abſit, ut credat aliquis cuilibet minimo, dummodo in confeſſione nominis conſtituto aliquid defuturum. Tantum abeſt ut Dei pontifex ille, qui miſericordiæ ſemper rebus inſtiterat, horum omnium opibus indigeret.

12. Jam nunc, quod ſecundo poſueram loco, cum gratiarum actione repetamus; proviſum eſſe divinitus etiam pro animo tanti viri apricum & competentem locum, hoſpitium pro voluntate ſecretum, & quidquid apponi eis ante promiſſum eſt, qui regnum & juſtitiam Dei quærunt. Atque ut omittam frequentiam viſitantium fratrum, ipſorum & inde civium caritatem, quæ repræſentabat omnia, quibus videbatur eſſe fraudatus, admirabilem viſitationem Dei non præteribo, qua antiſtitem ſuum ſic in exſilio eſſe voluit de ſecutura paſſione ſecurum, ut imminentis martyrii pleniore fiducia, non exſulem tantummodo Curubis, ſed & martyrem poſſideret. Eo enim die quo primum in exſilii loco manſimus, (nam & me inter domeſticos comites dignatio caritatis ejus delegerat exſulem voluntarium; quod utinam & in paſſione licuiſſet!) apparuit mihi, inquit, nondum ſomni quiete ſopito, juvenis ultra modum enormis: qui cum me quaſi ad prætorium duceret, videbar mihi tribunali ſedentis tum proconſulis admoveri. Is ut in me reſpexit, annotare ſtatim cœpit in tabula ſententiam, quam non ſciebam; nihil enim de me ſolita interrogatione quæſierat. Sed enim juvenis qui a tergo ejus ſtabat, admodum curioſus legit quidquid fuerat annotatum. Et quia inde verbis proferre non poterat, nutu declarante monſtravit, quid in litteris tabulæ illius haberetur. Manu enim expanſa & complanata ad ſpatæ modum, ictum ſolitæ animadverſionis imitatus, quod volebat intelligi, ad inſtar liquidi ſermonis expreſſit. Intellexi ſententiam paſſionis futuram. Rogare cœpi & petere continuo, ut dilatio mihi vel unius diei prorogaretur, donec res meas legitima ordinatione diſponerem. Et cum preces frequenter iteraſſem, rurſus in tabula cœperat neſcio quid annotare. Senſi tamen de vultus ſerenitate judicis mentem, quaſi juſta petitione commotam. Sed & ille juvenis, qui jamdudum de paſſionis indicio, geſtu potius quam ſermone prodiderat, clandeſtino identidem nutu conceſſam dilationem, quæ in cra-

A ſtinum petebatur, contortis poſt invicem digitis, ſignificare properavit. Ego quamvis non eſſet lecta ſententia, etſi de gaudio dilationis acceptæ læto admodum corde gauderem; metu tamen interpretationis incertæ ſic tremebam, ut reliquiæ formidinis cor exſultans adhuc toto pavore pulſarent.

13. Quid hac revelatione maniſeſtius? quid hac dignatione felicius? Ante illi prædicta ſunt omnia quæcumque poſtmodum ſubſecuta ſunt. Nihil de Dei verbis imminutum, nihil de tam ſancta promiſſione mutilatum. Singula denique
B ſecundum quod oſtenſa ſunt recognoſcite. Dilationem petit craſtini, cum de paſſionis ſententia cogitaretur: poſtulans ut res ſuas die illo quem impetraverat, ordinaret. Hic dies unus ſignificabat annum, quo ille poſt viſionem acturus in ſæculo fuerat. Nam, ut maniſeſtius dicam, eo die poſt exactum annum coronatus eſt, quo hoc illi ante annum fuerat oſtenſum. Diem autem Domini, etſi non annum in divinis litteris legimus, promiſſioni tamen futurorum debitum illud tempus accipi-
C mus. Unde nihil intereſt, ſi nunc ſub diei ſignificatione ſolus annus oſtenſus eſt; quia illud plenius debet eſſe quod majus eſt. Quod vero nutu potius, & non ſermone explanatum eſt; repræſentationi temporis ſervabatur ſermonis expreſſio: ſolet enim tunc verbis quodcumque proferri, quoties quidquid profertur impletur. Nam & vere nemo cognovit quare hoc ei oſtenſum fuiſſet, niſi quia poſt eodem die quo id viderat, coronatus eſt. Medio nihilominus tempore imminens paſſio pro certo ab omnibus ſciebatur: paſſionis tamen dies certus
D ab iiſdem omnibus, quaſi ignorantibus, tacebatur. Sane & in Scripturis tale aliquid invenio. Nam Zacharias ſacerdos, promiſſo ſibi per Angelum filio, quia non crediderat obmutuit; ita ut filii nomen ſcripturus potius quam relaturus, nutu tabulas poſtularet. Merito & hic, ubi Dei nuntius paſſionem antiſtitis imminentem nutu potius expreſſit; & fidem admonuit, & ſacerdotem munivit. Dilationis autem petendæ ratio de ordinatione rerum & de voluntatis diſpoſitione veniebat. Quæ vero res illi,
E aut quæ voluntas ordinanda, niſi eccleſiaſtici ſtatus? Suprema iccirco accepta dilatio eſt, ut quidquid circa pauperum fovendorum curam ſupremo judicio diſponendum fuerat, ordinaretur. Et puto propter nihil aliud, immo vero propter hoc tantum; etiam indulgentia ab ipſis qui ejecerant, & qui occiſuri erant, admiſſa eſt; ut præſens & præſentes pauperes, noviſſimæ diſpenſationis extremis, &, ut plenius dixerim, totis ſumtibus relevaret. Ordinatis ergo tam pie rebus, & ſic pro voluntate diſpoſitis, proximabat dies craſtinus.

F 14. Jam de Xyſto bono & pacifico ſacerdote, ac propterea beatiſſimo martyre, ab urbe nuntius venerat. Sperabatur jamjamque carnifex veniens, qui devota ſanctiſſimæ victimæ colla percuteret: & ſic erant omnes dies illi quotidiana exſpectatione moriendi, ut corona poſſet ſingulis adſcribi. Conveniebant interim plures egregii & clariſſimi ordinis & ſanguinis, ſed & ſæculi nobilitate generoſi, qui propter amicitiam ejus antiquam, ſeceſſum ſubinde ſuaderent: & ne parum eſſet nuda ſuadela, etiam

loca

loca in quæ ſeecderet offerebant. Ille vero jam A mundum, ſuſpenſa ad cœlum mente, neglexerat, nec ſuadelis blandientibus annuebat. Feciſſet ſortaſſe tunc etiam quod a plurimis & fidelibus petebatur, ſi & divino imperio juberetur. Sed nec illa ſublimis tanti viri gloria ſine præcouio tranſeunda eſt; quia jam ſæculo tumeſcente, & de fiducia principum infeſtationem nominis anhelante, ille ſervos Dei, prout dabatur occaſio, exhortationibus Dominicis inſtruebat, & ad calcandas paſſiones hujus temporis contemplatione ſuperventuræ claritatis animabat. B Videlicet tanta illi fuit ſacri cupido ſermonis, ut optaret ſic ſibi paſſionis vota contiogere, ut dum de Deo loquitur, in ipſo ſermonis opere necaretur.

15. Et hi erant quotidiani actus deſtioati ad placentem Deo hoſtiam ſacerdotis, cum ecce proconſulis juſſu, ad hortos ejus, (ad hortos, inquam, quos ioter initia fidei ſuæ venditos, & Dei indulgentia reſtitutos, pro certo iterum in uſus pauperum vendidiſſet, niſi invidiam de perſecutione vitaret) cum militibus ſuis princeps repente ſnbitavit, immo, ut verius dixe- C rim, ſubitaſſe ſe credidit. Unde enim poſſet tamquam improviſo impetu mens ſemper parata ſubitari? Proceſſit ergo jam certus expungi qnod diu fuerat retardatum: proceſſit animo ſublimi & erecto, hilaritatem præferens vultu, & corde virtutem. Sed dilatus in craſtinum, ad domum principis a prætorio revertebatur; cum ſubito per Carthaginem totam ſparſus rumor increbuit, productum eſſe jam Thaſcium, quem præter celebrem glorioſa opinione noticiam, etiam de commemoratione D præclariſſimi operis nemo non noverat. Concurrebant undique verſus omnes ad ſpectaculum, nobis pro devotione fidei glorioſum, gentilibus & dolendum. Receptum eum tamen, & in domo principis conſtitutum una nocte continuit cuſtodia delicata, ita ut convivæ ejus & cari in contubernio ex more fuerimus. Plebs interim tota ſollicita ne per noctem aliquid ſine conſcientia ſui fieret, ante fores principis excubabat. Conceſſit ei tunc divina bonitas, vere digno, nt Dei populus etiam in ſacerdotis paſſione vigilaret. E Forſitan tamen quærat aliquis, quæ cauſa fuerit a prætorio revertendi ad principem? Et volunt hoc, ſcilicet quidam de ſuo tunc proconſulem noluiſſe. Abſit ut in rebus divinitus geſtis ſegnitiem ſive faſtidium proconſulis conquerar. Abſit ut malum hoc intra conſcientiam religioſæ mentis admittam; ut de tam beatiſſimo martyre ruſtus hominis judicaret. Sed craſtinus dies ille, quem ante annum dignatio divina prædixerat, vere craſtinus eſſe debebat.

16. Illuxit denique dies alius, ille ſignatus, F ille promiſſus, ille divinus; quem ſi tyrannus ipſe differre voluiſſet, numquam prorſus valeret: dies de conſcientia futuri martyris lætus; & diſcuſſis per totum mundi ambitum nubibus, claro ſole radiatus. Egreſſus eſt domum principis, ſed Chriſti & Dei princeps, & agminibus multitudinis mixtæ ex omni parte vallatus eſt. Sic autem comitatui ejus infinitus exercitus adhærebat, quaſi ad expugnandam mortem manu facta veniretur. Eundi autem interfuit tranſitus ſtadii. Bene vero & quaſi de induſtria factum, ut & locum congruentis certaminis præteriret, qui ad coronam juſtitiæ conſummato agone currebat. Sed ubi ad prætorium ventum eſt, nondum procedente proconſule, ſecretior locus datus eſt. Illic cum poſt iter longum nimio ſudore madidatus ſederet; (ſedile autem erat fortuito linteo [a] tectum, ut & ſub ictu paſſionis epiſcopatus honore frueretur) quidam ex teſſerariis [b] quondam Chriſtianus, res ſuas obtulit, quaſi vellet ille veſtimentis ſuis humidis ſicciora mutare: qui videlicet nihil aliud in rebus oblatis ambiebat, quam ſi proficiſcentis ad Deum martyris ſudores jam ſanguineos poſſideret [c]. Cui ille reſpondit, & dixit: Medelas adhibemus querelis, quæ hodie forſitan non erunt. Mirum, ſi contemſit laborem corpore, qui mortem mente contemſerat? Quid plura? Subito proconſuli nuntiatus eſt. Producitur, admovetur, interrogatur de ſuo nomine: ſe eſſe reſpondit; & hactenus verba.

17. Legit itaque de tabula jam ſententiam judex, quam nuper in viſione non legerat; ſententiam ſpiritalem non temere dicendam, ſententiam epiſcopo tali, & tali teſte condignam; ſententiam glorioſam, in qua dictus eſt ſectæ ſignifer, & inimicus deorum, & qui ſuis futurus eſſet ipſe documento, & quod ſanguine ejus inciperet diſciplina ſanciri. Nihil hac ſententia plenius, nihil verius. Omnia quippe quæ dicta ſunt, licet a gentili dicta, divina ſunt. Nec mirum utique cum ſoleant de paſſione pontifices prophetare. Signifer fuerat, qui de ferendo ſigno Chriſti docebat: inimicus deorum, qui idola deſtruenda mandabat: documento autem ſuis fuit, qui multis pari genere ſecuturis prior in provincia martyrii primitias dedicavit. Saociri etiam cœpit ejus ſanguine diſciplina, ſed martyrum; qui doctorem ſuum imitatione gloriæ conſimilis æmulati, ipſi quoque diſciplinam exempli ſui proprio cruore ſanxerunt.

18. Et cum exiret prætorii fores, ibat comes militum turba: & ne quid in paſſione deeſſet, centuriones & tribuni latus texerant. Ipſe autem locus æqualis eſt, ubi pati contigit, ut arboribus ex omni parte denſatis ſublime ſpectaculum præbeat. Sed per enormitatem ſpatii longioris viſu denegato per confuſam nimis turbam, perſonæ faventes in ramos arborum repſerant; ne vel hoc illi negaretur, ut ad Zacchæi ſimilitudinem de arboribus videretur. Sed jam ligatis per manus ſuas oculis, moram carnificis urgere tentabat, cujus munus eſt ferrum; & labente dextera gladium vix trementibus digitis circuibat, donec ad perpetrandam pretioſi viri mortem, clarificationis hora

a Linteis epiſcoporum ſedes cooperiri ſolebant, ut ex Paciano patet, qui epiſt. II. ad Sympronianum Novatiano exprobat, quod *conſecrante nullo linteatam ſedem acceperit*. Id etiam videtur innuere Auguſtin. ep. XXIII. ad Maximinum epiſcopum Donatiſtam, ubi ait, *nec abſidas gradatas, nec cathedras velatas*, cuiquam in Chriſti judicio profuturas.

b Teſſerarii, qui teſſeras per militum contubernia nuntiant, vel ab excubitoribus exigunt. De his Vegetius lib. 2. de re militari cap. 7. ubi teſſera dicitur, *Praeceptum ducis, quo vel ad opus, vel ad bellum movetur exercitus*.

c Sic aliquas martyrum reliquias certatim rapere geſtiebant Chriſtiani.

hora matura, centurionis manum conceſſo deſuper vigore firmatam, permiſſis tandem viribus expediret. O beatum eccleſiæ populum! qui epiſcopo ſuo tali, & oculis pariter & ſenſibus, &, quod eſt amplius, publicata voce compaſſus eſt; &, ſicut ipſo tractante ſemper audierat, Deo judice coronatus eſt. Quamvis enim non potuerit evenire quod optabant vota communia, ut conſortio paris gloriæ ſimul plebs tota pateretur: quicumque ſub Chriſti ſpectantis oculis, & ſub auribus ſacerdotis ex animo pati voluit, per idoneum voti ſui teſtem, legationis quodammodo litteras ad Deum miſit.

19 Sic conſummata paſſione perfectum eſt, ut Cyprianus qui bonorum omnium fuerat exemplum, etiam ſacerdotales coronas in Africa primus imbueret; quia & talis eſſe poſt Apoſtolos prior cœperit. Ex quo enim Carthagini epiſcopatus ordo numeratur, numquam A aliquis, quamvis ex bonis & ſacerdotibus, ad paſſionem veniſſe memoratur. Licet ſemper Deo mancipata devotio, dicaris hominibus pro martyrio deputetur; Cyprianus tamen etiam ad perfectam coronam, Domino conſummante, profecit: ut in civitate ipſa, in qua taliter vixerat, & in qua prior fecerat multa præclara, prior etiam ſacerdotii cæleſtis inſignia glorioſo eruore decoraret. Quid hoc loco faciam? inter gaudium paſſionis & remanendi dolorem, in partes diviſus animus, & angnſtum nimis pectus B affectus duplices onerant. Dolebo quod non comes fuerim? Sed illius victoria triumphanda eſt. De victoria triumphabo? Sed doleo quod comes non ſim. Verum vobis tamen & ſimpliciter confitendum eſt, quod & vos ſcitis, in hac me fuiſſe ſententia. Multum ac nimis multum de gloria ejus exulto; plus tamen doleo quod remanſi.

ACTA PROCONSULARIA
SANCTI CYPRIANI
EPISCOPI ET MARTIRIS.

1 IMPERATORE Valeriano quartum & Gallieno tertium conſulibus, tertio calendarum Septembrium, Carthagine in ſecretario, Pae nus proconſul Cypriano epiſcopo dixit: Sacratiſſimi imperatores Valerianus & Gallienus, litteras ad me dare dignati ſunt, quibus præceperunt eos qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas cæremonias recognoſcere. Exquiſivi ergo de nomine tuo, quid mihi reſpondes? Cyprianus epiſcopus dixit: *Chriſtianus ſum, & epiſcopus. Nullos alios deos novi, niſi unum & verum Deum, qui fecit cælum & terram, mare & quæ ſunt in eis omnia. Huic Deo nos Chriſtiani deſervimus: hunc deprecamur diebus ac noctibus, pro nobis & pro omnibus hominibus, & pro incolumitate ipſorum imperatorum.* Paternus proconſul dixit: In hac ergo voluntate perſeveras? Cyprianus epiſcopus reſpondit: *Bona voluntas, quæ Deum novit, immutari non poteſt.* Paternus proconſul dixit: Poteris ergo ſecundum præceptum Valeriani & Gallieni, exſul ad urbem Curubitanam proficiſci? Cyprianus epiſcopus dixit: *Proficiſcor*: Paternus proconſul dixit: non ſolum de epiſcopis, verum etiam de presbyteris mihi ſcribere dignati ſunt. Volo ergo ſcire ex te, qui ſint presbyteri qui in hac civitate conſiſtunt. Cyprianus epiſcopus reſpondit: *Legibus veſtris bene atque utiliter cenſuiſtis, delatores non eſſe. Itaque detegi & deferri a me non poſſunt. In civitatibus autem ſuis invenientur:* C Paternus proconſul dixit: Ego hodie in hoc loco exquiro. Cyprianus dixit: *Cum diſciplina probibeat, ut quis ſe ultro offerat, & tuæ quoque cenſuræ hoc diſpliceat; nec offerre ſe ipſi poſſunt: ſed a te exquiſiti invenientur.* Paternus proconſul dixit: A me invenientur. Et adjecit: Præceperunt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula fiant, nec cœmeteria ingrediantur. Si quis itaque hoc tam ſalubre præceptum non obſervaverit, capite plectetur. Cyprianus epiſcopus reſpondit: *fac quod tibi præceptum eſt.*

D 2 Tunc Paternus proconſul juſſit beatum Cyprianum epiſcopum in exilium deportari. Cumque diu ibidem moraretur, ſucceſſit Aſpaſio Paterno proconſuli Galerius Maximus proconſul, qui ſanctum Cyprianum epiſcopum, ab exſilio revocatum, ſibi juſſit præſentari. Cumque Cyprianus ſanctus martyr electus a Deo, de civitate Curubitana, in qua exſilio præcepto Aſpaſii Paterni tunc proconſulis datus fuerat, regreſſus eſſet; ex ſacro præcepto in ſuis hortis manebat. Inde quotidie ſperabat veniri ad E ſe, ſicut illi oſtenſum fuerat; & cum illic demoraretur, repente idibus Septembris, Tuſco & Baſſo conſulibus, venerunt ad eum principes duo, unus Strator [a] officii Galerii Maximi proconſulis, qui Aſpaſio Paterno ſucceſſerat; & alius equiſtrator a cuſtodiis ejuſdem officii. Qui & in curriculum eum levaverunt, in medioque poſuerunt, & in Sexti [b] perduxerunt,

[a] Stratoris ſive ſtatoris munia deſcribuntur in lege Conſtantini cod. l. 9. tit. 4. de cuſtodia rerum. Integrum locum vide in edit. Oxon. De his vide gloſſar. Cang. ubi *ſtatores* dicuntur, *quod ſtarent ad juſſa parati*; ſtratores vero qui equorum principis curam habebant. Stratores etiam dici poſſunt a ſternendo, quod reos in carcere condemnatos punirent, vel equos ſternerent.

[b] Hic locus ſic videtur appellatus, quod ſexto ab urbe lapide diſtaret.

ubi idem Galerius Maximus proconſul, bonæ valetudinis recuperandæ gratia, ſeceſſerat. Et ita idem Galerius Maximus proconſul in aliam diem Cyprianum ſibi reſervari præcepit. Et eo tempore beatus Cyprianus ductus, ad principem & ſtratorem ejuſdem officii Galerii Maximi proconſulis clariſſimi viri ſeceſſit; & in hoſpitio ejus cum eo in vico, qui dicitur Saturni, inter Veneream & Saltitariam manſit. Illuc univerſus populus fratrum convenit. Et cum hoc ſanctus Cyprianus comperiſſet, cuſtodiri [a] puellas præcepit, quoniam omnes in vico, ante januam hoſpitii principis manſerant.

3 Et ita altera die octava decima calendarum Octobrium, mane multa turba convenit ad Sexti, ſecundum præceptum Galerii Maximi proconſulis. Et ita idem Galerius Maximus proconſul eadem die Cypriaoum ſibi offerri præcepit in atrio Sauciolo [b] ſedenti. Cumque oblatus fuiſſet, Galerius Maximus proconſul Cypriano epiſcopo dixit. Tu es Thaſcius Cyprianus? Cyprianus epiſcopus reſpondit: *Ego ſum*. Galerius Maximus proconſul dixit: Tu papam te ſacrilegæ mentis hominibus præbuiſti? Cyprianus epiſcopus reſpondit; *Ego*. Galerius maximus proconſul dixit. Juſſerunt te ſacratiſſimi imperatores cæremoniari. Cyprianus epiſcopus dixit: *non facio*. Galerius Maximus: ait Conſule tibi. Cyprianus epiſcopus reſpondit; *fac quod tibi præceptum eſt. In re tam juſta nulla eſt conſultatio*.

4 Galerius Maximus colloquutus cum concilio, ſententiam vix ægre dixit verbis hujuſmodi: Diu ſacrilega mente vixiſti, & plurimos nefariæ tibi conſpirationis homines aggregaſti, & inimicum te diis Romanis & ſacris legibus conſtituiſti, nec te pii & ſacratiſſimi principes Valerianus & Gallienus Auguſti, & Valerianus

A nobiliſſimus Cæſar, ad ſectam cæremoniarum ſuarum revocare potuerunt. Et ideo cum ſis nequiſſimorum criminum auctor & ſignifer deprehenſus, eris ipſe documento his, quos ſcelere tuo tecum aggregaſti: ſanguine tuo ſancietur diſciplina. Et his dictis, decretum ex tabella recitavit: Thaſcium Cyprianum gladio animadverti placet. Cyprianus epiſcopus dixit: *Deo gratias*.

5 Poſt hanc vero ſententiam turba fratrum dicebat: & nos cum ipſo decollemur. Propter B hoc tumultus fratrum exortus eſt, & multa turba eum proſecuta eſt. Et ita idem Cyprianus in agrum Sexti productus eſt, & ibi ſe lacerna byrro [c] exſpoliavit, & genu in terra flexit, & in orationem ſe Domino proſtravit. Et cum ſe dalmatica [d] exſpoliaſſet, & diaconibus tradidiſſet, in linea ſtetit, & cœpit ſpiculatorem ſuſtinere. Cum veniſſet autem ſpiculator, juſſit ſuis ut eidem ſpiculatori viginti quinque aureos darent [e]. Linteamina vero & manualia a fratribus ante eum mittebantur. Po- C ſtea vero beatus Cyprianus manu ſua oculos ſibi texit. Qui cum lacinias manuales ligare ſibi non potuiſſet, Julianus presbyter & Julianus ſubdiaconus ei ligaverunt. Ita beatus Cyprianus paſſus eſt; ejuſque corpus propter gentilium curioſitatem in proximo poſitum eſt. Inde per noctem ſublatum cum cereis & ſcholacibus [f], ad areas Macrobii Candidiani procuratoris, quæ ſunt in via Mappalienſi, Juxta piſcinas, cum voto & triumpho magno deductum eſt. Poſt paucos autem dies Galerius Maximus proconſul deceſſit.

D 6 Paſſus eſt autem beatiſſimus Cyprianus martyr die octava decima calendarum Octobrium, ſub Valeriano & Gallieno imperatoribus, regnante vero Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

a Omnes mſſ. præter Colb. 1. *caſtigari*. Alia tamen lectio præferenda. Sic enim legit Auguſtinus, ut patet ex laudato ſerm. n. 4. *Quid illud*, inquit, *quod cum in alium diem dilatus eſſet, atque illuc ſe multitudo fratrum ac ſororum congregans pro foribus pernoctaret, cuſtodiri puellas præcepit*. Item S. Fulgentius ſerm. 6. *à principe detentus virginum pudicitiam .... cuſtodivit*.

b Vox obſcura. Videtur eſſe cognomen atrii, quod hic rei interficerentur. Obſervat Oxon. editor ſancitum eſſe in concilio Matiſcon. 1 t. c. 19. *ut ad locum examinationis reorum nullus clericus accedat, neque interſit atrio Sauciolo, ubi pro reatus ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt*. Cod. Colb. & german. 1. habent, *atrio Secutiolo*. Conch. *Saloutio*.

c Alterutram ex his vocibus pro additamento habendam eſſe cenſet Oxon. editor. Certe in cod. 1. Germ. habetur tantum *byrro*. Porro notat ex Feſto eruditus Cangius in gloſſario, *byrrum* antiquitus *rufum* ſignificaſſe, quæ vox ſi hoc loco ſic intelligatur, præferenda eſſet lectio aliquot codd. qui ſic habent, *lacerno byrro expoliatus eſt*. De byrro & lacerna tamquam de duplici veſtis ſpecie loquitur Sulpicius Severus lib. 1. Dialog. c. 14. apud Baronium ad an. 261. n. 41. ubi plura is habet de hac re. At mirum eſt ab eo hodiernas epiſcoporum veſtes in his E verbis repertas fuiſſe. Talibus quippe ornamentis epiſcopos olim uſos fuiſſe, prius eſſet probandum. *Byrrum quo* S. Odo Cluniaci abbas *tegebatur, more cappæ per extremitatem fimbriæ apprehendentes oſculabantur* Dei famuli reverentiæ cauſa. Ex ejus vitæ auctore Johanne lib. 2. num. 5. ſæc. V. SS. ord. Bened. pag. 167.

d Codd. Foſſat. Colb. Conch. S. Genovefæ &c. pro *dalmatica*, habent *tunica*: ſed multo plures codd. *dalmatica*. Ceterum dalmaticæ nomen antiquis ignotum non fuit. Commodus apud Lamprid. *dalmaticatus in publico* proceſſiſſe dicitur. De dalmatica plura collegit Baronius in notis ad martyrol. Rom. die 31. Maii, ubi de Paſchaſio diacono.

e Hanc largitionem librariis debitam innuit Oxon. editor. Favet Auguſtin. loco laudato, ubi ait extrema martyris verba fuiſſe, *Deo gratias*, quæ ſtatim poſt recitatam ſententiam pronuntiavit. Omnes tamen mſſ. quos videre licuit, hanc Cypriani liberalitatem commemorant. Maximilianus, cujus acta ad an. 295. proferemus, veſtem ſibi paratam a patre rogavit dari ſpiculatori.

f Hunc locum ex compluribus mſſ. ſic reſtituimus. In editis & aliquot mſſ. pro *Candidiani* habetur *Candidi*. Baronius *ſcholacium* nomine deſignari putat ſcholas cleri cum F cereis &c. Rigaltius vero faces ad arcendas noctis tenebras. Ejuſmodi funalia *ſcholaces* a pleriſque appellata eſſe obſervat Cangius in gloſſario. Cœmeteria autem Chriſtianorum appellata fuiſſe *Arenarias* ſeu *Areas* patet ex Actis SS. Montani &c. inferius exhibendis, & ex Tertulliano ad Scapulam cap. 3. Videſis Baronium ad diem 3. Januar. in notis ad martyrol. Romanum.

NOTI-

NOTITIA CODICUM MANU SCRIPTORUM
QUI AD HANC EDITIONEM
ADORNANDAM ADHIBITI FUERE.

CONTULERAT BALUZIUS cum codicibus manuſcriptis plurima Cypriani operum edita exemplaria, quæ nobis inſpicere non licuit. Sed ex ejus notis exiſtimari poteſt, quantum induſtriæ ac laboris in hoc genere inſumſerit. Nam præter codices, qui Manutio, Pamelio, Rigaltio & Anglis uſui fuerunt, habuit Baluzius ac diligenter cum editis contulit plures ex Bibliotheca Regia, in his vetuſtum codicem qui olim fuit S. Martini Tornacenſis: ex Bibliotheca autem Colbertina codices 137. 782. 801. 2442. & vetuſtiſſimum 1305. qui fuit olim Bibliothecæ Thuanæ, & alium qui fuit olim Collegii Fuxenſis. Ex Bibliotheca Remigiana unum vetuſtiſſimum, & alium recentiorem: unum ex monaſterio S. Dionyſii in eadem urbe; plures etiam tum ex S. Victoris Pariſienſis, tum ex ipſius Baluzii Bibliotheca: His adde Seguerianum ante annos mille ſcriptum, Beccenſem, Divionenſem, Corbejenſem, Gratianopolitanum clariſſimi viri Gaſparis Boni, Burgundicum, Foſſatenſem, Carnotenſem, Lamonianum, Compendienſem, Pithæanum, Sorbonicum, Monaſterienſem nunc Pariſiis in bibliotheca Auguſtinianorum ſuburbii S. Germani aſſervatum, Floriacenſem, Moyſſiacenſem, vetuſtum librum qui fuit Raymundi epiſcopi Acconenſis, alios denique ex monaſteriis S. Arnulphi Metenſis, S. Michaelis in periculo maris, S. Germani a Pratis, S. Galli, Montis S. Eligii. Præterea miſſæ ad Baluzium fuerunt variæ lectiones excerptæ ex Codicibus Vaticanis, ut patet ex ejus notis ad epiſtolam Cypriani XLVIII. Ex his autem codicibus, quos recenſuimus nonnulli ab Anglis citari ſolent; ſed tamen ſic illis utitur Baluzius, ut eos contuliſſe cum editis aut ſaltem conſuluiſſe videatur.

Adhibuimus etiam ad opera Cypriano adſcripta veteres libros ex Bibliotheca Regia, ex Colbertina, ex Sorbonica, Victorina & Sangermanenſi. Sed ad ea, quæ majoris ſunt pretii, accurate emendanda & caſtiganda magno imprimis uſui fuerunt tres antiquiſſimi codices Remigianus unus ad epiſtolam Celſi ad Vigilium, & duo Sangermanenſes ad librum de Singularitate Clericorum, & Expoſitionem in Symbolum

Digitized by Google

ORDO EPISTOLARUM
SANCTI CYPRIANI,
QUEM PAMELIUS ET BALUZIUS SECUTI SUNT, comparatus cum ordine editionis Oxonienſis.

OXON.	*PAMEL.*		
	I.	EXpunćta a Baluzio.	
	II.	*Ad Donatum*	Pag. 2.
8.	III.	Cleri Romani ad clerum Carthaginenſem de ſeceſſu divi Cypriani	26.
9.	IV.	*Ad presbyteros & diaconos Romæ conſiſtentes.*	30.
5.	V.	*Ad presbyteros & diaconos.*	31.
14.	VI.	*Ad presbyteros & diaconos.*	34.
13.	VII.	*Ad Rogatianum presbyterum & ceteros confeſſores.*	35.
11.	VIII.	*Ad clerum de precando Deo.*	39.
10.	IX.	*Ad martyres & confeſſores.*	43.
16.	X.	*Ad clerum de quibuſdam presbyteris qui temere pacem lapſis dederunt, necdum ſedata perſequutione, & citra conſcientiam epiſcoporum.*	47.
15.	XI.	*Ad martyres & confeſſores qui lapſis petierunt pacem dari.*	51.
17.	XII.	*Ad plebem.*	54.
18.	XIII.	*Ad clerum de lapſis & catechumenis, ne vacui exeant.*	55.
19.	XIV.	*Ad clerum de his qui ad pacem feſtinant.*	58.
20.	XV.	*Ad presbyteros & diaconos Romæ conſiſtentes.*	ibid.
37.	XVI.	*Ad Moyſen & Maximum & ceteros confeſſores.*	59.
23.	XVII.	Confeſſorum ad Cyprianum.	63.
26.	XVIII.	*Ad presbyteros & diaconos, de præcedenti & duabus ſequentibus epiſtolis.*	66.
24.	XIX.	Caldonii ad Cyprianum.	67.
25.	XX.	*Cypriani Caldonio.*	70.
21.	XXI.	Celerini ad Lucianum.	ibid.
22.	XXII.	Luciani ad Celerinum.	74.
27.	XXIII.	*Ad clerum Romæ conſiſtentem de multis confeſſoribus & de Luciani inverecundia & Celerini confeſſoris modeſtia.*	75.
29.	XXIV.	*Ad clerum de litteris Romam miſſis, & de Saturo lectore & Optato hypodiacono factis.*	79.
28.	XXV.	*Ad Moyſen & Maximum & ceteros confeſſores.*	82.
31.	XXVI.	Moyſes, Maximus, Nicoſtratus & alii confeſſores reſpondent præcedenti epiſtolæ.	83.
33.	XXVII.	*Cyprianus lapſis.*	90.
34.	XXVIII.	*Ad presbyteros & diaconos.*	91.
35.	XXIX.	*Ad presbyteros & diaconos Romæ conſiſtentes.*	94.
36.	XXX.	Presbyteri & diaconi Romæ conſiſtentes ad Cyprianum.	ibid.
30.	XXXI.	Cleri Romani ad Cyprianum.	98.
32.	XXXII.	*Ad clerum Carthaginenſem de miſſis Romam & acceptis inde litteris.*	103.
38.	XXXIII.	*Ad clerum & plebem de Aurelio lectore ordinato.*	106.
39.	XXXIV.	*Ad clerum & plebem de Celerino lectore ordinato.*	107.
40.	XXXV.	*Ad eoſdem de Numidico ordinato presbytero.*	111.
7.	XXXVI.	*Ad clerum de cura pauperum & peregrinorum.*	114.
12.	XXXVII.	*Ad clerum, ut confeſſoribus in carcere conſtitutis omnis humanitas præbeatur.*	ibid.
41.	XXXVIII.	*Ad Caldonium, Herculanum & ceteros de abſtinendo Feliciſſimo.*	115.
42.	XXXIX.	Caldonii, Herculani & ceterorum epiſtola ad Cyprianum de abſtento Feliciſſimo cum ſuis	118.
43.	XL.	*Ad plebem de quinque presbyteris ſchiſmaticis factionis Feliciſſimi.*	119.
44.	XLI.	*Ad Cornelium, quod ordinationem Novatiani non receperit.*	123.
45.	XLII.	*Ad Cornelium de ordinatione ejus a ſe comprobata & de Feliciſſimo.*	127.
47.	XLIII.	*Ad eumdem quod ad confeſſores a Novatiano ſeductos litteras fecerit.*	131.
46.	XLIV.	*Ad confeſſores Romanos, ut ad unitatem redeant.*	ibid.
48.	XLV.	*Ad Cornelium de Polycarpo Hadrumentino.*	134.
49.	XLVI.	Cornelii ad Cyprianum de confeſſoribus ad unitatem reverſis.	135.

OXON.	PAMEL.		
51.	XLVII.	*Cypriani ad Cornelium, reſponſum congratulatorium de illorum reditu ex ſchiſmate.*	139.
50.	XLVIII.	Cornelii ad Cyprianum de factione Novatiani cum ſuis.	ibid.
52.	XLIX.	*Cypriani reſponſum ad Cornelium de Novati ſceleribus.*	142.
53.	L.	Maximi & ceterorum confeſſorum ad Cyprianum de ſuo reditu ex ſchiſmate.	146.
54.	LI.	*Cypriani ad confeſſores de reditu ex ſchiſmate congratulatoria.*	ibid.
55.	LII.	*Ad Antonianum de Cornelio & Novatiano.*	147.
56.	LIII.	*Ad Fortunatum & alios collegas de iis qui per tormenta ſuperantur.*	170.
57.	LIV.	*Ad Cornelium de pace lapſis danda.*	171.
59.	LV.	*Ad Cornelium de Fortunato & Feliciſſimo, ſive contra hæreticos.*	175.
58.	LVI.	*Ad Thibaritanos de exhortatione martyrii.*	195.
60.	LVII.	*Ad Cornelium in exſilio de ejus confeſſione.*	203.
61.	LVIII.	*Ad Lucium papam Romanum reverſum ab exſilio.*	207.
64.	LIX.	*Ad Fidum de infantibus baptizandis.*	211.
62.	LX.	*Ad epiſcopos Numidas de redemtione fratrum ex captivitate barbarorum.*	214.
2.	LXI.	*Ad Euchratium de hiſtrione.*	218.
4.	LXII.	*Ad Pomponium de virginibus.*	219.
63.	LXIII.	*Ad Cæcilium de ſacramento dominici calicis.*	226.
65.	LXIV.	*Ad Epictetum & plebem Aſſuritanorum de Fortunatiano quondam eorum epiſcopo.*	239.
3.	LXV.	*Ad Rogatianum de diacono qui contra epiſcopum contendit.*	243.
1.	LXVI.	*Ad clerum & plebem Furnis conſiſtentem de Victore, qui Fauſtinum presbyterum tutorem nominavit.*	246.
68.	LXVII.	*Ad Stephanum de Marciano Arelatenſi, qui Novatiano conſenſit.*	247.
67.	LXVIII.	*Ad clerum & plebes in Hiſpania conſiſtentes, de Baſilide & Martiale.*	254.
66.	LXIX.	*Ad Florentium Pupianum de obtrectatoribus.*	262.
70.	LXX.	*Ad Januarium & ceteros epiſcopos Numidas de baptizandis hæreticis.*	267.
71.	LXXI.	*Ad Quintum de hæreticis baptizandis.*	271.
72.	LXXII.	*Ad Stephanum papam de concilio.*	275.
73.	LXXIII.	*Ad Jubajanum de hæreticis baptizandis.*	278.
74.	LXXIV.	*Ad Pompejum contra epiſtolam Stephani de hæreticis baptizandis.*	294.
75.	LXXV.	*Firmiliani epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ ad Cyprianum contra epiſtolam Stephani.*	302.
69.	LXXVI.	*Ad Magnum de baptizandis Novatianis & de iis qui in lecto gratiam conſequuntur.*	315.
76.	LXXVII.	*Ad Nemeſianum & ceteros martyres in metallo conſtitutos.*	327.
77.	LXXVIII.	Nemeſiani, Dativi, Felicis, & Victoris reſponſum ad Cyprianum.	331.
78.	LXXIX.	Ad eumdem Lucii & ceterorum martyrum reſponſum.	334.
79.	LXXX.	Felicis, Jaderis, Poliani, & ceterorum martyrum reſponſum ad Cyprianum.	335.
6.	LXXXI.	*Cypriani ad Sergium & Rogatianum & ceteros confeſſores in carcere conſtitutos.*	ibid.
80.	LXXXII.	*Ad Succeſſum de nuntiis Roma reverſis perſecutionem nuntiantibus.*	339.
81.	LXXXIII.	*Ad clerum & plebem de ſuo ſeceſſu paulo ante paſſionem.*	342.
		Cornelii papæ ad Cyprianum.	343.
		Ad plebem Carthaginis.	ibid.
		Ad Turaſium presbyterum.	346.

TRACTATUS.

Liber de Habitu virginum. 354.
Liber de lapſis. 372.
Liber de Unitate Eccleſiæ. 396.
Liber de Oratione dominica. 414.
Liber ad Demetrianum. 431.
Liber de Idolorum Vanitate. 450.
Liber de Mortalitate. 462.
Liber de Opere & Eleemoſyna. 475.
Liber de Bono patientiæ. 491.
Liber de Zelo & Livore. 503.
Epiſtola ad Fortunatum de Exortatione martyrii. 514.
Teſtimoniorum libri tres adverſus Judæos. 531.
Liber primus. 534.
Liber ſecundus. 543.
Liber tertius. 562.
Concilium Carthaginenſe. Sententiæ epiſcoporum LXXXVII. *de hæreticis baptizandis.* 598.
Liber de Spectaculis. 610.
Liber de Laude martyrii. 615.
Anonymi liber de Rebaptiſmate. 630.

OPU-

OPUSCVLA VULGO ADSCRIPTA SANCTO CYPRIANO.

De Diſciplina & bono pudicitiæ. Pag. ij.
Ad Novatianum hæreticum, quod lapſis ſpes veniæ non eſt deneganda. vij.
De Aleatoribus. xv.
De Montibus Sina & Sion. xxij.
Oratio Cypriani Antiocheni pro martyribus. xxvij.
Oratio Cypriani Antiocheni quam ſub die paſſionis ſuæ dixit. xxx.
Arnoldi abbatis Bonæ Vallis tractatus de noviſſimis verbis Domini in cruce. xxxiv.
Ejuſdem de Cardinalibus operibus Chriſti. lxiij.
Carmen, Geneſis. cxxxj.
Carmen, Sodoma. cxxxv.
Carmen, ad Senatorem apoſtatam. cxxxix.
Hymnus Victorini Pictavienſis de cruce Domini. cxlij.
De ſingularitate clericorum. cxliij.
Expoſitio in ſymbolo Apoſtolorum. clxxix.
Ad Vigilium epiſcopum, de Judaica incredulitate. ccxv.
Tractatus adverſus Judæos qui inſecuti ſunt Dominum. ccxxiij.
De Revelatione capitis beati Joannis-*Baptiſtæ.* ccxxx.
De duplici martyrio ad Fortunatum. ccxxxv.
De duodecim abuſionibus ſæculi. cclvij.
Cœna, Cypriano falſo inſcripta. cclxix.
Confeſſio Sancti Cypriani. cclxxvij.

ORDO EPISTOLARUM

ALPHABETICUS.

Antoniano. LII. Pag. 147.
Cæcilio. LXIII. 226.
Caldonii Cypriano. XVIII. 67.
Caldonio. XIX. 70.
Caldonio, Herculano & ceteris. XXXVIII. 115.
Caldonii, Herculani & ceterorum Cypriano. XXXIX. 118.
Celerini Luciano. XX. 70.
Clero Carthag. IV. 31.
Eidem. V. 34.
Eidem. VII. 39.
Eidem. IX. 47.
Eidem. XII. 55.
Eidem. XIII. 58.
Eidem. XVII. 66.
Eidem. XXIV. 79.
Eidem. XXVIII. 91.
Eidem. XXXII. 103.
Eidem. XXXVI. 114.
Eidem. XXXVII. ibid.
Clero & plebi Carthag. XXXIII. 106.
Iiſdem. XXXIV. 107.
Iiſdem. XXXV. 111.
Iiſdem. LXXXIII. 342.
Confeſſorum Cypriano. XVI. 63.
Cornelii papæ Cypriano. XLVI. 135.
Eidem. XLVIII. 139.
Cornelio. XLI. 123.
Eidem. XLII. 127.
Eidem. XLIII. 131.
Eidem. XLV. 134.
Eidem. XLVII. 139.
Eidem. XLIX. 142.
Eidem. LV. 175.
Eidem. LVII. 203.
Cornelio ſynodi Africanæ. LIV. 171.
Donato. I. 2.
Epicteto & plebi Aſſuritanorum. LXIV. 239.
Eucbratio. LXI. 218.
Felicis cum aliis Cypriano. LXXX. 335.
Fido. LIX. 211.
Firmiliani Cypriano. LXXV. 302.
Florentio Pupiano. LXIX. 262.
Fortunato & aliis. LIII. 170.
Furnitanorum clero & plebi. LXVI. 246.
Hiſpaniarum clero & plebi. LXVIII. 254.
Januario & aliis Numidis. LX. 214.
Iiſdem. LXX. 267.
Jubajano. LXXIII. 278.
Lapſis. XXVII. 90.
Luciani Celerino. XXI. 74.
Lucio papæ. LVIII. 207.
Lucii epiſcopi & aliorum Cypriano. LXXIX. 334.
Magno. LXXVI. 315.
Martyribus & confeſſoribus. VIII. 43.
Iiſdem. X. 51.
Maximo & aliis. XV. 59.
Maximi & aliorum Cypriano. L. 146.
Iiſdem Cypriani. LI. ibid.
Moyſi & Maximo cum aliis. XV. 59.
Iiſdem. XXV. 82.
Eorumdem Cypriano. XXVI. 83.
Nemeſiano & aliis. LXXVII. 327.
Ejusdem & aliorum Cypriano. LXXVIII. 331.
Plebi Carthaginenſi. XI. 54.
Eidem. XL. 119.
Pompejo. LXXIV. 293.
Pomponio. LXII. 219.
Quinto. LXXI. 271.
Rogatiano epiſcopo. LXV. 243.
Rogatiano cum aliis. LXXXI. 335.
Rogatiano presbytero cum aliis. VI. 35.
Romani cleri Carthaginenſi clero. II. 26.
Romano Clero Cypriani. III. 30.
Eidem. XIV. 58.
Eidem. XXII. 75.
Eidem. XXIX. 94.
Romani cleri Cypriano. XXX. ibid.
Ejuſdem eidem. XXXI. 98.
Stephano papæ. LXVII. 247.
Eidem. LXXII. 275.
Succeſſo. LXXXII. 339.
Thibaritanæ plebi. LVI. 195.

ORDO

ORDO
EPISTOLARUM ET TRACTATUUM
SANCTI CYPRIANI,
Accommodatus ad ea quæ in vita S. martyris diſſeruimus.

NON multo poſt baptiſmum epiſtola ad Donatum & liber de Vanitate idolorum.

Tres libros Teſtimoniorum & librum de Habitu virginum vel presbyter ſcripſit Cyprianus, vel initio epiſcopatus.

Epiſtola LXVI. initio epiſcopatus ante perſecutionem Decii. Scriptæ exiſtimantur in Annalibus Cyprianicis circa idem tempus LXI. LXII. LXV. ſed ultima videtur potius ſcripta poſt hæreſim Novatiani: duæ priores nulla temporis nota ſignatæ.

Anno 250. in ſeceſſu ſancti Cypriani epiſtola II. quæ eſt cleri Romani. III. quæ eſt reſponſio Cypriani. Litteræ tredecim in epiſt. XIV. commemoratæ, ex quibus ſeptem tantum habemus, nempe V. IX. XI. X. XII. XIII. XIV. Hæ Romam miſſæ cum epiſt. XV. vigente jam æſtate. Paulo poſt XVIII. quæ eſt Caldonii ad Cyprianum. XIX. reſponſio Cypriani. XVI. Luciani & confeſſorum. XVII. ad presbiteros & diaconos. XXI. Luciani ad Celerianum reſponſio. Celerini autem epiſtola quæ eſt XX. ſcripta fuerat diebus paſchalibus. Sex illæ epiſtolæ Romam miſſæ cum epiſtolis XXIII & XXV. paulo poſt ſcriptis. Eodem tempore epiſtola XXIV. & paulo poſt XXVII. XXVIII. XXIX. Poſt epiſtolam Cypriani vigeſimam nonam venerunt Roma epiſtolæ XXXI. & XXVI. Tum ſcribit Cyprianus epiſt. XXXII. & paulo poſt accipit Roma epiſt. XXX. Circa menſem Octobrem epiſt. XXXVII. Non multo poſt epiſt. VIII. Eodem anno 250. exeunte vel etiam, ſi cui magis placeat, anno 251. ineunte ſcriptæ ſunt epiſtolæ XVI. XXXV. XXXIII. XXXIV. VII. VI. XXXVI. XXXVIII. XXXIX. In epiſt. XV. & XXXV. nulla pacis mentio; quinetiam in epiſt. XV. confeſſores, ut in media perſecutione, ita laudat & hortatur Cyprianus.

Anno 251. paulo ante Paſcha epiſtola XL. morante adhuc in ſeceſſu Cypriano. Non multo poſt Paſcha ac reditum Cypriani, liber de Lapſis. Paulo poſt reditum legatorum epiſtola XLI. per Primitivum presbyterum, & ante illius reditum epiſtola XLII. cum quadrageſima tertia & quadrageſima quarta ac libro de Unitate Eccleſiæ. Deinde epiſtola XLV. paulo poſt reditum Primitivi. Epiſtolæ XLVIII. & XLVI. quæ ſunt Cornelii, & L. quæ eſt confeſſorum, allatæ per Nicephorum, qui cum Mettio, ut veriſimile eſt, epiſtolas XLII. XLIII. XLIV. detulerat. His rebus litteris reſpondet Cyprianus per epiſtolas XLIX. XLVII. LI.

Anno 252. ineunte epiſtola LII. Eodem anno liber de Oratione dominica. Circa Paſcha epiſt. LIII. Poſt idus Maii epiſtolæ LIX. LXIV. deinde LV. LVI. LIV. LVII.

Anno 252. exeunte LVIII. LXXXI.

Anno 252. aut 253. liber adverſus Demetrianum & epiſt. LX.

Anno 253. aut 254. liber de Mortalitate; nec multo poſt alius de Opere & Eleemoſyna.

Anno 254. epiſt. LXIX. Forte eodem anno, aut ſaltem ante diſſenſionem Afrorum cum Stephano epiſtolæ LXVII. LXVIII.

Anno 255. circa autumnum epiſtola LXX. tum LXXI.

Anno 256. paulo poſt Paſcha epiſt. LXXII. tum LXXIII. LXXIV. LXXVI. Circa idem tempus ſcripti libri de Patientia, & de Zelo & Livore. Eodem anno calendis Septembris concilium tertium Carthaginenſe, tum inſtante hyeme epiſtola LXXV. Firmiliani ad Cyprianum. Epiſtola LXIII. poſt exortam de baptiſmo controverſiam ac forte anno 257.

Anno 257. liber de Exhortatione martyrii. Eodem anno vel anno 258. epiſtolæ LXXVII. LXXVIII. LXXIX. LXXX.

Anno 258. menſe Auguſto epiſtola LXXXII. & paulo ante martyrium epiſt. LXXXIII.

IN-

INDEX CAPITUM

QUÆ IN PRÆFATIONE ET VITA S. CYPRIANI

Nunc primum adornata continentur.

PRÆFATIO

In qua poſt enumaratas SANCTI CYPRIANI *operum editiones, de S. Martyris doctrina pluribus diſſeritur.* pag. j.

I. *CYPRIANI ſententia de unitate & infallibilitate Eccleſiæ.* vi.

II. *Refelluntur qui epiſcopos apud Cyprianum jure divino a presbyteris diſtingui negant.* x.

III. *Primatus eccleſiæ Romanæ a S. Cypriano ſemper agnitus.* xij.

IV. *De diſſenſione S. Cypriani cum S. Stephano. Nullum baptiſma probatum Stephano, niſi quod ex præſcripta a Chriſto forma datum eſſet.* xiv.

V. *S. Cyprianus ſententiam adverſariorum minus intellexit. De baptiſmo in Chriſti nomine. Stephani ſententia orta ab Apoſtolis.* xvij.

VI. *Quibus potiſſimum rationibus ſeſe S. Cyprianus defenderit. Nec ſacramenta a malis in Eccleſia adminiſtrata, nec traditionem rejecit.* xxj.

VII. *Confirmationem non confundit S. Cyprianus cum impoſitione manuum in hæreticos redeuntes. Confirmationem inter ſacramenta numerat.* xxiij.

VIII. *Pœnitentiæ ſacramentum ex S. Cypriani teſtimoniis defenditur. Quam neceſſarium judicaverit, quam ſancte adminiſtrari voluerit oſtenditur. Nonnulla illius dicta explicantur.* xxv.

IX. *Utrum in Africa ante S. Cyprianum graviſſimis criminibus negata fuerit communio poſt pœnitentiam?* xxix.

X. *Utrum nova ſub S. Cypriano inducta ſit diſciplina, ac priſtina ſeveritas in ſolos apoſtatas & deſertores retenta?* xxxiij.

XI. *Utrum S. Cyprianus lapſis in decurſu pœnitentiæ morientibus pacem negaverit, his tantum exceptis qui libellos a martyribus acceperant?* xxxvj.

XII. *Utrum concilium Carthaginenſe pœnitentiam ſacrificatis per totum vitæ tempus impoſuerit?* xxxviij.

XIII. *De Chriſti in Euchariſtia præſentia.* xl.

XIV. *De Communione ſub utraque ſpecie.* xliij.

XV. *S. Cypriani ſententia de ſacrificio, de Purgatorio & invocatione ſanctorum,* xliv.

XVI. *De Chriſti divinitate, ejuſque gratia.* xlvj.

VITA SANCTI CYPRIANI

NUNC PRIMUM ADORNATA.

I. *DE S. Cypriano nondum Chriſtiano. Diſtinguendus eſt a Cypriano Antiocheno.* Pag. ij.

II. *De S. Cypriani converſione. Catechumenus bona ſua diſtribuit, ſeque voto continentiæ obſtrinxit. Incertum quo anno & tempore baptizatus.* iij.

III. *De Studiis & ſcriptis S. Cypriani a baptiſmo uſque ad ordinationem.* vij.

IV. *Cyprianus presbyterium & ſacerdotium ſtatim accipit. Quo anno ordinatus epiſcopus. Res geſtæ & ſcriptæ in primordiis epiſcopatus.* x.

V. *De perſecutione Decii ejuſque initiis, ac de magno lapſorum & confeſſorum numero.* xj.

VI. *In quo poſitum eorum delictum qui Libellatici appellati ſunt?* xij.

VII. *Cyprianus ſecedit in perſecutione juſtiſſimis de cauſis.* xix.

VIII. *De litteris cleri Romani Carthaginem miſſis, poſtquam Cyprianum ſeceſſiſſe nuntiatum eſt.* xxij.

IX. *De prima Cypriani Romanorum litteris reſponſione. De tredecim litteris ante ſecundam reſponſionem ſcriptis & ſimul cum illa Romam perlatis, ex quibus multas deſiderari oſtenditur.* ibid.

X. *Ordo epiſtolarum Cypriani ante decimam quintam ad Romanos ſcriptam, ac primo de quinta & nona. Referenda ad aliud tempus trigeſima ſeptima.* xxvj.

XI. *Quinque S. Cypriani litteræ de lapſis. Facinus presbyterorum qui communionem lapſis dederant, non diſſimulavit. Non ſuſpenſionem ſed excommunicationem illis minatur.* xxvij.

XII. *De epiſtola XV. S. Cypriani & pluribus aliis paulo poſt novo tumultu exorto ſcriptis.* xxxj.

XIII. *De epiſtola Celerini ad Lucianum & reſponſo Luciani.* xxxiv.

XIV. *Scri-*

XIV. *Scribit S. Cyprianus ad clerum de ordinatione Saturi & Optati. Variæ lapſorum ad S. Cyprianum litteræ. Clerus removet a communione ſua Gajum Diddenſem. Quo tempore litteræ XXIII. & XXXIX. ſcriptæ? De cleri Romani & confeſſorum litteris.* xxxvj.
XV. *Perſecutio recrudeſcit: pax futura S. Cypriano revelatur. Res interim ab eo geſtæ & ſcriptæ anno 250. exeunte recenſentur.* xxxviij.
XVI. *Vicarios pro ſe mittit Cyprianus. Minæ Feliciſſimi.* xlij.
XVII. *Schiſma Feliciſſimi anno 251. ineunte. Novatus unus ex quinque ſchiſmaticis presbyteris.* ibid.
De epiſt. XL. Cypriani.
XVIII. *Redit Cyprianus perſecutione ſopita, & cum collegis deliberat de cauſa lapſorum, ſed ante concilium ſcribit librum de lapſis.* xliij.
XIX. *Prudentia ſancti Cypriani in comprimendo ſchiſmate Novatiani, & confirmando epiſcopatu S. Cornelii.* xlvij.
XX. *Quo tempore erupit ſchiſma Novatiani?* l.
XXI. *Quo tempore ordinatus Novatianus?* lj.
XXII. *Ordo rerum a ſancto Cypriano geſtarum in cauſa Cornelii.* lv.
XXIII. *Novi conatus Novatiani. Reditus confeſſorum Romanorum in Eccleſiam hortatu Cypriani; id ante concilium Romanum anni 251. contigiſſe oſtenditur.* lviij.
XXIV. *De geſtis & ſcriptis S. Cypriani anno 252. ante perſecutionem.* lix.
XXV. *Perſecutio revelatur Cypriano. Hortatur Thibaritanos ad certamen. Lapſis pœnitentibus pacem reſtituit in concilio, quod ab alio idibus Maii habito diſtingui debet.* lxiij.
XXVI. *S. Cornelio gratulatur confeſſionis laudem S. Cyprianus. Confeſſores Carthaginenſes cohortatur per epiſt. LXXXI. quam in hac perſecutione ſcriptam fuiſſe oſtenditur anno 252.* lxiv.
XXVII. *Mira caritas S. Cypriani in peſtis calamitate. Religionem defendit adverſus Demetrianum. Totius eccleſiæ Carthaginenſis prolixa in redimendis captivis liberalitas.* lxx.
XXVIII. *De libris & epiſtolis poſt perſecutionem ſcriptis ſub Valeriano atque in primordiis Stephani papa, anno 253. & 254.* lxxj.
XXIX. *Diſſenſiones de baptiſmo exortæ anno 253. exeunte; ac S. Stephanus ante cum Orientalibus quam cum Afris certavit.* lxxv.
XXX. *Ordo & ſeries rerum in Africa geſtarum anno 255. & 256. uſque ad concilium tertium Carthaginenſe.* lxxvij.
XXXI. *De concilio tertio Carthaginenſi. Mittit Cyprianus Rogatianum diaconum ad Firmilianum. De epiſtola Firmiliani ad Cyprianum.* lxxxij.
XXXII. *Nonnullæ obſervationes adduntur in hanc de baptiſmo controverſiam.* lxxxv.
XXXIII. *De epiſtola LXIII. Cypriani adverſus eos qui aquam ſolam in matutino ſacrificio adhibebant.* lxxxvij.
XXXIV. *Confeſſio & martyrium Cypriani.* lxxxix.
XXXV. *De libris Cypriano adſcriptis, ac primum de tribus epiſtolis a Baluzio vulgatis. Recenſentur libri de Spectaculis, de Laude martyrii, de Rebaptiſmate, de Pudicitia, ad Novat. &c.* xciij.
XXXVI. *De Singularitate clericorum, epiſtola Celſi ad Vigilium, & nonnullis aliis.* xciv.
XXXVII. *De S. Cypriani Antiocheni pœnitentia, & aliis duobus libellis ad eum pertinentibus.* xcviij.

NOI REFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOA.

HAvendo veduto per la Fede di Reviſione, & approbazione del P. *F. Gio: Pellegrino Galaſſi Inquiſitore di Padoa* nel Libro intitolato *Sancti Cæcilij Cypriani Opera , Studio & Labore Stephani Baluzzij, &c. abſolvit, &c. Unus ex monachis Congregationis S. Mauri* non v'eſſer cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Sagretario Noſtro, niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza a *D. Antonio Groppo, e D. Franceſco Pitteri Stampatori*, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl' ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alle Publiche Librarie di Venezia, & di Padoa.

Data li 5. Febrajo 1727.

(
(*Alviſe Piſani K. Proc. Ref.*
(*Zan Pietro Paſqualigo Ref.*

Agoſtino Gadaldini Segretario.

8. *Luglio* 1728.
Regiſtrata nel Magiſtrato Eccellentiſs. degl' Eſſecutori Contro la Biaſtema.

Antonio Canal Nodaro.

DIVI

DIVI
CÆCILII CYPRIANI
EPISCOPI CARTHAGINENSIS
EPISTOLÆ.

[1] EPISTOLA PRIMA.

Ad Donatum.

CÆCILIUS Cyprianus Donato ſalutem. [2] Bene admones, [3] Donate cariſſime. Nam & promiſiſſe me memini, & reddendi tempeſtivum prorſus hoc tempus eſt, quum [4] indulgente vindemia ſolutus animus in quietem [5] ſolennes ac ſtatas anni [6] ſatiſcentis inducias ſortitur. [7] Locus etiam cum die convenit, & mulcendis ſenſibus ac fovendis ad lenes auras blandientis autumni hortorum facies amœna conſentit. Hic jucundum ſermonibus diem ducere & [8] ſtudentibus fabulis in divina præcepta conſcientiam pectoris [9] erudire. Ac ne colloquium noſtrum arbiter prophanus impediat, aut clamor intemperans [10] familiæ ſtrepentis obtundat, [11] petamus hanc ſedem. Dant ſeceſſum vicina ſecreta; ubi dum [12] erratici palmitum lapſus nexibus pendulis per arundines bajulas repunt, viteam [13] porticum [14] frondea tecta fecerunt. Bene hic ſtudia [15] in aures damus; & dum in arbores & in vites oblectante proſpectu oculos amœnamus, [16] animum ſimul & auditus inſtruit & paſcit obtutus. Quamquam tibi ſola nunc gratia, ſola cura ſermonis eſt. Contemptis voluptariæ viſionis illecebris in me [17] oculus tuus fixus eſt. [18] Tam aure quam mente [19] totus auditor es, & hoc amore quo diligis. Ceterum quale vel quantum eſt quod in pectus tuum veniat ex nobis? [20] Exilis ingenii anguſta mediocritas tenues admodum fruges parit, nullis ad copiam fœcundi ceſpitis [21] culminibus ingraveſcit. Aggrediar tamen fa-
A cultate qua valeo. Nam & materia dicendi facit mecum. In judiciis, in concione pro roſtris, opulenta facundia volubili ambitione jactetur. Cum vero de Domino Deo vox eſt, vocis pura ſinceritas [22] non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, ſed rebus. Denique accipe [23] non diſerta, ſed fortia, [24] nec ad audientiæ popularis illecebram culto ſermone fucata, ſed ad divinam indulgentiam prædicandam rudi veritate ſimplicia. Accipe quod ſentitur antequam diſcitur, nec per moras temporum longa agnitione colligitur, ſed
B compendio gratiæ maturantis hauritur. [25] Ego cum in tenebris atque [26] in nocte cœca jacerem, cumque in ſalo jactantis ſæculi nutabundus ac dubius veſtigiis oberrantibus fluctuarem, vitæ meæ neſcius, veritatis ac lucis alienus, difficile prorſus ac durum pro illis tunc moribus opinabar quod in ſalutem mihi divina indulgentia pollicebatur, ut quis [27] renaſci denuo poſſet, utque in novam vitam lavacro aquæ ſalutaris animatus quod prius fuerat exponeret, & corporis licet manente compage, hominem ani-
C mo ac mente mutaret. Qui poſſibilis, ajebam, eſt tanta converſio, ut repente ac perniciter exuatur quod vel genuinum ſitu materiæ naturalis obduruit, vel uſurpatum diu ſenio vetuſtatis inolevit? Alta hæc & profunda penitus radice ſederunt. Quando parſimoniam diſcit qui epularibus cœnis & largis dapibus aſſuevit, & qui pretioſa veſte conſpicuus [28] in auro atque in purpura fulſit, ad plebejum ſe ac ſimplicem cultum quando deponit? [29] Faſcibus ille oblectatus & honoribus eſſe privatus & inglorius non poteſt. Hic ſtipatus clientium cu-

Digitized by Google

neis, frequentiore comitatu [30] officioſi agminis A honeſtatus, [31] pœnam putat eſſe cum ſolus eſt. Tenacibus ſemper [32] illecebris neceſſe eſt, ut ſolebat, vinolentia invitet, inflet ſuperbia, iracundia inflammet, rapacitas inquietet, crudelitas ſtimulet, ambitio delectet, [33] libido præcipitet. Hæc egomet ſæpe mecum. Nam ut ipſe quamplurimis vitæ prioris [34] erroribus implicitus tenebar, quibus exui me poſſe non crederem, ſic vitiis adhærentibus obſecundans eram, & deſperatione meliorum malis meis veluti jam propriis ac vernaculis [35] offavebam. Sed poſtquam B undæ genitalis auxilio ſuperioris ævi labe deterſa, in expiatum pectus ſerenum ac purum deſuper ſe lumen infudit, poſtquam cœlitus ſpiritu hauſto in novum me hominem nativitas ſecunda reparavit, mirum in modum protinus confirmare ſe dubia, patere clauſa, lucere tenebroſa, facultatem dare quod prius difficile videbatur, geri poſſe quod impoſſibile putabatur, ut eſſet agnoſcere terrenum fuiſſe quod prius carnaliter natum delictis obnoxium viveret, Dei eſſe cœpiſſe quod jam ſpiritus ſanctus animaret. Scis ipſe profecto & mecum C pariter recognoſcis quid detraxerit nobis quidve contulerit mors iſta criminum, vita virtutum. Scis ipſe, nec prædico. [36] In proprias laudes odioſa jactatio eſt, quamvis non jactatum poſſit eſſe, ſed gratum, quicquid non virtuti hominis adſcribitur, ſed de Dei munere prædicatur; ut jam non peccare eſſe cœperit fidei, quod ante peccatum eſt fuerit erroris humani. Dei eſt, inquam, Dei eſt omne quod poſſumus. Inde vivimus, inde pollemus, inde ſumpto & concepto vigore hic adhuc po- D ſiti futurorum indicia prænoſcimus. Sit tantum [37] timor innocentiæ cuſtos, ut qui in mentes noſtras indulgentiæ cœleſtis allapſu clementer Dominus influxit, in animi oblectantis hoſpitio juſta obtemperatione teneatur, [38] ne accepta ſecuritas indiligentiam pariat, & vetus denuo hoſtis obrepat. Ceterum ſi tu innocentiæ, ſi juſtitiæ [39] viam teneas, ſi [40] illapſa firmitate veſtigii tui incedas, ſi in Deum viribus totis ac toto corde ſuſpenſus hoc ſis tantum quod eſſe cœpiſti, tantum tibi ad licentiam datur quantum gratiæ ſpiritalis augetur. E Non enim, qui beneficiorum terreſtrium mos eſt, in capeſſendo munere cœleſti menſura ulla vel modus eſt. Profluens largiter ſpiritus nullis finibus premitur, nec coercentibus clauſtris intra certa metarum ſpatia frænatur. Manat jugiter, exuberat affluenter. Noſtrum tantum ſitiat pectus & pateat. Quantum illuc fidei capacis afferimus, tantum gratiæ inundantis haurimus. Inde jam facultas datur, caſtitate ſobria, mente integra, voce pura, [41] virtute ſincera, in [42] medelam dolentium poſ- F ſe [43] venenorum virus extinguere, animorum deſipientium labes reddita ſanitate purgare, infeſtis jubere pacem, violentis quietem, ferocientibus lenitatem, immundos & [44] erraticos ſpiritus, qui ſe expugnandis hominibus immerſerint, ad confeſſionem minis increpantibus cogere ut recedant, duris verberibus urgere, conflictantes, [45] ejulantes, gementes incremento pœnæ propagantis extendere, flagris cædere, igne torrere. Res illic geritur, nec videtur; occulta plaga, & pœna manifeſta. Ita quod eſſe jam cœpimus acceptus ſpiritus licentia ſua potitur; quod necdum corpus ac membra mutavimus, adhuc carnalis aſpectus ſæculi nube cœcatur. Quantus hic animi potentatus, quanta vis eſt, non tantum ipſum eſſe ſubtractum perniciofis contactibus mundi, ut quis expiatus & purus nulla incurſantis inimici labe capiatur, ſed adhuc majorem & fortiorem viribus fieri, ut in omnem adverſarii graſſantis exercitum imperioſo jure dominetur? Atque ut illuſtrius veritate patefacta divini muneris indicia clareſcant, lucem tibi ad cognitionem dabo, [46] malorum caligine abſterſa, [47] operti ſæculi tenebras revelabo. Pauliſper te crede ſubduci [48] in montis ardui verticem celſiorem, ſpeculare inde rerum infra te jacentium facies; & oculis in diverſa porrectis, ipſe a terrenis contactibus liber fluctuantis mundi turbines intuere. Jam ſæculi & ipſe miſereberis, tuique admonitus & plus in Deum gratus majore lætitia quod evaſeris gratulaberis. Cerne tu itinera latronibus clauſa, maria obſeſſa prædonibus, cruento horrore caſtrorum bella ubique diviſa. Madet orbis mutuo ſanguine; & [49] homicidium cum admittunt ſinguli crimen eſt, [50] virtus vocatur cum publice geritur. Impunitatem ſceleribus acquirit, non innocentiæ ratio, ſed ſævitiæ magnitudo. Jam ſi ad urbes ipſas oculos tuos atque ora convertas, [51] celebritatem offendes omni ſolitudine triſtiorem. Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum ſanguis oblectet. Impletur in ſuccum cibis fortioribus corpus, & arvinæ toris membrorum moles robuſta pingueſcit; ut ſaginatus in pœnam carius pereat. [52] Homo occiditur in hominis voluptatem; & ut quis poſſit occidere peritia eſt, uſus eſt, ars eſt. Scelus non tantum geritur, ſed & docetur. Quid poteſt inhumanius, quid acerbius dici? Diſciplina eſt ut perimere quis poſſit, & gloria eſt quod perimit. Quid illud, oro te, quale eſt ubi ſe feris objiciunt [53] quos nemo damnavit, [54] ætate integra, [55] honeſta ſatis forma, [56] veſte pretioſa. [57] Viventes [58] in ultroneum funus ornantur, malis ſuis miſeri gloriantur. [59] Pugnant ad beſtias, [60] non crimine, ſed furore. Spectant filios ſuos patres. Frater in cavea eſt, & ſoror præſto eſt. Et ſpectaculi licet pretium largior muneris apparatus amplificet, ut mœroribus ſuis mater interſit, hoc, proh dolor, mater & redimit; & in tam impiis ſpectaculis tamque diris & funeſtis eſſe ſe non putant oculis parricidas. Converte hinc vultus ad [61] diverſi ſpectaculi non minus pœnitenda [62] contagia; in theatris quoque conſpicies quod tibi & dolori ſit & pudori. Cothurnus eſt tragicus priſca facinora carmine recenſere. De [63] parricidiis & inceſtis [64] horror antiquus expreſſa ad imaginem veritatis actione replicatur, ne ſæculis tranſeuntibus exoleſcat quod aliquando commiſſum eſt. Admonetur ætas omnis auditu fieri poſſe quod factum eſt. Numquam ævi ſenio delicta moriuntur, numquam temporibus crimen obruitur, numquam ſcelus oblivione ſepelitur. Exempla fiunt quæ eſſe jam facinora deſtiterunt. Tum delectat in mimis turpitudinum [65] magiſterio vel quid domi geſſerit recognoſcere vel quid gerere poſſit audire. [66] Adulterium diſcitur dum

dum videtur ; & lenocinante ad vitia publicæ
auctoritatis malo , quæ pudica fortaſſe ad ſpe-
ctaculum [67] matrona proceſſerat , de ſpectaculo
[68] revertitur impudica . Adhuc deinde morum
quanta labes , quæ probrorum fomenta , quæ
alimenta vitiorum , hiſtrionicis geſtibus inqui-
nari , videre contra fœdus juſque naſcendi pa-
tientiam inceſtæ turpitudinis elaboratam ? [69]
Evirantur mares , honor omnis & vigor ſexus
enervati corporis dedecore mollitur , pluſque
illic placet quiſquis [70] virum in feminam ma-
gis fregerit . In laudem creſcit ex crimine , [71] eo
peritior quo turpior judicatur . Spectatur hic ,
proh nefas , & libenter . Quid non poſſit ſua-
dere qui talis eſt? Movet ſenſus , mulcet affe-
ctus , expugnat boni pectoris conſcientiam for-
tiorem ; nec deeſt probri blandientis auctoritas
ut auditu molliore pernicies hominibus obre-
pat . Exprimunt impudicam Venerem , adul-
terum Martem , Jovem illum ſuum non ma-
gis regno quam vitiis principem in terrenos
amores cum ipſis ſuis fulminibus , ardentem
nunc in plumas oloris albeſcere ; nunc aureo
imbre defluere , nunc in puerorum pubeſcen-
tium raptus miniſtris avibus proſilire . Quære
jam nunc an poſſit eſſe qui ſpectat integer vel
pudicus . Deos ſuos quos venerantur imitan-
tur , fiunt miſeris & [72] religioſa delicta . O ſi
poſſis in illa ſublimi ſpecula conſtitutus oculos
tuos inſerere ſecretis , recludere cubiculorum
obductas fores , & ad conſcientiam luminum
penetralia occulta reſerare , aſpicias ab impu-
dicis geri quod nec poſſit aſpicere frons pudi-
ca , videas quod crimen ſit & videre , videas
quod vitiorum furore dementes geſſiſſe ſe ne-
gant & gerere feſtinant . Libidinibus inſanis in
viros viri proruunt . Fiunt quæ nec illis poſ-
ſunt placere qui faciunt . Mentior niſi alios
qui talis eſt increpat . Turpes turpis infamat ,
& evaſiſſe ſe conſcium credit , [73] quaſi con-
ſcientia ſatis non ſit . Iidem in publico accu-
ſatores , in occulto rei , in ſemetipſos cenſores
pariter & nocentes . Damnant foris quod in-
tus operantur . Admittunt libenter quod cum
admiſerint criminantur . Audacia prorſus cum
vitiis faciens , & impudentia congruens impu-
dicis . Nolo mireris quæ loquuntur [74] hujuſ-
modi . Ore illo quicquid jam voce delinquitur
minus eſt . Sed tibi poſt inſidioſas vias , poſt
diverſas orbe toto multiplices pugnas , poſt ſpe-
ctacula vel cruenta vel turpia , poſt libidinum
probra vel lupanaribus proſtituta vel domeſti-
cis parietibus obſepta , quorum quo ſecretior
culpa , major audacia eſt , forum fortaſſe vi-
deatur immune , quod ab injuriis laceſſentibus
liberum , nullis malorum contactibus pollua-
tur . Illuc aciem tuam flecte . Plura illic quæ
deteſteris invenies , magis oculos tuos inde di-
vertes . Inciſæ ſint licet leges duodecim tabu-
lis , & publice ære præfixo jura præſcripta
ſint , [75] inter leges ipſas delinquitur , inter ju-
ra peccatur . Innocentia nec illic ubi defen-
ditur reſervatur . Sævit invicem diſcordantium
rabies , & [76] inter togas pace rupta forum li-
tibus mugit inſanum , haſta illic & gladius &
carnifex præſto eſt , ungula effodiens , equu-
leus extendens , ignis exurens , ad hominis
corpus unum ſupplicia plura [77] quam mem-
bra . Quis inter hæc vero ſubveniat ? Patronus ?

A Sed prævaricatur & decipit . Judex ? Sed ſenten-
tiam vendit . Qui ſedet crimina vindicaturus
admittit ; & ut reus innocens pereat , fit no-
cens judex . Flagrant ubique delicta , & paſſim
multiformi genere peccandi per improbas men-
tes nocens virus operatur . Hic [78] teſtamentum
ſubjicit , ille falſum capitali fraude conſcribit ,
hic arcentur hereditatibus liberi , illic bonis do-
nantur alieni , inimicus inſimulat , calumnia-
tor impugnat , teſtis infamat . Utrobique graſ-
ſatur in mendacium criminum proſtitutæ vocis
venalis audacia , cum interim nocentes nec cum
B innocentibus pereunt . [79] Nullus de legibus me-
tus eſt ; [80] de quæſitore , de judice pavor nul-
lus . [81] Quod poteſt redimi non timetur . Eſſe
jam inter nocentes innoxium crimen eſt . [82]
Malos quiſquis non imitatur offendit . Conſen-
ſere jura peccatis , & [83] cœpit licitum eſſe quod
publicum eſt . Quis illic rerum pudor , quæ eſ-
ſe poſſit integritas , ubi qui damnent impro-
bos deſunt , ſoli ibi qui damnentur occurrunt .
Sed ne nos videamur eligere fortaſſe pejora ,
& ſtudio deſtruendi per ea oculos tuos ducere ,
C quorum triſtis atque averſandus aſpectus ora &
vultus conſcientiæ melioris offendat , jam tibi
illa quæ ignorantia ſæcularis bona opinatur o-
ſtendam . Illic etiam fugienda conſpicies . Quos
honores putas eſſe , quos faſces , quam affluen-
tiam in divitiis , quam potentiam in caſtris ,
in magiſtratu purpuræ ſpeciem , in principatu
licentiæ poteſtatem . Malorum blandientium vi-
rus occultum eſt , & arridentis nequitiæ facies
quidem læta , ſed calamitatis abſtruſæ illecebro-
ſa fallacia ; inſtar quoddam veneni , ubi in le-
D thales ſuccos dulcedine aſperſa calliditate fallen-
di ſapore medicato , poculum videtur eſſe quod
ſumitur ; ubi [84] epota res eſt , pernicies hauſta
graſſatur . Quippe illum vides qui amictu cla-
riore conſpicuus fulgere ſibi videtur in purpu-
ra . Quibus hoc ſordibus emit ut fulgeat , quos
arrogantium faſtus prius pertulit , quas ſuper-
bas fores [85] matutinus ſalutator obſedit , quot
tumentium contumelioſa veſtigia ſtipatus in cli-
entium cuneos ante præceſſit ut ipſum etiam ſa-
lutatum comes poſtmodum pompa præcederet ,
obnoxia non homini , ſed poteſtati ? Neque e-
E nim coli moribus meruit ille , ſed faſcibus .
Horum denique videas exitus turpes , cum [86]
auceps temporum palpator abſceſſit , cum pri-
vati latus nudum deſertor [87] aſſecla fœdavit .
Tunc laceratæ domus plagæ conſcientiam fe-
riunt , tunc rei familiaris exhauſtæ damna no-
ſcuntur , quibus redemptus favor vulgi , & ca-
ducis atque inanibus votis popularis aura quæ-
ſita eſt . Stulta prorſus & vana jactura , fruſtran-
tis ſpectaculi voluptate id parare voluiſſe quod
nec populus acciperet & perderet magiſtratus .
F Sed & quos divites opinaris continuantes ſalti-
bus ſaltus & , de confinio pauperibus excluſis ;
infinita ac ſine terminis rura latius porrigen-
tes , quibus argenti & auri maximum pondus
& pecuniarum ingentium vel extructi aggeres
vel defoſſæ ſtrues , hos etiam inter divitias ſuas
trepidos cogitationis incertæ ſollicitudo diſcru-
ciat ne prædo vaſtet , ne percuſſor infeſtet , ne
inimica cujuſque locupletioris invidia calumnio-
ſis litibus inquietet . Non cibus ſecuro ſomnuſ-
ve contingit . Suſpirat ille in convivio , [88] bibat
licet gemma ; & cum epulis marcidum corpus

torus mollior alto ſinu condiderit, [89] vigilat in pluma; nec intelligit miſer ſpecioſa ſibi eſſe ſupplicia, auro ſe alligatum teneri, & [90] poſſideri magis quam poſſidere divitias [91] atque opes. Atque o deteſtabilis cœcitas mentium & cupiditatis inſanæ profunda caligo! Cum exonerare ſe poſſit & levare ponderibus, pergit magis fortunis angentibus incubare, pergit pœnalibus cumulis pertinaciter adhærere. Nulla in clientes inde largitio eſt, cum indigentibus nulla partitio; & pecuniam ſuam dicunt quam velut alienam domi clauſam ſollicito labore cuſtodiunt, ex qua non amicis, non liberis quicquam, non ſibi denique impertiunt. Poſſident ad hoc tantum ne poſſidero alteri liceat. Et o nominum quanta diverſitas! Bona appellant ex quibus nullus illis niſi ad res malas uſus eſt. An tu vel illos putas tutos, illos ſaltem inter honorum inſulas & opes largas ſtabili firmitate ſecuros, quos regalis aulæ ſplendore ſulgentes armorum excubantium tutela circumſtat? Major illis quam ceteris metus eſt. [92] Tam ille timere cogitur quam timetur. Exigit pœnas pariter de potentiore ſublimitas, ſit licet ſatellitum manu ſeptus & clauſum ac [93] protectum latus numeroſo ſtipatore tueatur. Quam ſecuros non ſinit eſſe ſubjectos, tam neceſſe eſt non ſit & ipſe ſecurus. Ante ipſos terret poteſtas ſua quos facit eſſe terribiles. [94] Arridet ut ſæviat, blanditur ut fallat, illicit ut occidat, extollit ut deprimat. Fœnore quodam nocendi quam fuerit amplior ſumma dignitatis & [95] honorum, tam major exigitur uſura pœnarum. Una igitur placida & fida tranquillitas, una ſolida & firma [96] & perpetua ſecuritas, ſi quis ab his inquietantis ſæculi turbinibus extractus, ſalutaris portus ſtatione [97] fundatus, ad cœlum oculos tollat a terris, & ad Domini munus admiſſus, ac Deo ſuo mente jam proximus, quicquid apud ceteros in rebus humanis ſublime ac magnum videtur infra ſuam jacere conſcientiam glorietur. Nihil appetere jam, nihil deſiderare de ſæculo poteſt qui ſæculo major eſt. Quam ſtabilis, quam inconcuſſa tutela eſt, quam perennibus bonis cœleſte præſidium, implicantis mundi laqueis ſolvi, in lucem immortalitatis æternæ de terrena fæce purgari. Viderit quæ in nos prius infeſtantis inimici pernicies inſidioſa graſſata ſit. Plus amare compellimur quod futuri ſu-

A mus, dum & ſcire conceditur & damnare quod eramus. Nec ad hoc pretiis aut ambitu aut manu opus eſt ut hominis ſumma vel dignitas vel poteſtas elaborata mole pariatur, ſed [98] gratuitum de Deo munus & facile eſt. Ut ſponte ſol radiat, [99] dies luminat, fons rigat, imber irrorat, ita ſe ſpiritus cœleſtis infundit. Poſtquam auctorem ſuum cœlum intuens anima cognovit, ſole altior & hac omni terrena poteſtate ſublimior, id eſſe incipit quod eſſe ſe credit. Tu tantum, quem jam ſpiritalibus caſtris cœleſtis militia ſignavit,

B tene incorruptam, tene ſobriam religioſis virtutibus diſciplinam. Sit tibi vel oratio aſſidua vel lectio. Nunc cum Deo loquere, nunc Deus tecum. Ille te præceptis ſuis inſtruat, ille diſponat. Quem ille divitem fecerit nemo pauperem faciet. Penuria eſſe nulla jam poterit cui ſemel pectus cœleſtis ſagina ſaturavit. Jam tibi auro diſtincta laquearia & pretioſi marmoris cruſtis veſtita domicilia ſordebunt, cum ſcieris te excolendum magis, te potius ornandum, domum tibi hanc eſſe potiorem quam Domi-

C nus inſedit templi vice, in qua ſpiritus ſanctus cœpit habitare. Pingamus hanc domum pigmentis innocentiæ, luminemus luce juſtitiæ. Non hæc unquam procumbet in lapſum ſenio vetuſtatis, nec pigmento parietis aut auro exoleſcente fœdabitur. Caduca ſunt quæcumque fucata ſunt, nec fiduciam præbent poſſidentibus ſtabilem quæ poſſeſſionis non habent [100] veritatem. Hæc manet cultu jugiter vivido, honore integro, ſplendore diuturno. Aboleri non poteſt nec extingui, poteſt tantum in melius corpore redeunte formari.

D Hæc interim brevibus, Donate cariſſime. Nam etſi facilem de bonitate patientiam, mentem ſolidam, fidem tutam ſalutaris auditus oblectat, nihilque tam tuis auribus gratum eſt quam quod in Deo gratum eſt, moderari tamen dicenda debemus ſimul juncti & ſæpius collocuturi. Et quoniam [101] feriata nunc quies ac tempus eſt otioſum, quicquid inclinato jam ſole in veſperam diei ſupereſt, ducamus hanc diem læti, nec ſit vel [102] hora convivii gratiæ cœleſtis immunis. Sonet pſalmos convivium ſobrium, & ut tibi tenax memoria eſt, vox canora, aggredere hoc munus ex more. Magis cariſſimos paſces, ſi ſit nobis ſpiritalis auditio, prolectet aures religioſa [103] mulcedo.

NOTÆ AD EPISTOLAM I.

1 HANC epiſtolam habent omnes editiones, & plerique libri veteres. Non extat tamen in uno bibliothecæ regiæ, in uno monaſterii ſancti Remigii Remenſis, in duobus monaſterii Compendienſis, in eo, quem habuit ex monaſterio ſancti Michaelis in periculo maris, neque demum in Corbejenſi. Quod ideo annotandum eſſe arbitratus ſum, quia vir doctiſſimus Nicolaus Rigaltius, haud dubiè lapſu memoriæ, vel per incogitantiam, in obſervationibus ſuis ad opera ſancti Cypriani refert plures varias lectiones iſtius epiſtolæ ex codice Corbejenſi, in quo ea non habetur.

Priorem illa locum obtinet in multis codicibus antiquis, in Veronenſi nimirum omnium vetuſtiſſimo, in Seguieriano item antiquiſſimo, in duobus Vaticanis, in omnibus iis, quibus uſus eſt Guillelmus Morellius, in eo, qui fuit Raymundi epiſcopi Acconenſis, ut annotatum reperi manu Simonis Goulartii, qui eo uſus eſt, & in viginti & uno eorum cum quibus ego contuli opera beati martyris. Immo in codice ſancti Eligii Attrebatenſis ita ſcriptum vidi in calce iſtius epiſtolæ: *Explicit prima epiſtola.*

Illam ſanctus Auguſtinus citat ex eaque fragmenta refert in libro quarto de doctrina chriſtiana cap. 14. & in ſermone 312. in nova editione pag. 1256. Cyprianumque graviter reprehendit, quod illam ſpumeo verborum ambitu ornaverit: quia nimirum putabat, ut opinor, regnum Dei, ut verbis utar Sulpitii Severi in prologo libri de vita ſancti Martini, non in eloquentia, ſed in fide conſtare. Ego vero mecum ſæpenumero admiratus ſum illam Auguſtini cenſuram in hac epiſtola, quæ tota de Deo eſt & reprehenſio morum corruptorum & depravatorum ſæculi, reprehendentis gravitatem, & eloquentiam ſermonis, tanquam ſi res Dei electiſſimis verbis, graviſſimiſque ſententiis rhetorice ornare fas non eſſet. Contra, ſi uſpiam opus eſt eloquentia, id vero in primis, mea quidem ſententia, palam eſt obtinere debere in compoſitionibus ad majeſtatem, & gloriam ſummi Dei pertinentibus, quamvis, ut ait ſanctus Hilarius in libro ſecundo de Trinitate, ad ea quæ Dei ſunt exequenda ſermo omnis infirmus ſit. Item Macarius Mutius in præfatione ad carmen ſuum de triumpho crucis: *Negare non auſim,*

anſim, inquit, *eam eſſe divinarum rerum vim, atque dignitatem, ut nullo ſtylo aſſequi poſſimus, non tamen ita remotam cenſeo ut Camœnis inacceſſibilem rear*. Nam, ut ait Novatianus in libro de Trinitate, *ad cogitandam, & ad eloquendam Dei majeſtatem & eloquentia omnis merito muta eſt, & mens exigua eſt*. Exemplis talibus plena ſunt omnia. Quis unquam reprehendit eloquentiam in ſancto Joanne Chryſoſtomo? Quid eruditius, aut acutius apologetico Tertulliani; qui, ut ait ſanctus Hieronymus in epiſtola ad Magnum adverſus Jovinianum, cunctam ſæculi continet diſciplinam? Quid elegantius Octavio Minucii Felicis? Neque Arnobio ſua defuit eloquentia. Lactantii libros divinarum inſtitutionum omnes conſentiunt Tullianam eloquentiam redolere. Etiam lucubrationes ſancti Hieronymi, tametſi is in epiſtola ad Pammachium ſcribat diſſimulandam, & fugiendam eſſe eloquii venuſtatem in interpretatione eccleſiaſtica, quam ipſe vitavit in interpretatione librorum ſacræ ſcripturæ, rhetoricæ tamen floſculis ubique abundant, & ambitioſa eloquentia, & illorum qui hoc ſcribendi genere utuntur defenſionem ſuſcepit in eadem epiſtola ad Magnum. Ex quo neceſſario conſequitur reprehenſioni obnoxios eſſe auctores eccleſiaſticos melioris notæ, ſi cenſura a ſancto Auguſtino lata adverſus hanc Cypriani epiſtolam juſta eſt ac legitima. Quare amplectenda omnino mihi videtur Lactantii ſententia, qui lib. 5. cap. 1. ait ſcientiam litterarum non modo nihil nocere religioni, atque juſtitiæ, ſed etiam prodeſſe quamplurimum, ſi is qui eas didicerit ſit virtutibus inſtructior, & veritate ſapientior. Etiam is qui anno 1483. procuravit editionem Venetam operum ſancti Cypriani ita loquitur in præfatione ſua: *Æqua enim ſatis animo ferre nequaquam poſſum recentiorum quorumdam novam hæreſim, qui nullum orationis florem ſequentes putant quod expolito limatoque tractatur eloquio rei ſacræ admodum officere*. Et paulo poſt: *Nam ſi eloquentiam rem mediam eſſe agnoſcunt, qua & recte uti & male poſſumus, quis mentis compos dicere audet non debere dogmatis chriſtiani profeſſores in defendenda veritate ea uti qua in extollenda falſitate omnes abuſi ſunt Gentiles?* Ita etiam ſenſit Joannes Maldonatus ſcribens ad Petrum Madurum. *Cur enim*, inquit, *Chriſtus non habeat meliores oratores quam diabolus?* In eadem quoque ſententia fuiſſe Joannem Sichardum liquet ex præfatione ejus ad libros recognitionum ſancti Clementis. Extat in volumine orationum M. Antonii Majoragii oratio adverſus eos, qui ornandæ orationis ſtudium, & dicendi elegantiam vituperant, eorumque opinionem vocat hæreſim. Paulus quoque Corteſius in procemio libri ſui ſententiarum damnat eos theologos, qui differendi elegantiam a theologia ſejungunt. Et nihilominus verum eſt quod ait ſanctus Hieronymus in epiſtola de filio prodigo ad Papam Damaſum, in eccleſiaſticis rebus non quæri verba, ſed ſenſus. Ita etiam ſentit Fauſtinus epiſcopus in præfatione libri de fide contra Arrianos. *In cauſa*, inquit, *fidei non ſermonum ſublimitas requirenda eſt, quando ipſa ſola teſtimonia ſufficiunt*.

2 *Bene admonet*] In libro Fuxenſi ſcriptum eſt, *Vere admonet*, & in margine, *Alii dicunt Bene*. Hanc porro lectionem eſſe meliorem, præter auctoritatem veterum exemplarium, probatur etiam auctoritate Rufini in prologo homiliarum Origenis in Numeros apud Henricum Valeſium in annotationibus ad hiſtoriam eccleſiaſticam Euſebii pag. 129. ubi ſic habetur: *Utor verbis tibi, frater, beati martyris. Bene admonet Donate cariſſime. Nam & promiſiſſe me memini*. Et paulo poſt: *Sed reddenda pollicitationi non tempeſtivum, ut ille ait, ſed tempeſtuoſum nobis tempus ac turbidum fuit*. Ex his interim beati Cypriani verbis colligi poſſe videtur illum in hac epiſtola reſpondere ei qua Donatus eum admonuerat ut promiſſis ac recepto ſuo ſatis faceret. Non inde tamen colligi debet epiſtolium quod Pamelius invenit in codice Camberonenſi, quodque nos invenimus etiam in veteri libro qui fuit Franciſcus Pithœi, inde inquam colligi non debet epiſtolium illud, in cujus fronte poſitum eſt nomen Donati ad Cyprianum ſcribentis eſſe admonitionem qua permotus Cyprianus hanc epiſtolam ad eum dedit. Non dubitabat Pamelius quin legitimus Donati fœtus eſſet, eamque ſententiam facile amplexus eſt illuſtriſſimus Cardinalis Baronius in annalibus eccleſiaſticis. Alii illud ut ſpurium rejecerunt, quorum ego opinioni lubenter accedo. Et tamen arbitror iſtic, uti fecere Rigaltius, & epiſcopus Oxonienſis, eſſe ponendum, ne quam mihi negligentiam curioſus lector imputare poſſit. Sic ergo habet.

Donatus Cypriano. Credo te retinere, ſanctiſſime Cypriane, quæ nobis fuerit apud oratores garrulitas, unus ſenſus, una cogitatio, individua dilectio. Quare non & in divina lectione ita animis roboramur, aut non ea ſemper nobis fuit cogitatio, ſicut promittebamus, ut ſimul crederemus.

3 *Donate*] Donati nomen vulgatiſſimum erat in Africa, ut etiam ſcriptum eſt in capite tertio epiſtolæ ſecundæ ſancti Auguſtini ad Eleuſium, Glorium, & Felices. Sequenti ſæculo Lactantius librum de mortibus perſecutorum ſcripſit ad Donatum confeſſorem, illum ipſum, ut opinari licet, cui dicavit etiam librum de ira Dei. Perſto enim in ea ſententia, quam prompſi cum ederem librum de mortibus perſecutorum. Scio virum optimum, & mihi reverendum Nicolaum Le Nourry aliter ſenſiſſe & Donatum qui inſcriptus eſt liber de ira Dei putaſſe fuiſſe diverſum ab eo cujus nomen extat in initio libri a me editi. Diverſos autem fuiſſe hinc ſe probare putavit vir optimus, quod ex libro de ira Dei manifeſtum ſit Donatum cui dicatus eſt fuiſſe recenter converſum ad religionem Chriſti, quod de alio dici non poſſe ait. Erravit in nomine vir clariſſimus. Transtulit ad Donatum ea quæ pertinebant ad Demetrianum, cui dicatus eſt liber de opificio Dei, ex quo conſtat Demetrianum audem adhuc fuiſſe noſtrorum myſteriorum.

Donate] In codice ſancti Arnulphi Metenſis ſcriptum eſt: *Bene admones frater cariſſime Donate*.

4 *Indulg. vindemia*] Ennodius lib. 9. epiſtola 2. *Sit inter nos felicium vindemiarum vice colloquium*.

5 *Solemnes ac ſtatas*] Multum variant in hoc loco libri veteres. Quidam enim habent *ſtatutas* pro *ratas*, alii *ratas tutaſque*, vel *ratas* tantum. Unus vero habet *ſolennes ac ratas*, & ſupra lineam *vel ſtatutas*. Ego præfero lectionem vulgatam, quæ mihi videtur optima & certiſſima. Nam Cicero dixit alicubi ſolenne & ſtatum ſacrificium. In leg. 3. Cod. de dilationib. legitur: *Feriæ ſunt vel repentinæ vel ſolennes*: Solennes autem juriſconſulti eas eſſe ajunt, quæ ſunt anniverſariæ ac legitimę. Recte igitur Cyprianus dixit inducias ſive ferias ſolennes ac ſtatas, quas ideo ſtatas appellari ait Feſtus, quia certo ſtatutoque die obſervantur. Vide Macrobium lib. 1. ſaturn. cap. 16. & Juretum ad Symmachum lib. 3. epiſt. 21. ad illum locum, *& feriarum reliquiæ*.

6 *Fatiſcentis*] id eſt feſſi & labentia, ut apud Virgilium & Ovidium. Hanc lectionem, quæ optima & veriſſima eſt, non inveni niſi in uno libro meo veteri optimo. Reliqui omnes & omnes editiones habent *fatigantis*. Lucretius libr. 3. loquens de anima, cum dixiſſet eam ceu fumum diſſolvi in altas aeris auras, addit, *ſimul ævo feſſa fatiſcit*. Et libr. 5. dicit omnia vinci ab ævo, etiam ſaxa & altas turres, *& delubra deum ſimulacraque feſſa fatiſci*. Similem errorem in actis ſanctarum martyrum Perpetuæ & Felicitatis annotavit Lucas Holſtenius ubi pro eo quod legitur *defatigationibus* cenſet legendum eſſe *de factionibus*.

7 *Locus etiam*] Cicero in libro de claris oratoribus: *Sed quo facilius ſermo explicetur, ſedentes, ſi videtur, agamus. Cum idem placuiſſet illis, tum in propatulo propter Platonis ſtatuam conſedimus*. Hieronymus lib. 2. adverſus Jovinianum: *Platonici quoque, & Stoici in templorum locis, & porticibus verſabantur*. Ruſticus diaconus in præfatione dialogi adverſus acephalos: *Silentium loci & temporis commoditas & commune conſtitutum, & ab aliis rebus feriæ nobiſcum interim concurrunt ſimul*.

8 *Stud. fabulis*] Ego ſemper exiſtimavi locum hunc eſſe mendoſum & viros doctiſſimos fruſtra hactenus laboraſſe in eo emendando, vel explicando. Cum vero ei quærerem medicinam, occurrit mihi commutandam fortean eſſe vocem *ſtudentibus* cum voce *ludentibus*, ut iſtic legatur *ludentibus fabulis*, ut apud Minucium *fabulis fallentibus*. Nam fabulis ludere dixit Auſonius in epiſtola tertia ad librum ut eat ad Probum. *Sueſcat peritis fabulis ſimul jocari, & ludere*. Ludentibus igitur fabulis, ſed peritis, & ſeriis, colloquium agebant Cyprianus & Donatus. Neque enim putandum eſt eorum ſermones fuiſſe ludicros aut rerum colloquia leviorum, cum de rebus maximi momenti ad gloriam, & religionem ſummi Dei pertinentibus tractaretur inter viros graves. Niſi ſi, qui mos eſt dialogorum. Donatum & ſe ipſum locutos eſſe ſuppoſuit Cyprianus quæ numquam locuti erant, ut de ipſo & Varrone ait Cicero in initio academicarum quæſtionum. Julius Firmicus in præfatione librorum de inſtitutione matheſeos; *honeſtas & varias ſermonum fabulas ferebamus*.

9 *Erudire*] Deeſt hic aliquid. Senſus enim non eſt integer. Sed ſunt pleraque iſtiuſmodi in Cypriano. Cum videret autem Lombertus ſenſum non eſſe integrum, ſic vertit

Digitized by Google

vertit hunc locum ac ſi Cyprianus ſcripſiſſet, *conſcientiam pectoris erudire juvat.*

10 *Familiæ ſtrepentis*] Sanctus Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem de virginitate ſervanda eam laudat, quod *inter gemmas & ſericum, inter eunuchorum & puellarum catervas, & adulationem & miniſteria familiæ perſtrepentis, & exquiſitas epulas, quas ampla domus præbebat abundantia, appetiſſet jejuniorum laborem, aſperitatem veſtium, victus continentiam.* Item in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ monet ne interſit nuptiis ſervorum, neque familiæ perſtrepentis luſibus miſceatur. Et in calce libri adverſus Helvidium inter incommoda matrimonii rurſum numerat familiam perſtrepentem.

11 *Petamus h. ſedem*] Citat hunc locum Abaelardus in extremo libro ſecundo theologiæ chriſtianæ.

12 *Erratici pal. nexus*] Cicero in libro de ſenectute: *Vitis quidem, quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, ad terram fertur, eadem, ut ſe erigat, claviculis ſuis quaſi manibus quicquid eſt nacta complectitur, quam ſerpentem multiplici lapſu & erratico ferro amputans coercet ars agricolarum, ne ſilveſcat ſarmentis, & in omnes partes fundatur.* Sidonius lib. 5. epiſt. 17. *Hic pars ſub umbra palmites adultis quam ſtipitibus altatis cancellatimque pendentibus pampinis ſuperducta texuerat.* Vide infra in notis ad librum primum teſtimoniorum adverſus Judæos cap. 21. in voce *cilicium*.

13 *Viteam porticum*] Virgilius lib. 3. Georgicorum;

Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermenta atque acidis imitantur vitea ſorbis.

Prudentius in hamartigenia: *Sepibus & denſis vallentur vitea rura.* Et in hymno ante cibum: *Hic ubi vitea pampineo brachia palmite luxuriant.*

14 *Frondea tecta*] Ex Virgilio lib. 4. georgicorum, *& frondea ſemper tecta petunt.* Ovidius lib. 3. faſtorum, *frondea facta caſa eſt.* Arator lib. 2. actuum apoſtolicorum dixit frondeam comam veris. Sic Cicero enarraturus ſermones inter ipſum, Quintum fratrem, & Titum Pomponium Atticum habitos de legibus, cum dixiſſet Platonem cum Clinia, & cum Lacedæmonio Megillo æſtivo die in cupreſſetis Cnidiorum & ſpatiis ſilveſtribus de inſtitutis rerum publicarum ac de optimis legibus diſputaſſe, ait ſe & Quintum & Atticum inter proceriſſimas populos, in viridi opacaque ripa inambulantes, tum autem reſidentes, quæſiſſe iiſdem de rebus aliquid uberius quam forenſis uſus deſideret. Sic Lucianus in dialogo domus Socratem ait ſub platano frondente & herba vireſcente & fonte limpido ſediſſe cum Phædro Myrrhinuſio. Vide Sirmondum in notis ad Sidonium lib. 2. epiſt. 2. in verbo *hyppodromus*.

15 *In aures*] Codex Beccenſis habet *in auras*, quod ſatis congruit cum his quæ ſequuntur.

16 *Animum ſimul*] Idem codex, *anima ſimul & auditus inſtruitur & paſcitur obtutus.*

17 *Oculus tuus*] Hæc eſt lectio veterum editionum & plurimorum veterum codicum optimæ notæ. Primus omnium Rigaltius mutavit & edidit *oculos tuos fixus es.* Secuta eſt poſtea editio Anglicana, quæ Rigaltianam imitata eſt, quamvis in ea adnotatum ſit lectionem quam nos revocamus extare in pluribus antiquis codicibus manuſcriptis. Miror autem eam lectionem, quæ Latina non eſt, potuiſſe placere hominibus eruditis. Ortam illam eſſe manifeſtum eſt ex permutatione literarum *o*, & *u*, quas Quintilianus lib. 1. cap. 4. adnotat olim perſæpe mutari ſolitas in ſcribendo, quod etiam adnotatum reperi in lib. 1. Priſciani. Itaque in vetuſtiſſimo epiſtolarum ſancti Cypriani codice 1305. bibliothecæ Colbertinæ, qui fuit olim Thuanæ, diſerte ſcriptum eſt *oculos tuos fixus eſt*, ſed ſupra lineam litera *u* juncta eſt cum his duabus vocibus, ut ſciret lector emendationem eſſe & eam eſſe veram lectionem, quæ ſuperpoſita erat. Nam ego ſæpe vidi in vetuſtis codicibus aliorum ſcriptorum eundem modum emendationis ſervatum, nimirum ubi per errorem ſcripta erat litera *o* ſuperpoſitam eſſe literam *u* & e converſo. Confirmat autem lectionem libri Colbertini, etiam ille qui fuit Raymundi epiſcopi Acconenſis; in quo ſcriptum erat *oculus tuus fixus es.* Quare recte mea ſententia fecit Lucas Fredericus Reinhartus, qui in ſua epiſtolarum ſancti martyris editione veterem lectionem revocavit & ad marginem rejecit eam quam Rigaltius ſubſtituerat. Plinius lib. 11. cap. 37. *Anima autem videmus, animo cernimus. Oculi, ceu vaſa quadam, viſibilem ejus partem accipiunt atque tranſmittunt.*

18 *Tam aure*] Antea legebatur *tam ore quam mente*, peſſimo ſenſu. Neque enim ore audimus, ſed aure. Pſal. 48. *Auribus percipe verba oris mei*; & alibi ſæpe. Hunc Cypriani locum ego emendaveram ex certiſſima conjectura. Putabam autem me primum fuiſſe qui illum emendaſſet. Verum poſtea deprehendi eam emendationem fuiſſe factam ante me a Rigaltio in obſervationibus ſuis. Neque mihi placet cenſura Gronovii cenſentis hanc Rigaltii emendationem non eſſe legitimam. Nihil enim ad hunc locum faciunt verba Plinii *attentus & pendens* quæ Gronovius lib. 3. obſervat. cap. 12. affert, ut oſtendat vocem *ore* non eſſe mutandam in *aure*.

19 *Totus auditor*] Plinius lib. 2. cap. 7. loquens de Deo: *Totus eſt viſus, totus auditus.* Item Novatianus in libro de Trinitate. *Cæterum ipſe totus oculus, quia totus videt, totus auris, quia totus audit.* Hinc ſanctus Leo Papa in ſermone nativitatis Domini: *Dominus tuus ubique præſens.* Et Cyprianus ipſe in initio libri de oratione dominica pag. 204. ait *Deum ubique eſſe præſentem, audire omnes & videre.*

20 *Exilis ingenii*] Hieronymus in præfatione libri tertii in epiſtolam ad Galatas, *exilis ingenii rivulum vix parvo ſtrepentem murmure ſentientes.* Ruricius epiſcopus Lemovicenſis lib. 1. epiſt. 10. *me ſciatis laborare egeſtate ac ſterilitate exilis ingenii.* Symmachus lib. 9. epiſt. 102. *Mei ingenii exilitas etiam parum miratur.* Aliis verbis idem dixit Lactantius in capite primo libri de opificio Dei, *quantum poſſibilitas intelligentiæ meæ pervidet.* Caſſianus in præfatione collationum, *in quantum tenuitas noſtri ſufficit ingenii.* Julius Firmicus in præfatione de inſtitutione matheſeos: *In nobis tenue eſt ingenium.* Pro quo Martialis libr. 9. epigr. 51. dixit puſillum ingenium. Hieronymus in epitaphio Nepotiani: *Grandes materias ingenia parva non ſuſtinent.* Arnoldus Bonevallenſis in editione Anglicana: *Sublimes materias ſublimium ingeniorum exigunt tractatores.* Rectè. *Etenim magna ingenia*, ut ait Velleius Paterculus, *magnis adjutoribus egent.* Præclarè Quintilianus in præfatione oratoriarum inſtitutionum: *Illud tamen in primis teſtandum eſt, nihil præcepta atque artes valere niſi adjuvante natura. Quapropter cui deerit ingenium non magis hæc ſcripta ſunt quam de agrorum cultura ſterilibus terris.* Idem lib. 8. cap. 4. ait ut terram cultu, ſic animam diſciplina uberiorem fieri. Ammianus Marcellinus initio libri 16. *inſtrumenta omnia mediocris ingenii ſi ſuffecerint commoturus.*

21 *Culminibus*] Ita omnes editiones ante Pamelianam. Conſentiunt etiam vetera exemplaria. Quamquam autem vox *culmis*, quam Pamelius alteri ſubſtituit, bona ſit & bonum ſenſum conſtituat, revocandam eſſe putavi veterem lectionem, quæ & ipſa optima eſt. Culmen enim ſignificat ſummitatem alicujus rei. In codice Turonenſi ſcriptum eſt *culminibus* & ſupra lineam *vel culmis*.

22 *Non eloq. viribus*] Hieronymus in epiſtola ad Pammachium pro libris ſuis adverſus Jovinianum. *Porro eloquentiam, quam pro Chriſto in Cicerone contemnis, in parvulis non requiras. Eccleſiaſtica interpretatio, etiamſi habet eloquii venuſtatem, diſſimulare eam debet, & fugere.*

23 *Non diſerta*] Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum: *Audi igitur, ut beatus Cyprianus ait, non diſerta, ſed fortia.* Ruricius lib. 1. epiſt. 17. *Certi ſumus quod non tam diſerta eruditis audire quam fortia.* Julianus Pomerius lib. 3. de vita contemplativa cap. 34. *Prudentibus viris non placent phalerata ſed fortia.*

24 *Nec ad audientiæ*] Codex epiſcopi Acconenſis, *nec audientiæ popularis illecebra culta ſermone fucata.*

25 *Ego cum in tenebris*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus ſermone 312. in nova editione. Videtur autem Sedulius ab hoc loco mutuaſſe quæ de ſua converſione ad Deum ſcribit in epiſtola ad Macedonium. *Cum ſæcularibus igitur ſtudiis occupatus*, inquit, *vim impatientis ingenii, quod divinitatis in me providentia generavit, non utilitati mimæ ſed inani vitæ dependerem, & literaria ſolatia diſciplinæ luſibus infructuoſi operis, non auctori, deſervire, tandem miſericors Deus rerum conditor clementius fabricam ſui operis aſpexit & ſtultos in me mundanæ ſapientiæ diutius haberi ſenſus indoluit ac fatuum prudentiæ mortalis ingenium cæleſti ſale condivit. Max ut carnis oculos interior caligo deſeruit, per ſentes dumoſi ruris errantia in herbam flores ceſpitis revolvi veſtigia, totoque niſu melioris arbitrii cultum illuſtrati pectoris Deo dicavi.* Minucius Felix de ſe loquens, *cum diſcuſſa caligine de tenebrarum profundo in lucem ſapientiæ, & virtutis emergerem.* Lucianus presbyter Antiochenus apud Rufinum lib. 9. cap. 6. aſſerens ſidem noſtram adverſus gentiles: *Erravimus etiam nos aliquando, & ſimulacra quæ ipſi finximus deos cœli, ac terræ putabamus auctores.*

res. Commodianus inſtructione 26. *Gens & ego fui, perverſa mente moratus, & vitam iſtius ſæculi veram eſſe putabam*. Vide etiam Inſtruct. 1. & 33.

26 *In nocte cæca*] ideſt idololatria. Hieronymus in caput tertium Jonæ: *Proponamus nobis beatum Cyprianum, qui prius idololatriæ aſſertor fuit, & in tantam gloriam crevit eloquentiæ ut oratoriam quoque doceret Carthagini, audiſſe tandem ſermonem Jonæ, & ad pœnitentiam converſum in tantam veniſſe virtutem ut Chriſtum publice prædicaret, & pro illo cervicem gladio flecteret*.

27 *Renaſci*] Non enim naſcimur ſed renaſcimur chriſtiani. Tertullianus in apologetico: *Fiunt non naſcuntur chriſtiani*. Item Hieronymus in libro adverſus Vigilantium & in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ. Apud Primaſium in prologo commentarii in epiſtolas Pauli chriſtiani ajunt ad Judæos: *Filios Abrahæ non facit nativitas ſed fides*. Vide quæ de chriſtianorum nativitate ait Munnulus a Girba in Concilio Carthaginenſi, & quæ Pontius diaconus in vita Cypriani dicit de nativitate cœleſti.

28 *In auro, ... purpura*] Hieronymus in epiſtola ad Heliodorum de laude vitæ ſolitariæ & in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ, *in auro atque purpura ludere*. M. Cato A. Gellium lib. 11. cap. 18. *Fures privatarum facinorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt, fures publici in auro atque in purpura*. Sanctus Ambroſius, ſive quis alius lib. 3. officior. cap. 3. ait: *Servorum tamen occulta furta, divitum rapinæ publicæ*. Seneca epiſt. 76. *Nemo ex iſtis quos purpuratos vides felix eſt, non magis quibus ſceptrum & chlamydem in ſcena fabulæ aſſignant*.

29 *Faſcibus ille*] Iſta Cyprianum de ſe ſcripſiſſe cenſuit Guillelmus Cave, quia putabat illum honoribus in republica functum antequam fieret chriſtianus. Verum cum nuſpiam inveniamus illum habuiſſe honores, magiſtratus, imperia, nulla nos ratio movere poteſt ut verba illa pertinere putemus ad Cyprianum. Rhetorem fuiſſe ſcimus, ſed non proconſulem, prætorem, aut præſidem, nec ullo alio magiſtratu functum. Error ille hinc ortus eſt quod Cyprianum noſtrum confudit cum Cypriano Antiocheno. Porro faſcium decus & imperium dixit Columella in præfatione librorum de agricultura.

30 *Officioſi agminis*] In uno ex veteribus libris meis legitur *honeſtioris agminis*. Sic etiam habebat codex epiſcopi Acconenſis.

31 *Pœnam putat*] Vide quæ de hoc argumento annotat Caſaubonus ad librum tertium Svetonii in verbo: *Si non dominaris*.

32 *Illecebris*] In editionibus Pamelli & Rigaltii additur *aſſuetum*. Anglii annotant Pamelium vocem illam addidiſſe contra fidem omnium veterum exemplarium. Quod verum eſt. Ego enim illam non reperi niſi in uno regio quod fuit olim ſancti Martini Tornacenſis, in Divionenſi, in recentiore Remigiano, & in uno meo ſcriptum eſt *deditum*. Quod indicare videtur adjectam hanc vocem fuiſſe ab eo qui putaret deeſſe hic aliquid. Itaque arbitratus ſum recte cenſuiſſe Anglos illam eſſe eliminandam.

33 *Libido præcipitet*] Seneca epiſt. 10. *Tunc audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam inſtigat*. Commodianus inſtructione 63. *libido præcipitat*. Ubi interim admonendum eſt, quamvis res ſit exigui momenti, in veteri libro Commodiani iſtic ſcriptum eſſe *Belligerare cupis* pro eo quod Rigaltius edidit *Belligerare quæris*.

34 *Erroribus*] Plerique libri veteres & editiones omnes ante Manutianam præferunt *horroribus*. Et tamen multi libri habent *erroribus*. Quod ego puto iſtic eſſe melius. Contra paulo infra retinui *horroribus* in hac ipſa epiſtola, ut ſuo loco dicetur.

35 *Offavebam*] Ita ſcriptum vidi in quibuſdam libris veteribus: pro quo veteres editiones ante Rigaltianam habebant *adſavebam*. Infra in epiſtola 52 videmus *offocari* pro *ſuffocari*, & *offectura* pro *effectura* in ſententia quam in cauſa baptiſmi hæreticorum protulit Munnulus a Girba in Concilio Carthaginenſi.

36 *In proprias laudes*] Ruricius lib. 2. epiſt. 1. *In propriis laudibus, ſicut dicitur, eſt odioſa jactatio*. Ita vetus codex ſancti Galli, pro quo Caniſius edidit *jactantia*. Quo verbo uſum eſſe Cyprianum ſatis conſtat. Vera profecto eſt illa Cypriani ſententia. Unde illud vulgatum: *Laus proprio ſordeſcit in ore*. Proverbiorum 27. *Laudet te alienus, & non os tuum*. Auguſtinus in epiſtola ad Valerium Comitem: *Et ideo de te narratio ſuavior nobis erat quia ea dicebat, quæ ipſe non poſſes, ne quidem me inquirente, reſcribere, ne tuarum laudum, quod ſancta ſcriptura prohibet, fieres prædicator*. Apud Euſebium lib. 2. hiſt. eccleſ. cap. 30. multum vituperatus Paulus Samoſatenus quod de ſe magnifice loqueretur, non ut epiſcopus, ſed ut ſophiſta quidam & impoſtor. Plinius lib. 1. epiſt. 8. *Etenim ſi alienæ quoque laudes parum æquis auribus accipi ſolent, quam difficile eſt obtinere ne moleſta videatur oratio de ſe aut de ſuis diſſerentis*. Dionyſius Halicarnaſſeus in initio hiſtoriarum ſuarum ait non futurum ſe eſſe multum in propriis laudibus, quòd audientibus graves moleſtaſque eas eſſe ſciret. Symmachus lib. 1. epiſt. 1. *Nempe derides quod de me aliqua juſto indulgentius prædicavi. Et hæc eſt vera atque digna reprehenſio. Omnis quippe oſtentatio non caret ſuſpicione mendacii; quia quicquid aſſumitur, proprium non putatur. Dehinc jactantia avara laudis multum decoquit de pudore*. Hinc fortaſſis illud Symmachianum a Sidonio laudatum: *Ut vera laus ornat, ita falſa caſtigat*. Cui ſententiæ conſonat Anaſtaſius Papa in epiſtola ad Joannem epiſcopum Hieroſolymitanum: *Duplex enim cauſa me hoc poſcere conſtringit, ne conſacerdotis tui ſenſibus aut dolorem falſa laus ingerat, aut pudorem vera ſuccendat*. Quintilianus lib. 4. cap. 1. *Nonnumquam contingit relatio meritorum, de quibus verecundius dicendum erit ſua quam aliena laudantis*. Et lib. 11. cap. 1. *Omnis ſui vitioſa jactatio eſt, aſſertque audientibus non faſtidium modo, ſed plerumque etiam odium*. Ante eum Cicero dixerat in libro primo officiorum: *Deforme etiam eſt de ſeipſo prædicare*. Sciebat enim verum eſſe quod Julius Cæſar ait in libro ſecundo commentariorum de bello civili, libenter homines de ſuis laudibus prædicare, quod non factitaſſe illum tradit Dio Caſſius lib. 37. Et tamen idem Cicero putabat licere interdum de ſe magnifice prædicare. Ait quippe in libro primo officiorum: *Licet enim, Marce fili, apud te gloriari, ad quem & hæreditas hujus gloriæ & factorum imitatio pertinet*. Idem in oratione de reſponſis aruſpicum: *Poteſt quiſquam in rebus magnis cum invidia verſatus ſatis graviter contra inimici contumeliam ſine ſua laude reſpondere*. Plautus in Amphitruone: *Qui non deliquit, decet audacem eſſe, confidenter pro ſe & proterve loqui*. Licet enim aliquando excurrere in proprias laudes, exemplo ſancti Pauli apoſtoli in epiſtola ſecunda ad Corinthios: *In quo quis audet, ut inſipiens dico, audeo & ego. Hebræi ſunt, & ego. Iſraelitæ ſunt, & ego. Miniſtri Chriſti ſunt, ut minus ſapiens dico, plus ego. In ſudoribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter &c*. Quomodo autem ſe quis poſſit aliquando laudare explicat ſanctus Auguſtinus in pſalmum 144. Extat apud Plutarchum libellus qua quis ratione ſe ipſum citra invidiam laudare poſſit. Ariſtoteles de ſemetipſo (ut Valerius Maximus tradit lib. 7. cap. 3.) in neutram partem loqui debere prædicabat, quoniam laudare ſe vani, vituperare ſtulti eſſet. Nam in ſe dicere non eſt fere niſi ſcurrarum, ut ait Quintilianus lib. 6. cap. 3. Vide Demoſthenis orationem de corona.

37 *Timor innoc. cuſtos*] Columella in præfatione libri duodecimi: *Metus plurimum confert ad diligentiam cuſtodiendi*. T. Livius lib. 34. *Diſciplina cuſtos infirmitatis, quam inter validiores optime timor continet*. Vegetius lib. 4. cap. 12. *Timor magis frangit inſuetos*. Tertullianus lib. 2. de cultu feminarum: *Timor fundamentum ſalutis eſt*. In pſalmo 118. *Initium ſapientiæ timor Domini*. Et alibi: *Beatus vir qui timet Dominum*. Lactantius in libro de ira Dei cap. 11. ait religionem eſſe non poſſe ubi metus nullus eſt. Item illud in libro 3. Thebaidos, & apud Petronium: *Primus in orbe deos fecit timor*. Relatio Leonis Papæ II. ad Conſtantinum Imperatorem inſerta actis ſextæ ſynodi: *Pietas enim veſtra fructus miſericordiæ eſt. Poteſtas autem cuſtos eſt diſciplinæ*. Ennodius in vita ſancti Epiphanii ait verecundiam eſſe matrem bonorum operum.

38 *Ne ſecuritas*] Cyprianus in libro de lapſis pag. 132. *Traditam nobis diſciplinam pax longa corruperat*. Secundæ enim res, ut ait T. Livius libro ſexto, negligentiam creant; ideoque eis non multum fidendum: idem ait in libro 42. Vide notas noſtras ad librum ſextum Salviani.

39 *Viam teneas*] Quidam libri veteres præferunt *ſemitam*. Pamelius, a quo ceteri acceperunt, edidit, *ſi juſtitiam teneas, ſi illapſa firmitate veſtigii tui incedas, ſi in Deum viribus totis &c*.

40 *Illapſa*] Id eſt, ſi ita firmo pede viam juſtitiæ teneas ut ab ea non deflectas, ut non labaris, *illapſa*, ideſt non lapſa. Libellus precum Marcellini & Fauſtini,

ni, *inlapſa firmitate veſtigii*. Quæ ſunt verba Cypriani.

41 *Virtute ſincera*] Iſta exciderunt in editionibus Pamelii & Rigaltii. Extant enim in aliis & in multis antiquis codicibus. Anglicana editio repoſuit.

42 *Medelam dolentium*] Ita codex monaſterii Beccenſis, & codex epiſcopi Acconenſis. Veronenſis & unus Vaticanus *medellam dolentum*. Veteres editiones habebant *in medulla adoleſcentium*. Morellius poſuit *in medulla adolentium*. In codice ſancti Arnulphi Metenſis ſcriptum eſt *in medela adolentium*. In uno regio & in uno meo, *inde medela languentium*. Atque hanc lectionem eſſe meliorem exiſtimaſſe videtur Rigaltius, & vocem *dolentum*, quæ hodie extat in vulgatis editionibus, cenſet eſſe potius ab interprete quam ab auctore. Et quia in antiquis editionibus videbat ſcriptum eſſe *in medulla adoleſcentium*, quam ſcripturam confirmant quædam vetera exemplaria, hinc collegit emendatiſſimum fore hunc locum ſi ſcriberetur *in medelam doleſcentium*. Verùm ego hanc vocem nuſpiam reperi. Itaque puto lectionem veterum librorum, quam retinui, præferendam eſſe voci novæ, quæ nullam aliam habet originem, quam conjecturam Rigaltii. In epiſtola 54. pag. 77. ſcriptum eſt: *Merito trahebatur dolentum pœnitentia*. Porro *medulla* pro *medela* poſitum aliquando fuiſſe per errorem librariorum videre poterit lector in tomo ſecundo Capitularium pag. 1011.

43 *Venenorum*] Duo libri veteres habent *veternoſum*.

44 *Erraticos ſpiritus*] Infra in libro de idolorum vanitate pagina 226. *Spiritus inſinceri & vagi*. Ubi vide notas.

45 *Ejulantes*] Tertullianus in apologetico: *Chriſtum timentes in Deo & Deum in Chriſto ſubjiciuntur ſervis Dei & Chriſti. Ita de contactu atque afflatu noſtro, contemplatione & repræſentatione ignis illius correpti, etiam de corporibus noſtro imperio excedunt inviti & dolentes & vobis præſentibus erubeſcentes*. Idem adverſus Scapulam: *Dæmones autem non tantum reſpuimus, verum & revincimus & quotidie traducimus & de hominibus expellimus, ſicut plurimis notum eſt*. Minucius Felix: *Hæc omnia ſciunt plerique veſtrum ipſos dæmones de ſemetipſis confiteri quoties a nobis & tormentis verborum & orationis incendiis de corporibus exiguntur*. Julius Firmicus de errore prophanarum religionum: *Sic in corpore hominum conſtituti dii veſtri verbo Dei ſpiritualium flammarum igne torquentur, & qui apud vos quaſi dii coluntur, apud nos religioſæ fidei medela Chriſti gratia humano ſubjacentes imperio & tormenta repugnantes ſuſtinent, & victi pœnis ultricibus ſubjugantur*. Lactantius lib. 4. cap. 27. *Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum ſciet qui viderit, quatenus adjurati per Chriſtum de corporibus quæ abſederint fugiant*. Etiam reliquiæ martyrum fugabant dæmones. In libello quippe precum Marcellini & Fauſtini ſcriptum eſt de virtute reliquiarum Rufiniani martyris: *Sciunt hoc Neapolitani in Campania, ubi reliquiæ cruoris ejus in obſeſſis corporibus dæmonia affligunt*. Vide Hieronymum in libro adverſus Vigilantium, ubi idem teſtatur de reliquiis martyrum.

46 *Malorum*] Eraſmus addidit *blandientium*. Sed hæc vox neque in veteribus libris extat neque in antiquis editionibus. Infra tamen legitur *malorum blandientium virus*. Hinc ergo videtur Eraſmus accepiſſe.

47 *Operti*] Neſcio qua auctoritate ductus Rigaltius maluit edere *opertas* contra omnium veterum librorum & editionum fidem. Nam epitheton illud nullo modo convenit cum tenebris, quæ ſemper opertæ ſunt. Niſi ſi vidit codicem ſancti Arnulphi Metenſis, in quo ſolo reperi ſcriptum *opertas*. Scio Apuleium ſcripſiſſe, *noctemque & opertas exoptat ultro tenebras*. Verum ejus auctoritas tanti non eſt ut mutari propterea debeat oratio Cypriani. Nam ipſe Cyprianus in libro de opere & eleemoſynis pag. 242. dixit, *oculi ſuperfuſi nigroris tenebris & nocte contecti*. Et Virgilius: *Nox operit terras*. Apud Ovidium Æmus mons opertus nubibus, & *fluidis adapertus nubibus æther*, Palladius lib. 1. de re ruſtica cit. 3. *loca nebularum noctibus abſoluta*. Et nihilominus Angli retinuerunt editionem Rigaltii. Miror autem eum monuiſſe ſcriptum eſſe *operti* in codice Corbejenſi, in quo certum eſt non haberi epiſtolam ad Donatum.

48 *In montis ardui*] Hieronymus in epitaphio Nepotiani: *O ſi poſſemus in talem aſcendere ſpeculam de qua univerſam terram ſub noſtris pedibus cerneremus, jam tibi oſtenderem totius orbis ruinas, gentes gentibus & regnis regna colliſa*. Matthæus Boſſus libro 1. epiſt. 1. ad Philippum Parmenſem, in qua diſputat de mundi fuga atque contemptu: *Quod tu quoque ut plene percipias, a cæteris animum oro parumper averte atque veluti in ſublimi ſpecula pone atque conſtitue, unde una ſpectes & cernas intuitu quæ deorſum hic inter omnes miſeranda & tetra geruntur*. Sic Mercurius apud Lucianum in contemplantibus volens oſtendere Charonti ea quæ in orbe terrarum fiebant, eum in excelſum montem arboribus denſum deducit, ut inde omnia videre poſſit.

49 *Homic. c. admittunt*] Seneca: *Ex ſenatuſconſultis plebiſque ſcitis ſæva exercentur, & publicè jubentur vetita privatim*. In comœdia Queroli ſcriptum eſt neminem dicere verum, & falſum dicere crimen non eſſe, quia commune eſt, id eſt vulgo fit; & ideo licitum eſt. Vetus auctor altercationis ſynagogæ & eccleſiæ fol. 41. *ſed quoniam mos erat, crimen non erat*.

50 *Virtus vocatur*] Lactantius lib. 1. cap. 18. *Quo plures homines afflixerint, ſpoliaverint, occiderint, eo ſe nobiliores & clariores putant, & inanis gloriæ ſpecie capti ſceleribus ſuis nomen virtutis imponunt*. Seneca Hercule furente: *Proſperum ac felix ſcelus virtus vocatur*. Idem Hercule Oetæo: *Vitium impotens virtus vocatur*. Lucanus lib. 1. *ſcelerique nefando nomen erit virtus*. Auctor epiſtolæ ſecundæ ad amicum ægrotum inter opera Hieronymi: *injuriam feciſſe virtus eſt*.

51 *Celebritatem ſol*] Contra in epiſtola Zoſimi Papæ ad Heſychium: *Monachorum ſolitudo omni frequentia major*. Nam, ut ait Hieronymus in epitaphio Marcellæ, monachorum erat immodica multitudo. Quippe monachi, quibus interdictæ erant civitates, deſerta loca & vaſtas ſolitudines ſequi atque habitare jubentur, ut eſt in Codice Theodoſiano. Hieronymus in epiſtola ad ruſticum monachum ſcripſit: *Quid deſideramus urbium frequentiam qui de ſingularitate cenſemur?* Sed iſta diſciplina ut ferme accidit, in diverſum mutata fuit ſequentibus temporibus, & monachi paulatim, relictis ſedibus ſuis, in urbes commearunt. Non damno poſteriorem hanc inſtitutionem, cum ſciam, una & ſola fidei regula irreformabili manente, ut Tertullianus ait, cetera converſationis & diſciplinæ admittere novitatem correctionis. Scio præterea & mecum totus orbis ſcit ingentia commoda proveniſſe reipublicæ chriſtianæ ex monachorum inter nos habitantium converſatione & ex ſtudiis eorum in communem eamque magnam eccleſiæ utilitatem. Sed a me obtinere non poſſum quin damnem ſarabaitas quoſdam & gyrovagos qui ſe eremitas eſſe ajunt, & nihil minus ſunt, cum frequentiſſime derelinquant ſolitudines ſuas & urbes frequentent aperte contra vitæ formam quam ſibi præſcripſerunt. Illud in primis ſæpe miratus ſum, fuiſſe paulo ante hos trecentos annos unum epiſcopum, Joannem videlicet epiſcopum Giennenſem, qui, dimiſſo epiſcopatu, palam & publice profeſſus eſt ſe velle ducere vitam eremiticam, & tamen ſemper reſidebat in curia Romana, & qui ſecundum inſtitutum ſuum procul abeſſe debebat a tractatione negotiorum publicorum, ſe totum dabat miſcendis rebus in initiis nefandi illius ſchiſmatis quod poſt mortem Gregorii Papæ XI. exortum eſt in eccleſia Romana.

52 *Homo occiditur*] Seneca epiſt. 7. *Nunc omiſſis nugis mera homicidia ſunt*. Idem lib. 1. de vita beata cap. 2. *Gladiatoribus quare populus iraſcitur & eam iniquè ut injuriam putet quod non libenter pereunt? Contemni ſe judicat, & vultu, geſtu, ardore de ſpectatore in adverſarium vertitur*. Tertullianus in libro de ſpectaculis: *Certe quidem gladiatores innocentes in ludum veniunt ut publicæ voluptatis hoſtiæ fiant. Etiam qui damnantur in ludum, quale eſt ut de leviore delicto in homicidas emendatione proficiant*. Et paulo poſt: *Immo qui propter homicidia pœnam probandam ad ſpectaculum venit, idem gladiatorem ad homicidium flagellis & virgis compellet invitum*. Acta ſanctarum Perpetuæ, & Felicitatis: *Cum populus illos in medio poſtularet ut gladio penetranti in eorum corpore oculos ſuos comites homicidii adjungeret, &c.* Prudentius in hamartigenia. *Sanguinis humani ſpectacula publicus edit conſeſſus ----- obſervant hilarem de funere plebem*. Idem libro primo adverſus Symmachum:

> *Funditur humanus latiali in funere ſanguis,*
> *Conſeſſuſque illic ſpectantem ſolvit ad aram*
> *Platonis fera vota ſui.*

Vide Lactantium lib. 6. cap. 20. Caſſiodorum lib. 5. epiſt. 41. & Muretum in epiſtolam 7. Senecæ.

53 *Quos nemo damnavit*] In editione Morellii legitur,

Digitized by Google

tur, *quos nemo damnavit ad beſtias*. Sed iſtud eſt puſum gloſſema.

54 *Ætate integra*] Pacuvius apud A. Gellium lib. 13. cap. 28. *Ætate integra, feroci ingenio, facie procera virum*.

55 *Honeſta forma*] Codex Gratianopolitanus habet *venuſta*.

56 *Veſte pretioſa*] Infra in libro de habitu virginum pag. 175. *aut veſte pretioſa*. ex Paulo.

57 *Viventes*] Pamelius adjecit *juvenes* ex codice Cameronenſi. Verum cum ea auctoritas ſit ſingularis, & non conſtet hic agi de juvenibus, ſed de viris fortibus, hæc vox ſublata eſt in ſequentibus editionibus. Quamquam lectio quæ *juvenes* habet poteſt confirmari ex iis veterum locis quæ refert Bulengerus in libro de venatione circi cap. 3.

58 *In ultr. Funus*] id eſt, ſe ipſi ſponte & ultro deſtinant ad mortem. Funus autem iſtic ſignificat mortem, cadaver, non vero ſolennia exſequiarum, uti fuſius oſtendemus ad epiſtolam 31. Cypriani. Non cepit ergo ſenſum hujus loci Lombertus. Sic enim vertit. *Des gens à la fleur de leur aage, bien faits, bien veſtus, s'apreſtent de ſang froid pour faire eux-meſmes leurs funerailles*.

59 *Pugnant ad beſtias*] Rigaltius ſcripſit: *Pugnant ad beſtias beſtiæ*. Quod ille mihi videtur accepiſſe ex annotatione marginali Nicolai Fabri ad editionem Pamelianam, ubi vir doctiſſimus ſcripſit: *Pugnant ad beſtias beſtiæ, non nomine, ſed furore*. Sed non indicavit locum unde accepit hanc lectionem. At ego inveni ita ſcriptum fuiſſe in libro Veronenſi. Vocem vero *beſtiæ*, quæ certe inutilis eſt in hoc loco, neque in aliis libris antiquis inveni neque in antiquis editionibus. Et hunc quoque locum infeliciter vertit Lombertus, non ſua culpa, ſed quia exprimere voluit id quod legebat in editione Rigaltii. Sic ergo vertit. *Des beſtes combattent ainſi contre les beſtes, non pour expier leurs crimes, mais pour aſſouvir leur fureur*. Verus ſenſus eſt iſte. Pugnant gladiatores ad beſtias, id eſt cum beſtiis, non crimine, id eſt, non ad beſtias damnati pro ſuis criminibus, ſed furore, ut videlicet ſe fortes oſtendant & peritos in arte gladiatoria. Recte igitur Angli ſuſtulerunt vocem *beſtiæ* ab hoc loco, quoniam, ut ipſi ajunt, cum de hominibus agat auctor, minime putandus eſt illos frigido & populari convicio beſtias appellaſſe. Ludum beſtiarum & beſtiariorum dixit Seneca epiſt. 66. & 70. Vide eumdem lib. 2. de ira Dei cap. 8. & Symmachum lib. 2. epiſt. 46. cum notis Jureti. Ceterum admoneo Rigaltium in addendis ad obſervationes ſuas dicere ſcriptum eſſe *errore* pro *furore* in libro Nicolai Fabri. Quod verum non eſt.

60 *Non crimine*] Arnobius lib. 2. *interficere ſe alios nullius ob meriti cauſam, ſed in gratam voluptatem conſeſſorum*. Rufinus lib. 11. cap. 18. *vindictam dari non crimini ſed furori*.

61 *Diverſi ſpectaculi*] Ita veteres libri fere omnes & veteres editiones. Pro quo Pamelius & alii poſt eum poſuerunt *diverſa*. Quam lectionem, ne quid diſſimulem, reperi in duobus antiquis codicibus.

62 *Contagia*] Libenter arripio occaſiones quæ ſe offerunt emendandi loca veterum ſcriptorum quæ mihi videntur eſſe depravata. In epiſtola quinta Hormiſdæ Papæ ad epiſcopos per Hiſpaniam conſtitutos ita vulgo ſcriptum eſt, *ab omni vos errantium communione ſeparetis*, & in margine *contagione*. At in vetuſtiſſimo & optimo codice bibliothecæ Colbertinæ legitur *cognatione*, & in alio item vetuſtiſſimo monaſterii ſancti Remigii Remenſis *cogatione*. Quæ duæ lectiones, quamvis falſæ, oſtendunt legendum eſſe *contagione*. Confirmant autem hanc lectionem ea quæ præcedunt.

63 *Parricidiis*] Ita ſcriptum vidi in editione Morelliana & in tredecim codicibus antiquis. Sic etiam in ſuo ſe legiſſe teſtatur Gronovius cap. 3. obſervationum ſuarum in ſcriptoribus eccleſiaſticis. Aliæ editiones & decem libri veteres habent *parricidis*. Illud quoque addam, quamvis fortaſſe ſit extra rem, Hieronymum in dialogo adverſus Pelagianos parricidam vocare eum qui cum poſſit hominem de morte liberare non liberat, & in libro ſecundo adverſus Jovinianum parricidas ex ſententia Pythagoreorum qui abierem quemcumque ſucciderint. Optatus autem in libro ſeptimo adverſus Donatiſtas ait illum eſſe homicidam qui nulla neceſſitate cogente, nulla juſſione, nulla poteſtate, ſed furore adactus, de voluntate ſua fecerit quod prohibent leges. Vvidus monachus in epiſtola ad Heribertum archiepiſcopum in libro primo miſcellaneorum noſtrorum pag. 412.

Fraternæ mortis crimen incurrit quiſquis, cum poteſt, fratrem a morte minime defendit. Apulejus lib. 7. metamorphoſeon: *An ignoras eos etiam qui morituris auxilium ſalutare denegarint, quia contra bonos mores id ipſum fecerint, ſolere puniri?*

64 *Horror*] Retinui hanc vocem, quamvis Angli, auctoritate ſumta ex codice Gronovii, illam expunxerint & ejus loco ſcripſerint *error*. quam lectionem reperi etiam in libro Fuxenſi. Sed in omnibus aliis antiquis, qui ſunt numero duo & viginti, & in antiquis editionibus ſcriptum eſt *horror*. Itaque non audeo mutare contra tot auctoritates, præſertim cum certum ſit hanc lectionem conſtituere bonum ſenſum. Sic apud Ciceronem in oratione pro Milone ſcribi debere *offerunt tamen oratori horroris aliquid*, non vero *terroris*, obſervat Dionyſius Lambinus. Apud Avitum Viennenſem epiſt. 6. legitur: *Quis ergo mihi perſuadere conetur poſt errores funerum ſepulchrum poſſe mundari?* Pro quo ſcriptum eſt *horrores* in codice Marnæſii. Contra in libello precum Marcellini & Fauſtini, cum in editione vulgata legatur *quod moveat ad horrorem*, in quibuſdam vetuſtis codicibus ſcriptum eſt *quod moveat ab errore*. Hic interim locus utilis eſſe poterit ad emendandos ſimiles errores ubi defuerit auctoritas veterum exemplarium.

65 *Magiſterio*] Prima fronte mihi videbatur mendum eſſe in hoc loco & emendandum ita eſſe ut legeretur *magiſterium*. Nam ita ſcriptum vidi in duobus antiquis codicibus. Verum omnes alii repugnant, itemque omnes editiones. Denique penitius inſpicienti quid dicere voluerit Cyprianus perſuaſum mihi fuit illum ſcripſiſſe *magiſterio*, ita ut dicere voluerit delectari multitudinem cum videt mimos actitare turpitudines, & hiſtriones flagitia repræſentare. Id quod fieri ait *turpitudinum magiſterio*, id eſt, *magiſterio impudicæ artis*, ut in epiſtola 61. ad Euchratium, arte quæ magiſtra eſt turpitudinum docendarum, quod mimi magiſtri ſint oſtendendarum turpitudinum. Nam ætas laſciva magnam voluptatem capiebat ex illa licentia theatrorum. Inde eſt quod cum caſtiorea eſſe oporteat ludos ſpectante cenſore, ut ait Flavius Vopiſcus in Carino, cum M. Porcius Cato, ut lib. 2. cap. 10. teſtatur Valerius Maximus, ludos florales ſpectaret, populus ut mimæ nudarentur poſtulare erubuit, & eo diſcedente, mox lætitia publica ſubſecuta eſt. In celebratione enim ludorum floralium, ut tradit Lactantius, feminæ nudabantur ad laſciviam juvenum hominum oculis explendam. Quod etiam in epiſtola 79 teſtatur Seneca. Hinc ergo illuſtratur locus Cypriani paulo obſcurior.

66 *Adulterium diſcitur*] Seneca epiſt. 7. *Homines cum docent diſcunt*. Certum eſt ludos florales fuiſſe ludos impudentiæ, & licentiam theatralem fuiſſe immoderatam & infinitam apud Romanos, multas illic turpitudines crimínoſas, multas in ſpectaculis impuritates, ut Salviani verbis utar, committi conſueviſſe. In theatrorum impudicitiam ſic invehitur Tertullianus libro de Spectac. cap. 17. *Similiter impudicitiam omnem*, inquit, *amoliri jubemur. Hoc igitur modo etiam a theatro ſeparamur, quod eſt privatum conſiſtorium impudicitiæ, ubi nihil probatur, quam quod alibi non probatur. Ita ſumma gratia ejus de ſpurcitia plurimum concinnata eſt, quam Atellanus geſticulator, quam mimus etiam per mulieres repræſentat ſexum pudoris exterminans, ut facilius domi quam in ſcena erubeſcant. Quam denique Pantomimus a pueritia patitur in corpore, ut artifex eſſe poſſit. Ipſa etiam proſtibula publica libidinis hoſtia in ſcena proferuntur, plus miſeræ in præſentia feminarum, quibus ſolis latebant, perque omnis ætatis, omnis dignitatis ora transducuntur, locus, ſtipes, elogium, etiam quibus opus non eſt, prædicatur. Taceo de reliquis, ea quæ in tenebris & ſpeluncis ſuis deliteſcere decebat, ne diem contaminarent. Erubeſcat ſenatus, erubeſcant ordines omnes. Ipſa illa pudoris ſui interemptrices de geſtibus ſuis ad lucem & populum expaveſcentes ſemel anno erubeſcunt. Quod ſi nobis omnis impudicitia execranda eſt, cur liceat audire quæ loqui non licet? Cum etiam ſcurrilitatem & omne vanum verbum judicatum a Deo ſciamus, cur æque liceat videre, quæ facere flagitium eſt?* Inſitus erat ethnicorum animis tantus amor theatrorum, ut plures, teſte Tertulliano, a chriſtianorum ſecta magis periculum voluptatis, quam vitæ avocaret. Nec deerant qui chriſtianos exiſtimarent, *expeditum morti genus ad hanc obſtinationem abdicatione voluptatum erudiri, quo facilius vitam contemnant, amputatis quaſi retinaculis ejus*. Ibidem cap. 1. & 2. Quamvis autem impermiſſa eſſent chriſtianis ſpectacula, nec hujus religionis hac in re ſeve-

ritas ethnicos ipſos lateret ; reſidebant tamen interdum in nonnullis chriſtianis hujus vitii, id eſt, ſpectaculorum amoris veluti quædam fibræ in quibus evellendis non ſegniter ſancti patres elaborarunt. Inter rationum momenta, quibus uti ſolebant, videtur illud memorabile quod ex promiſſionibus baptiſmi ducebant, ut ex duobus locupletibus teſtibus perſpici poteſt, Tertulliano & Cyrillo Hieroſolymitano, quorum primus ſic loquitur in libro de Baptiſmo cap. 24. *Quot adhuc modis perorabimus*, inquit, *nihil ex his quæ ſpectaculis deputantur, placitum Deo eſſe, aut congruens Dei ſervis, quod Domino placitum non ſit; ſi omnia propter diabolum inſtituta, & ex diaboli rebus inſtructa monſtravimus: nihil enim non diaboli eſt, quidquid Dei non eſt, vel Deo diſplicet: hoc erit pompa diaboli, adverſus quam in ſignaculo fidei ejeramus. Quod autem ejeramus, neque facto, neque dicto, neque viſu, neque proſpectu participare debemus. Ceterum nonne ejeramus & reſcindimus ſignaculum, reſcindendo teſtationem ejus? Numquid ergo ſupereſt ut ab ipſis ethnicis reſponſum flagitemus? Illi jam nobis renuntient, an liceat Chriſtianis ſpectaculo uti. Atqui hinc vel maxime intelligunt factum chriſtianum de repudio ſpectaculorum. Itaque negat manifeſte qui, per quod agnoſcitur, tollit. Quid autem ſpei ſupereſt in hujuſmodi homine? Nemo in caſtra hoſtium tranſit, niſi projectis armis ſuis, niſi deſtitutis ſignis & ſacramentis principis ſui, niſi pactus ſimul perire. An ille recogitabit eo tempore de Deo, poſitus illic ubi nihil eſt de Deo? Pacem opinor habebit in animo contendens pro auriga, pudicitiam edиſcet, attonitus in mimos. Immo in omni ſpectaculo nullum magis ſcandalum occurret, quam ipſe ille mulierum & virorum accuratior cultus: ipſa conſenſio, ipſa in favoribus aut conſpiratio aut diſſenſio inter ſe de commercio ſcintillas libidinum conflabellant. Nemo denique in ſpectaculo ineundo prius cogitat, niſi videri & videre. Sed tragœdo vociferante exclamationes ille alicujus prophetæ retractabit. Inter effeminatorum modos pſalmum ſecum commuiniſcetur, & cum athletæ agent, ille dicturus eſt repercutiendum non eſſe; poterit & de miſericordia moveri defixus in morſus urſorum, & ſpongias retiariorum. Avertat Deus a ſuis tantam voluptatis exitioſæ cupiditatem. Quale eſt enim de Eccleſia Dei in diaboli eccleſiam tendere? de cælo quod aiunt, in cænum? illas manus quas ad Dominum extuleris, poſtmodum laudando hiſtrionem fatigare? ex ore quo Amen in ſanctum protuleris, gladiatori teſtimonium reddere, εἰς αἰῶνας alii omnino dicere niſi Deo Chriſto?* Sic etiam Cyrillus Hieroſolymitanus in catecheſ. myſtag. 1. docet chriſtianos ſpectaculis renuntiaſſe, cum in baptiſmo pompis diaboli renuntiarunt. *Poſtea dicis*, inquit, *ET OMNI POMPÆ ILLIUS. Pompa vero diaboli, theatrorum inſania, equorum curſus in hippodromis, venationes in circo, & reliqua hujuſcemodi vanitas, de qua liberari ſe poſtulans ſanctus Deo dicit:* Averte oculos meos ne videant vanitatem. *Ne tibi ſtudio & cordi ſit theatri inſania, ubi conſpicias mimorum petulantias omni contumelia & dedecore abundantes, atque effeminatorum virorum furoris & amentiæ plenas ſaltationes. Neque illa eorum qui in circenſibus venationibus ſeſe feris exponunt, ut infelicem alvum demulceant; qui ut ventrem alimentis deliniant, ipſi revera ventris immitium ferarum pabulum fiunt: atque ut rectius dicam, pro ventre quem unum Deum noverunt, propriam vitam in præcipitium ſingularibus certaminibus abjiciunt. Fuge etiam equorum curricula, quod prorſus inſanum eſt ſupinaſque animas dejicit ſpectaculum. Hæc enim omnia diaboli pompa exſiſtunt.* Nec omittenda quæ leguntur in libro de Spectaculis, qui ſancto Cypriano adſcribitur. *Sed ut de hoc ſcenæ inquinamento inverecundo tranſitum faciam*, inquit auctor pag. 341. *pudet referre quæ dicuntur, pudet etiam accuſare quæ fiunt, argumentorum ſtrophas, adulterorum fallacias, mulierum impudicitias, ſcurriles jocos, paraſitos ſordidos, ipſos quoque patresfamilias togatos modo ſtupidos, modo obſcenos, in omnibus ſtolidos, in omnibus inverecundos. Et cum nulli hominum aut generi aut profeſſioni ab improborum iſtorum ſermone parcatur, ab omnibus tamen ad ſpectaculum convenitur. Commune dedecus delectat, videre vel recognoſcere otia vel diſcere. Concurritur illic ad pudorem publicum lupanaris, ad obſcenitatis magiſterium, ne quid ſecreto minus agatur quam quod in publico diſcitur; & inter ipſas leges docetur quidquid legibus interdicitur. Quid inter hæc Chriſtianus fidelis facit cui vitia non licet nec cogitare, quid oblectatur ſimulacris libidinis, ut in ipſis depoſita verecundia audacior fiat ad crimina? Diſcit & facere dum conſueſcit videre.*

67 *Matrona*] Mulier quæ in matrimonium cum viro convenit, ut ait A. Gellius, ſed in primis nobilis & primi ordinis, non e plebe. Unde in libro Tertulliani de pallio legimus matronas ſine ſtola redargutas, quia ſtola erat inſigne matronarum, quam mariti dabant novis nuptis, ut docet etiam Cicero in ſecunda Philippica; & in libro 2. ejuſdem Tertulliani ad uxorem notatur dives matronæ nomine inflata. Et apud Rufinum lib. 1. in Oſeam *mulier quæ matronalibus illuſtratur inſignibus*. In actis paſſionis ſanctarum Perpetuæ & Felicitatis ita ſcriptum eſt: *Vibia Perpetua honeſte liberaliter inſtituta, matrona licet nupta, habens patrem & matrem*. In hoc loco intelligendo laboravit Lucas Holſtenius, vitio nimirum interpunctionis, cum ſit legendum, *matrona, licet nupta, habens patrem & matrem*. Hinc matronalis ſedulitas apud Columellam in præfatione libri 12., apud Plinium lib. 5. epiſt. 16. matronalis gravitas, in libro 2. Tertulliani de cultu feminarum matronalia decoramenta, & feriæ matronales in libro de idololatria. Lampridius in Heliogabalo: *Facta ſunt S. C. ridicula de legibus matronalibus*. Elegans eſt & dignus referri locus Columellæ de maritis ad villas ſuas proficiſci cupientibus. Sic ergo ait lib. 1. cap. 4. *Jucundius itaque viro ſi etiam matrona comitetur, cujus ut ſexus, ita animus eſt delicatior. Quamobrem amœnitate aliqua demerenda erit, quo patientius moretur cum viro*. In libello precum Marcellini & Fauſtini ſcriptum eſt Damaſum papam in tantum a matronis dilectum fuiſſe ut earum auriſcalpius diceretur. Sed hæc ſcribebantur ab adverſariis ejus. Apud Ovidium lib. 2. metamorph. & lib. 16. faſtorum, tum etiam apud Silium Italicum, Juno vocatur matrona tonantis. Vide Lambinum ad Horatium lib. 3. od. 2.

68 *Revertitur impudica*] Infra in libro de habitu virginum pag. 179. *Quantum a propoſito ſuo virgo deficit quando pudica quæ venerat impudica diſcedit?* Salvianus lib. 6. cap. 3. *Itaque in illis imaginibus fornicationum omnis plebs animo fornicatur, & qui forte ad ſpectaculum puri venerunt, de theatro adulteri revertuntur*.

69 *Enervantur mares*] Codex Lætienſis: *Hebetatur maris honor in hominibus, & vigor, &c.*

70 *Vir. in fem. fregeris*] Infra epiſtol. 61. *docens quo modo maſculus frangatur in feminam*. Salvianus lib. 7. cap. 19. *Cum enim muliebrem habitum viri ſumerent, & magis quam mulieres gradum frangerent*. Arnobius lib. 2. *vigorem virilitatis exponere & in habitum feminarum deliciaſque mollire*. Hieronymus in epiſtola ad Heliodorum: *Hiſtrio fractus in feminam*. Tertullianus in libro de ſpectaculis: *Quæ privata & propria ſunt ſcenæ, de geſtu & flexu corporis mollitiæ Veneris & Liberi immolant*. Lactantius lib. 6. cap. 20. *Hiſtrionum quoque impudici motus quid aliud niſi libidines docent & inſtigant, quorum enervata corpora & in muliebrem inceſſum habitumque mollita impudicas feminas inhoneſtis geſtibus mentiuntur?* Sanctus Ambroſius in epiſtola ad Sabinum epiſcopum: *Quid utique tam deforme viſibili ſpectaculo quam hiſtrionicos ſinuare geſtus & femineo uſu mollire membra?* Prudentius in hamartigenia: *Turpe ſemiviro rum membra theatrali ſpectat vertigine ferri*. Et infra: *Cernas molleſcere cultu heroas veterum*. Columella in præfatione librorum de agricultura ait ætatem ſuam miratam fuiſſe geſtus effeminatorum, quod a natura ſexum viris denegatum muliebri motu mentirentur, deciperentque oculos ſpectantium. Vide Quintilianum libro 11. cap. 1.

71 *Eo peritior quo turpior*] Phædra Hippolyto apud Ovidium: *Pejor adulterio turpis adulter obeſt*.

72 *Religioſa delicta*] Lactantius lib. 5. cap. 20. *Quid mirum ſi ab hac gente univerſa flagitia manarunt apud quam ipſa vitia religioſa ſunt*.

73 *Quaſi conſcientia*] Tres libri veteres præferunt, *quaſi conſcientiam ſuam non poſſe effugere ſatis non ſit*.

74 *Hujuſmodi. ore illo*] Antea legebatur *hujuſmodi ore illo*. Quædam vetera exemplaria me docuerunt hunc locum ita eſſe conſtituendum & interpungendum. Et ita ante me monuerat Gronovius lib. 3. diſſert. cap. 12. Præterea hæ duæ poſtremæ voces perperam conjunguntur cum antecedentibus in vulgatis editionibus, cum quæ ſupra dicuntur nullam cum his vocibus connexionem habeant. Nihil enim illic ſcriptum eſt de ore. Eraſmus, Manutius, & Pamelius ediderunt *ore illo polluto*. Sed hanc poſtremam vocem neque veteres libri, ſi unum excipias, agnoſcunt, neque veteres editiones.

75 *Inter leges ipſas*] Hieronymus lib. 1. adverſus Jovinianum: *Quotidie mœchorum ſanguis effunditur, adulteria damnantur, & inter leges ipſas & ſecures ac tribunalia flagrans libido dominatur*. Symmachus lib. 2. epiſt. 52. *Nos legum inane nomen vocamus*. Valerius Maximus lib. 9.

Digitized by Google

lib. 9. cap. 1. *legum victrix audacia*. Seneca Hercule furente ait arma vincere leges. Et apud Ciceronem in oratione pro Milone: *Silent leges inter arma*. Ovidius lib. 5. triſtium:

Non metuunt leges, ſed cedit viribus æquum,
Victaque pugnaci jura ſub enſe jacent.

In Tito Livio vero libr. 10. *jam regi leges, non regere*. Seneca lib. 4. de beneficiis cap. 28. *Legum præſidio qui plurimum in illas peccaverunt proteguntur*. Tacitus lib. 1. annalium, *invalido legum auxilio*. & infra: *Victa eſt ſæpe dubia lex*. Citat porro hunc Cypriani locum Agobardus, ſed valde decurtatum, ut aſſolet.

76 *Inter togas*] Infra in libro adverſus Demetrianum pag. 219. *Hoſtem quereris exſurgere, quaſi etſi hoſtis deſit, eſſe pax inter ipſas togas poſſit*. Seneca lib. 2. de ira cap. 7. *Inter iſtas quot togatos vides nulla pax eſt*. Tertullianus in libro de pallio: *Plus toga læſere rempublicam quam lorica*. Florus lib. 4. cap. 12. *Togas & ſævienti armis jura viderunt*. Illud quoque admoneri non incongruum eſt, in codice Tornacenſi bibliothecæ regiæ ſcriptum eſſe *inter reges pace rupta*, & ſupra lineam *vel togas*. Sed iſtam lectionem conſtat eſſe falſiſſimam, itemque eam quæ exſtat in libro Fuxenſi, *inter treugas pace rupta*, nondum invento vocabulo treugarum.

77 *Quam membra*] Aliæ editiones habent *quam membra ſunt*. Sic etiam legitur in quinque libris veteribus. At cum vox illa ultima non exſtet in reliquis exemplaribus antiquis quibus uſus ſum nec in pluribus Anglicanis, & dictio ſit elegantior abſque voce illa, quam puto eſſe ex gloſſemate, eam ſuſtuli. Infra epiſt. 8. pag. 16. *quamvis torquerentur in ſervis Dei jam non membra ſed vulnera*.

78 *Teſtam. ſubjicit*] Quidam codices habent *ſubducit*, alii *ſubſtituit*, id eſt, ſupponit. Valerius Maximus lib. 9. cap. 4. *cum falſum teſtamentum quidam in Græcia ſubjeciſſent*. A. Gellius lib 5. cap. 9. *fortem nominis falſum ſubjiceſ*. Julius Paulus lib. 4. ſent. tit. 7. *non tantum is qui teſtamentum ſubjecit*. Cicero in paradoxis, *teſtamenta ſubjecta*. Arnobius lib. 2. *Ieeuca animas miſit ut viarum alia infeſtarent meatus, aliæ circumſcriberent neſcios, teſtamenta ſupponerent falſa*. Lactantius lib. 5. cap. 9. *Non enim de noſtro ſed de illorum numero ſemper exſiſtunt qui hereditates captant, teſtamenta ſupponunt*. Teſtamentorum inſidias dixit Plinius lib. 29. c. 1.

79 *Nullus de leg. metus*] Caſſiodorus in præfatione variarum: *Deinde mores pravos corrigis auctoritate rectoris, audaciam frangis, timorem legibus reddis*. T. Livius lib. 2. dixit *jus vi obrutum*. Horatius lib. 1. ſat. 3. *Jura inventa metu injuſti fateare neceſſe eſt*.

80 *De quæſitore*] qui quæſtionum judicia exercet, qui capitalibus judiciis præeſt, ut loquitur Pomponius l. 2. D. de origine juris. Ammianus Marcellinus lib. 29. ait quæſitoris iniquitatem omnibus eſſe criminibus graviorem. Prudentius in carmine de ſancto Hippolyto:

Inde furens quæſitor ait: Jam tortor ab uno
Deſiſte. Si vana eſt quæſtio, morte agatur.

Aliud eſt officium quæſitoris apud Julianum antecesſorem.

81 *Quod poteſt redimi*] In lege Salica tit. 55. manus quæ præcidi debuerat ſecundum legem redimitur pretio. Et lib. 3 Capitularium cap. 10. pœna conſtituitur adverſus perjurum ut perdat manum vel redimat, Vide notas ad Reginonem pag. 593. Et tamen erant quædam peccata quæ non redimebantur, veluti ſi quis perjurium fecerit lib. 5. Capitularium cap. 196. Si quis poſt pacem factam cum inimico ſuo eum occiderit lib. 6. cap. 272. Illi enim manum perdere debent, neque eis licet eam redimere.

82 *Malos quiſquis*] Tacitus lib. 4. annalium: *Etiam gloria ac virtus infenſos habet, ut nimis ex propinquo diverſa arguens*. Caſtigare enim videtur (ut ajunt Lactantius lib. 5. c. 9. & Hieronymus in epiſtola ad virginem exſulem) quiſquis ab ejus converſatione diſſentit. Sulp. Severus lib. 2. ſacræ hiſtoriæ: *Quippe ſemper inimica virtutibus vitia ſunt, & optimi quique ab improbis quaſi exprobrantes aſpiciuntur*. Eſt enim, ut lib. 2. cap. 12. & lib. 3. cap. 7. ait Quintilianus, quædam virtutum vitioſumque vicinia. Et Seneca epiſt. 45. ait vitia ſub virtutum nomine obrepere & illis immixta trahere ſecum illas. Vereque dixit T. Livius mala bonis adhærere & in animis hominum potentiora eſſe. Vide A. Gellium lib. 6. cap. 1.

83 *Cœpit licitum eſſe*] Tertullianus in libro de corona: *Sed quod non prohibetur ultro permiſſum eſt. Immo prohibetur quod non ultro permiſſum eſt*. Sanctus Ambroſius in epiſtola ad Paternum: *Prætendis enim in litteris tuis quia permiſſum hoc divino jure connubium hujuſmodi pignoribus exiſtimatur eo quod non ſit prohibitum. Ego autem & prohibitum aſſero*. Et paulo poſt: *Quod ſi ideo permiſſum putas quia ſpecialiter non eſt prohibitum, nec illud prohibitum ſermone legis reperias ne pater filiam ſuam accipiat uxorem. Numquid ideo licet quod non eſt prohibitum?* Ex indulgentia enim eſt quodcumque permittitur, ut ait Tertullianus in libro de exhortatione caſtitatis. In comœdia Queroli ſcriptum eſt falſum dicere non eſſe crimen, quia commune eſt, & adulterium quoque crimen non eſſe, & ideo licitum eſſe quia nec permitti nec prohiberi poteſt. Vetus auctor altercationis ſynagogæ & eccleſiæ: *Pro magno crimine objiciuntur Jacob quatuor uxores. Sed quoniam mos erat, crimen non erat. Nunc autem crimen eſt, quia mos non eſt*.

84 *Epota res eſt*] Multum variant in hoc loco libri veteres & veteres editiones. In quibuſdam enim legitur *epota eſt*, in aliis *epotata, epotans, epotatum eſt*, immo etiam *epotandum*. Cum autem lectio quam nos præferimus reperiatur in multo pluribus antiquis codicibus quam aliæ, confirmet etiam illam codex Seguierianus & editiones quæ Pamelianam anteceſſerunt, exiſtimavimus illam eſſe revocandam. Ceterum quia Pamelius, ut editioni ſuæ adderet auctoritatem alicujus vetuſtioris, adnotavit Gravium ita reſtituiſſe hunc locum, monendus eſt lector iſtud non eſſe verum. Nam in editione quæ dicitur Gravii aperte ſcriptum eſt *epota res eſt*, & in margine *epotavimus*. Gronovius lib. 3. obſerv. cap. 24. monet ſe in Fuxenſi codice vidiſſe ſcriptum *epota res eſt*. Quod verum eſt.

85 *Matutinus ſalutator*] Virgilius lib. 2. georgicorum:

Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam.

Martialis lib. 10. epigr. 10. *Mane ſalutator limina mille teras*. Ideo Horatius epodon 11. ſcripſit *ſuperba civium potentium limina*. Claudianus lib. 1. in Rufinum: *Turba ſalutantum latas ibi perſtrepit ædes*. Eo autem proceſſerat ambitio ſalutationum matutinarum ut qui cupiebant eſſe primi ſalutantes noctem vigilem ducerent ante januas eminentium poteſtatum, ut docet Symmachus lib. 8. epiſt. 41. Adnotat Svetonius Caligulam natura timidum ac diffidentem ſalutatoribus ſcrutatores ſemper appoſuiſſe acerbiſſimos. ſed eam conſuetudinem omiſſam eſſe a Veſpaſiano. Ælius Lampridius in vita Alexandri Severi ſcribit illum admiſiſſe ſalutatores quaſi unum de ſenatoribus, patente velo, admiſſionalibus remotis, cum antea ſalutare principem non liceret, quod eos videre non poterat. *Salutatus autem*, inquit idem auctor, *conſeſſum obtulit omnibus ſenatoribus; atque ideo niſi honeſtos & bonæ famæ homines ad ſalutationem non admiſit, juſſitque ut nemo ingrediatur niſi qui ſe innocentem noverit. Per præconem edixit ut nemo ſalutaret principem qui ſe furem eſſe noſſet*. Contra Maximinus junior, ut tradit Julius Capitolinus, *in ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, & manum porrigebat, & genua ſibi oſculari patiebatur, nonnumquam etiam pedes*. Simile quid apud Lucianum in Negromantia, ubi irridet eos qui cum in poteſtate conſtituti eſſent, felices & beatos ſalutantes ſe facturos putarent, ſi pectus dextramve porrigentes darent oſculandam. De honore & jure ſalutationum multæ exſtant conſtitutiones in Codice Theodoſiano. Plura de hoc argumento dici poſſent. Sed iſta ſufficiunt. Vide nihilominus Senecam epiſt. 91. & A. Gellium lib. 4. cap. 1. & lib. 20. cap. 1. & ſanctum Auguſtinum lib. 6. confeſſ. cap. 2.

86 *Anceps temporum*] qui tempus aucupatur, ut ait Cicero in oratione pro Roſcio Amerino. Id vero facere palpatores, id eſt adulatores conſtat. In aliquot antiquis codicibus & editionibus legitur *anceps*.

87 *Aſſecla fœdavit*] id eſt, nudum latus reliquit; uti recte explicatum eſt in editione Anglicana. Quod eveniſſe Agrippinæ matri Neronis notat Tacitus lib. 13. annalium, ubi ait deſertam illam fuiſſe a turba ſalutantium poſtquam & excubias militares & Germanos cuſtodes Nero ſemovit. Hieronymus in epiſtola ad Furiam de viduitate ſervanda: *Nec procurator calamiſtratus, nec formoſus collactaneus, nec candidus & rubicundus aſſecla adhæreat lateri tuo*. Arcadius & Honorius AA. in conſtitutione lata adverſus Eutropium eunuchum in l. 17. Cod. Theodoſ. de pœnis: *Divinum præmium conſulatus luculentum prodigium contagione fœdavit*. Hinc illud vulgatum: *Omnia ceſſerunt eunucho Conſule monſtra*.

88 *Bibat gemma*] Virgilius lib. 2. Georgicon, *ut gemma bibat*, & lib. 1. Æneidos:

Hic regina gravem gemmis auroque popoſcit
Implevitque mero pateram.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Seneca cap. 3. de providentia: *Quanto magis huic invidendum eſt quam illis quibus gemma miniſtratur*. Julius Capitolinus in Ælio Vero: *Data etiam aurea atque argentea pocula & gemmata*. Item in Galieno, *gemmata vaſa fecit*. Martialis libro 12. epigr. 12. *Te potare decet gemma*, id eſt in vaſe gemmato, In vaſe gemmis ornato. Juvenalis ſat. 10. *cum pocula ſumes gemmata*. Idem in ſatyra quinta ait paraſito, ſi ei propinetur in convivio vas aureum, cuſtodem dari qui numeret gemmas. Propertius libr. 3. eleg. 3. *Nec bibit e gemma divite noſtra ſitis*. Silius Italicus lib. 13. *Poculaque Eoa luxum irritantia gemma*. Statius lib. 1. Thebaidos, *nec cura mero committere gemmas*. Ælius Spurtianus ſcribit Zenobiam uſam eſſe vaſis aureis gemmatis ad convivia. Latinus Pacatus Drepanius in panegyrico Theodoſii, *uſo æſtivam in gemmis capacibus glaciem flamma fregiſſens*. Sidonius lib. 5. epiſt. 13. *fumarent falerno gemma capaces*. Idem in carmine 2, *gemmatam pateram rex ipſe retenta*. Lucianus in catsplo memorat pocula gemmis diſtincta, & Apulejus l. 2. Metamorphoſeon gemmas formatas in pocula vini. Hieronymus in vita Pauli eremitæ: *Vos gemma bibitis, ille concavis naturæ manibus ſatiſfecit*. Idem in ep. ad Paulum de alphabeto Hebraico: *Habeant ſibi ceteri, ſi velint, ſuas opes, gemma bibant*. Seneca epiſt. 119. *Utrum ſit aureum poculum, an cryſtallinum, an murrhinum, an Tiburtinus calix, an manus concava, nihil refert*. Ceterum hic admonendum eſt Rigaltium edidiſſe *bibat gemmas*, & ideo Lombertum, qui illius editione utebatur, male vertiſſe, *ils boivent des perles & de l'ambre gris*. Addidit tamen Lombertus hanc poſtremam vocem, cum nihil ſimile exſtet apud Cyprianum. Sunt qui putant hoc genus liquoris fuiſſe incognitum antiquis. Alii tamen ajunt eſſe ſuccinum, de quo vide Diodorum Siculum lib. 5.

89 *Vigilat in pluma*] Seneca in libro de providentis cap. 3. *tam vigilabit in pluma quam ille in cruce*. Martialis lib. 9. epigr. 94. *Pervigil in pluma Cajus ecce jacet*. Hieronymus in epiſtola ad Marcellam de ægrotatione Bleſillæ: *Illo tempore plumarum quoque dura mollities videbatur, & in extructis thoris jacere vix poterat*. Seneca Hercule Oetæo: *Aurea numquam tecta quietem, vigileſque trahit purpura noctes*. Prudentius in hamartigenia: *At nos delitias plumarum & linea texta ſternimus*. Rigaltius ſcripſit *vigilat tamen in pluma* contra omnium veterum librorum & editionum fidei. Puto autem illum addidiſſe vocem *tamen* ex exemplar editionis Pamelianæ quo Nicolaus Faber utebatur, in cujus margine vir doctiſſimus eam poſuerat ſua manu, nulla mentione loci ubi invenerat. Certe non exſtat in veteri libro monaſterii Foſſatenſis, cum quo ille contulit plurima loca ſancti Cypriani. Eam tamen vocem retinuit editio Anglicana. Reinhartus exploſit. Certe non eſt neceſſaria.

90 *Poſſideri magis*] Infra in libro de lapſis pag. 185. *Poſſidere ſe credunt qui potius poſſidentur*. Hieronymus In epiſtola ad Paulinum de inſtitutione monachi: *Crates ille Thebanus, homo quondam ditiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit non putavit ſe ſimul poſſe & virtutes & divitias poſſidere*. Item in libro ſecundo adverſus Jovinianum, & in epiſtola conſolatoria ad Julianum: *Crates ille Thebanus, projecto in mare non parvo auri pondere, Abite, inquit, peſſum malæ cupiditates. Ego vos mergam, ne ipſe mergar a vobis*. Projiciens autem opes ſuas in mare, ut docet Gregorius Nazianzenus oratione in laudem Baſilii, dixit: *Crates Cratetem Thebanum libertate donat*. Sed illum propterea culpatum eſſe ab Apollonio Tyanæo refert Philoſtratus in vita ejus lib. 2. cap. 10. Seneca cap. 22. de vita beata: *Divitiæ meæ ſunt, tu divitiarum es*. Item epiſt. 115. *Majore tormento pecunia poſſidetur quam quæritur*. Item epiſt. 119. *Nam quod ad illas pertinet quos falſo divitiarum nomen invaſit occupata paupertas, ſic divitias habent quomodo habere dicimur febrem, cum illa nos habeat. E contrario dicere debemus: Febris illum tenet. Eodem modo dicendum eſt: Divitiæ illum tenent*. Valerius Maximus lib. 9. cap. 4. *Procul dubio is non poſſidet divitias, ſed a divitiis poſſeſſus eſt*. Simile quid apud Philoſtratum in vita Apollonii Tyanæi lib. 5. cap. 8.

91 *Atque opes*] Has duas voces, quas non inveni In antiquis editionibus neque in ullo eorum veterum exemplarium quibus utor, quæ a Pamelio adjectæ ſunt, & Gronovius lib. 3. obſervat. cap. 12. monuit eſſe delendas, ego quoque putaveram omitti debere, cum præſertim viderem Ciceronem in libro de amicitia ponere diſcrimen inter divitias & opes. Ait enim: *Divitiæ, ut utare; opes, ut colare*. Verum nihil mutare volui, quia video receptam eſſe hanc lectionem. Poteſt enim adjuvari ex diſcrimine quod Cicero ponit inter divitias atque opes. Lombertus ita vertit hunc locum ac ſi voces illæ non eſſent Cypriani, quia divitiæ & opes eodem vocabulo exprimuntur apud Gallos.

92 *Tam timere*] Cicero in libro primo de officiis: *Etenim qui ſe metui volunt a quibus metuuntur, eoſdem metuant ipſi neceſſe eſt*. Idem in libro de amicitia: *Quis enim aut eum diligit quem metuit, aut eum a quo ſe metui putat?* Seneca lib. 1. de clementia cap. 9. *Tantum enim neceſſe eſt timeat quantum timeri voluit*. Idem epiſt. 105. *Adjice nunc quod qui timetur timet*. Idem lib. 4. de beneficiis cap. 19. *Nec quiſquam amat quos timet*. Non poteſt enim (ut idem ait in epiſtola 47.) amor cum timore miſceri. Seneca Oedipo: *Qui ſceptra duro ſævus imperio regit, timet timentes*. Idem Agamemnone: *Metus cupiunt, metuique timent*. Elegans eſt in Octavia ejuſdem auctoris dialogus inter Neronem & Senecam. Nero ait: *Ferrum tuetur principem*. Seneca reſpondet: *Melius fides*. Reponit Nero: *Decet timeri Cæſarem*. Seneca vero: *At plus diligi*. Recte profecto. Adnotat enim Vellejus Paterculus Cæſarem, quem Dio Caſſius lib. 38. & 42. ſcribit natura placidum & manſuetiſſimum & nequaquam iracundum fuiſſe, itemque Auguſtum, ita a patre, ut idem Dio lib. 47. teſtatur, edoctum, adnotat inquam Vellejus Cæſarem, cum ei Panſa & Hirtius conſulerent ut principatum armis quæſitum armis teneret, reſpondiſſe amari ſe quam timeri malle, diverſum nimirum a Maximino, cui, ut ait Julius Capitolinus, perſuaſum erat niſi crudelitate imperium non teneri. Nam amari, coli, diligi majus imperio eſſe ſcripſit Symmachus lib. 10. epiſt. 54. ſive in relatione ad Imperatores. Laudat Sidonius lib. 2. epiſt. 3. regem Gothorum Theodoricum, & ponit inter præcipuas ejus laudes: *Dicam quod ſentio. Timet timeri*. Et tamen aliquando timor ſignum eſt amoris, & Martialis dicit lib. 10. epigr. 59. *res eſt imperioſa timor*. Vulcatius Gallicanus ait de Avidio Caſſio: *Meruit timeri quia non metuis*. Id ipſum dixerat Lucanus lib. 5. *meruitque timeri non metuens*. Ammianus Marcellinus lib. 15. adnotat Julianum Imperatorem dilectum arctiſſime dum timeretur, & lib. 27. Prætextatum præfectum Urbi, cum timeretur, amorem non perdidiſſe civium; quia maximo amori, ut ait Mamertinus, maximus timor junctus eſt. Contra Flavius Vopiſcus queritur de infelicitate principis Aureliani, qui cum eſſet optimus, timebatur quidem, ſed non amabatur. Sunt enim aliquando ſubjecti protervi & contumaces, quia, ut ait Xenophon in libro quinto de pædia Cyri, metus & lex ſatis ſunt ad amorem inhibendum. Sunt enim aliquando principes ita parum amantes ſubjectos ut ſe ab illis amari non curent, uti de Alexandro M. teſtatur Seneca lib. 5. de beneficiis cap. 15. ajens illum ſummum bonum duxiſſe terrori eſſe cunctis mortalibus. Sane juſtum eſt ut populi obediant principibus eoſque timeant. Alioqui corruit reſpublica. Sed tamen principes omni ope niti decet ut ſe plus amari diligant quam timeri, uti faciebat Titus Imperator, ob hoc vocatus delitiæ generis humani. Sic ſe tutos præſtabunt adverſus inſidias & conſpirationes, & ſe liberabunt a metu. Nam verum eſt quod multi prodidere, neceſſe eſſe ut multos timeat quem multi timent. Nemo enim poteſt terribilis eſſe ſecurus, ut ait Seneca epiſt. 105.

93 *Protectum latus*] Hinc orta dignitas Protectorum inclinante imperio Romano, qui ita dicti ſunt quod principis latus protegerent. Imperatores Honorius & Theodoſius l. 9. Codic. Theodoſ. de Domeſticis & Protectoribus: *Devotiſſimos Protectores, qui armatam militiam ſubeuntes, non ſolum defendendi corporis ſui, verum etiam protegendi lateris noſtri ſollicitudinem patiuntur, unde etiam Protectorum nomen ſortiti ſunt, inglorios eſſe non patimur*.

94 *Arridet ut ſæviat*] Infra in libro de habitu virginum pag. 130. *Hic diabolus blanditur ut fallat, arridet ut noceat, illicit ut occidat*. Ruricius lib. 2. epiſt. 12. *Blanditur ut capiat, ſamulatur ut teneat, illicit ut occidat*.

95 *Honorum*] Miror auctorem editionis quæ dicitur Gravii, Pamelium, Rigaltium, & Anglos maluiſſe ſcribere *bonorum*. Etenim omnes editiones antiquæ & omnia vetera exemplaria quibus uſus ſum habent *honorum* vel *honoris*. In uno tamen regio, qui fuit olim monaſterii ſancti Martini Turonenſis, mendoſe ſcriptum eſt *bonorum*.

96 *Et perpetua*] Iſta deſunt in duodecim vetuſtis exem-

exemplaribus optimis. Exſtant tamen in ſeptem. Si ratio habenda eſſet numeri ad numerum, expungenda eſſent. Videntur autem eſſe ex gloſſemate.

97 *Fundatus*] Ita repoſuimus ſecuti auctoritatem optimorum librorum & veterum editionum pro eo quod Rigaltius edidit *fundetur*. Et tamen ea quoque lectio reperitur in quibuſdam codicibus antiquis.

98 *Gratuitum de Deo munus*] Eam ſententiam, inquit Morellius, cum quidam non intelligerent, verba alia interſeruerunt, itaque imprimendum curarunt *gratuitum de Deo munus religioſa mente concipitur & facile eſt*. Notat editionem Eraſmi.

99 *Dies luminat*] Hæc exſtant in omnibus editionibus ante Rigaltianam & in pleriſque codicibus manuſcriptis, etiam in Seguieriano & in eo quo Florus utebatur, tum etiam in iis quos Angli viderunt. Et tamen illi quoque ea omiſerunt in ſua editione. Illa etiam in ſua verſione omiſit Lombertus, non aliam ob cauſam quam quia non exſtabant in editione Rigaltii. Reinhartus poſuit *dies illuminat*.

100 *Veritatem*] Ita codex Seguierianus & alii veteres, etiam ille quo Florus utebatur. Pro quo Rigaltius omnium primus poſuit *firmitatem*, ex libro, ut opinor, Nicolai Fabri cujus ſupra feci mentionem. Miror autem eam lectionem, quam ipſe Rigaltius ait arbitrari ſe eſſe falſiſſimam, ab eo tamen poſitam fuiſſe in textu Cypriani. Rigaltianam editionem ſecuti ſunt Angli & Reinhartus.

101 *Feriata nunc quies*] Ego puto errare eos qui ex his verbis & ex iis quæ ſtatim ſequuntur collegerunt Cyprianum frequentaſſe adhuc forum eo tempore quo ſcripſit hanc epiſtolam. Nam cum conſtet illam ſcriptam eſſe poſtquam Cyprianus amplexus eſt fidem Chriſti, probabile non eſt illum forum, adverſus quod fortiter declamat, frequentaſſe cum illam ſcripſit. Adde quod Pontius in vita ejus ait illum presbyterium & ſacerdotium ſtatim accepiſſe. Denique nuſpiam invenitur illum fuiſſe ſenatorem ac forum frequentaſſe.

102 *Hora convivii*] Tertullianus in apologetico: *Si honeſta cauſa eſt convivii, reliquum ordinem æſtimare qui ſit de religionis officio. Nihil vilitatis, nihil immodeſtiæ admittit. Non prius diſcumbatur quam oratio ad Deum prægustetur. Æque oratio convivium dirimat.* Optatus lib. 7. *Omnis tractatus in eccleſia a nomine Dei incipiatur & ejuſdem Dei nomine terminetur.* Hieronymus in epiſtola de vitando ſuſpecto contubernio: *Perſonabit interim aliquis lector ad menſam & inter pſalmos dulci modulamine aure &c.* Idem in epiſtola ad Marcellam qua eam invitat ut commigret Bethleem; *Ambroſius noſter refert ſe numquam cibum Origene præſente ſine lectione ſumſiſſe, numquam iniſſe ſomnum niſi unus e fratribus ſacris litteris perſonaret, hoc diebus egiſſe & noctibus, ut & lectio orationem exciperet & oratio lectionem.* Ambroſii illius, qui amicus erat Origenis, præclaram mentionem, ut id quoque obiter dicam, facit Euſebius libro 4. capit. 18. Iterum Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de acceptis ab ea munuſculis ait: *Ita tibi ſemper comedendum eſt ut cibum & oratio ſubſequatur & lectio.* Item in libro adverſus Vigilantium: *Inter phialas philoſophatur, & ad placentas liguriens pſalmorum modulatione mulcetur.* Vide quæ de hoc argumento ex Clemente Alexandrino & Euſebio Cæſarienſi adnotavit doctiſſimus & optimus amicus noſter Dominus Bernardus a Montefalcone in notis ad librum Philonis de vita contemplativa pag. 129.

103 *Mulcedo*] A. Gellius lib. 19. cap. 9. *cujuſque linguæ exercitationes doceret quæ multas voluptates nullamque mulcedinem Veneris atque Muſæ haberet.* Sanctus Hieronymus, ſeu quis alius, in epiſtola ad amicum ægrotum: *Pars eſt enim procul dubio maximarum medelarum fraterni conſolaminis fructus & fomes dictorum mulcedine conſolationis levamen feſſis animis introduxit.* Boetius lib. 2. de conſolatione philoſophiæ: *Jam cantum illa finierat cum me audiendi avidum ſtuporem arrectiſque adhuc auribus carminis mulcedo defixerat.* Sidonius lib. 5. epiſt. 17. *Cultu peracto vigiliarum, quas alternante mulcedine monachi clericique pſalmicines concelebraverant, quiſque in diverſa ſeceſſimus.* Mulcebritatem ante hos ducentos annos dixit quidam frater Bertholdus ordinis fratrum Prædicatorum in opuſculo quod inſcriptum eſt Horologium devotionis. Inter jocos Andreæ Arnaldi exſtat ſequens diſtichum incerti auctoris:

Quos anguis dirus triſti mulcedine pavit,
Hos ſanguis mirus Chriſti dulcedine lavit.

---

[1] EPISTOLA II.

Cleri Romani ad clerum Carthaginienſem de ſeceſſu Divi Cypriani.

Epiſtolæ in ſeceſſu Cypriani toto biennio conſcriptæ.

DIDICIMUS ſeceſſiſſe [2] benedictum [3] Papam Cyprianum a [4] Crementio ſubdiacono, qui a vobis ad nos venit, certa ex cauſa. quod utique recte fecerit, [5] propterea quod ſit [6] perſona inſignis. Et imminente agone quem permiſit Deus in ſæculo colluctandi cauſa cum adverſario ſimul cum ſervis ſuis, volens etiam angelis & hominibus certamen hoc manifeſtare, ut qui vicerit coronetur, victus vero reportaverit in ſe ſententiam, quæ nobis manifeſtata eſt. Et cum incumbat nobis, [7] qui videmur præpoſiti eſſe & [8] vice paſtoris cuſtodire gregem, ſi negligentes inveniamur, dicetur nobis quod & [9] anteceſſoribus noſtris dictum eſt, qui tam negligentes præpoſiti erant, [10] quoniam perditum non requiſivimus, & errantem non correximus, & claudum non colligavimus, & [11] lac eorum edebamus, & lanis eorum operiebamur. Denique & ipſe Dominus implens quæ erant ſcripta in lege & prophetis docet dicens: *Ego ſum paſtor bonus, qui pono animam meam pro ovibus meis. Mercenarius autem & cujus non ſunt propriæ oves, cum viderit* [12] *lupum venientem, relinquit & fugit, & lupus diſpergit eas.* Sed & Simoni ſic dicit: *Diligis me? Reſpondit, Diligo. Ait ei: Paſce oves meas.* Hoc A

verbum factum ex actu ipſo [13] quo ceſſit cognoſcimus, [14] & ceteri diſcipuli ſimiliter fecerunt. Nolumus ergo, fratres dilectiſſimi, vos mercenarios inveniri, ſed bonos paſtores, cum ſciatis tum non minimum periculum incumbere ſi non hortati fueritis fratres noſtros ſtare in fide immobiles, ne in præceps euntium ad idololatriam funditus eradicetur fraternitas. Nec enim hoc ſolum verbis vos hortamur, ſed diſcere poteritis a pluribus a nobis ad vos venientibus quoniam ea omnia nos Deo adjuvante & fecimus & facimus cum omni ſollicitudine & periculo ſæculari, ante oculos plus habentes timorem Dei & pœnas perpetuas quam timorem hominum & brevem injuriam, non deſerentes fraternitatem, & hortantes eos ſtare in fide & paratos eſſe ire cum Domino. Sed & [15] aſcendentes ad hoc quod compellebantur revocavimus. [16] Eccleſia ſtat in fide, licet quidam terrore ipſo compulſi, ſive quod eſſent inſignes perſonæ, ſive apprehenſi timore hominum, vererentur: quos quidem ſeparatos a nobis non dereliquimus, ſed ipſos cohortati ſumus & hortamur agere pœnitentiam, ſi quo modo indulgentiam poterunt recipere ab eo qui poteſt præſtare; ne ſi relicti fuerint a nobis, pejores efficiantur. B

tur. Videtis ergo, fratres, quoniam & vos hoc A facere debetis, ut etiam illi qui ceciderunt hortatu veſtro corrigentes animos eorum, ſi apprehenſi fuerint iterato, confiteantur, ut poſſint priorem errorem corrigere, & alia quæ incumbunt vobis, quæ etiam & ipſa ſubdidimus, ut ſi qui in hanc tentationem inciderunt cœperint apprehendi infirmitate, & agant pœnitentiam facti ſui, & deſiderent communionem, utique ſubveniri eis debet, ſive viduæ, ſive [17] clinomeni, qui ſe exhibere non poſſunt, ſive hi qui in carceribus ſunt, ſive excluſi de ſedibus ſuis, utique habere debent qui eis miniſtrent. Sed & [18] catecumini apprehenſi infirmitate decepti eſſe non debebunt, ut eis ſubveniatur. & quod maximum eſt, [19] corpora martyrum aut ceterorum ſi non ſepeliantur, grande periculum imminet eis quibus incumbit hoc opus. Cujuſcumque ergo veſtrum quacumque occaſione fuerit effectum hoc opus, certi ſumus eum bonum ſervum æſtimari, ut qui in minimo fidelis fuit conſtituatur ſuper decem civitates. Faciat autem Deus, qui omnia præſtat ſperantibus in ſe, ut omnes nos in his operibus inveniamur. *Salutant vos fratres qui ſunt in vinculis & presbyteri & tota eccleſia, quæ & ipſa cum ſumma ſollicitudine excubat pro omnibus qui invocant nomen Domini. Sed & vos petimus mutua vice memores ſitis noſtri.* B Sciatis autem [20] Baſſianum perveniſſe ad nos; & petimus vos, qui habetis zelum Dei, harum litterarum exemplum ad quoſcumque poteritis tranſmittere per idoneas occaſiones, vel veſtras faciatis, ſive nuntium mittatis, ut ſtent fortes & immobiles in fide. Optamus vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM II.

1 ISTius epiſtolæ duo vetera exemplaria habuimos, unum e bibliotheca noſtra, allud ex urbe Gratianopolitana. Angli unum habuere ex bibliotheca Bodlejana. Guillelmus Morellius, qui primus illam edidit, admonuit in titulo ſcriptam eſse a Celerino ad Lucianum, haud dubie quia in veteri codice ex quo is eam deſcripſit ſequebatur, ut in uno meo veteri, in Gratianopolitano, & in 199. Vaticano, poſt epiſtolam Luciani ad Celerinum. Pamelius vero, qui videbat illam non eſse ſcriptam ab uno aliquo, ſed a pluribus, neque ad unum Lucianum, qui presbyter non fuit, ſed ad plures presbyteros conſcriptam, titulum hunc mutare non eſt veritus, potiſſimum cum ex vicinitate litterarum error potuerit contingere ut pro eo quod erat cleri Romani ſubſtitutum ſit a quopiam Celerini. Atque hanc Pamelii emendationem, quia bona eſt, ſecutæ ſunt poſteriores editiones. Itaque in veteri libro meo legitur: *Incipit epiſtola reſcripta ad Cyprianum a clero Romano*. Quod eſt aliquanto melius quam in editione Morellii. At in codice Gratianopolitano ſcriptum eſt: *Celerini reſponſio ad Lucianum de cura paſtoris & ad obviandum idolatriam*. Neſcio autem quam ob cauſam Angli inſcriptionem iſtius epiſtolæ rejecerunt ad marginem. Nam docendus erat primo intuitu lector a quibus & ad quos ſcripta erat epiſtola. Iidem refutant Rigaltium, qui ſcripſerat cleri vocem perperam trahi ad perſonas eccleſiaſticas homineſque ſacris ordinibus inſtitutos deſignandos. Sane verum eſt Rigaltii obſervationem admodum prolixam eſse verum paralogiſmum, in quo nihil ſani, nihil veri ſcriptum eſt. Tertullianus in libro de exhortatione caſtitatis: *Differentiam inter ordinem & plebem conſtituit eccleſiæ auctoritas*. Vide opuſcula Petri de Marca pag. 72. ubi agit de diſcrimine clericorum & laicorum ex jure divino.

2 *Benedictum*] Non eſt cognomen hoc loco *benedictus*, ut obſervavit Sirmondus ad Sidonium, ſed epithetum quo chriſtianos viros plerique ornabant. Exemplis a viro doctiſſimo allatis addo ego Tertullianum in libro de pudicitia Zephyrinum vocare benedictum Papam.

3 *Papam*] Vetus codex meus *Papatem*. Sic etiam in codicibus in editione Anglicana laudatis & in annotationibus Morellii. Sic etiam legebat Latinus Latinius in libris ſuis veteribus. Vide epiſt. 16. & 40.

4 *Crementio*] Ita codex meus & editio Morellii: Quo etiam modo nominatum illum invenio in pleriſque libris antiquis. Puto autem eam eſſe veram lectionem. Nam & Crementii martyris mentio eſt in martyrologio Romano xvi. Kal. Maii.

5 *Propterea quod*] Hæc duo vocabula, quæ deerant in editione Rigaltii, nos revocavimus, quia exſtant in editionibus Morellii & Pamelii & in uno codice meo optimo. Rigaltius nullum vetus exemplar habuit iſtius epiſtolæ cujus auctoritate uteretur ad mutandam hanc lectionem. Latinius putabat vocem *quod* eſſe delendam.

6 *Perſona inſignis*] id eſt cui debeatur reverentia, ut ait Quintilianus lib. 6. cap. 1. quam adeo honoratiorem perſonam vocat Childebertus rex in conſtitutione edita a Sirmondo. In capitolari Metenſi Pipini regis cap. 2. *De eccleſiaſticis vero qui ſupradicta facinora commiſerint, ſi bona perſona fuerit*, id eſt inſignis, ut planum eſt ex iis quæ ſequuntur. Authenticam perſonam pro inſigni dixit Philippus epiſcopus Firmanus apoſtolicæ ſedis Legatus in capite 29. Concilii quod apud Budam celebravit anno 1279. Vide to. 2. Capitularium pagin. 1030. extremo.

7 *Qui vid. præpoſiti*] Nimirum quia poſt mortem epiſcopi Romani cura illius eccleſiæ incumbebat clero urbico. Ne quis iſta cum Baronio, Binio, Papebrochio transferat ad prærogativam illius eccleſiæ, ad quam ſede vacante pertineat ſollicitudo omnium eccleſiarum, adeoque electis Romanis, quod Petri eccleſiæ eſſent adminiſtri, univerſalis gregis cura mandata. Nam etiam noſtris temporibus, quamvis conſtet ſedis apoſtolicæ auctoritatem & poteſtatem valde explicatam & amplificatam fuiſſe, Cardinales tamen, qui ſucceſſerunt clericis urbicis, penes quos eſt regimen eccleſiæ Romanæ vacante ſede, curam & ſollicitudinem ſuam nullatenus extendunt ad alias eccleſias, ut etiam teſtatur Guillelmus de Montelauduno in cap. *Ubi majus*. de elect. in Sexto. Item Alvarus Pelagius lib. 1. de planctu eccleſiæ cap. 20. ubi diſerte ſcribit *quod vacante papatu nullus ſuccedit Papæ in juriſdictione, etiam cœtus Cardinalium niſi in minimis*. Vide etiam Jacobatium lib. 4. artic. 3. & Auguſtinum de Anchona quæſt. 3. art. 8. de poteſtate eccleſiaſtica. Certe manifeſtum eſt ex contextu epiſtolæ clerum Romanum de nulla tum eccleſia gubernanda ſollicitum fuiſſe quam de ſua, ex uſu nimirum ubique recepto ut eccleſia epiſcopo viduata regeretur a clero eccleſiæ vacantis, ut agnoſcit etiam Naclantus epiſcopus Clugienſis in tractatione de Papæ & concilii poteſtate. Quod liquet etiam ex eo quod poſt mortem Papæ Martini iſtius nominis primi, quia epiſcopatus ceſſavit ſpatio triginta & quinque dierum, presbyteri eccleſiæ Romanæ præfuerunt, ut legitur in geſtis pontificalibus, id eſt illi ex presbyterio Romano qui ceteris præminebant, id eſt archidiaconus, archipresbyter, & primicerius, ut docet ejuſdem Martini epiſtola ad Eliterum. Hi enim locum repræſentabant pontificis. Ubi interim annotabo vitio ſcriptoris factum videri ut archidiaconus iſtic nominetur ante archipresbyterum, niſi jam tum ita imminuta erat diſciplina eccleſiæ Romanæ ut archidiaconus præferretur archipresbytero. Nam ex libro diurno pontificum conſtat archipresbyterum primo loco nominatum ante archidiaconum in epiſtola a clero Romano ſcripta ad Exarchum de tranſitu pontificis.

8 *Vice paſtoris*] Veteres libri habent *paſtorum*. Nihil tamen mutare voluimus, quia conſtat hanc epiſtolam a clero Romano ſcriptam eſſe ad Cyprianum eo tempore, quo Romana eccleſia non habebat paſtorem. David Blondellus, ut oſtenderet presbyteros eſſe æquales epiſcopis & vicarios quoque Chriſti eſſe, in hoc loco ad vocem *paſtoris* addidit *nimirum Chriſti*. Sed profecto multum erravit. Iſtic enim per vocem *paſtoris* manifeſte intelligitur epiſcopus Romanus. Et tum, extincto Fabiano, clerus Romanus regebat eccleſiam vice paſtoris donec alius epiſcopus ſubſtitueretur in loco Fabiani.

9 *Antec.*

Digitized by Google

9 *Antec. hoſtris*] Hæc verba, quæ quamdam habent obſcuritatem, Angli tranſtulerunt ad ſacerdotes Judæorum, quia certo conſtat illa ab Ezechiele ſcripta eſſe adverſus eos.

10 *Quoniam perditum*] Hic locus Ezechielis, qui valde mutilus eſt, multo integrior exſtat in epiſtola 54. Hæc verba & quæ poſtea ſequuntur ſanctus Hieronymus illa explicans tranſtulit ad ſuperbiam epiſcoporum, quos acriter perſtringit. Hæc ſunt ejus verba: *Quod proprie ad ſupercilium epiſcoporum pertinet*, inquit, *eorum videlicet qui operibus dedecorant nominis dignitatem, & pro humilitate aſſumunt ſuperbiam, ut honorem ſe putent conſecutos, non onus, & quoſcumque in eccleſia viderint præpotentes & Dei habere ſermonem opprimere videntur*. Ab his longe diſtabat Valerii cum Auguſtino humilis & a propriæ laudis amore aliena agendi ratio.

11 *Lac eorum*] In uno veteri libro legitur *lactem*. Gloſſæ Philoxeni: *Lactem*, Γάλα. Plautus Bacchidibus: *quæ nec lactem nec lanam ullam habent*. Sic apud Apulejum lib. 8. metamorphoſeon. Nonius Marcellus adnotat antiquos dixiſſe *lacte* in nominativo.

12 *Lupum venientem*] Hieronymus ibidem. *Mercenarii, qui lucrum tantum de gregibus conſiderant, & cum lupum viderint, fugiunt, quorum negligentia grex Domini devoratur a beſtiis agri*.

13 *Quo ceſſit*] Locus obſcurus. Latinius monuit in uno veteri codice legi *geſſit*, in alio vero *geſtum*. Sed in meo & in editione Morellii legitur *ceſſit*. Rigaltius iſta refert ad tempus illud quo poſt apprehenſum Chriſtum a Judæis Petrus non proprie fugit, ſed ceſſit ſive abſceſſit aut receſſit. Nam, ut eſt in evangelio, ſequebatur quidem Chriſtum, ſed longo intervallo, quod fugæ ſpeciem præbuit; adeoque in evangelio legitur diſcipulos omnes relicto grege fugiſſe. Sed quod Rigaltii pace dixerim, & Anglorum, qui ejus obſervationem adſcivere, hujus loci ea eſt ſententia: verbum Chriſti, *Paſce oves meas*, ex actu ipſo quo ceſſit, id eſt, ex eo quem habuit exitu impletum cognoſcimus. Opponit enim clerus Romanus Chriſtum & Apoſtolos paſtoribus Judæorum, nec Petro exprobrat fugam in paſſione Chriſti, ſed laudat ejus diligentiam in paſcendis ovibus, quemadmodum ei Chriſtus poſt reſurrectionem mandaverat.

14 *Et ceteri diſcipuli*] Subjungit Rigaltius hanc cleri Romani epiſtolam Petrum magis onerare quod ait *& ceteri diſcipuli ſimiliter fecerunt*, tamquam ad exemplum Petri. Sed hæc obſervatio falſa eſt, ut jam dixi; nec clerus Romanus his verbis, *& ceteri diſcipuli ſimiliter fecerunt*, indicat apoſtolos fugientem Petrum ſecutos eſſe, ſed potius ejus exemplo in paſcendis ovibus ſummum ſtudium adhibuiſſe. Nihil magis alienum a propoſito cleri Romani, quam a Petro & aliis diſcipulis exemplum ignaviæ in paſcendis ovibus repetere. Præterea claudicat Rigaltii ratiocinatio. Petrus fugit. Fugerunt etiam alii diſcipuli. Fugerunt igitur ad exemplum Petri, qui dedit illis exemplum fugiendi. Matthæus enim & Marcus ajunt omnes diſcipulos relicto Chriſto fugiſſe, nulla Petri mentione.

15 *Aſcendentes*] in capitolium videlicet, ibi ſacrificaturi diis gentium. Sed de ea re pluribus agemus ad epiſtolam 55.

16 *Eccleſia*] Romana, quam vocat fortem, quia firma & immobilis conſtitit inter duriſſimas perſecutiones. Quamquam ne in hac quidem eccleſia lapſi defuerunt, ſiquidem eorum cauſam clerus integram ſervavit ad electionem epiſcopi. Sed hi pauciores numero fuere quam Carthagine.

17 *Clinomeni*] Codex meus habet *domeni*, Gratianopolitanus *chlidomeni*. Morellius poſuit *clydomeni*, Latinius & Rigaltius *clinomeni*. Poſtea ſecuta eſt editio Anglicana, in qua, rejectis ceteris lectionibus, abſque ulla veterum librorum auctoritate, tantum ex conjectura ſumpta ex epiſtola Papæ Cornelii ad Fabium epiſcopum Antiochenum, quæ Græce exſtat apud Euſebium, ſcriptum eſt *thlibomeni*. Et quamquam ea emendatio videatur eſſe bona, transferenda tamen non erat in contextum abſque majori auctoritate. Nam reliquæ lectiones poſſunt etiam eſſe bonæ. Ceterum ea emendatio, quam Angli videntur accepiſſe ex annotationibus Henrici Valeſii ad hiſtoriam eccleſiaſticam Euſebii, neque Valeſii eſt neque Anglorum, ſed illuſtriſſimi viri Franciſci Boſqueti, qui eam primus protulit anno 1633. in libro primo hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ. Porro quos Græci vocant thlibomenos Rufinus vertit *indigentes*, Baronius *fluctuantes*, valde diverſo ſenſu. Vide primam diſſertationem Cyprianicam viri clariſſimi Henrici Dodvelli.

18 *Catecumini*] Sic ſcribere placuit, non ſolum quia ita invenimus ſcriptum in omnibus antiquis codicibus, ſed in primis propter auctoritatem Commodiani, qui nos dubitare non ſinit quin hoc vocabulum vetuſtis temporibus ita ſcriberetur. Sane in veteri gloſſario bibliothecæ regiæ legi *Catecuminus*, *inſtructus*, *audiens*. In veteri item gloſſario meo: *Catecuminus*, *inſtructus ſive audiens, pro eo quod adhuc doctrinam fidei audiat, necdum tamen baptiſmum recepit*. Et in libro Corbejenſi & in Fuxenſi, quando agitur de hoc hominum genere legitur *Caticuminos*, quod idem eſt. Notum quippe eſt litteras i & e ſæpe permutari ſolitas apud antiquos. Adnotat Holſtenius in notis ad acta ſanctarum Perpetuæ & Felicitatis *cathecumini* ſcriptum eſſe in vetuſtis membranis Caſinenſibus & apud Mombritium, exiſtimare autem ſe ita eo ſæculo prolatas fuiſſe hujuſmodi voces. Hieronymus in epiſtola ad Oceanum in cauſa matrimonii: *Audiant cathecumini, qui ſunt fidei candidati*. Sic apud Marium Mercatorem in editione noſtra pag. 357. legitur *catecisſmi* pro *catechiſmi*. Vide Cælium Calcagninum lib. 1. epiſt. 9. & notas ad Capitularia pag. 1250.

19 *Corpora martyrum*] Ut diverſa ſunt hominum ingenia, ita diverſæ ſunt opiniones. Hunc locum Rigaltius interpretatus eſt de cura tantum ſepeliendorum martyrum. Ego vero eo uſus ſum ut oſtenderem errare vehementer eos qui contendunt veteres chriſtianos nullam curam habuiſſe reliquiarum hominum ſanctorum. Id quod a me oſtenſum eſt in oratione quam habui publice Lutetiæ cum in collegio regio interpretarer titulum decretalium de reliquiis & veneratione ſanctorum. Tanta enim tum cura erat ſepeliendorum hominum ſanctorum ut nihil omitterent eorum quæ poterant demonſtrare eorum memoriam & venerationem erga eos; adeo ut Tertullianus in apologetico teſtetur pluris & carioris ſuas merces chriſtianis ſepeliendis profligaſſe quam diis fumigandis. Ex quo colligi poſſe videtur illos condidiſſe etiam eorum corpora odoribus Arabicis, quos in ſepeliendis corporibus adhibitos fuiſſe conſtat. Sane Plinius lib. 12. cap. 18. ſcribit Neronem plus cynnamomi in funere Poppææ incendiſſe quam Arabia producat in anno uno. Vide Baronium in notationibus ad martyrologium Romanum die 4. Auguſti.

20 *Baſſianum*] Aſſentior Pamelio exiſtimanti illum fuiſſe e clero Romano. Illius mentio eſt etiam in epiſtola 22. quæ eſt Luciani ad Celerinum tum Romæ conſtitutum.

EPISTOLA III.

Ad presbyteros & diaconos Romæ conſiſtentes.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus Romæ conſiſtentibus fratribus ſalutem. Cum de exceſſu [1] boni viri collegæ mei rumor apud nos incertus eſſet, fratres cariſſimi, & opinio dubia nutaret, accepi a vobis litteras ad me miſſas per Crementium hypodiaconum, quibus pleniſſime de glorioſo ejus exitu inſtruerer; & exſultavi ſatis quod pro integritate adminiſtra- A
tionis ejus conſummatio quoque honeſta proceſſerit. In quo vobis quoque plurimum gratulor quod ejus memoriam tam celebri & illuſtri teſtimonio proſequamini, ut per vos innoteſceret nobis quod & vobis eſſet circa [2] præpoſiti memoriam glorioſum, & nobis quoque fidei ac virtutis præberet exemplum. Nam quantum pernicioſa res eſt ad ſequentium lapſum ruina

ruina præpoſiti, in tantum contra utile eſt & A ſalutare cum ſe epiſcopus per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum. Legi etiam alias litteras in quibus [3] nec quis ſcripſerit, nec ad quos ſcriptum ſit, ſignificanter expreſſum eſt. Et quoniam me in iiſdem litteris & ſcriptura & ſenſus & chartæ ipſæ quoque moverunt ne quid ex vero vel ſubtractum ſit vel immutatum, eamdem ad vos [4] epiſtolam authenticam remiſi, ut recognoſcatis an ipſa ſit quam Crementio hypodiacono perferendam dediſtis. Perquam etenim grave eſt, ſi epiſtolæ clericæ veritas mendacio aliquo & fraude corrupta eſt. Hoc igitur ut ſcire poſſimus, & [5] ſcripturam & ſubſcriptionem [6] an veſtra ſit recognoſcite, & nobis quid ſit in vero reſcribite. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM III.

1 *Boni viri*] Fabiani epiſcopi Romani. Hoc epithetum tribuere conſuevit Cyprianus epiſcopis defunctis, ut in epiſtola 72. Agrippino epiſcopo Charraginenſi. Epiſtolæ ab Origene ſcriptæ ad Fabianum Romanæ urbis epiſcopum meminit Hieronymus in epiſtola ad Pammachium & Oceanum, itemque Rufinus in libro priore apologiarum ſuarum adverſus Hieronymum.

2 *Præpoſiti*] Baronius loquens de exceſſu Papæ Fabiani notat illum a Cypriano nominatum modo collegam, modo præpoſitum, utpote qui cum coepiſcopus eſſet, poteſtate tamen in hierarchiæ eccleſiaſticæ ordine ceteris ille præpoſitus eſſet epiſcopis. Poterat Baronius ſuam illam opinionem confirmare auctoritate epiſtolæ Bonifacii Papæ II. ad Eulalium, in qua epiſcopus Romanus dicitur eſſe *unus ad quem poſſit recurri præpoſitus*. Verum Baronius ſciebat epiſtolam illam eſſe ſuppoſititiam. Officii mei eſt annotare errores commiſſos in interpretatione eorum quæ ſcripta reperiuntur a Cypriano. Baronii obſervatio poſſet habere ſpeciem veri, ſi Cyprianus ſolum Papam nominaret præpoſitum. At cum certum ſit illum omnes epiſcopos vulgo vocare præpoſitos, ruit omnino ſententia Baronii. Itaque iſtic Cyprianus Fabianum Papam vocat præpoſitum, quia epiſcopus erat & collega Cypriani epiſcopi. Agendum eſt in rebus hiſtoricis ſimpliciter, procul ab omni affectu: Alioqui perit fides rerum.

3 *Ne quis ſcripſerit*] Retinuimus lectionem quam veteres editiones præferunt, quam omnes libri veteres confirmant. Primus Manutius poſuit, *nec qui ſcripſerint*: Quæ lectio bona non eſt. Nam epiſtola quæ omnium nomine ſcripta erat ab uno ſcripta erat, ut in calce epiſtolæ 16. *Lucianus ſcripſit*, ut docet etiam epiſtola 22. quæ eſt Cypriani ad presbyteros & diaconos Romæ conſiſtentes. Sic in conciliis unus pro omnibus loquebatur, quemadmodum a nobis obſervatum eſt in diſſertatione de concilio Teleptenſi.

4 *Epiſtolam remiſi*] Vide quæ de ea re dicuntur infra ad epiſtolam 20.

5 *Scripturam & ſubſcr.*] Ita veteres libri & veteres editiones. Editio Manutii, *ſcriptura & ſubſcriptio*. Hanc auctoritatem ſecutæ ſunt poſteriores editiones, eamque lectionem male mutatam fuiſſe ait Gronovius cap. 14. obſervationum ſuarum in ſcriptoribus eccleſiaſticis.

6 *An veſtra*] In libro Fuxenſi ſcriptum eſt, *an a manu veſtra*. Quod puto ego eſſe ex gloſſemate, cum certum ſit, uti mox dicebam, epiſtolas ab uno ſcribi ſolitas. In concilio Chalcedonenſi pag. 1091. ex noſtra recenſione legitur *cujus manus ſit*. Ubi vide annotationem Ruſtici.

[1] EPISTOLA IV.

Ad presbyteros & diaconos.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus fra- B tribus cariſſimis ſalutem. Saluto vos incolumis per Dei gratiam, fratres cariſſimi, lætus quod circa incolumitatem quoque veſtram omnia integra eſſe cognoverim. Et quoniam mihi intereſſe nunc non permittit loci conditio, peto vos pro fide & religione veſtra fungamini illic & veſtris partibus & meis, ut nihil vel ad diſciplinam vel ad diligentiam deſit. Quantum autem ad ſumptus ſuggerendos, ſive illis qui glorioſa voce Dominum confeſſi in carcere ſunt conſtituti, ſive iis qui pauperes & in- C digentes laborant, & tamen in Domino perſeverant, peto nihil deſit, cum [2] ſummula omnis quæ redacta eſt illic ſit apud clericos diſtributa propter ejuſmodi caſus, ut haberent plures unde ad neceſſitates & preſſuras ſingulorum operari poſſint. Peto quoque ut ad procurandam quietem ſolertia & ſollicitudo veſtra non deſit. Nam etſi fratres pro dilectione ſua cupidi ſunt ad conveniendum & viſitandum confeſſores bonos quos illuſtravit jam glorioſis initiis divina dignatio, tamen caute hoc, & [3] non glomeratim, nec per multitudinem ſimul junctam puto eſſe faciendum, ne ex hoc ipſo invidia concitetur, & introeundi aditus denegetur, & dum inſatiabiles totum volumus, [4] totum perdamus. Conſulite ergo & providete ut cum temperamento hoc agi tutius poſſit, ita ut presbyteri quoque qui illic apud confeſſores offerunt, ſinguli cum ſingulis diaconis per vices alternent, quia & mutatio perſonarum & viciſſitudo convenientium minuit invidiam. Circa omnia enim mites & humiles, ut ſervis Dei congruit, temporibus ſervire & quieti proſpicere & plebi providere debemus. Opto vos, fratres cariſſimi ac deſiderantiſſimi, ſemper bene valere & noſtri meminiſſe. Fraternitatem univerſam ſalutate. [5] Salutant vos Victor diaconus & qui mecum ſunt. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM IV.

1 PRima epiſtolæ iſtius editio prodiit ex typographia Manutii. Rariſſima ſunt vetuſta illius exemplaria. Ego quinque habui, unum ex mea bibliotheca, aliud quod fuit collegii Fuxenſis, tertium ex monaſterio ſancti Dionyſii Remenſis, quartum ex monaſterio Montis ſancti Eligii, quintum ex urbe Gratianopolitana.

2 *Summula*] Antea legebatur *ſumma*. Sequi placuit auctoritatem veterum librorum. Attamen Dionyſianus habet *ſumma*.

3 *Non glomeratim*] Hoc loco uſus eſt Holſtenius in notis ad acta ſanctarum Perpetuæ & Felicitatis ut probaret fideles chriſtianos caute & timide plerumque acceſſiſſe ad carceres, & fere ſingulos, ne ſemetipſos perderent, aut invidiam concitarent apud perſecutores, ſi catervatim eo influerent. Apud Angelum Politianum lib. 1,

lib. 1. epiſtolarum exſtat epiſtola Pomponii Læti ad Politianum, in qua ſic legitur: *Cum de altitudine ingenii tui cogito, non poſſum non admirari cur noſtri graculatim & ſturmatim ad te non advolent.*

4 *Totum perdamus*] Guillelmus Durandi epiſcopus Mimatenſis in libro ſecundo de modo generalis concilii celebrandi cap. 7. *Proverbium vulgare eſt: Qui totum vult totum perdit. Eccleſia Romana ſibi vindicat univerſa. Unde timendum eſt quod univerſa perdat.* Vide additionem noſtram ad caput primum libri primi de concordia ſacerdotii & imperii.

5 *Salutant vos*] In codice ſancti Eligii legitur: *Salutant vos Victor diaconus & qui cum eo ſunt fratres.* In Gratianopolitano: *Salutant vos Victor, & qui mecum ſunt ſalutant.*

---

[1] EPISTOLA V.

Ad presbyteros & diaconos.

CYPRIANUS presbyteris & diaconis fratribus ſalutem. Optaveram quidem, fratres cariſſimi, ut univerſum clerum noſtrum integrum & incolumem meis litteris ſalutarem. Sed quoniam infeſta tempeſtas, quæ plebem noſtram ex maxima parte proſtravit, hunc quoque addidit noſtris doloribus cumulum ut etiam cleri portionem ſua ſtrage perſtringeret, oramus Dominum ut vos ſaltem, [2] quos & in fide & in virtute ſtare cognovimus, tutos quoque in poſterum per divinam miſericordiam ſalutemus. Et quamquam cauſa compelleret ut ipſe ad vos properare & venire deberem, primo cupiditate & deſiderio veſtri, quæ res in votis meis ſumma eſt, tum deinde ut ea quæ circa eccleſiæ gubernacula utilitas communis expoſcit tractare ſimul & plurimorum conſilio examinata [3] delimare poſſemus, tamen potius viſum eſt adhuc interim latebram & quietem tenere reſpectu utilitatum aliarum quæ ad pacem omnium noſtrum pertinent & ſalutem, quarum vobis a Tertullo fratre noſtro cariſſimo ratio reddetur: qui pro cetera ſua cura quam impenſe divinis operibus impertit, etiam hujus conſilii auctor fuit ut cautus & moderatus exſiſterem, nec me in conſpectum publicum, & maxime ejus loci ubi toties [4] flagitatus & quæſitus fuiſſem, temere committerem. Fretus ergo & dilectione & religione veſtra, quam ſatis novi, his litteris & hortor & mando ut vos, quorum minime illic invidioſa & non adeo periculoſa præſentia eſt, vice mea fungamini circa gerenda ea quæ adminiſtratio religioſa depoſcit. Habeatur interim quantum poteſt & quomodo poteſt pauperum cura, ſed qui tamen inconcuſſa fide ſtantes gregem Chriſti non reliquerunt, ut his ad tolerandam penuriam ſumptus per veſtram diligentiam ſuggeratur, ne quod [5] circa fidentes tempeſtas non fecit, circa laborantes neceſſitas faciat. Confeſſoribus etiam glorioſis impertiatur cura propenſior. Et quamquam ſciam plurimos ex his fratrum voto & dilectione ſuſceptos, tamen ſi qui ſunt qui vel veſtitu vel ſumptu indigeant, ſicut etiam pridem vobis ſcripſeram cum adhuc eſſent in carcere conſtituti, ſubminiſtrentur eis quæcumque ſunt neceſſaria, modo ut ſciant ex vobis & inſtruantur & diſcant quid ſecundum ſcripturarum magiſterium eccleſiaſtica diſciplina depoſcat, humiles & modeſtos & quietos eſſe debere, ut honorem ſui nominis ſervent, & qui glorioſi voce fuerunt, ſint & moribus glorioſi, ſaciant ſe dignos ut in omnibus Dominum promerentes, ad cæleſtem coronam laudis ſuæ conſummatione perveniant. Plus enim ſupereſt quam quod tranſactum videtur, cum ſcriptum ſit: *Ante mortem ne laudes hominem quemquam.* Et iterum: *Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Et Dominus quoque dicat: *Qui toleraverit uſque ad finem, hic ſalvabitur.* Imitentur Dominum, qui ſub ipſo tempore paſſionis non ſuperbior, ſed humilior fuit. Tunc enim [6] diſcipulorum ſuorum pedes lavit dicens: *Si ego lavi pedes veſtros magiſter & dominus, & vos debetis aliorum pedes lavare. Exemplum enim dedi vobis ut ſicut ego feci & vos faciatis.* Item Pauli apoſtoli documenta ſectentur; qui poſt carcerem ſæpe repetitum, poſt flagella, poſt beſtias, circa omnia mitis & humilis perſeveravit, nec poſt tertium cælum & paradiſum quidquam ſibi inſolenter aſſumpſit dicens: *Neque gratis panem manducavimus ab aliquo veſtrum, ſed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem veſtrum gravaremus.* Hæc ſingula, oro vos, inſinuate fratribus noſtris. Et quia is exaltabitur qui ſe humiliaverit, nunc eſt ut magis inſidiantem adverſarium metuant, qui fortiorem quemque magis aggreditur, & acrior factus hoc ipſo quo victus eſt, ſuperantem ſuperare conatur. Dominus faciat ut & ego iterum illos mature videre & ſalutari exhortatione componere mentes eorum ad ſervandam gloriam ſuam poſſim. Doleo enim quando audio quoſdam improbe & inſolenter diſcurrere & ad ineptias vel ad diſcordias vacare, Chriſti membra & jam Chriſtum confeſſa per [7] concubitus illicitos inquinari, nec a diaconis aut presbyteris regi poſſe, ſed id agere ut per paucorum pravos & malos mores multorum & bonorum confeſſorum gloria honeſta maculetur; quos vereri debent, ne ipſorum teſtimonio & judicio condemnati, ab eorum ſocietate priventur. Is enim demum confeſſor illuſtris & verus eſt de quo poſtmodum non erubeſcit eccleſia, ſed gloriatur. Ad id vero quod ſcripſerunt mihi compresbyteri noſtri Donatus & [8] Fortunatus, [9] Novatus, & Gordius, ſolus reſcribere nihil potui, quando a primordio epiſcopatus mei ſtatuerim nihil ſine conſilio veſtro & ſine conſenſu plebis mea privatim ſententia gerere. Sed cum ad vos per Dei gratiam venero, tunc de iis quæ vel geſta ſunt vel gerenda, ſicut honor mutuus poſcit, in commune tractabimus. [10] Opto vos, fratres cariſſimi ac deſiderantiſſimi, ſemper bene valere & mei meminiſſe. Fraternitatem quæ vobiſcum eſt multum a me ſalutate, & ut noſtri meminerit admonete. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM V.

1 IN editione Anglicana adnotatum eſt pauca reperiri exemplaria illius epiſtolæ. Ego habui novem.

2 *Quos & in fide*] Codex Foſſatenſis & Carnotenſis & veteres editiones, *quos in conſtantia & fidei virtute*. Manutius mutavit & induxit aliam lectionem. Lector judicabit utra ſit melior. Utraque enim bona eſt.

3 *Delimare*] Ita libri veteres & veteres editiones, etiam Eraſmica. Manutii editio, itemque Morelliani, & codex Gratianopolitanus habent *limare*. Nonius Marcellus, *limare*, *delimare*. Plinius lib. 34. cap. 11. *Alii delimatam æris ſcobem aceto ſpargunt*. In bulla Hadriani Papæ I. pro monaſterio ſancti Martini Turonenſis: *Quod ſi abba ejuſdem monaſterii nullo modo voluerit inter eos delimari &c.* In ſimili privilegio pro monaſterio ſancti Dionyſii in Francia ita ſcriptum eſt: *Quod ſi abba ejuſdem monaſterii ullo modo voluerit inter eos declamars*. Pro quo puto ſcribendum eſſe *delimari*, ut in bulla ſancti Martini; Bulla Gregorii Papæ V. pro eodem monaſterio ſancti Martini; *Quod ſi abbas ejuſdem monaſterii nullo modo voluerit inter eos ſententiam delimare*.

4 *Flagitatus*] ad leonem, ut infra epiſtola 14. & 15.

5 *Circa fidentes*] id eſt fortes in fide, ut loquitur apoſtolus. Certum eſt aliquot vetera exemplaria & omnes editiones ante Manutianam, etiam Spirenſem, præferre hanc lectionem. Alia, quæ habet *circa fidem*, exſtat etiam in aliquot antiquis codicibus, & in poſterioribus editionibus. Ego vero puto primum eſſe meliorem. Comparatio eſt inter fidentes, id eſt fortes, & laborantes, id eſt pauperes & indigentes, ut Cyprianus loquitur in epiſtola quarta, victus neceſſitatem patientes. Ait ergo Cyprianus timendum eſſe ne ii qui inconcuſſa fide ſtantes ſive fortes fuerunt, neceſſitate labantur, ſi eorum paupertati non ſubveniatur. Cicero lib. 3. quæſtionum Tuſculanarum: *Qui fortis eſt, idem fidens eſt*. Seneca epiſt. 85. *Qui fortis eſt, ſine timore eſt*. Cicero lib. 1. Tuſculanarum quæſtionum. *fidenti animo gradiatur ad mortem*. Ammianus Marcellinus lib. 16. *Hi quieti & cauti animi, iſti fidentes, grandiſſimis illis corporibus freti.* & paulo poſt, *quos Romanus jam fidenter ſtravit*. Horat. lib. 3. od. 3. *Fidens juventus horrida brachiis*. Seneca tragicus Hercule furente: *Quemcumque fortem videris, miſerum neges*. Ipſe Cyprianus in epiſtola 52. ad Antonianum pag. 72. *Manet vero fidentium robur immobile, & apud timentes & diligentes corde toto Dominum ſtabilis & fortis perſeverat integritas*. Idem in libro de mortalitate pag. 232. *Datur velocius tutela fidentibus, perfidis pœna.* In libro contra Demetrianum pag. 221. *certi & fidentes*, alio ſenſu. Iſtic enim vox *fidentes* ſignificat eos qui confidunt in promiſſionibus Chriſti. Joſephus in libro de imperio rationis ex interpretatione Eraſmi: *Qui ſapiens itaque & fortis, hic totius dominus eſt paſſionis, utpote qui bene cogitatam præcogitat, & acceptam reſpuit nuſquam*. Eodem iſto ultimo ſenſu quo vox *fidentes* uſurpatur a Cypriano Ammianus Marcellinus lib. 17. dixit, *rogaturi ſuppliciter pacem, fidentes ad principis venere conſpectum*.

6 *Diſcipulorum*] Antea legebatur *apoſtolorum*. Verum quia libri manuſcripti & veteres editiones habent *diſcipulorum*, quo etiam modo ſcriptum eſt in evangelio ſecundum Joannem, nos eam lectionem revocavimus.

7 *Concubitus illicitos*] Infra epiſt. 6. pag. 12. *turpi & infami concubitu*. Item epiſt. 62. pag. 103. *conjacentium duorum turpis & fœda dormitio quantum ſceleris & criminis confitetur*. Hieronymus in epiſtola de vitando ſuſpecto contubernio: *Ad extremum hoc dico, quod ſi etiam hæc conſcientia criminis vulnus non habet, habet tamen famæ ignominiam*. Caſſianus collat. 21. cap. 33. *Voluntas ipſa culpabilis eſt, & ad velociſſimos adulteriorum rapitur exceſſus conſuetudo concubitus*. De contubernalibus clericorum feminis vide notas Frontonis Ducæi in librum ſancti Joannis Chryſoſtomi adverſus eos qui ſubintroductas habent, Petavii animadverſiones ad Epiphanium agentem de hæreſi Antidicomarianitarum, & Henricum Valeſium in annotationibus ad librum ſeptimum hiſtoriæ eccleſiaſticæ Euſebii cap. 30.

8 *Fortunatus*] Nomen iſtius hominis deeſt in antiquis editionibus & in pleriſque codicibus antiquis. Exſtat tamen in uno meo optimo & in Gratianopolitano. Manutiana editio invexit. Pamelius monuit deſiderari in codice Affligemenſi.

9 *Novatus*] Et iſtud quoque nomen deſideratur in libro Fuxenſi, quamvis hæc epiſtola bis in eo deſcripta ſit.

10 *Opto vos*] Hæc omnia deſunt in antiquis libris & editionibus, & edita ſunt primum a Manutio. Exſtant tamen in meo & in Gratianopolitano.

EPISTOLA VI.

Ad Rogatianum presbyterum & ceteros confeſſores.

A CYPRIANUS [1] Rogatiano presbytero & ceteris confeſſoribus fratribus ſalutem. Et jampridem vobis, fratres cariſſimi ac fortiſſimi, litteras miſeram, quibus fidei & virtuti veſtræ verbis exſultantibus gratularer, & nunc non aliud in primis vox noſtra complectitur quam ut læto animo frequenter ac ſemper gloriam veſtri nominis prædicemus. Quid enim vel majus in votis meis poteſt eſſe vel melius quam cum video confeſſionis veſtræ honore inluminatum gregem Chriſti? Nam cum gaudere in hoc omnes fratres oporteat, tum in gaudio B communi major eſt epiſcopi portio. Eccleſiæ enim gloria [2] præpoſiti gloria eſt. Quantum dolemus ex illis quos tempeſtas inimica proſtravit, tantum lætamur ex vobis, quos diabolus ſuperare non potuit. Hortamur tamen per communem fidem, per pectoris noſtri veram circa vos & ſimplicem caritatem, ut qui adverſarium prima hac congreſſione viciſtis, gloriam veſtram forti & perſeveranti virtute teneatis. Adhuc in ſæculo ſumus, adhuc in acie conſtituti, [3] de vita noſtra cotidie dimicamus.

A Danda opera eſt ut poſt hæc initia ad incrementa quoque veniatur & conſummetur in vobis quod jam rudimentis felicibus eſſe cœpiſtis. Parum eſt adipiſci aliquid potuiſſe. Plus eſt quod adeptus es [4] poſſe ſervare; ſicut & fides ipſa & nativitas ſalutaris, non accepta, ſed cuſtodita, vivificat. Nec ſtatim conſecutio, ſed conſummatio, hominem Deo ſervat. Dominus hoc magiſterio ſuo docuit dicens: *Ecce ſanus factus es, jam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat*. Joan. 5. [5] Puta hoc illum & confeſſori ſuo dicere: Ecce confeſſor factus es, jam noli peccare, ne quid tibi B deterius fiat. Salomon denique & Saul & ceteri multi quamdiu in viis Domini ambulaverunt, datam ſibi gratiam tenere potuerunt. Recedente ab iis diſciplina dominica, receſſit & gratia. Perſeverandum nobis eſt in arto & in anguſto itinere laudis & gloriæ; & cum quies & humilitas & bonorum morum tranquillitas Chriſtianis omnibus congruat ſecundum Domini vocem, Iſa. 66. qui neminem alium reſpicit niſi humilem & quietum & trementem ſermones ſuos, tum magis hoc obſervare & [6] implere confeſſores

fores oportet, qui exemplum facti eſtis ceteris A
fratribus, ad quorum mores omnium vita &
actus debeat provocari. Nam ſicut Judæi a Deo
alienati ſunt, propter quos nomen Dei blaſphe-
matur in gentibus, ita contra Deo cari ſunt
per quorum diſciplinam nomen Domini lau-
dabili teſtimonio prædicatur, ſicut ſcriptum eſt
Matth. 5. Domino præmonente & dicente : *Luceat lumen
veſtrum coram hominibus, ut videant opera veſtra
bona, & clarificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.*
Philip. 2. Et Paulus Apoſtolus dicit : [7] *Lucete ſicut lumi-
naria in mundo.* Et Petrus ſimiliter hortatur :
1. Pet. 2. *Sicut hoſpites*, inquit, *& peregrini, abſtinete vos* B
*a carnalibus deſideriis, quæ militant adverſus ani-
mam, converſationem habentes inter gentiles bonam,
ut dum* [8] *detrectant de vobis quaſi de malignis,
bona opera veſtra aſpicientes magnificent Dominum.*
Quod quidem maxima pars veſtrum cum meo
gaudio curat, & confeſſionis ipſius honore me-
lior facta tranquillis & bonis moribus gloriam
ſuam cuſtodit & ſervat. Sed quoſdam audio in-
ficere numerum veſtrum & laudem præcipui no- C
minis prava ſua converſatione deſtruere : quos e-
tiam vos ipſi, utpote amatores & conſervatores
laudis veſtræ, objurgare & comprimere & emen-
dare debetis. Cum quanto enim nominis ve-
ſtri pudore delinquitur, quando [9] aliquis te-
mulentus & laſciviens [10] demoratur, alius in
eam patriam unde extorris factus eſt regredi-
tur, ut [11] apprehenſus non jam [11] quaſi chri-
ſtianus ſed quaſi nocens pereat? Inflari aliquos
Rom. 11. & tumere audio, cum ſcriptum ſit : *Noli al-
tum ſapere, ſed time. Si enim Dominus naturali-
bus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.* D
Dominus noſter ſicut ovis ad victimam ductus
eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe ſine vo-
Iſa. 53. ce ſic non aperuit os ſuum. *Non ſum*, inquit,
Iſa. 50. *contumax, neque contradico. Dorſum meum poſui
ad flagella & maxillas meas ad palmas. Faciem
autem meam non averti a fœditate ſputorum.* Et
quiſquam per ipſum nunc atque in ipſo vivens
extollere ſe audet & ſuperbire, immemor & fa-
ctorum quæ ille geſſit & mandatorum quæ no-
bis vel per ſe vel per apoſtolos ſuos tradidit?
Joan. 13. 15. Quod ſi non eſt major domino ſuo ſervus, qui
Dominum ſequuntur, humiles & quieti & ta-
citurni veſtigia ejus imitentur, quando quiſque
inferior fuerit ſublimior fiat, dicente Domino :
Luc. 9. *Qui minimus fuerit in vobis, hic erit magnus.*

A Quid deinde illud, quam vobis execrandum de-
bet videri, quod cum ſummo animi noſtri ge-
mitu & dolore cognovimus non deeſſe qui [12]
Dei templa & poſt confeſſionem ſanctificata &
illuſtrata membra turpi & infami concubitu ſuo
plus maculent, [14] cubilia ſua cum feminis [15]
promiſcua jungentes, quando etſi ſtuprum con-
ſcientiæ eorum deſit, hoc ipſo grande crimen
eſt quod illorum ſcandalo in aliorum ruinas
exempla naſcuntur. Contentiones quoque & æ-
mulationes inter vos nullas eſſe oportet, cum
pacem ſuam nobis dimiſerit Dominus, & ſcri-
B ptum ſit : *Diliges proximum tuum tamquam te.* *Gal. 5.*
Si autem mordetis & incuſatis invicem, videte ne *1. Cor. 6.*
conſumamini ab invicem. A conviciis etiam & ma-
ledictis quæſo vos abſtinete : quia neque male-
dici regnum Dei conſequuntur, & [16] lingua
quæ Chriſtum confeſſa eſt incolumis & pura
cum ſuo honore ſervanda eſt. Nam qui paci-
fica & bona & juſta ſecundum præceptum Chri-
ſti loquitur, Chriſtum cotidie confitetur. Sæ-
C culo renuntiaveramus cum baptizati ſumus.
Sed nunc vere renuntiavimus ſæculo quando
tentati & probati a Deo, noſtra omnia relin-
quentes, Dominum ſecuti ſumus, & fide ac
timore ejus ſtamus & vivimus. Corroboremus
nos exhortationibus mutuis, & magis ac magis
proficiamus in Domino; ut cum pro ſua mi-
ſericordia pacem fecerit, quam ſe facturum re-
promittit, novi & pæne mutati ad eccleſiam
revertamur, & excipiant nos, ſive fratres no-
ſtri, ſive gentiles, circa omnia correctos atque
in melius reformatos, & qui admirati fuerant
D prius in virtutibus gloriam, nunc admirentur
in moribus diſciplinam. [17] Et quamquam cle-
ro noſtro & nuper cum adhuc eſſetis in carce-
re conſtituti, ſed nunc quoque denuo pleniſ-
ſime ſcripſerim ut ſi quid vel ad veſtitum ve-
ſtrum vel ad victum neceſſarium fuerit ſugge-
ratur, tamen etiam ipſe de [18] ſumpticulis pro-
priis quos mecum ferebam miſi vobis CCL. ſed
& alia CCL. proxime miſeram. Victor quoque
ex lectore diaconus, qui mecum eſt, miſit vo-
bis CLXXV. Gaudeo autem quando cognoſco
plurimos fratres noſtros pro ſua dilectione cer-
tatim concurrere & neceſſitates veſtras ſuis con-
lationibus adjuvare. [19] Opto vos, fratres cariſ-
ſimi, ſemper bene valere & noſtri memi-
niſſe.

NOTÆ AD EPISTOLAM VI.

1 ROgatiano] Cenſuit Pamelius hunc Rogatianum fuiſſe diverſum ab eo cui inſcripta eſt epiſtola 81. quem editiones quædam & quidam libri veteres vocant juvenem, & ex illa epiſtola collegit Rogatianum, ad quem iſta data eſt, martyrio conſummatum fuiſſe eo tempore quo altera ſcripta eſt, quia ſanctus Cyprianus ait illum ceteris confeſſoribus hoſpitium præparaſſe in carcere, in quem conjectus erat cum Feliciſſimo, & nunc quoque eos antecedere. Iſta quidem videntur oſtendere Rogatianum fuiſſe martyrii candidatum. Sed non probant eum ſubiiſſe martyrium.

2 *Præpoſiti gloria*] Quidam libri veteres habent *honor*.

3 *De vita noſtra*] id eſt, quotidie ſumus in periculo vitæ noſtræ. Hic eſt verus & genuinus horum verborum ſenſus. Non poſſum igitur aſſentiri Rigaltio ſcribenti iſthic agi de vita æterna. Nihilo magis verum eſt hæc verba ex epiſtola 13. pag. 23. *vitæ ipſi omnium noſtrum convenit* habere eum ſenſum. In epiſtola 26. pag. 36. ſcriptum eſt *propter te interficimur tota die* pro eo quod in capite octavo epiſtolæ ad Romanos legitur *propter te mortificamur tota die*. Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum: *Nihil chriſtiano laborioſius, qui de vita quotidie periclitatur.* Idem in epiſtola ad Suniam & Fretelam, tractans de loco illo pſalmi 118. *anima mea in manibus meis ſemper*, ait iſtius loci hunc eſſe ſenſum : *Quotidie periclitor, & quaſi in manibus meis ſanguinem meum porto.* Cajus Cæſar apud Salluſtium in Catilina : *Libertas & anima noſtra in dubio eſt.*

4 *Poſſe ſervare*] Ovidius lib. 2. de arte amandi : *Non minor eſt virtus quam quærere parta tueri.* Julius Cæſar in oratione ad ſuos legatos & centuriones apud Dionem Caſſium lib. 38. ait iiſdem artibus & quæri bona & retineri. Et M. Antonius in oratione funebri in Cæſarem apud eumdem Dionem lib. 44. ſcribit difficilius eſſe conſervare res quam parare. Quod etiam ſenſiſſe Mæcenatem liquet ex oratione ejus ad Auguſtum in libro 52. ejuſdem Dionis. Apud T. Livium : *Vincere ſcis, Hannibal. Victoria uti neſcis.*

5 *Puta hoc illum*] Membrum hoc deerat in antiquis editionibus. Eraſmus reſtituit. Extat autem in multis codicibus antiquis. Deeſt in codice ſancti Arnulphi.

6 *Implere confeſſores*] Rigaltius ſcripſit *implere vos confeſſores*. Ego vero vocem *vos*, quæ neque in antiquis edi-

tionibus habetur neque in antiquis codicibus, ſuſtuli. Scio illam nihil officere ſententiæ Cypriani. Sed quia alibi non inveni quam in editione Rigaltiana, exiſtimavi eſſe tollendam. Id vero admoneo ne quis imputet mihi temeritatem.

7 *Lucete ſicut*] Vide annotationes Eraſmi in caput ſecundum epiſtolæ Pauli ad Philippenſes.

8 *Detrectant*] Ita nos repoſuimus ſecuti lectionem meliorum librorum & veterum editionum. Codex Foxenſis & editio Rigaltii habent *retractant*. Sed in lingua Latina aliud eſt retractare, aliud detrectare. T. Livius lib. 38. *Cæca eſt invidia, nec quidquam aliud ſcit quam detrectare virtutes*. In eumdem ſenſum Apulejus in libro primo floridorum: *In magna civitate hoc quoque genus invenitur qui meliores obtrectare malunt quam imitari*.

9 *Aliquis temulentus*] Antea legebatur *alius ab aquis temulentus*, id eſt a baptiſmo, ut interpretatur Rigaltius. Aliæ editiones, ut idem annotat, habent *quando alius aliquis* vel *quando unus aliquis*. Quæ poſtrema lectio exſtat in codice Thuano. Vetus codex ſancti Remigii Remenſis habet *apud aquas*. Corbejenſis, *apud aquas temulentus*. Turonenſis, *quando unus apud aquas*. Angli retinuerunt veterem editionem, nullam aliam auctoritatem afferentes pro lectione ſuppoſita a Rigaltio quam ipſius Rigaltii, cujus tamen refellunt lectionem. Reinhartus quoque revocavit veterem lectionem. Ego ſecutus ſum auctoritatem codicis Seguieriani, Metenſis, Beccenſis, Gratianopolitani, & Lamoniani.

10 *Demoratur*] Hæc lectio conſtans eſt in editionibus tam antiquis quam novis & in antiquis exemplaribus manuſcriptis. Et tamen Goulartius adnotat nonnullos ſcribere *denotatur*, & in margine libri ſui excuſi ſcripſit ita legere Bezam. Hanc quoque variam lectionem notavit Reinhartus in margine ſuæ editionis, ex Rigaltio nimirum, qui in obſervationibus ſuis ait quædam Cypriani exemplaria habere *denotatur*. Sed ego eam lectionem non inveni niſi in uno codice Vaticano citato in margine exemplaris mei editionis Manutianæ & in exemplari editionis Pamelianæ quod fuit Nicolai Fabri. Sic etiam in margine editionis Lugdunenſis anni 1550. ſcriptum reperi a quodam ſtudioſo. Exiſtimat autem Goulartius lectionem *demoratur*, ſi retineatur, poſſe idem ſignificare quod *moratur*, prima longa, id eſt inſanit, ſeu morionem agit. quod a Græcis ſumptum eſſe ait & a Svetonio uſurpatum in Nerone.

11 *Apprehenſus*] Repoſui vocem quæ mihi melius convenire viſa eſt cum ſtilo Cypriani. Quidam enim vetuſti codices & quædam editiones habent *ut deprehenſus*; alii, & ii quidem optimi, *unde apprehenſus*. Vide quæ notavi ad librum de lapſis.

12 *Quaſi Chriſtianus*] Apud Rufinum lib. 5. hiſt. eccleſ. cap. 8. refertur ex Apollonio Alexandrum ſocium Priſcæ prophetiſſæ, qui ſemetipſe martyrem dicebat, judicatum fuiſſe apud Æmilium Frontinum proconſulem Epheſi, *non propter nomen Chriſti, ſed propter quædam latrocinia*. Ante Cyprianum ſanctus Petrus dixerat in epiſtola ſua prima cap. 4. *Nec quiſquam veſtrum tamquam fur aut homicida patiatur, aut tamquam maleficus, aut curas alienas agens, ſed tamquam chriſtianus*.

13 *Dei templa*] Hieronymus in epiſtola ad Paulinum de inſtitutione monachi: *Verum Chriſti templum anima credentis eſt*.

14 *Cubilia cum feminis*] Rem tractat valde periculoſam, ut notat etiam Marbodus epiſcopus Redonenſis in epiſtola ad Robertum de Arbriſſello. Nam quia ille nimio continentiæ zelo inter duas puellas nocte cubare ferebatur, & eo modo conabatur accenſum carnis ardorem extinguere, novo & inaudito, ut ad eum ſcribit Goffridus abbas Vindocinenſis, ſed infructuoſo genere martyrii, addit Goffridus illud nullo modo poſſe eſſe utile neque fructuoſum quod contra rationem noſcitur eſſe præſumptum. Videtur autem Goffridus id quod dixit de novo martyrii genere mutuatus ex libro primo ſancti Ambroſii de virginibus cap. 2. ubi loquens de ſancta Agnete: *Novum martyrii genus*, inquit. *Nondum idonea pœnæ, & jam matura victoriæ, certare difficilis, facilis coronari &c.* Eleganter, ut ſolet, & prudenter Hieronymus in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ: *Quidam putant majoris eſſe virtutis præſentem contemnere voluptatem. Tamen ego arbitror ſecurioris continentiæ eſſe neſcire quod quæras*.

15 *Promiſcua*] Hæc lectio, quam omnes editiones habent, quam confirmant libri veteres, optima eſt. Attamen Rigaltius ei bonæ lectioni prætulit erroneam quæ extat in codice Thuano; in quo, omiſſa una litterula a librario, ſcriptum eſt *promiſca*. Erratum eſt igitur in editione Anglicana, ubi adnotatum eſt in codice Thuano ſcriptum eſſe *promiſcua*, cum contra Rigaltius in obſervationibus ſuis rationem reddiderit cur hanc lectionem rejecerit. Apud A. Gellium legitur *promiſca*, *impromiſca*, *impromiſce* in editione Henrici Stephani. Nicolaus Perottus pag. 752. 1785. adnotat veteres *promiſcam* pro *promiſcue* ſcripſiſſe. *Promiſce* legi apud Macrobium pro *promiſcue* in editione Henrici Stephani.

16 *Lingua quæ Chriſtum*] Idem Cyprianus in libro de exhortatione martyrii cap. 11. *producta & exſecta prius lingua quæ confeſſa Deum fuerat*. Plinius lib. 7. cap. 23. *Anaxarchus cum torqueretur, præciſam dentibus linguam unamque ſpem indicii in tyranni os exſpuit*. Eamdem hiſtoriam fuſius refert Valerius Maximus lib. 3. cap. 3. Vide Cujacium lib. 19. obſervat. cap. 6.

17 *Et quamquam clero*] Tametſi Rigaltius, qui primus hoc ſegmentum reperit in codice ſancti Remigii, illud cum ipſa epiſtola non ediderit, ſed retulerit inter obſervationes, tametſi Angli ſecuti ſint exemplum Rigaltii, ego illud attexui epiſtolæ, non dubitans quin ſit Cypriani, quamvis in uno tantum veteri libro repertum ſit. Reinhartus non attexuit epiſtolæ, ſed addidit in calce, admonens Rigaltium ediſſe ex codice Remenſi.

18 *Sumpticulis propriis*] vel *de quantitate propria*, ut in epiſtola 36. pag. 49. loquitur ipſe Cyprianus, id eſt ex bonis quæ erant Cæcilii Cypriani, quorum mentio eſt in epiſtola 69. ad Florentium. Non puto enim iſtud eſſe intelligendum de ea parte rédituum eccleſiæ quæ ad epiſcopum pertinebat, nondum inventa diviſione bonorum, quia eccleſia nondum habebat divitias atque opes. Ea tum ſuſtentabatur oblationibus fidelium, quæ gratuitæ erant & voluntariæ, non coactæ. Tertullianus in apologetico; *Modicam unuſquiſque ſtipem menſtrua die, vel cum velit, & ſi modo poſſit, apponit. Nam nemo compellitur, ſed ſponte confert. Hæc quaſi depoſita pietatis ſunt. Nam inde non epulis nec potaculis nec ingratis voratrinis diſpenſatur, ſed egenis alendis humandiſque*. Habuiſſe Cyprianum bona conſtat. De hortis ab eo venditis inter initia fidei ſuæ & Dei indulgentia reſtitutis teſtatur ipſe Cyprianus epiſt. 73. & Pontius diaconus in vita ejus.

19 *Opto vos*] Retinui editionem vulgatam, quæ bona eſt. Admoneo tamen editionem Spirenſem, veterem Venetam, eam quæ eſt Remboldi, Eraſmicam, & Morellianam præferre *Opto te frater*, & ita etiam ſcriptum eſſe in ſexdecim codicibus antiquis. Et hæc quoque lectio optima eſt. Tametſi enim epiſtola ſcripta ſit ad plures, præcipue tamen & nominatim ſcripta eſt ad Rogatianum perſonam illuſtrem. Et ideo Cyprianus finem ei imponens, clauſulam valedictoriam, ut ſolet, ad eum dirigere potuit.

EPISTOLA VII.

Ad clerum [1] de precando Deo.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus fratribus ſalutem. Quamquam ſciam, fratres cariſſimi, pro timore quem ſinguli debemus Deo vos quoque illic aſſiduis orationibus & enixis precibus inſtanter incumbere, admoneo tamen & ipſe [2] religioſam ſollicitudinem A veſtram ut ad placandum atque exorandum Dominum, non voce ſola, ſed & jejuniis & lacrimis & omni genere deprecationis ingemiſcamus. Intelligendum eſt enim & confitendum preſſuram iſtius tam turbidam vaſtitatem, quæ gregem noſtrum maxima ex parte populata

jata eſt & adhuc uſque populatur, ſecundum A
peccata noſtra veniſſe, dum [1] viam Domini
non tenemus, nec data nobis ad ſalutem cæ-
leſtia mandata ſervamus. Fecit Dominus no-
ſter voluntatem patris, & nos non facimus Do-
mini voluntatem, patrimonio & lucro ſtuden-
tes, ſuperbiam ſectantes, æmulationi & diſſen-
ſioni vacantes, ſimplicitatis & fidei negligen-
tes, ſæculo verbis ſolis & non factis renuntian-
tes, unuſquiſque ſibi placentes, & omnibus
diſplicentes. Vapulamus itaque ut meremur,
Luc. 12. cum ſcriptum ſit: *Servus autem ille qui cogno-* B
ſcit voluntatem domini ſui, & non paruerit volun-
tati ejus, vapulabit multis. Quas autem plagas,
quæ verbera non meremur, quando nec con-
feſſores, qui exemplo ceteris ad bonos mores
eſſe debuerant, teneant diſciplinam? Itaque
dum quoſdam inſolenter extollit confeſſionis
ſuæ tumida & inverecunda jactatio, tormenta
venerunt, & tormenta ſine fine tortoris, ſine
exitu damnationis, ſine ſolatio mortis, tormen-
ta quæ ad coronam non facile dimittant, ſed
tamdiu torqueant quamdiu dejiciant; niſi ſi ali-
quis divina dignatione ſubtractus inter ipſa cru- C
ciamenta profecerit, adeptus gloriam non ter-
mino ſupplicii, ſed velocitate moriendi. Hæc
patimur delicto & merito noſtro, ſicut præmo-
Pſal. 88. nuit divina cenſura dicens: *Si dereliquerint le-*
gem meam & in judiciis meis non ambulaverint,
ſi juſtificationes meas profanaverint & præcepta
mea non obſervaverint, viſitabo in virga facinora
eorum & in flagellis delicta eorum. Virgas igitur
& flagella ſentimus, qui Deo nec bonis factis
placemus, nec pro peccatis ſatisfacimus. Ro-
gemus de intimo corde & de tota mente miſe- D
ricordiam Dei, quia & ipſe addidit dicens:
Ibid. *Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis.*
Matth. 7. Petamus, & accipiemus; & ſi accipiendi mo-
Luc. 11. ra & tarditas fuerit, quoniam graviter offendi-
mus, pulſemus; quia & pulſanti aperietur, ſi
modo pulſent oſtium preces, gemitus, & la-
crimæ noſtræ, quibus inſiſtere & immorari o-
portet, etſi ſit unanimis oratio. Nam quod
magis ſuaſit & compulit ut has ad vos litteras
ſcriberem, ſcire debetis (ſicut Dominus oſten-
dere & revelare dignatus eſt) dictum eſſe in
viſione, *Petite, & impetratis*, tunc deinde præ- E
ceptum plebi aſſiſtenti ut pro quibuſdam per-
ſonis deſignatis ſibi peterent, in petendo au-
tem fuiſſe diſſonas voces & diſpares voluntates,
& vehementer hoc diſplicuiſſe illi qui dixerat,
Petite, & impetratis, quod plebis inæqualitas di-
ſcreparet, nec eſſet fratrum conſenſio una &
ſimplex & juncta concordia, cum ſcriptum ſit,
Pſal. 67. *Deus qui inhabitare facit unanimes in domo*, &
Act. 4. in actis apoſtolorum legamus, *Turba autem eo-*
Joan. 15. *rum qui crediderant anima ac mente una agebant*,
& Dominus ſua voce mandaverit dicens: *Hoc* F
eſt mandatum meum, ut diligatis invicem. Et ite-
Matt. 18. rum: *Dico autem vobis quoniam ſi duobus ex vo-*
bis convenerit in terra, de omni re quamcumque
petieritis continget vobis a patre meo qui in cælis
eſt. Quod ſi duo unanimes tantum poſſunt,
quid ſi unanimitas apud omnes eſſet? Quod ſi
ſecundum pacem quam nobis Dominus dedit
univerſis fratribus conveniret, jampridem de
divina miſericordia impetraſſemus quod peti-
mus, nec tamdiu in hoc ſalutis & fidei noſtræ
periculo fluctuaremus. Immo vero nec veniſ-

A ſent fratribus hæc mala, ſi in unum fraterni-
tas fuiſſet animata. Nam & illud oſtenſum eſt,
quod ſederet paterfamilias, ſedente ſibi ad dex-
teram juvene; qui juvenis anxius & cum qua-
dam indignatione ſubtriſtis, maxillam manu
tenens, mœſto vultu ſedebat. Alius vero in ſi-
niſtra parte conſiſtens rete portabat, quod ſe
mittere, ut circumſtantem populum caperet,
minabatur. Et cum miraretur quid hoc eſſet
ille qui vidit, dictum eſt ei juvenem qui ad
dexteram ſic ſederet contriſtari & dolere quod
B præcepta ſua non obſervarentur, illum vero in
ſiniſtra exſultare quod ſibi daretur occaſio ut a
patrefamilias poteſtatem ſumeret ſæviendi. Hoc
prius longe oſtenſum eſt quam tempeſtas va-
ſtitatis hujus [4] oriretur. Et vidimus impletum
quod fuerat oſtenſum, ut dum Domini præ-
cepta contemnimus, dum datæ legis mandata
ſalutaria non tenemus, facultatem nocendi ini-
micus acciperet, minus armatos & ad repu-
gnandum minus cautos jactu retis operiret. Ore-
mus inſtanter & aſſiduis precibus ingemiſca-
mus. Nam & hoc nobis non olim per viſio-
C nem, fratres cariſſimi, exprobratum ſciatis,
quod dormitemus in precibus, nec vigilanter
oremus. Et Deus utique, qui quem corripit *Prov. 30.*
diligit, quando corripit, ad hoc corripit ut
emendet, ad hoc emendat ut ſervet. Excutia-
mus itaque & abrumpamus ſomni vincula, &
inſtanter ac vigilanter oremus, ſicut Paulus a-
poſtolus præcipit dicens: *Inſtate orationi vigi-* *Coloſſ. 4.*
lantes in ea. Nam & apoſtoli orare diebus ac
noctibus non deſtiterunt, & Dominus quoque
ipſe diſciplinæ magiſter & exempli noſtri via
D frequenter & vigilanter oravit, ſicut in evan-
gelio legimus: *Exiit in montem orare, & fuit* *Luc. 6.*
pernoctans in oratione Dei. Et utique quod ora-
bat orabat ille pro nobis, cum peccator ipſe non
eſſet, ſed aliena peccata portaret. Adeo au-
tem pro nobis ille deprecabatur ut legamus
alio loco: *Dixit autem Dominus ad Petrum:* *Luc. 22.*
Ecce ſatanas poſtulavit ut vos vexaret quomodo
triticum. Ego autem rogavi pro te ne deficiat fi-
des tua. Quod ſi pro nobis ac pro delictis no-
ſtris ille & laborabat & vigilabat & precaba-
tur, quanto nos magis inſiſtere precibus & o-
E rare, & primo ipſum Dominum rogare, tum
deinde per ipſum Deo patri ſatisfacere debe-
mus? Habemus advocatum & deprecatorem pro
peccatis noſtris Jeſum Chriſtum Dominum &
Deum noſtrum, ſi modo nos in præteritum
peccaſſe pœniteat, & confitentes atque intelli-
gentes delicta noſtra, quibus nunc Dominum
offendimus, vel de cetero nos ambulare in viis
ejus & præcepta ejus metuere ſpondeamus. Pa-
ter nos corrigit & tuetur, ſtantes tamen in fi-
de & preſſuris atque anguſtiis, ſcilicet Chriſto
ejus firmiter adhærentes, ſicut ſcriptum eſt:
F *Quis nos ſeparabit a dilectione Chriſti, preſſura,* *Rom. 8.*
an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nudi-
tas, an periculum, an gladius? Nihil horum
poteſt ſeparare credentes, nihil poteſt avellere
corpori ejus & ſanguini cohærentes. Perſecu-
tio iſta examinatio eſt atque exploratio [5] pe-
ctoris noſtri. Excuti nos Deus voluit & proba-
ri, ſicut ſuos ſemper probavit; nec tamen in
probationibus ejus aliquando auxilium creden-
tibus defuit. Denique ad minimum famulum
ſuum & in delictis licet plurimis conſtitutum
& di-

Google

& dignatione ejus indignum, tamen ille pro A ſua circa nos bonitate mandare dignatus eſt. Dic illi, inquit, ſecurus ſit, quia pax ventura eſt, ſed quod interim morula eſt, ſuperſunt adhuc aliqui qui probentur. Sed & de victu parco & ſobrio potu divinis dignationibus admouemur; ſcilicet ne vigore cæleſti ſublime jam pectus illecebra ſæcularis enervet, vel ne largioribus epulis mens gravata minus ad preces orationis evigilet. Diſſimulare hæc ſingula & apud conſcientiam meam ſolus occultare non debui, quibus unuſquiſque noſtrum & inſtrui B & regi poſſit. [6] Nec ipſi denique apud vos hanc epiſtolam teneatis occultam, ſed legendam fratribus ſuggeratis. [7] Intercipere enim quibus nos Dominus admonere & inſtruere dignatur ejus eſt qui admoneri & inſtrui fratrem ſuum nolit. Probari nos a Domino noſtro ſciant, nec umquam a fide qua in eum ſemel credidimus præſentis preſſuræ conflictatione deficiant. Delicta ſua ſinguli recognoſcentes, vel modo converſationem veteris hominis exponant. Nemo enim retro attendens & ſuperponens manum ſuam ſuper aratrum aptus eſt regno C Dei. Denique & uxor Lot, quæ liberata contra præceptum retro reſpexit, quod evaſerat [8] perdidit. Attendamus non poſteriora, quo diabolus revocat, ſed priora, quo Chriſtus vocat. Oculos erigamus ad cælum, ne oblectamentis & illecebris nos ſuis terra decipiat. Unuſquiſque oret Deum, non pro ſe tantum, ſed pro omnibus fratribus, ſicut Dominus orare nos docuit; ubi non ſingulis privatam precem mandat, ſed oratione communi & concordi prece orantes pro omnibus juſſit orare. Si nos Dominus humiles & quietos, ſi nobis invicem copulatos, ſi circa iram ſuam timidos, ſi præſenti tribulatione correctos emendatoſque conſpexerit, tutos ab inimici infeſtationibus exhibebit. Præceſſit diſciplina, ſequetur & venia. Nos tantum ſine ceſſatione poſcendi & cum fide accipiendi ſimplices & unanimes Dominum deprecemur, cum gemitu pariter & fletu deprecantes, ſicut deprecari oportet eos qui ſint poſiti inter plangentium ruinas & timentium reliquias, inter numeroſam languentium ſtragem & exiguam ſtantium firmitatem. Rogemus pacem maturius reddi, cito latebris noſtris & periculis ſubveniri, impleri quæ famulis ſuis Dominus dignatur oſtendere, redintegrationem eccleſiæ, ſecuritatem ſalutis noſtræ, poſt pluvias ſerenitatem, poſt tenebras lucem, poſt procellas & turbines placidam lenitatem, pia paternæ dilectionis auxilia, divinæ majeſtatis ſolita magnalia, quibus & perſequentium blaſphemia retundatur, & lapſorum pœnitentia reformetur, & fortis & ſtabilis perſeverantium fiducia glorietur. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere & noſtri meminiſſe. Fraternitatem meo nomine ſalutate, & ut noſtri meminerint admonete. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM VII.

1 De *precando Deo*] Miror Rigaltium, qui ſciebat ſanctum Auguſtinum lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 2. ea verba referre tamquam Cypriani. ſciebat præterea ea haberi in quibuſdam antiquis editionibus, miror inquam eum illa omiſiſſe in ſua. Illa etiam omiſerunt Angli. Nos reſtituimus propter auctoritatem Auguſtini & plurimorum veterum librorum.

2 *Relig. ſollic.*] Hæc eſt lectio omnium veterum librorum & editionum. In Rigaltiana tamen ſcriptum eſt *religionem veſtram*. Angli repoſuerunt veterem lectionem.

3 *Viam Domini non tenemus*] Citat hunc quoque locum ſanctus Auguſtinus in libro pauloante laudato cap. 3.

4 *Oriretur*] In uno codice regio legitur, *vaſtitatis hujus accederet & impetus malitiæ noſtræ erga nos ingrueret*. Sed alii codices repugnant & omnes editiones. In vetuſtiſſimo codice Remigiano ſcriptum eſt, *tempeſtas vaſtationis hujus oriretur*. In Lamoniano, *tempeſtas vaſtis hujus operaretur*.

5 *Pectoris noſtri*] Duæ ſunt hujus loci lectiones in antiquis codicibus. Eam quam nos retinemus invenimus in octo codicibus. Aliam, quæ habet *peccati noſtri*, exhibent omnes editiones quæ Pamelianam anteceſſerunt, eam vero præferunt etiam undecim libri veteres; eaque adjuvari poteſt ex eo quod in initio libri Job reperitur: *ut quæras iniquitatem meam & peccatum meum ſcruteris*. Noſtram vero confirmant plurima ſacræ ſcripturæ loca in quibus Deus vocatur ſcrutator cordis & renis, ut etiam adnotatur in calce epiſtolæ octavæ. In codice Flori ſcriptum erat *peccati noſtri*.

6 *Nec ipſi denique*] Quamquam prior lectio, quæ habet *utique*, bona ſit, eam prætuli quæ nititur auctoritate omnium fere veterum exemplarium.

7 *Intercipere*] id eſt ſupprimere, modo loquendi multum remoto a vera ſignificatione hujus vocabuli. Et tamen Tacitus in vita Agricolæ videtur eo vocabulo uſus eſſe in eodem ſenſu quo Cyprianus. Ait enim: *Nec Agricola umquam per alios geſta avidus intercepit, ſed centurio ſeu præfectus incorruptum facti teſtem habebat*. Item Seneca lib. 3. de beneficiis cap. 17. *Urit illum & angit intercepti beneficii conſcientia*. Q. Curtius lib. 9. *Alieno enim ſanguine partam gloriam intercipi*. Arnobius lib. 3. *Nam intercipere ſcripta & publicatam velle ſubmergere lectionem non eſt deos defendere, ſed veritatis teſtificationem timere*. Caſſianus lib. 9. cap. 11. *intercipiens efficaciam orationum*. & collat. 1. cap. 11. *Caritas nullo intercipiatur tempore*.

8 *Perdidit*] Ita veteres editiones & omnes fere libri veteres. In uno tamen meo ſcriptum eſt *incidit*. Quod videtur eſſe melius. In vetuſtiſſimo Remigiano *percidit*.

EPISTOLA VIII.

Ad martyres & confeſſores.

Cyprianus martyribus & confeſſoribus D in Chriſto Domino noſtro & in Deo patre perpetuam ſalutem. Exſulto lætus & gratulor, fortiſſimi ac beatiſſimi fratres, cognita fide ac virtute veſtra, in quibus mater [1] eccleſia gloriatur. Gloriata eſt & nuper quidem cum confeſſione perſtante ſuſcepta pœna eſt quæ confeſſores Chriſti fecit extorres. Confeſſio tamen præſens quanto in paſſione fortior, tanto clarior & major in honore eſt. Crevit pugna, crevit & pugnantium gloria. Nec retardati eſtis ab acie tormentorum metu, ſed ipſis tormentis magis ac magis eſtis ad aciem provocati, fortes & ſtabiles ad maximi certaminis prœlium prompta [2] devotione rediſtis. Ex quibus quoſdam jam comperi coronatos, quoſdam

A dam vero ad coronam victoriæ jam jamque proximos, univerſos autem quos agmine glorioſo carcer incluſit pari ac ſimili calore virtutis ad gerendum certamen animatos, ſicut eſſe oportet in divinis caſtris milites Chriſti, ut incorruptam fidei firmitatem non blanditiæ decipiant, non minæ terreant, non cruciatus ac tormenta devincant, quia major eſt qui in nobis eſt quam qui eſt iu hoc mundo, nec plus ad dejiciendum poteſt terrena pœna quam ad

1. Joan. 4. erigendum tutela divina. Probata res eſt certamine fratrum glorioſo, qui ad tormenta vincenda ceteris duces facti, B exemplum virtutis ac fidei præbuerunt, congreſſi in acie donec acies ſuccumberet victa. Quibus ego vos laudibus prædicem, fortiſſimi fratres? Robur pectoris veſtri & perſeverantiam fidei quo præconio vocis exornem? Toleraſtis uſque ad conſummationem gloriæ duriſſimam quæſtionem, nec ceſſiſtis ſuppliciis, ſed vobis potius ſupplicia ceſſerunt. Finem doloribus, quem tormenta non dabant, coronæ dederunt. [3] Quæſtio gravior ad hoc diu perſeveravit, non ut ſtantem fidem dejiceret, C ſed ut homines Dei ad Dominum velocius mitteret. Vidit admirans præſentium multitudo cæleſte certamen, certamen Dei, certamen ſpiritale, prœlium Chriſti, ſtetiſſe ſervos ejus voce libera, mente incorrupta, virtute divina, telis quidem ſæcularibus nudos, ſed armis fidei [4] credentes armatos. Steterunt [5] torti torquentibus fortiores, & pulſantes ac laniantes ungulas pulſata ac laniata membra vicerunt. Inexpugnabilem fidem ſuperare non potuit ſæviens diu plaga repetita, quamvis rupta compage viſcerum torquerentur D in ſervis Dei [6] jam non membra, ſed vulnera. Fluebat ſanguis qui incendium perſecutionis extingueret, qui flammas & ignes gehennæ glorioſo cruore ſopiret. O quale illud fuit [7] ſpectaculum Domino, quam ſublime, quam magnum, quam Dei oculis ſacramento ac devotione militis ejus acceptum, ſicut ſcriptum eſt in pſalmis ſpiritu ſancto loquente ad nos pariter & monente: *Pretioſa eſt in conſpectu Do-*

Pſ. 115. *mini mors juſtorum ejus*. Pretioſa mors hæc eſt quæ emit immortalitatem pretio ſui ſanguinis, E quæ accepit coronam de conſummatione virtutis. [8] Quam lætus illic Chriſtus fuit, quam libens in talibus ſervis ſuis & pugnavit & vicit protector fidei, & dans credentibus tantum quantum ſe credit capere qui ſumit. Certamini ſuo adſuit, prœliatores atque aſſertores ſui nominis erexit, corroboravit, animavit. Et qui pro nobis mortem ſemel vicit, ſemper vincit in no-

Matt. 10. bis. *Cum vos*, inquit, *tradiderint*, *nolite cogitare quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis*. F Documentum rei præſens prœlium præbuit. Vox plena ſpiritu ſancto de martyris ore prorupit, cum [9] Mappalicus beatiſſimus inter cruciatus ſuos Proconſuli diceret: *Videbis cras agonem*. Et quod ille cum virtutis ac fidei teſtimonio dixit Dominus implevit. Agon cæleſtis exhibitus, & Dei ſervus in agonis promiſſi certamine coronatus eſt. Hic eſt agon quem prophe-

Iſa. 7. ta Eſaias ante [10] prædixit dicens: *Non puſillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præſtat agonem*. Et ut oſtenderet quis hic agon fu-

A turus eſſet, addidit dicens: *Ecce virgo in ute-* *Matt. 1.*
rum [11] *accipiet & pariet filium, & vocabitis nomen ejus Emmanuel.* Hic eſt agon fidei noſtræ qua congredimur, qua vincimus, qua coronamur. Hic eſt agon quem nobis oſtendit beatus Paulus apoſtolus, in quo oportet nos currere & ad [12] coronam gloriæ pervenire. *Neſci-* *1. Cor. 9.*
tis, inquit, *quia qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, unus tamen accipit palmam. Sic currite ut* [13] *occupetis. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.* Item B ſuum certamen oſtendens, & hoſtiam ſe Domini cito futurum eſſe promittens, ait: *Ego* *2. Tim. 4.*
jam libor, & tempus inſtat aſſumptionis meæ. Bonum agonem certavi, curſum perfeci, fidem ſervavi. Jam ſupereſt mihi corona juſtitiæ, quam mihi reddet Dominus in illa die, ille juſtus judex, non ſolum autem mihi, ſed & omnibus qui diligunt adventum ejus. Hunc igitur agonem per prophetas ante prædictum, per Dominum commiſſum, per apoſtolos geſtum Mappalicus ſuo & collegarum ſuorum nomine Proconſuli repromiſit. Nec fefellit in promiſſo ſuo vox fi- C delis. Pugnam quam ſpopondit exibuit, & palmam quam meruit accepit. Iſtum nunc beatiſſimum martyrem & alios participes [14] ejuſdem congreſſionis, milites & comites in fide ſtabiles, in dolore patientes, in quæſtione victores ut ceteri quoque ſectemini & opto pariter & exhortor; ut quos vinculum confeſſionis & hoſpitium carceris ſimul junxit jungat etiam conſummatio virtutis & corona cæleſtis, ut lacrimas matris eccleſiæ, quæ plangit ruinas & funera plurimorum, vos veſtra lætitia tergeatis, D & ceterorum quoque ſtantium firmitatem veſtri exempli provocatione ſolidetis. Si vos acies vocaverit, ſi certaminis veſtri dies venerit, militate fortiter, dimicate conſtanter, ſcientes vos ſub oculis præſentis Domini dimicare, confeſſione nominis ejus ad ipſius gloriam pervenire; qui non ſic eſt ut ſervos ſuos tantum ſpectet, ſed & ipſe luctatur in nobis, ipſe congreditur, ipſe in certamine agonis noſtri & coronat pariter & coronatur. Quod ſi ante diem certaminis veſtri de indulgentia Domini pax ſupervenerit, vobis tamen maneat [15] E voluntas integra & conſcientia glorioſa. Nec contriſtetur aliquis ex vobis quaſi illis minor ſit qui ante vos tormenta perpeſſi victo & calcato ſæculo ad Dominum glorioſo itinere venerunt. Dominus ſcrutator eſt renis & cordis, arcana perſpicit, & intuetur occulta. Ad coronam de eo promerendam ſufficit ipſius teſtimonium ſolum qui judicaturus eſt. Ergo utraque res, [17] fratres cariſſimi, ſublimis pariter & illuſtris. Illa ſecurior, ad Dominum victoriæ conſummatione properare; hæc lætior, [18] ac- F cepto poſt gloriam commeatu in eccleſiæ laude florere. O beatam Eccleſiam noſtram, quam ſic honor divinæ dignationis illuminat, quam temporibus noſtris glorioſus martyrum ſanguis illuſtrat. Erat ante in operibus fratrum candida. Nunc facta eſt in martyrum cruore purpurea. Floribus ejus nec lilia nec roſæ deſunt. Certent nunc ſinguli ad utriuſque honoris ampliſſimam dignitatem. Accipiant coronas vel de opere candidas, vel de paſſione purpureas. In cæleſtibus caſtris & [19] pax & acies habent flores ſuos, quibus miles Chri-

ſti ob

ſti ob gloriam coronetur. [20] Opto vos, for- A tiſſimi ac beatiſſimi fratres, ſemper in Domino bene valere & noſtri meminiſſe. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM VIII.

1 *Eccleſia gloriatur*] In codice ſancti Arnulphi Metenſis legitur *eccleſia gratulatur*. *Et nuper quidem*. In Carnotenſi *gratulatur vel gloriatur*. *Et nuper*.

2 *Devotione rediſtis*] Iidem codices habent *prodiſtis*.

3 *Quæſtio*] Revocavi hanc lectionem, quam & libri veteres & editiones antiquæ præferunt. In editione Manutiana ſcriptum eſt *laniena*. Pamelius ita quoque poſuit. Sed noſtra lectio, quæ nititur auctoritate, recte congruit cum his quæ paulo ante dicta ſunt: *Toleraſtis duriſſimam quæſtionem*, & infra *in quæſtione victores*. Angli protulerunt quaſdam varias lectiones quæ probare poſſunt aliam lectionem poſſe eſſe bonam.

4 *Credentes*] Hanc lectionem præferunt veteres libri & editiones, niſi quod interdum vidi ſcriptum *credentis*. In libro tamen Divionenſi & in recentiore Remigiano legitur *conſtanter*. Quod mihi videtur eſſe melius. Sed mutare non ſum auſus propter repugnantiam aliorum exemplarium.

5 *Torti fortiores*] Sulpitius Severus in epiſtola ad Euſebium: *Sed his tolerandis atque vincendis præcipuam ſemper juſtorum fuiſſe virtutem, dum per omnia tentamenta patientes, ſemper invicti, tanto fortius vincerent quanto gravius pertuliſſent*. Apud Rufinum lib. 5. cap. 1. in hiſtoria martyrum Lugdunenſium: *Ex ipſa quippe ſanctorum patientia ſævior eis contentionis rabies accendebatur, & velut pudore quodam fatigabantur, quia major ineſſet cruciatis quam cruciantibus virtus*.

6 *Jam non membra*] Sic ſupra in epiſtola ad Donatum pag. 5. *jam non membra, ſed vulnera*. Ammianus Marcellinus lib. 29. enarrans lanienam exercitam in Diogenem quemdam ut verba placentia principi loqueretur, ait illum, *cum pœnis non ſufficerent membra*, vivum combuſtum. Idem lib. 14. loquens de Euſebio quodam miſere cruciato ait illum ita eviſceratum *ut cruciatibus membra deeſſent*. Sanctus Ambroſius in libro primo de virginibus, loquens de martyrio ſanctæ Agnetis: *Fuitne in illo corpuſculo vulneri locus?* T. Livius lib. 4. *quid jam integri eſſe in corpore loci ad nova vulnera recipienda*. Juſtinus lib. 2. *velut a ſingulis membris pœnæ exigerentur*. Eleganter varia illa tormentorum & cruciatuum genera deſcribuntur in libro primo Silii Italici.

> *Non ignes, candenſque calybs, non verbera paſſim*
> *Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus,*
> *Carnificeſve manus, penituſque infuſa medullis*
> *Peſtis. & in medio lucentes vulnere flammæ*
> *Ceſſavere.*

7 *Spectaculum Domino*] Codices ſancti Arnulphi & Carnotenſis habent *Domini*.

8 *Quam latus illic*] Iidem codices præferunt *in illis*.

9 *Mappalicus*] Kalendarium Carthaginenſe editum a Mabillonio: *XIII. Kalend. Majas martyris Mappalici*. At in martyrologio monaſterii Einſidlenſis edito ab eodem Mabillonio eſt xv. Kal. Maii, uti etiam in antiquis martyrologiorum ſcriptoribus. Sanctum Cyprianum fuiſſe ſepultum in loco qui Mappalia vocatur ſcribit Victor Vitenſis lib. 1. cap. 5.

10 *Prædixit*] Veteres editiones Manutiana antiquiores & quædam vetera exemplaria præferunt *promiſit*.

11 *Accipiet*] In quibuſdam codicibus antiquis ſcriptum eſt *concipiet*. Sic etiam editiones quæ præceſſerunt Eraſmicam.

12 *Coronam gloriæ*] Ex epiſtola prima beati Petri, *percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam*. Hic Cypriani locus varie legitur in antiquis codicibus. Quidam enim habent *coronam gloriæ*, alii *gloriam coronæ*. Hanc diſcrepantiam invexit audacia librariorum. Bonam lectionem habebat etiam liber Flori. Apud Caſſianum lib. 6. cap. 3. lego *corona gloriam*. Pro quo fortaſſis reponendum eſſet *coronam gloriæ*.

13 *Ut occupetis*] Poſtea ſequebatur in quibuſdam vetuſtis codicibus & editionibus: *Omnis autem qui agonizat in omnibus continens eſt*. Sed cum ſegmentum illud non inveniatur in multis codicibus, deſit autem in editionibus Manutii & Morellii, cum videam hunc ipſum Pauli locum deſcriptum in libro tertio teſtimoniorum cap. 26. abſque illo ſegmento, rurſum non haberi in epiſtola ad Fortunatum de exhortatione martyrii in optimis & vetuſtiſſimis exemplaribus, expunxi ubique, quia exiſtimo additum fuiſſe a quodam ſtudioſo ex epiſtola Pauli, ubi exſtat. Sic in pluribus Cypriani locis addita ſunt ſegmenta ex libris ſacræ ſcripturæ quæ omiſſa putabant ii qui illa addiderunt. Vide annotationes Eraſmi in hunc Pauli locum.

14 *Ejuſdem congreſſionis*] Codex ſancti Arnulphi habet *conſenſionis*, Carnotenſis *conſenſionis vel congreſſionis*.

15 *Voluntas integra*] Hieronymus lib. 2. adverſus Jovinianum: *In martyre enim voluntas, ex qua ipſa mors naſcitur, coronatur*. Vide notas ad epiſtolam 52. in verbo *paſſus eſt*.

16 *Ad cor. de eo*] Iidem codices habent *ad coronam Dei*. Sic etiam quædam editiones.

17 *Fratres cariſſimi*] Codex ſancti Arnulphi, *fratres mei dilectiſſimi*.

18 *Accepto commeatu*] Id eſt indulgentia permanendi in hac vita, uti recte explicat Rigaltius in librum Tertulliani de fuga in perſecutione.

19 *Pax & acies*] In libro de zelo & livore pag. 260. *Habet & pax coronas ſuas*. Et in libro de opere & eleemoſynis pag. 246. *In pace vincentibus coronam candidam pro operibus dabit, in perſecutione purpuream pro paſſione geminabit*. In libro de exhortatione martyrii ad Fortunatum pag. 274. *In perſecutione militia, in pace conſcientia coronabitur*. Hieronymus in epiſtola ad Furiam de viduitate ſervanda & in epiſtola ad Heliodorum de laude vitæ ſolitariæ: *Virginum lilia & martyrum roſas*. Idem in vita Malchi monachi: *Habet & ſervata pudicitia martyrium ſuum*. Sanctus Ambroſius in epiſtola ad Simplicianum: *Sunt nobis quædam & in pace prælia & in bello pax*.

20 *Opto vos*] Hæc deſunt in libro Carnotenſi.

---

1 EPISTOLA IX.

Ad clerum de quibuſdam presbyteris qui temere pacem lapſis dederunt, necdum ſedata perſecutione, & citra conſcientiam epiſcoporum.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus fratribus ſalutem. Diu [2] patientiam meam tenui, fratres cariſſimi, quaſi verecundum ſilentium noſtrum proficeret ad quietem. Sed cum quorumdam immoderata & abrupta præſumptio temeritate ſua & honorem martyrum & confeſſorum pudorem & plebis univerſæ tranquillitatem turbare conetur, tacere ultra non oportet, ne ad periculum & plebis pariter & B noſtrum taciturnitas nimia procedat. Quod enim non periculum metuere debemus de offenſa Domini quando [3] aliqui de presbyteris nec evangelii nec loci ſui memores, ſed neque futurum Domini judicium neque nunc ſibi præpoſitum epiſcopum cogitantes, quod numquam omnino ſub [4] anteceſſoribus factum eſt, cum contumelia & contemptu præpoſiti totum ſibi vindicent? Atque utinam non [5] proſtrata fratrum

trum noſtrorum ſalute ſibi omnia vindicarent? A Contumeliam epiſcopatus noſtri diſſimulare & ferre poſſem, ſicut diſſimulavi ſemper & pertuli. Sed diſſimulandi nunc locus non eſt, quando decipitur fraternitas noſtra a quibuſdam veſtrum; qui dum ſine ratione reſtituendæ ſalutis plauſibiles eſſe cupiunt, magis lapſis obſunt. Summum enim delictum eſſe quod perſecutio committi coegit ſciunt ipſi etiam qui commiſerunt, cum dixerit Dominus & judex
Matt. 10. noſter: *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego illum confitebor coram patre meo qui in cæ-* B
Marc. 3. *lis eſt. Qui autem me negaverit, & ego illum negabo.* Et iterum dixerit: *Omnia peccata remittentur filiis hominum & blaſphemiæ. Qui autem blaſphemaverit in ſpiritum ſanctum, non habebit remiſſam,* [6] *ſed reus eſt æterni peccati.* Item
1. Cor. 10. beatus apoſtolus dixerit: *Non poteſtis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ Domini communicare & menſæ dæmoniorum.* Hæc qui ſubtrahit fratribus noſtris, decipit [7] miſeros; ut qui poſſunt, [8] agentes pœnitentiam veram, Deoque patri & miſericordi precibus & operibus ſuis ſatisfacere, ſeducantur ut C magis pereant, & qui erigere ſe poſſent, plus cadant. Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam juſto tempore, & ſecundum diſciplinæ ordinem ad exomologeſin veniant, & per manus impoſitionem epiſcopi & cleri jus communicationis accipiant, nunc crudo tempore, perſecutione adhuc perſeverante, nondum reſtituta eccleſiæ ipſius pace, ad communicationem admittuntur, & [9] offertur nomen eorum, & nondum pœnitentia acta, nondum exomologeſi facta, nondum manu eis ab epiſcopo & clero impoſita, euchariſtia illis D
1. Cor. 11. datur, cum ſcriptum ſit: *Qui ederit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini.* Sed nunc illi rei non ſunt qui minus ſcripturæ legem tenent. Erunt autem rei qui præſunt & hæc fratribus non ſuggerunt ut inſtructi a præpoſitis faciant omnia

A cum Dei timore & cum data ab eo & præſcripta obſervatione. Exponunt deinde invidiæ beatos martyres, & glorioſos ſervos Dei cum Dei ſacerdote committunt, ut, cum illi [10] memores loci noſtri ad me litteras direxerint & petierint tunc deſideria ſua examinari & pacem dari quando ipſa ante mater noſtra eccleſia pacem de miſericordia Domini prior ſumpſerit, & nos divina protectio reduces ad eccleſiam ſuam fecerit, hi ſublato honore quem nobis beati martyres cum confeſſoribus ſervant, contempta [11] Domini lege & obſervatione quam
B iidem martyres & confeſſores tenendam mandant, ante extinctum perſecutionis metum, ante reditum noſtrum, ante ipſum pæne martyrum exceſſum, communicent cum lapſis & offerant, & euchariſtiam tradant, quando etiamſi martyres per calorem gloriæ ſcripturam minus contemplantes plus aliquid cuperent, a presbyteris & diaconis ſuggerentibus admoneri deberent, ſicut ſemper in præteritum factum eſt. Caſtigare nos itaque divina cenſura nec noctibus deſinit nec diebus. Præter nocturnas e-
C nim viſiones, per dies quoque impletur apud nos ſpiritu ſancto puerorum innocens ætas, quæ in ecſtaſi videt oculis & audit & loquitur ea quibus nos Dominus monere & inſtruere dignatur. Et audietis omnia quando ad vos reducem me Dominus fecerit, qui ut ſecederem juſſit. Interim temerarii & incauti & tumidi quidam inter vos, qui hominem non cogitant, vel Deum timeant, ſcientes quoniam ſi ultra in iiſdem perſeveraverint, utar ea [12] admonitione qua me uti Dominus jubet, ut interim prohibeantur offerre, acturi & apud nos & apud confeſ-
D ſores ipſos & apud plebem univerſam cauſam ſuam cum Domino permittente in ſinum matris eccleſiæ recolligi cœperimus. De hoc ad martyres & confeſſores & ad plebem litteras feci, quas utraſque vobis legi mandavi. Opto vos, fratres cariſſimi ac deſiderantiſſimi, in Domino ſemper bene valere & noſtri meminiſſe. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM IX.

1 INſcriptio iſtius epiſtolæ, cujuſmodi iſtic ponitur, deſcripta eſt ex codice noſtro Foſſatenſi, ex vetere Victorino, ex Michaelino, & ex editione Spirenſi, tum etiam ex vetere Veneta. Peſſimum illius ſummarium poſuerunt Angli in margine.

2 *Patientiam tenui*] Arcadius & Honorius Imperatores l. 14. Cod. Theodoſ. de deſertoribus, *ut in his patientiam tenemus*.

3 *Aliqui de presbyteris*] Angli putant hic agi de quinque presbyteris ſeditioſis; de quibus videndæ notæ noſtræ ad epiſtolam 38.

4 *Anteceſſor. noſtris*] Infra epiſt. 70. ad epiſcopos Numidas: *Sententiam noſtram non novam promimus, ſed jampridem ab anteceſſoribus noſtris ſtatutum*. Non agitur iſtic de epiſcopis Carthaginenſibus anteceſſoribus Cypriani, ſed in univerſum de epiſcopis qui eccleſiam Africanam gubernaverunt ante Cyprianum, de ſeptuaginta nimirum epiſcopis quos interfuiſſe concilio habito ſub Agrippino docet ſanctus Auguſtinus in libro de unico baptiſmo contra Petilianum & lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 12.

5 *Proſtrata ſalute*] Ita omnia fere vetera exemplaria & editiones omnes ante Manutianam, in qua ſcriptum eſt *contra fratrum noſtrorum ſalutem*. Sed hanc lectionem ego non reperi niſi in duobus antiquis. Reinharius maluit veterem lectionem. Eam porro adjuvant hæc verba in epiſtola 11. pag. 21. *perſecutionis infeſtatione proſtrati*, & epiſtola 37. pag. 50. *perſecutionis tempeſtate proſtrati*. Optatus Milevitanus lib. 1. *Perſecutio nonnullos funeſtam proſtravit in mortem*. Lambinus putat apud Ciceronem in Catilinaria ſecunda legi debere: *Jacet ille nunc proſtratuſque eſt*. Et mox ait: *Plus enim eſt proſtratum eſſe quam jacere*. Quæ ſententia Lambini convenit cum his verbis Cypriani ex epiſtola 40. pag. 54. *Nemo jacentes proſternat & deprimat*.

6 *Sed reus eſt*] Pro his in vetuſtiore libro Remigiano ſcriptum eſt, *neque hic neque in venturo*. quod ſumptum eſt ex capite 12. evangelii ſecundum Matthæum. Hieronymus in epiſtola ad Marcellam de blaſphemia in ſpiritum ſanctum: *Probet itaque Novatianus aliquem de his qui ſacrificare compulſi ſunt ante tribunal judicis reſpondiſſe omnia quæ in evangelio ſcripta ſunt non a filio Dei ſed a Beelzebud principe dæmoniorum eſſe profecta, & tunc poterit approbare irremiſſibilem in ſpiritum ſanctum eſſe blaſphemiam.*

7 *Miſeros*] Codex Fuxenſis, *innocentes*. Id quod dicturus ſum non pertinet ad explicationem loci iſtius Cyprianici. Dicam tamen propter hanc vocem, qua ſignificantur etiam miſeri apud Ammianum Marcellinum. Scribit ille in libro 28. Valentinianum, hominem propalam ferocem, inter imperandi exordium duos homines minime malos, Dioclem videlicet ex Comite largitionum Illyrici, & Diodorum ex agente in rebus, juſſiſſe occidi. *Quorum memoriam*, inquit Marcellinus, *apud Mediolanum colentes nunc quoque chriſtiani, locum ubi ſepulti ſunt ad innocentes appellant*. Et mox eos ut martyres ait cultos fuiſſe a chriſtianis.

8 *Agentes pœnitentiam*] Multum variant in hoc loco vetera exemplaria. Ego amplexus ſum lectionem quæ

mihi viſa eſt melior. Illud interim admoneo, pro eo quod iſtic ſcriptum eſt *miſericordi* veteres editiones ante Manutianam præferre *ad miſericordiam*. Quam lectionem reperi etiam in codice Foſſatenſi, in Compendienſi vetere, & in recentiore Remigiano. Vetus Victorinus habet utramque lectionem. Etenim cum in illo ſcriptum primo fuiſſet *miſericordi*, additum eſt ſupra lineam *vel ad miſericordiam*.

9 *Offertur nomen eor.*] Hanc lectionem, quæ eſt vulgata, habent quinque libri veteres. In duobus aliis legitur *offeruntur nomina eorum*, In Fuxenſi *pro nomine eorum*. Alii quatuor & editio Manutii, *offertur nomine eorum*. Inſignis eſt locus Tertulliani in libro de monogamia, ubi agens de muliere juncta viro, quem repudiare non poteſt, ait: *Enimvero & pro anima ejus orat, & refrigerium interim adpoſtulat ei, & in prima reſurrectione conſortium, & offert annuis diebus dormitionis ejus*. Vide ſcholia Jacobi Billii ad orationem Gregorii Nazianzeni in laudem Cæſarii fratris & diſſertationem quintam Cyprianicam Henrici Dodvvelli. Vide etiam Capitularium to. 2. pag. 1129.

10 *Memores loci*] Ita codex Fuxenſis & editio Manutiana. Superiores editiones & plures libri veteres in editione Anglicana laudati habent *legis noſtræ*. Atque hanc lectionem magis probat Gronovius in cap. 14. obſervationum ſuarum in ſcriptoribus eccleſiaſticis, & ait Cyprianum hic intelligere evangelicam legem, a qua arceſſit diſciplinam eccleſiaſticam; & ut oſtendat opinionem ſuam eſſe bonam, affert hunc locum ex epiſtola ſequenti, in qua ſic legitur, *illi contra evangelicam legem*, & mox alia quædam loca ſimilia ex quibuſdam aliis epiſtolis.

11 *Domini lege*] In libro Beccenſi ſcriptum eſt *contempta dominicæ legis obſervatione*.

12 *Admonitione*] id eſt ſuſpentionis cenſura, ut interpretatur Baronius hunc Cypriani locum referens.

[1]EPISTOLA X.

Ad martyres & confeſſores qui lapſis petierunt pacem dari.

CYPRIANUS martyribus & confeſſoribus A cariſſimis fratribus ſalutem. Sollicitudo loci noſtri & timor Domini compellit, fortiſſimi ac beatiſſimi [2] fratres, admonere vos litteris noſtris ut a quibus tam devote & fortiter ſervatur fides Domini, ab iiſdem lex quoque & diſciplina Domini reſervetur. Nam cum omnes milites Chriſti cuſtodire oporteat præcepta imperatoris ſui, tum vos magis præceptis ejus obtemperare plus convenit, qui exemplum ceteris facti eſtis & virtutis & timoris Dei. Et credideram quidem presbyteros & diaconos qui illic B præſentes ſunt monere vos & inſtruere pleniſſime circa evangelii legem, ſicut in præteritum ſemper ſub anteceſſoribus noſtris factum eſt, ut diaconi ad carcerem commeantes martyrum deſideria conſiliis ſuis & ſcripturarum præceptis gubernarent. Sed nunc cum maximo animi dolore cognoſco non tantum illic vobis non ſuggeri divina præcepta, ſed adhuc potius impediri, ut ea quæ a vobis ipſis & circa Deum C caute & circa ſacerdotem Dei honorifice fiunt a quibuſdam presbyteris reſolvantur, qui nec timorem Dei nec epiſcopi honorem cogitantes, cum vos ad me litteras direxeritis, quibus examinari deſideria veſtra & quibuſdam lapſis pacem dari poſtulaſtis cum perſecutione finita convenire in unum cum clero & recolligi cœperimus, illi contra evangelii legem, contra veſtram quoque honorificam petitionem, ante actam pœnitentiam, ante exomologeſin graviſſimi atque extremi delicti factam, ante manum [3] ab epiſcopo & clero in pœnitentiam D impoſitam, [4] offerre pro illis & euchariſtiam dare, id eſt, ſanctum Domini corpus prophanare audeant, cum ſcriptum ſit: *Qui ederit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini*. (1. Cor. 11.) Et lapſis quidem poteſt in hoc venia concedi. Quis enim non mortuus vivificari properet? Quis non ad ſalutem ſuam venire feſtinet? Sed præpoſitorum eſt præceptum tenere & vel [5] properantes vel ignorantes inſtruere, ne qui ovium paſtores eſſe debent lanii fiant. Ea enim concedere quæ in perniciem vertant decipere eſt; nec erigitur ſic lapſus, ſed per Dei offenſam magis impellitur ad ruinam. Vel ex vobis itaque diſcant quod docere debuerant. Petitiones & deſideria veſtra epiſcopo ſervent, & ad pacem vobis petentibus dandam maturum & pacatum tempus exſpectent. [6] Ante eſt ut a Domino pacem mater prior ſumat, tunc ſecundum [7] veſtra deſideria de filiorum pace tractetur. Et quoniam audio, fortiſſimi & cariſſimi fratres, [8] impudentia vos quorumdam premi & verecundiam veſtram vim pati, oro vos quibus poſſum precibus ut evangelii memores, & conſiderantes quæ & qualia in præteritum anteceſſores veſtri martyres conceſſerint, quam ſolliciti in omnibus fuerint, vos quoque ſollicite & caute petentium deſideria ponderetis, utpote amici Domini & cum illo poſtmodum judicaturi inſpiciatis & actum & opera & merita ſingulorum ipſorum quoque delictorum genera & qualitates cogitetis, ne ſi quid abrupte & indigne vel a vobis promiſſum vel a nobis factum fuerit, apud gentiles quoque ipſos eccleſia noſtra erubeſcere incipiat. Viſitamur enim & caſtigamur frequentar, & ut Domini mandata incorrupta & [9] inviolata permaneant admonemur. Quod quidem nec illic apud vos ceſſare cognoſco quo minus plurimos quoque ex vobis inſtruat ad eccleſiæ diſciplinam divina cenſura. Hoc autem totum poteſt fieri, ſi ea quæ a vobis petuntur religioſa contemplatione moderemini, intelligentes & comprimentes eos qui perſonas accipientes in beneficiis veſtris aut gratificantur aut illicitæ negotiationis nundinas aucupantur. De hoc & ad clerum & ad plebem litteras feci, quas utraſque vobis legi mandavi. Sed & illud ad diligentiam veſtram redigere & emendare debetis, ut nominatim deſignetis eos quibus pacem dari deſideratis. Audio enim quibuſdam ſic libellos fieri ut dicatur, [10] *Communicet ille cum ſuis*, quod numquam omnino a martyribus factum eſt, ut [11] incerta & cæca petitio invidiam nobis poſtmodum cumulet. Late enim patet quando dicitur, *ille cum ſuis*, & poſſunt nobis viceni & triceni & amplius offerri qui propinqui & affines & liberti ac domeſtici eſſe aſſeverentur ejus qui accipit libellum. Et ideo peto ut eos quos ipſi videtis,

detis, quos noſtis, quorum pœnitentiam [11] ſatisfactioni proximam conſpicitis, deſignetis nominatim libello, & ſic ad nos fidei ac diſcipli-

A næ congruentes litteras dirigatis. Opto vos, fortiſſimi ac dilectiſſimi fratres, in Domino ſemper bene valere & noſtri meminiſſe. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM X.

1 INſcriptionem hujus epiſtolæ talem poſuimus qualem reperimus in plurimis antiquis exemplaribus & in vetuſtioribus editionibus.

2 *Fratres*] Antea legebatur *martyres*. quod non ſolet Cyprianus. Ego emendavi ex veteri libro ſancti Michaelis in periculo maris. Nam etiam in hac ipſa epiſtola Cyprianus ad eos ſcribens ait, *fortiſſimi & cariſſimi fratres*.

3 *Ab epiſcopo & clero*] Sic etiam in epiſtola ſequenti. Ergo non ſolus epiſcopus imponebat manum lapſis ad eccleſiam redeuntibus. Vide Petavii animadverſiones ad Epiphanium in hæreſi 59. quæ eſt Novatianorum.

4 *Offerre pro illis*] Ita veteres libri & veteres editiones. Quo etiam modo ſcriptum eſt in epiſtola ſequenti, Manutius poſuit *offerre lapſis pacem*. Morellius, ea mutatione inſuperhabita, rennuit veterem lectionem. Rigaltius ſequi maluit editionem Manutii. Angli repoſuerunt veterem. Reinhartus ſecutus eſt editiones Manutii & Rigaltii. Sic ſe habent hominum ingenia.

5 *Properantes*] Sic in epiſtola ſequenti: *Properandum tamen non puto, nec incaute aliquid & feſtinanter agendum*. Epiſt. 13. *temeraria feſtinatione depoſita*.

6 *Ante eſt*] Ita veteres editiones ante Manutianam. Angli novam lectionem, quam non alibi reperi, invexerunt. Ediderunt enim, *A Domino pacem mater*, omiſſa voce *Ante*.

7 *Veſtra deſideria*] Codex Foxenſis, *veſtram petitionem*.

8 *Impudentia*] Idem codex & Veronenſis, *ab impudentibus quibuſdam*. Sic etiam ſcriptum vidi in libro ſancti Dionyſii Remenſis.

9 *Inviolata*] Idem codex Fuxenſis, *immaculata*.

10 *Communicet ille*] cujus nomen hic poſitum erat. Olim, ut patet ex libro diurno pontificum Romanorum, ex Hieronymo, Caſſiodoro, & pluribus aliis locis, ſic indicabant nomina eorum quæ ſcribenda erant. Sequens ætas poſuit litteram N, omiſſa veteri formula.

11 *Incerta & vaga*] Ea lectio certa eſt. Et tamen quinque libri veteres & vetuſtiores editiones habent *incerta & certa*. Sic audacia librariorum induxit multos errores in lucubrationes meliorum ſcriptorum.

12 *Satisf. pr. conſpicitis*] Ita veteres libri & veteres editiones. Rigaltius ſcripſit, *quorum pœnitentiam ſcitis*. Quod ego puto illum accepiſſe ex codice Veronenſi, in quo, haud dubie per incogitantiam ſcriptoris, omiſſa erant hæc duo vocabula, *ſatisfactioni proximam*. quæ omiſſa ſunt etiam in Fuxenſi. Ea vero defuiſſe in Veronenſi adnotatum eſt in margine exemplaris mei editionis Manutianæ. Ut inde colligi poſſit Rigaltium, qui uſus eſt exemplari ejuſdem editionis in quo exſtabant eædem variæ lectiones quæ habentur in meo, illius exemplaris auctoritate deleviſſe has voces in ſua editione. Angli repoſuerunt.

[1]EPISTOLA XI.

Ad plebem.

CYPRIANUS fratribus in plebe conſiſtentibus ſalutem. Ingemiſcere vos & dolere [2] ruinas fratrum noſtrorum ex me ſcio, fratres cariſſimi, [3] qui & ipſe vobiſcum pro ſingulis ingemiſco pariter & doleo, & patior ac

2. Cor. 11. ſentio quod beatus apoſtolus dixit. *Quis infirmatur*, inquit, *& ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror?* Et iterum poſuit in e-

1. Cor. 12. piſtola ſua dicens: *Si patitur membrum unum, compatiuntur & cetera membra; & ſi lætatur membrum unum, collætantur & cetera membra*. Compatior ergo & condoleo de fratribus noſtris, qui lapſi & perſecutionis infeſtatione proſtrati partem noſtrorum viſcerum ſecum trahentes, parem dolorem nobis ſuis vulneribus intulerunt; quibus potens eſt divina miſericordia medelam dare. Properandum tamen non puto, nec incaute aliquid & feſtinanter gerendum; ne dum temere pax uſurpatur, divinæ indignationis offenſa gravius provocetur. Fecerunt ad nos de quibuſdam beati martyres litteras petentes examinari deſideria ſua. Cum pace nobis omnibus a Domino prius data ad eccleſiam regredi cœperimus, tunc examinabuntur ſingula præſentibus & judicantibus vobis. Audio tamen quoſdam de presbyteris nec evangelii memores, nec quid ad nos martyres ſcripſerint cogitantes, nec epiſcopo honorem ſacerdotii ſui & cathedræ reſervantes, jam cum lapſis communicare cœpiſſe & offerre pro illis & euchariſtiam dare, quando oporteat ad hæc per ordinem perveniri. Nam cum in minoribus delictis quæ non in Deum committuntur pœnitentia agatur juſto tempore, & exomologeſis fiat inſpe-

B cta vita ejus qui agit pœnitentiam, nec ad communicationem venire quis poſſit niſi prius illi ab epiſcopo & clero manus fuerit impoſita, quanto magis in his graviſſimis & extremis delictis caute omnia & moderate ſecundum diſciplinam Domini obſervari oportet. Quod quidem noſtri presbyteri & diaconi monere debuerant, ut commendatas ſibi oves foverent & divino magiſterio ad viam deprecandæ ſalutis inſtruerent. Ego plebis noſtræ & quietem novi pariter & timorem; qui in ſatisfactione Dei &

C deprecatione vigilarent, niſi illos quidam de presbyteris gratificantes decepiſſent. Vel vos itaque ſingulos regite & conſilio ac moderatione veſtra ſecundum divina præcepta lapſorum animos temperate. Nemo adhuc importuno tempore acerba poma decerpat. Nemo navem ſuam quaſſatam & perforatam fluctibus priuſquam diligenter refecerit in altum denuo committat. Nemo tunicam ſciſſam accipere & induere [4] properet, niſi eam & ab artifice perito ſartam viderit & a fullone curatam receperit. Audiant quæſo patienter conſilium noſtrum,

D exſpectent regreſſionem noſtram; ut cum ad vos per Dei miſericordiam venerimus, convocati coepiſcopi plures ſecundum Domini diſciplinam & confeſſorum præſentiam [5] & veſtram quoque ſententiam beatorum martyrum litteras & deſideria examinare poſſimus. De hoc & ad clerum & ad martyres & confeſſores litteras feci, quas utraſque legi vobis mandavi. Opto vos, fratres cariſſimi ac deſiderantiſſimi, in Domino ſemper bene valere & noſtri meminiſſe. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM XI.

1 EX hac epiſtola collegit Rigaltius non tantum clericos, ſed etiam laicos, tum judicaſſe cum epiſcopo & clericis de rebus graviſſimi momenti, nempe de pœnitentia lapſorum, de recipiendis in eccleſiam lapſis, de libellis quos ipſi impetraverant a martyribus, de pace lapſis a martyribus data. Concilium Carthaginenſe IV. can. 23. *Ut epiſcopus nullius cauſam audiat abſque præſentia clericorum plebiumque*. Sic enim legitur in vetuſtiſſimo codice MS. eccleſiæ Urgellenſis. Vide epiſt. 13. 26. 28. & 31.

2 *Ruinas*] Rigaltius & editio Anglicana habent *ruinam*. Sed huic lectioni repugnant omnia vetera exemplaria & omnes editiones. Sic etiam vulgo ſolet ſcribere Cyprianus.

3 *Qui & ipſe .... ingemiſco*] Hæc deſunt in ſex antiquis codicibus & in editionibus quæ anteceſſerunt Manutianam. Exſtant tamen in multis libris veteribus.

4 *Properet*] Ita Manutius & alii poſt eum. Superiores editiones habent *poteſt*.

5 *Et ve. q. ſententiam*] Hoc ſegmentum, quod exſtat in editionibus Manutii & Morellii, quod nos etiam reperimus in quatuor libris antiquis, retinere placuit. Pamelius expunxit, profeſſus ſe ita facere quia nuſpiam apud Cyprianum tantum auctoritatis plebi tributum reperiebat ut ſententiam illi dicere permittat. In quo falſum eſſe Pamelium liquet ex his quæ dicta ſunt paulo ante & ex pluribus aliis locis ſancti martyris. Miror autem Rigaltium omiſiſſe hoc ſegmentum in ſua editione. Miror etiam Anglos, qui illud invenerant in ſuis codicibus, illud nihilominus omiſiſſe. Puto autem illos omiſiſſe quia incommodabat cenſuræ quam ipſi protulerunt adverſus obſervationem Rigaltii de ſuffragio plebis in judiciis eccleſiaſticis. Omiſſum quoque eſt in editione Reinharti.

[1] EPISTOLA XII.

Ad clerum de lapſis & catecuminis, ne vacui exeant.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus fratribus ſalutem. Miror vos, fratres cariſſimi, ad multas epiſtolas meas quas ad vos frequenter miſi [2] nihil mihi reſcripſiſſe, cum fraternitatis noſtræ vel utilitas vel neceſſitas ſic utique gubernetur, ſi a vobis inſtructi rerum gerendarum conſilium limare poſſimus. [3] Quoniam tamen video facultatem veniendi ad vos nondum eſſe & jam æſtatem cœpiſſe, [4] quod tempus infirmitatibus aſſiduis & gravibus infeſtatur, occurrendum puto fratribus noſtris; ut qui libellos a martyribus acceperunt, [5] & prærogativa eorum apud Deum adjuvari poſſunt, ſi incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non exſpectata præſentia noſtra, apud presbyterum quemcumque præſentem, vel ſi presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, [6] apud diaconum quo- A que exomologeſin facere delicti ſui poſſint; ut manu eis in pœnitentiam impoſita veniant ad Dominum cum pace quam dari martyres litteris ad nos factis deſideraverunt. Ceteram quoque partem plebis quæ lapſa eſt præſentia veſtra fovete, & ne a fide & miſericordia Domini non deficiant veſtro ſolatio focillate. Neque enim deſerentur ab ope & auxilio Domini hi qui mites & humiles & pœnitentiam vere agentes in bonis operibus perſeveraverint B quo minus illis quoque divino remedio conſulatur. Audientibus etiam, ſi qui fuerint periculo præventi & in exitu conſtituti, vigilantia veſtra non deſit, implorantibus divinam gratiam miſericordia Domini non denegetur. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere & noſtri meminiſſe. Fraternitatem univerſam meo nomine ſalutate, & ut noſtri meminerit admonete & rogate. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM XII.

1 IN veteri codice MS. monaſterii ſancti Eligii Attrebatenſis hæc epiſtola dicitur ſcripta ad clerum Capuæ. Quæ lectio fortaſſis daret anſam exiſtimandi canonem 48. codicis canonum eccleſiæ Africanæ, in quo agitur de plenaria ſynodo Capuenſi, non debere intelligi de concilio apud Capuam Campaniæ habito in cauſa eccleſiæ Antiochenæ & Bonoſi epiſcopi Macedonis negantis virginitatem matris Domini, ſed de quadam plenaria ſynodo Africana habita apud Capuam. Hanc conjecturam juvare poteſt fragmentum veteris codicis MS. bibliothecæ Bodlejanæ, in quo ſcriptum eſt ſanctum Cyprianum per epiſtolas hortatum eſſe Auguſtinum & Felicitatem, qui paſſi ſunt apud civitatem Capuenſem metropolim Campaniæ. Quo loco illuſtriſſimus epiſcopus Oxonienſis, qui fragmentum illud edidit cum operibus ſancti Cypriani, ſuſpicatur hæc verba, *metropolim Campaniæ*, eſſe additamentum librarii, cui notior erat Italia quam Africa. Exiſtimabat igitur doctiſſimus epiſcopus fuiſſe in Africa civitatem Capuenſem. Recte. Nam vix opinari licet ſynodum plenariam cujus meminit canon Africanus alibi habitam fuiſſe quam in Africa. Ubi autem ſita fuerit hæc Capua Africæ, ſi tamen ulla fuit, difficile exploratu eſt. Capſa vero erat in provincia Byzacena. Vide Joannem Triſtanum a ſancto Amantio in tomo ſecundo commentariorum ſuorum pag. 60.

2 *Nihil mihi*] Hæc eſt lectio veterum librorum & veterum editionum. Veronenſis tamen & Fuxenſis habent *numquam mihi reſcripſiſſe*. Hinc ergo profecta eſt lectio quam præferunt editiones Rigaltii & Anglorum.

3 *Quoniam tamen*] Vide Ferdinandum Mendozam ad canonem 32. Illiberitanum.

4 *Quod te. infir. aſſiduis*] Sic Ruricius lib. 2. epiſt. 32. ſe excuſans apud Cæſarium Arelatenſem quod Agathenſi ſynodo non interfuiſſet, ait non potuiſſe ſe adeſſe propter æſtus iſtius regionis, primæ nimirum Narbonenſis, in qua ſita eſt Agatha; *quia æſtivis etiam in hoſpitio meo*, inquit, *& locis frigidis ipſam conſuetudinariam infirmitatem ſuſtentare non valeo*.

5 *Et prærog. .... poſſunt*] Iſta, quæ certe neceſſaria non ſunt, deſunt in ſex libris antiquis. Eſſe tamen Cypriani putat Pamelius, uti ego non diffiteor quin poſſint eſſe Cypriani. Manutius addidit ex codice Veronenſi, ut opinor. Exſtant enim in Fuxenſi, quem puto deſcriptum eſſe ex Veronenſi aut ex alio quodam ſimili, & in Beccenſi. Exſtant etiam in editione Morellii.

6 *Apud Diaconum*] Vide Petavii diatribam de pœnitentia & reconciliatione veteris eccleſiæ moribus recepta cap. 2. & 4.

7 *Exomologeſin*] Vide eamdem diatribam cap. 1. & 2. & animadverſiones ejuſdem Petavii ad Epiphanium pag. 71. 233. & 250. editionis Pariſienſis.

EPI-

[1]EPISTOLA XIII.

Ad clerum de his qui ad pacem feſtinant.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus fratribus ſalutem. Legi litteras veſtras, fratres cariſſimi, quibus ſcripſiſtis ſalubre conſilium veſtrum non deeſſe fratribus noſtris, ut temeraria feſtinatione depoſita religioſam patientiam Deo præbeant, ut cum in unum per ejus miſericordiam venerimus, de omnibus ſpeciebus ſecundum eccleſiaſticam diſciplinam tractare poſſimus, maxime cum ſcriptum ſit: (Apoc. 2.) *Memento unde cecideris, & age pœnitentiam*. Pœnitentiam autem ille agit qui [2] divini præcepti memor mitis & patiens & ſacerdotibus Dei obtemperans obſequiis ſuis & [3] operibus juſtis Dominum promeretur. Quoniam tamen ſignificaſtis quoſdam immoderatos eſſe & communicationem accipiendam feſtinanter urgere, & deſideraſtis in hac re formam [4] a me vobis dari, ſatis plene ſcripſiſſe me ad hanc rem proximis litteris ad vos factis credo, ut [5] qui libellum a martyribus [6] acceperunt, & auxilio eorum adjuvari apud Dominum in delictis ſuis poſſunt, ſi premi infirmitate aliqua & periculo cœperint, [7] exomologeſi facta, & manu eis a vobis in pœnitentiam impoſita, [8] cum pace a martyribus ſibi promiſſa ad Dominum remittantur. Ceteri vero qui nullo libello a martyribus ac- A cepto invidiam faciunt, quoniam non paucorum, nec eccleſiæ unius, aut unius provinciæ, ſed totius orbis hæc cauſa eſt, exſpectent de Domini protectione [9] eccleſiæ ipſius publicam pacem. Hoc enim & verecundiæ & diſciplinæ & vitæ ipſi omnium noſtrum convenit, ut [10] præpoſiti cum clero convenientes, præſente etiam [11] ſtantium plebe, quibus & ipſis pro fide & timore ſuo honor habendus eſt, diſponere omnia conſilii communis religione poſſimus. Ceterum quam irreligioſum eſt & B ipſis quoque feſtinantibus pernicioſum ut cum extorres facti & patria pulſi ac bonis ſuis omnibus ſpoliati nondum ad eccleſiam redierint, quidam de lapſis confeſſores ipſos prævenire & ante eos ad eccleſiam introire feſtinent. [12] Qui ſi nimium properant, habent in ſua poteſtate quod poſtulant, tempore ipſo ſibi plus quam poſtulant [13] largiente. Acies adhuc geritur, & agon quotidie celebratur. Si commiſſi vere & firmiter pœnitet, & fidei calor prævalet, qui differri non poteſt, poteſt coronari. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere & noſtri meminiſſe. Fraternitatem univerſam meo nomine ſalutate, & ut noſtri memores ſint admonete. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM XIII.

1 INſcriptionem hujus epiſtolæ talem poſui qualem reperi in omnibus antiquis exemplaribus, duobus exceptis, in quibus legitur *euchariſtiam* pro *pacem*. Quo etiam modo legitur in veteri editione Veneta, in ea quam Remboltus emiſit, & in editionibus Eraſmi & Morellii. Sed Spirenſis, Manutiana, ceteræ, habent *pacem*. Angli aliter poſuerunt pro captu ingenii ſui.

2 *Divini pr. memor*] Locum hunc ſupplevimus ex fide vetuſti codicis Remigiani. Reſpicit autem Cyprianus ad illud evangelii ſecundum Matthæum: *Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde*.

3 *Operibus*] Ita codex ſancti Dionyſii Remenſis & Gratianopolitanus, tum etiam vetus editio Veneta & Morelliana. Aliæ veteres editiones & novem libri veteres habent *opinionibus*. Ego præfero *operibus*, voce ſueta ſancto martyri.

4 *Vobis a me*] In libro Beccenſi legitur, *vobis a me dari litteras. ſciatis plene ſcripſiſſe me*.

5 *Qui libellum*] Vide animadverſiones Petavii ad Epiphanium pag. 233. 250. editionis Pariſienſis & Dallæum lib. 7. de pœnis & ſatisfactionibus humanis cap. 16. pag. 709.

6 *Acceperunt*] Codex Gratianopolitanus habet: *acceperint, & auxilio eorum adjuvari apud Dominum in delictis ſuis poſſunt, ſi premi infirmitate aliqua & periculo cœperint, exomologeſi facta, & manu eis a vobis in pœnitentiam poſita, pace a martyribus promiſſa ad Dominum remittantur. Ceteri vero qui nullo libello &c.*

7 *Exomologeſi*] id eſt ſatisfactione, ſi vera eſt interpretatio Dallæi. At Tertullianus in libro de monogamia exomologeſin ait eſſe petitionem veniæ, quia qui petit veniam, delictum confitetur. Vide eumdem in libro de pœnitentia.

8 *Cum pace*] id eſt viatico. Vide Beveregium in canonem 13. Nicænum.

9 *Eccleſiæ ipſius*] Vetus codex Remigianus, *eccleſiæ prius publicam pacem*. Supra epiſt. 10. *Ante eſt ut a Domino pacem mater prior ſumat*.

10 *Præpoſiti cum clero*] Duo libri veteres præferunt, *ut epiſcopi plures in unum convenientes*. Recte. Quippe Cyprianus vulgo per præpoſitos intelligit epiſcopos.

11 *Stantium plebe*] Hieronymus in epiſtola ad Salvinam de ſervanda viduitate: *Ex quo intelligimus illum non ſtantibus coronam, ſed jacentibus manum porrigere*.

12 *Qui ſi ni. properant*] Hoc fragmentum refertur infra in epiſtola 52. ad Antonianum pag. 67.

13 *Largiente*] Hanc vocem nuſpiam reperi quam in libro Gratianopolitano. Sane *largienter* vel *largiter* ſcriptum eſt in aliis, & alterutrum horum vocabulorum ſic illic conſtituit initium ſequentis periodi: *Largiter acies adhuc geritur*.

[1]EPISTOLA XIV.

Ad presbyteros & diaconos Romæ conſiſtentes.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus Romæ conſiſtentibus fratribus ſalutem. Quoniam comperi, fratres cariſſimi, minus ſimpliciter & minus fideliter vobis renuntiari quæ hic a nobis & geſta ſunt & geruntur, neceſſarium C duxi has ad vos litteras facere, quibus vobis actus noſtri & diſciplinæ & diligentiæ ratio redderetur. Nam [2] ſicut Domini mandata inſtruunt, [3] orto ſtatim turbationis impetu primo, cum me clamore violento frequenter populus flagi-

flagitaſſet, non tam meam ſalutem quam quietem A fratrum publicam cogitans interim ſeceſſi, ne per inverecundam præſentiam noſtram ſeditio quæ cœperat plus provocaretur. Abſens tamen corpore, nec ſpiritu nec actu nec monitis meis defui quo minus ſecundum Domini præcepta fratribus noſtris in quibus poſſem mea mediocritate conſulerem. Et quid egerim loquuntur vobis epiſtolæ pro temporibus emiſſæ numero tredecim, quas ad vos tranſmiſi; in quibus B nec clero conſilium, nec confeſſoribus exhortatio, nec [4] extorribus, quando oportuit, objurgatio, nec univerſæ fraternitati ad deprecandam Dei miſericordiam allocutio & perſuaſio noſtra defuit, quantum ſecundum legem fidei & [5] timorem Dei Domino ſuggerente noſtra mediocritas potuit eniti. Poſtea quam vero & tormenta venerunt, ſive jam tortis fratribus noſtris, ſive adhuc ut torquerentur incluſis, ad corroborandos & [6] confortandos eos noſter ſermo penetravit. Item cum comperiſſem eos qui ſacrilegis contactibus manus ſuas C atque ora maculaſſent, vel nefandis libellis nihilominus conſcientiam polluiſſent, exambire ad martyres paſſim, confeſſores quoque importuna & gratioſa deprecatione corrumpere ut ſine ullo diſcrimine atque examine ſingulorum darentur quotidie libellorum millia contra evangelii legem, litteras feci quibus martyres & confeſſores conſilio meo quantum poſſem ad dominica præcepta revocarem. Item presbyteris & [7] diaconibus non defuit ſacerdotii vigor ut quidam minus diſciplinæ memores & temeraria feſtinatione præcipites, qui cum lapſis communicare jam cœperant, comprimerentur, intercedentibus nobis. Plebi quoque ipſi quantum potuimus [8] animum compoſuimus, & ut eccleſiaſtica diſciplina ſervaretur inſtruximus. Poſtmodum vero cum quidam de lapſis, ſive ſua ſponte, [9] ſive aliquo incitatore, audaci flagitatione [10] proruerent ut pacem ſibi a martyribus & confeſſoribus promiſſam extorquere violento impetu niterentur, de hoc etiam bis ad clerum litteras feci & legi eis mandavi, ut ad illorum violentiam interim quoquo genere mitigandam, ſi qui libello a martyribus accepto de ſæculo excederent, exomologeſi facta, & manu eis in pœnitentiam impoſita, cum pace ſibi a martyribus promiſſa ad Dominum remitterentur. Nec in hoc legem dedi, aut me auctorem temere conſtitui. Sed cum videretur & honor martyribus habendus & eorum qui omnia turbare cupiebant impetus comprimendus, & præterea veſtra ſcripta legiſſem quæ huc ad clerum noſtrum per Crementium hypodiaconum nuper feceratis ut iis qui poſt lapſum infirmitate apprehenſi eſſent & pœnitentes communicationem deſiderarent ſubveniretur, ſtandum putavi & cum veſtra ſententia, ne actus noſter, qui adunatus eſſe & conſentire circa omnia debet, in aliquo diſcreparet. Plane ceterorum cauſas, quamvis libello a martyribus accepto, differri mandavi & in noſtram præſentiam reſervari; ut cum pace a Domino nobis data plures præpoſiti convenire in unum cœperimus, communicato etiam vobiſcum conſilio, diſponere ſingula & reformare poſſimus. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XIV.

1 ILluſtriſſimus Cardinalis Baronius ait hanc epiſtolam ſcriptam a Cypriano eſſe ad clerum Romanum, cui Cyprianus inſtituti ſui, ut par erat, rationem reddit. Sed erravit vir doctiſſimus. Scripta eſt ad eos e clero Carthaginenſi qui Romæ tum erant, ut manifeſte patet ex ultimis verbis epiſtolæ, in qua Cyprianus ſcribit ſe eos exſpectare ut cum eorum conſilio diſponere ſingula & reformare poſſit. Itaque hinc colligi non poteſt Cyprianum pro debito ſuo ſcripſiſſe ad clerum Romanum, quem conſtat, uti antea dixi, non habuiſſe curam univerſalis eccleſiæ ſede vacante. Angli tamen crediderunt ſcriptam eſſe epiſtolam ad clerum Romanum, itemque Reinhartus, qui novam inſcriptionem poſuit.

2 *Sicut Dom. mandata*] Duo libri veteres habent, *ſicut Domini mandatis inſtruimur*.

3 *Orto*] Mirum eſt hanc vocem, abſque qua conſtare poteſt ſenſus, ſed quæ tamen illum clariorem reddit, deeſſe in decem optimis exemplaribus antiquis & in antiquis editionibus. Primus Manutius illam addidit, Morellius rejecit. Exſtat tamen in ſex codicibus antiquis.

4 *Extorribus*] id eſt iis qui ſponte ſeu coacti profecti erant in exſilium pro cauſa fidei. In quibuſdam vetuſtis codicibus legitur *extorrentibus*. Vide epiſt. 39. & annales Cyprianicos ad annum 250. Vide etiam Carolum Guyetum lib. 2. pag. 173. heortologiæ.

5 *Timorem Dei*] Codex Fuxenſis, *& timorem Domini ſuggerere noſtra mediocritas potuit. Poſtea vero quam &c.*

6 *Confortandos*] Rigaltius poſuit *confirmandos* contra omnium veterum codicum & editionum fidem. Miror autem Anglos, qui lectionem quam nos revocamus inveniebant etiam in vetuſtis exemplaribus ſuis, retinuiſſe quod erat ſcriptum in editione Rigaltii. Reinhartus repoſuit *confortandos*.

7 *Diaconis non defuit*] Erant illi in tertio ſacerdotio conſtituti, ut in libro primo ait Optatus, & multa facere poterant in abſentia epiſcoporum & presbyterorum. Itaque recte ait Cyprianus non defuiſſe illis ſacerdotii vigorem. Vide epiſtolam Auguſtini presbyteri ad Valerium.

8 *Animum*] Hanc vocem, quæ deerat in aliis editionibus, & deeſt in multis codicibus antiquis, Manutiana editio addidit. Inveni autem illam in octo codicibus manuſcriptis. Rigaltius poſuit *animos*.

9 *Sive aliquo incitatore*] In libro Fuxenſi legitur, *ſive aliquo diſputatore*. In Divionenſi & in uno Remigiano, *neſcio quo diſputatore incitante*.

10 *Proruerent*] Ita omnes veteres libri & editiones, etiam ea quæ eſt Reinharti. Codex Veronenſis habet *prorumperent*. Hinc ergo orta eſt mutatio quam Rigaltius invexit in hunc locum.

EPISTOLA XV.

Ad Moyſen & Maximum & ceteros confeſſores.

CYPRIANUS Moyſi & Maximo presbyteris & ceteris confeſſoribus fratribus ſalutem. Et cunctos vos pariter & ſingulos repræſentavit affectibus noſtris, fratres cariſſimi, [1] D Celerinus adveniens, & fidei ac virtutis veſtræ comes, & glorioſis congreſſionibus Dei miles. Univerſos [2] vos in illo veniente conſpeximus; & cum caritatem circa me veſtram dulciter ac ſæpe

Digitized by Google

ſæpe loqueretur, in ejus ſermonibus vos audie- A bamus. Satis ac plurimum gaudeo quando a vobis per tales talia perſeruntur. Vobiſcum illic in carcere quodam modo & nos ſumus, divinæ dignationis [3] ornamenta vobiſcum ſentire nos credimus, qui ſic veſtris cordibus adhæremus. Honori nos veſtro caritas veſtra individua connectit, ſeparari dilectionem ſpiritus non ſinit. Vos illic confeſſio, me affectio includit. Et nos quidem veſtri diebus ac noctibus memores, & quando in ſacrificiis precem cum pluribus facimus, & cum [4] in ſeceſſu pri- B vatis precibus oramus, coronis ac laudibus veſtris plenam [5] a Domino faventiam poſtulamus. Sed ad reddendam vobis vicem minor eſt noſtra mediocritas. Plus vos datis quando noſtri in oratione meminiſtis, qui [6] ſpirantes jam ſola cæleſtia, & tantum divina meditantes, ad faſtigia celſiora [7] mora ipſa paſſionis aſcenditis, longoque temporum ductu glorias veſtras [8] non trahitis, ſed augetis. Beatum facit prima & una confeſſio. Vos toties confitemini quoties rogati ut de carcere recedatis, carcerem fide & virtute præeligitis. Tot veſtræ laudes quot dies; C quot menſium curricula, tot incrementa meritorum. Semel vincit qui ſtatim patitur. Atqui manens ſemper in pœnis congreditur cum dolore nec vincitur, quotidie coronatur. Eant nunc magiſtratus & conſules ſive proconſules, annuæ dignitatis inſignibus & duodecim faſcibus glorientur. Ecce dignitas cæleſtis in vobis [9] honoris annui claritate [10] ſignata eſt, & jam revertentis anni volubilem circulum victricis gloriæ diuturnitate tranſgreſſa eſt. Illuminabat mundum ſol oriens & luna decurrens. Sed vo- D bis idem qui ſolem fecit & lunam majus in carcere lumen fuit; & in corde ac mentibus veſtris Chriſti claritudo reſplendens [11] horribiles ceteris atque funeſtas pœnalis loci tenebras æterna illa & candida luce radiavit. Per viciſſitudines [12] menſium tranſmeavit [13] hibernum. Sed & vos incluſi tempora hiemis perſecutionis hieme [14] penſabatis. Succeſſit hiemi verna temperies roſis læta & floribus coronata. Sed vobis roſæ & flores de paradiſi deliciis [15] aderant, & caput veſtrum ſerta cæleſtia coronabant. Æſtas ecce meſſium fertilitate fecunda E eſt, & area frugibus plena eſt. Sed vos, qui gloriam ſeminaſtis, frugem gloriæ [16] meтiſtis; atque in Domini area conſtituti, exuri paleas inextinguibili igne conſpicitis; ipſi, ut tritici grana purgata & frumenta precioſa, jam [17] purgati & conditi, hoſpitium carceris horreum computatis. Nec deeſt autumno ad munera fungenda temporis gratia ſpiritalis. Vindemia foris premitur, & profutura poculis in torcula-

A ribus uva calcatur. Vos de Domini vinea pingues racemi, & jam maturis fructibus botri, preſſuræ ſæcularis infeſtatione calcati, [18] torcular veſtrum carcere [19] torquente ſentitis, & vini vice ſanguinem funditis; ad paſſionis tolerantiam fortes, martyrii poculum libenter hauritis. Sic apud ſervos Dei annus evolvitur. Sic ſpiritalibus meritis & cæleſtibus præmiis temporum viciſſitudo celebratur. Beati ſatis qui ex vobis per hæc gloriarum veſtigia commeantes jam de ſæculo receſſerunt, confectoque itine- B re virtutis ac fidei, ad complexum & oſculum Domini, Domino ipſo gaudente, venerunt. Sed & veſtra non minor gloria, qui adhuc in certamine conſtituti, & [20] comitum glorias ſecuturi, pugnam diu geritis, immotaque & inconcuſſa fide ſtabiles quotidie ſpectaculum Deo veſtris virtutibus exhibetis. Quo longior [21] veſtra pugna, hoc corona ſublimior. Agon unus, ſed multiplici prœliorum numeroſitate congeſtus. Famem vincitis, & ſitim ſpernitis, & ſqualorem carceris ac receptaculi pœnalis horrorem roboris vigore calcatis. Pœ- C na illic [22] ſubigitur, cruciatus obteritur, [23] nec mors metuitur, ſed optatur; quæ ſcilicet immortalitatis præmio vincitur, ut vitæ æternitate qui vicerit coronetur. Qui nunc in vobis animus, quam ſublime quam capax pectus, ubi talia & tanta volvuntur, ubi non niſi Dei præcepta & Chriſti præmia cogitantur? Voluntas eſt illic tantum Dei; & in carne adhuc licet vobis poſitis, vita jam vivitur non præſentis ſæculi, ſed futuri. Nunc eſt, fratres cariſſimi, ut memores mei ſitis, ut inter magnas atque divinas cogitationes veſtras nos quoque animo D ac mente volvatis, ſimque in precibus & orationibus veſtris cum vox illa purificatione confeſſionis illuſtris & jugi honoris ſui tenore laudabilis ad Dei aures penetrat, & aperto ſibi cælo, de his ſubacti mundi partibus ad ſuperna tranſmiſſa, impetrat [24] de Domini bonitate quod poſtulat. Quid enim petitis [25] de indulgentia Domini quod non impetrare mereamini, qui ſic Domini mandata ſervaſtis, qui [26] evangelicam diſciplinam ſincero fidei vigore tenuiſtis, qui incorrupto honore virtutis cum E præceptis Domini & cum apoſtolis ejus fortiter ſtantes nutantem multorum fidem martyrii veſtri veritate ſolidaſtis? Vere evangelii teſtes & vere martyres Chriſti radicibus ejus innixi, ſuper petram robuſta mole fundati, diſciplinam cum virtute junxiſtis, ad timorem Dei ceteros provocaſtis, martyria veſtra exempla feciſtis. Opto vos, fortiſſimi ac beatiſſimi fratres, ſemper bene valere & noſtri meminiſſe.

NOTÆ AD EPISTOLAM XV.

1 *Celerinus*] cujus egregias laudes commemorat ſanctus Cyprianus epiſt. 34. ad clerum & plebem pag. 47. & cujus perhonorifica mentio habetur in epiſtola Cornelii Papæ ad Fabium epiſcopum Antiochenum apud Euſebium lib. 6. cap. 43. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, ſcripta, ut opinor, eo tempore quo Celerinus erat apud Cornelium. Omnino enim ſentio cum illuſtriſſimo Cardinale Baronio Celerinum in hac Cornelii epiſtola laudatum eum eſſe qui fuit lector eccleſiæ Carthaginenſis. Illud autem obiter admonebo, Marianum Victorium in annotationibus ſuis ad opera ſancti Hieronymi confudiſſe hunc Fabium epiſcopum Antiochenum cum Flaviano epiſcopo Conſtantinopolitano, cujus multa mentio in concilio Epheſino & in Chalcedonenſi. In hunc errorem inductus eſt vir doctiſſimus ex falſa lectione quæ antiquitus irrepſit in librum ſancti Hieronymi de viris illuſtribus, ubi ſcriptum eſt Cornelium Papam ſcripſiſſe quatuor epiſtolas ad Flavianum epiſcopum Antiochenum; pro quo vetera illius libri exemplaria & poſtrema Hieronymianorum operum editio recte habent ſcriptum nomen Fabii. Hujus porro Celerini epiſtola ad Lucianum exſtat infra inter epiſtolas ſancti Cypriani. Vide notas ad epiſtolam 34.

Alterius Celerini, qui pater erat Ageruchiæ, meminit ſanctus

ſanctus Hieronymus in epiſtola ad Ageruchiam, alterius inſcriptio vetus edita a Reineſio pag. 161. Celerini prætoris nomen exſtat in hiſtoria paſſionis ſanctorum Chryſanthi & Dariæ apud Surium to. V.

2 *Vos in illo*] Ruricius lib. 2. epiſt. 32. *Frater & compresbyter noſter Capillutus dupliciter hac voce nobis gratus apparuit, dum & ipſe nobis jamdiu deſideratus occurrit, & quamdam veſtri præſentiam per veſtras litteras repræſentat.*

3 *Ornamenta*] Ita Rigaltius, propterea reprehenſus in editione Anglicana. Et tamen auctorem hujus lectionis habuit editionem Manutianam, in qua ita ſcriptum eſt, eique ſcripturæ conſentiunt novem vetera exemplaria. Sane vox *hortamenta*, quam præferunt veteres editiones & decem item vetera exemplaria, bona eſſe poteſt. Illam ergo prætulit Reinhartus. Adjuvari autem poteſt ex hoc loco libri de lapſis pag. 183. *Epiſcopi plurimi, quos & hortamento eſſe oportet ceteris & exemplo.*

4 *In ſeceſſu*] Duo libri veteres habent *in ſecreto*; quod videtur melius. Et tamen mutare noluimus, quia omnes fere libri veteres & omnes editiones habent *in ſeceſſu*.

5 *A Domino faventiam*] Codices Carnotenſis & Beccenſis habent *Dominus faventiam*. Feſtus: *Faventia bonam orationem ſignificat*. Accius Oenomao apud Nonium Marcellum: *Omnibus fauſtis acceptam habeant faventiam*. Sic enim recte hunc locum emendavit Hadrianus Junius.

6 *Spirantes*] Codex Carnotenſis *ſperantes*, Meteoſis ſancti Arnulphi *ſpirantes vel ſperantes*.

7 *Mora ipſa paſſ.*] Codices Fuxenſis & Eligianus, *hora ipſa*. Corbejenſis, *ad horam ipſam*.

8 *Non trahitis*] Codex Carnotenſis *ſubtrahitis*.

9 *Honoris anno*] Vetus Remigianus, *anno claritatis honore*.

10 *Signata eſt*] Codex ſancti Arnulphi *ſignatur*.

11 *Horribiles ceteris*] Codex Carnotenſis, *carceris vel ceteris*.

12 *Menſium*] Veteres libri habent *menſuum*. Quo etiam modo ſæpe ſcriptum vidi in vetuſtis exemplaribus manuſcriptis aliorum veterum ſcriptorum. *Menſum* vero pro *menſuum* frequenter ſcriptum eſt in Codice Theodoſiano. *Menſum* quoque legitur apud A. Gellium lib. 1. cap. 25. Vide annotationes Dionyſii Lambini in ſecundam Verrinam Ciceronis.

13 *Hibernum*] Antea editum erat *tempus hibernum*. Ego ſuſtuli vocem *tempus*, quia plerique codices illam non habent, ideoque videtur eſſe ex gloſſemate, & quia antiqui dicebant *hibernum* tantum. Seneca epiſt. 15. *Una Hannibalem hiberna ſolverunt*. Tertullianus lib. 1. adverſus Marcionem: *Totus annus hibernum eſt*. Sunt etiam alia exempla. Sed iſta ſufficiunt. Vide notas ad Capitularia pag. 1185.

14 *Penſabatis*] Codex ſancti Arnulphi *penſatis*. Quod videtur melius.

15 *Adhærant*] Ita plerique libri veteres. In quinque tamen & in antiquis editionibus ſcriptum eſt *adhærebant*. Morellius edidit *adhærent*.

16 *Metiſtis*] Codices Carnotenſis & ſancti Arnulphi *metitis*.

17 *Purgati*] Veteres editiones, etiam Eraſmica & Manutiana, præferunt *probati*. Ita etiam multi veteres libri. Pamelius maluit *purgati*, nullum tamen veterem librum laudans. Nos ſecuti ſumus illius emendationem, quia credidimus illam eſſe bonam, eamque confirmatam vidimus auctoritate aliquorum veterum librorum.

18 *Torcular veſtrum*] Ita legi in octo codicibus antiquis. At veteres editiones ante Pamelianam & novem vetera exemplaria habent *noſtrum*. Noſtra editio eſt melior.

19 *Torquente ſentitis*] Hanc lectionem reperi in omnibus libris antiquis & in omnibus editionibus, niſi quod codex Turonenſis habet *ſuſtiſtis* pro *ſentitis*. Neſcio porro unde Rigaltius ſumpſit id quod eſt in ejus editione, ubi legitur *torquentes* tantum. Puto tamen eum in hunc errorem inductum fuiſſe ex codice Corbejenſi, in quo omiſſa eſt per incuriam librarii vox *ſentitis*. Nam cetera ſunt paria. Miror autem Anglos prætuliſſe editionem Rigaltii, quæ obſcuritatem inducit in hoc loco. Vetus, quæ noſtra eſt, plana eſt & minime difficilis intellectu.

20 *Comitum*] In quibuſdam vetuſtis codicibus ſcriptum eſt *militum*, quam lectionem non probo. Illam affero tantum ut interdum proferam aliqua exempla licentiæ veterum librariorum.

21 *Veſtra pugna*] Hæc eſt, ut opinor, vera lectio hujus loci, quam & veteres editiones & plures optimi libri confirmant. Alia, quæ ſequitur, videtur eſſe ex gloſſemate. In quibuſdam itaque codicibus legitur, *veſtra confeſſio vel pugna*. Morellii editio habet *veſtra confeſſio* tantum. Eam lectionem adjuvant ea quæ dicuntur paulo ante: *Beatum facit prima & una confeſſio*.

22 *Subigitur*] Codices Carnotenſis & ſancti Arnulphi *ſubicitur*.

23 *Nec mors metuitur*] Tertullianus in libro de ſpectaculis ait chriſtianos eſſe expeditum morti genus. Antoninus Pius in reſcripto ad Aſianos apud Rufinum lib. 4. cap. 13. ait chriſtianos animam ponere pro Deo ſuo & mortem libenter amplecti. Vide Luciferum Calaritanum in libro ad Conſtantium de moriendo pro Dei filio.

24 *De Domini bonitate*] Hæc eſt lectio omnium editionum quæ prodierunt ante eam quæ eſt Rigaltii, qui iſtic poſuit *voluntate*. Accepit autem hanc lectionem ex antiquo codice monaſterii ſancti Remigii Remenſis, ex Corbejenſi, & ex Fuxenſi. Uſus eſt enim his tribus exemplaribus. Eadem exſtat in Turonenſi. Bonam, quæ noſtra eſt, exhibent omnes fere reliqui veteres libri, etiam ii quos editio Anglicana commemorat. Et tamen Angli retinuerunt in contextu lectionem quam non eſſe bonam oſtendunt etiam ſequentia. Duo libri veteres præferunt *pietate*.

25 *De indulg. Domini*] In codice Turonenſi & in Corbejenſi legitur, *de indulgentia & Domini voluntate quod non impetrare*. Vide notas noſtras ad cap. 36. Lactantii de mortibus perſecutorum.

26 *Evang. diſciplinam*] Ante editionem Manutianam legebatur *evangelicam viam*. Sed hanc lectionem in nullo eorum veterum codicum reperi quibus uſus ſum. Et tamen ea placuit Morellio.

---

[1]EPISTOLA XVI.

Confeſſorum ad Cyprianum.

UNIVERSI confeſſores [2] Cypriano Papæ A ſalutem. Scias nos univerſis de quibus apud te ratio conſtiterit quid poſt commiſſum egerint [3] dediſſe pacem, & hanc formam per te & aliis epiſcopis innoteſcere voluimus. [4] Optamus te cum ſanctis martyribus pacem habere. [5] Præſente de clero & exorciſta & lectore. [6] Lucianus ſcripſit.

NOTÆ AD EPISTOLAM XVI.

1 Iſtius epiſtolæ, quæ primum prodiit in editione Manutiana, habui duo vetera exemplaria, unum e bibliotheca mea, aliud ex urbe Gratianopolitana. Angli nullum laudant præter Veronenſe, id eſt, ut puto, editionem Manutianam, uti Rigaltius quandoque laudat codicem Veronenſem pro editione Manutiana. Recte, ut opinor. Nam mihi conſtat eos qui editionem illam adornarunt uſos fuiſſe codice Veronenſi.

2 *Cypriano Papæ*] Codex meus & editio Manutiana *Papati*. Sic etiam legebat Latinus Latinius in libris ſuis veteribus. Vide to. 4. analectorum Mabillonii pag. 504. Sic *Thomati* pro *Thomæ* in collatione cum Severianis, & *Menati* pro *Menæ* in vetuſtis codicibus MSS. Liberati. Papæ nomen olim commune erat omnibus epiſcopis. Poſtea iſtud diſplicuit Romanis. Qua de re vide quæ dicta olim a nobis ſunt ad epiſtolam 81. Lupi Ferrarienſis & Lu-

Digitized by Google

& Ludovicum Cœlium Rhodiginum lib. 6. cap. 43.

3 *Dediſſe pacem*] Vel hic locus oſtendit errorem Gouſartii ſcribentis nuſpiam neque apud Tertullianum neque apud Cyprianum inveniri martyres pacem dediſſe lapſis. Præterea ex epiſtola Luciani ad Celerinum & ex epiſtola iſtius ad Lucianum liquet Paulum & ceteros in carcere conſtitutos dediſſe pacem lapſis. Et nota eſt tempeſtas quæ orta eſt in eccleſia Africana quia Cyprianus recuſabat eis dare pacem quibus conceſſa erat a martyribus. Tertullianus in libro de pudicitia, *pacem quidam in eccleſia non habentes a martyribus in carcere exorare conſueverunt*. Vide Henrici Valeſii notas ad librum ſextum hiſtoriæ eccleſiaſticæ Euſebii cap. 42.

4 *Optamus te*] Angli putarunt verba hæc interminationem continere, ita nimirum ut ſi hæc minus præſtaret Cyprianus, martyres cum ipſo non communicarent. Quam obſervationem ut certam & minime ambiguam repetunt in obſervationibus ad epiſtolam 22. quæ data eſt ad presbyteros & diaconos Romæ conſiſtentes. At ego non video quonam modo excommunicatio poſſit his verbis intelligi. Videbant Lucianus & ceteri qui cum eo erant confeſſores Cyprianum ſe præbere admodum difficilem in recipiendis lapſis quibus martyres & confeſſores, quorum illi magnam in hoc credebant eſſe auctoritatem, pacem dederant, quibus Lucianus & ceteri dederant pacem in nomine martyrum & confeſſorum, & ægre ferebant duram illam antiſtitis ſui diſciplinam, quam præter æquum & bonum eſſe putabant. Hanc ob cauſam, quia ſeditio propterea commota erat in quibuſdam oppidis provinciæ, optant ei ſcribentes ut pacem habeat cum martyribus, ut ſeveritatem miſericordia mitiget, ſic concordiam & pacem redintegrari poſſe inter eum & martyres ac plebem commotam. An ideo minantur excommunicationem, ſi eorum deſideriis non adquieſcat? Non ita ſane. Preces ſunt, non mandata, nec minæ. Aliud eſt optare, aliud jubere, aliud pœnam intentare. Nemo ſic petit ut minetur, inquit Hieronymus in vita Pauli primi eremitæ. Item Petrus venerabilis abbas Cluniacenſis lib. 1. epiſt. 8. *Precibus, non minis, obſequiis, non contumeliis, ſolet quod petitur impetrari*. Sane Cyprianus vehementer admodum conqueritur de audacia Luciani, non tamen propter minas excommunicationis, quarum ne verbo quidem meminit, ſed quia, quod ei minime conveniebat neque licebat, pacem dederat lapſis in nomine martyrum & confeſſorum abſque ulla interventione auctoritatis epiſcopi, & quia ſe vulgi imperiti auctorem conſtituerat, quod eo ſuaſore ſeditiones multas eſſe factas & conflatas conſtabat. Hæc eſt Cypriani conqueſtio de Luciano. Quæ quamvis magna & juſta foret, ei tamen Cyprianus non minatur excommunicationem. Vide quæ adnotamus ad epiſtolam. 10.

5 *Præſente*] Hæc vox deeſt in libro meo vetere, ubi locus vacuus relictus eſt. In Gratianopolitano ſcriptum eſt *præterea*. Editio Manutii habet *presbyter*. Ego puto ponendum eſſe *præſente de clero & exorciſta & lectore*, ut ſignificare voluerint confeſſores epiſtolam ſcriptam eſſe præſentibus exorciſta & lectore, *præſente* pro *præſentibus*, ut apud Plautum legiſſe me memini *præſente nobis*. Dicebant autem, ut docet Nonius Marcellus, *abſente nobis & præſente nobis pro præſentibus & abſentibus nobis*. Et mox affert locum Plauti ex Amphitruone. Vide etiam in verbo *Præſente* & Salmaſium ad ſcriptores hiſtoriæ auguſtæ p. 91.

6 *Lucianus*] a quo ſcriptam eſſe hanc epiſtolam docet Cyprianus epiſt. 22.

[1] EPISTOLA XVII.

Ad presbyteros & diaconos, de præcedenti & duabus ſequentibus epiſtolis.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus fratribus ſalutem. Dominus loquitur & dicit : *Super quem reſpiciam niſi ſuper humilem &*
Iſa. 66. *quietum & trementem ſermones meos ?* Hoc cum debeemus omnes eſſe, tum modo hujuſmodi illi eſſe debent quibus laborandum eſt ut poſt grevem lapſum vera pœnitentia & humilitate tota promereri Dominum poſſint. Legi autem & univerſorum confeſſorum litteras, quas voluerunt per me collegis omnibus innoteſcere & ad eos pacem a ſe datam pervenire de quibus apud nos ratio conſtiterit quid poſt commiſſum egerint. Quæ res cum omnium noſtrum conſilium & [2] ſententiam exſpectet, præjudicare ego & ſoli mihi rem communem vindicare non audeo. Et ideo inſtetur interim epiſtolis quas ad vos proxime feceram, quarum exem-
A plum collegis quoque multis jam miſi; qui reſcripſerunt pleeere ſibi quod ſtatuimus nec ab eo recedendum eſſe donec pace nobis a Domino reddita in unum convenire & ſingulorum cauſas examinare poſſimus. Sed & quid mihi Caldonius collega meus ſcripſerit quidque ego ei reſcripſerim ut ſciretis, utriuſque epiſtolæ exemplum litteris meis junxi. Quod totum peto fratribus noſtris legetis, ut magis ac magis ad [3] patientiam componantur, nec [4] delicto proprio adjiciant adhuc aliud delictum, [5] dum nec
B nobis nec evangelio volunt ſervire, nec ſecundum univerſorum confeſſorum litteras cauſas ſuas exeminari permittunt. Opto vos, fretres cariſſimi, ſemper bene valere & noſtri meminiſſe. Fraternitatem univerſam ſalutate. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM XVII.

1 PAmelius in annotationibus ad epiſtolam 21. notat iſtam eſſe fictitiam. Non poſſum autem divinare quibus rationibus permotus ita ſenſerit.

2 *Sent. exſpectet*] Melius in codice Carnotenſi *ſpectet*. Atque ita poſuiſſem, ſi codicem illum, qui ſero venit in manus meas, habuiſſem eo tempore quo epiſtola iſta excudebatur.

3 *Patientiam*] Hanc lectionem non inveni niſi in duobus libris veteribus. Alii & veteres editiones præferunt *pœnitentiam*. Utraque lectio poteſt eſſe bona. Itaque nihil mutare volui. Nam perſæpe in antiquis codicibus manuſcriptis vidi patientiam poſitam pro pœnitentia & e converſo. Pamelius prætulit ultimam lectionem. Ea placuit etiam Reinharto.

4 *Delicto proprio*] Codex Carnotenſis habet *priori*. Recte. Et ita reponendum eſt.

5 *Dum nec nobis*] Hanc lectionem improbat Gronovius cap. 14. obſervationum ſuarum in ſcriptoribus eccleſiaſticis, ajens hunc faſtum numquam fuiſſe beatiſſimi Cypriani ut nollet ſibi quemquam, non ſolum illos, ſervire quereretur. Ego puto hanc obſervationem falſam eſſe & Pamelium fruſtra vapulare a Gronovio in editione hujus loci. Pamelius enim non fuit primus qui ita ſcripſerit, cum profiteatur ſe expreſſiſſe editiones Manutii & Morellii. Ipſe Cyprianus ait in epiſtola 38. *nec loci mei honore motus*. Sunt etiam alia loca in quibus commemorat ſuam dignitatem & auctoritatem ut epiſcopus.

Digitized by Google

[1] EPISTOLA XVIII.

[2] *Caldonii ad Cyprianum.*

CYPRIANO & compresbyteris Carthagini conſiſtentibus Caldonius ſalutem. Neceſſitas [3] temporum facit ut non temere pacem demus. Sed oportebat vobis ſcribere quoniam ii qui poſteaquam ſacrificaverunt, [4] iterato tenti, extorres ſunt facti. Videntur ergo mihi abluiſſe prius delictum, dum poſſeſſiones & domos dimittunt, & pœnitentiam agentes Chriſtum ſequuntur. Ergo [5] Felix, qui [6] presbyterium ſubminiſtrabat ſub Decimo, [7] proximus mihi vinculis, (plenius cognovi eumdem Felicem) Victoria conjunx ejus, & Lucius fideles [8] extorres facti reliquerunt poſſeſſiones, quas nunc fiſcus tenet. [9] Sed & mulier nomi- A ne Bona, quæ tracta eſt a marito ad ſacrificandum, [10] quæ conſcientia non commiſſi, ſed quia tenentes manus ejus ipſi [11] ſacrificaverunt, cœpit dicere contra, Non feci, vos feciſtis, ſic & ipſa extorris facta eſt. Cum ergo univerſi pacem peterent dicentes, Recuperavimus fidem quam amiſeramus, pœnitentiam agentes, & Chriſtum publice ſumus confeſſi, quamvis mihi [12] videantur debere pacem accipere, tamen ad [13] conſilium veſtrum eos dimiſi, ne B videar aliquid temere præſumere. Si quid ergo ex communi conſilio placuerit ſcribite mihi. [14] Salutate noſtros. Vos noſtri. [15] Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XVIII.

1 PRima editio iſtius epiſtolæ prodiit ex typographia Manutii. In nullo autem eorum veterum exemplarium quibus utor illam reperi niſi in uno meo, in Gratianopolitano, & in eo quod habui ex monaſterio Remenſi ſancti Dionyſii. Angli unum habuerunt ex bibliotheca Bodlejana. Pamelius nullum habuiſſe videtur, neque Rigaltius.

2 *Caldonii ad Cyprianum*] Hanc inſcriptionem, quæ certa eſt, addidi ex libro meo.

3 *Temporum*] Ita codices Remenſis & Bodlejanus, quibus conſentiunt editiones Manutii & Rigaltii. At Morelliana & Anglicana præferunt *temporis*. Quæ lectio reperitur etiam in libro meo & in Gratianopolitano.

4 *Iterato tenti*] Sic emendavimus, repugnantibus licet antiquis codicibus & editionibus. Emendatio certa eſt. Nam & Celerinus pag. 28. dicit, *te pro nomine Domini noſtri tentum*. & Lucianus pag. 30. *iterato recluſiſſimi*. Sunt etiam alia loca his ſimilia in lucubrationibus Cypriani. Sulpitius Severus dial. 1. cap. 14. *tentus in vinculis*. Rufinus lib. 5. hiſt. eccl. cap. 16. *Quis eorum pro nomine Domini tentus non eſt?* Geſta pontificalia edita ab Emmanuele Schelſtrato pag. 431. *tentus a Maximiano*. Hieronymus in epiſtola ad Lucianum Bæticum: *Adoleſcens ille qui opertus ſyndone ſequebatur Jeſum, quia tentus fuerat a miniſtris, terrenum abjiciens operimentum nudus evaſit*. Rhabanus in libro de computo cap. 64. *Dominum eadem veſpera tentum a Judæis*. Recte. Nam in evangelio Matthæi ſcriptum eſt Judæos manus injeciſſe in Jeſum & tenuiſſe eum. Hinc in actis ſancti Savini epiſcopi & martyris in libro ſecundo miſcellaneorum noſtrorum pag. 47. Maximianus Aug. ait: *Tamen, patres conſcripti, concedam facultatem ut ubicumque inventi fuerint chriſtiani teneantur a præfecto*. Apud Ammianum Marcellinum lib. 16. *ſed ſaſtus barbaricus ridens, tentis legatis adusque perfectum opus caſtrorum*. Antoninus Conſtantinienſis in epiſtola conſolatoria ad Arcadium: *Ecce pro homine tentus es*. Vide acta paſſionis ſancti Stephani Papæ & martyris.

5 *Felix & Victoria*] Vetus Kalendarium eccleſiæ Carthaginenſis editum a Mabillonio: *V. Idus Feb. ſanctorum Felicis, Victoris, & Januarii*.

6 *Presbyt. ſubm.*] Quamvis alii aliter ſentiant, ego puto meliorem eſſe opinionem Pamelii cenſentis illic intelligi hunc Felicem vices exercuiſſe Decimi in eccleſia cujus cura commiſſa erat Decimo, qui aut extorris aut tentus in carcere non poterat exſequi miniſterium ſuum.

7 *Prox. mihi vinculis*] Hanc lectionem, quam præfert editio Morellii, quam præferunt etiam antiqui codices, revocari debere viſum eſt. Eſt enim optima. Alia, quæ habet *vicinus* pro *vinculis*, non poteſt eſſe bona.

8 *Extorres*] Codex Dionyſianus & meus habent *extorrentes*. In eodem codice meo ſcriptum eſt *extorrentes* in epiſtola 20. pag. 29. & *de extorrentibus* in epiſtola 39. pag. 52. Quo etiam modo poſitum eſt in editione Manutiana. Ita etiam habuiſſe codicem Veronenſem hinc colligo quod in variis lectionibus ex codice illo deſcriptis in margine exemplaris mei editionis Manutianæ nulla varia lectio appoſita eſt ad hanc epiſtolam. Extorris porro eſt qui extra patrium ſolum & terram patriam ejectus eſt. Cyprianus in libro de lapſis pag. 184. *Relinquenda erat patria & patrimonii facienda jactura*. Vide Baronium ad annum 25. & in annotationibus ad martyrologium Romanum die ſecunda Januarii. Vide etiam gloſſarium Latinum Cangii.

9 *Sed & mulier*] Editio Morelliana, *ſed & ſeu per ſe aut per eoſdem mulier nomine Bona*. Codex Remenſis, *ſed & ſuper ſe opera eadem mulier nomine Ibono*. Bodlejanus, *ſed & ſuper ſe & pro eodem*. Gratianopolitanus, *ſed & ſupereſt aut eodem*. Meus, *ſed & ſuper ſe opere eadem mulier nomine Bona*. Alterius Bonæ mentio eſt in martyrologio Romano die 24. Aprilis. Sed illa erat Remenſis. Altera vero Bona (cujus mentionem facit Petrus de Natalibus lib. 8. cap. 71.) erat Ægyptiaca, quæ alio nomine apud ſuos Ægyptios Cordununda vocabatur.

10 *Quæ conſcientia*] Editio Manutii & codex Remenſis, *quæ conſcientiam non commiſit*. Morellius, *quæ etiam conſcientia non commiſſi*. Sic etiam in libro meo vetere. Rigaltius, *qua conſcientia non commiſſi*. Codex Gratianopolitanus, *qua conſcientia non commiſit*.

11 *Sacrificaverunt*] Ita editio Morellii & codex Remenſis. Sic etiam legitur in meo & in Gratianopolitano. Aliæ editiones habent *ſacrificabant*. Et poſtea additur in iiſdem codicibus & in editione Morelliana, *ſic ipſe cœpit dicere*.

12 *Videantur debere*] In codice Remenſi, in Gratianopolitano, & in meo legitur *videantur ac debeant accipere*. Sic etiam editio Morelliana.

13 *Conſilium*] Antea ſcriptum erat *conſultum*. Sed hujus vocis alia eſt ſignificatio, videlicet de re deliberata. Emendatum eſt ex manuſcriptis.

14 *Salutate noſtros*] Angli monent legendum eſſe *veſtros*. Quæ conjectura videtur eſſe bona. Verum editiones & ſcripti libri repugnant.

15 *Opto vos*] Sic repoſuimus ex eodem codice Remenſi, cum antea legeretur: *Opto vos feliciſſimos bene valere*.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLA XIX.

Reſpondet Caldonio.

CYPRIANUS Caldonio fratri ſalutem. Accepimus litteras tuas, frater cariſſime, ſatis ſobrias & integritatis ac fidei plenas. Nec miramur ſi exercitatus & in ſcripturis dominicis peritus caute omnia & conſulte geras. Recte autem ſenſiſti circa [1] impertiendam fratribus noſtris pacem, quam ſibi ipſi vera pœnitentia & dominicæ confeſſionis gloria reddiderunt, ſermonibus ſuis juſtificati, quibus ſe ante damnaverant. Cum ergo abluerint omne delictum, & [2] maculam priſtinam aſſiſtente ſibi Domino [3] potiore virtute deleverint, jacere ultra ſub diabolo quaſi proſtrati non debent qui extorres facti, & bonis ſuis omnibus ſpoliati, erexerunt ſe, & cum Chriſto ſtare cœperunt.

A Atque utinam ſic & ceteri poſt lapſum pœnitentes in ſtatum priſtinum reformentur, quos nunc urgentes & pacem temere atque importune extorquentes quomodo diſpoſuerimus ut ſcires, [4] librum tibi cum epiſtolis numero quinque miſi quas ad clerum & ad plebem & ad martyres quoque & confeſſores feci. quæ epiſtolæ jam plurimis collegis noſtris miſſæ placuerunt, & reſcripſerunt ſe quoque nobiſcum in eodem conſilio ſecundum catholicam fidem ſtare. Quod ipſum etiam tu ad collegas noſtros quos potueris tranſmitte, ut apud omnes unus actus & una conſenſio ſecundum Domini præcepta teneatur. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XIX.

1 I*Mpertiendam*] Hanc lectionem reperi in quatuordecim exemplaribus antiquis. Editio Spirenſis & vetus Veneta, quamvis ſint in hoc loco mendoſæ, monſtrant tamen hanc lectionem eſſe bonam. Habent enim *impertinentiam*. Remboltus *impertitam*.

2 *Maculam priſtinam*] Plerique libri veteres & editiones habent *primam*.

3 *Potiore virtute*] Nonnulli codices antiqui præferunt *poſteriore*.

4 *Librum*] de lapſis, ut interpretatur Rigaltius. Angli contra, rejecta Rigaltii ſententia, interpretantur de faſciculo epiſtolarum. Sed profecto erraverunt. Quippe Cyprianus apertiſſime diſtinguit librum ab epiſtolis, *librum cum epiſtolis numero quinque miſi*.

[1] EPISTOLA XX.

Celerini ad Lucianum.

CELERINUS Luciano ſalutem. Hæc cum tibi ſcriberem, Domine frater, gaudens & triſtis eram, gaudens eo quod audierim te pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſalvatoris noſtri tentum & illius nomen penes magiſtratus [2] hujus mundi confeſſum, triſtis autem in eo quod ab eo ex quo te deduxi numquam litteras tuas accipere potui. Et nunc modo duplex mihi triſtitia incubuit quod cum Montanum fratrem noſtrum communem abs te de carcere ad me eſſe venturum [3] ſciebas, de ſalute tua vel quid penes te agatur mihi non ſignificaveris. Sed hoc ſolet contingere ſervis Dei, maxime eis qui in confeſſione Chriſti ſunt conſtituti. Scio enim quoniam unuſquiſque jam quæ ſunt ſæculi non attendit, quoniam coronam cæleſtem ſperat. Ego enim dixi ſortaſſe oblitum te eſſe mihi ſcribere. [4] Nam, ut tibi quoque de infimo tuus vel frater dicar, ſi fuero dignus Celerinus audire, tamen [5] cum eſſem & ego in tam florida confeſſione, fratres meos vetuſtiſſimos memorabam, & eos litteris meis memoravi caritatem priſtinam eorum penes me meoſque nunc eſſe. Peto tamen, cariſſime, a Domino [6] ut ſi ante cruore illo ſancto laveris, ſi prius paſſus fueris pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti quam litteræ meæ te in hoc mundo apprehendant, vel nunc ſi apprehenderint, mihi ad hæc reſcribas. Sic coronet te cujus nomen confeſſus es. Credo enim quoniam etſi in hoc mundo nos non vi-

B derimus, in futuro tamen nos coram Chriſto complectemur. Pete ut ſim dignus & ego coronari cum numero veſtro. In magna tamen tribulatione me conſtitutum ſcias, & ac ſi ſis mecum præſens, ſic caritatis priſtinæ reminiſcor die ac nocte. Deus ſolus ſcit. Et ideo peto ut annuas deſiderio meo & mecum doleas in morte ſororis meæ, quæ cecidit in hac vaſtatione a Chriſto. Sacrificavit enim & exacerbavit Dominum noſtrum. quod nobis manifeſtum videtur. Pro cujus factis ego [7] in hac die lætitiæ [8] Paſchæ flens die ac nocte, in ciC licio & cinere lacrimabundus dies exegi & exigo uſque in hodiernum, donec auxilium Domini noſtri Jeſu Chriſti [[9] ſubveniat] & pietas per te vel per eos dominos meos qui coronati fuerint, a quibus [10] poſtulaturus es ut veniam habeant nefanda naufragia. Memoratus ſum enim caritatis tuæ priſtinæ, quod cum omnibus doleas [11] pro ſororibus noſtris, quas & tu bene noſti, id eſt, Numeria & Candida; pro quarum peccato, quia nos fratres habent, debemus excubare. Credo enim ChriD ſtum ſecundum earum pœnitentiam & opera quæ penes collegas noſtros fecerunt extorres qui a vobis venerunt, a quibus ipſis de operibus eorum audies, jam Chriſtum eis, vobis martyribus ſuis petentibus, indulturum. Audivi enim te floridiorum miniſterium percepiſſe. O te felicem! ſuſcipere vota tua quæ ſemper deſideraſti vel in terra dormiens. Optaſti pro

nomine illius in carcerem mitti. quod nunc A tibi contigit, ſicut ſcriptum eſt: *Det tibi Dominus ſecundum cor tuum.* [11] Et nunc ſuper ipſos factus antiſtes Dei recognovit idem miniſter. Rogo itaque, Domine, & peto per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ut ceteris collegis tuis [12] fratribus tuis meis dominis referas, & ab eis petas ut quicumque prior veſtrum coronatus fuerit, iſtis ſororibus noſtris Numeriæ & Candidæ tale peccatum remittant. Nam B hanc ipſam [14] Etecuſam ſemper appellavi, teſtis eſt nobis Deus, quia pro ſe dona numeravit ne ſacrificaret; ſed tantum aſcendiſſe videtur uſque ad [15] Tria fata, & inde deſcendiſſe. Hanc ergo non ſacrificaſſe ego ſcio. Quarum jam cauſa audita, præceperunt eas [16] præpoſiti tantiſper ſic eſſe donec epiſcopus conſtituatur. Sed quatenus per veſtras ſanctas orationes & petitiones, in quas nos fidimus, quoniam eſtis amici ſed & teſtes Chriſti, quod o- C mnia indulgeatis. Peto ergo, Domine cariſſime Luciane, memor ſis mei & petitioni meæ annuas. Sic Chriſtus coronam illam ſanctam, quam tibi non tantum in confeſſione, ſed & in [17] ſanctimonio, tradidit in qua ſemper cucurriſti, exemplum ſanctorum ſemper & teſtis fuiſti, ut omnibus dominis meis fratribus tuis confeſſoribus referas de hoc facto, ut a vobis auxilium recipiant. Nam hoc, Domine frater, ſcire debes, me non ſolum hoc pro eis petere, [18] ſed & Statium & Severianum & omnes confeſſores qui inde huc a vobis venerunt, ad quos ipſæ in portum deſcenderunt, & in urbem levaverunt, quod ſexaginta quinque miniſtraverunt & uſque in hodiernum in omnibus foverunt. Sunt enim penes illas omnes. Plus autem gravare cor illud ſanctum tuum non debui, cum ſciam te prona voluntate operari. Salutant te [19] Macharius cum ſororibus ſuis Cornelia & Emerita, quæ lætantur de confeſſione tua florida, ſed & omnium fratrum, & Saturninus, qui & ipſe luctatus eſt cum diabolo, qui & Chriſti nomen eſt fortiter confeſſus, qui & ibi in pœna ungularum fortiter eſt confeſſus, qui & hoc nimis rogat & petit. Salutant te fratres tui Calphurnius & Maria & omnes ſancti fratres. Nam & hoc ſcire debes, me & dominis meis fratribus tuis [litteras] ſcripſiſſe, quas peto illis eas legere digneris.

NOTÆ AD EPISTOLAM XX.

a HANC epiſtolam primus omnium edidit Morellius. Poſtea Pamelius, qui fatetur ſe nullum vetus illius exemplar habuiſſe, illam recudit, eamque ex ingenio interdum emendavit. Latinius habuit duo vetera illius exemplaria, & in ejus adnotationibus ad Cyprianum pag. 195. adnotatum eſt illum feliciter emendaſſe hanc epiſtolam. Quod verum non eſt, cum difficile admodum ſit eam bene emendare ob errores qui in eam irrepſerunt in antiquis exemplaribus. Ego duo habui, unum ex urbe Gratianopolitana, aliud ex bibliotheca mea. Angli laudant unum Vaticanum & unum Bodlejanum. Certe exſtat hodieque in Vaticano 199. uno eorum, ut opinor, quæ Latinius viderat.

2 *Hujus mundi*] Antea legebatur *hujuſmodi*, nullo ſenſu. Angli protulerunt veram lectionem. Monet autem Latinius illam exſtare in ſuis exemplaribus. Ita etiam legitur in meo & in Gratianopolitano.

3 *Sciebas*] Cum hæc lectio habeatur in editionibus Morellii, Pamelii, & Rigaltii, tum etiam in codice Vaticano, confirment autem illam duo vetera exemplaria quibus utor, tametſi in meo ſcriptum ſit per errorem *ſciebam*, Angli tamen maluerunt *ſcribas*. At ſi attendiſſent Celerinum de Luciano conqueri quod ad ſe non ſcripſerit per Montanum, quem ſciebat ad ſe eſſe venturum, aliter ſenſiſſent. Itaque certum eſt eam lectionem quam nos retinuimus eſſe bonam.

4 *Nam ut tibi*] Repræſentavimus iſtic lectionem veterum librorum & editionum. Angli ex ingenio, nullum enim vetus exemplar citant, ſcripſerunt: *Nam ut tum quoque de infimo tuo vel fratre dicam, ſi fuero dignus, Celerinus audiretur*. Sane Latinius, cum in codice Vaticano ſcriptum videret ut eſt in meo & in vulgatis editionibus, legendum cenſuerat ferme uti ab Anglis excuſum eſt. In Gratianopolitano ſcriptum eſt *oblitum eſſe te mihi ſcribere, ut tu quoque de infimo vel fratre dicam &c.*

5 *Cum eſſem in tam*] id eſt, cum eſſem in carcere conſtitutus propter nomen Domini.

6 *Ut ſi ante*] Hæc eſt lectio editionis Morellianæ. Sic etiam in veteri libro meo & in Bodlejano. Male in Gratianopolitano, *ut a me cruore illo*. Pamelius exiſtimans non licuiſſe Luciano reſcribere poſt cruoris pro Chriſto effuſionem, credidit deeſſe in hoc loco negationem, ideoque illam interſerere non eſt veritus. Non placuit ea audacia Latinio, qui cenſuit hanc orationem nulla indigere negatione. Angli in eadem ſententia fuere quoad negationem, ſed alio tranſtulerunt argumentum. Ita quippe interpretantur hunc locum, alioqui ſatis obſcurum & implicitum, tamquam ſi Celerinus timens ne Lucianus excederet ante datam pacem & indulgentiam ſororibus ſuis, quæ lapſæ erant, petiiſſet a Domino ut earum miſereretur eiſque poſt exceſſum Luciani daret indulgentiam quam Lucianus morte præventus non dediſſet. Verum ea interpretatio ferri non poteſt, cum nulla ſororum Celerini mentio facta fuerit antea. Vera itaque, ut ego quidem arbitror, ac germana hujus loci ſententia hæc eſt. Conqueſtus erat Celerinus de negligentia Luciani in ſcribendo, qui tametſi ſciret Montanum venturum ad ſe eſſe, nihil per eum ſcripſerat de ſalute ſua vel quid apud eum ageretur. Nunc vero petit ut ſi ante Lucianus ſpiritum effuderit quam hæ litteræ perveniant ad ea loca in quibus habitabat, nihil reſcribat, reſcribat tamen ſi adhuc ſuperſtes fuerit cum illæ huc pervenerint.

7 *In lætitia paſcha*] Codex Gratianopolitanus, *in hac die lætitiæ*. Caſſiodorus lib. 4. epiſt. 42. *Marciani atque Maximi nos querela pulſavit cum paſchalibus diebus paterni luctus eſſent vulnere ſauciati & in ipſo lætitiæ tempore &c.*

8 *Paſcha*] Ita ſcribebant antiqui. Tertullianus in libro de corona; *Eadem immunitate a die paſcha in pentecoſten uſque gaudemus*. Idem lib. 2. ad uxorem: *Quis denique ſolemnibus paſchæ abnoctantem ſecurus ſuſtinebit*. Item lib. 4. adverſus Marcionem: *Nam e tot feſtis Judæorum paſchæ diem elegit*. Concilium Cabarſuſſitanum, *intra diem paſchæ futuræ*. Appendix commonitorii Honorii Aug. in cauſa Eulalii & Bonifacii contendentium de epiſcopatu Romano apud Baronium, *dies qui imminebant ſancta paſchæ*. Arator lib. 2. actuum apoſtolicorum: *Gaudia paſchæ electo latrone colis*. Sic etiam Rufinus in libris hiſtoriæ eccleſiaſticæ & in libris recognitionum D. Clementis. Vide notas Sirmondi ad Concilium primum Arelatenſe.

9 *Subveniat*] Ego addidi hanc vocem ex conjectura, tantum ut ſenſum eo modo conſtituerem. Si quis maluerit ſubſtituere aliud vocabulum, non repugno.

10 *Poſtulaturus*] Codex Gratianopolitanus, *poſtulandum eſt ſubveniat tam nefando naufragio*.

11 *Pro ſororib. noſtris*] Ita editio Anglicana, quam confirmat codex Gratianopolitanus. Ita quoque ſe ſcriptum vidiſſe in duobus antiquis codicibus teſtatur Latinius. In meo legitur *per ſorores noſtras*.

12 *Et nunc ſuper ipſos*] Codex meus, *& nunc ſuper ipſos factus antiſtites Dei recognovit id eſt miniſter*. Sic etiam in Gratianopolitano, niſi quod illic ſcriptum eſt *antiſtes*. Sidonius lib. 7. epiſt. 17. *Quæſo ut abbas ſit frater Auxanius, tu vero & ſupra abbatem.*

13 *Fratrib. tuis*] Ita veteres libri & editiones. Male in editione Anglicana, *fratribus tuis & meis, meis dominis*.

14 *Etecuſam*] Giſbertus Cuperus in epiſtola ad Paulum Voetium monet epiſcopum Ceſtrienſem reſcripſiſſe

Æcu-

Æcuſam. Æcuſam dixit Julius Firmicus in quibuſdam editionibus, in aliis Æthuſam. Verum Æcuſa illa multum differt ab Etecuſa.

15 *Tria fata*] Ita codex Vaticanus in editione Anglicana laudatus, duo vetera exemplaria Latinii, unum ex mea bibliotheca. Neque dubium eſt quin hæc ſit vera lectio. Hic autem locus, qui nullam, ut ego quidem arbitror, habet difficultatem, valde vexatus eſt ab interpretibus exiſtimantibus eam lectionem non eſſe bonam. Et tamen mihi conſtat nullam aliam poſſe eſſe bonam præter iſtam. Confirmant porro eam loca ad explicationem hujus loci ex geſtis pontificalibus allata a viris doctiſſimis. Negari quippe non poteſt quin Romæ, unde hæc epiſtola ſcripta eſt, fuerit locus appellatus Tria fata. Hujus rei locuples nobis teſtis eſt Procopius lib. 1. cap. 25. de bello Gothico; ubi ſcribit Janum ædem habuiſſe in foro ex adverſo curiæ ſuper Tria fata. Conſtat autem mulierem de qua agitur in hac epiſtola Celerini aſcendiſſe, in capitolium videlicet, ut ſacrificaret, ſed ſubſtitiſſe ad Tria fata, & inde deſcendiſſe, pœnitudine videlicet ductam. Cum vero Procopius ſcribat Tria fata fuiſſe prope ædem Jani ex adverſo curiæ, cum P. Victor templum Jani ponat prope forum, cum Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2. doceat forum poſitum fuiſſe medio inter capitolium & palatium ſpatio in planitie capitolio ſubjecta, Onuphrius autem Panvinius in deſcriptione urbis Romæ annotaverit montem palatinum habere ad occaſum forum Romanum & capitolium & ad ſeptemtrionem viam ſacram, & auctor geſtorum pontificalium tradat baſilicam ſanctorum Coſmæ & Damiani, quæ erat ſita in Tribus fatis, fuiſſe ſitam in via ſacra, quam Ovidius in libro tertio triſtium locat prope forum & palatium, ubi Fabium fornicem fuiſſe docet Cicero in oratione pro Cn. Plancio, hunc autem fornicem fuiſſe vicinum roſtris doceat Seneca in capite ſecundo libri *Quod in ſapientem non cadit injuria*, & fornicem illum Aſconius Pædianus in commentario ad actionem primam in Verrem ſcripſerit ſitum fuiſſe in clivo capitolino & inde rectam viam ad forum fuiſſe per forum & per Tria fata, Dio vero Caſſius lib. 54. & Herodianus lib. 4. aditum fuiſſe per viam ſacram in forum, manifeſtum eſt eam lectionem eſſe veram quam nos retinuimus. Quare nollem viros doctiſſimos fuiſſe tam faciles in recipienda conjectura Gronovii ſcribentis in capite 14. obſervationum in ſcriptoribus eccleſiaſticis *dryfacta* reponendum eſſe in hac epiſtola Celerini pro *Tria fata*, cum certum ſit eam emendationem eſſe tentatam contra omnium veterum librorum & editionum fidem & abſque ulla neceſſitate. Itaque jure meritoque rejecta eſt in editione Anglicana. Porro Celerinum, quod nobis nunc incumbit probandum, fuiſſe tum Romæ & alii jam monuerunt & liquet ex loco ipſius epiſtolæ pag. 29. ubi Celerinus ait ſuperſeſſum eſſe cauſa quarumdam mulierum *donec epiſcopus conſtituatur*, id eſt, donec locus Petri, qui vacabat poſt mortem Fabiani, accepiſſet epiſcopum, præcipue vero ex epiſtola 22. pag. 32. in qua Cyprianus ſcribit ad presbyteros & diaconos Romæ conſiſtentes mittere ſe ad eos epiſtolam Celerini ad Lucianum ut recognoſcant an vera ſit. Miſſam autem fuiſſe per Crementium hypodiaconum facile colligitur ex epiſtolis 4. & 14.

16 *Præpoſiti*] Id eſt, illi e clero qui eccleſiam Romanam gubernabant poſt mortem Fabiani.

17 *Sanctimonio*] Ita libri veteres & hic & alibi. Poſſem plurima exempla proferre ut oſtenderem veteres ita vulgo ſcripſiſſe. Sed ſuperſedeo, quia puto lectores mihi facile fidem præſtituros. Eodem modo dicebant blaſphemium pro blaſphemia, ut notavimus ad Marium Mercatorem pag. 451. Addo tamen doctiſſimos monachos quibus debemus novam editionem operum ſancti Auguſtini poſuiſſe in epiſtola 61. *ſanctimonii & continentiæ*. Item in reſcripto Honorii & Theodoſii AA. ad Aurelium contra Pelagianos.

18 *Sed & Statum*] Ita codex meus & Gratianopolitanus. Ita quoque conſtat habuiſſe vetera exemplaria Latinii. Sic etiam legendum eſſe cenſuerat Pamelius, cum antea ſcriptum eſſet *ſtatim*. Vide notas ad epiſtolam 54.

19 *Macharius*] Satis ſcio ſcribendum fuiſſe *Macarius*, ſi conſtaret Afros ſcripſiſſe uti Græci ſcribebant. At cum invenirem hoc vocabulum in vetuſtis exemplaribus Cypriani ſcriptum cum aſpiratione, ſcirem præterea Afros & pleroſque Latinos quædam vocabula ſcripſiſſe diverſe, ut patet in verbo *catecuminus* & in verbo *acolytuo*, tum etiam in vocabulo *Arrius*, cenſui debere me in hoc loco ſequi ſcripturam veterum exemplarium ſancti Cypriani. Sic etiam ſcribit Franciſcus Maria Florentinus in editione vetuſtiſſimi martyrologii VI. Idus Decembris: *In Africa ſanctorum Primi, Macharii, Juſti*. Et in epiſtola 29. ſancti Auguſtini in nova editione ſcriptum eſt *Machario* juxta fidem codicis Ciſtercienſis ex quo edita eſt.

[1] EPISTOLA XXI.

Lucianus reſpondet Celerino.

LUCIANUS Celerino domino, ſi dignus A fuero vocari, collega in Chriſto ſalutem. Accepi litteras tuas, Domine frater, dilectiſſime, in quibus me tantum gravaſti ut propter tuam gravationem tanto gaudio pæne exciderim ut litteras quas & ego optabam poſt tantum temporis legere, in quibus mei dignatus es memorare, beneficio tantæ tuæ humilitatis legere exſultaverim, qui ſcribens mihi diceres, Si dignus fuero frater nominari tuus, hominis qui apud puſilliores nomen Dei cum timore confeſſus ſum. Nam tu Deo volente ipſum [2] anguem majorem, [3] metatorem antichriſti, non B tantum confeſſus deterruiſti vocibus illis & verbis deificis quibus ſcio quaſi amatores fidei & zelotypi diſciplinæ Chriſti, in qua [4] te novi vivacitate verſari te gaudeo, viciſti. Nunc, cariſſime, jam inter martyres deputande, voluiſti nos litteris tuis gravare, in quibus ſignificaſti de ſororibus noſtris; pro quibus utinam fieri poſſet ut ſine tanto ſcelere commiſſo memoriam faceremus. Non profecto tantis lacrimis incumberemus ut nunc. Scire debuiſti quid circa nos actum ſit. Cum benedictus martyr Paulus adhuc in corpore eſſet, vocavit me, & dixit mihi: Luciane, coram Chriſto tibi dico ut ſi quis poſt arceſſitionem meam abs te pacem petierit, da in nomine meo; ſed & omnes quos Dominus in tanta tribulatione arceſſire dignatus eſt univerſi litteras ex compacto univerſis pacem dimiſimus. Vides ergo, frater, [5] quoniam partim ejus quod mihi Paulus præcepit quam univerſis quod cenſuimus, ex quibus eramus in hac tribulatione, cum juſſi ſumus ſecundum præceptum Imperatoris fame & ſiti necari, & recluſi ſumus in duabus cellis, ita ut nos [6] afficerent fame & ſiti. Sed & ignis ab opere preſſuræ noſtræ tam intolerabilis erat quam nemo portare poſſet. Sed nunc ipſam claritatem ſumus conſecuti. Et ideo, frater cariſſime, ſaluta Numeriam & Candidam, quæ ſecundum Pauli præceptum & ceterorum martyrum, quorum nomina ſubjicio, [7] Baſſi in pejerario, Mappalici [8] in quæſtione, Fortunionis in carcere, Pauli a quæſtione, Fortunatæ, Victorini, Victoris, Herennii, Credulæ, Herenæ, Donati, Firmi, Venuſti, Fructi, Juliæ, Martialis, & Ariſtonis, qui Deo volente in carcere fame necati ſunt; quorum & nos ſocios futuros intra dies audietis.

Digitized by Google

tis. Jam eoim ex quo iterato recluſi ſumus A ſunt dies octo in die qno tibi litteras ſcripſi. Nam & ante dies octo per dies quinque medios modicum panis accepimus & aquam ad menſuram. Et ideo, frater, peto ut ſicut hic cum Dominus cœperit ipſi Eccleſiæ pacem dare, ſecundum præceptum Pauli & noſtrum tractatum, expoſita cauſa apud epiſcopum, & facta exomologeſi, habeant pacem, non tantum hæ, ſed & quas ſcis ad [9] animum noſtrum pertinere. Salutant vos collegæ mei univerſi. Vos ſalutate confeſſores Domini qui ibi vobiſcum ſunt, quorum nomina ſignificaſti; ioter quos & Saturninus cum [10] comitibus ſuis, ſed & collega meus, & [11] Maris, Collecta, & Emerita, Calphurnius & Maria, Sabina, Speſina, & ſorores, Januaria, Dativa, Donata. Salutamus cum ſuis Saturum, Baſſianum, & univerſum clerum, Uranium, Alexinm, Quintianum, Colonicam, & univerſos; quorum nomioa noo ſcripſi, quia jam laſſus eram. Ideo ignoſcere debent. Opto vos bene valere, Alexium & Getulicum & argentarios & ſorores. Salutant vos ſorores meæ Januaria & Sophia, quas vobis commendo.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXI.

1 DUO tantum hujus epiſtolæ vetera exemplaria habui, unum ex urbe Gratianopolitana, aliud ex bibliotheca mea. Angli unum laudant ex Vaticana, illud nimirum, ut opinor, quod notatum eſt numero 199. in bibliotheca Vaticana. Habuiſſe ſe eam in ſuis codicibus teſtatur Latinius, ſed ita corruptam ut vix intelligi ſententia ejus poſſet. Pamelius & Rigaltius ſtentur ſe nullum vetus illius exemplar habuiſſe.

2 *Anguem majorem*] id eſt Decium Imperatorem, quem execrabile animal vocat Lactantius in libro de mortibus perſecutorum. Sic Prudentius in carmine de ſancto Fructuoſo epiſcopo Tarraconenſi Æmilianum præſidem vocat cruentum colubrum. Sic Hunericus rex Vandalorum vocatur veternoſus anguis in hiſtoria paſſionis martyrum qui VI. Non. Julii paſſi ſunt apud Carthaginem ſub ejus imperio. Et auctor vitæ Gregorii Papæ IX. apud Odoricum Rainaldum an. 1238. §. 72. Fridericum II. Imperatorem vocat tortuoſum colubrum. Nabuchodonoſor vocatur aquila grandis ab Hieronymo & Theodoreto, ut notat Fronto Ducæus in annotationibus ad tomum primum operum ſancti Joannis Chryſoſtomi. Ad Decium pertinent hæc verba Cypriani de Celerino in epiſtola 34. pag. 47. *Hic inter perſecutionis initia cum ipſo infeſtationis principe & auctore congreſſus*, & fortaſſis ea quæ de hominis maligni velut ſerpentis aſtutia venenata ait in epiſtola 46. pag. 60.

3 *Metatorem antichriſti*] Lucifer epiſcopus Calaritanus Conſtantium Imperatorem Arrianum vocat præcurſorem antichriſti. quod idem eſt. Contra Lactantius lib. 4. cap. 11. Chriſtum vocat metatorem templi Dei, id eſt eccleſiæ. De metatoribus vide quæ dicuntur infra ad epiſtolam 81.

4 *Te novi*] Quamvis editio Morellii, ex qua aliæ propagatæ ſunt, habeat *tenoris*, cum tamen veteres libri, etiam unus quem laudat Latinius, habeant *te novi*, hanc lectionem arbitratus ſum eſſe retinendam, tum quia veterum librorum auctoritate nititur, tum quia videtur eſſe melior.

5 *Quoniam partim*] Ita repoſui ſecutus fidem libri mei veteris & Gratianopolitani. Vaticanus in editione Anglicana laudatus habet *quoniam partem*. Editiones, *quod tam placuit*.

6 *Afficerent*] ita editio Morellii & reliquæ. Codex Latinii & meus, *ut non afficiebat*. Gratianopolitanus, *ita quod non efficiebatur*.

7 *Baſſi in pejerario*] Ita Morellius. Rigaltius conjecit legendum eſſe *in petrario*, id eſt in lapidicina. Codex Vaticanus & Latinius, *in perario* vel *imperario*. quod adjuvare poteſt conjecturam Rigaltii. Unus Bodlejanus, *pegrario*. Meus, *pignerario*. Gratianopolitanus, *imperario*, ut in codice Latinii. Angli poſuerunt in contextu conjecturam Rigaltii. Maximus epiſcopus Taurinenſis in homilia de non timendis hoſtibus carnalibus: *Piraterium latine experimentum dici poteſt*. Hæc homilia olim exſtabat in editionibus operum ſancti Ambroſii. Sed monachi Benedictini recte monuerunt eſſe Maximi.

8 *In quæſtione*] Infra epiſt. 69. pag. 123. *tot confeſſores quæſtionati & torti*, non ut veritas quæreretur, ſed ut per tormenta quæſtionis cogerentur ad relinquendam veritatem. Hinc quæſtionarii dicti in actis ſanctorum Luciani & Marciani, quorum officium erat reos applicare ad quæſtionem & tormentis exagitare. Iidem dicti carnifices, ut oſtendit in ſuo gloſſario Latino doctiſſimus amicus olim noſter Carolus Dufreſnius Cangius. Quæſtionis autem tormenta cogebant interdum innocentes ad confitendum crimina de quibus accuſabantur, uti notatum a nobis eſt in notis ad vitas Paparum Avenionenſium pag. 599.

9 *Animum*] Codex Vaticanus & meus, tum etiam is qui fuit Latinii, habent *animam*.

10 *Comitibus*] Ita editio Morelliana. Angli maluerunt *omnibus*, teſtati ſe ita ſcriptum vidiſſe in codice Vaticano. Sic etiam codex Latinii. At Gratianopolitanus habet *comitibus*. Meus *motibus*. quod propius accedit ad vocem *comitibus*.

11 *Maris, Collecta*] Hæc lectio reperitur in editione Morellii, in veteri libro meo, & in Gratianopolitano. Pamelius mutavit ex ingenio, abſque ullius veteris exemplaris auctoritate, & poſuit, *Macarius, Cornelia*, quia videbat Macarii & aliorum decem martyrum feſtum celebrari ſexto Idus Aprilis. Et tamen Maris nomen non eſt obſcurum in hiſtoria eccleſiaſtica. Maris epiſcopus Chalcedonenſis claruit ævo Juliani Imperatoris. Alter Maris etiam epiſcopus Chalcedonenſis interfuit concilio Chalcedonenſi, Maris Dolichenſis concilio Conſtantinopolitano primo. Nota eſt controverſia de epiſtola Ibæ epiſcopi Edeſſeni ad Marim Perſam in concilio quinto, cujus etiam mentio facta eſt in Epheſino. Maris monachi meminit Theodoretus in capite 20. hiſtoriæ religioſæ.

[1] EPISTOLA XXII.

Ad clerum Romæ conſiſtentem de multis confeſſoribus & de Luciani inverecundia & Celerini confeſſoris modeſtia.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus Romæ conſiſtentibus fratribus ſalutem. [2] Poſt factas ad vos litteras, fratres cariſſimi, quibus actus noſter expoſitus & diſciplinæ ac diligentiæ quantulacumque ratio declarata eſt, aliud acceſſit, quod nec ipſum latere vos debuit. Nam frater noſter Lucianus, & ipſe unus de confeſſoribus, fide quidem calidus & virtute robuſtus, ſed minus dominica lectione funda- B tus, quædam conatus eſt, [3] imperiti jampridem ſe vulgi auctorem conſtituens, ut manu ejus [4] ſcripti libelli gregatim [5] multis nomine Pauli darentur, cum Mappalicus martyr cautus & verecundus, legis ac diſciplinæ memor, nullas contra evangelium litteras fecerit, ſed tantum domeſtica pietate commotus [6] matri ſuæ, quæ lapſa fuerat, mandaverit pacem dari, Saturninus quoque poſt tormenta adhuc in car-

carcere conſtitutus nullas ejuſmodi litteras emiſerie. Lucianus vero non tantum Paulo adhuc in carcere poſito nomine illius libellos manu ſua ſcriptos paſſim dedit, ſed & poſt ejus exceſſum eadem facere [7] ſub ejus nomine perſeveravit dicens hoc ſibi ab illo mandatum, neſciens Domino magis quam conſervo obtemperandum. Aurelii quoque adoleſcentis tormenta perpeſſi nomine libelli multi dati ſunt ejuſdem Luciani manu ſcripti, quod [8] litteras ille non noſſet. Cui rei ut aliquatenus poſſet obſiſti, litteras ad eos feci, quas ad vos ſub epiſtola priore transmiſi, quibus petere & ſuadere non deſtiti ut dominicæ legis & [9] evangelii ratio teneretur. Poſtquam vero ad eos litteras miſi ut quaſi moderatius aliquid & temperantius fieret, univerſorum confeſſorum nomine idem [10] Lucianus epiſtolam ſcripſit, qua pæne omne vinculum fidei & timor Dei & mandatum Domini & evangelii ſanctitas & firmitas ſolveretur. Scripſit enim omnium nomine univerſis eos pacem dediſſe & hanc formam per me aliis epiſcopis innoteſcere velle. cujus epiſtolæ exemplum ad vos transmiſi. Additum eſt plane, de quibus ratio conſtiterit quid poſt commiſſum egerint. Quæ res majorem nobis conflat invidiam, ut nos cum ſingulorum cauſas audire & excutere cœperimus, videamur multis negare quod ſe nunc omnes jactant a martyribus & confeſſoribus accepiſſe. Denique hujus ſeditionis origo jam cœpit. Namque in provincia noſtra per aliquot civitates in præpoſitos impetus per multitudinem factus eſt, & [11] pacem quam ſemel cuncti a martyribus & confeſſoribus datam clamitabant confeſtim ſibi repræſentari coegerunt, territis & ſubactis præpoſitis ſuis, qui ad reſiſtendum minus virtute animi & robore fidei prævalebant. Apud nos etiam quidam turbulenti, qui vix a nobis in præteritum regebantur & in noſtram præſentiam differebantur, per hanc epiſtolam velut quibuſdam facibus accenſi plus exardeſcere & pacem ſibi datam extorquere cœperunt. De quibus quales ad clerum noſtrum litteras fecerim exemplum vobis miſi. Sed & quid mihi [12] Caldonius collega pro integritate & fide ſua ſcripſerit, quidque ego ei reſcripſerim, utrumque ad vos legendum transmiſi. Exempla quoque epiſtolæ Celerini boni & robuſti confeſſoris, quam ad Lucianum eumdem confeſſorem ſcripſerit, item quid [13] Lucianus ei reſcripſerit, miſi vobis, ut ſciretis & laborem circa

A omnia & diligentiam noſtram & veritatem ipſam diſceretis. Celerinus confeſſor quam ſit moderatus & cautus & humilitate ac timore [14] ſectæ noſtræ verecundus, Lucianus vero circa intelligentiam dominicæ lectionis, ut dixi, [15] minus peritus, & circa invidiam verecundiæ noſtræ relinquendam facilitate ſua [16] moleſtus. Nam cum Dominus dixerit in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti gentes tingui & in baptiſmo præterita peccata dimitti, hic præcepti & legis ignarus mandat pacem dari & peccata dimitti in Pauli nomine, & hoc ſibi dicit ab *Matt. 28.*

B illo eſſe mandatum, ſicut in litteris ejuſdem Luciani ad Celerinum factis animadvertetis, quibus minime conſideravit quod non martyres evangelium faciant, ſed per evangelium martyres fiant; quando & Paulus apoſtolus, quem Dominus vas electionis ſuæ dixit, poſuerit in epiſtola ſua dicens: *Miror quod ſic tam cito demutamini ab eo qui vos vocavit in gratiam ad aliud evangelium; quod non eſt aliud: niſi ſi ſunt aliqui qui vos turbant & volunt convertere evangelium Chriſti. Sed licet nos aut angelus de* *Gal. 1.*

C *cælo aliter adnuntiet præterquam quod adnuntiavimus vobis, anathema ſit, ſicut prædiximus, & nunc iterum dico; ſi quis vobis adnuntiaverit præterquam quod accepiſtis, anathema ſit.* Opportune vero ſupervenerunt litteræ veſtræ, quas accepi ad clerum factas, item quas beati confeſſores Moyſes & Maximus, Nicoſtratus, & ceteri Saturnino & Aurelio & ceteris miſerunt, in quibus evangelii plenus vigor & diſciplina robuſta legis dominicæ continentur. Laborantes hic nos & contra invidiæ impetum totis fi-

D dei viribus reſiſtentes multum ſermo veſter adjuvit ut divinitus compendium fieret, & priuſquam venirent ad vos litteræ quas vobis proxime miſi ut declararetis nobis quod [17] ſecundum evangelii legem nobiſcum fortiter atque unanimiter etiam veſtra ſententia concurrat. Opto vos, fratres cariſſimi ac deſiderantiſſimi, ſemper bene valere.

Quoniam opera ſancti Cypriani vulgo citari ſolent ſecundum ordinem quem obtinent in editione Pamelii & in Rigaltiana, noſque hunc ordinem ſequi

E *decrevimus, typographus autem ex cujus officina prodiit editio Rigaltiana numerum XXIII. omiſit per ſaltum in edendis epiſtolis, admonere viſum eſt nos quoque eumdem errorem retinuiſſe propter rationem quam in initio iſtius admonitionis adduximus.*

NOTÆ AD EPISTOLAM XXII.

1 HAnc epiſtolam, quæ primum excuſa eſt in editione Manutiana, in nullo eorum veterum exemplarium quibus utor reperi quam in Fuxenſi, in Gratianopolitano, in uno meo, & in eo quod ſervatur in monaſterio Remenſi ſancti Dionyſii. Angli unicum habuerunt ex bibliotheca Bodlejana. Pamelius eam invenerat in codice Anglicano Joannis Harriſii.

2 *Poſt factas*] Editio Morellii, codex meus, Gratianopolitanus, & unus Bodlejanus habent; *Factis ad vos litteris*.

3 *Imperiti jampr.*] Vox *jampridem* deeſt in codice Remenſi. In Fuxenſi ſcriptum eſt *imperitia ſua pridem ſe*. Quæ lectio videtur convenire cum iis quæ paulo antedixit Cyprianus de Luciano, illum minus dominica lectione fundatum fuiſſe. Vocatur autem iterum imperitus in hac ipſa epiſtola. Sanctus Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum: *Celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem ſui facere indoctorum hominum eſt*. Et infra; *Nihil tam facile quam vilem plebeculam & indoctam concionem linguæ volubilitate decipere, quæ quidquid non intelligit plus miratur.* Arnulphus Lexovienſis epiſt. XXXII. *Sunt enim quidam qui eo difficilia majoris æſtimant quia minus intellecta mirantur, & tamquam puerilia reputant quæ jucunda lucidi ſermonis ſerenitas illuſtrat*. Notum eſt quod tradit Quintilianus lib. 8. cap. 2. fuiſſe præceptorem aliquem qui diſcipulos obſcurare quæ dicerent juberet.

4 *Scripti libelli*] Codex Fuxenſis, in quo bis deſcripta eſt hæc epiſtola, habet in uno loco *libellus ſcriptus gregatim multis nomine Pauli daretur*.

5 *Multis*] In codice ſancti Dionyſii Remenſis ſcriptum eſt *ruſtis*, in Fuxenſi *ruſtis*. In vita ſanctæ Tygris virginis Maurianæ in Sabaudia edita in tomo quinto Junii Bollandiani legitur pag. 75. *Conceſſit etiam vallem Cotianam in gyrum Maurianæ ſtructam & ruſtes & ſiuum, quæ muris & tectis eccleſiæ miniſtrarent.* Ubi Daniel Papebrochius

pebrochius conjicit per ruſtes intelligi debere ruſticos, quos alias dicimus ſervos glebæ. Ex quo fortaſſis colligi poſſet reponendum eſſe *ruſticis*, tamquam Cyprianus in eo perſtiterit quod paolo ante dixit Lucianum ſe imperiti vulgi auctorem conſtituiſſe. Si quis hanc conjecturam approbat, ea uti poteſt.

6 *Matri ſuæ*] Hæc tantum editio Manutii. Morellius & Pamelius adjecerunt *& ſorori*. Nulla porro ſororis mentio eſt in codice Remenſi, neque in Fuxenſi, in quibus ſcriptum eſt *quæ lapſa fuerat*. In variis lectionibus quas habeo ex codice Veronenſi nulla quoque ſororis mentio. Exſtat tamen in meo & in Gratianopolitano.

7 *Sub ejus nomine*] Codex Remenſis, *ſub ejuſmodi occaſione perſeveraverit*.

8 *Litt. non noſſet*] Hinc ergo colligi poteſt hunc Aurelium eſſe diverſum ab Aurelio lectore eccleſiæ Carthaginenſis, de cujus ordinatione agitur in epiſtola 32. ſic in prima collatione Carthaginenſi inter Catholicos & Donatiſtas cap. 133. Triſoliusepiſcopus Aborenſis ſubſcribit pro Paulino Zumenſi præſente litteras neſciente. Et in profeſſione Zenonis chorepiſcopi ſectæ quartodecimanorum relata in actione prima concilii Chalcedonenſis Flavius Palladius ſubſcribit pro eo *ob ea quod præſens diceret litteras ſe ignorare*. Immo in concilio Chalcedonenſi poſt relecta acta quædam Epheſinæ primæ ſynodi ſubſcribit Elias epiſcopus Hadrianopolis per Romanum epiſcopum Myrorum *ob quod neſciebam litteras*, & Cajumas epiſcopus Phœnicenſis vel Phaunæ, ut eſt in veteribus libris, per coepiſcopum ſuum Dionyſium *propter quod litteras ignorem*. Iraque ſequens ætas providit huic incommodo & ſtatuit ut illitterati ad eccleſiaſticum ſervitium non admitterentur, quia litteris carens non poteſt ſacris aptus eſſe officiis, ut legitur in epiſtola Papæ Gelaſii ad epiſcopos per Lucaniam & Brutios & Siciliam conſtitutos. Fulbertus epiſcopus Carnotenſis ad Robertum regem Francorum ſcribens epiſt. 88. de electione Franconis epiſcopi Pariſienſis ait ſe illam approbare *ſi eſt optime litteratus*. Anno 1097. cum vacaret eccleſia Pragenſis, electus eſt Normannus diaconus ut illic epiſcopus eſſet, vir, *quæ prima eſt in clerico virtus*, inquit Coſmas Decanus Pragenſis, *apprime litteratus*. In concilio Remenſi anni 991. Arnulphus epiſcopus Aurelianenſis ait in capite 28. nullum pæne hoc tempore Romæ fuiſſe qui litteras didicerit. In hac autem epiſtola & in pluſibus aliis in eamdem ſententiam ſcriptis, ſic de libellis martyrum loquitur Cyprianus, ut minime neget eorum meritis lapſos adjuvari poſſe. Nam in epiſtola decima tertia edicit, *ut qui libellos a martyribus acceperunt, & prærogativa eorum apud Deum adjuvari poſſunt, ſi incommoda aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non exſpectata ipſius præſentia apud presbyterum quemcumque præſentem, vel ſi presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cæperit, apud diaconum quoque exhomologeſin delicti ſui facere poſſint*, &c. Credebat ergo Cyprianus martyrum prærogativa, vel ut ait in epiſtola decima quarta, *auxilio eorum adjuvari apud Dominum in delictis ſuis poſſe*. Sic etiam in libro de Lapſis pag. 187. fatetur martyrum mandatis aliquid concedi poſſe, *ſi juſta, ſi licita, ſi non contra ipſum Dominum a Dei ſacerdote facienda, ſi obtemperantis facilis & prona conſenſio, ſi petentis fuerit religioſa moderatio*. Quare non ipſam conſuetudinem, quæ dudum in Eccleſia vigebat, ſed abuſum vituperat, & nimiam nonnullorum confeſſorum, in primis Luciani licentiam, qui libellos in hanc ſenteotiam ſcriptos dabant, *communicet ille cum ſuis*, nec obſervabant quod Cyprianus præceperat in epiſtola undecima, ut diligenter inſpicerent & actum & opera & merita ſingulorum, ipſorum quoque delictorum genera & qualitates, & quos ipſi noverant, quorum pœnitentiam ſatisfactioni proximam conſpiciebant, eos nominatim libellis deſignarent. Duo autem adhuc obſervanda ſunt. 1. Confeſſores non dediſſe pacem, ſed petiiſſe ut daretur. 2. Ne illud quidem auſos fuiſſe poſtulare, ut ante reditum Cypriani pax lapſis daretur, ſed hac in re morem epiſcopo ſuo geſſiſſe. Quare non eorum auctoritate quinque presbyteri, ſed ſua improbitate adducti ſunt, ut ante reditum epiſcopi, ac co prorſus inconſulto lapſos ad communionem admitterent.

9 *Evangelii ratio*] Codex Fuxenſis, *evangelicæ traditionis diſciplina*.

10 *Lucianus ep. ſcripſit*] id eſt epiſtolam 16.

11 *Pacem quam ſemel*] Tertullianus in libro ad martyres: *quam pacem quidam in eccleſia non habentes a martyribus in carcere exorare conſueverunt*. Vide Dallæum lib. 7. de pœnis & ſatisfactionibus humanis. cap. 16.

12 *Caldonius*] cujus epiſtola ad Cyprianum eſt 18. inter epiſtolas Cypriani. Cyprianus autem ei reſpondet epiſt. 19.

13 *Lucianus*] idem procul dubio cujus mentio eſt in epiſtola 78. pag. 161. in qua vocatur Lucanus in quibuſdam vetuſtis codicibus & editionibus.

14 *Sectæ noſtræ*] Sic olim vocabatur eccleſia catholica. Hodie vocabulum illud invidioſum eſt: ut pridem monuit Eraſmus in caput 24. actorum. Vide Pamelii notas ad hanc epiſtolam & Xyſti Betuleii notas ad Lactantium pag. 482.

15 *Minus peritus*] Codex Remenſis & Fuxenſis, *imperitus*.

16 *Moleſtus*] Codex Remenſis & Gratianopolitanus & editio Manutii, *modeſtus*. Quo etiam modo ſcriptum eſt in libro meo vetere. Fuxenſis in uno exemplari habet *moleſtus*, in alio *immodeſtus*.

17 *Sec. ev. legem*] In codice Remenſi & in uno exemplari Fuxenſi legitur, *legem miſi & vobiſcum fortiter & unanimiter etiam noſtra concurrat*.

EPISTOLA XXIV.

Ad clerum de litteris Romam miſſis & de Saturo lectore & Optato hypodiacono factis.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus fratribus ſalutem. Ne quid conſcientiam veſtram lateret, fratres cariſſimi, quid mihi ſcriptum ſit, [1] quidque ego reſcripſerim, utriuſque epiſtolæ vobis exemplum miſi; & credo vobis id quod reſcripſi non diſplicere. Sed & illud ad vos perferre litteris meis debui, urgente cauſa [2] clero in urbe conſiſtenti litteras me miſiſſe. Et quoniam oportuit me per clericos ſcribere, ſcio autem noſtros plurimos abſentes eſſe, paucos vero qui illic ſunt vix ad [3] miniſterium quotidiani operis ſufficere, neceſſe fuit novos aliquos conſtituere qui mitterentur. Feciſſe me autem ſciatis lectorem Saturum & hypodiaconum Optatum confeſſorem,

A quos jampridem communi conſilio clero proximos feceramus, quando aut Saturo die Paſchæ ſemel atque iterum lectionem dedimus, aut quando [4] cum presbyteris doctoribus lectores diligenter probaremus, Optatum inter lectores doctorem audientium conſtituimus, examinantes an congruerent illis [5] omnia quæ eſſe debent in iis qui ad clerum parabantur. Nihil ergo a me abſentibus vobis novum factum eſt; ſed quod jampridem communi conſilio omnium noſtrum cœperat neceſſitate urgente promotum eſt. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere & noſtri meminiſſe. Fraternitatem ſalutate. Valete.

NOTÆ

NOTÆ AD EPISTOLAM XXIV.

1 QUidq. e. reſer.] Iſta deſunt in editionibus quæ Manutianam anteceſſerunt. Deſunt etiam in octo codicibus antiquis a me viſis & in quibuſdam Anglicanis.

2 *Clero*] id eſt iis ex clero Carthaginenſi qui tum Romæ erant, ad quos ſcripta eſt epiſtola 22.

3 *Min. quot. op.*] In libro meo vetere legitur *miniſterii cotidiani opus*. In Fuxenſi, *miniſterium cotidianum non ſufficere*. In Beccenſi & in Carnotenſi, *miniſterium cotidianum operis ſufficere*.

4 *Cum presbyteris*] Hic locus valde perturbatus eſt in antiquis exemplaribus. Pamelius lectionem quam nos retinuimus ait ſe conſarcinaſſe.

5 *Omnia*] Ita omnes libri veteres & editiones. Verum quia in editione Rigaltii mendoſe excuſum eſt *mania* pro *omnia*, Angli abſque ulla vetuſti codicis auctoritate, exiſtimantes haud dubie ſyllabas *teſti* excidiſſe typographis Rigaltii, poſuerunt *teſtimonia*. Et tamen Rigaltius monuerat in erratis legendum eſſe *omnia*.

[1] EPISTOLA XXV.

Ad Moyſen & Maximum & ceteros confeſſores.

CYPRIANUS Moyſi & Maximo presbyteris & ceteris confeſſoribus dilectiſſimis fratribus ſalutem. Gloriam fidei & virtutis veſtræ, fortiſſimi ac beatiſſimi fratres, jampridem de opinione cognoveram, lætatus ſatis & plurimum gratulatus quod vos confeſſione ſui nominis paraverit ad coronam Domini noſtri Jeſu Chriſti præcipua dignatio. Vos enim primores & duces ad noſtri temporis prœlium facti cæleſtis militiæ ſigna moviſtis. Vos ſpiritale certamen quod nunc geri Deus voluit veſtris virtutibus imbuiſtis. Vos ſurgentis belli impetus primos immobili robore atque inconcuſſa ſtabilitate fregiſtis. Inde initia felicia pugnandi orta ſunt. Inde vincendi auſpicia cœperunt. Contigit hic per tormenta conſummari martyria. Sed qui in congreſſione præcedens exemplum virtutis fratribus factus eſt, cum martyribus in honore communis eſt. Coronas veſtra manu ſertas inde huc tradidiſtis, & de poculo ſalutari fratribus propinaſtis. Acceſſit ad confeſſionis exordia glorioſa & militiæ victricis auſpicia diſciplinæ tenor quem de epiſtolæ veſtræ vigore perſpeximus quam modo ad collegas veſtros in confeſſione vobiſcum [2] Domino copulatos ſollicita admonitione miſiſtis ut evangelii ſancta præcepta & tradita nobis ſemel mandata vitalia forti & ſtabili obſervatione teneantur. Ecce alius gloriæ veſtræ ſublimis gradus, ecce iterum cum confeſſione geminatus promerendi Dei titulus, ſtare firmo gradu, & in hac acie qui evangelium conantur irrumpere & præceptis Domini ſubruendis manus impias inferentes fidei robore ſubmovere, præbuiſſe ante initia virtutum, nunc & morum

A magiſteria præbere. Dominus poſt reſurrectionem mittens apoſtolos mandat & dicit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Ite ergo & docete gentes omnes, tingentes eos in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, docentes eos obſervare omnia quæcumque præcepi vobis.* (Matt. 28.) Et Joannes apoſtolus mandati memor in epiſtola ſua poſtmodum ponit. *In hoc*, inquit, *intelligimus quia cognovimus eum, ſi præcepta ejus cuſtodiamus. Qui dicit quoniam cognovit eum, & mandata ejus non ſervat, mendax eſt, & veritas in illo non eſt.* (1. Joan. 2.)

B Hæc præcepta cuſtodienda ſuggeritis, divina & cæleſtia mandata ſervatis. Hoc eſt eſſe confeſſorem Domini, hoc eſt eſſe martyrem Chriſti, ſervare vocis ſuæ inviolatam circa omnia & ſolidam firmitatem. Nam velle [3] præter Dominum martyrem fieri & præcepta Domini deſtruere conari, uti adverſus illum dignatione quam tibi dederit, armis ab illo acceptis rebellem quodammodo fieri, hoc eſt Chriſtum confiteri velle & evangelium Chriſti negare.

C Lætor igitur ex vobis, fortiſſimi ac fideliſſimi fratres; & quantum gratulor martyribus iſtic [4] honoratis ob virium gloriam, tantum gratulor pariter & vobis ob dominicæ etiam diſciplinæ coronam. Dignationem ſuam Dominus multiplici genere largitatis infudit, bonorum militum laudes & glorias ſpiritales copioſa varietate diſtribuit. Honoris veſtri participes & nos ſumus, gloriam veſtram noſtram gloriam computamus, quorum tempora illuſtravit tanta felicitas ut [5] ætatem noſtram videre contingeret probatos ſervos Dei & Chriſti milites coronatos. Opto vos, fortiſſimi ac beatiſſimi fratres, ſemper bene valere & noſtri meminiſſe.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXV.

1 IN vetuſto codice Remigiano epiſtola iſta dicitur ſcripta Moſi, Maximo, Nicoſtrato, & ceteris. In veteri catalogo epiſcoporum eccleſiæ Romanæ quem Rigaltius laudat ex codice Nicolai Fabri Peireſcii legitur: *Poſt paſſionem Fabii Moyſes & Maximus presbyteri & Nicoſtratus diaconus comprehenſi ſunt, & in carcerem ſunt miſſi*. Ita etiam in alio catalogo quem ex Cuſpiniano edidit Ægidius Bucherius; ex quo colligitur pro *Fabii*, quod eſt in libro Peireſcii, reponendum eſſe *Fabiani*. Maximum fuiſſe presbyterum eccleſiæ Romanæ teſtatur Papa Cornelius apud Euſebium lib. 6. cap. 3, hiſtoriæ eccleſiaſticæ. Vide Baronii annotationes ad martyrologium Romanum die 19. Novembris.

2 *Domino copulatos*] In codice Beccenſi ſcriptum eſt *Domini*.

3 *Propter Dominum*] In plerisque veteribus libris ſcriptum eſt *per Dominum*. In uno meo: *Nam præter Dominum martyrem fieri*. In Beccenſi *nec propter Dominum martyria fieri*. Ita etiam fere Carnotenſis.

4 *Honoratis*] Codex Gratianopolitanus *honeratis*. Quidam libri veteres & quædam editiones habent *coronatis*.

5 *Ætatem noſtram*] Ita nos repoſuimus ſecuti auctoritatem veterum editionum & octo veterum exemplarium. Fatendum tamen eſt lectionem quæ habet *ætate noſtra* exſtare etiam in octo codicibus antiquis.

In calce hujus epiſtolæ & in calce epiſtolæ 34. ſcriptum eſt antiquitus in codice Pithœi: *Emendavit Juſtinus Romæ*.

[1] EPISTOLA XXVI.

Moyſes, Maximus, Nicoſtratus, & alii confeſſores reſpondent præcedenti epiſtolæ.

[2] CÆCILIO Cypriano epiſcopo eccleſiæ Carthaginenſium Moyſes & Maximus presbyteri & Nicoſtratus & Rufinus diaconi & ceteri confeſſores in fide veritatis perſeverantes in Deo patre & in filio ejus Jeſu Chriſto Domino noſtro & in ſpiritu ſancto ſalutem. Inter varios & multiplices, frater, dolores nobis conſtitutis propter præſentes multorum fratrum per totum pæne orbem ruinas hoc præcipuum nobis ſolatium ſupervenit quod acceptis litteris tuis erecti ſumus, & dolentis animi mœroribus fomenta ſuſcepimus. Unde intelligere jam poſſumus gratiam divinæ providentiæ forſitan non ob aliam cauſam nos tam diu clauſos vinculis carceris reſervare voluiſſe niſi ut inſtructi & robuſtius animati litteris tuis voto proniore ad coronam deſtinatam poſſemus pervenire. Illuxerunt enim nobis litteræ tuæ ut in tempeſtate quadam ſerenitas & in turbido mari exoptata tranquillitas & in laboribus requies, ut in periculis & doloribus ſanitas, ut in denſiſſimis tenebris candida lux & refulgens. Ita illas animo ſitiente perbibimus & voto eſuriente ſuſcepimus ut ad certamen inimici ex illis nos ſatis [3] paſtos & ſaginatos gaudeamus. Reddet tibi Dominus pro iſta tua caritate mercedem, & hujus tam boni operis repræſentabit debitam frugem. Non minus enim coronæ mercede condignus eſt qui hortatus eſt quam qui & paſſus eſt, non minus laude condignus qui docuit quam qui & fecit. Non minus honorandus eſt qui monuit quam qui dimicavit, niſi quoniam nonnunquam magis gloriæ cumulus redundat ad eum qui inſtituit quam ad eum qui ſe docibilem diſcipulum ſubminiſtravit. Hic enim fortaſſis hoc quod exercuit non habuiſſet, niſi ille docuiſſet. Percepimus igitur, iterum dicimus, frater Cypriane, magna gaudia, magna ſolatia, magna fomenta, maxime quod & glorioſas martyrum, non dicam mortes, ſed immortalitates glorioſis & condignis laudibus proſecutus es. Tales enim exceſſus talibus vocibus [4] proſequendi fuerunt, ut quæ referebantur ſic dicerentur qualiter facta ſunt. Ex tuis ergo litteris vidimus glorioſos illos martyrum triumphos, & oculis noſtris quodam modo cælum illos petentes proſecuti ſumus, & inter angelos ac poteſtates dominationeſque cæleſtes conſtitutos contemplati ſumus. Sed & Dominum apud patrem teſtimonium ſuum illis promiſſum [5] perhibentem auribus noſtris quodam modo ſenſimus. (*Luc. 12.*) Hoc eſt ergo quod & nobis animum in dies erigit, & ad conſequendos gradus tantæ dignationis incendit. Quid enim glorioſius quidve felicius ulli hominum poterit ex divina dignatione contingere quam inter ipſos carnifices [6] in ipſo interitu confiteri Dominum Deum, quam inter ſævientia ſæcularis poteſtatis varia & exquiſita tormenta, etiam extorto & excruciato & excarnificato cor-

A pore, Chriſtum Dei filium, etſi recedente ſed tamen libero ſpiritu, confiteri, quam relicto mundo cælum petiſſe, quam deſertis hominibus inter angelos ſtare, quam impedimentis omnibus ſæcularibus ruptis in conſpectu Dei jam ſe liberum ſiſtere, quam cæleſte regnum ſine ulla cunctatione tenere, quam collegam paſſionis cum Chriſto in Chriſti nomine factum fuiſſe, [7] quam judicis ſui divina dignatione judicem factum fuiſſe, quam immaculatam conſcientiam de confeſſione nominis reportaſſe, B quam humanis & ſacrilegis legibus contra fidem non obediſſe, quam veritatem voce publica conteſtatum fuiſſe, quam ipſam quæ ab omnibus metuatur moriendo mortem ſubegiſſe, quam per ipſam mortem immortalitatem conſecutum fuiſſe, quam omnibus ſævitiæ inſtrumentis excarnificatum & extortum ipſis tormentis tormenta ſuperaſſe, quam omnibus dilaniati corporis doloribus robore animi reluctatum fuiſſe, quam ſanguinem ſuum profluentem non horruiſſe, quam ſupplicia ſua poſt fidem amare cœpiſſe, quam detrimentum C vitæ ſuæ putare [8] non exiſſe? Ad hoc enim prœlium quaſi quadam tuba evangelii ſui nos excitat Dominus dicens: *Qui plus diligit patrem aut matrem quam me non eſt me dignus,* (*Matt. 10.*) [9] *& qui plus diligit animam ſuam quam me non eſt me dignus, & qui non tollit crucem ſuam & ſequitur me non eſt me dignus.* Et iterum: *Beati qui perſecutionem paſſi fuerint propter juſtitiam. Ipſorum enim eſt regnum cælorum. Beati eritis cum vos perſecuti fuerint & [10] odio habuerint. Gaudete & exſultate. Sic enim & prophetas perſecuti ſunt, qui ante vos fuerunt,* (*Matt. 5.*) [11] *patres eorum.* D Et iterum: *Quoniam ante Reges & [12] poteſtates ſtabitis, & tradet frater fratrem ad mortem, & pater filium, & qui perſeveraverit uſque ad finem, hic ſalvus erit.* (*Matt. 10.*) Et: *Vincenti dabo ſedere ſuper thronum meum, ſicut & ego vici & ſedi ſuper thronum patris mei.* (*Apoc. 3.*) Sed & apoſtolus: *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? Preſſura, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius, ſicut ſcriptum eſt, quia propter te interficimur tota die, æſtimati ſumus velut oves [13] victimæ, ſed in iis omnibus [14] ſupervincimus pro eo qui nos dilexit.* (*Rom. 8.*) E Hæc & hujuſmodi cum in evangelio collata perlegamus, & quaſi faces quaſdam ad inflammandam fidem dominicis vocibus ſuppoſitas nobis ſentiamus, hoſtes veritatis jam non tantum non perhorreſcimus, ſed & [15] provocamus, & inimicos Dei jam hoc ipſo quod non ceſſimus vicimus, & nefarias contra veritatem leges ſubegimus. Et ſi nondum noſtrum ſanguinem ſudimus, ſed [16] fundere parati ſumus, [17] nemo hanc dilationis noſtræ moram clementiam judicet, quæ nobis officit, [18] quæ impedimentum gloriæ facit, quæ cælum differt, quæ glorioſum Dei conſpectum inhibet. In hujuſmodi enim cer-

tamine

tamine & in bujuſmodi ubi decertat fides prælio mora martyres non diſtuliſſe vera clementia eſt. Pete ergo, Cypriane cariſſime, ut nos gratia ſua Dominus magis ac magis in dies ſingulos quoſque uberius atque propenſius & armet & illuſtret & viribus potentiæ ſuæ firmet ac roboret, & quaſi optimus imperator milites ſuos, quos uſque adhuc in caſtris carceris [9] exercuit & probavit, producat jam ad propoſiti certaminis campum. Porrigat nobis arma divina, illa tela quæ neſciunt vinci, loricam juſtitiæ, quæ numquam ſolet rumpi, clipeum fidei, qui non poteſt perſorari, [10]
Ephes. 6. galeam ſalutis, quæ non poteſt frangi, & gladium ſpiritus, qui non conſuevit vulnerari. Cui enim magis hæc ut pro nobis petat mandare debemus quam tam glorioſo epiſcopo, ut hoſtiæ deſtinati petant auxilium de ſacerdote? Ecce aliud gaudium noſtrum, quod in officio epiſcopatus tui, [11] licet interim a fratribus pro temporis conditione diſtractus es, tamen non defuiſti, quod litteris confeſſores frequenter corroboraſti, quod etiam ſumptus neceſſarios de tuis laboribus juſtis præbuiſti, quod in omnibus te præſentem quodammodo ſemper exhibuiſti, quod in nulla officii tui parte quaſi aliquis deſertor claudicaſti. Sed quod nos ad majorem lætitiam robuſtius provocavit tacere non poſſumus quin omni vocis noſtræ teſtimonio proſequamur. Animadvertimus enim [12] te congruente cenſura & [13] eos digna objurgaſſe qui immemores delictorum ſuorum pacem a preſbyteris [14] per abſentiam tuam feſtinata & præcipiti cupiditate extorſiſſent, & illos qui ſine
Matth. 7 reſpectu evangelii ſanctum Domini [15] canibus & margaritas porcis prophana facilitate donaſſent, cum grande delictum & per totum pæne orbem incredibili vaſtatione graſſatum non oporteat niſi, ut ipſe ſcribis, caute moderateque tractari, conſultis omnibus epiſcopis, presbyteris, diaconibus, confeſſoribus, & ipſis [16] ſtantibus laicis, ut in tuis litteris & ipſe teſtaris; ne dum volumus importune ruinis ſubvenire, alias majores ruinas videamur parare. [17] Ubi enim divinus ſermo relinquitur, ſi tam facile peccantibus venia præſtetur? Fovendi ſunt ſane ipſorum animi & ad maturitatis ſuæ tempus nutriendi [18] & de ſcripturis ſanctis quam ingens & ſupra omnia peccatum commiſerint inſtruendi. Nec hoc animentur [19] quia multi ſunt; ſed hoc ipſo magis reprimantur quia non pauci ſunt. Nihil ad extenuationem delicti numerus impudens [20] valere conſuevit, ſed pudor, ſed modeſtia, ſed [21] patientia, ſed diſciplina, ſed humilitas, atque ſubjectio, ſed alienum de ſe exſpectaſſe judicium, ſed alienam de ſuo ſuſtinuiſſe ſententiam. Hoc eſt quod pœnitentiam probat. Hoc eſt quod impreſſo vulneri inducit cicatricem. Hoc eſt quod [22] dejectæ mentis ruinas erigit & attollit, quod ardentem delictorum æſtuantium [23] vaporem reſtinguit & finit. Non enim quæ ſanorum ſunt corporum medicus ægris dabit, ne importunus cibus tempeſtatem valetudinis ſævientis non reprimat, ſed accendat; ſcilicet ne quod potuiſſet maturius jejunio extenuari per impatientiam longius paſta cruditate producat. Eluendæ ſunt igitur impio ſacrificio manus inquinatæ operibus bonis, & neſario cibo ora miſera polluta pœnitentiæ ſunt veræ ſermonibus expianda, & in ſecretis cordis fidelis novellandus & conſecrandus eſt animus. Crebri pœnitentium gemitus audiantur. Non ſemel tantum, ſed iterum fideles ex oculis lacrimæ profundantur; ut illi ipſi oculi qui male ſimulacra conſpexerunt, quæ inlicita commiſerant ſatisfacientibus Deo fletibus deleant. Non eſt [24] niſi patientia morbis neceſſaria. Luctantur cum ſuo dolore qui languent, & ita demum ſperant ſanitatem, ſi tolerantia ſuperarint dolorem. Infidelis enim cicatrix, quam cito feſtinans medicus induxit, & ad quemlibet caſum medela reſcinditur, ſi non fideliter de ipſa tarditate remedia præſtentur. Cito rurſus in incendium flamma revocatur, niſi totius ignis etiam uſque ad extremam ſcintillam materia reſtinguatur, ut merito bujuſmodi homines ſciant ſibi etiam de ipſa mora magis conſuli & fideliora neceſſariis dilationibus remedia præſtari. Ceterum ubi erit quod cuſtodia ſqualidi carceris includuntur qui Chriſtum confitentur, ſi ſine periculo fidei ſunt qui negaverunt? Ubi quod in nomine Dei catenarum ambitu vinciuntur, ſi ſine communicatione non ſunt qui confeſſionem Dei non retinuerunt? Ubi quod detenti martyres glorioſas animas ponunt, ſi qui dereliquerunt fidem periculorum & delictorum ſuorum non ſentiunt magnitudinem? Quod ſi nimiam impatientiam prætetunt & [25] intolerabili feſtinatione communicationem expoſcunt, fruſtra [26] querula iſta & invidioſa ac nihil adverſus varitatem valentia jactant petulanti & infreno ore convicia, quandoquidem licuerit illis ſuo jure retinere quod nunc ſua ſponte quæſita neceſſitate coguntur poſtulare. Fides enim quæ potuit Chriſtum confiteri, potuit & a Chriſto in communicatione retineri. [27] Optamus te, beatiſſime ac glorioſiſſime Papa, in Domino ſemper bene valere & noſtri meminiſſe.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXVI.

1 IN vetuſtiſſimo codice ſancti Remigii Remenſis ſcriptum eſt antiquitus in titulo iſtius epiſtolæ: *Incipit reſcriptum Myſei & Maximi ad Cyprianum, quod dictavit Novatianus.* In Gratianopolitano Myſeus ſæpe dicitur quem vulgo vocamus Moyſem. In martyrologio edito a Florentinio XV. Februarii *civitate Aſtæ Moyſei.* In fragmentis Paciani in codice Flori legitur in paræneſi ad pœnitentiam *apud Moſeum & veteres*, & paulo poſt *Moyſeum pro blaſphematore.* In initio conflictus Arnobii cum Serapione legitur *Moſeo.* Vide præfationem viri clariſſimi Domni Bernardi de Montefalcone ad Athanaſium pag. 34. De Novatiani eloquentia, a quo epiſtola iſta dicitur dictata, vide quæ notantur infra ad epiſtolam 30.

2 *Cæcilio Cypriano*] Hanc Inſcriptionem accepimus ex eodem codice ſancti Remigii. Eam vero ob eam in primis cauſam poſuimus quod ea ea diſcamus formam ſcribendi illorum temporum. Nam haud dubie inſcripta fuit epiſtola eo modo quo legitur in illo veteri libro.

3 *Paſtos & ſaginatos*] Supra in epiſtola ad Donatum pag. 3. *Impletur in ſuccum cibis fortioribus corpus, ut ſaginatus in pœnam carius pereat.* Mos olim erat, ut annotat Holſtenius ad acta ſanctarum Perpetuæ & Felicitatis, eos qui vel pœnæ cauſa ad gladiatorium vel venatorium ludum dati eſſent, aut ſponte ſe iiſdem addicerent, ſaginari prius a magiſtris ludi, ut habiliores ac valentiores producerentur. Apud T. Livium lib. 4. ſcriptum eſt ſaginare plebem populares ſuos ut jugulentur. Taci-

tus in libro ſecundo hiſtoriarum : *Ibi militibus Vitellius paratas cibos & gladiatoriam ſaginam dividebat.* Hieronymus in libro ſecundo adverſus Jovinianum : *athletas, quorum vita & ars ſagina eſt.* Q. Curtius lib. 9. *Intererat epulis Dionyſius Atheníenſis pugil nobilis & ob eximiam virtutem virium a rege promotus & gratus. Invidi malignique increpabant per ſeria & ludum ſaginati corporis ſequi inutilem belluam.* Vide Caſſianum lib. 6. cap. 7. de Inſtitutis renuntiantium.

4 *Præſequendi*] Ita nos reſtituimus ſecuti auctoritatem vetuſti codicis Remigiani, cum antea legeretur *perſonandi*. Et certe noſtra lectio ſemper melior apparebit.

5 *Perhibentem*] Codex Fuxenſis, *perhibentem atque reddentem*.

6 *In ipſa interitu*] In editione Manutii, cui prima editio iſtius epiſtolæ debetur, & in editionibus quæ poſtea ſecutæ ſunt legitur *interritum*. Quod cum vir doctiſſimus Dionyſius Petavius exiſtimaret eſſe mendoſum, cenſuit in notis ad Themiſtium reponi debere *inter ictus*. Quæ conjectura videbatur ei loco admodum convenire; eamque ego valde probabam, præſertim cum ea confirmari poſſe videretur auctoritate etiam Cypriani, qui ſcribit in epiſtola 54. pag. 71. *ſub ictu mortis*, in epiſtola 65. pag. 113. *ſub ictu paſſionis*, ut apud Pontium quoque diaconum in vita ejus, in epiſtola 81. pag. 165. *ſub ictu agonis*, & in calce libri adverſus Demetrianum pag. 224. *ſub ipſa exitu vitæ*. Verum inventa ſemel vera lectione, non opus eſt uti conjecturis. Lectionem autem a me reſtitutam reperi in eodem libro Remigiano. Eamdem habuiſſe Anglos in ſuis codicibus ſatis conſtat.

7 *Quam judiris .... fuiſſe*] Segmentum iſtud deeſt in tribus antiquis codicibus, in Remigiano nimirum, in Divionenſi, & in Sorbonico.

8 *Non exiſſe*] id eſt, non exceſſiſſe a vita. Ipſe Cyprianus in libro de mortalitate pag. 134. *Pati timetis, exire non vultis*. Hinc exitus pro morte ſæpe apud eumdem Cyprianum.

9 *Et qui pl. dil. animam*] Hæc, quæ exſtant in editione Manutii, & deſunt in Morelliana, Pamelius conſilio potius quam auctoritate prætermiſit, quia non reperiuntur, ut ille ait, neque in Græcis neque in Latinis codicibus. Sed ego in emendandis Cypriani operibus non quæro quid reperiatur in Græcis & Latinis exemplaribus ſacrorum bibliorum, ſed quid Cyprianus ſcripſerit. Exſtat autem hæc ſententia in duobus antiquis codicibus ſancti Remigii Remenſis, in Sorbonico, & in Fuxenſi, id eſt in omnibus fere codicibus antiquis. Etenim ſex tantum epiſtolæ iſtius antiqua exemplaria habui. Exſtat etiam in quatuor antiquis codicibus laudatis in editione Anglicana.

10 *Odio habuerint*] ita vetus codex Remigianus, Sorbonicus, Divionenſis, Gratianopolitanus, & Fuxenſis. Ita etiam editio Manutiana.

11 *Patres cor.*] Hæc deſunt in codice Remigiano & in Fuxenſi.

12 *Poteſtates*] Iidem libri veteres habent *præſides*.

13 *Victima*] Ita etiam in epiſtola ad Fortunatum de exhortatione martyrii cap. 6. & lib. 3. teſtimoniorum cap. 18. At tres codices noſtri & quinque in editione Anglicana laudati præferunt *occiſionis*, Fuxenſis *jugulationis*. Vulgata editio epiſtolæ Pauli ad Romanos *occiſionis*. Sic etiam citat ſanctus Auguſtinus lib. 1. retractat. cap. 7. & lib. 4. de doctrina chriſtiana cap. 20. Item Primaſius. Vide annotationes Eraſmi in hunc locum Pauli.

14 *Supervincimus*] Cum viderem pro hac voce, quæ Latina non eſt, ſcriptum eſſe *ſperamus* in codice Remigiano veteri, in Gratianopolitano, & in Divionenſi, tum etiam in quinque quorum variæ lectiones exſtant in editione Anglicana, huc valde inclinabat animus ut vocem minime Latinam expungerem, eam quæ Latina eſt ſubſtituerem, præſertim cum ea exſtet in vulgata editione epiſtolæ ſancti Pauli ad Romanos, & illa quoque utatur ſanctus martyr in libro de exhortatione martyrii ad Fortunatum. Verum cum viderem illum poſuiſſe *ſupervincimus* in libro tertio teſtimoniorum cap. 18. eamque vocem retentam eſſe a Tertulliano in Scorpiace & a ſancto Auguſtino lib. 4. de doctrina chriſtiana cap. 20. & lib. 2. de civitate Dei cap. 23. tum etiam in epiſtola Evodii ad Auguſtinum, exiſtimavi nihil eſſe mutandum. Sic in pſalmis ſæpe legitur *ſuperſperavi*, apud Tertullianum in libro de pœnitentia *ſuperſcenditur*, apud Symmachum lib. 1. epiſt. 56. *ſuperpingo*, apud Sidonium lib. 9. epiſt. 3. *ſuperinſpicis*. Hic interim admonendum eſt codicem Veronenſem habere *ſupervincimus* in libro ad Fortunatum, non vero *ſperamus*.

15 *Provocamus*] id eſt, ultro nos offerimus perſecutoribus, mori optantes, ut fecerant olim martyres Lugdunenſes & Viennenſes apud Euſebium. Tertullianus in libro ad Scapulam : *Denique cum omni ſævitia veſtra concertamus, etiam ultro erumpentes*. Vide acta paſſionis ſancti Stephani Papæ & martyris in ipſo initio. Et tamen publica temporis illius diſciplina prohibebat ne quis ultro ſe offerret, cum hoc ſcriptura divina prohibeat, ut legitur in actibus proconſularibus de martyrio Cypriani; quia non temeritas ſed fides & modeſtia coronatur, ut legitur in epiſtola eccleſiæ Smyrnæorum apud Euſebium ex verſione Rufini. Deinde Menſurius epiſcopus Carthaginenſis illud ita ſevere prohibuit ut etiam honorari prohibuerit chriſtianos qui ſe offerrent perſecutionibus non comprehenſi, uti pluribus dictum a nobis eſt ad caput undecimum Lactantii de mortibus perſecutorum. Vide etiam ſanctum Ambroſium, ſive quis alius auctor eſt. cap. 37. officiorum & concilium Eliberitanum canone 60. & Rigaltium ad epiſtolam quartam Cypriani.

16 *Fundere*] Hæc eſt lectio veteris libri Remigiani, certe optima. Sic etiam habent tres libri veteres laudati in editione Anglicana.

17 *Nemo hanc*] Idem codex Remigianus : *Nemo hanc dilectionem noſtram more dementiæ judicet*.

18 *Quæ imp. gl. facit*] Iſtud deeſt in eodem codice Remigiano.

19 *Exercuit & probavit*] Codex Divionenſis & recentior Remigianus, *& probavit & probat*. In illis autem omittitur vox *exercuit*.

20 *Galeam ſalutis*] Iſtud addidimus ex vetuſto Remigiano. auctoritatem quoque ſecuti quinque veterum exemplarium Anglicanorum.

21 *Licet interim*] In eodem vetuſto codice Remigiano legitur, *licet inter initia fratribus pro temporis conditione deſtrictis*, haud dubie pro *diſtractis*. Ita etiam quinque codices Anglicani.

22 *Te congr. cenſura*] Idem codex Remigianus, *tua congruente cenſura nos digne*. Ita etiam recentior Remigianus & Compendienſis.

23 *Eos objurgaſſe*] Reſpicit hic locus ad epiſtolam 22. In qua agitur de pace quam quidam turbulenti ſibi datam ajebant a confeſſoribus & martyribus. Quæ res magnam invidiam conflaverat Cypriano, quia id ajebat factum eſſe contra diſciplinam eccleſiaſticam. Vide etiam epiſt. 14.

24 *Per abſ. tuam*] Editio Manutiana & quatuor libri veteres, *per impatientiam*. Utraque lectio poteſt eſſe bona.

25 *Canibus*] Hæc vox itemque vox *porcis* deſunt in omnibus libris veteribus.

26 *Stantibus laicis*] id eſt laicis qui conſtantes fuerant in confeſſione nominis, qui non ceſſerant tormentis, qui non ſacrificaverant idolis. Inde in epiſtola ſequenti ſcriptum eſt eccleſiam eſſe conſtitutam etiam in ſtantibus. Vide etiam epiſtolam 31.

27 *Ubi enim*] Vetus Remigianus : *Ibi enim divinus metus relinquitur cum tam facile peccantibus venia præſtatur*. Vocem *metus* habent etiam aliquot alii libri veteres.

28 *Et de ſer. .... inſtruendi*] Hæc deſunt in tribus antiquis codicibus.

29 *Quia multi ſunt*] Tertullianus in initio libri de pudicitia : *quaſi non facilius ſit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur*. Hieronymus in dialogo adverſus Pelagianos : *Multitudo ſociorum numquam te catholicum ſed hæreticum eſſe demonſtrabit*. Nam, ut idem alibi ait, *peccantium multitudo non quærit errori patrocinium*. Seneca in libro de vita beata cap. 2. *Non tam bene cum rebus humanis agitur ut meliora pluribus placeant. Argumentum peſſimi turba eſt*. Idem lib. 1. de clementia cap. 21. *Fecit enim conſuetudinem peccandi multitudo peccantium*. Quintilianus lib. 2. cap. 6. *Unde enim tantum boni ut pluribus quæ vera ſunt placeant?* Ovidius lib. 3. de arte amandi : *Pleraque ſunt ſemper deteriora bonis*. Matthæus Boſſus in diſputatione prima, quæ eſt de gaudio: *Levitatis & peſſimi erroris auctor ſemper eſt turba*. Et Cicero in initio libri tertii Tuſculanarum quæſtionum, *ad vitia conſentiens multitudo*. Annotat Nonius Marcellus antiquos paucorum numerum poſuiſſe pro bonis, ſicut & multorum pro malis. T. Livius lib. 21. *Pauci ac optimus quiſque Hannoni aſſentiebantur*.

30 *Valere*] Hæc vox non habetur in editione Morelliana, & deeſt etiam in quinque codicibus antiquis. Pro ea autem vetus Remigianus præfert *proficere*.

31 Pa-

Digitized by Google

31 *Patientia*] Quidam codices habent *pœnitentia*, facili & multum obvio errore, uti monuimus ad epiſtolam 17. pag. 403. Codex Gratianopolitanus & editio Morellii habent *ſapientia*.

32 *Dejecta me. ruinas*] Vetus Remigianus, *declives & trementes ruinas erigit & extollit*.

33 *Vaporem reſtingüit*] Tres libri veteres habent *extinguit*. *Congruas eſcas mediens ægris dat. Non cum &c.* Vetus Remigianus, *morbum reſtinguit & finit*. Ita etiam Gratianopolitanus.

34 *Niſi patientia*] Idem codex Remigianus, *non eſt impatientia*. Ita etiam Sorbonicus, Fuxenſis, & Gratianopolitanus. In recentiore Remigiano & in Divionenſi: *Non eſt niſi patientia in morbis*. Lucanus lib. 9. *Gaudet patientia duris*.

35 *Intol. feſtinatione*] Vetera exemplaria, *intolerabilem feſtinationem communicationis*. Sed hanc lectionem Pamelius ait eſſe peſſimam.

36 *Querula*] Quidam libri veteres, *quereloſa*.

37 *Optamus te*] Revocavimus hanc clauſulam veterum editionum, quam reperimus etiam in quatuor antiquis codicibus. Neſcio autem qua auctoritate Rigaltius aliam induxit, quam ego nuſpiam reperi. Angli tamen eam retinuerunt.

[1]EPISTOLA XXVII.

Cyprianus lapſis.

DOMINUS noſter, [2] cujus præcepta & A monita obſervare debemus, epiſcopi honorem & eccleſiæ ſuæ rationem diſponens in Mat. 16. evangelio loquitur & dicit Petro: *Ego tibi dico quia tu es Petrus, & ſuper iſtam petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferorum* [3] *non vincent eam, &* [4] *tibi dabo claves regni cælorum, & quæ ligaveris ſuper terram erunt ligata & in cælis, & quæcumque ſolveris ſuper terram erunt ſoluta & in cælis*. Inde per temporum & ſucceſſionum vices epiſcoporum ordinatio & eccleſiæ ratio decurrit ut eccleſia ſuper epiſcopos conB ſtituatur & omnis actus eccleſiæ per eoſdem præpoſitos gubernetur. Cum hoc itaque divina lege fundatum ſit, miror quoſdam audaci temeritate ſic mihi ſcribere voluiſſe [5] ut eccleſiæ nomine litteras facerent, [6] quando eccleſia in epiſcopo & clero & in omnibus ſtantibus ſit conſtituta. Abſit enim nec Domini miſericordia & poteſtas ejus [7] invicta patiatur ut eccleſia eſſe dicatur lapſorum numerus, cum ſcri- Matt. 22. ptum ſit: *Deus non eſt mortuorum, ſed vivorum*. Omnes quidem vivificari optamus, & ut in ſtatum priſtinum reſtituantur precibus noſtris & gemi- C tibus oramus. Si autem quidam lapſi eccleſiam ſe volunt eſſe, & ſi apud illos atque in illis eſt eccleſia, quid ſupereſt quam ut ipſi rogentur a nobis ut nos ad eccleſiam dignentur admittere? Summiſſos ergo & quietos & verecundos eſſe oportet eos qui delicti ſui memores ſatiſfacere Deo debent, nec eccleſiæ nomine litteras facere, cum ſe magis ſciant eccleſiæ ſcribere. Scripſerunt autem mihi nuper quidam de lapſis humiles & mites & trementes & metuentes Deum, & qui in eccleſia ſemper glorioſe & granditer operati ſunt, & opus ſuum numquam Domino imputaverunt, ſcientes illum dixiſſe: *Et cum hæc omnia feceritis, dici-* Luc. 17. *te: Servi ſupervacui ſumus, quod debuimus facere fecimus*. Quæ illi cogitantes, & quamvis libello a martyribus accepto, ut tamen a Domino ſatisfactio ſua admitti poſſit, orantes ſcripſerunt mihi ſe delictum ſuum cognoſcere & pœnitentiam veram agere, nec ad pacem temere aut importune properare, ſed exſpectare præſentiam noſtram, dicentes pacem quoque ipſam, ſi eam nobis præſentibus acceperint, dulciorem ſibi futuram. Quibus quantum gratulatus ſim Dominus teſtis eſt, qui dignatus eſt oſtendere quid ejuſmodi & tales ſervi de ejus [8] benignitate mereantur. Quas litteras cum nuper acceperim, & nunc aliud ſcripſiſſe vos legerim, peto diſcernatis deſideria veſtra, & quicumque eſtis qui has litteras nunc miſiſtis, nomina veſtra libello ſubjiciatis, & libellum cum ſingulorum nominibus ad me tranſmittatis. Ante eſt enim ſcire quibus reſcribere habeam. Tunc ad ſingula quæ ſcripſiſtis pro loci & actus noſtri mediocritate reſcribam. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere & ſecundum Domini diſciplinam quiete & tranquille agere. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXVII.

1 HÆC epiſtola in veteri libro ſancti Dionyſii Remenſis & in uno meo eſt anepigrapha. In editione Morelliana dicitur eſſe Celerini ad lapſos. In editione Manutiana, quæ prima omnium eſt, & in libro Fuxenſi, *Cyprianus lapſis*. Quæ eſt vera lectio.

2 *Cujus præcepta*] Sequi in hoc loco placuit ſcripturam libri Fuxenſis, quam puto eſſe meliorem ea quam præferunt editiones Manutii & Morellii & vetus liber meus, ubi ſcriptum eſt, *cujus præcepta debemus metuere & obſervare*. Codex ſancti Dionyſii Remenſis, *præcepta ſervire & obſervare*.

3 *Non vincent eam*] Ita etiam in libro de unitate eccleſiæ pag. 194. Codex Fuxenſis, *non prævalebunt adverſus eam*. Apud Pacianum in epiſtola ad Symphronianum contra tractatus Novatianorum, *non convaleſcent adverſus eam*.

4 *Tibi dabo claves*] Quamvis iſtic claves non dentur Petro, ſed promittantur, veteres tamen exiſtimarunt, & recte, datas eſſe, eaſque ſolum Petrum accepiſſe ait Optatus, ſed communicandas cum ceteris. Gerebat enim, ut ait ſanctus Auguſtinus, totius eccleſiæ figurata generalitate perſonam; & erant utique ceteri apoſtoli quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis, ut ait Cyprianus in libro de unitate eccleſiæ. Vide epiſtolam Stephani epiſcopi Lariſſæ ad Bonifacium Papam ii. editam in collectione Romana Holſtenii, epiſtolam Mapinii epiſcopi Remenſis apud Freherum & Ducheſnium, & Franciſcum Maſonum lib. 4. cap. 3. 4. de miniſterio Anglicano.

5 *Ut eccleſia ... facerent*] Iſta addita ſunt ex libro meo vetere & ex editione Morellii. Quæ miror prætermiſſa fuiſſe a Pamelio & Rigaltio, cum abſque iis ſenſus non ſit integer. Recte ergo fecerunt Angli iſta reponentes. Reinhartus omiſit, quia ea non inveniebat in editione Rigaltii.

6 *Quando eccleſia*] Verba ſunt lapſorum ad Cyprianum.

7 *Invicta*] Non admonerem hanc vocem, quam præferunt editiones Manutii, Morellii, & Pamelii, quæ extat etiam in libro meo veteri & in Gratianopolitano, poſitam a me eſſe in hoc loco, niſi Rigaltius & editio Anglicana pro ea haberent *invidiam* nullo ſenſu aut certe peſſimo. Puto autem Rigaltium eam

eam pravam lectionem accepiſſe ex libro Fuxenſi, quo uſum eſſe illum conſtat.

8 *Benignitate*] Liber meus & editio Morelliana, *bonitatem*.

[1]EPISTOLA XXVIII.

Ad presbyteros & diaconos.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus fra- A
tribus ſalutem. Integre & cum diſcipli-
na feciſtis, fratres cariſſimi, quod conſilin col-
legarum meorum qui præſentes erant Gajo Did-
denſi presbytero & diacono ejus cenſuiſtis non
communicandum, qui communicando cum la-
pſis, & offerendo nblationes eorum, in pravis
erroribus ſuis frequenter deprehenſi, & ſemel
atque iterum, ſecundum quod mihi ſcripſiſtis,
a collegis meis moniti ne hoc facerent, in præ-
ſumptione & audacia ſua pertinaciter perſtite-
runt, decipientes quoſdam fratres ex plebe no-
ſtra; quibus nos omni humilitate conſultum
cupimus, & quorum ſaluti nnn adulatione [2]
compoſita, ſed ſincera fide proſpicimus ut vera
pœnitentia & gemitu & dolore pleno Domi-
Apoc. 2. num deprecentur, quia ſcriptum eſt: *Memen-*
to unde cecideris, & age pœnitentiam. & iterum
Ezech. loquitur ſcriptura divina: *Sic dicit Dominus:*
18. & 33. *Cum converſus gemueris, tunc ſalvaberis, & ſcies*
ubi fueris. Ingemiſcere autem & agere pœni-
tentiam qnomodn poſſint qnorum gemitibus &
lacrimis intercedunt quidam de presbyteris, ut
communicandum cum illis temere exiſtiment, C
Iſa. 3. neſcientes quia ſcriptum eſt: *Qui vos felices*
dicunt, in errorem vos mittunt, & ſemitam pe-
dum veſtrorum turbant. Merito ſalnbria noſtra &
vera conſilia nihil promovent, dum [3] blandi-
tiis & palpationibus perniciofis ſalutaris veritas
impeditur, & patitur lapſorum faucia & ægra
mens quod corporaliter quoque ægri & infirmi
ſæpe patiuntur, nt dum ſalubres cibos & nti-
les potus quaſi amaros & abhorrentes reſpuunt,
& illa quæ oblectare & ad præſens ſuavia vi-
dentur eſſe appetunt, perniciem ſibi & mortem
per [4] inandientiam & intemperantiam provo-
cent, nec proficiat ad ſalutem artificis mede-
la vera, dum blandimentis decipit dulcis ille-
cebra. Vos itaque ſecundum litteras meas fide-
liter & ſalubriter conſulentes a conſiliis melio-
ribus ne recedatis. Legite vero has eaſdem lit-
teras & collegis meis, ſi qni aut præſentes fue-
rint aut ſupervenerint, ut unanimes & cnncor-
des ad fovenda & ſananda lapſorum vulnera
conſilium ſalubre teneamus, tractaturi pleniſ-
ſime de omnibus cum convenire in unum per
Domini miſericordiam cœperimus. Interea ſi
B quis immoderatus & præceps, ſive de noſtris
presbyteris vel diaconibus, ſive de peregrinis,
auſus fuerit ante ſententiam nnſtram communica-
re cum lapſis, a communicatione noſtra arceatur,
apud omnes nos cauſam dicturus temeritatis
ſuæ quando in unnm permittente Domino con-
venerimus. Deſideraſtis quoque ut de Philu-
meno & Fortunato hypodiaconis & Favorino
acolytho, qui medio tempore receſſerunt, &
nunc venerunt, quid mihi videatur reſcribam.
Cui rei [5] non potui me ſolum judicem dare,
cum multi adhuc de clero abſentes ſint, nec
[6] locum ſuum vel [7] ſern repetendum putave-
runt, & hæc ſingulorum tractanda ſit & li-
manda plenius ratin, non tantum cum colle-
gis meis, ſed & cum plebe ipſa univerſa. Ex-
penſa enim moderatione libranda & pronun-
tianda res eſt quæ in poſterum circa [8] mini-
ſtros eccleſiæ conſtituat exemplum. Interim ſe
[9] a diviſione [10] menſurna tantum contineant,
non quaſi a miniſterio eccleſiaſtico privati eſſe
videantur, ſed ut integris omnibus ad nnſtram
præſentiam differantur. Opto vos, fratres ca-
riſſimi, ſemper bene valere. Fraternitatem uni-
verſam ſalutate, & valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXVIII.

1 HÆC epiſtola primum edita eſt a Manutio: Pamelius nullum illius vetus exemplar habuit. Angli unum habuerunt ex bibliotheca Bodlejana. Ego unum habui ex Colbertina, quod fuit olim collegii Fuxenſis. Habui etiam unum ex mea, aliud ex urbe Gratianopolitana. Porro epiſtola iſta bis deſcripta eſt in libro Fuxenſi.

2 *Compoſita*] Ita codex Fuxenſis & editiones Manutii & Morellii. At codex meus & Gratianopolitanus præferunt *corrupta*. Sic etiam in uno Bodlejano legi monuerunt Angli.

3 *Blanditiis*] Tacitus lib. 1. hiſtoriarum: *Blanditiæ peſſimum veri affectus venenum*. Et in vita Agricolæ: *Peſſimum inimicorum genus laudantes*. Cicero in libro de amicitia ait nullam peſtem eſſe majorem quam adulationem, blanditiam, aſſentationem. Dio Chryſoſtomus orat. 3. ſcribit omnium vitiorum turpiſſimum eſſe adulationem. Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de virginitate ſervanda: *Adulator quiſque blandiens inimicus eſt*. Idem in dialogo contra Pelagianos: *Semper inſidioſa, callida, blanda eſt adulatio*. Sanctus Ambroſius, ſeu quis alius, lib. 3. officior. cap. 16. *Non eſt enim vera amicitia ubi eſt fallax adulatio*. Seneca dixit epiſt. 45. adulationem eſſe ſimilem avaritiæ. Apud Plutarchum exſtat liber quomodo poſſit adulator ab amico internoſci. Symmachus lib. 1. epiſt. 31. *Quaſſa fide ſunt qui jugiter blandiuntur*. Ovidius lib. 3. amorum eleg. 8. *Impia ſub dulci melle venena latent*. Placentinos vocat adulatores vetus auctor gloſſæ ad capitulare Caroli M. de cauſis Italiæ, ut monuimus tom. 2. Capitularium pag. 1043.

4 *Inaudientiam*] Codex Fuxenſis *inobedientiam*. Et tamen idem codex in epiſtola 42. pag. 56. habet, *quæ diſcordioſis & inaudientibus ſcandalum*. Tertullianus in libro de exhortatione caſtitatis dixit *obaudientiam*.

5 *Non potui me ſolum*] Ita Manutius & Rigaltius. At in libro meo veteri, in Gratianopolitano, & in uno Bodlejano legitur, *non puto me ſolum debere ſententiam dare*. Sic etiam in editione Morellii, niſi quod poſuit *potui* pro *puto*.

6 *Locum ſuum*] Ita Pamelius & ceteri. Manutius edidit *hoc ſolum*. Quo etiam modo legitur in codice Fuxenſi. Sic etiam reperi ſcriptum fuiſſe in uno codice Vaticano.

7 *Sero*] Hæc eſt lectio editionis Manutianæ & codicis Gratianopolitani. Editio Morellii & unus Bodlejanus, *ſorte*. In meo *ſorore* pro *ſorte*, ut opinor.

8 *Miniſtros*] Quamvis non dubitem quin hæc lectio ſit bona, admonere tamen debeo in codice Fuxenſi, in quo, ut antea dixi, epiſtola iſta bis deſcripta eſt, conſtanter ſcriptum eſſe *omnes viros*. Quo etiam modo ſcriptum fuiſſe in Veronenſi mihi conſtat. Sed alii libri veteres & editiones præferunt *miniſtros*.

9 *A diviſione*] Sic edidit Morellius pro eo quod edi-

Digitized by Google

editio Manutii habet *dictione*. Sed in codice Latinii & in Veronenſi, tum etiam in Fuxenſi, ſcriptum eſt *a dicione*. Meus confirmat editionem Morellii.

10 *Menſurna*] Infra epiſt. 34. pag. 28. *diviſiones menſurnas aquatis quantitatibus partiantur*. Rufinus lib. 4. cap. 28. *centum quinquaginta denarii menſtruæ præſtationis*. Codex Fuxenſis & Gratianopolitanus & editio Morellii *menſurantium*, meus *menſuratanum*.

[1]EPISTOLA XXIX.

Ad presbyteros & diaconos Romæ conſiſtentes.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus Romæ conſiſtentibus fratribus ſalutem. Et dilectio communis & ratio expoſcit, fratres cariſſimi, nihil conſcientiæ veſtræ ſubtrahere de his quæ apud nos geruntur, ut ſit nobis circa utilitatem eccleſiaſticæ adminiſtrationis commune conſilium. Nam poſteaquam ad vos litteras feci, quas miſi per Saturum lectorem & Optatum [2] hypodiaconum, [3] quorumdam lapſorum conſpirata temeritas, qui pœnitentiam agere & Deo ſatisfacere detrectant, litteras ad me fecerunt, pacem non dandam ſibi poſtulan-

A tes, ſed quaſi jam datam ſibi vindicantes, quod dicant Paulum omnibus pacem dediſſe, ſicut in litteris eorum, quarum exemplum ad vos tranſmiſi, legetis, ſimulque quid ego eis breviter interim reſcripſerim, ſed & quales poſtea ad clerum litteras fecerim ut ſcire poſſetis, hujus quoque rei exemplum vobis miſi. Quod ſi ultra temeritas eorum nec meis nec veſtris litteris compreſſa fuerit, nec conſiliis [4] ſalubribus obtemperaverit, agemus ea quæ ſecundum evangelium Dominus agere præcepit. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXIX.

1 TRIA iſtius epiſtolæ, quam debemus editioni Manutianæ, exemplaria habui, unum ex bibliotheca Colbertina, quod fuit olim collegii Fuxenſis, aliud ex mea, tertium ex urbe Gratianopolitana. Angli unum habuerunt ex Bodlejana.

2 *Hypodiaconum*] Poſtea in omnibus editionibus quæ prodierunt poſt Manutianam additur *fratres noſtros*. Quæ verba, addita videlicet a Morellio, nos ſuſtulimus ut ſuperflua, quia non exſtant in libris noſtris veteribus. Et tamen in Gratianopolitano poſt *hypodiaconum* additur *fratrem noſtrum*.

3 *Quorumdam conſpirata*] Neſcio qua auctoritate Morellius addidit *quorumdam proſpecta temeritate*. Nam præterquam quod vox *proſpecta* iſtic neceſſaria non eſt, ea non exſtat in editione Manutii, neque in veteribus codicibus noſtris, neque in Anglicanis. Quare mirum eſt illam fuiſſe retentam in editione Anglicana.

4 *Salubribus*] Nos ſecuti in hoc loco ſumus auctoritatem veterum exemplarium & editionem Morellii. Rigaltius & Angli prætulerunt lectionem quæ habet *ſalutaribus*.

[1]EPISTOLA XXX.

Presbyteri & diaconi Romæ conſiſtentes ad Cyprianum.

CYPRIANO [2] Papæ presbyteri & diacones Romæ conſiſtentes ſalutem. Cum perlegiſſemus, frater cariſſime, litteras tuas, quas per Fortunatum hypodiaconum miſeras, gemino ſumus dolore perculſi & duplici mœrore confuſi, quod neque tibi requies ulla in tantis perſecutionis neceſſitatibus traderetur, & lapſorum fratrum immoderata petulantia uſque ad periculoſam [3] verborum temeritatem producta denotaretur. Sed quamquam nos atque animum noſtrum iſta quæ diximus graviter adfligerent, tamen mœroris noſtri tam gravem ſarcinam vigor tuus & ſecundum evangelicam diſciplinam adhibita ſeveritas temperat, dum & quorumdam improbitatem juſte coerces, & cohortando ad pœnitentiam, viam legitimam ſalutis oſtendis. Quos quidem ſatis mirati ſumus ad hoc uſque proſilire voluiſſe ut tam urgenter & tam immaturo atque acerbo tempore, in tam ingenti & immenſo crimine atque delicto, pacem ſibi non tam peterent quam vindicarent, immo jam & in cælis habere ſe dicerent. Qui ſi habent, quid petunt quod tenent? Si autem non habere illos probatur hoc ipſo quod petunt, cur non judicium eorum ſuſtinent a quibus petendam pacem, quam utique non habent, putaverunt? Quod ſi aliunde prærogativam communicationis habere ſe credunt, cum evange-

B lio illam conferre conentur; ut ita demum firmiter valeat, ſi ab evangelica lege non diſſonat. Ceterum quo pacto evangelicam poterit præſtare communicationem quod contra evangelicam decretum videtur veritatem? Nam cum omnis prærogativa ita demum ad indulgentiæ privilegium ſpectet, ſi ab eo cui ſociari quærit non diſcrepet, [4] quia ab eo cui ſociari quærit diſcrepat, neceſſe eſt indulgentiam & privilegium ſocietatis amittat. Videant igitur quid in

C hoc negotio agere conentur. Nam ſi aliud quidem evangelium, aliud autem martyres dicunt poſuiſſe decretum, collidentes contra evangelium martyres utrobique perielitabuntur. Nam & evangelii fracta jam & jacens videbitur eſſe majeſtas, ſi potuit alterius decreti novitate ſuperari, & de martyrum capite glorioſa confeſſionis corona detracta, ſi non illam de evangelii conſervatione inveniantur conſecuti [5] unde martyres fiunt; ut merito nulli magis ſit competens nihil contra evangelium decernere

D quam qui martyris nomen ex evangelio laborat accipere. Illud præterea vellemus addiſcere, ſi martyres non propter aliud martyres fiunt niſi ut non ſacrificantes teneant eccleſiæ uſque ad effuſionem ſanguinis ſui pacem, ne cruciatus dolore ſuperati, perdendo pacem, perdant ſalutem, quo pacto ſalutem quam, ſi ſacri-

A ſacrificaſſent, ſe habituros non putaverunt, illis exiſtimant donandam qui ſacrificaſſe dicantur, cum legem hanc debeant in aliis tenere quam ipſi videbantur ſibi ante poſuiſſe? In quo negotio hoc ipſum quod pro ſe ipſis facere putaverunt animadvertimus contra ſe ipſos protuliſſe. Nam ſi dandam illis pacem martyres putaverunt, cur ipſi non dederunt? Cur illos ad epiſcopum, ut ipſi dicunt, remittendos cenſuerunt? Is enim qui jubet fieri poteſt utique facere quod fieri jubet. Sed ut intelligimus, B immo, ut res ipſa loquitur & clamat, ſanctiſſimi martyres utrobique adhibendum putaverunt temperamentum & pudoris & veritatis. Nam quia a multis urgebantur, dum ad epiſcopum illos remittunt, verecundiæ propriæ, ne ulterius inquietarentur, conſulendum putaverunt; & dum illis non ipſi communicant, evangelicæ legis illibatam ſinceritatem cuſtodiendam judicaverunt. Tu tamen, frater, numquam pro tua caritate deſiſtas lapſorum animos temperare & errantibus veritatis præſtare medicinam, licet animus ægrorum medentium reſpuere ſoleat induſtriam. C Recens eſt lapſorum nuper hoc vulnus & adhuc in tumorem plaga conſurgens. Et iccirco certi ſumus quod, ſpatio productioris temporis impetu iſto conſeneſcente, amabunt hoc ipſum, ad fidelem ſe dilatos eſſe medicinam, ſi tamen deſint qui illos arment ad periculum proprium, & in perverſum inſtruentes pro ſalutaribus dilationum remediis exitioſa depoſcant illis properatæ communicationis venena. Neque enim credimus ſine inſtinctu quorumdam auſuros fuiſſe omnes [6] tam petulanter ſibi pacem vindicare. Novimus Carthaginenſis eccleſiæ fidem, [7] novimus inſtitutionem, novimus humilitatem. Unde etiam mirati ſumus [8] quod quædam in te per epiſtolam injecta durius notaremus, cum amorem veſtrum mutuum & caritatem exemplis multis reciprocæ adfectionis in vos invicem ſæpe comperiſſemus. Tempus eſt igitur ut agant delicti pœnitentiam, ut probent lapſus ſui dolorem, ut oſtendant verecundiam, ut monſtrent humilitatem, ut exhibeant modeſtiam, ut de ſubmiſſioue provocent in ſe Dei clementiam, & de honore debito in Dei ſacerdotem eliciant in ſe divinam miſericordiam. Quanto meliores ipſorum litteræ fuiſſent, ſi pro ipſis preces ſtantium humilitate ipſorum adjutæ fuiſſent, quoniam & facilius impetratur quod petitur quando is pro quo petitur condignus eſt ut quod petitur impetretur. Quod autem pertinet ad [9] Privatum Lambeſitanum, pro tuo more feciſti, qui rem nobis tamquam ſollicitam nuntiare voluiſti. Omnes enim nos decet pro corpore totius eccleſiæ, cujus per varias quaſque provincias membra digeſta ſunt, excubare. Sed nos etiam ante litteras tuas fraus callidi hominis latere non potuit. Nam cum antehac quidam ex ipſius nequitiæ cohorte veniſſet [10] vexillarius Privati [11] Futurus, & fraudulenter litteras a nobis elicere curaret, nec quis eſſet latuit, nec litteras quas volebat accepit. Optamus te in Domino bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXX.

1 PRimus Manutius edidit hanc epiſtolam. Rariſſima autem ſunt vetera illius exemplaria. Ego duo habui, unum ex bibliotheca mea, aliud ex urbe Gratianopolitana. Angli uſi ſunt in ea emendanda uno Bodlejano.

Lombertus & Guillelmus Cave ajunt illam ſcriptam fuiſſe a Novatiano nomine cleri Romani antequam is faceret ſchiſma, ſed non probant. Fortaſſis ita conjecerunt ex his verbis epiſtolæ 52. pag. 67. *Novatiano tunc ſcribente*. In veteri codice Remigiano adnotatum eſt epiſtolam 26. dictatam eſſe e Novatiano, ut illic monuimus. Hieronymus in epiſtola de quinque quæſtionibus ad Papam Damaſum Novatianum vocat eloquentiſſimum virum, & in epiſtola ad Paulum Concordienſem facit mentionem epiſtolarum Novatiani. Et Cyprianus ipſe epiſt. 52. pag. 73. ad Antonianum loquens de Novatiano: *Jactet ſe licet & philoſophiam vel eloquentiam ſuam ſuperbis vocibus prædicet*. Ejus habemus tractatum de Trinitate editum cum operibus Tertulliani.

2 *Papæ*] In libro meo veteri, in codice 199. bibliothecæ Vaticanæ, & in Gratianopolitano ſcriptum eſt *Papati*. Sic apud Liberatum cap. 23. quatuor vetuſti codices habent *Menate* pro eo quod in editionibus legitur *Menna*, ut monuimus ad epiſtolam 16. Vide etiam notas ad epiſtolam ſecundam, pag. 387.

3 *Verbor. temer.*] Hic locus adjuvare poteſt opinionem illuſtriſſimi epiſcopi Oxonienſis exiſtimantis verba quædam minus decocta quæ exſtant in epiſtola 18. confeſſorum ad Cyprianum continere minas excommunicationis. Verum cum hujuſmodi minarum nullam mentionem faciat ſanctus martyr in epiſtola 22. in qua conqueritur de temeritate Luciani, manifeſtum videtur verborum temeritatem quæ iſtic reprehenditur reſpicere tantum ad temeritatem notatam in epiſtola præcedenti.

4 *Quia ab eo*] Antea legebatur *a Deo*. Emendavimus ex auctoritate codicum Vaticanorum citatorum in ora editionis Manutianæ in exemplari excuſo quod penes me eſt, tum etiam ex Gratianopolitano, & ex uno meo optimo. Sic vero ſcribi debere poſtulat etiam ſenſus.

5 *Unde martyres fiunt*] Supra epiſt. 22. pag. 32. *Minime conſideravit quod non martyres evangelium faciunt, ſed per evangelium martyres fiunt*. Infra epiſt. 33. pag. 46. *evangelium Chriſti legere unde martyres fiunt*. Et in libro de lapſis pag. 188. *qui de evangelio martyres fiunt*.

6 *Tam petulanter*] id eſt, commota ſeditione adverſus præpoſitos ut pacem ab illis extorquerent, ut videre eſt in epiſtola 22. pag. 32.

7 *Novimus inſtitut.*] Puto Romanos iſtic loqui de inſtitutione ſive initiis eccleſiæ Carthaginenſis, quam ſanctus Auguſtinus in libro de unitate eccleſiæ cap. 15. ex eo collegit accepiſſe fidem Chriſti in initiis fundatæ eccleſiæ quia manifeſtiſſimis teſtimoniis conſtat eccleſiam tum fuiſſe toto orbe diffuſam. Quod etiam ſenſiſſe Tertullianum liquet ex libro ejus adverſum Judæos & ex libro de præſcriptionibus, ex quo colligere licet illum exiſtimaſſe eccleſiam Africanam initia fidei ſuæ debere epiſcopis Romanis. Ait enim: *Si autem Italiæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præſto eſt*. Et Auguſtinus in epiſtola ad Severinum ait chriſtianæ fidei auctoritatem in Africam manaviſſe ab eccleſia tranſmarina, id eſt Romana. Quæ opinio confirmari poteſt auctoritate epiſtolæ quam Innocentius Papa ſcripſit ad Decentium epiſcopum Eugubinum, in qua ait manifeſtum eſſe nullum inſtituiſſe eccleſias in Italia, Galliis, Hiſpaniis, Africa, atque Sicilia niſi eos quos venerabilis Petrus aut ejus ſucceſſores conſtituerunt ſacerdotes; & hinc concludit eccleſias illas oportere hoc ſequi quod eccleſia Romana cuſtodit, a qua eas principium accepiſſe non dubium eſt, ne dum peregrinis aſſertionibus ſtudent, *caput inſtitutionum videantur omittere*. Ita etiam ſanctus Gregorius lib. 7. Indict. 1. epiſt. 32. ſcribens ad Dominicum epiſcopum Carthaginenſem: *Scientes præterea unde in Africanis partibus ſumpſerit ordinatio ſacerdotalis exordium, laudabiliter agitis quod ſedem apoſtolicam diligendo ad officii veſtri originem prudenti recordatione recurritis*. Eadem mente ſanctus Leo Papa ita ſcripſit ad epiſcopos per Siciliam conſtitutos: *Quam culpam nullo modo potuiſſetis incidere, ſi unde conſecrationem honoris accepiſtis, inde legem totius obſervantiæ ſumeretis, & beati Petri apoſtoli ſedes, quæ vobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet eccleſiaſticæ magiſtra rationis*. Suppar Innocentio & Leoni Salvianus non dubitabat quin eccleſia Carthaginenſis inſtituta fuiſſet ab apoſtolis. Ævo quoque Gregorii M. Numidæ credebant eccleſiam Africanam fundatam fuiſſe ab apoſtolis. Porro illuſtriſſimus epiſcopus Oxonienſis in notis ad librum Pontii diaco-

diaconi de vita ſancti Cypriani putavit Simonem zelotem fuiſſe Afrorum apoſtolum, Eyſingrenius vero ſanctum Creſcentem.

8 *Quod quadam*] Difficile eſt certo conſtituere lectionem hujus loci. Sed ut lector ſcire poſſit in quo conſiſtat difficultas, afferam lectiones veterum librorum. In meo vetere optimo ſic ſcriptum eſt, *quod quadam interpretere epiſtolam injecta durius*. In Gratianopolitano vero ſic, *quod quadam interprete per epiſtolam injectam durius*.

9 *Privatum Lamb.*] Vide annales Cyprianicos an. 252. §. 8. & Pamelium ad epiſtolam 55. Cypriani.

10 *Vexillarius*] id eſt ſignifer ſeditionis, ut vocatur in epiſtola 55. pag. 83. ad Cornelium, eo modo quo Paſchaſius vocatur ſignifer furoris in epiſtola concilii Aquilejenſis ad Gratianum Imperatorem, & eo etiam modo quo Latinus Pacatus Drepanius ducem copiarum Maximi tyranni vocavit vexillarium ſacrilegæ factionis in panegyrico quem dixit Theodoſio Auguſto, & auctor panegyrici dicti Maximiano Auguſto ejus adverſarium vocat ſigniferum nefariæ factionis. Sic Robertus Gervaſii epiſcopus Senecenſis in tractatu de ſchiſmate Bartholomæum archiepiſcopum Barenſem vocat vexillarium ſchiſmaticæ pravitatis in notis ad vitas Paparum Avenionenſium pag. 1270.

11 *Futurus*] Ita codex Veronenſis. Miror Anglos, qui Rigaltianam editionem ſequi ſolent, excudiſſe *futurus*. Peſſime Reinhartus, qui, repudiata editione Rigaltii, quæ bona eſt, veterem revocavit & ſcripſit *Privati & furto ac fraudulenter*. In libro meo veteri legitur *futuros ac fraudolenter*. Pamelius exiſtimavit Futurum & Feliciſſimum eſſe eumdem hominem.

[1] EPISTOLA XXXI.

Cleri Romani ad Cyprianum.

CYPRIANO Papæ presbyteri & diaconi A Romæ conſiſtentes ſalutem. [2] Quamquam bene ſibi conſcius animus & evangelicæ diſciplinæ vigore ſubnixus & verus ſibi in [3] decretis cæleſtibus teſtis effectus ſoleat ſolo Deo judice eſſe contentus nec alterius aut laudes petere aut accuſationes pertimeſcere, tamen geminata ſunt laude condigni qui cum conſcientiam ſciant Deo ſoli debere ſe judici, actus tamen ſuos deſiderant etiam ab ipſis ſuis fratribus comprobari. Quod te, frater Cypriane, facere non mirum eſt, qui pro tua verecundia & ingenita B induſtria conſiliorum tuorum nos non tam judices voluiſti quam participes inveniri, ut in tuis rebus geſtis laudem tecum, [4] dum illas probamus, inveniremus, & tuorum conſiliorum bonorum coheredes, quia & affirmatores, eſſe poſſimus. Idem enim omnes credimur operati, in quo deprehendimur eadem omnes cenſuræ & diſciplinæ conſenſione ſociati. Quid enim magis aut in pace tam aptum aut in bello perſecutionis tam neceſſarium quam debitam ſeveritatem divini vigoris tenere; quam qui remiſerit, C inſtabili rerum curſu erret ſemper neceſſe eſt, & huc atque illuc variis & incertis negotiorum tempeſtatibus diſſipetur, & quaſi extorto de manibus conſiliorum gubernaculo [5] navim eccleſiaſticæ ſalutis illidat in ſcopulos; ut appareat non aliter ſaluti eccleſiaſticæ conſuli poſſe niſi ſi qui & contra ipſam faciunt, quaſi quidam adverſi fluctus repellantur, & diſciplinæ ipſius ſemper cuſtodita ratio quaſi ſalutare aliquod gubernaculum in tempeſtate ſervetur. Nec hoc nobis nunc nuper conſilium D cogitatum eſt, nec hæc apud nos adverſus improbos modo ſupervenerunt repentina ſubſidia; ſed [6] antiqua hæc apud nos ſeveritas, antiqua fides, diſciplina legitur antiqua: quoniam nec tantas de nobis laudes apoſtolus protuliſſet di-
Rom. 1. cendo, *Quia fides veſtra prædicatur in toto mundo*, niſi jam exinde vigor iſte radices fidei de temporibus illis mutuatus fuiſſet; quarum laudum & gloriæ degenerem fuiſſe maximum crimen eſt. Minus eſt enim dedecoris numquam ad præconium laudis acceſſiſſe quam de faſti- E gio laudis ruiſſe. Minus eſt criminis honoratum bono teſtimonio non fuiſſe quam honorem bonorum teſtimoniorum perdidiſſe. Minus eſt ſine prædicatione virtutum ignobilem ſine laude jacuiſſe quam exheredem fidei factum laudes

A propriaſ perdidiſſe. Ea enim quæ in alicujus gloriam proferuntur, niſi anxio & ſollicito labora ſerventur, in invidiam maximi criminis intumeſcunt. Hoc nos non falſo dicere ſuperiores noſtræ [7] litteræ probaverunt, in quibus vobis ſententiam noſtram dilucida expoſitione protulimus & adverſus eos qui ſe ipſos infideles illicita nefariorum libellorum profeſſione prodiderant, quaſi evaſuri [8] irretientes illos diaboli laqueos viderentur, quo non minus quam ſi ad nefarias aras acceſſiſſent hoc ipſo quod i- B pſum conteſtati fuerant tenerentur, ſed etiam adverſus illos qui acta feciſſent, licet præſentes cum fierent non affuiſſent, cum præſentiam ſuam utique ut ſic ſcriberentur [9] mandando feciſſent. [10] Non eſt enim immunis a ſcelere qui ut fieret [11] imperavit; nec eſt alienus a crimine cujus conſenſu, licet non a ſe admiſſum crimen, tamen publice legitur; & cum totum fidei ſacramentum in confeſſione Chriſti nominis intelligatur eſſe digeſtum, qui fallaces in excuſatione præſtigias quærit negavit, & qui C vult videri propoſitis adverſus evangelium vel edictis vel legibus ſatisfeciſſe, hoc ipſo jam paruit quod videri paruiſſe ſe voluit, necnon etiam contra illos quoque qui illicitis ſacrificiis manus ſuas atque ora polluerant, pollutis ante mentibus propriis, unde etiam ſunt ipſæ manus atque ora polluta, fidem noſtram conſenſumque monſtravimus. Abſit enim ab eccleſia Romana vigorem ſuum tam prophana facilitate dimittere & nervos ſeveritatis everſa fidei majeſtate diſſolvere; ut cum adhuc non tantum D jaceant, ſed & cadant everſorum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communicationum utique non profutura præſtentur, & nova per miſericordiam falſam vulnera veteribus tranſgreſſionis vulneribus imprimantur, ut miſeris ad everſionem majorem eripiatur & pœnitentia. Ubi enim poterit indulgentiæ medicina [12] proficere, ſi etiam ipſe medicus intercepta pœnitentia indulget periculis, ſi tantummodo operit vulnus, nec ſinit neceſſaria temporis remedia obducere cicatricem? Hoc non E eſt curare, ſed, ſi dicere verum volumus, occidere. Quamquam confeſſorum quoque, quos hic adhuc in carcerem dignitas ſuæ confeſſionis incluſit & ad certamen evangelicum ſua fides in confeſſione jam glorioſa ſemel coronavit, litteras habeas conſpirantes cum litteris noſtris,

ſtris, quibus ſeveritatem evangelicæ diſciplinæ A protulerunt & illicitas petitiones ab eccleſiæ pudore revocarunt. Niſi hoc feciſſent, diſciplinæ evangelicæ ruinæ non facile ſarcirentur, præſertim cum nulli magis tam congruens eſſet tenorem evangelici vigoris illibatum dignitatemque ſervare quam qui ſe excruciandos & excarnificandos pro evangelio furentibus tradidiſſent, ne [13] martyrii honorem merito perderent, ſi in occaſione martyrii prævaricatores evangelii eſſe voluiſſent. Nam qui id quod habet non cuſtodit in eo ex quo illud poſſidet, B dum id ex quo poſſidet violat, amittit illud quod poſſidebat. In quo loco maximas tibi atque uberes gratias referre debemus & reddimus quod illorum carceris tenebras litteris tuis illuminaſti, quod ad illos veniſti quomodo introire potuiſti, quod illorum animos ſua fide & confeſſione robuſtos tuis allocutionibus litteriſque recreaſti, quod felicitates eorum condignis laudibus proſecutus accendiſti ad multo ardentiorem cæleſtis gloriæ cupiditatem, quod pronos impuliſti, quod, ut credimus & optamus, victores futuros viribus tui ſermonis animaſti; C ut quamquam hoc totum de fide confitentium & de divina indulgentia venire videatur, tamen in martyrio ſuo tibi ex aliquo debitores facti eſſe videantur. Sed ut ad id unde digreſſus ſermo videbatur eſſe rurſus revertatur, quales litteras in Siciliam quoque miſerimus ſubjectas habebis. Quamquam nobis differendæ hujus rei neceſſitas major incumbat, quibus poſt exceſſum nobiliſſimæ memoriæ viri Fabiani nondum eſt epiſcopus propter rerum & temporum difficultates conſtitutus, qui omnia iſta mode- D retur & eorum qui lapſi ſunt poſſit cum auctoritate & conſilio habere rationem. Quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat quod & tu ipſe tractaſti, prius eccleſiæ pacem ſuſtinendam, deinde ſic collatione conſiliorum cum epiſcopis, presbyteris, diaconis, confeſſoribus pariter ac ſtantibus laicis facta lapſorum tractare rationem. Perquam enim nobis & invidioſum & oneroſum videtur non per multos examinare quod per multos commiſſum videatur fuiſſe & unum ſententiam dicere, cum tam grande crimen per multos diffuſum notetur E exiſſe; quoniam nec firmum decretum poteſt eſſe quod non plurimorum videbitur habuiſſe conſenſum. Aſpice totum orbem pæne vaſtatum & ubique jacere dejectorum reliquias [14] & ruinas, & iccirco tam grande expeti conſilium quam late propagatum videtur eſſe delictum. Non ſit minor medicina quam vulnus, non ſint minora remedia quam [15] funera; ut quomodo qui ruerunt ob hoc ruerunt quod cæca temeritate nimis incauti fuerunt, ita qui hoc diſponere nituntur, omni conſiliorum modera- F mine utantur ne quid non ut oportet factum tamquam irritum ab omnibus judicetur. Uno igitur eodemque conſilio, iiſdem precibus & fletibus tam nos, qui uſque adhuc videmur temporis iſtius ruinas ſubterſugiſſe, quam illi qui in has temporis videntur clades incidiſſe, divinam majeſtatem deprecantes pacem [16] eccleſiaſtico nomini poſtulemus. Mutuis votis nos invicem foveamus, cuſtodiamus, armemus. Oremus pro lapſis ut erigantur, oremus pro ſtantibus ut non ad ruinas uſque tententur, ore- A mus ut qui cecidiſſe referuntur, delicti ſui magnitudinem agnoſcentes, intelligant [17] non momentaneam neque præproperam [18] deſiderare medicinam. Oremus ut effectus indulgentiæ lapſorum ſubſequatur & [19] pœnitentia, ut intellecto ſuo crimine velint nobis interim præſtare patientiam, nec adhuc fluctuantem turbent eccleſiæ ſtatum, ne interiorem nobis perſecutionem ipſi incendiſſe videantur, & accedat ad criminum cumulum quod etiam inquieti fuerunt. Maxime enim illis congruit verecun- B dia quorum in delictis damnatur mens inverecunda. Pulſant ſane fores, ſed non utique confringant. Adeant ad limen eccleſiæ, ſed non utique tranſiliant. Caſtrorum cæleſtium excubent portis, ſed armati modeſtia, qua intelligant ſe deſertores fuiſſe. Reſumant precum ſuarum tubam, ſed qua non bellicum clangant. Arment ſe quidem modeſtiæ telis, & quem negando mortis metu fidei dimiſerant clipeum reſumant, ſed ut contra hoſtem diabolum vel nunc armati, non contra eccleſiam, quæ illorum dolet caſus, armatos eſſe ſe credant. Mul- C tum illis proficiet petitio modeſta, poſtulatio verecunda, humilitas neceſſaria, patientia non otioſa. [20] Mittant legatos pro ſuis doloribus lacrimas, advocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus dolorem probantes commiſſi criminis & pudorem. Immo ſi dedecoris admiſſi magnitudinem perhorreſcunt, ſi pectoris & conſcientiæ ſuæ letalem plagam & ſinuoſi vulneris altos receſſus vere medica manu tractant, erubeſcant & petere; niſi quia majoris eſt rurſum & periculi & pudoris auxilium D pacis non petiſſe. Sed hoc totum in ſacramento, ſed in ipſius poſtulationis lege temporis facto temperamento, ſed poſtulatione demiſſa, ſed prece ſubdita; quoniam & qui petitur flecti debet, non incitari; & ſicut reſpici debet divina clementia, ſic reſpici debet & divina cenſura; & ſicut ſcriptum eſt, *Donavi tibi omne debitum, quia me rogaſti*, ſic ſcriptum eſt: *Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo & coram angelis ejus*. Deus enim ut eſt indulgens, ita eſt præceptorum ſuorum exactor, & quidem diligens; & ſicut E ad [21] convivium vocat, ſic habitum nuptiarum non habentem ligatis manibus & pedibus extra ſanctorum cœtum foras jactat. Paravit cælum, ſed paravit & tartarum. Paravit refrigeria, ſed paravit etiam æterna ſupplicia. Paravit inacceſſibilem lucem, ſed paravit etiam perpetuæ noctis vaſtam æternamque caliginem. Cujus temperamenti moderamen nos hic tenere quærentes diu, & quidem multi, & quidem cum quibuſdam [22] epiſcopis vicinis nobis & appropinquantibus, & quos ex aliis provinciis longe F poſitis perſecutionis iſtius ardor ejecerat, ante conſtitutionem epiſcopi nihil innovandum putavimus, ſed lapſorum curam mediocriter temperandam eſſe credimus; ut interim dum epiſcopus dari a Deo nobis ſuſtinetur, [23] in ſuſpenſo eorum qui [24] moras poſſunt dilationis ſuſtinere cauſa teneatur, eorum autem quorum vitæ ſuæ finem urgens exitus dilationem non poteſt ferre, acta pœnitentia & profeſſa frequenter ſuorum deteſtatione factorum, ſi lacrimis, ſi gemitibus, ſi fletibus dolentis ac vere pœnitentis animi ſigna prodiderint, cum ſpes

Matt. 18.

Matt. 10.

ſpes vivendi ſecundum hominem nulla ſubſtiterit, ita demum caute & ſollicite ſubveniri, Deo ipſo ſciente quid de talibus faciat & qualiter judicii ſui examinet pondera, [13] nobis tamen anxie curantibus ut nec pronam noſtram A improbi homines laudent facilitatem, nec vere pœnitentes accuſent noſtram quaſi duram crudelitatem. [14] Optamus te, beatiſſime ac glorioſiſſime Papa, in Domino ſemper bene valere & noſtri meminiſſe.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXXI.

1 HÆC epiſtola valde mutila & nihilominus interpolata eſt in codice ſancti Arnulphi Metenſis; cui paulo poſt initium inſertum eſt prolixum fragmentum ex libro de laude martyrii, nimirum ab his verbis pag. 343. *ut quantum in exprimenda* uſque ad *ſecum ipſe convolvens*. Sed poſt iſta reditur ad epiſtolam in his verbis pag. 44. *habitum nuptiarum non habentem* uſque ad finem. Præterea magna pars iſtius epiſtolæ disjuncta exſtat ſupra in codice illo poſt epiſtolam 17. quæ data eſt ad Cornelium & incipit *Et egiſſe nos*.

2 *Quamquam ſibi*] In variis excerptis quæ exſtant in calce operum ſancti Cypriani in veteri codice qui fuit olim monaſterii Foſſatenſis, nunc vero meus eſt, cum illic deſcriptum ſit initium iſtius epiſtolæ, ſic legitur in titulo: *Incipit ad Romanos. Quamquam ſibi bene conſcius*. Et in fine additum eſt: *Explicit ad Romanos*. Sed iſtud falſum eſſe conſtat ex tenore ipſius epiſtolæ, quæ certo ſcripta eſt a clero Romano ad Cyprianum, uti etiam adnotatum eſt in codice Gratianopolitano in fronte epiſtolæ: *Cleri Romani ad Cyprianum*. Et tamen Hincmarus in libro de prædeſtinatione adverſus Gotheſcalcum pag. 73. citat ex epiſtola ad Romanos. Ex quo liquet errorem eſſe vetuſtum.

3 *Decretis cæleſt.*] Hanc lectionem reperi in octo codicibus antiquis. Angli monent in codice Vaticano legi *caſtris cæleſtibus*. Quam lectionem merito ait Rigaltius ſibi non placere. De caſtris cæleſtibus vide quæ notantur ad epiſtolam 44.

4 *Dum illas probamus*] Infra epiſt. 71. pag. 127. *Quæ ſalubriter ſuggeruntur, ſi ſint vera & legitima, ipſa potius noſtra ducamus*. Quod enim probamus noſtrum facimus, ut ait Imperator Juſtinianus in conſtitutione de conceptione digeſtorum. Item Cæleſtinus Papa, ſive quis alius auctor ſit collectionis cujuſdam quæ inter decreta ejus circumfertur, loquens de ſententiis ſancti Auguſtini de gratia Chriſti, ait eas ſuas feciſſe antiſtites apoſtolicos cum probarunt. Caſſianus lib. 6. de incarnatione Domini cap. 9. *Repetamus confeſſionem ſymboli & tuam. Tua enim quæ illius, quia confeſſionem illius tuam confitendo feciſti*. Joannes Sareſberienſis in prologo policratici: *Quidquid ubique bene dictum eſt facio meum*. Idem epiſt. 230. *Nonne & omnia noſtra facimus quibus noſtram impertimur auctoritatem*.

5 *Navim*] Codex ſancti Remigii Remenſis, *navem eccleſiaſticæ diſciplinæ illidat*. Divionenſis & recentior Victorinus, *navem eccleſiæ falſos illidat in ſcopulos*.

6 *Antiqua . . . . ſeveritas*] Iſta, quæ addita ſunt in editione Manutiana, deſunt in antiquis editionibus & in duobus antiquis codicibus. Habentur autem in aliis.

7 *Litteræ probaverunt*] Poſtea ſequitur in codice ſancti Arnulphi fragmentum ex libro de laude martyrii.

8 *Irretientes*] In uno libro meo veteri legitur *retinentes*. In Remenſi ſancti Dionyſii, *in retinendis illis diaboli laqueis*.

9 *Mandando*] Sic in actis collationis Carthaginenſis inter catholicos & Donatiſtas videmus plures epiſcopos mandaſſe collegis ſuis ut ſuam præſentiam ſua pro ipſis ſubſcriptione exhiberent. Sic, ne e longinquo tantum exempla repetantur, Natalis ab Oea ſententiam dixit in concilio Carthaginenſi ſub Cypriano pro ſe & pro Pompejo Sabratenſi & Dioga Leptimagnenſi, *qui mihi mandaverunt*.

10 *Non eſt immunis*] Cicero apud Ammianum Marcellinum lib. 27. *Quid enim intereſt inter ſuaſorem facti & probatorem?* quod ſumptum eſt ex ſecunda Philippica. Seneca Troade: *Qui non vetat peccare cum poſſit jubet*. Et infra: *Ad auctorem redit ſceleris coacti culpa*. Auctor epiſtolæ ad Celantiam inter opera Hieronymi: *Quantum enim ad peccati rationem pertinet, nocuit qui & nocere diſpoſuit*. Valerius Maximus lib. 9. cap. 2. *Iniquo animo ſcelus intueri ſcelus admittere fuit*. Arator lib. 2. actuum apoſtolorum, *nec pœna ſequeſtrat quos par culpa ligat*.

11 *Imperavit*] Hæc lectio videtur optima. Et tamen illam non inveni niſi in uno veteri libro. Ceteri & editiones Pamelianis vetuſtiores habent *impetravit*. Pamelius autem mutavit ſecutus conjecturam Coſterii, quamvis fateatur ſe ubique legiſſe *impetravit*. Sic in epiſtola 43. codicis encyclii ſcriptum eſt in codice Bellovacenſi *quibus impetrare divino judicio* pro *imperare*. Facilis error, qui admiſſus eſt etiam in alio veteri codice ejuſdem eccleſiæ, in breviario nimirum Liberati cap. 18. ubi pro *nihil impetrantes dimiſit*, uti habent editiones & tres libri veteres, codex eccleſiæ Bellovacenſis habet *imperantes*. Sic apud Fulgentium Placiadem lib. 2. mythol. ubi agit de Vulcano & Minerva legendum eſt *Juppiter imperavit* pro eo quod ibi legitur *impetravit*. Confirmat lectionem a me retentam in hoc loco Cypriani Lactantius in epitome divinarum inſtitutionum cap. 64. *Vetus præceptum eſt non occidere. Quod ſic accipi debet, non tamquam jubeamur ab homicidio tantum, quod olim legibus publicis jubetur, manus abſtinere, ſed nec juſſione interpoſita nec verbo licebit periculum inferre*. Illum enim tormentis ſubdi oportere cujus conſilio atque inſtinctu alios ad accuſationem acceſſerit pronuntiavit Imperator Conſtantinus in titulo codicis Theodoſiani ad legem Juliam majeſtatis. Et apud Julium Paulum lib. 5. tit. 23. *Mandatores cædis perinde ut homicidæ puniantur*. Salvianus lib. 7. cap. 19. *Poteſtas quippe magna & potentiſſima, quæ inhibere ſcelus maximum poteſt, quaſi probat debere fieri, ſi ſciens patitur perpetrari. In cujus enim manu eſt ut prohibeat, jubet agi ſi non prohibet admitti*. Ennodius lib. 1. epiſt. 5. *Feciſſe ſcelus creditur qui potuiſſe facere perhibetur*. Pacianus in parænesi ad pœnitentiam: *Addo etiam non ſolas manus in homicidio plecti, ſed & omne conſilium quod alterius animam impegit in mortem*. Epiſtola epiſcoporum Ægypti ad Leonem Imperatorem in capite ſeptimo codicis encyclii: *Poſtea etiam homicida pæne manibus propriis hoc nefas efficiens, & propterea condemnandus, quando agenti qui jubet malum fieri in ſupplicio proximus eſt*.

12 *Proficere*] Ita emendandum eſſe exiſtimavi ſecutus auctoritatem veterum exemplarium & editionum pro eo quod poſteriores editiones præferunt *procedere*. Sed hanc tamen ultimam lectionem ego me reperiſſe fateor in duobus libris meis veteribus, in Gratianopolitano, & in uno Victorino, tum etiam in editione Manutiana. Codex Remenſis ſancti Dionyſii & Lamonianus habent *prodeſſe*, eodem ſenſu.

13 *Martyrii honorem*] Hoc fragmentum iſtius epiſtolæ exſtat, ut diximus, in loco non ſuo in codice ſancti Arnulphi.

14 *Et ruinas*] Editio Spirenſis & tres libri veteres non habent hæc duo vocabula. Veneta vetus habet. Duo alii libri veteres præferunt *laqueos* pro *ruinas*.

15 *Funera*] Codex ſancti Arnulphi habet *vulnera*. Quæ lectio mihi videtur eſſe melior; eamque poſuiſſem in contextu, ſi tum cum hic locus cudebatur habuiſſem codicem illum. At ſi quis retinendam putat vocem *funera*, intelligere oportet mortes, ſeu potius cadavera mortuorum. Supra in epiſtola ad Donatum pag. 3. *Viventes in ultroneum funus ornantur*. Funus enim frequenter ſumitur pro corpore mortuo ſive cadavere. Apud Virgilium lib. 9. Æneidos *funus lacerum*, id eſt *cadaver dilaniatum*, ut Servius interpretatur. Juvenalis in prima ſatyra: *Ducitur iratis plangendum funus amicis*. Statius initio Thebaidos, *tumuliſque carentia regum funera*. Silius Italicus lib. 8. *fratriſque petebat Mancini ſtratum ſparſa inter funera corpus*. Tacitus lib. 1. annalium, *ne porta triumphali duceretur funus*. Ubi vide notas Freinſhemii. Epitome Aurelii Victoris in Diocletiano: *Funus ejus Galieni ſepulcro infertur*. Apulejus lib. 8. metamorphoſeon: *Funus vero toto feralem pompam proſequente populo deducitur ad ſepulturam*. Ammianus Marcellinus lib. 16. *Rex Chonodomarius lapſus per funerum ſtrues*. Idem lib. 29. *Funus ejus per veſpillones illatum pullati præcedere honorati quamplures*. Item lib. 31. *Imperator diris pavoribus circumſeptus, paulatimque inſiliens funerum moles, ad lancearios confugit*. Julius Capitolinus in Antonino philoſopho: *Denique prius quam funus conderetur*. Optatus Milevitanus lib. 2. *Unicuique ſepulcro ſufficit unum funus & clauditur*. Hieronymus in epiſtola ad Paulinum de inſtitutione monachi: *Quanti hodie ſic vivendo portant ſua funera,*

& quaſi ſepulcra dealbata, pleni ſunt oſſibus mortuorum. Idem in epitaphio Nepotiani: *Quem heredem putavimus ſunus tenemus.* Idem in vita Malchi monachi: *Proſecutus ergo me de monaſterio quaſi ſunus efferret.* Rufinus lib. 1. cap. 8. hiſt. eccleſ. *funera liberorum.* Libellus precum oblatus Valentiniano & Marciano AA. a Baſſo epiſcopo Epheſino in concilio Chalcedonenſi: *Super hac etiam multos homines meorum diverſis plagis morti tradiderunt, ita ut funera ante januas ſanctæ Dei eccleſiæ quidam exponerent.* Ubi pro *funera* auctores editionis Romanæ poſuerunt in margine *cadavera* per ſpeciem interpretationis. Sulpitius Severus lib. 2. ſacræ hiſtoriæ loquens de inventione ſanctæ crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti: *Capiunt deinde conſilium ut aliquem recens mortuum crucibus admoverent. Nec mora. quaſi Dei nutu funeris extincti ſolennibus exſequiis deferebatur, concurſuque omnium feretro corpus eruitur.. funus excuſſum, & inter ſpectatores ſuos adſtitit.* Comœdia Queroli: *Et nos ipſi funus illud neſcio quo ferebamus.* Sidonius lib. 7. epiſt. 17. *ſibi maximus honorandi funeris partes ipſe pracipit.* Idem carmine 16. extremo: *Seu mage funeribus mentem diſtractus humandis.* Caſſiodorus lib. 3. epiſt. 19. *Arca ad recondenda funera.* Acta concilii Bagajenſis. *pereuntium funeribus plena ſunt litora.* Liberatus cap. 11. loquens de morte Proterii epiſcopi Alexandrini: *Occiditur, laniatur, ejicitur, & funus ejus incenditur, ſparguntur & cineres ejus in ventos.* Aſſentior Livinejo & Acidalio, qui pro eo quod apud Drepanium in panegyrico Theodoſii A. legitur *damnatorum frena tractaſſent* putant reponendum eſſe *funera*.

16 *Eccleſ. nomini*] Ita nos repoſuimus editionem Anglicanam & auctoritatem quorumdam veterum librorum ſecuti. Si quis tamen legere malit *nomine*, non repugno.

17 *Non momentaneam*] Non enim lenta remedia nec ſegnes medicos expetunt quædam tempora, ut apud Q. Curtium lib. 3. de ſe ajebat magnus Alexander. Sic in epiſtola concilii Chalcedonenſis ad Imperatores in editione Ruſtici diaconi legitur: *Magna paſſiones & medicamenta fortia & medicos indigent ſapientes.*

18 *Deſiderare*] Duo libri veteres habent *deſiderare debere medicinam.*

19 *Pœnitentia*] Antea legebatur *pœnitentiam*, eamque lectionem confirmant veteres editiones & ſeptem vetera exemplaria. Noſtram, quæ videtur eſſe melior, confirmant tres antiqui codices.

20 *Mutant legatos*] Tertullianus in libro de pœnitentia: *Presbyteris advolvi & caris Dei adgeniculari, fratribus legationes deprecationis ſuæ injungere.*

21 *Convivium*] Ita ſcriptum eſt in editione Morelliana & in tribus antiquis codicibus. Veteres editiones & quinque libri veteres præferunt *convivio*.

22 *Epiſcopis vicinis*] qui cum viderent diverſas eſſe in eccleſia Chriſti opiniones circa lapſos, exiſtimarent autem orienti malo occurrendum eſſe, Romam commearunt ut de eorum cauſa tractarent. Cauſa communis erat, quæ commovebat univerſam eccleſiam. Sciebant autem illi ſingulis epiſcopis incumbere ut provideant ne quid ea capiat detrimenti. Itaque ex compacto Romam profecti, non vero convocati a clero Romano, ut putavit Baronius, ſynodum cum presbyteris & diaconis urbicis celebraverunt, ut firmato conſilio, quemadmodum ſcribit in epiſtola 46. Cyprianus, quid circa perſonam eorum obſervari deberet conſenſu omnium ſtatueretur. Hinc collegit Baronius concilium eo tempore habitum a clero Romano. Ego non contradico quin eo tempore habitum ſit Romæ concilium. Certum quippe eſt concilium eſſe cum epiſcopi congregati in cauſa religionis conſulunt in commune. Et tamen R. P. Harduinus aliter ſenſit. Concilii enim iſtius nullam mentionem facit in ſua conciliorum editione, quamvis Binius & Labbeus illud poſuiſſent in ſuis. Sed quod ait Simon Starovolſcius concilium illud a clero Romano congregatum fuiſſe ad requiſitionem D. Cypriani merum commentum eſt.

23 *In ſuſpenſa*] Sic emendavit Morellius pro eo quod antea legebatur *in ſuſpendio*. Unus liber meus habet *voto ſuſpenſa*.

24 *Moras poſſunt*] Codex Gratianopolitanus, *qui foris poſſunt dilectionem ſuſtinere.* Vetuſtiores editiones, *foris poſſunt dilatione ſuſtineri.*

25 *Nobis tamen*] Codex ſancti Dionyſii Remenſis: *Nos autem anxie curavimus.*

26 *Optamus*] Unus codex meus vetus habet: *Opto te, frater cariſſime ac ſanctiſſime, ſemper bene valere & noſtri meminiſſe.* Gratianopolitanus: *Opto te, glorioſiſſime ac beatiſſime Papa, ſemper in Domino bene valere.*

[1]EPISTOLA XXXII.

Ad clerum Carthaginenſem de miſſis Romam & acceptis inde litteris.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus fratribus ſalutem. Quales litteras ad clerum Romæ agentem fecerim, quidque illi mihi reſcripſerint, quid etiam Moyſes & Maximus presbyteri & Nicoſtratus & Ruſinus diaconi & ceteri cum eis confeſſores in cuſtodia conſtituti æque ad litteras meas reſcripſerint ut ſcire poſſetis, fratres cariſſimi, exempla vobis legenda tranſmiſi. Vos curate quantum poteſtis pro diligentia veſtra ut ſcripta noſtra & illorum reſcripta fratribus noſtris [2] innoteſcant. Sed & ſi qui [3] de peregrinis epiſcopi collegæ mei, vel presbyteri, vel diacones præſentes fuerint, vel ſupervenerint, hæc omnia

A de vobis audiant. Et ſi exempla epiſtolarum tranſcribere [4] & ad ſuos perferre voluerint, facultatem tranſcriptionis accipiant. Quamvis & [5] Saturo lectori fratri noſtro mandaverim ut ſingulis deſiderantibus deſcribendi faciat poteſtatem, ut in eccleſiarum ſtatu quoquo modo interim componendo ſervetur ab omnibus [6] una & fida conſenſio. De ceteris vero quæ agenda erunt, ſicut & collegis meis plurimis ſcripſi, plenius conſilio communi tractabimus, [7] quando convenire in unum permittente Domino cœperimus. Opto vos, fratres cariſſimi ac deſiderantiſſimi, ſemper bene valere. Fraternitatem ſalutate. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXXII.

1 HÆC epiſtola in editione Spirenſi, in codice Foſſatenſi, in vetere Compendienſi, in Pithœano, in Beccenſi, in uno Victorino, & in Michaelino inſcribitur *Epiſtola prima ad Romanos*, in vetere Victorino, in Lætienſi, in Metenſi ſancti Arnulphi, & in fragmentis Bigotianis *Epiſtola Cypriani ad Romanos*. Melius in recentiore Remigiano & in Divionenſi: *Epiſtola beati Cypriani presbyteris & diaconibus Carthaginis*. Unus meus vetus: *Ad clerum Carthaginenſem de his quæ ad confeſſores & clerum Romanum ſcripſerat & de eorum reſcriptis.* At in alio meo vetere ita ſcriptum eſt: *Ad presbyteros & diaconos Romæ conſiſtentes.* In veteri editione Veneta: *Ad presbyteros Romæ conſiſtentes.* Codex Remenſis ſancti Dionyſii: *Presbyteris & diaconibus fratribus Romæ conſiſtentibus.* Ex quodam ergo ſimili codice emerſit lectio Remboldi, Eraſmi, & Morellii, quæ habet: *Presbyteris & diaconibus Romæ conſiſtentibus.* Pamelius voces *Romæ conſiſtentibus* expunxit, quia ipſi ex ipſo contextu conſtabat non ad Romanum ſed ad Carthaginenſem clerum has litteras dirigi.

2 *Innoteſcant*] Hæc lectio eſt optima, eamque præferunt aliquot libri veteres & editiones. At aliam, id eſt *innoteſcatis*, habent etiam aliquot libri veteres & editio Spirenſis, tum etiam vetus Veneta. Eſt autem ea quo-

Google

ea quoque optima. Vide notas noſtras ad librum Agobardi de inſolentia Judæorum.

3 *De per. epiſcopi*] Codex ſancti Arnulphi: *Sed & ſi quis peregrini epiſcopi.*

4 *Et ad ſuos*] Reliqua iſtius epiſtolæ deſunt in eodem codice ſancti Arnulphi, & in eorum loco poſitum eſt prolixum fragmentum epiſtolæ 31. pag. 42. ab his verbis *vobis ſententiam noſtram dilucida* uſque ad *martyrii honorem.*

5 *Saturo lectori*] In editione Manutii legitur *Saturo ſemper lectori*, in codice ſancti Dionyſii Remenſis & in Lamoniano, *Satyro collegæ lectori.* Verum hæ lectiones non ſunt bonæ.

6 *Una & fida*] Ita ferme vetera exemplaria. Quædam tamen habent *una fide*. Ex quo fortaſſis colligi poſſet veram eſſe lectionem Remboldi, qui edidit *una fidei conſenſia*. Hanc vero lectionem retinuerunt Eraſmus, Morellius, & Pamelius. Rigaltius mutavit. Mutationem Rigaltii approbavit editio Anglicana. Ego vero eorum opinioni lubenter accedo. Quippe iſtic non agitur de doctrina fidei, ſed de bono diſciplinæ. Reinharto tamen magis placuit editio Remboldi. Illam confirmant codices Carnotenſis & ſancti Arnulphi.

7 *Quando convenire*] In codice Fuxenſi ſcriptum eſt, *quando in unum permittente Domino venerimus.*

EPISTOLA XXXIII.

Ad clerum & plebem de Aurelio lectore ordinato.

CYPRIANUS [1] presbyteris & diaconibus & plebi univerſæ ſalutem. In [2] ordinationibus clericis, fratres cariſſimi, [3] ſolemus vos ante conſulere & mores ac merita ſingulorum communi conſilio ponderare. Sed exſpectanda non ſunt teſtimonia humana cum præcedunt divina ſuffragia. [4] Aurelius frater noſter, illuſtris adoleſcens, a Domino jam probatus & [5] Deo carus, [6] in annis adhuc novellus, ſed in virtutis ac fidei laude provectus, minor in ætatis ſuæ indole, ſed major in honore, gemino hic agone certavit, bis confeſſus, & bis confeſſionis ſuæ victoria glorioſus, & quando vicit [7] in curſu factus extorris, & cum denuo certamine fortiore pugnavit, triumphator & victor in prœlio [8] paſſionis. [9] Quoties adverſarius provocare ſervos Dei voluit, toties [10] promptiſſimus ac fortiſſimus miles & pugnavit & vicit. Parum fuerat ſub oculis ante paucorum, quando extorris fiebat, congreſſum fuiſſe; meruit & in foro congredi clariore virtute, ut poſt magiſtratus etiam proconſulem vinceret, & poſt exſilium tormenta ſuperaret. Nec invenio quid in eo prædicare plus debeam, gloriam vulnerum, an verecundiam morum, quod honore virtutis inſignis eſt, an quod pudoris admiratione laudabilis? Ita & dignitate excelſus eſt & humilitate ſubmiſſus ut appareat illum divinitus reſervatum qui ad eccleſiaſticam diſciplinam ceteris eſſet

A exemplo, quomodo ſervi Dei in confeſſione virtutibus vincerent, poſt confeſſionem moribus eminerent. Merebatur talis clericæ ordinationis ulteriores gradus & incrementa majora, [11] non de annis ſuis, ſed de meritis æſtimandus. Sed interim placuit ut ab officio lectionis incipiat. Quia & nihil magis congruit voci quæ Dominum glorioſa prædicatione confeſſa eſt quam celebrandis divinis lectionibus perſonare, poſt verba ſublimia quæ Chriſti martyrium prolocuta ſunt evangelium Chriſti legere, unde martyres fiunt, [12] ad pulpitum poſt [13] cataſtam venire, illic fuiſſe conſpicuum gentilium multitudini, hic a fratribus conſpici, illic auditum eſſe cum miraculo circumſtantis populi, hic cum gaudio fraternitatis audiri. Hunc igitur, fratres dilectiſſimi, a me & a collegis qui præſentes aderant ordinatum ſciatis. Quod vos ſcio & libenter amplecti & optare tales in eccleſia noſtra quamplurimos ordinari. Et quoniam ſemper [14] gaudium properat, [15] nec poteſt moras ferre lætitia, [16] dominico legit interim nobis, [17] id eſt, auſpicatus eſt pacem, dum [18] dedicat lectionem. Vos orationibus frequenter inſiſtite, & preces noſtras veſtris precibus adjuvate, ut Domini miſericordia favens nobis cito plebi ſuæ & ſacerdotem reddat incolumem & martyrem cum ſacerdote lectorem. Opto vos, fratres cariſſimi, in Deo patre & Chriſto Jeſu ſemper bene valere.

(B at "re, unde martyres fiunt"; C at "nico legit interim nobis")

NOTÆ AD EPISTOLAM XXXIII.

1 P*Resbyteris .... univerſæ*] Sic etiam in epiſtola ſequenti. In margine libri impreſſi Nicolai Fabri ita ſcriptum eſt: *Ad presbyteros & diaconos & plebem univerſam Hipponenſem*. Ex quo colligi poſſet hanc epiſtolam fuiſſe encyclicam & miſſam fuiſſe ad omnes eccleſias Africanas, eas ſaltem quæ conſtitutæ erant in provincia proconſulari.

2 *Ordin. clericis*] Hæc eſt vera lectio. Quidam tamen antiqui codices habent *clericorum*, ſed per ſpeciem emendationis. Etenim in illis ſcriptum primo fuit *clericis*, & emendatio poſita eſt ſupra lineam. In Gratianopolitano & in veteri editione Veneta legitur: *In ordinandis clericis*. Codex ſancti Arnulphi: *De ordinandis clericis*.

3 *Sol. v. a. conſulere*] Iſta diſciplina tum ubique recepta erat ut epiſcopi neminem in clerum adſciſcerent niſi cum conſenſu cleri & plebis; idque ſemper ſervabatur, niſi magna aliqua cauſa ſubeſſet feſtinandi. Quare mirum non eſt epiſcopum Romanum qui Novatianum ordinavit presbyterum, cum id fieri clerus univerſus multique ex populo juſtam ob cauſam repugnarent, *ab omnibus*, ut lib. 6. cap. 31. hiſt. eccleſ. ſcribit Rufinus, *ſpecialem gratiam popoſciſſe ut ſibi hoc de iſto uno concederetur*. Fuit igitur ſpecialis gratia conceſſa epiſcopo a clero & a plebe ut Novatianum ordinaret presbyterum. Et tamen Baronius mirum in modum laudans iſtic modeſtiam admirandam ſummi pontificis, cujus cum auctoritas in eccleſia ſumma eſſet, tamen non pro animi arbitrio ſed fratrum conſenſu ſolitus cuncta facere, quos ſibi renitentes videret, non vi ulla aut poteſtate cogeret, ſed ſubmiſſo animo exoraret. Rhetoricatur iſtic Baronius, & mores illorum temporum accommodans, ut ſolet, ad noſtros, ad facilitatem boni iſtius Papæ refert ſpecialem gratiam ei factam a clero & plebe, ut manifeſte patet ex ea hiſtoria. In rebus hiſtoricis non ſpeciem expoſitionis quærimus, ſed fidem, ut utar verbis Quintiliani.

4 *Aurelius .... adoleſcens*] Hinc conſtat hunc Aurelium eſſe diverſum ab eo cujus mentio facta eſt in epiſtola 22. pag. 31.

5 *Deo carus*] Ita omnia fere vetera exemplaria. In duobus tamen legitur *Deo ſuo carus*. Quod Rigaltio melius arriſit. Ego puto aliam lectionem eſſe meliorem.

6 *In annis novellus*] Mirum non eſt Aurelium, qui iſtic dicitur in annis novellus & adoleſcens; factum fuiſſe lectorem in eccleſia Carthaginenſi, cum videamus apud Victorem Vitenſem lib. 5. cap. 9. plurimos

in ea

in ea eccleſia lectores infantulos fuiſſe ſub epiſcopo Eugenio.

7 *In curſu*] Ita editiones Morellii & Rigaltii. Angli poſuerunt *incurſu*, unica dictione, uti ſcriptum eſt in codice ſancti Arnulphi & in Carnotenſi. Vetus codex eccleſiæ ſancti Martini Turonenſis habet *excurſu*, Corbejenſis *ex curſu*. Rigaltius retinuit lectionem quæ duo vocabula conſtituit. Et tamen in obſervationibus ſuis aliam prætulit, excurſum ajens ſignificare proluſionem ad fortius certamen, quod probat auctoritate Vegetii. Cyprianus in libro de lapſis pag. 182. ait *perſecutionis incurſu*. Pro quo codex Fuxenſis habet *impetu*. Incurſus alibi quidvis aliud ſignificat, ſi vera eſt lectio veterum codicum & veterum editionum epitomes Victoris de Cæſaribus, in quibus legitur Auguſtum dolore permotum ob exercitum amiſſum trans Rhenum cerebri vario incurſu parietem pulſaſſe. Sed hæc lectio non placuit Andreæ Schotto, qui, inſuperhabita ea auctoritate, repoſuit *incuſſu*. Certum autem eſt Auguſtum ea clade adeo conſternatum fuiſſe ut per continuos menſes barba capilloque ſubmiſſo, caput interdum foribus illideret.

8 *Paſſionis*] Ita omnes libri veteres & omnes editiones ante Rigaltianam. Neſcio autem unde ille acceperit vocem *confeſſionis*, quam iſtic poſuit.

9 *Quoties*] In veteribus libris ſæpiſſime ſcriptum videmus *quotiens & totiens*, etiam in iis qui continent opera ſancti Cypriani. Cum autem viderem tantum conſenſum veterum in retinenda ſcriptura illa, facile adducebar ut ego quoque ita ſcriberem. Abſtinui tamen, ratus veram eſſe obſervationem Dionyſii Lambini viri doctiſſimi, qui in annotationibus ſuis ad orationem Ciceronis pro P. Quintio monuit debere ſemper ſcribi *quoties & toties*, errorem vero eorum qui poſuerunt *quotiens & totiens* ortum eſſe ex conſuetudine qua utebantur antiquiſſimi Romani, qui interdum notabant vocalem *e*, ſi longa eſſet, linea tenui & non ita longa, hoc modo, *quotiēs*, *totiēs*, hincque factum eſſe ut indocti ſcriptores librarii, cum exiſtimarent lineolam illam vicem obtinere litteræ *n*, ſcripſerint *quotiens & totiens*. Addit autem Lambinus hanc ſcripturam jampridem tacito omnium conſenſu ejectam & exploſam eſſe. Vide etiam quæ de hoc argumento ſcripſit Antonius Auguſtinus lib. 2. emendationum cap. 6.

10 *Prompt. ac fortis*.] Hanc lectionem reperi in undecim codicibus antiquis. Alia habent *fortiſſimus ac promptiſſimus*.

11 *Non de annis ſuis*] Virgilius lib. 9. Æneidos: *Ante annos animumque gerens curamque virilem*. Nazarius in panegyrico Conſtantini ait: *Oſtendiſti curſum ætatis non exſpectandum in feſtinatione virtutis*. Et mox de Criſpo, *in quo velox virtus ætatis mora non retardata pueriles annos gladiis triumphalibus occupavit*. Apud Victorem Vitenſem lib. 5. cap. 10. mentio eſt duodecim clericorum infantulorum eccleſiæ Carthaginenſis quos Ariani ſuis blanditiis avocare non potuerunt a profeſſione rectæ fidei, *& ſuperiores ſuis inventi ſunt annis*. Graviſſimis enim tormentis afflicti ſunt. Et tamen ætas minor non defecit in dolore. Iſtud ipſum verſibus elegantiſſimis expreſſit vir cum antiquis comparandus Petrus Cornelius in tragœdia Cidi. Ejus verba merentur hic deſcribi.

Je ſuis jeune, il eſt vray. Mais aux ames bien ne'es
La valeur n' attend pas le nombre des anne'es.

12 *Ad pulpitum*] id eſt tribunal eccleſiæ, ut infra epiſt. 34. pag. 48. dicet Cyprianus. Ambonem poſterior ætas vocavit. Concilium Laodicenum can. 15. ex interpretatione Dionyſii Exigui: *De his qui debent in ambone id eſt in pulpito pſallere*. Vide Clampinum in libro de ſacris ædificiis pag. 15. 52. & in collectione veterum monumentorum pag. 18. Vide etiam notas noſtras ad Capitularia pag. 1147.

13 *Cataſtam*] Vide Victorem Giſelinum in notis ad hymnum Prudentii de martyribus Calagurritanis.

14 *Gaudium properat*] Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem de virginitate ſervanda ait omnes per Italiam & Africam inſulas audito ſanctæ virginis propoſito repletas fuiſſe hoc rumore & inoffenſo pede gaudia longius cucurriſſe. Symmachus lib. 1. epiſt. 32. ſcribit difficilem eſſe patientiam gaudiorum. Martialis, lib. 8. epigr. 21. *Phoſphore redde diem. Quid gaudia noſtra moraris?* Sanctus Leo Papa epiſt. 52. ad epiſcopos Galliæ: *Nam fratrem Ingenuum noluimus hac exſpectatione tardari, cum ob hoc ipſum properantius remeare debueris ne diutius vobis eſſet incognita omnium materia gaudiorum*. Caſſiodorus lib. 4. epiſt. 4. *Gaudia ſemper animos inquietant. Modus enim raro rebus lætis imponitur, qui magis in triſtibus invenitur*. Nam, ut ait Tertullianus in libro de pudicitia, *magis triſtiora cunctantur quam læta*. Symmachus lib. 7. epiſt. 1. *Longiora enim ſunt quæ differuntur*. Petronius de Aſcylto: *Tardum eſt differre quod placet*. Cicero libro quarto quæſtionum Tuſculanarum ponit diſcrimen inter gaudium & lætitiam. Lactantius lib. 6. cap. 11. *Lætitia nihil eſt quam profuſum gaudium*. Hieronymus in caput quartum epiſtolæ ad Galatas: *Gaudium quippe eſſe ajunt elationem animi ſuper his quæ digna ſunt exſultantis, lætitiam vero effrenatæ animi elationem, quæ medium neſciat, & in his quoque quæ vitio ſunt mixta lætatur*. Vide Ludovicum Cælium Rhodiginum lib. 5. cap. 13.

15 *Nec moras*] Omnis enim nimia longa properanti mora eſt, ut ait Seneca in Agamemnone. Epiſtola Heronis ad Leandrum apud Ovidium: *Longa mora eſt nobis omnis quæ gaudia differt*. Seneca Hercule furente: *Odit verus amor nec patitur moras*. Idem Thebaide: *Omitto pœnas languidas longa moræ*. Apulejus lib. 4. metamorphoſeon dixit impatientiam animæ. Juvenalis ſat. 6. *Impatienſque moræ ſilet*. Lucanus lib. 7. *Æger quippe moræ flagranſque cupidine regni*.

16 *Dominico*] In libro de opere & eleemoſynis pag. 242. *Dominicum celebrare te credis*. Epiſt. 63. pag. 109. *Numquid ergo dominicum poſt cœnam celebrare debemus*. Vide acta martyrum Donatiſtarum in libro ſecundo miſcellaneorum noſtrorum pag. 61 63. 64. 66.

17 *Id eſt*] Ita libri octo veteres. Quidam alii habent *idem*, alii *id enim*, errore nimirum librariorum. In Carnotenſi *hac die*. In recentiori Remigiano ſcriptum eſt: *Dominico legis interim nobis*, *Jaserim nobis hac die auſpicatus eſt pacem*.

18 *Dedicat*] id eſt incipit, inchoat, ut palam eſt. An vero hinc colligi poſſit Aurelium, cum ei recitandi evangelii poteſtas eſſet facta, allocutum eſſe & ſalutaſſe populum & pacem & benedictionem Chriſti Domini fidelibus condonaſſe, aliis excutiendum relinquo. Vide notas Albaſpinei ad concilium tertium Carthaginenſe.

*EPISTOLA XXXIV.

Ad clerum & plebem de Celerino lectore ordinato.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus & A plebi univerſæ fratribus in Domino ſalutem. Agnoſcenda & amplectenda ſunt, fratres dilectiſſimi, beneficia divina, quibus eccleſiam ſuam Dominus illuſtrare temporibus noſtris & honeſtare dignatus eſt, * commeatum dando bonis confeſſoribus ſuis & martyribus glorioſis, ut qui ſublimiter Chriſtum confeſſi eſſent clerum poſtmodum Chriſti miniſteriis eccleſiaſticis adornarent. Exſultate itaque & gaudete nobiſcum litteris noſtris, quibus ego & collegæ mei, qui præſentes aderant, referimus ad vos Celerinum fratrem noſtrum virtutibus pariter & moribus glorioſum clero noſtro, non humana ſuffragatione, ſed divina dignatione conjunctum. Qui cum conſentire dubitaret eccleſiæ, ipſius admonitu & hortatu in viſione per noctem compulſus eſt ne negaret, nobis ſuadentibus. a Cui plus licuit & coegit; quia nec fas fuerat nec decebat ſine honore eccleſiaſtico eſſe quem ſic Dominus honoravit cæleſtis gloriæ dignitate. Hic ad temporis noſtri prœlium primus, hic inter Chriſti milites anteſignanus, hic inter perſecutionis initia ferventia cum ipſo infeſtationis principe & auctore congreſſus, dum inexpugnabili firmitate certaminis ſui

ſui adverſarium vincit, vincendi ceteris viam fecit, non brevi compendio vulnerum victor, ſed adhærentibus diu & permanentibus pœnis longæ colluctationis miraculo triumphator. Per decem & novem dies cuſtodia carceris ſeptus in nervo ac ferro fuit. Sed poſito in vinculis corpore, ſolutus ac liber ſpiritus manſit. Caro famis ac ſitis diuturnitate contabuit, ſed animam fide & virtute viventem nutrimentis ſpiritalibus Deus pavit. Jacuit inter pœnas pœnis ſuis fortior, [4] incluſus includentibus major, jacens ſtantibus celſior, vincientibus firmior vinctus, ſublimior judicantibus judicatus; & quamvis ligati nervo pedes eſſent, [5] calcatus ſerpens & obtritus & victus eſt. Lucent in corpore glorioſo clara vulnerum ſigna, eminent & apparent in nervis hominis ac membris longa tabe conſumptis expreſſa veſtigia. Sunt magna, ſunt mira quæ de virtutibus ejus ac laudibus fraternitas audiat. Et ſi aliquis Thomæ ſimilis exſtiterit qui minus auribus credat, [6] nec oculorum fides deeſt ut quis quod audit & videat. In ſervo Dei victoriam gloria vulnerum fecit, glorium cicatricum memoria cuſtodit. Nec rudis iſte aut novus eſt in Celerino cariſſimo noſtro titulus gloriarum. [7] Per veſtigia cognationis ſuæ graditur, parentibus ac propinquis ſuis honore conſimili divinæ dignationis æquatur. Avia ejus [8] Celerina jampridem martyrio coronata eſt. Item patruus ejus & avunculus Laurentius & [9] Egnatius, in caſtris & ipſi quondam ſæcularibus militantes, ſed veri & ſpiritales Dei milites, dum diabolum Chriſti confeſſione proſternunt, [10] palmas a Domino & coronas illuſtri paſſione meruerunt. Sacrificia pro eis ſemper, ut meminiſtis, offerimus quoties martyrum paſſiones [11] & dies anniverſaria commemoratione celebramus. Nec degener ergo eſſe nec minor poterat quem ſic domeſticis exemplis virtutis ac fidei provocabat familiæ dignitas & generoſa nobilitas. Quod ſi in familia ſæculari prædicationis & laudis eſt eſſe patricium, quanto majoris laudis & honoris eſt fieri in cæleſti prædicatione [12] generoſum. Non invenio quem beatiorem magis dicam, utrumne illos de poſteritate tam clara, an hunc de origine glorioſa. Ita æqualiter apud eos recurrit & commeat divina dignatio ut & illorum coronam dignitas ſobolis illuſtret, & hujus gloriam ſublimitas generis illuminet. Hunc ad

A nos, fratres dilectiſſimi, cum tanta Domini dignatione venientem, teſtimonio & miraculo ejus ipſius qui ſe perſecutus fuerat illuſtrem, quid aliud quam ſuper pulpitum, id eſt ſuper tribunal eccleſiæ, oportebat imponi, ut loci altioris [13] celſitate ſubnixus, & plebi univerſæ pro honoris ſui claritate conſpicuus, legat præcepta & evangelium Domini, quæ fortiter ac fideliter ſequitur? Vox Dominum confeſſa in his quotidie quæ Dominus locutus eſt audiatur. Viderit an ſit ulterior gradus ad quem [14]
B profici in eccleſia poſſit. Nihil eſt in quo magis confeſſor fratribus proſit quam ut dum evangelica lectio de ore ejus auditur, lectoris fidem quiſquis audierit imitetur. Jungendus in lectione [15] Aurelio fuerat, cum quo & divini honoris ſocietate conjunctus eſt, cum quo omnibus virtutis & laudis inſignibus copulatus eſt. Pares ambo, & uterque conſimiles, in quantum gloria ſublimes, in tantum verecundia humiles, quantum divina dignatione promoti, tantum ſua quiete & tranquillitate ſummiſſi,
C & virtutum pariter & morum ſingulis exempla præbentes, & congreſſioni & paci congruentes, illic robore, hic pudore laudabiles. In talibus ſervis lætatur Dominus. In ejuſmodi confeſſoribus gloriatur, quorum ſecta & converſatio ſic proficit ad præconium gloriæ ut magiſterium ceteris præbeat diſciplinæ. Ad hoc eos Chriſtus eſſe hic in eccleſia diu voluit, ad hoc de media morte ſubtractos, quadam, ut ita dixerim, reſurrectione circa eos facta, in-
D columes reſervavit ut dum nihil in honore ſublimius, nihil in humilitate ſummiſſius a fratribus cernitur, hos eoſdem [16] fraternitatis ſecta comitetur. Hos tamen lectores interim conſtitutos ſciatis, quia oportebat lucernam ſuper candelabrum poni, unde omnibus luceat, & glorioſos vultus in loco altiore conſtitui, ubi ab omni fraternitate circumſtante conſpecti incitamentum gloriæ videntibus præbeant. Ceterum preſbyterii honorem deſignaſſe nos illis jam ſciatis, ut & ſportulis iiſdem cum preſbyteris honorentur, & [17] diviſiones menſur-
E nas æquatis quantitatibus partiantur, ſeſſuri nobiſcum provectis & corroboratis annis ſuis; quamvis in nullo minor poſſit videri ætatis indole qui conſummavit ætatem gloriæ dignitate. Opto vos, fratres cariſſimi & deſiderantiſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXXIV.

1 IN codice 137. bibliothecæ Colbertinæ ſic ſcriptum eſt in titulo iſtius epiſtolæ: *Incipit epiſtola ſancti Cypriani epiſcopi de Celerino lectore ad plebem, cujus natalis celebratur tertio Nonas Februarii*. Recte. Ejus enim hac die mentio eſt in martyrologiis. At in eccleſia ejus nomini dicata, de qua mox dicam, feſtum ejus celebratur die ſeptima Maii. In vetuſtiſſimo martyrologio monaſterii Gellonenſis, cum quo concordat vetus codex monaſterii ſancti Galli in Helvetia, nominatur eo die Celerinus, ſed abſque titulo, qui tamen in additionibus ad novam editionem Uſuardi vocatur epiſcopus & confeſſor. In diœceſi Cenomanenſi exſtat parochialis eccleſia ſub nomine ſancti Celerini ad Sartam fluvium, media, ut ajunt, via inter Bellum montem & Alenconium. Ibi eſt prioratus ordinis ſancti Benedicti. In chartulario Cenomanenſi Majoris monaſterii Turonenſis, a quo dependet hic prioratus, exſtant plures chartæ veteres mentionem facientes hujus parochiæ ſancti Celerini, & in earum una vocatur Serenicus, per errorem, ut opinor. Nam conſtat eccleſiam illam & caſtrum in eodem loco ſitum habuiſſe ſemper antiquitus nomen ſancti Celerini, uti etiamnum habent. Ex quo colligi facile poteſt caſtrum ſancti Serenici commemoratum in hiſtoria eccleſiaſtica Orderici Vitalis eſſe diverſum ab iſto, adeoque falli eos qui ſumpta auctoritate ex Orderico erroris arguunt ſcriptores hiſtoriarum qui mentionem faciunt belli quod fuit anno 1412. inter Francos & Anglos propter caſtrum ſancti Celerini. In chartulario ſupra nominato, ut ad id redeam unde digreſſus ſum, reperio donum quod tempore Bartholomæi abbatis fecit Hugo dominus de Brajetello. Dedit autem, annuente uxore ſua, conſentientibus quoque Gauffredo genero ejus & filia ejus Herviſa, *quamdam eccleſiam quam cœperat ædificare in honorem ſanctæ Trinitatis in parochia ſancti Celerini, ipſam eccleſiam ſancti Celerini cum omnibus redditibus ad eam pertinentibus*.

2 *Commeatum*] id eſt commeatum permanendi adhuc aliquantiſper in ſæculo, ut explicat, & recte, Rigaltius. Hieronymus in epiſtola ad Paulam ſuper obitu Blæſil-

Blæſillæ filiæ : *Itaque dum ſpiritus hos artus regit, dum vitæ hujus fruimur commeatu*.

3 *Cui plus licuit*] Sic diſtinguendum. Ut autem ita facerem ſenſus ipſe monebat, & auctorem habui ut ita diſtinguerem codicem 80t. bibliothecæ Colbertinæ & Nicolaum Fabrum, qui ſic manu ſua emendavit in libro ſuo impreſſo. Vide obſervationes Latini Latinii ad hunc locum.

4 *Incluſus incl. major*] Sic Hieronymus in epiſtola ad Paulinum de divinæ hiſtoriæ libris, loquens de Platone venumdato, ait ; *major emente ſe fuit*. Vide, lector, ſcholion Eraſmi ad hunc Hieronymi locum. Ridebis.

5 *Calcatus*] Hæc lectio certa eſt. Et tamen quidam libri veteres habent *galeatus*.

6 *Nec oculor.*] Plautus ; *Plus valet oculatus teſtis unus quam auriti decem*.

Qui audiunt audita ſciunt, qui vident plane ſciunt. Moyſes eremita apud Rufinum lib. 11. cap. 6. *Numquid poteſt verior eſſe fides quæ auribus capitur, quam quæ oculis pervidetur?* Contra Apulejus in initio libri primi floridorum tradit Socratem in iſta re non congruiſſe cum Plauto & ita convertiſſe hunc verſum : *Pluris eſt auritus teſtis unus quam oculati decem*. Sed iſta referebat ad oculos mentis, ad animi judicia. Vide Lambinum in illud Horatii ex arte poetica : *Segnius irritant animos demiſſa per aurem Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus*.

7 *Per veſtigia cogn.*] Simile quid apud Caſſiodorum lib. 3. epiſt. 6.

8 *Celerina*] Iſtius Celerinæ, ut opinor, mentio exſtat in libro primo Victoris Vitenſis de perſecutione Africana. Item alterius in libro inſcriptionum ſancti Pauli de Urbe pag. 26. Apud ſanctum Auguſtinum in nova editione ſermones 48. & 174. notantur habiti in baſilica Celerinæ.

9 *Egnatius*] Ita codex Thuanus & aliquot alii. At in aliis vocatur *Ignatius*. Utraque lectio bona eſt. Paulius ſcribere maluit *Ignatius*. Sed alia mens fuit Latinio, qui ait eos qui meliorum codicum fidem ſecuti ſunt, & poſuerunt *Egnatius*, recte feciſſe. Vide Cotelerium in epiſtolam Ignatii martyris ad Epheſios.

10 *Palmas a Domino*] Sic veteres editiones & quidam libri veteres. Atque ego lectionem illam puto eſſe meliorem ea quæ præfert *palmas Domini*, quamvis iſta plurium veterum codicum auctoritate nitatur. Codex Turonenſis habet *palmas a Deo*.

11 *Et dies*] Hæc deſunt in codice 801. bibliothecæ Colbertinæ. Et puto poſſe omitti abſque ullo incommodo.

12 *Generoſum*] Ego non dubito quin hæc lectio ſit optima. Moneo tamen *glorioſum* legi in quatuor antiquis codicibus.

13 *Celſitate*] Idem codex Colbertinus, *celſitudine*.

14 *Profici*] Retinui hanc lectionem, quamvis antiquiores editiones & ſex antiqua exemplaria præferant *proficiſci*, quia iſta nititur auctoritate plurium veterum librorum & editionum. Inveni enim illam in ſeptem codicibus antiquis. Neutra autem bona eſt. Conjici poſſet legendum eſſe *præfici*. Sed hæc conſtructio non eſſet Latina. Melius ſcriberetur *promoveri*. Verum omnes libri veteres & omnes editiones repugnant.

15 *Aurelio*] De cujus ordinatione actum eſt in epiſtola ſuperiore.

16 *Fraternitatis ſecta*] Ita codex Pithœanus. Editiones vulgatæ, quibus conſentiunt alii libri veteres, habent *fraternitas ſectata*. Verum noſtram lectionem eſſe meliorem ſatis conſtat, præſertim cum ſumpta ſit ex codice veteri antiquitus emendato in urbe Roma a quodam Juſtino, ut adnotatum eſt in calce epiſtolæ in codice Pithœano.

17 *Diviſiones menſurnas*] Multum variant libri veteres in hoc loco. Quidam enim præferunt *diviſionis menſuras*, alii *diviſiones menſtruas*, *diviſiones menſuras*, *diviſiones menſuriæ*, *diviſiones menſuræ*. Hadrianus Saravia maluit *menſtruas*.

EPISTOLA XXXV.

Ad eoſdem de Numidico ordinato presbytero.

A CYPRIANUS presbyteris & diaconibus & plebi univerſæ cariſſimis ac deſiderantiſſimis fratribus ſalutem. Nuntiandum vobis fuit, fratres cariſſimi, quod pertineat & ad communem lætitiam & ad eccleſiæ noſtræ maximam gloriam. Nam admonitos nos & inſtructos ſciatis dignatione divina ut [1] Numidicus presbyter adſcribatur [2] presbyterorum Carthaginienſium numero & nobiſcum ſedeat in clero, luce clariſſima confeſſionis illuſtris, & virtutis ac fidei honore ſublimis ; qui hortatu ſuo copioſum [3] martyrum numerum lapidibus & flammis necatum ante ſe miſit, quique uxorem adhærentem lateri ſuo [4] concrematam ſimul cum ceteris, conſervatam magis dixerim, lætus aſpexit. Ipſe ſemiuſtulatus & lapidibus obrutus & pro mortuo derelictus, dum poſtmodum filia ſollicito pietatis obſequio cadaver patris inquirit, ſemianimis inventus & extractus & refocillatus, [5] a comitibus quos ipſe præmiſerat remanſit invictus. Sed remanendi, ut videmus, hæc fuit cauſa ut eum clero noſtro Dominus adjungeret & deſolatam per lapſum quorumdam [6] presbyterorum noſtrorum copiam glorioſis ſacerdotibus adornaret. Et promovebitur quidem, [7] cum Deus permiſerit, ad ampliorem locum [8] regionis ſuæ, quando in præ-
B ſentiam protegente Domino venerimus. Interim quod oſtenditur fiat, ut cum gratiarum actione ſuſcipiamus hoc Dei munus, ſperantes de miſericordia Domini ejuſmodi ornamenta complura, ut redintegrato eccleſiæ ſuæ robore tam mites & humiles faciat in conſeſſus noſtri honore florere. Opto vos, fratres cariſſimi ac deſiderantiſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXXV.

1 NUmidicus presbyter] Retinui lectionem vulgatam ; Vox *presbyter* deeſt in duobus antiquis codicibus. Adſcribit illum Cyprianus numero presbyterorum Carthaginenſium. Quod ſane efficere nemo poſſe videtur niſi epiſcopus. Quare mirum videri poteſt quod ait Caſſianus collat. 4. cap. 1. Danielem diaconum Paphnutii presbyteri promotum ab eo fuiſſe ad honorem presbyterii, nulla epiſcopi mentione. Verum ſatis commode ad hunc locum commentatur Alardus Gazæus, non fuiſſe Danielem promotum a Paphnutio, ſed miſſum ad epiſcopum ut ab eo promoveretur. Exempla ſequentium temporum allata a Gazæo fuerunt.

2 *Presbyteror.*] Aliæ editiones & tria exemplaria vetera habent *presbyterii Carthaginenſis*. Quæ lectio bona quoque eſt. Sed ea quam ego poſui, quam inveni in pluribus antiquis codicibus, mihi videtur eſſe melior.

3 *Martyr. numerum*] In codice Thuano & in Fuxenſi ſcriptum eſt *martyrem verum*. Sed hæc lectio non eſt bona. Gratianopolitanus habet *bonos martyres & veros lapidibus & flammis necatos ante ſe miſit*.

4 *Concrematam*] Codex Lamonii, *omnino crematam*.

5 *A comitibus*] Tria exemplaria vetera præferunt *ex comitibus*, quod idem eſt. Ait enim Cyprianus Numidicum remanſiſſe ſeu ſuperſtitem fuiſſe comitibus ſeu ſociis martyrii ſui, eo modo quo Dominus epiſcopus Antiochenus remanſit ab orthodoxorum depoſitione, uti diximus

mus in præfatione noſtra ad concilium Chalcedonenſe cap. 37. Vide ruſum quæ notamus ad librum de Oratione dominica.

6 *Presbyter. noſtr.*] Hanc lectionem reperi in octo codicibus antiquis & in editionibus quæ antecefſerunt Pamelianam. Pamelius maluit *presbyterii noſtri*. Presbyterium lapſum non eſt, *ſed* presbyteri quidam. Lectio itaque noſtra melior eſt.

7 *Cum Deus permiſerit*] In quibuſdam vetuſtis exemplaribus & editionibus legitur *cum tempus permiſerit*.

8 *Regionis*] Antea legebatur *religionis*. Hanc emendationem, quæ eſt optima, inveni in duobus libris antiquis. Notum eſt autem urbes fuiſſe diviſas in regiones. Amplior autem locus regionis recte dicitur, non vero religionis. Apud Lactantium lib. 2. cap. 18. *non in una potius ſed in ſumma religione quærendus eſt*. Pro quo quidam libri veteres habent *regione*. Item lib. 4. cap. 27. *per diverſa regionum*. Pro quo codex Bononienſis a Thomaſio laudatus præfert *religionum*. Lectio tamen quæ habet *religionis* poteſt habere bonum ſenſum.

[1]EPISTOLA XXXVI.

Ad clerum de cura pauperum & peregrinorum.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus fratribus cariſſimis ſalutem. Saluto vos, fratres cariſſimi, per Dei gratiam incolumis, optans cito ad vos venire, ut deſiderio tam meo quam veſtro & omnium fratrum ſatisfiat. Oportet nos tamen paci communi conſulere & interdum, quamvis cum tædio animi noſtri, deeſſe vobis, ne præſentia noſtra invidiam & violentiam gentilium provocet, & ſimus auctores rumpendæ pacis, qui magis quieti omnium conſulere debemus. Quando ergo vos ſcripſeritis rebus compoſitis me venire debere, aut ſi ante dignatus fuerit Dominus[2] oſtendere, tunc ad vos veniam. Ubi enim mihi aut A melius poſſit eſſe [3] aut lætius quam illic ubi me Deus & credere voluit & [4] creſcere? Viduarum & infirmorum & omnium pauperum curam peto diligenter habeatis. Sed & peregrinis, ſi qui indigentes fuerint, ſumptus ſuggeratis [5] de quantitate mea propria quam apud Rogatianum compresbyterum noſtrum dimiſi. Quæ quantitas ne forte jam univerſa erogata ſit, miſi eidem per Naricum acolythum aliam portionem, ut largius & promptius circa [6] laborantes fiat operatio. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere & noſtri meminiſſe. Fraternitatem veſtram meo nomine ſalutate, & ut noſtri memores ſint admonete.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXXVI.

1 HÆC epiſtola eſt ejuſdem argumenti cum quinta, quam conſule.

2 *Oſtendere*] per viſionem, in ſomno. Modus loquendi frequenter uſurpatus a Cypriano.

3 *Aut lætius ... creſcere*] Hæc deſunt in antiquis editionibus. Hunc ergo hiatum ſupplevit editio Manutii, *aut lætius quam illic ubi me Dominus eſſe decrevit*. Morellius autem ſic, *ubi me Deus & credere voluit & creſcere*. Putavit autem Pamelius illos ita ſuppleviſſe ex ingenio. Fruſtra. Ea enim quæ Morellius poſuit exſtant in uno codice Vaticano & in tribus aliis antiquis a me viſis, niſi quod in uno eorum, in Fuxenſi nimirum, ſcriptum eſt *ſecedere* pro *credere*.

4 *Creſcere*] Cæleſtinus Papa ad epiſcopos per Vienneníem & Narbonenſem provincias conſtitutos: *Non mirum ſi contra eccleſiaſticum morem faciunt qui in eccleſia non creverunt*. Aſſentior autem illuſtriſſimo epiſcopo Oxonienſi exiſtimanti Carthaginem intelligi in hoc loco, ubi Cyprianus primo credidit in Chriſtum, ubi baptizatus eſt, ubi crevit, factus illic epiſcopus.

5 *De quantitate mea*] Vide notas ad poſtremam partem epiſtolæ ſextæ pag. 393.

6 *Laborantes*] pauperes, indigentes, quos Conſtantinus Imperator in l. 3. & 6. Codicis Theodoſ. *De epiſcopis & clericis* ait eccleſiarum divitiis ſuſtentari debere. Auguſtinus in ſermone decimo de verbis Domini laborantes dixit pro indigentibus, itemque Græcus epiſcopus Maſſilienſis ad Ruricium Lemovicenſem ſcribens. Symmachus lib. 4. epiſt. 18. *Interea laborantium murmur eſt*. Vide ſupra pag. 391.

[1]EPISTOLA XXXVII.

Ad clerum, ut confeſſoribus in carcere conſtitutis omnis humanitas præbeatur.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus fratribus ſalutem. Quamquam ſciam vos, fratres cariſſimi, litteris meis frequenter admonitos eſſe ut glorioſa voce Dominum confeſſis & in carcere conſtitutis omnis diligentia præbeatur, tamen identidem vobis incumbo, ne quid ad curam deſit iis quibus ad gloriam nihil deeſt. Atque utinam loci & gradus mei conditio permitteret ut ipſe nunc præſens eſſe poſſem. Promptus & libens ſolemni miniſterio cuncta circa fortiſſimos fratres noſtros dilectionis obſequia complerem. Sed officium meum veſtra quæſo diligentia repræſentet & faciat omnia quæ fieri oportet circa eos quos in talibus meritis fidei ac virtutis ſuæ illuſtravit divina dignatio. Corporibus etiam omnium qui B etſi torti non ſunt in carcere, tamen glorioſo exitu mortis excedunt, impertiatur & vigilantia & cura propenſior. Neque enim virtus eorum aut honor minor eſt quo minus ipſi quoque inter beatos martyres aggregentur. Quod in illis eſt toleraverunt quidquid tolerare parati & prompti fuerunt. Qui ſe tormentis & morti ſub oculis Dei obtulit paſſus eſt quidquid pati voluit. Non enim ipſe tormentis, ſed tormenta ipſi defuerunt. *Qui in me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego in illo confitebor coram patre meo qui in cælis eſt*, dicit Dominus. (Matt. 10.) Confeſſi ſunt. *Qui toleraverit uſque ad finem hic ſalvus erit*, dicit Dominus. (Luc. 12.) Toleraverunt, & ad finem uſque incorrupta & immaculata virtutum ſuarum merita pertulerunt.

Matt. 10. Apo. 2. Et iterum ſcriptum eſt : *Eſto fidelis uſque ad mortem , & dabo tibi coronam vitæ* . Uſque ad mortem fideles & ſtabiles & inexpugnabiles [2] perſeveraverunt . Cum voluntati & confeſſioni nominis in carcere & in vinculis accedit & moriendi terminus , conſummata martyris gloria eſt . Denique & [3] dies eorum quibus excedunt annotate , ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare poſſimus . Quamquam [4] Tertullus fideliſſimus & devotiſſimus frater noſter pro cetera ſollicitudine & cura ſua quam fratribus in omni obſequio operationis impertit , qui nec illic circa curam corporum deeſt , ſcripſerit & ſcribat ac ſignificet mihi dies quibus in carcere beati fratres noſtri ad [5] immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſ- A eunt , & celebrentur hic a nobis oblationes & ſacrificia ob commemorationes eorum , quæ cito vobiſcum Domino protegente celebrabimus . Pauperibus quoque , ut ſæpe jam ſcripſi , cura ac diligentia veſtra non deſit , iis tamen qui in fide ſtantes & nobiſcum fortiter militantes Chriſti caſtra non reliquerunt ; quibus quidem nunc major a nobis & dilectio & cura præſtanda eſt quod nec paupertate [6] adacti , nec perſecutionis tempeſtate proſtrati , cum Domino fideliter ſerviunt , ceteris quoque [7] pauperibus exemplum fidei præbuerunt . Opto vos , fratres cariſſimi ac deſiderantiſſimi , ſemper bene valere & noſtri meminiſſe . Fraternitatem meo nomine ſalutate . Valete .

NOTÆ AD EPISTOLAM XXXVII.

1 IN veteri codice ſancti Lamberti Leodienſis ita ſcriptum eſt in titulo iſtius epiſtolæ : *Cyprianus ad clerum quod non poſſet temere Carthaginem venire , ut his confeſſoribus qui in carcere ſunt conſtituti humanitas omnis præbeatur* . In Compendienſi vero : *Incipit ad clerum eo quod non poſſet temere Carthaginem venire propter corpora quæ in Carthagine reddiderunt* . Iſta ponebantur pro captu & ingenio veterum librariorum.

2 *Perſeveraverunt*] Quidam libri veteres , & ii quidem optimi, habent *pervenerunt* .

3 *Dies eorum*] Tertullianus in libro de corona : *Oblationes pro defunctis , pro natalitiis annua die facimus* . Idem in libro de exhortatione caſtitatis mentionem facit oblationum quæ fiebant pro defunctis & eorum ſpiritu. Vide ſcholia viri doctiſſimi Jacobi Billii ad orationem Gregorii Nazianzeni in laudem Cæſarii fratris & Euchologium Goaris pag. 143.

4 *Tertullus*] Quia ſanctus Cyprianus iſtic ait Tertullum ſibi ſignificaſſe dies quibus martyres ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſierant , exiſtimarunt Angli Tertullum artem notariam didiciſſe ſub Cypriano rhetore . quem conſtare ſatis putant eam artem ſciſſe , & notis uſum eſſe ad acta martyrum excipienda . Verum non agitur in hoc loco de actis martyrum excipiendis , ubi notæ poterant eſſe neceſſariæ , ſed tantum de ſignificatis diebus quibus martyres exceſſerant. Quod ſane facile fieri poteſt abſque uſu notarum . Quare non bene ex hoc loco collegerunt Angli munus deſcribendi acta martyrum concreditum fuiſſe Tertullo in perſecutione Deciana . An vero Cyprianus ſcierit artem notariam , aliis examinandum relinquo . Alius Tertulli diaconi eccleſiæ Romanæ mentio exſtat in nova noſtra collectione Conciliorum pag. 1464. tempore Symmachi Papæ . Eadem porro tempeſtate vivebat alter Tertullus civis Romanus , qui filium ſuum Placidum tradidit in diſciplinam ſancto Benedicto.

5 *Immortalitatem*] Codex Fuxenſis, *ad immortalitatis glorioſæ palmam mortis exitu tranſeunt* . Salluſtius in Jugurtha : *Etenim nemo ignavia immortalis factus* .

6 *Adacti*] Ita plerique libri veteres & editiones . Morellius poſuit *adjecti* . quam lectionem ego inveni in libro Gratianopolitano . Angli ſcripſerunt *victi* ex fide codicis Bodlejani. Eamdem ego lectionem reperi in ſeptem codicibus antiquis . Et tamen præfero veterem.

7 *Pauperibus*] Vetus codex Remigianus habet *fratribus* .

---

[1] EPISTOLA XXXVIII.

Ad Caldonium , Herculanum , & ceteros de abſtinendo Feliciſſimo .

CYPRIANUS Caldonio & Herculano collegis , item Rogatiano & Numidico compresbyteris ſalutem . Vehementer contriſtatus ſum , fratres cariſſimi , acceptis litteris veſtris , ut cum mihi propoſitum ſemper & votum ſit univerſam fraternitatem noſtram incolumem continere & illibatum gregem , ſecundum quod caritas exigit , reſervare , nunc nuntietis Feliciſſimum multa improbe & inſidioſe eſſe molitum ; ut præter fraudes veteres & rapinas , de quibus jampridem multa cognoveram , nunc quoque cum epiſcopo portionem plebis dividere , id eſt , a paſtore oves & filios a parente ſeparare & Chriſti membra diſſipare tentaverit . Cumque ego vos pro me vicarios miſerim , ut expungeretis neceſſitates fratrum noſtrorum ſumptibus , ſi qui etiam vellent ſuas artes exercere , [2] additamento quantum ſatis eſſet deſideria eorum juvaretis , ſimul etiam & ætates eorum & conditiones & merita diſcerneretis , ut etiam nunc ego , cui cura incumbit omnes optime noſſe , & dignos quoſque & humiles & mites ad eccleſiaſticæ adminiſtrationis officia promoverem , ille interceſſerit ne quis poſſet B expungi , neve ea quæ deſideraveram poſſent diligenti examinatione diſcerni , comminatus ſit etiam fratribus noſtris qui primi expungi [3] acceſſerant potentatu improbo & terrore violento quod ſecum in morte non communicarent qui nobis obtemperare voluiſſent . Cumque poſt hæc omnia , nec loci mei honore motus , nec veſtra auctoritate & præſentia fractus , inſtinctu ſuo quietem fratrum turbans proripuerit ſe cum plurimis , ducem ſe factionis & ſeditionis principem temerario furore conteſtans ; in quo quidem gratulor plurimos fra- C tres ab hac audacia receſſiſſe & vobis acquieſcere maluiſſe ut cum eccleſia matre remanerent & ſtipendia ejus epiſcopo diſpenſante perciperent . quod quidem & ceteros pro certo ſcio cum pace facturos & cito ab errore temerario receſſuros . Interim cum Feliciſſimus comminatus ſit non communicaturos [4] in morte ſecum qui nobis obtemperaſſent , id eſt , qui nobis communicarent , accipiat ſententiam quam prior dixit , ut abſtentum ſe a nobis ſciat , quando ad fraudes ejus & rapinas , quas dilucida veritate cognovimus , adulterii etiam crimen accedit .

Digitized by Google

dit. quod fratres noſtri graves viri deprehendiſſe ſe nuntiaverunt, & probaturos ſe aſſeverarunt. Quæ omnia tunc cognoſcemus quando in unum cum collegis pluribus permittente Domino convenerimus. Sed & [5] Augendus, qui nec epiſcopum nec eccleſiam cogitans pariter ſe cum illo conſpiratione & factione ſociavit, ſi ultra cum eo perſeveraverit, ſententiam ferat quam ille in ſe factioſus & temerarius provoca- A vit. Sed & quiſquis ſe conſpirationi & factioni ejus adjunxerit, ſciat ſe in eccleſia nobiſcum non eſſe communicaturum, qui ſponte maluit ab eccleſia ſeparari. Has litteras meas fratribus noſtris legite, & [6] Carthaginem ad clerum quoque tranſmittite, additis nominibus eorum qui cum Feliciſſimo ſe junxerunt. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere & noſtri meminiſſe. Valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXXVIII.

1 HÆC epiſtola primum prodiit in editione Manutiana. Duo porro vetera illius exemplaria habuerunt Angli, unum ex bibliotheca Vaticana, aliud ex Bodlejana. Ego illam contuli cum quatuor antiquis; quorum unum exſtat in bibliotheca ſancti Dionyſii Remenſis, aliud, quod fuit olim collegii Fuxenſis, exſtat nunc in Colbertina, tertium in mea. Quartum habui ex urbe Gratianopolitana.

2 *Additamento*] Codex Fuxenſis, *exercere addidit tamen tamquam ſua ſatis eſſe deſideria*. Meus, *exerceret, addidi tamen tamquam ſua ſatis eſſent*.

3 *Acceſſerant*] Codex ſancti Dionyſii, *arceſſebantur*.

4 *In morte*] Ita veteres libri. Manutius, Morellius, & Pamelius maluerunt *in monte*. Ita etiam Angli, tametsi moneant in codice Vaticano ſcriptum eſſe *in morte*. Neſcio autem quem iſtic montem apud Carthaginem comminiſcatur Pamelius. Et tamen Rigaltius multum approbavit ejus opinionem. Vide quæ idem Rigaltius de monte Bellonæ ſcribit in addendis ad obſervationes ſuas in Tertullianum pag. 127. Baronius anno 254. legit *in monte*, & hinc repetit originem Montenſium ſive Donatiſtarum. Vide notas noſtras ad caput 2, Lactantii de mortibus perſecutorum & ad acta purgationis Cæciliani.

5 *Augendus*] Hic homo confundendus non eſt cum Augendo confeſſore cujus mentio eſt in epiſtola 48. pag. 62.

6 *Carthaginem*] Fuit nuper vir quidam doctus & eruditus qui locum iſtum exiſtimans eſſe mendoſum cenſuit hanc vocem eſſe amovendam ab hoc loco & ſcribendum eſſe *Romam*. Et ſane argumenta ejus ita fortia ſunt & valida ut neceſſaria videatur hæc emendatio, quamvis omnes editiones & omnia vetera exemplaria, ut ipſe annotat & verum eſt, habeant *Carthaginem*. Quæ ſententia hinc quoque confirmari poſſe videtur quod epiſtola iſta ſcripta eſt in initiis ſchiſmatis Feliciſſimi, qui de Romano itinere cogitabat, ut in epiſtola 55. pag. 85. docet Cyprianus. Et ideo operæ pretium videbatur illum prævenire & admonere clerum Romanum ne ſe decipi ac falli ſineret fraude & perfidia hominis ſcelerati.

---

[1] EPISTOLA XXXIX.

Caldonii, Herculani, & ceterorum epiſtola ad Cyprianum de abſtento Feliciſſimo cum ſuis.

CALDONIUS cum Herculano & Victore collegis, item Rogatiano cum Numidico presbyteris. Abſtinuimus a communicatione Feliciſſimum & Augendum, item Repoſtum de [2] B extorribus, & Irenem Rutilorum, & Paulam [3] ſarcinatricem. quod ex [4] annotatione mea ſcire [5] debuiſti. Item abſtinuimus Sophronium, & ipſum de extorribus, Soliaſſum [6] budinarium.

NOTÆ AD EPISTOLAM XXXIX.

1 HÆC epiſtola, cujus duo tantum vetera exemplaria habui, unum ex bibliotheca mea, aliud ex urbe Gratianopolitana, primum prodiit ex typographia Manutii. Variæ ſunt autem opiniones ad quem vel ad quos ſcripta ſit. Ego non dubito quin ſit Caldonii reddentia Cypriano rationem eorum quæ ab eo & aliis vicariis collegis ſuis geſta fuerant adverſus Feliciſſimum & ſocios ejus. Itaque optima eſt lectio librorum qui habent *debuiſti*. Solus enim Caldonius ſcribit nomine ſuo & collegarum ſuorum. Arbitror autem litteras ſcriptas ad clerum Romanum habuiſſe aliam formam & explicaſſe latius, ut par erat, cauſam Feliciſſimi, addita porro fuiſſe nomina eorum qui ſe Feliciſſimo junxerant, uti Cyprianus præſcripſerat. Hanc meam opinionem confirmat codex Bodlejanus ab illuſtriſſimo epiſcopo Oxonienſi laudatus, in quo epiſtola iſta dicitur ſcripta ad Cyprianum. Ceterum aſſentiri non poſſum iis qui putant illam eſſe tabellam publice affixam & propoſitam in eccleſia Carthaginenſi. Eſt enim certo epiſtola Caldonii. Iſtud tamen non impedit quin aliquid ſimile publicatum ſit in eccleſia.

2 *Extorribus*] Veteres libri & editio Manutii iſtic & paulo poſt habent *extorrentibus*. Quæ lectio confirmari poteſt ex iis quæ obſervata ſunt ſupra ad epiſt. 14. & 18.

3 *Sarcinatricem*] Salmaſius ad ſcriptores hiſtoriæ auguſtæ pag. 408. ſcripſit *farcinatricem*, forte errore typographi. Nonius Marcellus: *Sarcinatricis, non, ut quidam volunt, farcitricis, quaſi a farciendo, ſed magis a ſarcinis, quod plurimum veſtium ſumant*. *Varro onos lyras: Homines ruſticos in vindemia incondita cantare ſarcinatricis in machinis*.

4 *Annotatione*] id eſt ſubſcriptione. Vide novam noſtram collectionem Conciliorum pag. 10 t. 1090.

5 *Debuiſti*] Ita editio Manutii & libri veteres. Morellius & Pamelius poſuerunt *debuiſtis*, itemque editio Anglicana. Sed iſta lectio non eſt bona. Epiſtola enim eſt Caldonii ſcribentis, ut dixi, nomine ſuo & collegarum ſuorum ad Cyprianum. Rigaltius, tamenetſi poſuerit in contextu *debuiſtis*, in obſervationibus cenſet legendum eſſe *debuiſti*.

6 *Budinarium*] Vetus liber meus habet *budianarium*. At Salmaſius in loco mox laudato cenſet reponi debere *butinarium* a voce Græca *βουτίνη* apud Heſychium, & inde dictum butinum, quod acetabulum ſignificat. Si ea conjectura eſſet certa, facile amplecterer opinionem Salmaſii, cum Quintilianus lib. 1. cap. 4. ſcribat quamdam cognationem eſſe inter litteras *t* & *d*, ac propterea facile exiſtimarem Cyprianum hic loqui de artifice acetabulorum ſive lagenarum, ut interpretatur Cangius, id eſt parvorum vaſorum in quibus reponuntur olea, vina, & alia liquida, præſertim cum voce *butina* utatur Joannes Damaſcenus a Cangio citatus. Plinius lib. 21. cap. 34. ſcribit, cum acetabuli menſura dicitur, ſignificari heminæ quartam partem, id eſt drachmas quindecim. Illuſtriſſimus epiſcopus Oxonienſis contendit legendum eſſe iſtic apud Cyprianum *burdonarium*, qua voce ſignificari mulionem ait. Sed hæc conjectura mihi non probatur, cum nihil in verbo *budinarium* exſtet ex quo ea

ſumi poſſit, præſertim cum burdonarii nuſpiam reperiantur apud auctores linguæ Latinæ. Si genus illud farciminis quod nos vocamus bodinos fuiſſet olim in Africa & vocabulum accedens ad noſtrum vulgare deprehendi poſſet in aliquo veteri ſcriptore, abſoluta res eſſet. Verum nihil iſtiuſmodi reperio.

E P I S T O L A XL.

Ad plebem de quinque presbyteris ſchiſmaticis factionis Feliciſſimi.

CYPRIANUS plebi univerſæ ſalutem. Quamquam, fratres cariſſimi, [1] Virtius fideliſſimus atque integerrimus presbyter, item Rogatianus & Numidicus presbyteri confeſſores & gloria divinæ dignationis illuſtres, ſed & diaconi boni viri & [2] eccleſiaſticæ adminiſtrationi per omnia obſequia devoti, cum ceteris miniſtris plenam vobis præſentiæ ſuæ diligentiam [3] præbeant, & exhortationibus aſſiduis ſingulos corroborare, ſed & lapſorum mentes conſiliis ſalubribus regere & reformare non deſinant, tamen ego quantum poſſum admoneo & quomodo poſſum viſito vos litteris meis. Litteris, inquam, fratres cariſſimi. Hoc enim [4] quorumdam presbyterorum malignitas & perfidia perfecit ne ad vos ante diem Paſchæ venire licuiſſet, dum [5] conjurationis ſuæ memores, & antiqua illa contra epiſcopatum meum immo contra ſuffragium veſtrum & Dei judicium venena retinentes inſtaurant [6] veterem contra nos impugnationem ſuam, & ſacrilegas machinationes inſidiis ſolitis denuo [7] renovant. Et quidem de Dei providentia, nobis hoc nec volentibus nec optantibus, immo & [8] ignoſcentibus & tacentibus, pœnas quas meruerant [9] pependerunt, ut a nobis non ejecti [10] ultro ſe ejicerent, ipſi in ſe pro conſcientia ſua ſententiam darent, ſecundum veſtra & divina ſuffragia conjurati & ſcelerati de eccleſia ſponte ſe pellerent. Nunc apparuit Feliciſſimi factio unde veniſſet, quibus radicibus & quibus viribus ſtaret. Hi fomenta olim quibuſdam confeſſoribus & hortamenta tribuebant ne concordarent cum epiſcopo ſuo, ne eccleſiaſticam diſciplinam cum fide & quiete juxta præcepta dominica continerent, ne confeſſionis ſuæ gloriam incorrupta & immaculata converſatione ſervarent. Ac ne parum fuiſſet corrupiſſe quorumdam confeſſorum mentes & [11] contra ſacerdotium Dei portionem ruptæ fraternitatis armare voluiſſe, nunc ſe ad lapſorum perniciem venenata ſua deceptione verterunt, ut ægros & ſaucios & ad capienda fortiora conſilia per calamitatem ruinæ ſuæ minus idoneos & minus ſolidos a medela vulneris ſui avocent, & intermiſſis precibus & orationibus quibus Dominus longa & continua ſatisfactione placandus eſt, ad exitioſam temeritatem mendacio captioſæ pacis invitent. Sed oro vos, fratres, vigilate contra inſidias diaboli, & pro veſtra ſalute ſolliciti contra mortiferam fallaciam diligentius excubate. Perſecutio eſt hæc alia & alia tentatio. Quinque iſti presbyteri nihil aliud ſunt quam quinque primores illi qui edicto nuper magiſtratibus fuerant copulati ut fidem noſtram [12] ſubruerent, ut [13] gracilia fratrum corda ad letales laqueos prævaricatione veritatis averterent. Eadem nunc ratio, eadem rurſus everſio per

A quinque presbyteros Feliciſſimo copulatos ad ruinam ſalutis inducitur, ut non rogetur Deus, nec qui negavit Chriſtum, eumdem Chriſtum quem negaverat deprecetur, poſt culpam criminis tollatur & pœnitentia, nec per epiſcopos & ſacerdotes Domino ſatisfiat, ſed relictis Domini ſacerdotibus contra evangelicam diſciplinam nova traditio ſacrilegæ inſtitutionis exſurgat, cumque ſemel placuerit tam nobis quam confeſſoribus & [14] clericis urbicis, item univerſis epiſcopis vel in noſtra provincia vel [15] trans mare conſtitutis ut nihil innovetur circa B lapſorum cauſam, niſi omnes in unum convenerimus & collatis conſiliis cum diſciplina pariter & miſericordia temperatam ſententiam fixerimus, contra hoc conſilium noſtrum rebelletur, & omnis ſacerdotalis auctoritas & poteſtas factioſis conſpirationibus deſtruatur. Quas nunc pœnas patior, fratres cariſſimi, quod ipſe ad vos in præſentiarum venire non poſſum, ipſe ſingulos aggredi, ipſe vos ſecundum Domini & evangelii ejus magiſterium cohortari. Nun ſuffecerat exſilium jam biennii & a C vultibus atque ab oculis veſtris lugubris ſeparatio, dolor jugis & gemitus, qui me ſolum ſine vobis continua lamentatione diſcruciat, lacrimæ diebus ac noctibus profluentes quod ſacerdoti, [16] quem tanto amore & ardore feciſtis, necdum vos ſalutare, necdum complexibus veſtris inhærere contingat. Acceſſit hic tabeſcenti animo noſtro dolor major, quod in tanta ſollicitudine ac neceſſitate excurrere ad vos ipſe non poſſum, dum per minas & per inſidias perfidorum cavemus ne advenientibus nobis tumultus illic major oriatur, & cum [17] D paci & tranquillitati epiſcopus providere in omnibus debeat, ipſe materiam ſeditioni dediſſe & perſecutionem denuo exacerbaſſe [18] videatur. Hinc tamen, fratres dilectiſſimi, hinc admoneo pariter & conſulo ne pernicioſis vocibus temere credatis, ne fallacibus verbis conſenſum facile commodetis, ne pro luce tenebras, pro die noctem, pro cibo famem, pro potu ſitim, venenum pro remedio, mortem pro ſalute ſumatis. Ne ætas vos eorum nec *Dan. 13.* auctoritas fallat, qui ad duorum presbyterorum E veterem nequitiam reſpondentes, ſicut illi Suſannam pudicam corrumpere & violare conati ſunt, ſic & hi adulterinis doctrinis eccleſiæ pudicitiam corrumpere & veritatem evangelicam violare conantur. Clamat & dicit Dominus: *Nolite audire ſermones pſeudoprophetarum, quoniam viſiones cordis eorum fruſtrantur eos. Loquuntur, ſed non ab ore Domini. Dicunt eis qui abjiciunt verbum Domini: Pax erit vobis.* *Hier. 23.* Pacem nunc offerunt qui ipſi non habent pacem. In eccleſiam lapſos reducere & revocare promittunt qui de eccleſia receſſerunt. Deus *Epheſ. 4.* unus eſt, & Chriſtus unus, & una eccleſia,

& ca-

& cathedra una [19] ſuper petram Domini voce A fundata. Aliud altare conſtitui aut ſacerdotium novum fieri præter unum altare & unum ſacerdotium non poteſt. Quiſquis alibi collegerit ſpargit. Adulterum eſt, impium eſt, ſacrilegum eſt quodcumque humano furore inſtituitur ut diſpoſitio divina violetur. Procul ab hujuſmodi hominum contagione diſcedite,
2.Tim.2. & ſermones eorum velut [20] cancer & peſtem fugiendo vitate, præmonente Domino & di-
Matt.15. cente: *Cæci ſunt duces cæcorum. Cæcus autem cæcum ducens ſimul in foveam cadent.* Intercedunt B precibus veſtris, quas nobiſcum diebus ac noctibus Deo funditis ut eum juſta ſatisfactione placetis. Intercedunt lacrimis veſtris, quibus commiſſi delicti crimen abluitis. Intercedunt paci quam vere & fideliter de Domini miſericordia poſtulatis, nec ſciunt ſcriptum eſ-
Deut.13. ſe: *Et propheta ille aut ſomnium ſomnians, ille qui locutus eſt ut errare te faceret a Domino Deo tuo,* [21] *interficietur.* Nemo vos, fratres cariſſimi, errare [22] a Domini viis faciat. Nemo vos Chriſtianos ab evangelio Chriſti rapiat. Nemo filios eccleſiæ de eccleſia tollat. [23] Pereant ſibi C ſoli qui perire voluerunt. Extra eccleſiam ſoli remaneant qui de eccleſia receſſerunt. Soli cum epiſcopis non ſint qui contra epiſcopos rebellarunt. Conjurationis ſuæ pœnas ſoli ſubeant qui olim ſecundum veſtra ſuffragia, [24] nunc ſecundum Dei judicia, ſententiam conjurationis & malignitatis ſuæ ſubire meruerunt. Monet
Marc.7. nos Dominus in evangelio ſuo dicens: *Rejicitis mandatum Dei ut traditionem veſtram ſtatuatis.* Qui mandatum Dei rejiciunt & traditionem ſuam ſtatuere conantur fortiter a vobis & D firmiter reſpuantur. Sufficiat lapſis [25] ruina una. Nemo volentes ſurgere ſua circumventione præcipitet. Nemo jacentes, pro quibus nos rogamus ut Dei manu & brachio ſubleventur, proſternat gravius & deprimat. Nemo ſemianimes & ut ſalutem ſuam priſtinam recipiant deprecantes ab omni ſpe ſalutis avertat. Nemo nutantibus lapſus ſui caligine omne itineris ſalutaris lumen exſtinguat. Inſtruit apoſtolus di-
2.Tim.6. cens: *Si quis aliter docet, &* [26] *non acquieſcit ſanis verbis Domini noſtri Jeſu Chriſti & doctrinæ ejus, ſtupore elatus,* [27] *diſcede ab hujuſmodi.*
Epheſ.5. Et iterum dicit ipſe: *Nemo vos decipiat inanibus verbis. Propterea enim venit ira Dei ſuper* A *filios* [28] *contumaciæ. Nolite ergo eſſe participes eorum.* Non eſt quod, decepti inanibus verbis, pravitatis eorum incipiatis eſſe participes. Diſcedite a talibus, quæſo vos, & acquieſcite conſiliis noſtris, qui pro vobis quotidie continuas Domino preces fundimus, qui vos ad eccleſiam revocari per Domini clementiam cupimus, qui de Deo pacem pleniſſimam prius matri, tum & filiis ejus oramus. Cum precibus atque orationibus noſtris veſtras quoque orationes & preces jungite, cum fletibus no- B ſtris veſtras lacrimas copulate. Vitate lupos, qui oves a paſtore ſecernunt. Vitate linguam diaboli venenatam, qui ab initio mundi fallax ſemper & mendax mentitur ut fallat, blanditur ut noceat, bona promittit ut malum tribuat, vitam pollicetur ut perimat. Lucent nunc quoque verba ejus, & venena manifeſta ſunt. Pacem pollicetur, ne perveniri poſſit ad pacem. Salutem promittit, ne qui deliquit veniat ad ſalutem. Eccleſiam ſpondet, quando id agat ut qui illi credit in totum ab eccleſia pereat. [29] Nunc eſt, fratres dilectiſſimi, ut & C qui ſtatis fortiter perſeveretis, & ſtabilitatem veſtram glorioſam, quam in perſecutione tenuiſtis, perpetua firmitate ſervetis, & ſi qui circumveniente adverſario lapſi eſtis, in ſecunda hac tentatione ſpei & paci veſtræ fideliter conſulatis, & ut vobis Dominus ignoſcat, a ſacerdotibus Domini non recedatis, cum ſcriptum ſit: *Et homo quicumque fecerit in ſuperbia,* Deut.7. *ut non exaudiat ſacerdotem aut judicem quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille.* Perſecutionis iſtius noviſſima hæc eſt & extrema ten- D tatio, quæ & ipſa cito Domino protegente tranſibit, ut [30] repræſenter vobis poſt Paſchæ diem cum collegis meis; quibus præſentibus, ſecundum arbitrium quoque veſtrum & [31] omnium noſtrum commune conſilium, ſicut ſemel placuit, ea quæ agenda ſunt diſponere pariter & limare poterimus. Si quis autem pœnitentiam agere & Deo ſatisfacere detrectans [32] ad Feliciſſimi & ſatellitum ejus partes [33] conceſſerit, & ſe hæreticæ factioni conjunxerit, ſciat ſe poſtea ad eccleſiam redire & cum epiſcopis & plebe Chriſti communicare non poſſe. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere & circa Domini [34] miſericordiam exorandam continuis nobiſcum precibus inſiſtere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XL.

1 *Virtius*] Ita ſcripſi ſecutus editionem Manutii, & quia ita ſcriptum vidi in multis codicibus antiquis. Quædam editiones & quidam libri veteres habent *Briccius*. Iſta ſunt levioris momenti. Et tamen erant annotanda.

2 *Eccleſ. adminiſt.*] Quidam libri veteres habent *eccleſiaſticæ diſciplinæ adminiſtrationi*.

3 *Præbeant*] Codex Fuxenſis *præſtent*.

4 *Quorumdam presb.*] Nominantur in epiſtola 55. pag. 84. quam conſule.

5 *Conjurationis*] Agitur hic de cauſa Feliciſſimi, ut patet etiam ex his quæ ſequuntur & ex epiſtola 42. pag. 57. *Quantum vero hic & ad presbyterorum quorumdam & Feliciſſimi cauſam pertinet &c.*

6 *Veterem contra nos*] Cum Pontii diaconi teſtimonio conſtet quoſdam ſe oppoſuiſſe electioni Cypriani, hinc colligi poſſe videtur Feliciſſimum fuiſſe ex illorum numero, & fortaſſe principem illius factionis.

7 *Renovant*] Revocavimus antiquam lectionem, quæ nititur auctoritate plurium veterum librorum. Rigaltius poſuit *revocant*, quia ita ſcriptum invenit in Fuxenſi. Ea vero lectio exſtat etiam in Michaelino & in Lamoniano. Ceteri & editiones Rigaltiana antiquiores habent uti nos repoſuimus. Et tamen Angli maluerunt ſequi editionem Rigaltii, nullum interim iſtius ſuæ opinionis teſtimonium referentes ex libris veteribus, immo plura adducentes in favorem antiquarum editionum. Reinhartus quoque retinuit editionem Rigaltii.

8 *Ignoſcentibus*] In uno codice Anglicano ſcriptum eſt *ignorantibus*. Quo etiam modo in margine libri ſui impreſſi ſcripſit Nicolaus Faber.

9 *Pependerunt*] Non admonerem omnes antiquas editiones & omnia fere vetera exemplaria præferre hanc lectionem, niſi Rigaltius edidiſſet *rependerunt*. Quæ ſane lectio nititur auctoritate codicis Veronenſis, & illius quem habui ex monaſterio ſancti Eligii Attrebatenſis.

10 *Ultro*] Codex ſancti Arnulphi habet *ipſi*.

11 *Contra ſacerdotium*] In uno codice Vaticano & in Lamoniano legitur *adverſus diſpoſitionem Domini & contra ſacerdotium Dei*. Ubi admoneri convenit hanc lectionem non reperiri in codice Thuano, neque in Foſſatenſi, in quibus Angli dixerunt eam exſtare.

12 *Subruerent*] Ita omnes libri veteres & editiones Rigal-

Rigaltiana antiquiores, ſi tres priores excipias, in quibus legitur *obruerent*. Solus ex codicibus a me viſis Fuxenſis habet *ſubuerterent*. Scio tamen ita quoque ſcriptum fuiſſe in Veronenſi. Verum alia lectio mihi magis placet, eam porro liquet adjuvari ex lectione antiquarum editionum.

13 *Gracilea*] In codice Veronenſi & in uno Anglicano ſcriptum eſt *fragilia*. Sic etiam ſcripſit Nicolaus Faber in margine libri ſui impreſſi. In codice Lamonii legitur *gracilium*, tamquam ſi iſtud referendum eſſet ad fratres.

14 *Clericis urbicis*] id eſt Romanis, quia Urbis vocabulo olim intelligebatur Roma gentium domina, ut ait Quintilianus lib. 6. cap. 3. & lib. 8. cap. 12. Optatus lib. 1. *Zephyrino urbica*, & lib. 2. *urbica commoratio*, & apud Victorem Vitenſem lib. 1. cap. 8. *urbici captivi*. Vide Heriberti Roſvveydi notas in D. Paulinum pag. 745. In præfatione ſymboli editi in concilio Toletano primo legitur *cum præcepto Papæ urbis Romæ Leonis*. At in tribus antiquiſſimis & præſtantiſſimis codicibus manuſcriptis, uno illuſtriſſimæ eccleſiæ Lugdunenſis, altero qui fuit Leidradi archiepiſcopi Lugdunenſis, & cenſetur nunc in bibliotheca Seguieriana, tertio bibliothecæ Colbertinæ, in quibus continetur vetus collectio canonum facta, ut opinor, paulo poſt concilium Toletanum duodecimum, in tribus inquam codicibus illis deeſt vox *Romæ*, & legitur ſimpliciter *cum præcepto Papæ Urbis Leonis*. Exſtat Hieronymi epiſtola ad Paulum urbicum, quæ incipit *Nudius tertius*, & in epiſtola Auguſtini ad Caſulanum legitur *ſermonem cujuſdam urbici*. Apud Burchardum lib. 3. cap. 226. Ivonem par. 3. cap. 270. & Gratianum diſt. 2. de conſecrat. reperitur quoddam decretum *ex concilio urbico* quod ſic habet: *In altari in quo epiſcopus Miſſam celebravit, presbyter eodem die aliam celebrare non præſumat*. quod etiam reperitur in canone decimo ſynodi Autiſſiodorenſis ſub Aunachario. Et tamen non ſemper verum eſt vocabulum urbici ſignificare civem Romanum. In epiſtola quippe Evodii ad Auguſtinum civis quædam cujuſdam oppidi Africæ vocatur urbica, id eſt civis illius loci: *Sed ecce poſt biennium quædam vidua honeſta urbica de Frigentibus*.

15 *Trans mare*] id eſt Romam. Inde appellationes transmarinæ poſtea vetitæ in codice canonum eccleſiæ Africanæ, & ut epiſcopi Africæ trans mare non proficiſcantur niſi conſulto primæ ſedis epiſcopo. quod & ipſum confirmatum eſt a Papa Innocentio. Etiam transmarina judicia prohibita. Vide codicem canonum eccleſiæ Africanæ cap. 23. 25. 56. 94.

16 *Quem tanto amore*] Codex ſancti Eligii Attrebatenſis, *quem tanto honore & amore feciſtis*. Fuxenſis, *tanto ardore, pari dolore*. Ubi videtur legendum *pari honore*. Vide Pontium diaconum ubi agit de electione Cypriani.

17 *Paci & tranq.*] Omnes fere libri veteres habent *pacem & tranquillitatem*.

18 *Videatur*] Codex Lamonii *videamur*.

19 *Super petram*] Veteres editiones & XVII. libri veteres ita ſcribunt. Manutius poſuit *Petrum*. Atque eam lectionem retinuit Pamelius, teſtatus tamen aliam reperiri in codicibus antiquis. Hinc propagata eſt in poſteriores editiones, etiam in Anglicanam. Sane verum eſt quod adnotat Pamelius alibi frequentiſſime Cyprianum dicere eccleſiam eſſe fundatam ſuper Petrum, adeoque mirum non eſſe ſi etiam iſtic eo modo loquatur. Ego non diſputo an eccleſia fundata ſit ſuper Petrum. Id enim ſcio ſenſiſſe Cyprianum. Sed ajo iſtic retinendam eſſe lectionem quam major veterum librorum numerus & veteres editiones præferunt. Petram quippe fuiſſe Chriſtum & ſuper hanc petram fundatam eſſe eccleſiam nemo ambigit. Qua de re vide quæ notamus infra ad librum de unitate eccleſiæ. Ceterum ex prava lectione quæ irrepſit in hunc locum potuit auctor epiſtolæ ſecundæ Pelagii II. ad epiſcopos Iſtriæ accepiſſe quod ſcripſit, *qui cathedram Petri, ſuper quem fundata eſt eccleſia, deſerit*.

20 *Cancer*] Duo libri veteres præferunt *cancerem*, alii quatuor *cancrum*. Michaelinus *cancerum vel cancrum*. Ego retinui vulgatam lectionem, quam plerique codices exhibent, quia locus iſte ita vulgo citatur.

21 *Interficietur*] Hæc vox deeſt in antiquis editionibus & in omnibus antiquis codicibus quibus uſus ſum. Scio tamen illam fuiſſe in Veronenſi & in Neapolitano uno. In codice Lamonii ſcriptum eſt *morietur*, eodem ſenſu. In uno meo vetere legitur, *ut errare te faceret a Domino tuo, & cetera*. Ex quo facile eſt colligere addenda fuiſſe nonnulla in hoc loco. Itaque cum plura addenda fuerint, non ſufficiebat addere vocem *interficietur* aut *morietur*. Eraſmus primus ſcripſit *interficietur*. Addendus autem erat integer locus ex cap. 13. Deuteronomii, aut edendus ut exſtat in veteribus libris, omiſſa voce illa.

22 *A Domini viis*] Hæc eſt lectio multorum veterum exemplarium & editionis Manutianæ.

23 *Pereant ſibi ſoli*] Neſcio an ſit præferenda lectio unius ex vetuſtis codicibus bibliothecæ regiæ, in quo legitur *pereant illi ſoli*.

24 *Nunc ſecundum*] Ita editio Manutii & ſeptem libri veteres. In recentiore Remigiano, *& ſecundum*. Male in Sorbonico *nec*, in Eligiano *non*. In antiquis editionibus & in ſex antiquis codicibus ſcriptum eſt *olim ſecundum Dei judicia*.

25 *Ruina una*] Ita XVI. libri veteres & editio Manutiana. Veteres editiones & tria exemplaria vetera habent *ruina ſua*.

26 *Non acq. ſa. verbis*] Sex libri veteres, *non acquieſcit ſanis ſermonibus*. Sic etiam in editione vulgata epiſtolæ ſancti Pauli ad Epheſios.

27 *Diſcede ab hujuſmodi*] Ita ſcriptum vidi in XIV. exemplaribus antiquis. Reliqua multum variant.

28 *Contumacia*] Ita etiam epiſt. 64. pag. 112. & in libro de unitate eccleſiæ pag. 302. Vide annotationes Eraſmi ad hunc locum Pauli.

29 *Nunc eſt, fratres*] Veteres editiones habent. *Nunc curandum eſt, fratres*. Editio Manutiana expunxit vocem *curandum*. Ea vero deeſt in quinque antiquis exemplaribus, & videtur eſſe ex gloſſemate.

30 *Repræſentet*] Quatuor libri veteres habent *repræſentem me*.

31 *Omnium noſtrum*] In plerique vetuſtis exemplaribus ſcriptum eſt *animi noſtri*.

32 *Ad Feliciſſimi*] Veteres editiones ante Manutianam & ſeptem vetera exemplaria præferunt *ad infeliciſſimi*. Manutius & Morellius & octo item exemplaria vetera, *infeliciſſimi*. Alia duo vetera, *ad feliciſſimi*.

33 *Conceſſerit*] Codex Fuxenſis, *conſenſerit*.

34 *Miſericordiam*] Codex Lætienſis, *clementiam*. Sed poſtrema iſta pars deeſt in codice ſancti Arnulphi.

EPISTOLA XLI.

Ad Cornelium, quod ordinationem Novatiani non receperit.

CYPRIANUS Cornelio fratri ſalutem. Venerunt ad nos, [1] frater cariſſime, [2] miſſi a Novatiano [3] Maximus presbyter & Augendus diaconus & [4] Machæus quidam & Longinus. Sed enim cum ex litteris quas ſecum ferebant & ex eorum ſermone atque aſſeveratione Novatianum epiſcopum factum comperiſſemus, illicitæ & contra eccleſiam catholicam factæ ordinationis pravitate commoti, a communicatione eos noſtra ſtatim cohibendos eſſe cenſuimus, refutatis interim ac retuſis quæ obſti- A
nate ac pertinaciter aſſerere tentabant. Nam & ego & collegæ plurimi qui ad me convenerant exſpectavimus adventum collegarum noſtrorum [5] Caldonii & Fortunati, quos ad te nuper & ad coepiſcopos noſtros qui ordinationi tuæ affuerant legatos miſeramus, ut eis adventantibus & rei geſtæ veritatem reportantibus, majore auctoritate & [6] lucida per eos probatione partis adverſæ improbitas [7] frangeretur. Supervenerunt vero [8] Pompejus & Stephanus collegæ noſtri, qui & ipſi quoque ad inſtruendos [9] iſtinc

Digitized by Google

iſtine nos manifeſta ſecundum gravitatem ac fidem ſuam indicia ac teſtimonia protulerunt, ut nec neceſſe fuerit audiri ultra eos qui a Novatiano venerant miſſi. Qui eum [10] in ſtatione invidioſis quoque conviciis & clamoribus turbulentis proruerent & flagitarent ut crimina quæ ſe afferre ac probare dicebant, publice a nobis & a plebe cognoſcerentur, gravitati noſtræ negavimus convenire ut collegæ noſtri jam delecti & ordinati & laudabili multorum ſententia comprobati ventilandam ultra [11] famam ore maledico & æmulantium voce pateremur. Et quia quibus refutati & compreſſi ſunt & illicitis conatibus hæreſim feciſſe nudati ſunt in epiſtolam congerere longum fuit, ex [12] Primitivo compresbytero noſtro pleniſſime ſingula, quando ad vos venerit, audietis. Ac ne eorum

A furens audacia umquam deſiſteret, hic quoque in ſchiſmatis partes Chriſti membra diſtrahere & catholicæ eccleſiæ corpus ſcindere ac laniare nituntur, ut oſtiatim per multorum domos vel oppidatim per quaſdam civitates diſcurrentes obſtinationis ſuæ & erroris ſui ſibi quærant comites. Quibus ſemel reſponſum dedimus nec mandare deſiſtimus ut pernicioſa diſſenſione & concertatione depoſita, impietatem eſſe ſciant

B matrem deſerere, & agnoſcant atque intelligant epiſcopo ſemel facto & collegarum ac plebis teſtimonio & judicio comprobato, alium conſtitui nullo modo poſſe; proinde ſi pacifice ſibi ac fideliter conſulunt, ſi ſe aſſertores evangelii Chriſti eſſe confitentur, prius ad eccleſiam revertantur. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XLI.

1 *Frater cariſſime*] In illa chriſtianorum ſimplicitate quæ primis eccleſiæ ſæculis vigebat, chriſtiani omnes, etiam epiſcopi, inter ſeſe mutuo vocabant fratres, nullo diſcrimine inter epiſcopum Romanum & ceteros, uti notavit Eraſmus ad epiſtolam 52. & nos quoque diximus in notis ad epiſtolam Gregorii Papæ IV. apud Agobardum. Sequentibus ſæculis illud mutatum eſt, & jamdiu invaluit ut Romanus epiſcopus ceteros appellet fratres, illum epiſcopi vocent patrem. Et tamen Joannes Launojus Doctor theologus Pariſienſis referens in hiſtoria collegii Navarræ pag. 51?. epiſtolam Gerardi Macheti epiſcopi Caſtrenſis ad Ægidium Laqueatorem, vulgo *Le Laſſeur*, Referendarium Papæ, quam in falſo putavit ſcriptam fuiſſe ad Papam, notat etiam per eas tempeſtates, id eſt, ævo Caroli VII. regis Francorum, epiſcopis liberum fuiſſe Romanum pontificem appellare fratrem, quia Gerardus in initio illius epiſtolæ ait, *Ingratus merito viderer, frater cariſſime*, & tamdiu id fore liberum quamdiu Romanus pontifex alios epiſcopos appellabit fratres, fratrem enim eſſe alicujus fratris fratrem. Viri optimi error ortus eſt ex eo quod nomina eorum ad quos Gerardus ſcribit non ſunt poſita in titulo epiſtolarum, ut vulgo fieri ſolet, ſed poſt epiſtolam, quemadmodum Mabillonius in ſuo itinere Italico, pag. 45. adnotat viſos a ſe eſſe plurimos epiſtolarum codices in quibus inſcriptio non ponitur in fronte epiſtolarum, ſed in calce. Itaque quia poſt epiſtolam 110. Macheti, quæ ſcripta eſt ad Papam, Launojus ſcriptum videbat *Sanctiſſimo Domino noſt. a Papæ*, exiſtimavit epiſtolam poſtquam ſequebatur hæc inſcriptio, ſcriptam eſſe ad Papam, cum ſcripta ſit, ut antea dixi, ad Ægidium Laqueatorem Referendarium Papæ, ad quem etiam referenda eſt epiſtola 112. in qua Referendarium Papæ epiſcopus pro more illorum temporum vocat fratrem. Iſta ego, data occaſione, putavi admoneri debere. Codex autem epiſtolarum Gerardi quo Launojus utebatur, ſiue quia eum conſulere velit, extat nunc in bibliotheca Colbertina, in eam delatus beneficio Canonicorum illuſtriſſimæ eccleſiæ ſancti Martini Turonenſis. De Ægidio interim illud quoque dicam per tranſennam, fuiſſe illum Narbonenſis eccleſiæ Canonicum & Conſiliarium regis Franciæ in ſua ſuprema parlamenti Toloſæ curia, uti ſcriptum eſt in necrologio eccleſiæ Narbonenſis, ubi ſepultus eſt anno 1484. menſe Martio.

2 *Miſſi a Novatiano*] Hujus legationis mentio habetur in epiſtola 55. pag. 81.

3 *Maximus presb.*] partis Novati, ut docet epiſtola Papæ Cornelii ad Fabium Antiochenum apud Euſebium. Poſtea rediit ad eccleſiam. Sic docent eadem epiſtola Cornelii & geſta pontificalia ex faſtis Cuſpiniani edita ab Ægidio Bucherio & ex codice Nicolai Fabri Peireſcii laudato a Rigaltio in obſervationibus ſuis ad epiſtolam 67. ſancti Cypriani. Ita enim illic ſcriptum eſt in Cornelio: *Sub epiſcopatu ejus Novatus extra eccleſiam ordinavit Novatianum in urbe Roma & Nicoſtratum in Africa. Hoc facto, confeſſores qui ſe ſeparaverant a Cornelio, cum Maximo presbytero, qui cum Moyſe fuit, ad eccleſiam ſunt reverſi*. Sic etiam in geſtis pontificalibus quæ tribuuntur Anaſtaſio bibliothecario. Ad eos videntur datæ epiſtolæ duæ Dionyſii epiſcopi Alexandrini ſcriptæ ad quoſdam confeſſores partis Novatiani qui ad eccleſiam redierant apud Euſebium lib. 6. cap. 46. Sed quæ in geſtis pontificalibus dicuntur de ordinatione Novatiani & Nicoſtrati habent aliquam difficultatem. Quomodo enim Novatus, qui non erat epiſcopus, potuit ordinare Novatianum & Nicoſtratum? Ordinavit eos nimirum eo modo quo Feliciſſimum factum fuiſſe ab eo diaconum ſcribit Cyprianus in epiſtola 49. pag. 63. id eſt factione ſua eum conſtituit diaconum. Vide annales Cyprianicos ad annum 250 §. 21.

4 *Machæus*] Multum variant vetera exemplaria in nomine iſtius hominis. Et quamquam non ſit magnum operæ pretium, admonebo illum alicubi nominari Matthæum, alibi Macaheum, Macheum, & Machæum. Retinui autem lectionem quæ nititur majori numero veterum exemplarium.

5 *Caldonii & Fort.*] epiſcoporum eccleſiæ Africanæ, qui Romam miſſi fuerant ut inquirerent quid actum fuiſſet in eccleſia Romana poſt mortem Fabiani, ut patet etiam ex duabus epiſtolis ſequentibus.

6 *Lucida*] Hanc lectionem inveni in undecim libris antiquis. Alii ſeptem antiqui præferunt *elucida*. Ego priorem lectionem puto eſſe meliorem, tum quia eam exhibent plerique libri veteres optimi, tum quia vox *elucida* non eſt admodum Latina. Eam tamen habent editiones Spirenſis, Veneta vetus, & Morelliana. Ceteræ uſque ad Rigaltianam habent *elucidata*. Rigaltius & Angli poſt eum ſcripſerunt *elucida*. Reinhartus maluit *elucidata*.

7 *Frangeretur*] Codex Gratianopolitanus, *retunderetur*.

8 *Pompejus & St.*] Vide epiſt. 45. & 74.

9 *Iſtinc*] Ita reſtituimus ex fide ſex veterum exemplarium. Nam alii aut nihil habent, aut habent *iſtic*. Melior autem videtur eſſe lectio quam nos inducimus, ut ſenſus ſit Pompejum & Stephanum iſtinc, id eſt ex urbe Romana, manifeſta teſtimonia retuliſſe de legitima electione Cornelii & falſa ordinatione Novatiani. Quamquam vox *iſtic* habet in eo loco parem ſignificationem, ut infra epiſt. 49.

10 *In ſtatione*] Pleraque libri veteres & veteres editiones non agnoſcunt præpoſitionem. Primus eam adjecit Manutius. Hunc locum Lombertus vertit *en pleine aſſemblée*. Alii viderint an recte. In codice Remenſi ſancti Dionyſii legitur *infeſtatione*, errore, ut arbitror, librarii. Vide quæ notantur ad epiſtolam 46.

11 *Famam*] Hæc eſt lectio veterum editionum & XIII. veterum exemplarium. Manutius edidit *honorem maledica æmulantium voce*. At non ita Morellius, qui revocavit veterem lectionem. Rigaltius & Angli maluerunt editionem Manutii. Reinhartus imitatus eſt editionem Morellii. Manutianæ editioni conſentit codex ſancti Arnulphi Metenſis.

12 *Primitivo*] presbytero Romano, ut opinor. Ex epiſtola quippe 45. pag. 59. apparet illum miſſum fuiſſe in Africam a Cornelio. In actis paſſionis ſancti Stephani Papæ Primitivus nominatur inter duodecim clericos eccleſiæ Romanæ detentos juſſu Valeriani Imperatoris. Alterius Primitivi mentio eſt in martyrologio Adonis V. Kal. Julii. Fuit is filius ſanctæ Symphoroſæ. Exſtat apud Gruterum vetus inſcriptio VVormatienſis miſſa a Pithoeo,

Pithœo, in qua nominatur Victorina Primitiva. In collectione inſcriptionum eccleſiæ ſancti Pauli de Urbe pag. 174. mentio eſt Primitivi præfecti fabrorum, & alius ejuſdem nominis pag. 12. & Primitivæ pag. 43. 55.

[1] EPISTOLA XLII.

Ad Cornelium de ordinatione ejus a ſe comprobata & de Feliciſſimo.

CYPRIANUS Cornelio fratri ſalutem. Quod ſervis Dei & maxime ſacerdotibus juſtis & pacificis congruebat, frater cariſſime, [2] miſeramus nuper collegas noſtros Caldonium & Fortunatum ut non tantum perſuaſione litterarum noſtrarum, ſed præſentia ſua & conſilio omnium veſtrum eniterentur quantum poſſent & elaborarent ut ad catholicæ eccleſiæ unitatem ſciſſi corporis membra componerent & Chriſtianæ caritatis vinculo copularent. Sed quoniam diverſæ partis [3] obſtinata & inflexibilis pertinacia non tantum [4] radicis & matris ſinum atque complexum recuſavit, ſed etiam gliſcente & in pejus recrudeſcente diſcordia [5] epiſcopum ſibi conſtituit, & contra ſacramentum ſemel traditum divinæ diſpoſitionis & catholicæ unitatis adulterum & contrarium caput extra eccleſiam fecit, acceptis litteris tam tuis quam collegarum noſtrorum, item adventantibus bonis viris & nobis cariſſimis collegis noſtris Pompejo & Stephano, a quibus hæc omnia [6] cum lætitia communi adſerta ſunt firmiter & probata, ſecundum quod divinæ traditionis & eccleſiaſticæ inſtitutionis ſanctitas pariter ac veritas exigebat, litteraa noſtras ad te direximus. Sed & per [7] provinciam noſtram hæc eadem collegis ſingulis in notitiam perferentes, ab his quoque fratres noſtros cum litteris dirigendos eſſe mandavimus. Quamquam mens noſtra & propoſitum jam tunc fratribus & plebi iſtic nniverſæ manifeſtatum fuiſſet, quando litteris nuper ab utraque parte ſuſceptis tuas litteras legimus & epiſcopatus tui ordioationem ſingulorum auribus intimavimus. Honoris etiam communis memores & gravitatis ſacerdotalis ac ſanctitatis reſpectum tenentes ea quæ ex diverſo in [8] librum ad nos tranſmiſſum congeſta fuerant acerbationibus criminoſis reſpuimus, conſiderantes pariter & ponderantes quod in tanto fratrum [9] numero religioſoque conventu, conſidentibus Dei ſacerdotibus, & [10] altari poſito, nec legi debeant nec audiri. Neque enim facile promenda ſunt & incaute ac temere publicanda quæ [11] diſcordioſo ſtilo ſcripta audientibus ſcandalum moveant & fratres longe poſitos ac trans mare conſtitutos incerta opinione confundant. Viderint qui vel furori ſuo vel libidini ſervientes, & divinæ legis ac ſanctitatis immemores, vel jactitare interim geſtiunt quæ probare non poſſunt, & cum innocentiam deſtruere atque expugnare non valeant, ſatis habent fama mendaci & falſo rumore maculas [12] inſpergere. Certe, quod præpoſitis & ſacerdotibus congruit, danda opera eſt ut talia, cum a quibuſdam ſcribuotur, per nos reſpuantur. Ubi enim erit quod diſcimus ac docemus ſcriptum
Pſal 33. & 49. eſſe: *Contine linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur inſidioſe?* Item alibi: *Os tuum abundavit malitia, & lingua tua complectebatur inſidias. Sedens adverſus fratrem tuum detrahebas, & adverſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.*

A Item quod apoſtolus dicit: *Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat, ſed bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* Epheſ. 4. Porro hæc fieri debere oſtendimus, ſi, quando talia quorumdam calumnioſa temeritate conſcripta ſunt, legi apud nos non patimur. Et iccirco, frater cariſſime, cum ad me talia [13] de te & compresbyteris tecum conſidentibus ſcripta veniſſent quæ religioſam ſimplicitatem ſonabant, nec ullis maledictorum & conviciorum latratibus perſtrepebant, clero & plebi legi præcepi.
B Quod autem ſcripta collegarum noſtrorum qui illic ordinationi tuæ affuerant deſideravimus, non veteris moris obliti, novum aliquid quærebamus, nam ſatis erat ut tu te epiſcopum factum litteris nuntiares, niſi eſſet ex diverſo diſcrepans factio, quæ criminoſis & calumnioſis commentis ſuis collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes & corda confunderet. Cui rei ſopiendæ neceſſarium duximus ut ſcribentium nobis inde collegarum noſtrorum firma & ſolida auctoritas pararetur: qui moribus ac vitæ & diſciplinæ tuæ condigoa
C litterarum ſuarum teſtimonia prædicantes, æmulis quoque & rerum vel novitate vel pravitate gaudentibus omnem ambigendi & diſcrepandi ſcrupulum ſuſtulerunt, & ſecundum conſilium noſtrum ſalubri ratione libratum in hoc fluctu æſtuantium fratrum mentes ſincere ac firmiter tuum ſacerdotium probaverunt. Hoc enim vel maxime, frater, & laboramus & laborare debemus ut unitatem a Domino & per apoſtolos nobis ſucceſſoribus traditam quantum poſſumus obtinere curemus, & quod in nobis eſt, [14] palabundas & errantes oves, quas quo-
D rumdam pervicax factio & hæretica tentatio a matre ſecernit, in eccleſiam colligamus; illis ſolis foris remanentibus qui in obſtinatione ſua vel furore [15] ſuperſederunt & ad nos redire noluerunt, diſcretionis & ſeparationis a ſe factæ & eccleſiæ derelictæ ipſi rationem Domino reddituri. Quantum vero hic ad presbyterorum quorumdam & Feliciſſimi cauſam pertinet quid hic actum ſit ut ſcire poſſes, litteraa ad te collegæ noſtri manu ſua ſubſcriptas miſerunt, qui, auditis eis, quid ſenſerint, & quid pronuntiaverint, ex eorum litteris diſces. Melius autem, frater, facies, ſi
E etiam exempla litterarum quæ ad te legenda pro dilectione communi per Caldonium & Fortunatum collegas noſtros proxime miſeram, quæ de eodem Feliciſſimo & de presbyterio ejuſdem ad clerum iſtic pecnou & ad plebem ſcripſeram legi illic fratribus jubeas, quæ & ordinationem & rationem rei geſtæ loquantur, ut tam iſtic quam illic circa omnia per nos fraternitas inſtruatur. Exemplaria autem eadem nunc quoque per [16] Mettium hypodiaconum a me miſſum & Nicephorum acolythum tranſmiſi. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ

NOTÆ AD EPISTOLAM XLII.

1 MIrum eſt quantum diſcrepantia ſint vetera exemplaria & veteres editiones hujus epiſtolæ. Supervacaneum porro & inutile eſſet omnes differentias annotare. Afferam eas tantum quæ poſſunt eſſe alicujus momenti. Itaque ſi quid mutatum fuerit abſque admonitione, ſcire volo lectores nihil mutatum fuiſſe abſque auctoritate, nihil datum eſſe conjecturis.

Hanc epiſtolam auctor geſtorum pontificalium ait ſcriptam a Cypriano fuiſſe in carcere, ut mox dicam, & miſſam per Celerinum lectorem. At Pearſonius in annalibus Cyprianicis putat hæc verba geſtorum pontificalium intelligi de epiſtola 57. Falſo, ut opinor. Nam in epiſtola miſſa per Celerinum agebatur de ordinatione Cornelii, de qua non agitur in epiſtola 57.

Recte obſervat idem vir clariſſimus errorem eſſe in geſtis pontificalibus eo loci ubi legitur epiſtolam illam conſcriptam eſſe in carcere a ſancto Cypriano. Verum non ideo exiſtimandum eſt falſa prorſus eſſe & commentitia quæ illic tradit auctor horum geſtorum. Error eſt, non falſitas. Emendatio facilis eſt. Quæ dicuntur de carcere referenda ſunt ad Celerinum, quem conſtat in carcere tentum fuiſſe cum Moyſe, Maximo, & Nicoſtrato, Urbano, & Sidonio. Is ergo litteras Cypriani accepit in carcere, & hinc miſit ad Cornelium. Sic videtur reſtituendus ſermo qui turbatus eſt in geſtis. Sed quod addit idem vir clariſſimus ex Adone, quod numerat inter frivola & inania ſequentium temporum commenta, nimirum in epiſtola illa Cyprianum ſcripſiſſe ad Cornelium quanta pro fide & confeſſione Chriſti ſuſtinuerit Celerinus, id vero magnam habet difficultatem. Ado enim non ſcribit hujus Celerini laudes fuiſſe in epiſtola qua probabat electionem Cornelii. Hæc ſunt verba Adonis ad diem XVIII. Kal. Octobris: *Quo tempore beatus Cyprianus ſcribit ei de Celerino lectore, quanta pro fide & confeſſione Chriſti ſuſtinuerit*. Iſta ergo exſtabant in alia quapiam epiſtola Cypriani qua caremus.

2 *Miſeramus nuper*] De hac Cypriani legatione ad Cornelium agens Marca lib. 5. de concordia cap. 2. ait Caldonium & Fortunatum legatos Cypriani & concilii Carthaginenſis miſſos eſſe ut quantum fieri poſſet eniterentur ad componendam conſilus ſuis eccleſiæ unitatem, quæ factione Novatiani ſciſſa erat, & ut de Cornelii ordinatione quæ ſibi eſſent comperta referrent ad Africanos.

3 *Obſtinata pertinacia*] Honorii Aug. conſtitutio adverſus Pelagium & Cæleſtium: *Sed quia obſtinatorum nimis pertinax malum ut conſtitutio geminaretur exegit*. Pertinacia ſumitur ut plurimum in malam partem, ut monuimus in notis ad Capitularia pag. 1110.

4 *Radicis*] In uno libro vetere ſcriptum eſt *nutricis*.

5 *Epiſcopum ſibi*] Novatianum. Iſtud eveniſſe anno 254. ſcripſit Baronius, Pearſonius anno 251.

6 *Cum lætitia*] Ita omnia vetera exemplaria tam noſtra quam Anglicana & omnes editiones ante Rigaltianam. Quare valde miror virum doctiſſimum auctoritatem codicis Beneventani, in quo ſcriptum eſſe ait *cum triſtitia*, prætuliſſe conſenſui veterum exemplarium & editionum. Quamvis enim hæc lectio poſſit eſſe bona referendo eam ad pertinaciam ſchiſmaticorum, tamen quia nullum aliud exemplar ei ſuffragatur, reliqua omnia repugnant, non puto eam præferri debere lectioni quæ tot auctoritatibus nititur. præſertim cum ea quam ego cum Reinharto revoco habeat optimum ſenſum, referendo illam ad Maximum, Urbanum, & ceteros ſchiſmaticos, quos fama erat, quamvis non admodum certa, rediiſſe ad eccleſiam. Quo nuntio accepto per litteras Caldonii & Fortunati & per relationem Pompeii & Stephani, ſurrexerat in clero Carthaginenſi lætitia, quamvis non integra propter incertam famam, ut patet etiam ex epiſtola 46, pag. 60.

7 *Provinciam noſtram*] Infra epiſt. 45. pag. 59. *Sed quoniam latius fuſa eſt noſtra provincia. Habet enim Numidiam & Mauritaniam ſibi cohærenter*. Hinc ergo collegerunt Angli per provinciam iſtic intelligi Africam, Numidiam, & Mauritaniam, quæ ſedi Carthaginenſi ſubjectæ erant. Certe Aurelius epiſcopus Carthaginenſis ait in codice canonum eccleſiæ Africanæ cap. 55. ſe cunctarum eccleſiarum ſollicitudinem ſuſtinere. Hanc porro Anglorum interpretationem adjuvare poſſe videtur lectio codicis Remenſis ſancti Dionyſii, in quo legitur *provincias noſtras*. Salvianus lib. 4. cap. 4. *Sciunt Africæ*.

8 *Librum tranſmiſſum*] librum famoſum miſſum adverſus Cornelium. Vide quæ notantur ad epiſtolam 52. in cauſa Cornelii.

9 *Numero*] Hæc vox deeſt in tribus libris veteribus. Certe ſuperfluus eſt.

10 *Altari poſito*] nimirum in concilio. Altaria porro eum tumultuaria fuiſſe valde probabile eſt propter infeſtationem inimicorum crucis Chriſti.

11 *Diſcordioſo ſtilo*] Codex Fuxenſis, *diſcordioſis & inaudientibus*. Corbejenſis. *diſcordia ſint & in obaudientibus*. Salluſtius in Jugurtha: *Nam vulgus, ut plerumque ſolet, & maxime Numidarum, ingenio mobili, ſeditioſum atque diſcordioſum*. Sidonius lib. 6. epiſt. 2. *domum diſcordioſam*. & lib. 9. epiſt. 3. *per conditiones diſcordioſas*.

12 *Inſpergere*] Codex Lamonii *impingere*. *Quare quod præpoſitis*.

13 *Adverſum te*] Hæc eſt lectio omnium editionum quæ antecelſerunt Rigaltianam. Eam præferunt etiam omnes libri veteres. Eſt autem optima. Et tamen ego editionem Rigaltii, quæ habet *de te & de presbyteris tecum conſidentibus*, libenter præferrem, ſi tanta non eſſet veterum librorum & editionum repugnantia. Laudat autem iſtic Cyprianus adverſarios Cornelii quod cum adverſus eum ad ſe ſcripſiſſent, modeſte tamen ſcripſerant, nec conviciorum plauſtra in eum ecerant. Hunc puto eſſe verum ſenſum verborum Cypriani.

14 *Palabundas*] Ita quidam libri veteres. Alii habent *balabundas*, *belabundas*, *volabundas*, *vagabundas*, *errabundas*, prout placuit veteribus librariis.

15 *Superſederunt*] Hanc lectionem prætulit editio Manutii. Morellius & Pamelius rejecerunt. Et tamen ea reperitur in viginti & tribus vetuſtis exemplaribus. Ea vero quæ habet *perſeveraverunt* inventa non eſt niſi in tribus. Sane duo & tres antiquiores editiones habent *ſuperſederunt vel perſeveraverunt*. Sed hic meminiſſe oportet obſervationis a me non uno loco factæ, veteres librarios, cum duas viderent varias lectiones, ambigerent autem utra earum retinenda eſſet, utramque poſuiſſe, lectori judicium integrum relinquentes. Itaque veriſimile eſt vocem *perſeveraverunt*, quæ ſubſequitur vocem *ſuperſederunt* in his duobus codicibus & in antiquis editionibus, eſſe ex gloſſemate cujuſdam ſtudioſi explicare volentis quid in hoc loco ſignificaret vox *ſuperſederunt*. Pamelius, qui putabat hanc vocem non poſſe æquivalere voci *perſeveraverunt*, non dubitavit quin ex duabus lectionibus ſimul junctis in vetuſtis editionibus & in aliquot libris veteribus, cum una rejicienda eſſet, retineri deberet ea quæ perſeverantiam ſignificabat. Et tamen videre poterat apud Nonium Marcellum ſuperſedere ſignificare *manere, perſeverare, quaſi in voluntate & conſilio ſidere*.

16 *Mettium*] cujus etiam mentio eſt in epiſtola ſequenti. Quamquam autem exigui momenti ſit ſcire verum ejus nomen, admoneo tamen in libris veteribus vocari Mettium, Meſſium, Meſſionem, Miſſium, & Merſium. Concordes enim non ſunt in ejus nomine libri veteres.

[1] EPISTOLA XLIII.

Ad eumdem, quod ad confeſſores a Novatiano ſeductos litteras fecerit.

CYPRIANUS Cornelio fratri ſalutem. Et religioſum [2] nobis & neceſſarium exiſtimavi, frater cariſſime, ad [3] confeſſores qui illic ſunt & Novatiani ac Novati obſtinatione & pravitate ſeducti de eccleſia receſſerunt litteras breves facere, quibus eos pro affectione mutua convenirem [4] ut ad matrem ſuam id eſt eccleſiam catholicam revertantur. [5] Quas A litteras tibi a Mettio hypodiacono legi prius mandavi, ne quis aliud me ſcripſiſſe fingeret quam quod meis litteris continetur. Mandavi tamen eidem [6] Mettio a me ad vos miſſo ut de tuo arbitrio rem gerat, & ſi eaſdem litteras confeſſoribus putaveris eſſe reddendas, tunc eas tradat. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XLIII.

1 ANgli monuerunt hanc epiſtolam non eſſe in editione Eraſmi. Quod non eſt verum. Monuerunt præterea illam haberi lib. 5. epiſt. 9. editionis Manutianæ. Sed errorem illum imputandum eſſe typographo valde puto, cum illa edita ſit lib. 2. epiſt. 9. illius editionis, quæ ſecuta eſt Eraſmicam.

2 *Nobis*] Repoſui hanc lectionem, quia mihi viſa eſt melius convenire ſententiæ ſancti Cypriani. Alioqui enim alia, quæ habet *vobis*, bona eſt. Utraque multos habet bonos aſſertores. Prior nititur auctoritate xv. veterum exemplarium, & exſtat in editione Spirenſi, in veteri Veneta, in Eraſmica, & in Manutiana. Altera reperitur in octo codicibus antiquis & in editionibus Rembolti, Morellii, & Pamelii.

3 *Confeſſores*] Moyſem & Maximum. Vide quæ ſupra dicta ſunt ad epiſtolam 41.

4 *Ut ad mat. . . . revertantur*] Iſta deſunt in quinque libris veteribus. Vide epiſtolam 10.

5 *Quas litteras*] Quatuor libri veteres habent, *quas litteras tibi a me miſſas per Mettium hypodiaconum*.

6 *Mettio*] Varie admodum etiam hic ſcriptum eſt nomen iſtius hypodiaconi. Retinuimus vulgatam lectionem, ut in re parvi momenti. Alia frequenter in antiquis exemplaribus habet *Ethippo* vel *Ettio*. Vide quæ iſtic annotat Pamelius. De Mettia gente vide Joannem Triſtanum a ſancto Amantio in tomo ſecundo commentariorum pag. 465. 501.

EPISTOLA XLIV.

Ad confeſſores Romanos, ut ad unitatem redeant.

CYPRIANUS Maximo & [1] Nicoſtrato & B ceteris confeſſoribus ſalutem. Cum frequenter, cariſſimi, cognoveritis ex litteris meis quem & confeſſioni veſtræ honorem & fraternitati connexæ dilectionem meo ſermone ſervaverim, credatis quæſo & acquieſcatis his litteris meis, quibus vobis & actui ac laudibus veſtris & ſcribo & ſimpliciter ac fideliter conſulo. Gravat enim me atque contriſtat & intolerabilis perculſi pæne proſtrati pectoris mœſtitia perſtringit, cum vos illic comperiſſem [2] contra eccleſiaſticam diſpoſitionem, contra e- C vangelicam legem, contra inſtitutionis catholicæ unitatem [3] alium epiſcopum fieri [4] conſenſiſſe, id eſt, quod nec fas eſt nec licet fieri, [5] eccleſiam aliam conſtitui, Chriſti membra diſcerpi, dominiei gregis animum & [6] corpus unum diſciſſa æmulatione lacerari. Quod quæſo ut in vobis ſaltem illicitum iſtud fraternitatis noſtræ diſcidium non perſeveret, ſed & confeſſionis veſtræ & divinæ traditionis memores [7] ad matrem revertamini unde prodiiſtis, unde ad confeſſionis gloriam cum ejuſdem matris exſultatione veniſtis. [8] Nec putetis ſic vos evangelium Chriſti aſſerere dum vosmetipſos a Chriſti grege & ab ejus pace & concordia ſeparatis, cum magis militibus glorioſis & bonis congruat intra [9] domeſtica caſtra conſiſtere & intus poſitos ea quæ in commune tractanda ſunt agere ac providere. Nam cum unanimitas & concordia noſtra ſcindi omnino non debeat, quia nos eccleſia derelicta foras exire & ad vos venire non poſſumus, ut vos magis ad eccleſiam matrem & ad [10] noſtram fraternitatem revertamini quibus poſſumus hortamentis petimus & rogamus. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XLIV.

1 N*Icoſtrato*] diacono eccleſiæ Romanæ, ut notat Pamelius. Erat ille ſocius Maximi, quem ſupra ad epiſtolam 41. diximus ad eccleſiam eſſe reverſum. Nicoſtratus tamen non rediit, ſed factus eſt epiſcopus in Africa factione Novatianorum.

2 *Contra eccleſ.*] Duo libri veteres habent *divinam*. Quidam alii neque *eccleſiaſticam* habent neque *divinam*. Gronovius cap. 14. obſervationum ſuarum in ſcriptoribus eccleſiaſticis ait ſibi magis placere quod erat in membranis, *contra diſpoſitionem Dei*.

3 *Alium epiſcopum*] Novatianum, qui ſedem apoſtolicam invaſit poſt electionem Cornelii. Vide epiſtolam ſecundam Paciani ad Symphronianum & Henrici Valeſii annotationes ad librum ſextum Euſebii cap. 43.

4 *Conſenſiſſe*] In antiquis editionibus & in veteri libro ſancti Eligii Attrebatenſis legitur *cenſuiſse*. De illis autem conſtat hic agi quos ſugillat Pacianus in eadem epiſtola ſecunda ad Symphronianum.

5 *Eccleſiam aliam*] Quidam libri veteres habent *alteram*, eodem ſenſu.

6 *Corpus*

Digitized by Google

6 *Corpus unum*] Vox *unum*, quæ certe neceſſaria non eſt, & omitti poteſt abſque ullo incommodo, deeſt in codice Gratianopolitano.

7 *Ad mat. revertamini*] uti eos feciſſe diximus ad epiſtolam 41.

8 *Nec putetis*] Duodecim codices antiqui noſtri & ſex Anglicani habent *Nec poteſtis*.

9 *Domeſtica caſtra*] Quamvis ſciam Juvenalem ſatyra 10. dixiſſe *caſtra domeſtica*, ego iſtic mallem *caſtra dominica*, ut dicit ipſe Cyprianus in epiſtola 54. pag. 77. Proſper lib. 2. de promiſſionibus & prædictionibus Dei cap. 6. *Sic in toto lepræ macula vitiati a caſtris dominicis etiam ipſi pulſi ſunt*. Acta martyrum Donatiſtarum in libro ſecundo miſcellaneorum noſtrorum pag. 57. *Ubi quiſque hoſtem reppererat, caſtra illic dominica collocabat*. Nicolaus Papa I. epiſt. 7. ex *laicis ſubito in dominicis caſtris impetu irrepere*. Cyprianus dixit *ſpiritalia caſtra* in epiſtola ad Donatum pag. 6. alibi ſæpe *caſtra Chriſti* & *caſtra cæleſtia*. Lucifer Calaritanus in libro quod moriendum ſit pro Dei filio: *Niſi e caſtris diaboli ad exercitum in cæleſtibus caſtris conſtitutum feceris tranſitum*.

10 *Noſtram frat.*] Ita vetus editio Spirenſis & aliæ. Remboltus poſuit *veſtram*, eaque lectio conſentientes habet XVIII. libros noſtros veteres & ſeptem Anglicanos. Utraque lectio bona eſt.

[1] EPISTOLA XLV.

Ad Cornelium de Polycarpo Hadrumetino.

CYPRIANUS Cornelio fratri ſalutem. Legi litteras tuas, frater cariſſime, quas per Primitivum compresbyterum noſtrum miſiſti, in quibus te comperi motum quod cum de Hadrumetina colonia [2] Polycarpi nomine ad te litteræ dirigerentur, poſteaquam nos ego & Liberalis in eumdem locum veniſſemus, cœpiſſent illuc ad presbyteros & diaconos litteræ dirigi. Quod ſcire te volumus & pro certo credere nulla id levitate aut contumelia factum. Sed cum ſtatuiſſemus collegæ complures qui in unum conveneramus ut legatis ad vos coepi- B ſcopis noſtris Caldonio & Fortunato miſſis, omnia interim integra ſuſpenderentur donec ad nos iidem collegæ noſtri rebus illic aut ad pacem redactis aut pro veritate compertis redirent, presbyteri & diaconi in Hadrumetino conſiſtentes, Polycarpo coepiſcopo noſtro abſente, ignorabant quid nobis in commune placuiſſet. At ubi nos [3] in præſenti venimus, comperto conſilio noſtro, ipſi quoque id quod & ceteri obſervare cœperunt, ut in nullo eccleſiarum iſtic conſiſtentium conſenſio diſcre- C paret. Quidam tamen mentes nonnumquam & animos ſermonibus ſuis turbant, dum aliter quædam quam ſe habet veritas nuntiant. Nos enim ſingulis navigantibus, ne cum ſcandalo ullo navigarent, rationem reddentes, ſcimus nos hortatos eos eſſe ut eccleſiæ catholicæ radicem & matricem agnoſcerent ac tenerent. Sed quoniam [4] latius fuſa eſt noſtra provincia, [5] habet enim Numidiam & [6] Mauritaniam ſibi cohærentes, ne in Urbe ſchiſma factum A abſentium animos incerta opinione confunderet, placuit ut per epiſcopos, retenta a nobis rei veritate, & ad comprobandam ordinationem tuam facta auctoritate majore, tunc demum ſcrupulo omni de ſingulorum pectoribus excuſſo, per omnes omnino [7] in provincia iſta poſitos litteræ fierent, ſicuti fiunt, ut te univerſi collegæ noſtri & communicationem tuam, id eſt, catholicæ eccleſiæ unitatem pariter & caritatem probarent firmiter ac tenerent. Quod divinitus eveniſſe & conſilium noſtrum providenter proceſſiſſe gaudemus. Sic enim nunc epiſcopatus tui & veritas pariter & dignitas aperriſſima luce & manifeſtiſſima & firmiſſima comprobatione fundata eſt, ut ex reſcriptis collegarum noſtrorum, qui ad nos litteras inde fecerunt, & ex relatione ac teſtimoniis [8] coepiſcoporum Pompeii & Stephani & Caldonii ac Fortunati ordinationis tuæ & origo neceſſaria & ratio juſta & glorioſa quoque innocentia ab omnibus noſceretur. Quod ut ſimul cum ceteris quoque collegis noſtris ſtabiliter ac firmiter adminiſtremus, atque ut catholicæ eccleſiæ pacem concordiæ unanimitate teneamus, perficiet [9] divina dignatio ut Dominus, qui ſacerdotes ſibi in eccleſia ſua [10] eligere & conſtituere dignatur, electos quoque & conſtitutos ſua voluntate atque opitulatione tueatur, gubernantes inſpirans, ac ſubminiſtrans & ad improborum contumaciam frenandam vigorem & ad lapſorum fovendam pœnitentiam lenitatem. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XLV.

1 RAriſſima ſunt epiſtolæ iſtius vetera exemplaria. Pamelius nullum habuit. Nihilo ditiores fuerunt Angli. Ego ſeptem habui, Thuanum videlicet, Foſſatenſe, Metenſe ſancti Arnulphi, Beccenſe, Victorinum, Remenſe ſancti Dionyſii, & Fuxenſe.

2 *Polycarpi*] epiſcopi Hadrumetini, cujus multa mentio apud Cyprianum. Interfuit concilio Carthaginenſi de cauſa baptiſmi hæreticorum.

3 *In præſenti*] Ita nos repoſuimus ex auctoritate ſex optimorum librorum & vetuſtiorum editionum pro eo quod Manutius & alii ediderunt *in præſentiam*.

4 *Latius fuſa provincia*] Epiphanius epiſcopus Salaminæ in Cypro ſcribens ad Joannem Hieroſolymitanum, loquens de ſua provincia, ait *eo quod grandis eſſet & late pates provincia*. Ea epiſtola exſtat inter Hieronymianas.

5 *Habet enim Numidiam*] Hæc eſt lectio veterum librorum, niſi quod aliqui habent *etiam* pro *enim*, vulgato veterum more in permutandis hiſce conjunctionibus. Rigaltius ad epiſtolam 42. exiſtimavit quæcumque iſtic dicuntur de Numidia & Mauritania eſſe inſititia & ex margine in textum irrepſiſſe. Et tamen exſtant in omnibus editionibus & in ſeptem codicibus antiquis, id eſt in omnibus antiquis codicibus a me viſis. Non video autem cur iſta cenſeri debeant inſititia. Certum quippe eſt Carthaginem, quæ erat æmula urbis Romæ, omnium intra Africam provinciarum obtinuiſſe principatum, uti ſcriptum eſt in l. 22. *De tironibus* in codice Theodoſiano, & epiſcopum Carthaginenſem habuiſſe ſollicitudinem omnium eccleſiarum Africæ, ut ait Aurelius epiſcopus Carthaginenſis in codice canonum eccleſiæ Africanæ, & omnes epiſcopos Afros, adeoque Numidas & Mauros, ad concilia epiſcopi Carthaginenſis convenire ſolitos, ut patet etiam ex concilio ſancti Cypriani. Ideo autem ſanctus Cyprianus iſtic nominat Numidiam & Mauritaniam ut oſtendat provinciam ſuam eſſe late diffuſam, cum ea præter Africam proprie dictam haberet etiam Numidiam & Mauritaniam ſibi cohæren-

Digitized by Google

tes quæ & ipſæ latæ & diffuſæ provinciæ erant. Numidiam tamen eſſe anguſtiorem Mauritania ſcribit Mela.

6 *Mauritaniam*] Ita libri veteres & veteres editiones. Primus Manutius poſuit *Mauritanias duas*. Hinc orta vulgaris editio. At in concilio ſancti Cypriani mentio eſt epiſcoporum Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ, non vero Mauritaniarum. Manutianam tamen lectionem adjuvat Plinius, qui lib. 1. cap. 2. & lib. 13. cap. 15. nominat duas Mauritanias, itemque Tacitus libro primo hiſtoriarum, ubi mentio eſt duarum Mauritaniarum, & Martianus Capella lib. 6. in deſcriptione Africæ. Recte. Nam Dio Caſſius lib. 6. tradit Claudium Imperatorem Mauritaniam ſubjectam Romanis in duas partes diviſiſſe, Tingitanam & Cæſarienſem. Herodianus lib. 7. nominat Numidiam & Mauritaniam Romanis ſubjectam. Vide Marcam cap. 87. libri de primatibus.

7 *In prov. iſta*] Codex ſancti Arnulphi pro his habet *iſtic*.

8 *Coepiſc. Caldonii*] Feſtivi ſunt qui illum ab Africa in Luſitaniam tranſiiſſe tradunt & illic epiſcopum Bracarenſem fuiſſe.

9 *Divina dignatio*] In codice ſancti Arnulphi & in Carnotenſi legitur *protectio*. Sic etiam Thuanus.

10 *Eligere . . . ſua*] Iſta exciderunt in prima editione Veneta, cum tamen editor profiteatur in calce editionis ſuæ epiſtolas ſancti Cypriani recognitas a ſe exactiſſime fuiſſe. Nemo eſt qui non aliquando labatur. Notantur ſæpe errores magnorum virorum etiam a minus doctis.

---

[1] E P I S T O L A XLVI.

Cornelii ad Cyprianum de confeſſoribus ad unitatem reverſis.

CORNELIUS Cypriano fratri ſalutem. A Quantam ſollicitudinem & anxietatem [2] ſuſtinuimus [3] de iis confeſſoribus qui dolo & malitia [4] hominis callidi & veteratoris fuerant circumventi & pæne decepti & ab eccleſia alienati, [5] tanta lætitia adſecti ſumus & Deo omnipotenti & Chriſto Domino noſtro gratias egimus cum ii, [6] cognito ſuo errore, & intellecta hominis maligni velut ſerpentis aſtutia venenata, ad eccleſiam unde exierant, ſicuti ipſi ex ſuo corde profitentur, ſimplici voluntate venerunt. Et primo quidem fratres noſtri B probatæ fidei, amantes pacem, unitatem optantes, tumorem illorum, [7] horum mollitiam nuntiabant, fide tamen non idonea, ut facile nobis credere daretur illos penitus eſſe mutatos. Poſtea vero quam Urbanus & Sidonius confeſſores ad compresbyteros noſtros venerunt, affirmantes [8] Maximum confeſſorem & presbyterum ſecum pariter cupere in eccleſiam redire, ſed quoniam multa præceſſerant ab eis deſignata, quæ tu quoque a coepiſcopis noſtris & ex litteris meis cognoviſti, ut non C temere eis fides haberetur, ex ipſorum ore & confeſſione iſta quæ per legationem mandaverant placuit audiri. Qui cum veniſſent, & a presbyteris quæ geſſerant [9] exigerentur, noviſſime quod per omnes eccleſias litteræ calumniis & maledictis plenæ eorum nomine frequenter miſſæ fuiſſent, & pæne omnes eccleſias perturbaſſent, circumventos ſe eſſe affirmaverunt, nec quid in iſtis litteris ineſſet ſe ſciſſe, tantummodo circumductos commiſiſſe ſe quoque ſchiſmatica & hæreticis auctores fuiſſe D ut paterentur ei manus quaſi in epiſcopatum imponi. Qui, cum hæc & cetera eis fuiſſent exprobrata, ut abolerentur & de memoria tollerentur deprecati ſunt. Omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi [10] presbyterium. Adfuerunt etiam epiſcopi quinque, qui & hodie præſentes fuerunt, ut firmato conſilio quid circa perſonam eorum obſervari deberet conſenſu omnium ſtatueretur. Et ut motum omnium & conſilium ſingulorum dignoſceres, etiam ſententias noſtras placuit in notitiam ve- E ſtram perferri; quas & ſubjectas leges. His ita geſtis, in presbyterium venerunt Maximus, Urbanus, [11] Sidonius, & Macharius, & plerique fratres qui ſe eis adjunxerant, ſummis precibus deſiderantes ut ea quæ ante fuerant geſta in oblivionem caderent, nullaque eorum mentio haberetur, proinde atque ſi nihil eſſet vel commiſſum vel dictum, invicem omnibus remiſſis, cor mundum & purum jam Deo exhiberent, ſequentes evangelicam vocem dicentem beatos eſſe puros corde, [12] quoniam ipſi Deum videbunt. *Matth. 5.* Quod erat conſequens, omnis hic actus populo fuerat inſinuandus, ut & ipſos viderent in eccleſia conſtitutos quos errantes & palabundos tamdiu viderant & dolebant. Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concurſus factus eſt. Una vox erat omnium gratias Deo agentium, gaudium pectoris lacrimis exprimentes, complectentes eos quaſi hodie pœna carceris fuiſſent liberati. Et ut ipſorum propria verba deſignem: Nos, inquiunt, Cornelium epiſcopum ſanctiſſimæ catholicæ eccleſiæ electum a Deo omnipotente & Chriſto Domino noſtro ſcimus. Nos errorem noſtrum confitemur. [13] Impoſturam paſſi ſumus. Circumventi ſumus [14] perfidiæ loquacitate captioſa. Nam etſi videbamur quaſi quamdam communicationem cum ſchiſmatico [15] & hæretico homine habuiſſe, ſincera tamen mens noſtra ſemper in eccleſia fuit. Nec enim ignoramus unum Deum eſſe & unum Chriſtum eſſe Dominum, quem confeſſi ſumus, unum ſpiritum ſanctum, [16] unum epiſcopum [17] in catholica eccleſia eſſe debere. Quis iſta eorum profeſſione non moveretur ut quod apud poteſtatem ſæculi erant confeſſi, in eccleſia conſtituti comprobarent? Quapropter Maximum presbyterum locum ſuum agnoſcere juſſimus. Ceteros cum ingenti populi ſuffragio recepimus. Omnia autem remiſimus Deo omnipotenti, in cujus poteſtate ſunt omnia reſervata. Hæc igitur, frater cariſſime, eadem hora, eodem momento ad te per ſcripta tranſmiſimus, & Nicephorum acolythum deſcendere ad navigandum [18] deſtinantem ad vos ſtatim dimiſi, ut nulla procraſtinatione habita velut præſens in iſto clero & in iſto populi [19] cœtu Deo omnipotenti & Chriſto Domino noſtro gratias ageres. Credimus autem fore, quinimmo pro certo jam confidimus ceteros quoque qui in hoc errore ſunt conſtituti in eccleſiam brevi reverſuros, cum auctores ſuos viderint nobiſcum agere. Has litteras puto te debere, frater cariſſime, & ad ceteras eccleſias mittere, ut omnes ſciant ſchiſmatici hujus & hæretici dolum & prævaricationem de die [20] in diem evacuari. Bene vale, frater cariſſime.

NOTÆ

NOTÆ AD EPISTOLAM XLVI.

1 HÆC epiſtola ante editionem Manutianam dicebatur eſſe Cypriani ad Cornelium. Manutius emendavit. Manutium ſecutus eſt Pamelius. Itaque falſum eſt quod ait Rigaltius Pamelium ita ſcripſiſſe ex conjectura. Nam & ipſe Pamelius admonet ſe lectionem iſtam inveniſſe in codice Camberonenſi & in editione Manutiana. Eadem exſtat in libro Corbejenſi, in quo poſt verba ex illo allata a Rigaltio ſequitur: *Cornelius Cypriano fratri ſalutem*. Eadem exſtat etiam in libro Gratianopolitano & in uno meo vetere, in quo, ut in Corbejenſi, ſcriptum eſt: *Incipiunt reſcripta Cornelii ad Cyprianum de ſchiſmaticis*. Octo illius vetera exemplaria habui. Angli unum tantum habuerunt ex bibliotheca Bodlejana. Ceterum nulla ſancti martyris epiſtola gravius afflicta fuit per audaciam veterum librariorum quam iſta.

2 *Suſtinuimus*] Codex Remenſis ſancti Dionyſii addit *vel pudorem*.

3 *De iis confeſſ.*] Maximo, Nicoſtrato, ceteris, quorum mentio eſt in epiſtolis 41. & 42. Hunc autem Nicoſtratum valde puto diverſum eſſe ab eo qui nominatur in epiſtola 48.

4 *Hominis callidi*] Novatiani. Vide epiſtolam 43.

5 *Tanta lætitia*] Ita idem codex Remenſis & Fuxenſis. In aliis ſea & in vetuſtioribus editionibus ſcriptum eſt *tantam lætitiam adepti ſumus*. Vide notas ad epiſtolam 42. pag. 412.

6 *Cognito ſuo errore*] Retinuimus hanc lectionem, quia bonum ſenſum habet. Introducta eſt in editione Manutiana. Habetur autem etiam in codice Fuxenſi. At ſex libri veteres & editio Morelliana, quæ ſubſecuta eſt Manutianam, præferunt, *cum eos cognito ſuo errore intelligamus hominis maligni velut ſerpentis aſtutia venenata derelicta ad eccleſiam unde exierant*. Sic etiam fere veteres editiones.

7 *Horum mollitiam*] Revocavimus veterem lectionem, quam Manutius eliminaverat, neſcio quam ob cauſam. Eſt enim optima; eamque præferunt, non ſolum veteres editiones, ſed etiam octo antiqua exemplaria quibus nos utimur & Veronenſe, ex quo excerptæ variæ lectiones adſcriptæ ſunt margini editionis Manutianæ in meo exemplari. Senſus autem horum verborum is mihi videtur eſſe. Cum ageretur apud Cornelium de venia lapſorum, ille autem dubitaret an vere & ex animo rediiſſent ad eccleſiam, ſtantium vero fidem propterea interpellaret, ii retulerunt quoſdam ex lapſis rumore inflatos eſſe, quia nimirum tormenta paſſi erant pro nomine Chriſti, adeoque hinc ſuperbiam captabant, alios contra molles admodum eſſe, triſtes, nimirum ob caſum ſuum. Sunt enim molles in calamitate mortalium animi, ut ſcribit Tacitus. Hinc colligebat Cornelius teſtimonia non eſſe idonea ad probandum illos eſſe penitus mutatos. Itaque recte Rigaltius exiſtimavit veram eſſe lectionem codicis Veronenſis, in quo ſcriptum erat *fide tamen non idonea*.

8 *Maximum*] de quo pluribus actum eſt ad epiſtolam 41. Pamelius ſcripſit illum paſſum eſſe martyrium ſub Maximino. At in martyrologiis ſcriptum eſt id eveniſſe ſub Valeriano. Vide Baronium ad diem 19. Novembris.

9 *Exigerentur*] Codex Gratianopolitanus, *interrogarentur*. Quæ lectio videtur eſſe melior. Sed alii codices & editiones repugnant.

10 *Presbyterium*] id eſt presbyteros eccleſiæ Romanæ, conſiliarios epiſcopi, abſque quorum conſilio nihil agere ſolebat epiſcopus. Aliud longe diverſum ſignificabat ea vox inclinante eccleſia Romana. Significabat enim tum donativum quod Papa recenter electus dabat Cardinalibus qui eum elegerant, uti dictum a nobis eſt in notis ad vitas Paparum Avenionenſium pag. 1408. quibus nunc addo Benedictum Papam XII. dediſſe Cardinalibus centum millia florenorum, uti ſcriptum eſt in tertia vita ejus pag. 220. & apud Odoricum Raynaldum an. 1334. §. 2. Guido Cardinalis de Maleſicco teſtatur in ſuo teſtamento Benedictum Papam XIII. poſt aſſumptionem ſuam ad papatum promiſiſſe unicuique Cardinalium quatuor mille florenos de camera, quos non ſolvit. Vide gloſſarium Latinum Cangii & notas R. P. Dionyſii Sammarthani ad epiſtolam 31. libri ſecundi ſancti Gregorii.

11 *Sidonius*] Pamelius addidit *& Macarius*, ex conjectura tantum, ut ipſemet fatetur, quia illum cum ceteris rediiſſe ad eccleſiam patet ex tribus ſequentibus epiſtolis. Nos expunximus, quia Macarii nomen in nullo eorum veterum exemplarium reperimus quibus uſi ſumus, neque in editionibus quæ Pamelianam anteceſſerunt.

12 *Quoniam ipſi*] Veteres editiones & quinque libri veteres habent, *quod jam ſperent Dominum*. Remenſis ſancti Dionyſii, *quoniam ipſi ſperent in Deum*.

13 *Imposturam paſſi ſumus*] Trebellius Pollio in Gallieno: *Idem cum quidam gemmas vitreas pro veris vendidiſſet ejus uxori, atque illa, re prodita, vindicari vellet, ſurripi quaſi ad leonem juſſit. Deinde e cavea caponem emittit: mirantibuſque cunctis rem ridiculam, per curionem dici juſſit: Imposturam fecit & paſſus eſt*. Ælius Lampridius tradit Vetronium Turinum impoſtorem, qui multa fallendo promiſerat, & pro vanis promiſſis ingentia præmia perceperat, Alexandri Severi juſſu accuſatum fuiſſe, & convictum, juſſo illius alligatum ad ſtipitem, & fumo appoſito, quem ex ſtipulis atque humidis lignis fieri juſſerat, necaviſſe, præcone dicente: *Fumo punitur qui vendidit fumum*. D. Nero clementior fuit erga Cæſellium Baſſum. Vide Tacitum lib. 16. annalium.

14 *Perfidia loquacitate*] Ita veteres editiones & quinque vetera exemplaria. Manutius poſuit, *perfidia & loquacitate captioſa*. Quatuor libri veteres pro *captioſa* habent *factioſa*, alii *facti ſenſu amentes videbamur*. Remenſis ſancti Dionyſii, *loquacitate capti. Nam amentes videbamur*.

15 *Et hæretica*] Iſta deſunt in antiquioribus editionibus & in quatuor antiquis codicibus. Habentur tamen in editione Manutiana & in duobus codicibus manuſcriptis. Retinenda autem eſſe liquet ex iis quæ ſequuntur. In uno libro meo vetere legitur *hæreſiarchis*, & in Gratianopolitano *hæreſiarcho*.

16 *Unum epiſcopum*] Hinc Baronius collegit Romani tum epiſcopi titulum fuiſſe ut nominaretur ſanctiſſimæ catholicæ eccleſiæ epiſcopus, adeoque unum epiſcopum, id eſt Romanum, in eccleſia eſſe debere. Verum hic non eſt verus ſenſus verborum Cypriani. Illud tantum vult, ut ſicut credimus unum Chriſtum, unum ſpiritum ſanctum, ita credere debemus unum epiſcopum tantum in unaquaque eccleſia, cum ſit epiſcopatus unus & indiviſus epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus, cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur, ut ille ait in epiſtola 52. pag. 73. & in libro de unitate eccleſiæ pag. 195. Vide notas noſtras ad librum Agobardi de privilegio & jure ſacerdotii cap. 2.

17 *In catholica eccleſia*] id eſt Romana. Vox *eccleſia* deeſt in tribus vetuſtis exemplaribus. Notum autem eſt veteres ſæpe ita ſimpliciter locutos eſſe cum de eccleſia catholica loquerentur ut omitterent nomen eccleſiæ, nimirum quia vox *catholica* importabat eccleſiam. Ea quippe ſecta quæ non eſt catholica non eſt eccleſia, cum ſit foris, id eſt extra eccleſiam, ut ſæpe loqui amat ſanctiſſimus auctor noſter. Vide Queſnellum ad epiſtolam 26. ſancti Leonis & notas noſtras ad diſſertationem Marcæ de epiſtola Papæ Vigilii.

18 *Deſtinantem*] Revocavimus lectionem veterum editionum, quæ ſola bona eſt, quam præterea confirmant aliquot vetera exemplaria. Primus Eraſmus eam tantiſper mutavit *feſtinantem* ponens pro *deſtinantem*. Sed tamen Eraſmus non videtur feciſſe abſque auctoritate. Nam ita ego inveni ſcriptum in libro Corbejenſi, non eo modo quo refertur in editione Rigaltii & in Anglicana, ſed eo modo quo legitur in illo veteri libro, in quo ipſiſſimis verbis legitur *deſcendere ad navigandum feſtinantem ad vos ſtatim dimiſi*. At Rigaltius ait in libro illo legi *ad navigandum deſtinatione ad vos ſtatim dimiſi*. Poſtea introducta eſt lectio quæ addit *de ſtatione*. Duo illa vocabula non ſunt ſancti Cypriani, ſed imperiti cujuſdam librarii. Quod ſic eveniſſe uti dicturus ſum puto non poſſe ambigi. Primo obſervandum eſt illa non exſtare in antiquis exemplaribus quæ habent vocem *feſtinantem*, neque in antiquioribus editionibus. Morellius illa primus induxit, haud dubie ex quodam veteri libro. Nam & ego tres vidi in quibus ea reperiuntur. Id vero vitium introductum eſt, ut antea monui, per imperitiam & oſcitantiam cujuſdam veteris librarii neſcientis litteras: qui cum incidiſſet in exemplar male ſcriptum, non poſſet autem divinare quomodo ſcribendum eſſet vocabulum quod ſequebatur poſt *navigandum*, eam vocem poſuit quæ ſibi venit in mentem, & ex *feſtinantem* ſeu

potius

Digitized by Google

potius *deſtinantem* fecit *deteſtationem*, uti ſcriptum eſt in uno codice Vaticano & in Veronenſi, eo videlicet modo quo in veteri codice Remenſi ſancti Dionyſii legitur in epiſtola 41. *infeſtationem* pro *in ſtatione*. Hujuſmodi errorum pleni ſunt libri veteres. In codice igitur illo Vaticano & in Veronenſi ſic ſcriptus erat hic locus: *Nicephorum acolythum deſcendere ad navigandum deſtinationem ad vos ſtatim dimiſi*. Deinde alios librarius nihilo peritior pro *deſtinationem* poſuit *deſtatione* unico vocabulo, quemadmodum legitur in alio codice Vaticano & in uno meo. Atque hæc eſt lectio quæ, quamvis falſa, hodie obtinet in vulgatis editionibus. Porro etiam prava lectio horum codicum oſtendit legendum eſſe *deſtinantem* pro *feſtinantem*.

19 *Cœtu*] Codex Corbejenſis, *conventu*. In uno codice Vaticano legitur *in iſto populi cœtu nobiſcum pariter Deo omnipotenti & Chriſto Domino noſtro gratias agere*.

20 *In diem*] Hæc deſunt in quatuor antiquis exemplaribus. In uno Vaticano & in Remenſi ſcriptum eſt *prævaricationem de Dei miſericordia evacuari*.

EPISTOLA XLVII.

Cypriani ad Cornelium, reſponſum congratulatorium de illorum reditu ex ſchiſmate.

CYPRIANUS Cornelio fratri ſalutem. A Et egiſſe nos & agere, frater cariſſime, maximas gratias ſine ceſſatione profitemur Deo patri omnipotenti & Chriſto ejus Domino & Deo noſtro [1] ſalvatori quod ſic eccleſia divinitus protegatur ut unitas ejus & ſanctitas non [2] jugiter nec in totum perfidiæ & hæreticæ pravitatis obſtinatione [3] vitietur. Legimus enim litteras veſtras, & voti communis ampliſſimum gaudium exſultanter excepimus Maximum presbyterum & Urbanum confeſſores cum Sidonio & Machario ad eccleſiam catholicam B regreſſos eſſe, id eſt, errore depoſito, & ſchiſmatico immo hæretico furore deſerto, unitatis ac veritatis domicilium [4] fideli ſanitate repetiiſſe; ut unde ad gloriam proceſſerant, illuc glorioſi redirent; ne qui Chriſtum confeſſi eſſent, Chriſti poſtmodum caſtra deſererent, [5] nec tentarent caritatis atque unitatis fidem qui victi robore & virtute non fuerant. Ecce incolumis & immaculata laudis integritas, ecce incorrupta & ſolida confitentium dignitas, a deſertoribus & profugis receſſiſſe, proditores C fidei & eccleſiæ catholicæ impugnatores reliquiſſe. Merito illos revertentes ſummo, ut ſcribitis, gaudio & clerus & plebs & fraternitas omnis excepit, quoniam in confeſſoribus gloriam ſuam conſervantibus & ad unitatem revertentibus nemo non ſocium ſe & participem eorum gloriæ computat. [6] Hujus rei lætitiam de noſtris poſſumus ſenſibus æſtimare. Nam cum iſtic ad litteras veſtras, quas de eorum confeſſione miſiſtis, lætatus ſit omnis fratrum numerus, & ſumma alacritate hunc nuntium communis gratulationis exceperit, quid illic ubi res ipſa & præſens lætitia ſub oculis omnium gerebatur? Cum enim Dominus in evangelio ſuo dicat eſſe ſummum gaudium in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quanto majus eſt gaudium & in terris pariter & in cælo ſuper confeſſuribus ad eccleſiam Dei cum gloria ſua & cum laude redeuntibus & redeundi viam ceteris [7] exempli ſui fide & probatione facientibus? Hic enim quoſdam fratres noſtros error induxerat quod ſibi communicationem confeſſorum ſequi viderentur. Quo errore ſublato, lux omnium pectoribus infuſa eſt, & eccleſia catholica una eſſe nec ſcindi nec dividi poſſe monſtrata eſt. Nec quiſquam jam facile poterit ſchiſmatici furentia verbis loquacibus decipi, quando probatum ſit bonos & glorioſos Chriſti milites non potuiſſe diu aliena fallacia & perfidia extra eccleſiam detineri. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XLVII.

1 *Salvatori*] Ita nos repoſuimus ſecuti auctoritatem quorumdam veterum exemplarium & editionis Anglicanæ, in qua adnotatum eſt quatuor quoque codices Anglicanos eam lectionem præferre. Alibi legitur *ſalutari*.

a *Jugiter*] Codex Lamonii *disjungatur*. Ita etiam editio Morellii.

3 *Vitietur*] Fatendum eſt omnes fere libros veteres habere *videtur* vel *vitetur*. Editio Morellii, codex Gratianopolitanus, & unus meus præferunt *violetur*. Ita etiam ſe legiſſe in quinque codicibus antiquis teſtantur Angli.

4 *Fideli ſanitate*] Antiquæ editiones & duo libri veteres habent *fide*. Sed omnes alii habent *fideli*. Quamvis ergo utraque lectio conſtituat eumdem ſenſum, ego tamen eam præfero quæ plurium veterum librorum auctoritate nititur.

5 *Nec tentarent*] Undecim libri noſtri & ſeptem Anglicani præferunt, *nec tentarentur caritatis atque unitatis fide*. Liber meus vetus, *nec tentaretur in eis caritatis atque unitatis fide*. Quæ lectio videtur eſſe melior.

6 *Hujus rei*] Quamvis Manutius & Morellius poſuerint *diei*, quamvis eadem lectio reperiatur in pleriſque vetuſtis exemplaribus, ego tamen præfero eam quam veteres editiones exhibent, quam deprehendi in tribus optimis codicibus antiquis, quia paulo poſt ſanctus martyr ait, *illic ubi res ipſa ſub oculis omnium gerebatur*. Ubi pro *gerebatur* quinque libri veteres habent *celebratur*.

7 *Exempli ſui fide*] Codex ſancti Arnulphi, *exemplo ſua fidei*. Carnotenſis, *exemplo ſui fide*.

[1]EPISTOLA XLVIII.

Cornelii ad Cyprianum de factione Novatiani cum ſuis.

CORNELIUS Cypriano fratri ſalutem. D Ne quid minus ad pœnam futuram [2] hujus ſcelerati hominis deeſſet, proſtratus virtutibus Dei, cum Maximus & Longinus & Machæus inde fuiſſent expulſi, denuo reſurrexit; & ſicut prioribus litteris tibi quas per [3] Augendum

dum confeſſorem miſi ſignificavi, puto Nicoſtratum & Novatum & Evariſtum & Primum & [4] Dionyſium illo jam perveniſſe. Invigiletur ergo ut omnibus coepiſcopis noſtris & fratribus innoteſcat Nicoſtratum multorum criminum reum & non ſolum patronæ ſuæ carnali, cujus rationes geſſit, fraudes & rapinas feciſſe, verum etiam, quod eſt illi ad perpetuam pœnam reſervatum, eccleſiæ depoſita non modi- A ca abſtuliſſe, [5] Evariſtum vero auctorem ſchiſmatis fuiſſe & [6] ſucceſſorem plebi cui ante præfuerat [7] Zetum in locum ejus epiſcopum eſſe conſtitutum. Majora vero & graviora hic deſignavit malitia & inexplebili pravitate ſua quam quæ illic apud ſuos ſemper exercuit, ut ſcias quales duces & protectores iſte ſchiſmaticus & hæreticus lateri ſuo ſemper junctos habeat. [8] Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XLVIII.

1 HÆC epiſtola in omnibus fere codicibus antiquis dicitur eſſe Cypriani ad Cornelium. Ego eſſe Cornelii ad Cyprianum nuſpiam reperi quam in Corbejenſi & in uno meo. In excerptis tamen ad me miſſis ex codice 199. bibliothecæ Vaticanæ lego eam ſcriptam eſſe a Cornelio ad Cyprianum hoc modo: *Epiſtola Cornelii ad Cyprianum de factione ſchiſmaticorum. Cornelius Cypriano ſalutem. Ne quid.* Itaque ambigi non poteſt quin vere ſit Cornelii. Putavit autem Pamelius illam non eſſe integram & eſſe tantum fragmentum, Rigaltius eſſe ſequelam vel additamentum potius alicujus ex præcedentibus.

2 *Hujus ſcelerati*] Novatiani.

3 *Augendum*] Hinc certo liquet illum eſſe diverſum ab Augendo diacono partis Novatiani cujus mentio exſtat in epiſtola 41.

4 *Dionyſium*] In uno libro meo vetere ſcriptum eſt *Zoticum*. Quo etiam modo legi in uno Bodlejano teſtatur editio Anglicana. Sic etiam editio Morellii.

5 *Evariſtum*] Pacianus in epiſtola ad Symphronianum contra tractatus Novatianorum: *Ego neſcio quid Novatianus egerit, quid Novatus admiſerit, quid Evariſtus tumuerit, quid Nicoſtratus mentiatur.* Et infra ait illos *qui Evariſtum, qui Nicoſtratum receperunt, ceteroſque ab eccleſia recedentes, lingua, manu, moribus inquinatos.* Hunc porro Evariſtum fuiſſe unum ex ordinatoribus Novatiani collegit ex epiſtola iſta Henricus Valeſius in annotationibus ad librum 6. cap. 43. hiſtoriæ eccleſiaſticæ Euſebii.

6 *Succeſſorem*] Ita omnes libri veteres & editiones. Angli, neſcio qua auctoritate, poſuerunt *ſuccenſorem*, nullo, ut arbitror, ſenſu, monentes interim legendum forte eſſe *ſuccurſorem*. Sed ego neſcio ubi invenerint vocem *ſuccurſorem*, alioqui valde inutilem in hoc loco. Ait enim Cyprianus Zetum in locum Evariſti epiſcopum eſſe conſtitutum & ſucceſſorem plebi datum cui is ante præfuerat.

7 *Zetum*] Hoc nomen deeſt in antiquis editionibus & in quibuſdam veteribus libris. Habetur tamen in uno meo & in editione Manutiana. In Fuxenſi ſcriptum eſt *Geſtum*. Corbejenſis, in quo primo ſcriptum fuit *Zetum*, habet ex emendatione *Zenum*. Quo etiam modo ſcriptum fuiſſe in Camberonenſi teſtatur Pamelius. Zeti cujuſdam, ſed antiquioris, mentio eſt apud Propertium lib. 3. eleg. 3. & apud Horatium lib. 1. epiſt. 18. item in quadam tragœdia Senecæ.

8 *Opto te frater*] Iſtud addidimus ex fide codicis Remenſis ſancti Dionyſii. In Fuxenſi ſcriptum eſt *bene valere ſemper frater cariſſime*. In uno meo ſimpliciter: *Bene vale frater cariſſime*.

[1] EPISTOLA XLIX.

Cypriani reſponſum ad Cornelium de Novati ſceleribus.

CYPRIANUS Cornelio fratri ſalutem. Et B cum diligentia & cum dilectione feciſti, frater cariſſime, feſtinato ad nos mittendo Nicephorum acolythum, qui nobis & de confeſſoribus regreſſis glorioſam lætitiam nuntiaret, & adverſus Novatiani & Novati novas & pernicioſas ad impugnandam Chriſti eccleſiam machinas pleniſſime inſtrueret. Nam cum pridie [2] iſtic veniſſet hæreticæ pravitatis nocens factio ipſa jam perdita & alios qui ſibi conſenſerint perditura, poſtero die Nicephorus cum veſtris litteris ſupervenit; quibus & didicimus & docere atque inſtruere ceteros cœpimus C Evariſtum de epiſcopo jam nec laicum remanſiſſe, cathedræ & plebis extorrem, & de eccleſia Chriſti exſulem, per alias longe provincias oberrare, & ipſum veritatis ac fidei naufragum factum, circa quoſdam ſui ſimiles paria naufragia concitare, Nicoſtratum vero diaconio ſanctæ adminiſtrationis amiſſo, eccleſiaſticis pecuniis ſacrilega fraude ſubtractis, & viduarum ac pupillorum [3] depoſitis denegatis, non tam in Africam venire voluiſſe quam conſcientia rapinarum & criminum nefandorum [4] illic ab Urbe fugiſſe. D Et nunc eccleſiæ deſertor ac profugus, quaſi mutaſſe ſit hominem mutare regionem, confeſſorem ſe ultra jactat & prædicat, cum Chriſti confeſſor nec dici nec eſſe jam poſſit qui eccleſiam Chriſti negavit. Nam cum Paulus apoſtolus dicat, *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, [5] & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in unam carnem. Sacramentum iſtud magnum eſt, ego autem dico in Chriſtum & in eccleſiam.* Epheſ. 3.
Cum hoc, inquam, beatus apoſtolus dicat, & [6] Chriſti pariter atque eccleſiæ unitatem individuis nexibus cohærentem ſancta ſua voce teſtetur, quomodo poteſt eſſe cum Chriſto qui cum ſponſa Chriſti atque in ejus eccleſia non eſt? Aut quomodo aſſumit ſibi regendæ aut gubernandæ eccleſiæ curam qui ſpoliavit & fraudavit eccleſiam Chriſti? Nam de Novato nihil inde ad nos fuerat nuntiandum, cum magis per nos vobis debeat Novatus oſtendi, rerum novarum ſemper cupidus, avaritiæ inexplebilis rapacitate furibundus, arrogantia & ſtupore ſuperbi tumoris inflatus, ſemper iſtic epiſcopis male cognitus, quaſi hæreticus ſemper & perfidus omnium ſacerdotum voce damnatus, curioſus ſemper ut prodat, ad hoc adulatur ut fallat, numquam fidelis ut diligat, fax & ignis ad conflanda ſeditionis incendia, turbo & tempeſtas ad fidei facienda naufragia, [7] hoſtis quietis, tranquillitatis adverſarius, pacis inimicus. Denique Novato illinc a vobis recedente, id eſt, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta eſt, & glorioſi ac boni confeſſores, qui de eccleſia illo incitante diſceſſerant, poſteaquam ab Urbe ille diſceſſit, ad ec-

cleſiam

Digitized by Google

cleſiam reverterunt. Idem eſt Novatus, qui apud nos primum diſcordiæ & ſchiſmatis incendium ſeminavit, qui quoſdam iſtic ex fratribus ab epiſcopo ſegregavit, qui in ipſa perſecutione ad evertendas fratrum mentes alia quædam [8] perſecutio noſtris fuit. Ipſe eſt qui Feliciſſimum ſatellitem ſuum diaconum, nec permittente me nec ſciente, ſua factione & ambitione conſtituit, & cum ſua tempeſtate [9] Romam quoque ad evertendam eccleſiam navigans ſimilia illic & paria molitus eſt, a clero portionem plebis avellens, fraternitatis bene ſibi cohærentis & ſe invicem diligentis concordiam ſcindens. Plane quoniam pro magnitudine ſua debeat [10] Carthaginem Roma præcedere, illic majora & graviora commiſit. Qui iſtic adverſus eccleſiam [11] diaconum fecerat, illic epiſcopum fecit. Nec hoc quiſquam miretur in talibus. Feruntur ſemper mali ſuo furore dementes, & poſteaquam ſcelera fecerint, [12] conſcientia ipſa ſceleratæ mentis agitantur. Nec remanere in eccleſia Dei poſſunt qui deificam & eccleſiaſticam diſciplinam nec actus ſui converſatione nec morum pace tenuerunt. Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pecuniæ quoque eccleſiæ denegatæ has de illo exigunt pœnas quas in ejus furore conſpicimus. Pater etiam ejus in vico fame mortuus, & ab eo in morte poſtmodum nec ſepultus. [13] Uterus uxoris calce percuſſus, & abortione properante in parricidium partus expreſſus. Et damnare nunc

A audet ſacrificantium manus, cum ſit ipſe nocentior pedibus, quibus filius qui naſcebatur occiſus eſt. Hanc conſcientiam criminum jam pridem timebat. Propter hoc ſe non de presbyterio excitari tantum, ſed & [14] communicatione prohiberi pro certo tenebat; & urgentibus fratribus imminebat cognitionis dies, quo apud nos cauſa ejus ageretur, niſi perſecutio ante veniſſet, quam iſte voto quodam evadendæ & lucrandæ damnationis excipiens hæc omnia commiſit & miſcuit; ut qui ejici de ecclesia & excludi habebat, judicium ſacerdotum

B voluntaria diſceſſione præcederet, quaſi evaſiſſe ſit pœnam præveniſſe ſententiam. Circa ceteros autem fratres elaboramus, quos ab eo circumventos dolemus, ut veteratoris pernicioſum latus fugiant, ut letales laqueos ſollicitantis evadant, ut de qua ille pelli divinitus meruit eccleſiam repetant; quos quidem, Domino adjuvante, per ejus miſericordiam regredi poſſe confidimus. Neque enim poteſt perire niſi quem conſtat eſſe periturum, cum Dominus in evangelio ſuo dicat: *Omnis plantatio quam non plan-* Matt. 15.

C *tavit pater meus cæleſtis eradicabitur*. Qui plantatus non eſt [15] in præceptis Dei patris & monitis, ſolus poterit de eccleſia ille diſcedere, ſolus, epiſcopis derelictis, cum ſchiſmaticis & hæreticis in furore remanere. Ceteros vero nobiſcum adunabit Dei patris miſericordia & Chriſti Domini noſtri indulgentia & noſtra patientia. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM XLIX.

1 IN vetuſto codice Remigiano ſic legitur in fronte iſtius epiſtolæ: *Cypriani ad Cornelium epiſtola quarta, ubi de vita Novati quædam interſerit, his exceptis duabus de octo quas ad eumdem ſcripſit. Ceteræ non habentur.*

2 *Iſtic*] pro *iſtuc*, ut infra *illic* pro *illuc*. Sic enim ſcriptum eſt in veteribus libris & in editione Spirenſi, tum etiam in Veneta veteri, & in Manutiana. Sic apud ſanctum Gregorium lib. 7. indict. 2. epiſt. 118. & lib. 9. epiſt. 10. ac fortaſſis alibi ſcriptum eſt in codice Floriacenſi *illic* pro *illuc*.

3 *Depoſitis denegatis*] Supra epiſt. 48. *eccleſiæ depoſita non modica abſtuliſſe*. Vide paulo infra in verbo *uterus uxoris*.

4 *Illic*] id eſt in Africa. Quare falſa eſt lectio quæ habet *illinc*, tamquam ſi vox illa referenda eſſet ad urbem Romam, unde Evariſtus & Nicoſtratus fugiſſent in Africam. Quod ſatis evincitur dum ſcribitur illos ab urbe fugiſſe, ut neceſſaria non ſit vox *illinc*. Itaque vox *illic* refertur, ut dixi, ad Africam. Quamquam fatendum eſt quædam vetera exemplaria præferre *illinc*. Sed major numerus habet aliam lectionem. Vide quæ ad vocem *iſtinc* diximus ad epiſtolam 41. pag. 430.

5 *Et adh. ux. ſuæ*] Hoc ſegmentum nos addidimus, non ſolum quia habetur in epiſtola Pauli ad Epheſios, ex qua ſumptus eſt hic locus, ſed in primis quia ita ſcriptum vidi in quatuor antiquis codicibus & in libro Flori. Deſunt tamen in tribus antiquis codicibus.

6 *Chriſti pariter*] Quidam codices præferunt *Chriſtum*.

7 *Hoſtis quietis*] Iſta non habentur in quatuor libris veteribus & in antiquis editionibus. Extant tamen in decem codicibus antiquis.

8 *Perſecutio noſtris*] In codice Divionenſi legitur *perſecutionis materia*, in Monaſterienſi *perſecutione ferias*.

9 *Romam*] Plerique codices habent *Roma*. Quam lectionem ego puto eſſe bonam. Nihil tamen mutare volui. Sufficit mihi hoc monuiſſe.

10 *Roma Carthag.*] Carthago æmula Romæ apud Plinium, Velleium Paterculum, & Florum, dives opum, ut ait Virgilius. Herodianus lib. 7. ait illam opibus, populi frequentia, vel magnitudine tantum Romæ concedere. Tranſmarinis vicina regionibus apud A. Gellium lib. 10. cap. 27. & apud Auguſtinum in capite tertio prioris epiſtolæ ad Eleuſium, Glorium, & Felices. Vide Salvianum lib. 7. cap. 16.

11 *Diaconum fecerat*] Hinc collegit Baronius Novatum fuiſſe epiſcopum in Africa. Quam opinionem amplexus eſt Petavius ad Epiphanium. Et tamen illa vera non eſt. Fuiſſe enim presbyterum tantum liquet ex chronico Euſebii, ex libro Hieronymi de viris illuſtribus, ex libro geſtorum pontificalium, & ex epiſtola tertia Paciani ad Symphronianum. Immo ex iſta quoque Cypriani epiſtola colligitur illum fuiſſe tantum presbyterum. Fuit autem presbyter eccleſiæ Africanæ. Quod autem ait Cyprianus illum ſua factione & ambitione diaconum feciſſe Feliciſſimum, illud non eſt ita intelligendum ut ordinatus diaconus cenſeatur a Novato, ſed quia factione perditiſſimi hominis conſtitutus fuit in gradu diaconii, uti jam diximus ad epiſtolam 41. pag. 430.

Hippolytum martyrem invenio adjunxiſſe ſe Novato, ſed poſtea ab eodem tranſiiſſe ad eccleſiam. Sic enim de eo ſcribit Prudentius:

Invenio Hippolytum, qui quondam ſchiſma Novati
Presbyter attigeras, noſtra ſequendo negans,
Uſque ad martyrii provectum inſigne tuliſſe
Lucida ſanguinei præmia ſupplicii.

De Hippolyto vide Baronium ad diem 30. Januarii & in annalibus eccleſiaſticis.

12 *Conſcientia ipſa*] Seneca epiſt. 97. *Proprium nocentium eſt trepidare*. Tacitus lib. 5. annalium ſcribit Neronem cunctos per artus trementem, ſeu numine exterrente, ſeu facinorum recordatione, numquam timore vacuum fuiſſe. Auctor epiſtolæ ad Demetriadem inter opera Hieronymi: *Hinc eſt illud quod frequenter carnifice occulto in auctorem ſceleris conſcientiæ tormenta deſæviunt & latentem reum ſecreta mentis pœna perſequitur*. Rufinus in pſalmum 25. *Qui culpam habet judicium timet*. Petronius: *Dii deæque, quam male eſt extra legem agentibus. Quidquid meruere ſemper exſpectant*. Hildebertus epiſt. 16. *Conſuetudinis enim eſt reos formidare ſupplicia quæ verentur*. Cicero in oratione pro Milone: *Magna vis eſt conſcientiæ in utramque partem, ut neque timeant qui nihil commiſerunt, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent qui peccarint*. Muretus in librum primum Platonis de republica: *Sed illud quoque nobis accurate notandum eſt quod hoc loco a Platone veriſſime*

riſſime dicitur, homines multorum ſibi injuſte factorum conſcios numquam quieſcere, ſed horrore pœnarum quas ſe promeritos ſciunt identidem concuti, ita ut etiam ſæpe ex ſomno excitentur. Vide ſcholia Jacobi Billii in orationem Gregorii Nazianzeni de plaga grandinis.

13 *Uterus uxoris*] Pacianus in epiſtola ſecunda ad Symphronianum: *Novatus inquam patre prodito, eccleſia derelicta, partu uxoris effuſo.* Idem in epiſtola tertia ſive in tractatu adverſus Novatianos: *Novatus ex Africa fraudatis in Carthaginenſi eccleſia viduis, ſpoliatis pupillis, pecunia eccleſiæ denegata, projecto extra domum patre, & eodem fame mortuo nec ſepulto; uxoris gravida utero calce percuſſo, partuque ejus effuſo.* Habebat Novatus exemplum egregii viri D. Neronis, cujus uxor Poppæa, ut ſcribit Tacitus in libro 16. annalium, mortem obiit, fortuita mariti iracundia, a quo gravi ictu calcis afflicta eſt.

14 *Commun. prohiberi*] id eſt ad communionem laicam redigi, vel pelli ab eccleſia. Quod potius crediderim.

15 *In præcepeis*] Omnes libri noſtri veteres & Anglicani & omnes editiones ante Pamelianam non habent *in*. Pamelius adjecit ex codice Camberonenſi.

EPISTOLA L.

Maximi & ceterorum confeſſorum ad Cyprianum de ſuo reditu ex ſchiſmate.

CYPRIANO fratri Maximus, Urbanus, A Sidonius, & Macharius ſalutem. Certi ſumus, frater cariſſime, te quoque nobiſcum pari voto congaudere [1] nos habito conſilio, utilitatibus eccleſiæ & paci magis conſulentes, omnibus rebus prætermiſſis & judicio Dei ſervatis, cum Cornelio epiſcopo noſtro pariter & cum univerſo clero pacem feciſſe. Cum gaudio etiam univerſæ eccleſiæ, prona etiam omnium caritate, hoc factum his litteris noſtris ſcire certiſſime debuiſti. Oramus te, frater cariſſime, multis annis bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM L.

1 *Quod nos habito*] Certum eſt conſtructionem hujus periodi non congruere. Eam tamen talem exhibent omnes libri veteres & omnes editiones ante Pamelianam. Pamelius expunxit vocem *quod* abſque auctoritate, ea opinor de cauſa quod conſtructio peccabat adverſus regulas grammaticæ. Sed iſta ratio non ſufficit. Exſtant enim quandoque in melioribus auctoribus, etiam in Cicerone, paria peccata. Exemplum inſigne refert ſanctus Auguſtinus lib. 2. de doctrina chriſtiana cap. 13. ubi ſic legitur: *Illud etiam quod jam auferre non poſſum de ore cantantium populorum*, ſuper ipſum autem floriet ſanctificatio mea, *nihil profecto ſententiæ detrahit: Auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, ut non floriet,* ſed florebit, *diceretur. Nec quidquam impedit correctionem niſi conſuetudo cantantium.* Sanc Hieronymus in quadam epiſtola ad Auguſtinum de ſe teſtatur incurriſſe ſe in gravem reprehenſionem quia in capite quarto Jonæ emendaverat locum, ut ſibi videbatur, vitioſum, & lectionem ſubſtituerat quam putabat eſſe meliorem. Poſſet tamen in hac Cypriani epiſtola reponi *fecimus* pro *feciſſe*, cum pleique codices Anglicani præferant eam lectionem.

EPISTOLA LI.

Cypriani ad confeſſores de reditu ex ſchiſmate congratulatoria.

CYPRIANUS Maximo presbytero, item B Urbano, & Sidonio, & Machario fratribus ſalutem. Lectis litteris veſtris, fratres cariſſimi, quas ad me de veſtra regreſſione & de eccleſiaſtica pace ac fraterna redintegratione feciſtis, in tantum me lætatum eſſe confiteor in quantum fueram & ante lætatus quando confeſſionis veſtræ gloriam comperi & militiæ veſtræ cæleſtem ac ſpiritalem laudem gratulabundus excepi. Nam & hæc fidei & laudis veſtræ alia confeſſio eſt unam eſſe eccleſiam confiteri, nec alieni erroris vel potius pravita- C tis participem fieri, repetere eadem caſtra unde prodiſtis, unde ad gerendum prœlium & adverſarium ſubigendum fortiſſimis viribus proſiliſtis. Illuc enim erant de acie tropæa referenda unde ad aciem fuerant arma ſuſcepta; ne quos ad gloriam [1] Chriſtus paraſſet, eoſdem glorioſos Chriſti eccleſia non haberet. Nunc vero & vos congruentem fidei veſtræ tenorem atque individuæ caritatis & concordiæ legem dominica pace tenuiſtis, & exemplum ceteris dilectionis & pacis veſtro itinere feciſtis, ut D eccleſiæ veritas & evangelici ſacramenti unitas, quæ a nobis tenebatur, veſtro etiam conſenſu ac vinculo necteretur, nec confeſſores Chriſti erroris duces fierent qui virtutis & honoris auctores laudabiles exſtitiſſent. Viderint quantum vobis ceteri gratulentur, vel quantum apud ſe ipſos ſinguli glorientur. Ego me & gratulari magis vobis & plus ceteris gloriari in hac veſtra pacifica regreſſione & caritate confiteor. Simpliciter enim quid in meo corde fuerit debetis audire. Dolebam vehementer & graviter angebar quod eis communicare non poſſem quos ſemel diligere cœpiſſem. Poſteaquam vos de carcere prodeuntes ſchiſmaticus & hæreticus error excepit, ſic res erat quaſi veſtra gloria in carcere remanſiſſet. Illic enim reſediſſe veſtri nominis dignitas videbatur quando milites Chriſti non ad eccleſiam de carcere redirent, in quem prius cum eccleſiæ laude & gratulatione veniſſent. Nam etſi videntur in eccleſia eſſe [2] zizania, non tamen impediri debet aut fides aut caritas noſtra ut quoniam zizania eſſe in eccleſia cernimus, ipſi de eccleſia recedamus. Nobis tantummodo laborandum eſt ut [3] frumentum eſſe poſſimus, ut cum cœperit frumentum dominicis horreis condi, fructum pro opere noſtro & labore capiamus. Apoſtolus in epiſtola ſua dicit: *In domo autem magna non ſolum vaſa ſunt aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia, & quædam quidem honorata, quædam vero inhonorata.* Nos operam demus,

Matt. 12.

2. Tim. 2.

demus, fratres cariſſimi, & quantum poſſu- A
mus laboremus ut [4] vaſa aurea vel argentea ſi-
Joan. 13. mus. Ceterum fictilia vaſa confringere Domi-
no ſoli conceſſum eſt, cui & virga ferrea da-
Matth. 3. ta eſt. Eſſe non poteſt major domino ſuo ſervus. Nec quiſquam ſibi quod ſoli filio pater tribuit vindicare poteſt [5] ut putet aut ad aream ventilandam & purgandam palam ferre poſſe aut a frumento univerſa zizania [6] humano judicio ſeparare. Superba eſt iſta obſtinatio & ſacrilega præſumptio quam ſibi [7] furor pravus B aſſumit. Et dum dominium ſibi ſemper quidam pluſquam mitis juſtitia depoſcit aſſumunt, de eccleſia pereunt; & dum ſe inſolenter extollunt, ipſo ſuo tumore cæcati veritatis lumen amittunt. Propter quod & nos temperamentum tenentes & libram Domini contemplantes, & Dei patris pietatem ac miſericordiam cogitantes, diu multumque tractatu inter nos habito juſta moderatione quæ ſunt agenda libravimus. Quæ omnia penitus poteſtis inſpicere lectis libellis quos hic nuper legeram & ad vos quoque legendos pro communi dilectione tranſmiſeram; ubi lapſis nec cenſura deeſt quæ increpet, nec medicina quæ ſanet. Sed & [8] catholicæ eccleſiæ unitatem quantum potuit expreſſit noſtra mediocritas. Quem libellum magis ac magis nunc vobis placere confido, quando eum jam [9] ſic legitis ut & probetis & ametis. Siquidem quod nos verbis conſcripſimus vos factis impletis, quando ad eccleſiam caritatis ac pacis unitate remeatis. Opto vos, fratres cariſſimi ac deſiderantiſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LI.

1 *Chriſtus paraſſet*] Ita plurimi libri noſtri optimi. Alii quidam & veteres editiones Pamelianа antiquiores habent *Chriſti eccleſia paraſſet*.

2 *Zizania*] Quidam codices hic & paulo poſt habent *zizaniam*. Gratianopolitanus: *Nam etſi videtur in eccleſia eſſe zizania*. Avenas pro zizaniis dixerunt Tertullianus & Symmachus. Ita etiam putaſſe videtur Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos. *Non ſolum in eccleſia*, inquit, *morantur aves, nec mundæ tantum aves volitant, ſed frumentum in agro ſeritur, & inter nitentia culta lappæque & tribuli & ſteriles dominantur avenæ*.

3 *Frumentum eſſe poſſimus*] Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium cap. 5. *Audi Cyprianum, tolera zizanias, eſto frumentum*. Vide etiam epiſtolam ad Macrobium, ubi verba Cypriani referuntur. Tertullianus in libro de fuga in perſecutione: *Hæc pala illa quæ & nunc dominicam aream purgat, eccleſiam ſcilicet, confuſum acervum fidelium eventilans, & diſcernens frumentum martyrum & paleas negatarum*. Ignatius epiſcopus Antiochenus apud Euſebium lib. 3. cap. 36. *Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar*. Vide Samuelem Petitum in commentario ad leges Atticas pag. 136.

4 *Vaſa aurea*] Ita nos poſuimus ſecuti auctoritatem veterum exemplarium. Ita etiam ſcriptum eſt in epiſtola 52. ad Antonianum pag. 78. Sic etiam ſanctus Leo in epiſtola ad epiſcopos Mauritaniæ Cæſarienſis.

5 *Ut ſe putet*] Unus codex meus vetus habet, *putet ad aream ventilandam & purgandam paleam jam ferre ſe ventilabrum*. Lectio vero illa libri mei exſtat apud ſanctum Auguſtinum in epiſtola ad Macrobium. Eam quoque Goulartius inveniſſe ſe ſcribit in libro epiſcopi Acconenſis. In libro ſancti Arnulphi ſcriptum eſt *vindicare ſe putet*. Ventilabrum pro pala poſuit etiam vetus interpres Matthæi. Et tamen ventilabrum inſtrumentum eſt agricolarum diverſum a pala. Columella lib. 2. cap. 10. *Nam cum acervus paleis granisque mixtus in unum fuerit congeſtus, paulatim ex eo ventilabris per longius ſpatium jactatur*. Plautus in Pœnulo: *Palas vendundas ſibi ait & margas datas ut hortum fodiat atque ut frumentum metat*. Margam grammatici ajunt eſſe furcam qua acervi frugum fiunt. Vide notas viri doctiſſimi Frontonis Ducæi in homilias ſancti Baſilii in Hexaemeron pag. 4.

6 *Hum. jud. ſeparare*] Hanc lectionem, quam puto eſſe meliorem, inveni in codice Flori & in pluribus aliis. Infra in epiſtola 52. pag. 74. *paleas conetur a tritico ſeparare*.

7 *Furor aſſumit*] In codice Veronenſi & in Fuxenſi legitur *pravus inſipienter aſſumit*.

8 *Cath. eccl. unitatem*] Reſpicit Cyprianus ad librum ſuum de unitate eccleſiæ, quem hinc conſtat ſcriptum eſſe eo tempore quo Novatianus ſchiſma fecit.

9 *Sic legitis*] Imitatum ex carmine de operibus Virgilii quod Auguſto tribuitur: *Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur*. Item in carmine ſacrorum bibliorum quæ Carolo calvo regi oblata ſunt a Viviano abbate ſancti Martini Turonenſis edito in tomo ſecundo Capitularium pag. 1572. *Cujus honore rogant placeat, laudetur, ametur*.

---

[1] EPISTOLA LII.

Ad Antonianum de Cornelio & Novatiano.

CYPRIANUS Antoniano fratri ſalutem. C [2] Accepi primas litteras tuas, frater cariſſime, concordiam collegii ſacerdotalis firmiter [3] obtinentes & catholicæ eccleſiæ cohærentes, quibus ſignificaſti cum Novatiano te non communicare, ſed ſequi conſilium noſtrum & cum Cornelio coepiſcopo noſtro unum tenere conſenſum. Scripſiſti etiam ut exemplum earumdem litterarum ad [4] Cornelium collegam noſtrum tranſmitterem, ut depoſita omni ſollicitudine jam ſciret te ſecum, hoc eſt, [5] cum catholica eccleſia, communicare. Sed enim ſupervenerunt poſtmodum aliæ litteræ tuæ per [6] Quintum compreſbyterum miſſæ, in quibus animadverti animum tuum Novatiani litteris motum nutare cœpiſſe. Nam cum & conſilium & conſenſum tuum firmiter ante fixiſſes, deſideraſti in his litteris ut reſcriberem tibi quam hæreſim Novatianus introduxiſſet, vel Cornelius qua ratione Trophimo & turificatis communicet. Quod quidem ſi pro ſollicitudine fidei anxie curas, & rei dubiæ veritatem ſollicitus exploras, reprehendenda non eſt in timore divino æſtuantis animi ſollicitudo ſuſpenſa. Quoniam tamen video, poſt primam ſententiam epiſtolæ tuæ, Novatiani litteris poſtmodum te eſſe commotum, illud, frater cariſſime, primo in loco pono, graves viros & ſemel ſuper [7] petram ſolida ſtabilitate fundatos, D non dico aura levi, ſed nec vento aut turbine commoveri, ne animus dubius & incertus variis opinionibus, velut quibuſdam ventorum incurſantium flatibus, frequenter agitetur & a propoſito ſuo cum quadam levitatis reprehenſione mutetur. Quod ne vel apud te vel apud quemquam Novatiani litteræ faciant, ut deſidera-

deraſti, frater cariſſime, rationem rei tibi bre-
viter exponam. Et quidem primum, quoniam
de meo quoque actu motus videris, mea apud
te & perſona & cauſa purganda eſt, ne me
aliquis exiſtimet a propoſito meo leviter receſ-
ſiſſe, & cum evangelicum vigorem primo & in-
ter initia defenderim, poſtmodum videar ani-
mum meum a diſciplina & cenſura priore fle-
xiſſe, ut his qui libellis conſcientiam ſuam ma-
culaverint vel nefanda ſacrificia commiſerint la-
xandam pacem putaverim. Quod utrumque non
ſine librata diu & ponderata ratione a me fa-
ctum eſt. Nam cum acies adhuc inter manus
eſſet, & prœlium glorioſi certaminis in perſe-
cutione ferveret, toto hortatu & pleno impe-
tu militum vires fuerant excitandæ, & maxi-
me lapſorum mentes claſſico quodam noſtræ vo-
cia fortiter animandæ, ut pœnitentiæ viam non
ſolum precibus & lamentationibus ſequerentur,
ſed, quoniam repetendi certaminis & reparan-
dæ ſalutis dabatur occaſio, ad confeſſionis po-
tius ardorem & martyrii gloriam noſtris incre-
piti vocibus provocarentur. Denique cum de
quibuſdam ad me presbyteri & diaconi ſcripſiſ-
ſent eos immoderatos eſſe & ad communicatio-
nem accipiendam feſtinanter urgere, reſeribena
eis in epiſtola mea, quæ exſtat, & hoc addi-
di: [8] *Qui ſi nimium properant, habent in ſua po-
teſtate quod poſtulant, tempore ipſo ſibi plus quam
quod poſtulant largiente. Acies adhuc geritur, &
agon quotidie celebratur. Si commiſſi vere & fir-
miter pœnitet, & fidei calor prævalet, qui differ-
ri non poteſt, poteſt coronari.* De eo tamen quod
ſtatuendum eſſet circa cauſam lapſorum diſtu-
li; ut cum quies & tranquillitas data eſſet, &
epiſcopis in unum convenire indulgentia divina
permitteret, tunc communicato & librato de
omnium collatione conſilio ſtatueremus quid
fieri oporteret, ſi quis vero ante conſilium no-
ſtrum & ante ſententiam de omnium conſilio
ſtatutam lapſis temere communicare voluiſſet,
ipſe a communicatione abſtineretur. Quod e-
tiam [9] Romam ad clerum tunc adhuc ſine epi-
ſcopo agentem & ad confeſſorem [10] Maximum
presbyterum & [11] ceteros in cuſtodia conſtitu-
tos, nunc in eccleſia cum Cornelio junctos,
pleniſſime ſcripſi. quod me ſcripſiſſe de eorum
reſcriptis poteris noſcere. Nam in epiſtola ſua
ita poſuerunt: [12] *Quamquam nobis in tam ingen-
ti negotio placeat quod & tu ipſe tractaſti, prius
eſſe eccleſiæ pacem ſuſtinendam, deinde ſic collatio-
ne conſiliorum cum epiſcopis, presbyteris, diaconi-
bus, confeſſoribus pariter ac ſtantibus laicis facta,
lapſorum tractare rationem.* [13] Additum eſt etiam
[14] Novatiano tunc ſeribente & quod ſeripſerat
ſua voce recitante, & presbytero Moyſe, tunc
adhuc confeſſore, nunc jam martyre, ſubſcri-
bente, ut lapſis infirmis & in exitu conſtitu-
tis pax daretur. Quæ litteræ per totum mun-
dum miſſæ ſunt, & in notitiam eccleſiis omni-
bus & univerſis fratribus perlatæ ſunt. Secun-
dum quod tamen ante fuerat deſtinatum, per-
ſecutione ſopita, cum data eſſet facultas in u-
num conveniendi, copioſus epiſcoporum nu-
merus, quos integros & incolumes fides ſua &
Domini tutela [15] protexit, in unum conveni-
mus, & ſcripturis divinis ex utraque parte pro-
latis, temperamentum ſalubri moderatione li-
bravimus, ut nec in totum ſpes communicatio-

A nis & pacis lapſis denegaretur, ne plua deſpe-
ratione deficerent, & eo quod ſibi eccleſia clau-
deretur, ſecuti ſæculum gentiliter viverent,
nec tamen rurſus cenſura evangelica ſolvere-
tur, ut ad communicationem temere proſilirent,
ſed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur do-
lenter [16] paterna clementia, & examinarentur
cauſæ & voluntates & neceſſitates ſingulorum, ſe-
cundum quod libello continetur, quem ad te per-
veniſſe confido, ubi ſingula [17] placitorum capi-
ta conſcripta ſunt. Ac ſi minus ſufficiens epi-
ſcoporum in Africa numerus [18] videbitur, etiam
B Romam ſuper hac re ſcripſimus ad Cornelium
collegam noſtrum; qui & ipſe cum plurimis
coepiſcopis [19] habito concilio, in eamdem no-
biſcum ſententiam pari gravitate & ſalubri mo-
deratione [20] conſenſit. De quo tibi neceſſe nunc
fuit ſeribere, ut ſcias me nihil leviter egiſſe,
ſed ſecundum quod litteris meis fueram ante
complexus, omnia ad commune concilii noſtri
conſilium diſtuliſſe, & nemini quidem ex la-
pſis prius communicaſſe, quando adhuc erat
unde non tantum indulgentiam, ſed & coro-
C nam lapſus acciperet, poſtea tamen, ſicut col-
legii concord.a & colligendæ fraternitatis ac
medendi vulneris utilitas exigebat, neceſſitati
temporum ſuccubuiſſe & ſaluti multorum pro-
videndum putaſſe, & nunc ab his non recede-
re quæ ſemel in concilio noſtro de communi
collatione placuerunt, quamvis multa multo-
rum vocibus ventilentur & mendacia adverſus
ſacerdotea Dei de diaboli ore prolata ad rum-
pendam catholicæ unitatis concordiam ubique
jactentur. Sed te oportet ut bonum fratrem at-
que unanimem conſacerdotem, non quid ma-
D ligni atque apoſtatæ dicant facile ſuſcipere, ſed
quid collegæ tui modeſti & graves viri faciant
de vitæ & diſciplinæ noſtræ [21] exploratione per-
pendere. Venio jam nunc, frater cariſſime,
ad perſonam Cornelii collegæ noſtri, ut Cor-
nelium nobiſcum verius noveris, non de mali-
gnorum & detrahentium mendacio, ſed de Do-
mini Dei judicio, qui eum epiſcopum fecit,
& coepiſcoporum teſtimonio, quorum numerua
univerſus per totum mundum concordi unani-
mitate conſenſit. Nam quod Cornelium cariſſi-
E mum noſtrum Deo & Chriſto & eccleſiæ ejua,
item conſacerdotibus cunctis laudabili prædica-
tione commendat, non iſte ad epiſcopatum ſu-
bito pervenit, ſed per omnia eccleſiaſtica offi-
cia promotus, & in divinis adminiſtrationibus
Dominum ſæpe promeritus, ad ſacerdotii ſu-
blime faſtigium cunctia religionis gradibus aſcen-
dit. Tum deinde epiſcopatum ipſum nec po-
ſtulavit nec voluit, nec ut ceteri, quos arrogan-
tiæ & ſuperbiæ ſuæ tumor inflat, invaſit; ſed
quietus alias & modeſtus, & quales eſſe con-
F ſueverunt qui ad hunc locum divinitus eligun-
tur, pro pudore virginalis [22] continentiæ ſuæ,
& pro humilitate ingenitæ ſibi & cuſtoditæ ve-
recundiæ, non ut quidam vim fecit ut epiſco-
pus fieret, ſed [23] ipſe vim paſſus eſt ut epiſco-
patum coactus exciperet. Et factus eſt epiſco-
pus a plurimis collegis noſtris qui tunc in ur-
be Roma aderant, qui ad nos litteras honori-
ficas & laudabiles & teſtimonio ſuæ prædicatio-
nia illuſtres de ejus ordinatione miſerunt. Fa-
ctus eſt autem Cornelius epiſcopus [24] de Dei
& Chriſti ejua judicio, de clericorum pæne o-

mnium teſtimonio, [25] de plebis quæ tunc affuit A ſuffragio, & de ſacerdotum antiquorum & bonorum virorum [26] collegio, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, [27] id eſt, cum locus Petri & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret; quo occupato de Dei voluntate atque omnium noſtrum conſenſione firmato, quiſquis jam epiſcopus fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt, nec habeat eccleſiaſticam ordinationem qui eccleſiæ non tenet unitatem. Quiſquis ille fuerit, multum de ſe licet jactans, & ſibi plurimum vindicans, prophanus eſt, [28] alienus eſt, B [29] foris eſt. Et cum poſt primum [30] ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt unum, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, non jam ſecundus ille ſed nullus eſt. Tum deinde poſt epiſcopatum non exambitum nec extortum, ſed de Dei, qui ſacerdotes facit, voluntate ſuſceptum, quanta in ipſo ſuſcepto epiſcopatu ſuo virtus, quantum robur animi, qualis firmitas fidei, (quod nos ſimplici corde & perſpicere penitus & laudare debemus) ſediſſe intrepidum Romæ in ſacerdotali cathedra eo tempore cum tyrannus infeſtus ſacerdotibus Dei fanda atque infanda comminaretur, C cum multo patientius & tolerabilius audiret levari adverſus ſe [31] æmulum principem quam conſtitui Romæ [32] Dei ſacerdotem. Nonne hic, frater cariſſime, ſummo virtutis & fidei teſtimonio prædicandus eſt, nonne inter glorioſos confeſſores & martyres deputandus, qui [33] tantum temporis ſedit exſpectans corporis ſui carnifices & tyranni ferocientis ultores, qui Cornelium adverſus edicta feralia reſiſtentem & minas & cruciatus & tormenta fidei vigore calcantem vel gladio invaderent, vel crucifigerent, vel igne D torrerent, vel quolibet inaudito genere pœnarum viſcera ejus & membra laniarent? Etiamſi majeſtas Domini protegentis & bonitas ſacerdotem quem fieri voluit, factum quoque protexit, tamen Cornelius, quantum ad ejus devotionem pertinet [34] & timorem, [35] paſſus eſt quidquid pati potuit, & [36] tyrannum armis & bello [37] poſtmodum victum prior ſacerdotio ſuo vicit. Quod autem [38] quædam de illo inhoneſta & maligna jactantur, nolo mireris, cum ſcias hoc eſſe opus ſemper diaboli ut ſervos Dei mendacio laceret & opinionibus falſis glorio- E ſum nomen infamet, ut qui conſcientiæ ſuæ luce clareſcunt, alienis rumoribus ſordidentur. Exploraſſe autem collegas noſtros ſcias & veriſſime comperiſſe nulla illum libelli, ut quidam jactitant, labe maculatum eſſe, ſed neque cum epiſcopis qui ſacrificaverunt [39] communicationem ſacrilegam miſcuiſſe, ſed eos demum quorum cauſa audita & innocentia comprobata ſit conjunxiſſe nobiſcum. Nam & de Trophimo, de quo tibi ſcribi deſideraſti, non ita res eſt ut ad te pertulit rumor & mendacium F malignorum. Nam, ſicut anteceſſores noſtri ſæpe fecerunt, colligendis fratribus noſtris [40] cariſſimus frater noſter neceſſitati ſuccubuit. Et quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abſceſſerat, redeunte nunc ad eccleſiam Trophimo & ſatisfaciente & pœnitentia deprecationis errorem priſtinum confitente, & fraternitatem quam nuper abſtraxerat cum plena humilitate & ſatisfactione revocante, auditæ ſunt ejus preces; & in eccleſiam Domini non tam Trophimus quam maximus fratrum numerus qui cum Trophimo fuerat admiſſus eſt: qui omnes regreſſuri ad eccleſiam non eſſent, niſi cum Trophimo comitante veniſſent. Tractatu ergo illic cum collegis plurimis habito ſuſceptus eſt Trophimus; pro quo ſatisfaciebat fratrum reditus & reſtituta multorum ſalus. Sic tamen admiſſus eſt Trophimus ut laicus communicet, non, ſecundum quod ad te malignorum litteræ pertulerunt, quaſi locum ſacerdotis uſurpet. Sed & quod paſſim communicare ſacrificatis Cornelius tibi nuntiatus, hoc etiam de apoſtatarum fictis rumoribus naſcitur. Neque enim poſſunt laudare nos qui recedunt a nobis, aut exſpectare debemus ut placeamus illis qui nobis diſplicentes & contra eccleſiam rebelles ſollicitandis de eccleſia fratribus violenter inſiſtunt. Quare & de Cornelio & de nobis quæcumque jactantur nec audias facile nec credas, frater cariſſime. Si qui enim infirmitatibus occupantur, illis, ſicut placuit, in periculo ſubvenitur. Poſtea tamen quam ſubventum eſt, & periclitantibus pax data eſt, [41] offocari a nobis non poſſunt aut opprimi aut vi & manu noſtra in exitum mortis urgeri, ut quoniam morientibus pax datur, neceſſe ſit mori eos qui acceperint pacem, cum magis in hoc indicium divinæ pietatis & [42] paternæ lenitatis appareat quod qui pignus vitæ in data pace percipiunt, hic qnoque ad vitam percepta pace teneantur. Et iccirco ſi accepta pace commeatus a Deo datur, nemo hoc debet in ſacerdotibus criminari, cum ſemel placuerit fratribus in periculo ſubveniri. Nec tu exiſtimes, frater cariſſime, ſicut quibuſdam videtur, libellaticos cum ſacrificatis æquari oportere, quando inter ipſos etiam qui ſacrificaverunt & conditio freqnenter & cauſa diverſa ſit. Neque enim [43] æquandi ſunt, ille qui ad ſacrificium nefandnm ſtatim voluntate proſilivit, & qui [44] luctatus & congreſſus diu ad hoc funeſtum opus [45] neceſſitate pervenit, ille qui & ſe & omnes ſuos prodidit, & qui ipſe pro cunctis ad diſcrimen accedens uxorem & liberos & domum totam periculi ſui [46] perſunctione protexit, ille qui inquilinos vel amicos ſuos ad facinus compulit, & qui inquilinis & colonis pepercit, [47] fratres etiam plurimos, qui extorres & profugi recedebant, in ſua tecta & hoſpitia recepit, oſtendens & offerens Domino [48] multas animas viventes & incolumes quæ pro una faucia deprecentur. Cum ergo inter ipſos qui ſacrificaverunt multa ſit diverſitas, quæ inclementia eſt & quam acerba duritia libellaticos cum iis qui ſacrificaverunt jungere, quando is cui libellus acceptus eſt dicat: Ego prius legeram & [49] epiſcopo tractante cognoveram non ſacrificandum idolis, nec ſimulacra ſervum Dei adorare debere; & iccirco, ne hoc facerem quod non licebat, cum occaſio libelli fuiſſet oblata, quem nec ipſum acciperem niſi oſtenſa fuiſſet occaſio, ad magiſtratum vel veni, vel alio eunte mandavi, Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non poſſe, dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam. Nunc tamen etiam iſte qui libello maculatus eſt, poſteaquam nobis admonentibus didicit nec hoc ſe facere debuiſſe, etſi manus pura ſit, & os ejus feralis cibi contagia nulla polluerint, conſcientiam tamen

men ejus eſſe pollutam, flet [10] auditis nobis & A
lamentatur & quod deliquerit nunc admonetur, & non tam crimioe quam errore deceptus, quod jam de cetero inſtructus & paratus ſit conteſtatur. Quorum ſi pœnitentiam raſpuamus habentium aliquam fiduciam tolerabilis conſcientiæ, ſtatim cum uxore, cum liberis, quos incolumes reſervaverant, in hæreſim vel ſchiſma diabolo invitante rapiuntur; & adſcribetur nobis in die judicii nec ovem ſauciam curaſſe
Luc. 15. & propter unam ſauciam multas integras per-
Matt. 18. didiſſe, & cum Dominus relictis nonaginta no- B
vem ſanis unam errantem & [11] laſſam quæſierit, & inventam humeris ſuis ipſe portaverit, nos non tantum non quæramus lapſos, ſed & venientes arceamus, & cum pſeudoprophetæ gregem Chriſti nunc vaſtare & lacerare non deſinant, occaſionem canibus & lupis demus ut quos perſecutio infeſta non perdidit, eos nos duritia noſtra & inhumanitate perdamus. Et ubi erit, frater cariſſime, quod apoſtolus di-
1. Cor. 9. cit: *Omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalventur. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti*. Et iterum: C
Factus ſum infirmus infirmis ut infirmos lucrarer.
1. Cor. 4. Et iterum: *Si patitur membrum unum, compatiuntur & cetera membra; & ſi lætatur unum membrum, collætantur & cetera membra*. Alis eſt philoſophorum & Stoicorum ratio, frater cariſſime, qui dicunt omnia [12] peccata paria eſſe & virum gravem non facile flecti oportere. Inter Chriſtianos autem & philoſophos plurimum di-
Coloſſ. 2. ſtat. Et cum apoſtolus dicat, *Videte ne quis vos deprædetur per philoſophiam & inanem fallaciam*, vitanda ſuot a nobis quæ non de Dei clementia D
veniunt, ſed de philoſophiæ durioris præſumptione deſcenduot. De Moyſe autem legimus
Nu. 12. in ſcripturis dictum: *Et fuit Moyſes homo* [13]
lenis nimis. Et Dominus in evangelio ſuo di-
Luc. 6. cit: *Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter* [14]
Matt. 9. *miſertus eſt veſtri*. Et iterum: *Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus*. Quam poteſt exercere medicinam qui dicit: Ego ſolos ſanos curo, quibus medicus neceſſarius non eſt. Opem noſtram, medelam noſtram vulneratis exhibere debemus. Nec putemus mortuos eſſe, ſed magis ſemianimes jacere eos quos perſecu- E
tiooe funeſta ſauciatos videmus: qui ſi in totum mortui eſſent, numquam de eiſdem poſtmodum & confeſſores & martyres fierent. Sed quoniam eſt in illis quod pœnitentia ſequente revaleſcat ad fidem, & ad virturem de pœnitentia robur armatur, quod armari non poterit, ſi quis deſperatione deficiat, ſi ab eccleſia dure & crudeliter ſegregatus ad gentiles ſe vias & ſæcularia opera coovertat, vel ad hæreticos & ſchiſmaticos rejectus ab eccleſia tranſeat; ubi etſi occiſus propter nomen poſtmodum fuerit F
extra eccleſiam conſtitutus & ab unitate atque a caritate diviſus, coronari in morte non poterit. Et ideo placuit, frater cariſſime, examinatis cauſis ſingulorum, libellaticos interim admitti, ſacrificatis in exitu ſubveniri: quia exomologeſis apud iaferos non aſt, nec ad pœnitentiam quis a nobis compelli poteſt, ſi fructus pœnitentiæ ſubtrahatur. Si prœlium prius venerit, corroboratus a nobis invenietur armatus ad prœlium. Si vero ante prœlium infirmitas urſerit, [15] cum ſolatio pacis & communicatio-

A nis abſcedit. Neque enim præjudicamus Domino judicaturo quo minus ſi pœnitentiam plenam & juſtam peccatoris invenerit, tunc ratum faciat quod a nobis fuerit hic ſtatutum. Si varo nos aliquis pœnitentiæ ſimulatione de-
luſerit, Deus, qui non deridetur, & qui cor Gal. 6.
hominis iotuetur, de his quæ nos minus per- 1. Reg. 16.
ſpeximus judicet & ſervorum ſuorum ſententiam Dominus emandet; dum tamen nos meminiſſe, frater cariſſime, debeamus ſcriptum
eſſe, *Frater fratrem adjuvans exaltabitur*, & a- Prov. 18.
B poſtolum quoque dixiſſe, *In contemplatione ha-* Gal. 6.
bentes unuſquiſque, ne & vos tentemini, alterutrum onera [16] *ſuſtinete, & ſic adimplebitis legem Chriſti*, item quod ſuperbos redarguens & ar-
rogantiam frangens in epiſtola ſua ponat, & 1. Cor. 10.
qui ſe putat ſtare, videat ne cadat, & alio in
loco dicat: *Tu quis es qui judicas alienum ſer-* Rom. 14.
vum? Domino ſuo ſtat aut cadit. Stabit autem. Potens eſt enim Deus ſtatuere eum. Joannes quoque Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum advocatum & deprecatorem pro peccatis noſtris
probat dicens: *Filioli mei, iſta ſcribo vobis ne* 1. Joa. 2.
C *delinquatis; & ſi quis deliquerit, advocatum habemus apud patrem Jeſum Chriſtum* [17] *ſuffragatorem, & ipſe eſt deprecatio pro delictis noſtris*. Et Paulus quoque apoſtolus in epiſtola ſua poſuit:
Si cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro Rom. 5.
nobis mortuus eſt, multo magis nunc juſtificati in ſanguine illius liberabimur per illum ab ira. Cujus pietatem & clementiam cogitantes, non acerbi adeo nec duri nec in fovendis fratribus inhumani eſſe debemus, ſed dolere cum dolentibus & flere cum flentibus, & eos quantum
D poſſumus auxilio & ſolatio noſtræ dilectionis erigere, nec adeo immites [18] & pertinaces ad eorum pœnitentiam retundendam, nec iterum ſoluti & faciles ad communicationam temere laxandam. Jacet ecce ſauclus frater ab adverſario in acie vulneratus. Inde diabolus conatur occidere quem vulneravit, hinc Chriſtus hortatur ne in totum pereat quem redemit. Cui de duobus aſſiſtimus, in cujus partibus ſtamus? Utrumne diabolo favemus ut perimat, & ſe-
mianimem fratrem jacentem, ſicut in evange- Luc. 10.
lio ſacerdos & levites, prætèrimus? An vero
E ut ſacerdotes Dei & Chriſti, quod Chriſtus & docuit & fecit imitantes, vulneratum de adverſarii faucibus rapimus, ut curatum Deo judici reſervemus? Nec putes, frater cariſſime, hinc aut virtutem fratrum minui aut martyria deficere quod lapſis laxata ſit pœnitentia, & quod pœnitentibus ſpes pacis oblata. Manet vere fidentium robur immobile, & apud timentes ac diligentes corde toto Deum ſtabilis & fortis perſeverat integritas. [19] Nam & mœchis a nobis pœnitentiæ tempus conceditur & pax datur. Non tamen iccirco virginitas in eccleſia defi-
F cit, aut continentiæ propoſitum glorioſum per aliena peccata langueſcit. Floret eccleſia tot virginibus coronata, & caſtitas ac pudicitia tenorem gloriæ ſuæ ſervat, nec quia adultero pœnitentia & venia laxatur, continentiæ vigor
frangitur. Aliud eſt ad veniam ſtare, aliud ad Matt. 5.
gloriam pervenire, aliud miſſum in carcerem
non exire inde donec ſolvat noviſſimum qua- 1. Cor. 3.
drantem, aliud ſtatim fidei & virtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari & purgari diu igne, aliud
pecca-

peccata omnia paſſione purgaſſe, aliud denique [60] pendere in diem judicii ad ſententiam Domini, aliud ſtatim a Domino coronari. [61] Et quidem apud [62] anteceſſores noſtros quidam de epiſcopis iſtic in provincia noſtra dandam pacem mœchis non putaverunt & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt. Non tamen a coepiſcoporum ſuorum collegio receſſerunt, aut catholicæ eccleſiæ unitatem vel duritiæ vel cenſuræ ſuæ obſtinatione ruperunt; ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat de eccleſia ſepararetur. Manente concordiæ vinculo & perſeverante catholicæ eccleſiæ individuo ſacramento, [63] actum ſuum diſponit & dirigit unuſquiſque epiſcopus [64] rationem propoſiti ſui Domino redditurus. Miror autem quoſdam ſic obſtinatos eſſe ut dandam non putent [65] lapſis pœnitentiam, aut pœnitentibus exiſtiment veniam denegandam,
Apoc. 2. cum ſcriptum ſit: *Memento unde cecideris, & age pœnitentiam, & fac priora opera.* Quod utique ei dicitur quem conſtat cecidiſſe & quem Dominus hortatur per opera rurſus exſurgere,
Tob. 4. quia ſcriptum eſt: *Eleemoſyna a morte liberat*; & non utique ab illa morte quam ſemel Chriſti ſanguis exſtinxit, & a qua nos ſalutaris baptiſmi & redemptoris noſtri gratia liberavit, ſed & ab ea quæ per delicta poſtmodum ſerpit. Alio item loco pœnitentiæ tempus datur, & pœnitentiam non agenti Dominus comminatur:
Apoc. 2. *Habeo*, inquit, *adverſus te multa, quod uxorem tuam Jezabel, quæ ſe dicit propheten, ſinis docere & ſeducere ſervos meos, fornicari & manducare de ſacrificiis, & dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret, & pœnitere non vult a fornicatione ſua. Ecce mitto eam in lectum, & qui cum ea fornicati ſunt in maximam tribulationem, niſi pœnitentiam* [66] *geſſerint ab operibus ſuis.* Quos utique ad pœnitentiam Dominus non hortaretur, niſi quia pœnitentibus indulgentiam pollicetur.
Luc. 15. Et in evangelio: *Dico*, inquit, *vobis, ſic erit* [67] *gaudium in cælo* [68] *ſuper uno peccatore pœnitentiam agente quam ſuper nonaginta novem juſtis, quibus non eſt opus pœnitentia.* Nam
Sap. 2. cum ſcriptum ſit, *Deus mortem non fecit, nec* [69] *delectatur in perditione vivorum*, utique qui neminem vult perire cupit peccatores pœnitentiam agere & per pœnitentiam denuo ad vitam redire. Ideo & per Johel prophetam clamat &
Johel 2. dicit: *Et nunc hæc dicit Dominus Deus veſter: Revertimini ad me ex toto corde veſtro, ſimulque & jejunio & fletu & planctu, & diſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & revertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia miſericors & pius eſt & patiens & multæ miſerationis, & qui ſententiam flectat adverſus* [70] *malitiam irrogatam.* In pſalmis etiam legimus cenſuram pariter & clementiam Dei comminantis ſimul atque parcentis, punientis ut corrigat, & cum correxerit
Pſal. 88. [71] reſervantis. *Viſitabo*, inquit, *in* [72] *virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis.* Dominus quoque in evangelio ſuo pietatem
Matt. 7. Dei patris oſtendens ait: *Quis eſt ex vobis homo quem ſi petierit filius ejus panem, lapidem porrigat illi, aut ſi piſcem poſtulaverit, ſerpentem illi porrigat? Si ergo vos, cum ſitis nequam, ſcitis bona data dare filiis veſtris, quanto magis pater veſter cæleſtis dabit bona poſcentibus eum?*

A Comparat hic Dominus carnalem patrem & Dei patris æternam largamque pietatem, quod ſi iſte in terris nequam pater offenſus graviter a filio peccatore & malo, ſi tamen eumdem poſtmodum viderit reformatum & depoſitis prioris vitæ delictis ad ſobrios & bonos mores & ad innocentiæ diſciplinam pœnitentiæ dolore correctum, & gaudet & gratulatur, & ſuſceptum, quem ante projecerat, cum voto paternæ exſultationis amplectitur, quanto magis unus ille & verus pater bonus, miſericors, &
B pius, immo ipſe [73] bonitas & miſericordia & pietas, lætatur in pœnitentia filiorum ſuorum, nec jam pœnitentibus aut plangentibus & lamentantibus pœnam comminatur, ſed veniam magis & indulgentiam pollicetur. Unde Dominus in evangelio beatos dicit plangentes, *Matt. 5.*
quia qui plangit miſericordiam provocat; qui pervicax & ſuperbus eſt, iram ſibi & pœnam judicii venientis exaggerat. Et iccirco, frater cariſſime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum toto corde & manifeſta lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes,
C prohibendos omnino cenſuimus a ſpe communicationis & pacis, ſi in infirmitate atque in periculo cœperint deprecari; quia rogare illos non delicti pœnitentia ſed mortis urgentis admonitio compellit, nec dignus eſt in morte accipere ſolatium qui ſe non cogitavit eſſe moriturum. Quod vero ad Novatiani perſonam pertinet, frater cariſſime, de quo deſideraſti tibi ſcribi quam hæreſim introduxiſſet, ſcias nos primo in loco nec curioſos eſſe debere quid ille doceat, cum foris doceat. Quiſquis ille eſt & qualiſcumque eſt, chriſtianus non eſt qui
D in Chriſti eccleſia non eſt. Jactet ſe licet & philoſophiam vel eloquentiam ſuam ſuperbis vocibus prædicet, qui nec fraternam caritatem nec eccleſiaſticam unitatem tenuit, etiam quod prius fuerat amiſit. Niſi ſi epiſcopus tibi videtur qui epiſcopo in eccleſia [74] a ſedecim coepiſcopis facto, adulter atque extraneus epiſcopus fieri a deſertoribus per ambitum nititur, & cum ſit a Chriſto una eccleſia per totum mundum in multa membra diviſa, item [75] epiſcopatus unus epiſcoporum multorum concordi
E numeroſitate diffuſus, ille poſt Dei traditionem, poſt connexam & ubique conjunctam catholicæ eccleſiæ unitatem humanam conetur eccleſiam facere, & per plurimas civitates novos apoſtolos ſuos mittat, ut quædam recentia inſtitutionis ſuæ fundamenta conſtituat, cumque jam pridem per omnes provincias & per urbes ſingulas ordinati ſint epiſcopi in ætate antiqui, in fide integri, in preſſura probati, in perſecutione proſcripti, ille ſuper eos creare alios pſeudo-epiſcopos audeat. Quaſi poſſit aut totum orbem novi conatus obſtinatione peragrare aut ec-
F cleſiaſtici corporis compaginem diſcordiæ ſuæ ſeminatione reſcindere, neſciens [76] ſchiſmaticos ſemper inter initia fervere, incrementa vero habere non poſſe nec augere quod illicite cœperint, ſed ſtatim cum prava ſua æmulatione deficere, epiſcopatum autem tenere non poſſet, etiam ſi epiſcopus prius factus a coepiſcoporum ſuorum corpore & ab eccleſiæ unitate deſciſceret, quando apoſtolus admoneat ut invicem noſmetipſos ſuſtineamus, ne ab unitate quam Deus conſtituit recedamus, & dicat:

Suſti-

Ephes. 4. *Suſtinentes invicem in dilectione, ſatis agentes ſer-* A
vare unitatem ſpiritus in conjunctione pacis. Qui
ergo nec unitatem ſpiritus nec conjunctionem
pacis obſervat, & ſe ab eccleſiæ vinculo atque
a ſacerdotum collegio ſeparat, epiſcopi nec po-
teſtatem poteſt habere nec honorem qui epi-
ſcopatus nec unitatem voluit tenere nec pacem.
Tum deinde [77] quantus arrogantiæ tumor eſt,
quanta humilitatis & lenitatis oblivio, arrogan-
tiæ ſuæ quanta jactatio, ut quis aut audeat
Matt. 13. aut facere ſe poſſe credat quod nec apoſtolis
conceſſit Dominus, ut zizania a frumento pu- B
tet ſe poſſe diſcernere, aut quaſi ipſi palam
ferre & aream purgare conceſſum ſit, paleas
conetur a tritico ſeparare, cumque apoſtolus
2. Tim. 2 dicat, *In domo autem magna non ſolum vaſa au-*
rea ſunt & argentea, ſed & lignea & fictilia,
aurea & argentea vaſa videatur eligere, lignea
vero & fictilia contemnere, abjicere, damna-
re, quando non niſi die Domini vaſa lignea
divini ardoris incendio concrementur, & ficti-
lia ab eo cui data eſt ferrea virga frangantur.
Pſal. 2. Aut ſi ſe cordis & renis ſcrutatorem conſti-
tuit & judicem, per omnia æqualiter judicet; C
Joan. 5. & cum ſciat ſcriptum eſſe, *Ecce ſanus factus*
es, jam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat, [78]
fraudatores & mœchos a latere atque a comi-
tatu ſuo ſeparet, quando multo & gravior &
pejor ſit mœchi quam libellatici cauſa, cum
hic neceſſitate, ille voluntate peccaverit, hic
exiſtimans ſibi ſatis eſſe quod non ſacrificave-
rit, errore deceptus ſit, ille matrimonii expu-
gnator alieni, vel lupanar ingreſſus ad cloa-
cam & cœnoſam voraginem vulgi, ſanctifica-
tum corpus & Dei templum deteſtabili collu- D
1. Cor. 6. vione violaverit, ſicut apoſtolus dicit: *Omne*
peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus
eſt; [79] *qui autem mœchatur, in corpus ſuum pec-*
cat. Quibus tamen & ipſis pœnitentia conce-
ditur & lamentandi ac ſatisfaciendi ſpes relin-
quitur ſecundum ipſum apoſtolum dicentem:
2. Cor. 12. *Timeo ne forte veniens ad vos lugeam multos ex*
iis qui ante peccaverunt & non egerunt pœnitentiam
de immunditiis quas fecerunt & fornicationibus &
[80] *libidinibus*. [81] Nec ſibi in hoc novi hæretici
blandiantur quod ſe dicant [82] idololatris non com-
municare, quando ſint apud illos & adulteri E
& fraudatores, qui teneantur idololatriæ cri-
Ephes. 5. mine, ſecundum apoſtolum dicentem: *Hoc*
enim ſcitote intelligentes quia omnis fornicator aut
immundus aut fraudator, quod eſt idololatria, non
habet hereditatem in regno Chriſti & Dei. Et i-
Coloſſ. 3. terum: *Mortificate itaque membra veſtra quæ in*
terra ſunt, exponentes fornicationem, immunditiam,
& concupiſcentiam malam, & cupiditatem, quæ ſunt
idolorum ſervitus, propter quæ venit ira Dei. Nam
cum corpora noſtra membra ſint Chriſti, &
ſinguli ſimus templum Dei, quiſquis adulterio
templum Dei violat, Deum violat; & qui in F
peccatis committendis voluntatem diaboli facit,
dæmoniis & idolis ſervit. Neque enim mala
facta de ſancto ſpiritu veniunt, ſed de adver-
ſarii inſtinctu & de immundo ſpiritu natæ con-
cupiſcentiæ contra Deum facere & diabolo ſer-
vire compellunt. Ita fit ut ſi peccato alterius
[83] inquinari alterum dicunt & idololatriam de-
linquentis ad non delinquentem tranſire ſua aſ-
ſeveratione contendunt, excuſari ſecundum
ſuam vocem non poſſint ab idololatriæ crimi-

A ne, cum conſtet de apoſtolica probatione mœ-
chos & fraudatores, quibus illi communicant,
idololatras eſſe. Nobis autem ſecundum fidem
noſtram & divinæ prædicationis datam formam
competit ratio veritatis, unumquemque in pec-
cato ſuo [84] ipſum teneri nec poſſe alterum pro
altero reum fieri, cum Dominus præmoneat
& dicat: *Juſtitia juſti ſuper eum erit, & ſcelus* Ezech. 18
ſcelerati ſuper eum erit. Et iterum: *Non morien-* 4. Reg. 14.
tur patres pro filiis, & filii non morientur pro patri-
bus. Unuſquiſque in peccato ſuo morietur. Quod le-
B gentes ſcilicet & tenentes neminem putamus a
fructu ſatisfactionis & ſpe pacis arcendum, cum
ſciamus juxta ſcripturarum divinarum fidem,
auctore & hortatore ipſo Deo, & ad agendam
pœnitentiam peccatores redigi, & veniam at-
que indulgentiam pœnitentibus non denegari.
Atque o fruſtrandæ fraternitatis irriſio, o mi-
ſerorum [85] lamentantium & amentium caduca
deceptio, o hæreticæ inſtitutionis inefficax &
vana traditio! hortari ad ſatisfactionis pœni-
tentiam & ſubtrahere de ſatisfactione medici-
nam, dicere fratribus noſtris, plange & la-
C crimas funde, & diebus ac noctibus ingemi-
ſce, & pro abluendo & purgando delicto tuo
largiter & [86] frequenter operare, ſed extra
eccleſiam poſt omnia iſta morieris, quæcum-
que ad pacem pertinent facies, ſed nullam
pacem, quam quæris, accipies. Quis non ſta-
tim pereat, quis non ipſa deſperatione defi-
ciat, quis non animum ſuum a propoſito la-
mentationis avertat? Operari tu putas ruſti-
cum poſſe, ſi dixeris: Agrum peritia omni
ruſticitatis exerce, culturis diligenter inſiſte,
D ſed nullam meſſem metes, nullam vindemiam
premes, nullos oliveti tui fructus capies, nul-
la de arboribus poma decerpes. Vel ſi ei cui
[87] dominium & uſum navium ſuadens dicas:
Materiam de excellentibus ſilvis mercare, fra-
ter, carinam prævalidis & electis roboribus in-
texe, clavo, funibus, velis, ut fabricetur at-
que armetur navis, operare, ſed cum hæc fe-
ceris, fructum de actibus ejus & curſibus non
videbis. Præcludere eſt atque abſcindere iter
doloris ac pœnitendi viam, ut cum in ſcri-
pturis omnibus Dominus Deus revertentibus Luc. 17.
E ad ſe & pœnitentibus blandiatur, noſtra duri-
tia & crudelitate, dum fructus pœnitentiæ
intercipitur, pœnitentia ipſa tollatur. Quod
ſi invenimus a pœnitentia agenda neminem
debere prohiberi, & deprecantibus atque ex-
orantibus Domini miſericordiam, ſecundum
quod ille miſericors & pius eſt, per ſacerdo-
tes ejus pacem poſſe concedi, admittendus
eſt plangentium gemitus, & pœnitentiæ fru-
ctus dolentibus non negandus. Et quia apud
inferos confeſſio non eſt, nec exomologeſis
F illic fieri poteſt, qui ex toto corde pœnitue-
rint & rogaverint, in eccleſiam debent [88] in-
terim ſuſcipi & in ipſa Domino reſervari,
qui ad eccleſiam ſuam venturus de illis uti-
que quos in ea intus invenerit judicabit. A-
poſtatæ vero & deſertores, vel adverſarii &
hoſtes & Chriſti eccleſiam diſſipantes, [89] nec
ſi occiſi pro nomine foris fuerint, admitti ſe-
cundum apoſtolum poſſunt ad eccleſiæ pacem,
quando nec ſpiritus nec eccleſiæ tenuerunt
unitatem. Hæc interim, frater cariſſime,
pauca de multis quantum potui breviter de-
cucurri,

cucurri, quibus & deſiderio tuo ſatisfacerem, & te magis ac magis collegii & corporis noſtri ſocietati conjungerem. Si autem tibi veniendi ad nos opportunitas & facultas A fuerit, plura in commune conferre & uberius ac plenius quæ in ſalutarem concordiam faciant tractare poterimus. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LII.

1 HÆC epiſtola deeſt in undecim eorum veterum codicum cum quibus ego contuli opera ſancti Cypriani. Ea rurſum non exſtat integra in Thuano neque in Metenſi ſancti Arnulphi, in quibus in primis ea deſiderantur quæ ſpectant ad electionem Papæ Cornelii.

Antonianum fuiſſe epiſcopum in Numidis ſcripſit Baronius & poſt eum auctor annalium Cyprianicorum.

2 *Accepi primas*] Ita plerique codices tam noſtri quam Anglicani & Vaticani duo. Alii habent *Accepimus primas litteras*. Ita etiam antiquæ editiones. Quidam libri veteres & editio Remboltl omittunt vocem *primas*, quæ etiam omiſſa eſt in codice 199. bibliothecæ Vaticanæ, quam tamen ego puto convenire huic loco.

3 *Obtinentes*] Hæc eſt vera lectio, quam confirmant undecim libri veteres. *Obſtringentes* tamen ſcriptum eſt in tribus antiquis codicibus & in editionibus quæ Pamelianam anteceſſerunt. Error ortus eſt ex inſcitia librariorum, qui neſcientes legere ſcribebant pro libito ſuo quidquid eis in mentem veniebat. Religioſior fuit is qui ſcripſit codicem Turonenſem. Scripſit enim *obſtringentes vel obtinentes*, lectori judicium integrum relinquens.

4 *Cornelium coll.*] Neſcio quid magnum aut extraordinarium inveniant in hoc loco quidam ut hinc colligant æqualitatem eſſe inter epiſcopos & nihilo majorem eſſe Romanum quam ceteros. Certum quippe eſt epiſcopos omnes, cum ſint in collegio, eſſe collegas & ſe per omnes tempeſtates vocaſſe collegas & fratres, uti etiamnum faciunt. Et tamen nemo catholicus dubitat quin epiſcopus Romanus habeat magnam prærogativam & auctoritatem.

5 *Cum cath. eccleſia*] Hic ſemel admonuiſſe ſufficiat eccleſiæ catholicæ vocabulo intelligi corpus eccleſiæ univerſalis quæ tenet fidem Chriſti, quæ tenet fidem Petri. Neque tamen verum eſt quod ait Baronius catholicæ eccleſiæ vocabulum apud Cyprianum ſolere interpretari de ſede apoſtolica, in qua ſedent ſucceſſores ſancti Petri, eo in primis argumento quod ex hac epiſtola colligatur Antonianum cupiiſſe ut Cornelius ſciret ſe cum eo id eſt cum catholica eccleſia communicare, & ex his quæ ſchiſmatici reduces profitentur in epiſtola 46. pag. 63. ſe ſcire Cornelium epiſcopum eccleſiæ catholicæ & unum eſſe debere epiſcopum in eccleſia. Ex quibus collegit Baronius hanc Romani epiſcopi prærogativam eſſe ut ille ſolus dicatur epiſcopus eccleſiæ catholicæ, tamquam epiſcopus eccleſiæ univerſalis. Quod verum non eſt. Olim enim omnes epiſcopi, uti jam monui, ſe vocabant epiſcopos eccleſiæ catholicæ, quia erant epiſcopi in eccleſia catholica, & quia eorum eccleſiæ erant catholicæ. Inſignis tamen pro Romani epiſcopi prærogativa eſt locus Hieronymi; qui in expoſitione fidei ad Damaſum Papam ſcribit ſe fidem quam tenebat ſuſcepiſſe ab eccleſia catholica, id eſt Romana, ubi diutius ſteterat, & ſi minus perite & parum caute aliquid a ſe in ea expoſitione forte poſitum ſit, emendari petit a Damaſo, qui Petri fidem & ſedem tenet.

6 *Quintum*] cujus mentio exſtat rurſum in epiſtola 73. ad Jubajanum pag. 129. Ad eumdem ſcripta eſt epiſtola 71.

7 *Petram*] Octo libri veteres & omnes editiones ante Manutianam addunt *robuſtam*. In Fuxenſi ſcriptum eſt *robuſta ſtabilitate*, ut in editione Manutii. Porro vox *robuſtam* deeſt in duodecim vetuſtis exemplaribus.

8 *Qui ſi nimium*] Iſtud ſumptum eſt ex epiſtola 13. pag. 23.

9 *Romam ad clerum*] Supra epiſt. 14.

10 *Maximum*] Supra epiſt. 15.

11 *Ceteros in cuſtodia*] Unus vetus codex habet *cunctos*, & mox *poſitos* pro *conſtitutos*.

12 *Quamquam nobis*] Sumptum eſt iſtud ex epiſtola 31. pag. 43.

13 *Additum eſt*] Hunc locum deſcripſit Pacianus in tractatu contra Novatianos ad Symphronianum.

14 *Novatiano ſcribente*] Vide quæ ſupra dicta ſunt ad epiſtolam 30. pag. 416.

15 *Protexit*] Tres libri veteres habent *ſervavit*.

16 *Paterna*] Duo libri veteres, *divina*.

17 *Placitor. capita*] quæ mandatorum capita vocat Optatus in libro primo adverſus Parmenianum. An vero hæc ſit origo canonum pœnitentialium, ut cenſuit Baronius, aliis excutiendum relinquo.

18 *Videbitur*] Ita habent plures codices optimi & veteres editiones. Quæ lectio mihi videtur eſſe melior quam Manutiana; in qua ſcriptum eſt *videbatur*.

19 *Habito concilio*] anno 251. ut ait Pearſonius in annalibus Cyprianicis, ubi refertur ex Euſebio ſexaginta epiſcopos ad hoc Romanum concilium conveniſſe. Habitum autem fuiſſe menſe Septembri tradit idem auctor & Pagius poſt eum.

20 *Conſenſit*] Deeſt hic aliquid, puta rite ad epiſcopatum perveniſſe, aut aliquid ſimile. Senſus enim non eſt integer.

21 *Exploratione*] In quinque libris antiquis & in vetuſtioribus editionibus legitur *exemplo*, eamque lectionem ego prima fronte probabam. Videbam enim illam, inſuperhabita editione Manutii, retentam fuiſſe a Morellio. Confirmabat hanc meam opinionem auctoritas horum quinque veterum librorum, in quibus ſcriptum eſt, *de vita & diſciplina noſtra exemplo ratione perpendere*. Opinabar autem vocem *exploratione*, quam Manutius protulit, ortam eſſe ex emendatione cujuſdam veteris librarii; qui cum exiſtimaret has voces non cohærere, adeoque lectionem illam veterem eſſe mendoſam, ex his duabus vocibus ſimul junctis feciſſet *exploratione*, expungens priorem, retinens aliam. At nunc, cum videam in epiſtola 68. in codice Fuxenſi ſcriptum eſſe *exemplo & ratione*, ut illic annotabitur, pro eo quod alii libri & editiones habent *exploratione*, non dubitavi quin hæc lectio ſit melior. Supra quippe in epiſtola ſeptima pag. 15. legitur: *Perſecutio iſta examinatio eſt atque exploratio pectoris*.

22 *Continentia*] Repoſui lectionem quam inveni in XIX. libris noſtris veteribus & in octo Anglicanis. Vocem *conſcientia*, quam præferunt editiones, non inveni niſi in duobus antiquis. Infra in hac ipſa epiſtola ſcriptum eſt pag. 72. *continentiæ propoſitum*. In libro de habitu virginum pag. 174. legitur continentiam ſequi Chriſtum & virginitatem deſtinari regno Dei. Lactantius lib. 6. cap. 23. ait hoc continentiæ genus eſſe faſtigium & conſummationem omnium virtutum. Quintilianus lib. 8. cap. 4. laudat invictam continentiam Socratis. Alia enim continentia ſignificat abſtinentiam in cibo & potu apud A. Gellium lib. 4. cap. 1. & lib. 5. cap. 2. In libello precum Marcellini & Fauſtini laudatur mira continentia Macarii presbyteri Romani, quod nec vino ſtomachum relevaret, nec carnis eſculentia corpus curaret, ſed oleo ſolo eſcas aſperiores mitigans, jejuniis & orationibus vacaret. Hieronymus in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ: *In quadrageſima continentiæ vela pandenda ſunt*. Vide Caſſianum collat. 2. cap. 16. & 26. Julius Capitolinus in Ælio Pertinace: *Exemplo autem Imperatoris, cum ille parcius ſe ageret, ex communi continentia vilitas nata eſt*. Hieronymus in caput quintum epiſtolæ ad Galatas: *Non ſolum autem in deſideriis & cupiditate continentia neceſſaria eſt, ſed etiam in tribus reliquis perturbationibus, dolore ſcilicet, lætitia, & timore*. Item in caput ſecundum epiſtolæ ad Titum: *Sciendum quoque eſt quia continentia non ſolum in carnis opere & omni concupiſcentia, ſed in omnibus rebus neceſſaria ſit, ne honores indebitos appetamus, ne accendatur avaritia, ne ulla paſſione ſuperemur*. Vide Cyprianum in libro de habitu virginum pag. 174. *Continentia vero &c.* Alibi continentia uſurpatur pro alimonia, id eſt victu neceſſario, ut obſervat Franciſcus Pithœus in gloſſario ad Julianum anteceſſorem.

23 *Ipſe vim paſſus*] Joannes Sareſberienſis lib. 8. cap. 23. policratici: *Antiqui quondam trahebantur inviti, & proni ad martyrium, primas cathedras carcere pejus & cruce fugiebant*. Et Juſtinianus Imperator l. 5. *Si quamquam* Cod. *De epiſcopis & clericis* ait: *Profecto enim indignus eſt ſacerdotio niſi fuerit ordinatus invitus*. Hieronymus in epitaphio Nepotiani: *Querebatur ſe ferre non*

re non

Digitized by Google

re non poſſe, & juvenilem ætatem incongruam ſacerdotio cauſabatur. Sed quanto plus repugnabat, tanto magis in ſe ſtudia omnium concitabat, & merebatur negando quod eſſe nolebat, eoque dignior erat quo ſe clamabat indignum. Idem in epitaphio Paulæ ad Euſtochium: *Fugiendo gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutes quaſi umbra ſequitur, & appetitores ſui deſerens appetit contemptores.* Boetius in libro ſecundo de conſolatione philoſophiæ: *Ita ſit ut non virtutibus ex dignitate ſed ex virtute dignitatibus honor accedat.* Et illud de ſancto Honorato epiſcopo Arelatenſi: *Et qui venire ad dignitatem detrectaverat, ad ipſum dignitas venit.* Sanctus Papa Gregorius lib. 4. epiſt. 45. ait ea inter alias ratione ſe ordinaſſe Marinianum epiſcopum quod refugeret epiſcopatum, *quem ſuſcepit invitus.* Dignum eſt legi quod in Gregorii Nazianzeni oratione de funere patris ſcriptum eſt de Euſebio electo Cæſarienſi archiepiſcopo. Vide librum diurnum pontificum Romanorum, in quo ille dicitur dignior epiſcopatu qui ſe occultat ne fiat epiſcopus. Vide etiam Creſollium lib. 3. cap. 1. Myſtagogi. Verum hæc electorum epiſcoporum repugnantia rara poſtea fuit. Nam cum epiſcopi cœpiſſent in honore eſſe, creviſſentque opes, epiſcopatus, ut Sulpitius Severus ait, pravis ambitionibus appeti cœperunt. Qua in cauſa videnda eſt elegans & diſerta Iſidori Peluſiotæ epiſtola 21. libri quinti. Gregorius Nazianzenus oratione in laudem Baſilii: *Non enim virtute magis quam malitia & fraude ſacerdotii dignitas paratur, nec meliores ac digniores ſed potentiores thronis inſident.*

At non ſolum in eccleſia Chriſti viguit iſta magnorum virorum modeſtia, ſed etiam in republica, in imperio. Julius Capitolinus refert concionem Clodii Albini ad milites, cujus hoc initium eſt: *Invitum me, commilitones, ductum ad imperium & etiam illud probat quod Commodum donantem me Cæſareo nomine contempſi.* Ælius Lampridius in Alexandro Severo, qui factus eſt Imperator invitus, ſcripſit: *Exponam cauſas quibus id & ſenatus coactus eſt facere & ille perpeti.* Apud Flavium Vopiſcum Probus Imperator ait: *Imperium numquam optavi, & invitus accepi.* Claudianus in panegyrico in quartum conſulatum Honorii Auguſti:

> *Digna legi virtus. Ultro ſe purpura ſupplex*
> *Obtulit, & ſolus meruit regnare rogatus.*

Vide quæ de electione Pertinacis notat Joannes Triſtanus a ſancto Amantio in tomo ſecundo ſuorum commentariorum.

24 *De Dei judicio*] Hieronymus in caput primum epiſtolæ ad Galatas: *Nunc videmus plurimos non Dei judicio ſed redempta favore vulgi in ſacerdotium ſubrogari.*

25 *De plebis ſuffragio*] Vide Petavii notas ad Syneſium pag. 56. ſecundæ editionis. Vide etiam Flori diaconi Lugdunenſis librum de electionibus epiſcoporum in appendice Agobardi.

26 *Collegio*] Apud Juonem parte 5. cap. 359. & apud Gratianum 7. q. 1. cap. 5. itemque in uno veteri libro meo legitur *conſenſu*. Eadem voce utitur Cyprianus epiſt. 55. pag. 82. de electione ſua ſcribens ad Cornelium. Correctores Romani emendarunt Gratianum ex textu Cypriani, male, ut opinor. Nam cum gloſſa expeteret ut vox *conſenſu* retineretur in contextu Gratiani, non debuerant illam rejicere.

27 *Id eſt eum locus*] Ita omnes editiones & libri veteres, Carnotenſi excepto, in quo ſcriptum eſt *gradus*. Attamen Rigaltius exiſtimavit iſtud non eſſe Cypriani, itaque eſſe ex gloſſemate. Neſcio an hæc ejus opinio multos habitura ſit ſectatores. Optatus Milevitanus lib. 1. dixit cathedram Petri vel Cypriani, & lib. 2. cathedram epiſcopalem eſſe collatam in orbe Roma.

28 *Alienus eſt*] Optatus lib. 2. *Quidquid foris eſt alienum eſt.*

29 *Foris eſt*] Hieronymus in apologia adverſus Rufinum: *Quid loquar de hæreticis, qui licet foris ſint, ſe nominant chriſtianos?* Idem in epiſtola ad Oceanum: *Alieni & extra eccleſiam ſunt Judæi, hæretici, atque gentiles.* Ea eſt communis catholicorum opinio. Et tamen Didacus Stunica lib. 2. cap. 7. de vera religione diſputans adverſus Melchiorem Canum, qui lib. 4. cap. 2. dixerat hæreticos homines ad eccleſiam non pertinere neque in eccleſiæ partibus eſſe numerandos, contendit hæreticos ad eccleſiam pertinere. In uno veteri libro, pro eo quod iſtic apud Cyprianum legitur *foris eſt*, legitur *hoſtis eſt*.

30 *Secundus eſſe non poſſit*] Hæc verba adverſus Guibertum Ravennatem uſurpavit Gerohus Reicherſpergenſis in libro de ſtatu eccleſiæ ſub Henrico IV. Imperatore cap. 14. ſed Cypriano non nominato. Cypriani enim verba ſua fecit. Iſtud a Cypriano ſcriptum eſt adverſus Novatianum, qui ſe a factioſis quibuſdam eligi procuravit adverſus Cornelium, qui prior fuit electus. Cum ergo Cornelius ſederet in cathedra Petri, qui eamdem cathedram occupaverat Novatianus non poterat eſſe Romanæ urbis epiſcopus, cum qui poſt unum, qui ſolus eſſe debet, factus eſt, non jam ſecundus ſed nullus ſit, cum cathedra una duos capere non poſſit. Hic eſt verus & genuinus ſenſus verborum Cypriani. Quare ferri non poteſt interpretatio Franciſci Torrenſis & aliorum quorumdam qui iſtic unum & ſolum epiſcopum interpretantur de Romano, tamquam ſi ille ſolus & unus epiſcopus eſſet in eccleſia, ceteri vero non eſſent veri epiſcopi neque ſucceſſores apoſtolorum, ſed iſtius unius vicarii. Quod eſt contra omnia teſtimonia antiquitatis. Exſtat in vita ſancti Anſelmi epiſcopi Lucenſis ab auctore coætaneo & pœnitentiario ejus ſcripta locus citatus ex Cypriano. Sic autem ſcribit auctor ille ſcribens adverſus VVibertum antipapam: *Itaque, ut ſanctiſſimi martyris Cypriani verbis utar, nullus vel iſte vel nullus, quia nec ſucceſſor nec anteceſſor cujuſdam aut ille aut iſte, ambo parricidæ, ambo ſceleratiſſimi violatores ſuæ matris eccleſiæ.* Videtur autem locus iſte conflatus ex duobus locis, ex iſto nimirum & ex alio epiſtolæ 76. pag. 152. *nemini ſuccedens, a ſe ipſa ortus.*

31 *Æmulum principem*] Lucifer Calaritanus in libro ad Conſtantium de moriendo pro Dei filio, *adverſum ſe æmulos ſurgere principes.* Non ait Cyprianus æmulum principem fuiſſe levatum adverſus Decium, ſed Decium patientius fuiſſe laturum levari adverſum ſe æmulum principem quam conſtitui Romæ Dei ſacerdotem, in quo quidem Cornelii miranda conſtantia, qui ſedebat *intrepidus exſpectans corporis ſui carnifices & tyranni ferocientis ultores*, ut ait Cyprianus in epiſtola 52. ad Antonianum. Et tamen inventi ſunt qui divinare conarentur quis tum princeps levatus ſit adverſus Decium, ſcripſerunt autem Lucium Priſcum fuiſſe qui levatus eſt adverſus eum, quia Aurelius Victor in libro de Cæſaribus ſcribit delatum illi Gothorum concurſu dominatum poſtquam direptis Thraciis plerique illo pervenerant; quam ob cauſam ait Decium cito quam potuit maturrime Roma digreſſum. Sed non poſſum diſcedere ab hoc loco quin adnotem temeritatem Salmaſii, qui capite ſexto de primatu Papæ pag. 86. contra omnium veterum codicum & editionum fidem contendit iſtic legi debere *malum principem* pro *æmulum*; hancque ſuam conjecturam nititur probare teſtimoniis eorum veterum ſcriptorum qui loquuntur de malis principibus. Quantum eæ obſervationes ſint inutiles in hoc loco nemo non videt. Nam præterea ſenſus conſtare non poteſt cum conjectura Salmaſii.

32 *Dei ſacerdotem*] Hanc lectionem inveni in XIX. codicibus noſtris, in ſex Anglicanis, apud Thomam VValdenſem tit. 14. de ſacramentalibus cap. 123. & in omnibus editionibus quæ Pamelianam anteceſſerunt. Aliam vero, quæ habet *æmulum ſacerdotem*, quam Pamelius veriſſimam, Rigaltius vero procul dubio falſam eſſe aſſerit, in uno tantum codice Affligemenſi reperiſſe ſe teſtatur idem Pamelius, ſicut ego quoque eam non reperi niſi in uno codice qui fuit Franciſci Pithœi. Et tamen illuſtriſſimus Cardinalis Perronius in replica adverſus regem magnæ Britanniæ pag. 99. ait illam inveniri in antiquioribus & emendatioribus exemplaribus. Ad quam rem probandam laudat in margine codicem Affligemenſem & editionem Pamelii, nullis aliis teſtimoniis. Miror autem Rigaltium retinuiſſe in editione ſua lectionem quam ipſe ait procul dubio falſam eſſe, uti re vera eſt. Senſus enim hujus loci eſt Decium, hoſtem videlicet ſectæ noſtræ, quam exſcindere cupiebat, ita exhorruiſſe ſacerdotem Dei in urbe Roma principe imperii ut multo patientius & tolerabilius audiret levari adverſus ſe æmulum principem quam conſtitui Romæ Dei ſacerdotem, ut iſta recte explicat Rigaltius; non quod timeret, ut quidam crediderunt, epiſcopum Romanum, hominem, quantum attinebat ad rempublicam, minime principi metuendum aut formidoloſum, ſed quia erat inimicus crucis Chriſti, ardens deſiderio opprimendæ chriſtianitatis, ut ait vir clariſſimus Henricus Dodvvelius, valde cupiebat ne Fabiano Papæ defuncto daretur ſucceſſor, exiſtimans religionem noſtram interituram, ſi epiſcopum non haberet, timens præterea, ut opinor, ne in urbe rerum novarum avida augeretur numerus chriſtianorum, quorum nimius & copioſus, ut ait Cyprianus, erat populus. Alia fuit ſequentium temporum conditio. Nam cum poſtea martyria deſiiſſent,

Digitized by Google

epiſcopique, ut ſupra dixi, cœpiſſent in honore eſſe, eccleſia vero, quæ, ut ait Hieronymus in vita Malchi monachi, perſecutionibus creverat, potentia & divitiis major & virtutibus minor facta eſſet, tum epiſcopi Romani matronarum oblationibus ditati, ut in libro 27. Ammiani Marcellini legitur, proceſſerunt vehiculis inſidentes, & epulas curarunt profuſas adeo ut convivia eorum regales ſuperarent menſas, pro quo Perſius in ſatyra ſua prima poſuit *prandia regum*. Quod adeo turpe viſum eſt Hieronymo, ut in epiſtola ad Nepotianum de inſtitutione clericorum reprehendere non ſit veritus quod apud eos melius pranderetur quam apud proconſulem. Idem Hieronymus in caput ſecundum Micheæ acerbe invehitur in eccleſiæ principes qui deliciis affluunt & inter epulas atque laſcivias pudicitiam ſervare ſe credunt, & qui, excubantibus ante fores ſuas centurionibus & turmis militum, militantes & gladiis accinctos & judices invitant ad prandium. Et ſtatim culpans adhuc eorum mores ait illos immenſis ſumptibus parare epulas & clericos diſcurrere tota urbe quærentes exhibere judicibus quæ illi in prætoriis ſuis aut invenire non poſſunt, aut certe inventa non coemunt. Hinc orta eſt invidia loci apud exteros religionis. Narrat enim idem Hieronymus in epiſtola ad Pammachium adverſus Joannem Hieroſolymitanum Prætextatum conſulem deſignatum dicere ſolitum eſſe Papæ Damaſo: *Facite me Romanæ urbis epiſcopum, & ero protinus chriſtianus*. Cum itaque epiſcopi Romani magna tum eſſet reverentia & auctoritas, creviſſentque opes, & ob id ambitio ſurrexiſſet, epiſcopatuſque pravis ambitionibus appeti cœpiſſent, orta ſunt fœda inter clericos certamina pro adipiſcenda cathedra principali, ut patuit in ſchiſmate quod fuit inter Damaſum & Urſicinum. Sic olim Judæi, ut Sulpicius Severus ſcribit in libro ſecundo ſacræ hiſtoriæ, longa rurſum pace corrupti miſcere omnia ſeditionibus & turbare cœperunt, affectantes ſummum ſacerdotium libidine, avaritia, & dominandi cupidine. Sic Hieronymus Savonarola, tamquam ſi legiſſet hiſtoriam ſacram Sulpitii Severi, in ſermone habito Florentiæ anno 1496. die 18. Maii, cum dixiſſet ſummum ſacerdotium id apud Hebræos fuiſſe quod hodie eſt papatus in eccleſia Chriſti, ait illos veniſſe in tantam ſuperbiam & cupidinem dignitatum ſacrarum ut eas emerent & venderent, officia porro ſua adminiſtrarent per avaritiam & ſuperbiam. Contra Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem de virginitate ſervanda Anaſtaſium Papam vocat virum ditiſſimæ paupertatis.

33 *Tantum temporis*] Hanc ſane lectionem reperi in octo vetuſtis codicibus. Aliam, quæ habet *tantis temporibus*, exhibent veteres editiones ante Manutianam & ſex libri veteres.

34 *Et timorem*] Vide appendicem obſervationum Rigaltii ad Cyprianum, ubi recte interpretatur hunc timorem Cypriani.

35 *Paſſus eſt*] Supra epiſt. 37. pag. 50. *Neque enim virtus eorum aut honor minor eſt quo minus ipſi quoque inter beatos martyres aggregentur. Quod in illis eſt, toleraverunt quidquid tolerare parati & prompti fuerunt. Qui ſe tormentis & morti ſub oculis Dei obtulit, paſſus eſt quidquid pati voluit*. Ad hæc loca Cypriani reſpiciebat haud dubie Eraſmus interpretans locum libri Joſephi de imperio rationis, ubi ſic legitur: *& ſi fors percipiendi denegat facultatem, pertulit tamen cuncta quæ voluit pati*. Etenim martyres quoque cenſebantur qui tormenta paſſi, tamen occiſi non fuerant. Commodianus inſtructione 48. *Multa ſunt martyria quæ ſunt ſine ſanguine fuſo*. Sanctus Paulinus poemate 24. de ſancto Felice:

Cæleſtem nactus ſine ſanguine martyr honorem.
Nam confeſſor obit, pœnas non ſponte lucratus.

Et paulo poſt:

Martyrium ſine cæde placet, ſi prompta ferendi
Menſque fideſque Deo caleat. Paſſura voluntas
Sufficit, & ſumma eſt meriti teſtatio vocis.

Sulpitius Severus in epiſtola ad Aurelium de ſancto Martino: *Nam licet ei ratio temporis non potuerit præſtare martyrium, gloria tamen martyris non carebit, quia voto atque virtutibus & potuit eſſe martyr & voluit*. Hieronymus in epiſtola ad Rufinum quæ incipit *Plus Deum tribuere* commemorat *Ægyptios confeſſores & voluntate jam martyres*. Arnulphus Lexovienſis in epiſtola ſcripta ad ſanctum Thomam archiepiſcopum Cantuarienſem, quæ edita eſt in pag. 487. tomi ſecundi ſpicilegii Dacheriani & inter epiſtolas ſancti Thomæ lib. 1. epiſt. 85. *Licet enim nondum uſque ad ſanguinis effuſionem cauſa pervenerit, ſupplet tamen devotio meritum paſſionis*.

36 *Tyrannum victum*] Rufinus in pſal. 40. *Unde ſancti martyres etiam in ſuis paſſionibus victores extiterunt: quia etſi potuerunt corporaliter occidi; nunquam tamen animo potuerunt frangi. Illi vero qui occiderunt victi ſunt*.

37 *Poſtmodum victum*] Decium Imperatorem, qui anno 251. interiit cum filio in bello quod adverſus Perſas gerebat, ut ſcribit Pagius, qui Baronium redarguit ſcribentem id eveniſſe cum pugnaret adverſum Gothos Mœſiam & Thraciam infeſtantes.

38 *Quædam d. i. inhoneſta*] Sic vulgo ſolet. Semper in diſcordia una pars imputat inhoneſta parti adverſæ, ut patet etiam ex epiſtolis 48. & 49. ſancti Cypriani adverſus Novatum & Novatianum & ex calce epiſtolæ Firmiliani, in qua annotatum eſt Cyprianum a Papa Stephano vocatum fuiſſe pſeudochriſtum & pſeudoapoſtolum & doloſum operarium. Innumera ſunt exempla iſtiuſmodi in ſcriptoribus hiſtoriarum. Sic in libello precum Marcellini & Fauſtini adverſus Papam Damaſum & in epiſtola concilii Aquilejenſis adverſus Urſicinum æmulum Damaſi. Apud Optatum legimus cauſas confictas eſſe contra Cæcilianum epiſcopum Carthaginenſem ut vitioſa ejus ordinatio diceretur. Neceſſe non eſt ire per hiſtorias ſequentium temporum. Vide tamen notas noſtras ad vitas Paparum Avenionenſium pag. 702. 1239.

39 *Communionem*] Quamvis ſciam lectionem nunc receptam habere *communicationem*, eamque lectionem eſſe bonam, illamque repererim in ſex codicibus antiquis, prætuli tamen eam quam omnes editiones Manutiana antiquiores & duodecim vetera exemplaria exhibent.

40 *Car. fr. noſter*] Editiones vulgatæ, quæ acceperunt ex Eraſmica, addunt *Cornelius*. Sed cum Cornelii nomen non invenerim in antiquis editionibus, deſit autem etiam in ſexdecim codicibus antiquis, exiſtimavi auctoritatem tot veterum exemplarium prævalere debere adverſus errorem. Cornelii quippe nomen non inveni in ullo veteri libro quam in Eligiano. Itaque illud, cum non dubitem eſſe ex gloſſemate, ſuſtuli. Fuiſſe autem Trophimum ex clero Romano liquet ex initio iſtius epiſtolæ. Ex quo neceſſario conſequitur iſta referenda eſſe ad Cornelium, quamvis nomen ejus non exprimatur.

41 *Offocari*] Quamvis non dubitem plurimos mutationem a me in hoc loco factam improbaturos, parum videlicet curantes an hoc aut alio modo legatur, modo ſenſus idem ſit, præſertim ſi minus habeat moleſtiæ & difficultatis, feci tamen, & hinc ſuſtuli vocem *ſuffocari* ſuppoſitam veræ lectioni ab imperitis librariis; quibus cum *offocari* vocabulum eſſet incognitum, ei pro ſua audacia ſubſtituerunt lectionem quam crediderunt melius convenire. Porro iſtam reſtitutionem eſſe neceſſariam probatur auctoritate multorum veterum exemplarium. Reperi quippe ſcriptum *offocari* in quatuordecim libris veteribus, & idem de quinque Anglicanis teſtatur editio in eo regno facta. Tertullianus in calce libri de idololatria: *Quicumque fluctus ejus offocant*. Hieronymus in epiſtola conſolatoria ad virginem: *Quod reprimit non offocat, ſed includit*. Auguſtinus lib. 5. confeſſ. cap. 11. *Sed me maxime captum & offocatum quodam modo deprimebant corporalia meditantem*. Seneca in libro de brevitate vitæ cap. 2. *Aſpice illos ad quorum felicitatem concurritur, bonis ſuis offocantur*. Feſtus: *Offucare, aquam in fauces mittere ad ſorbendum*. Gloſſæ veteres in codice quorumdam Cyrilli ſcriptorum repertæ: ἀποπνίγω, *offoco, ſuffoco*. Onomaſticon Græco-Latinum, olim quidem editum Baſileæ, ſed poſtea recuſum a Bonaventura Vulcanio: *offoco*, ἀποπνίγω. Florus lib. 2. cap. 11. loquens de Gallogræcis: *ſed alligati miraculo quidam fuere quum catenas morſibus & ore tentaſſent, quum offocandas invicem fauces præbuiſſent*. Sic quoque dicebant *obrogare*, ut apud T. Livium, Ciceronem, Florum, ac fortaſſe alibi. Apud ſanctum Auguſtinum lib. 6. contra Donatiſtas cap. 17. ſcriptum eſt, *damnationis ira & erroris offectura*. Ubi clariſſimi auctores novæ editionis operum ſancti Auguſtini monent editiones Amerbachii & Eraſmi habere *offocatum*, pleroſque vero codices MSS. *offectura*, apud Cyprianum vero legi *affectura*. nimirum in ſententia quam in cauſa baptiſmi hæreticorum protulit Munnulus a Girba in concilio Carthaginenſi, ut illic dicemus.

42 *Paternæ lenitatis*] In codice Remenſi ſancti Dionyſii legitur *paternæ pietatis*, in Fuxenſi *patientiæ lenitas*.

43 *Æquandi ſunt*] Sex libri veteres habent *æquatus eſt ille*. Quæ lectio poteſt eſſe bona.

44 *Luctatus*] Fatendum eſt hanc lectionem repertam a me fuiſſe in ſolo codice Foſſatenſi ſane optimo & in vetuſtiſſimis editionibus. Alii libri, in majori ſane numero, habent *reluctatus*. Ego tamen eam lectionem præfero quam poſui, quia luctari eſt proprie pugilum, cujuſmodi

Digitized by Google

juſmodi fuere martyres, quos certum eſt non fuiſſe reluctatos, ſed tormenta & mortes lubenti animo pertuliſſe. Ipſe Cyprianus in libro ad Demetrianum pag. 221. ait: *Nemo noſtrum quando apprehenditur reluctatur*. Et in libro de bono patientiæ pag. 250. loquens de Abele ait, *adverſus fratrem fratricidam non reſiſtit nec reluctatur, ſed humilis & mitis patienter occiditur*.

45 *Neceſſitate pervenit*] Codex Gratianopolitanus, *neceſſitate compulſus eſt, nec ille qui*.

46 *Perfunctione*] In quinque libris veteribus ſcriptum eſt *paſſione*. Alii quinque & duo Anglicani & editio Morelliana *pactione*. Alii duo *paſſione vel patione*.

47 *Fratres et. plur.*] Codex Gratianopolitanus, *nec ſolum fratres, ſed etiam plures qui extorres*.

48 *Multas viventes*] Ita libri decem veteres. Alii duo & editiones antiquiores habent *ſalvatas*. Codex Corbejenſis, *ſolventes*, manifeſto errore.

49 *Epiſcopo tractante*] Optatus lib. 7. *Reſtat ut dicitis eum cum populo communicaſſe. Et locutum eum eſſe aliquid in populo conſtat, ſed inſinuandi alicujus rei cauſa, non tamen tractandi. quod eſt epiſcoporum*. Vide notas noſtras ad Lupum Ferrarienſem pag. 479.

50 *Auditis nobis*] Emendatio ſupra lineam in codice Monaſterienſi, *auditis noſtris lamentationibus*. Ex gloſſemate nimirum.

51 *Laſſam*] Veteres editiones & plures libri veteres habent *lapſam*. Quæ lectio confirmari poteſt ex evangelio ſecundum Matthæum ad quod reſpicit hic locus, ex quo conſtat ovem illam non fuiſſe ſimpliciter laſſam, ſed lapſam. Ego tamen præfero priorem lectionem. Nam ovis illa recte dicitur laſſa quæ multum errando laboraverat, ut verbis utar Hieronymi in epiſtola de filio prodigo ad Papam Damaſum.

52 *Peccata paria*] Hieronymus in epiſtola ad Pammachium de dormitione Paulinæ, in libro primo adverſus Pelagium, & lib. 2. adverſus Jovinianum ait Stoicos contendiſſe peccata eſſe paria. Lactantius cap. 38. epitomes loquens de Zenone Stoicorum magiſtro: *Nam quod dicit paria eſſe peccata ex eadem immanitate eſt qua miſericordiam velut morbum inſectatur*. Plutarchus in libro de Stoicorum repugnantiis ſcribit neque peccatum peccato majus eſſe neque virtutem virtuti præſtare. Caſſianus lib. 5. cap. 11. *Cunctarum namque virtutum & una natura eſt, licet in multas dividi ſpecies & vocabula videatur*. Seneca epiſt. 120. *Sunt enim virtutibus vitia confinia*. Et Hieronymus adverſus Luciferianos: *Vicina ſunt vitia virtutibus*. Sic etiam Quintilianus lib. 3. cap. 7. & lib. 8. cap. 3. Cicero lib. 3. officiorum: *A me ipſo diſſertatum eſt, qui unam habet omnes habere virtutes*. Vide etiam paradoxa, ubi fuſius iſta tractantur. Et tamen idem in libro primo de oratore ſcripſit ſpinoſam & exilem orationem eorum eſſe qui dicunt qui virtutem habeat eum omnes habere. Sententiam illam videtur non approbaſſe Seneca. Ait enim in epiſtola 66. *Quomodo poſſunt paria bona eſſe? Ergo virtutes inter ſe pares ſunt*. Vide ibi Muretum. Vide etiam ſancti Auguſtini reſponſionem ad epiſtolam Nectarii de negotio Calamenſi.

53 *Lenis nimis*] In ſex libris noſtris antiquis & in quatuor Anglicanis ſcriptum eſt *leniſſimus*. Quod propius accedit ad editionem vulgatam libri Numerorum, quæ habet *mitiſſimus*.

54 *Miſertus eſt*] Ita primus ſcripſit Eraſmus. Hanc autem lectionem deprehendi in novem codicibus antiquis. In tribus aliis & in antiquis editionibus legitur *miſericors eſt*. Quæ eſt lectio vulgatæ editionis evangelii ſecundum Lucam.

55 *Cum ſolatio*] Ita ſeptem libri veteres & editio Manutiana. Veteres itaque editiones & alii ſeptem libri veteres habent *conſolatio*. Negatio deeſt in quatuor antiquis. In uno meo ſcriptum eſt, *in conſolatione pacis & communicationis abſcedit*.

56 *Suſtinete*] Codex Sorbonicus, *ſuſtinentes*. Fuxenſis, *portate*. Et hæc eſt lectio vulgatæ editionis epiſtolæ ad Galatas.

57 *Suffragatorem*] Lectio vulgata, quam plerique codices antiqui præferunt, habet *juſtum*. In quinque tamen æque antiquis ſcriptum eſt *ſuffragatorem*. Quo etiam modo legi in Affligemenſi teſtatur Pamelius. Ego vero puto hanc lectionem eſſe meliorem, tum quia Angli teſtantur in codice Bodlejano legi *Ipſe eſt ſuffragator & deprecator*, tum quia ea recedit ab editione vulgata epiſtolæ Joannis, Cyprianum autem conſtet uſum non eſſe editione qua nos hodie utimur. Mox enim ipſe ſcribit *delictis*, ut ſolet, pro eo quod in noſtra vulgata legitur *peccatis*. Quamquam *peccatis* vidi ſcriptum in duobus antiquis exemplaribus, per audaciam, ut puto, eorum qui putabant loca ſacræ ſcripturæ allegata a Cypriano debere emendari ſecundum editionem noſtram vulgatam. Porro arbitror eum qui ſcripſit codicem Bodlejanum legiſſe *ſuffragator* in ſuo exemplari & iſtud explicare volentem addidiſſe *& deprecator*. Certum enim eſt unum horum vocabulorum ſufficere.

58 *Et pertinaces*] Codex Gratianopolitanus, *atque contumaces*.

59 *Nam & mœchis*] In duobus antiquis exemplaribus additur *id eſt adulteris*. Sed iſtud eſt gloſſema. Decretum Papæ Zephyrini apud Tertullianum in libro de pudicitia: *Ego & mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto*. Ubi obiter admoneo Baronium & Rigaltium male exiſtimaſſe edictum Zephyrini ita conceptum fuiſſe: *EPISCOPUS EPISCOPORUM EDICIT. Ego & mœchiæ &c.* Epiſcopi enim Romani numquam uſi ſunt ambitioſo illo & invidioſo loquendi modo, præſertim in illa antiquitate. Sua tantum nomina præferebant, ut videre eſt etiam in epiſtolis Papæ Cornelii ad Cyprianum.

60 *Pendere in diem*] Ita inveni ſcriptum in quinque codicibus antiquis & in editione Manutii. Sic etiam ſe ſcriptum vidiſſe in codice Germanenſi optimæ notæ teſtatur vir optimus & doctiſſimus Domnus Petrus Couſtant in præfatione ſua ad opera ſancti Hilarii ſ. 229. Pamelius in annotatione ſua ad hunc locum exiſtimat hic per diem judicii intelligi diem particularis judicii uniuſcujuſque. Contra Nicolaus Faber in ſuo Cypriano impreſſo, qui nunc meus eſt, putat intelligi debere de extremo judicio ex opinione ea quæ fuit multorum & magnorum virorum tam Græcorum quam Latinorum in eccleſia primitiva, qui ſolos martyres gloria divina perfrui ante illud extremum judicium, ceteros vero in illud differri voluerunt, & hanc etiam fuiſſe Tertulliani ſententiam. Quem Nicolai Fabri locum deſcripſit Rigaltius in addendis ad obſervationes ſuas in Cyprianum. Nota eſt controverſia quæ fuit ævo Joannis Papæ XXII. circa viſionem beatificam, Qua de re vide annotationes Eraſmi in caput ſeptimum epiſtolæ primæ Pauli ad Corinthios & notas noſtras ad vitas Paparum Avenionenſium pag. 788. & 798. itemque præfationem noſtram ad hiſtoriam Tutelenſem. Alii hunc Cypriani locum intelligunt de igne purgatorio. Illos vero vehementer exagitat Joannes Dallæus lib. 4. de pœnis & ſatisfactionibus humanis cap. 10.

61 *Et quidem*] Refert hunc locum ſanctus Auguſtinus in epiſtola ad Vincentium Rogatiſtam.

62 *Antecesſores noſtros*] id eſt epiſcopos qui eccleſiam Africanam rexerant ante tempora Cypriani. Ait ergo Cyprianus quoſdam epiſcopos Afros putaſſe pacem non eſſe dandam mœchis. Hanc opinionem fuiſſe in Africa ante tempora Cypriani liquet etiam ex teſtimonio Tertulliani, qui in libro mox laudato vehementer declamat adverſus Papam Zephyrinum quod is mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitteret. Manebat tamen interim concordiæ vinculum inter epiſcopos Afros, quamvis diverſe nonnulli ſentirent de reconciliatione lapſorum.

63 *Actum ſuum diſponit*] Infra epiſt. 55. pag. 86. ait ſingulis paſtoribus portionem gregis eſſe adſcriptam, *quam regat unuſquiſque & gubernet, rationem ſui actus Domino redditurus*. Et in concilio Carthaginenſi ait unumquemque epiſcopum pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ habere arbitrium proprium, & Chriſtum unum & ſolum habere poteſtatem judicandi de actibus epiſcoporum. Vide etiam librum de unitate eccleſiæ pag. 195.

64 *Rationem redditurus*] Vide epiſtolas 55. ad Cornelium pag. 86. ad Jubajanum pag. 137. & ad Magnum pag. 158.

65 *Lapſis pœnit.*] Codex Gratianopolitanus, *indulgentiam non putent lapſis*. Infra in calce hujus epiſtolæ legitur pag. 75. *& veniam & indulgentiam pœnitentibus non denegari*.

66 *Geſſerint*] Hanc lectionem inveni in decem codicibus antiquis. Angli viderunt ſex in quibus etiam habetur. In quinque vero aliis a me viſis ſcriptum eſt *egerint*. Quæ eſt lectio vulgatæ editionis apocalypſis.

67 *Gaudium*] Codex Fuxenſis, *gaudium coram angelis Dei in cœlo*, ex gloſſemate, ut opinor.

68 *Super uno peccatore*] Nihil volui mutare, quamvis ſciam plurimos optimos codices præferre *ſuper unum peccatorem*. Nam editio quam retineo nititur etiam auctoritate plurimorum veterum librorum.

69 *Delectatur*] Ita ſcriptum vidi in multis antiquis codicibus & in vetuſtioribus editionibus. Manutius mutavit & ſcripſit *lætatur*. Sane fateor lectionem Ma-

mutionem exſtare in multis codicibus antiquis & in editione vulgata ſacræ ſcripturæ. Sed illa uſum non eſſe Cyprianum conſtat. Itaque prætuli lectionem veterum editionum.

70 *Malitiam*] Sic emendavi ſecutus auctoritatem veterum editionum & undecim veterum exemplarium noſtrorum & trium Anglicanorum. Nam & textus prophetiæ Joel habet *præſtabilis ſuper malitia*. Manutius poſuit *malitias*. Sed ego eam lectionem non reperi niſi in quinque libris veteribus. In Veronenſi legebatur *injurias irrogatas*. Vide Frontonis Ducæi notas in homilias ſancti Joannis Chryſoſtomi pag. 14.

71 *Reſervantis*] In uno vetere libro meo ſcriptum eſt *cum correxerit ut miſereatur reſervantis*, in Divionenſi & in recentiore Remigiano *miſerentis reſervatis*.

72 *Virga*] Codex Gratianopolitanus & Monaſterienſis addunt *ferrea*. Infra in hac ipſa epiſtola. *fictilia ab ea cui data eſt ferrea virga frangentur*. Rufinus in pſal. 2. *Virga ferrea accipitur inflexibilis juſtitia*.

73 *Bonitas*] Angli monuerunt in codice Bodlejano ſcriptum eſſe *bonitatis & miſericordiæ & pietatis fons*. Ita etiam in Pithœano, niſi quod deeſt vox *fons*.

74 *A ſexdecim*] Pacianus in tractatu contra Novatianos: *Cornelius jam Romæ epiſcopus a ſedecim epiſcopis factus locum cathedræ vacantis acceperat*.

75 *Epiſcopatus unus*] Locus inſignis, inquit Pamelius, pro epiſcopatu Romano. Sed non cepit ſenſum Cypriani, qui manifeſtus eſt. Sunt apud Cyprianum varia loca multo favorabiliora epiſcopo Romano, ut iſtud in epiſtola 55. pag. 86. *Poſt iſta adhuc inſuper, pſeudoepiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, navigare audent & ad Petri cathedram atque ad eccleſiam principalem, unde unitas ſacerdotalis exorta eſt, a ſchiſmaticis & profanis litteras ferre*. Etiam ea tempeſtate qua theologi ſcholaſtici libere diſputabant, inventus eſt unus qui diceret omnes ſacerdotes poſſe dici unum & eumdem ſacerdotem, ut videre eſt apud Ægilium Romanum in capite 21. libri de renuntiatione papæ.

76 *Schiſm. in. ini. fervere*] Hic data occaſione, emendabo locum ex actis Alexandri papæ III. valde corruptum & depravatum in annalibus Baronii, anno videlicet 1159. §. 74. Sic ergo reſtituendus eſt ex veteri codice MS. bibliothecæ Regiæ. *Tunc vero non mediocriter eſt elevatum cor ipſius hæreſiarchæ, extollens ſe ſuper ſe tanquam inſanus & cæcus, neſciens quod ſecundum beati Cypriani martyris dictum ſchiſmatici ſemper inter initia fervent, incrementa vero habere non poſſunt nec augmentare valent quod illicite cœpit, ſed ſtatim cum prava ſua æmulatione deficiunt*.

77 *Quantus arr. tumor*] Hunc locum deſcripſit ſanctus Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 12. & Gratianus, ſed non ita integrum ut apud Auguſtinum, 23. q. 4. cap. *Quantus* ubi citatur ex Auguſtino, non ex Cypriano. Salvianus lib. 4. cap. 12. *Maxima quippe accuſatrix hominum noxiorum eſt uſurpatrix innocentiæ arrogantia*. Idem in epiſtola ad Eucherium: *Pediſſequa enim plerumque novi honoris eſt arrogantia*. Honores enim perſæpe mutant mores.

78 *Fraudatores*] id eſt Idololatras. Nam dicet paulo poſt, *fraudator, quod eſt idololatria*. Hieronymus in epiſtola ad Heliodorum de laude vitæ ſolitariæ: *Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, aut fraudator, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hereditatem in regno Chriſti & Dei*. Iſtud vero ſumptum eſt ex epiſtola Pauli ad Epheſios.

79 *Qui mœchatur*] Multa de hoc argumento dici poſſent, a quibus abſtineo. Sed tamen illud ſilere non poſſum quod ſcio emendandum eſſe apud Commodianum inſtruct. 10. & ſequenti, ubi reponendum eſt *mœchus & mœcha* pro eo quod Rigaltius poſuit *Majus & Maja*. Sic etiam reponendum in inſtructione 12. ubi Rigaltius poſuit *Maria* pro *mœcha*. Ego enim affero lectiones libri veteris.

80 *Libidinibus*] Codex Foxenſis, *turpitudinibus*. In epiſtola ad Donatum pag. 4. *Tum delectat in mimis turpitudinum magiſterio*. Salvianus lib. 6. cap. 8. *loca & habitacula turpitudinum*.

81 *Nec ſibi*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo adverſus Donatiſtas cap. 5. itemque Hincmarus in opuſculo LV. capitulorum cap. 47. pag. 563.

82 *Idololatris*] Omnes libri veteres & vetuſtiores editiones & hic & paulo poſt habent ſcriptum *idolatris & idolatriæ*. Nihil tamen mutare volui, quamvis ſciam ita vulgo ſcriptum eſſe in antiquis codicibus veterum ſcriptorum Latinorum, & quamvis exemplum ita ſcribendi habeam Antonii de Albone archiepiſcopi Lugdunenſis, qui ita ſcripſit in editione ſua commentariorum Rufini in pſalmos. Habendus eſſe videbatur honos antiquitati. Sed etiam ſatisfaciendum erat delicatis ingeniis ævi noſtri.

83 *Inquinari alt.*] Codex Fuxenſis, *alterum inquinari dicunt*. In Sorbonico & in uno meo, *excuſari alterum dicunt*.

84 *Ipſum teneri*] Prætuli hanc lectionem, quia illam inveni in XV. libris veteribus. Alioqui enim facile mutaſſem ut eam revocarem quæ exſtat in antiquis editionibus, ubi legitur *reum teneri*. Nam eam quoque lectionem reperi in quatuor exemplaribus antiquis.

85 *Lamentantium*] Duo libri veteres habent *amentium* tantum.

86 *Frequenter operare*] id eſt, ut ego quidem arbitror, frequenter opera pietatis exerce in pauperes, da frequentes eleemoſynam. Vide librum de opere & eleemoſynis. Commodianus inſtruct. 55. *Non operas facitis*, id eſt eleemoſynas. Vide etiam inſtruct. 69.

87 *Dominium &*] Hanc lectionem inveni in quindecim exemplaribus antiquis & in editionibus Manutii & Morellii. Pamelius poſuit *eſt* pro *&*. Hunc imitatus eſt Rigaltius. Angli repoſuerunt veterem lectionem, quæ profecto melior eſt. In libro Fuxenſi legitur, *dominium & jus eſt*.

88 *Interius*] Ego hanc lectionem, quam veteres editiones itemque Morelliana & tria vetera exemplaria habent, præfero, etiam ob eam cauſam quod paulo poſt Cyprianus ait Dominum, cum ad eccleſiam ſuam venerit, de illis utique judicaturum *quos in ea intus invenerit*. Infra epiſt. 55. pag. 88. *plebis intus poſitæ*. Sunt etiam multa ſimilia apud Cyprianum. Optatus lib. 3. *nos, qui intus habitamus, & numquam de radice receſſimus*. Hæretici, qui ſunt foris, non habitant intus. Vide notas ad epiſtolam 76.

89 *Nec ſi occiſi*] Iſta ſæpe repetit ſanctus martyr, præcipue in libro de unitate eccleſiæ pag. 198. Hinc ortum vulgatum illud: *Martyrem non facit pœna, ſed cauſa*, quod exſtat apud Rufinum in pſal. 34. & 43. & ſæpe citatur a ſancto Auguſtino. Id vero ſanctus papa Gregorius lib. 2. indict. 10. epiſt. 37. laudat ex Cypriano. Videtur autem acceptum ex libro de duplici martyrio ad Fortunatum, in quo ita ſcriptum eſt: *Neque enim ſtatim martyr eſt qui occiditur. Occiduntur & ſicarii & piratæ. Non ſupplicium facit martyrem ſed cauſa*. Sic Primaſius in caput tertium epiſtolæ Pauli ad Galatas ait: *Reum non facit pœna, ſed cauſa*. Et ſanctus Hieronymus in libro ſecundo adverſus Rufinum loquens de caritate, quam ait eſſe majorem fide & ſpe, & quam Paulus optat potius quam præſumit, addit, *ſine qua & martyrio ſanguis effuſus corpuſque flammis traditum coronam non habet præmiorum*. Idem in caput quintum epiſtolæ ad Galatas: *Vide quantum ſit bonum caritatis. Si ita martyrium fecerimus ut noſtras velimus ab hominibus reliquias honorari, ſi opinionem vulgi ſectantes intrepidi ſanguinem fuderimus, & ſubſtantiam noſtram uſque ad mendicitatem propriam dederimus, huic operi non tam præmium quam pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta ſunt quam corona victoriæ*. Sanctus Auguſtinus in libro de correctione Donatiſtarum cap. 2. *Non ergo qui propter iniquitatem & propter Chriſtianæ unitatis impiam diviſionem, ſed qui propter juſtitiam perſecutionem patiuntur, hi martyres veri ſunt*. Et paulo poſt: *Poteſt enim eſſe impiorum ſimilis pœna, ſed diſſimilis eſt martyrum cauſa*. Plangendi igitur erant Donatiſtæ qui graviſſima tormenta toleraverant pro nomine Chriſti in perſecutione Diocletiani. Vide eorum acta in libro ſecundo miſcellaneorum noſtrorum. Guibertus de Novigento lib. 1. cap. 3. de pignoribus ſanctorum: *Donatiſtæ non imparia martyribus paſſi ſunt, & quia extorres a caritate fuerunt, fruſtra fuerunt*. Stephanus Tornacenſis in epiſtola ſua ſecunda, loquens de cæde Joannis decani Aurelianenſis: *Joannem noſtrum martyrem ſimul cauſa fecit & pœna*. Cæſarius Heiſterbachcenſis lib. 8. cap. 64. *Cauſa, non pœna, facit martyres*. Vide notas ad vitas Paparum Avenionenſium pag. 1250.

EPISTOLA LIII.

Ad Fortunatum & alios collegas de iis qui per tormenta ſuperantur.

CYPRIANUS Fortunato, Ahymmo, Optato, Privatiano, Donatulo, & Felici fratribus ſalutem. Scripſiſtis mihi, fratres cariſſimi, quod cum in Capſenſi civitate propter ordinationem epiſcopi eſſetis, pertulerit ad vos [1] Superius frater & collega noſter [2] Ninum, Clementianum, Florum fratres noſtros, qui in perſecutione apprehenſi prius fuerant, & [3] nomen Domini confeſſi violentiam magiſtratus & populi frementis impetum vicerant, poſtmodum cum apud [4] proconſulem pœnis gravibus excruciarentur, vi tormentorum ſub-
B actos eſſe & de gradu gloriæ, ad quam plena fidei virtute tendebant, diutinis cruciatibus excidiſſe, nec tamen poſt hunc gravem lapſum non voluntate ſed neceſſitate ſuſceptum a pœnitentia agenda per hoc triennium deſtitiſſe. De quibus conſulendum putaſtis an eos ad communicationem jam fas eſſet admittere. Et quidem quod ad mei animi ſententiam pertinet, puto his indulgentiam Domini non defuturam quos conſtat ſtetiſſe in acie, nomen Domini confeſſos eſſe, violentiam magiſtratu-
C um & populi furentis incurſum immobilis fidei obſtinatione viciſſe, paſſos eſſe carcerem, diu inter minas proconſulis & fremitum populi circumſtantis tormentis laniantibus ac longa iteratione cruciantibus repugnaſſe; ut quod in [5] noviſſimo infirmitate carnis ſubactum videtur, meritorum præcedentium defenſione relevetur, & ſit ſatis talibus gloriam perdidiſſe, non tamen debere nos eis & veniæ locum clau-
A dere atque eos a paterna pietate & a noſtra communicatione privare; quibus exiſtimamus ad deprecandam [6] clementiam Domini poſſe ſufficere quod triennio jugiter ac dolenter, ut ſcribitis, cum ſumma pœnitentiæ lamentatione planxerunt. Certe non puto incaute & temere his pacem committi quos videmus militiæ ſuæ fortitudine nec prius pugnæ defuiſſe, & ſi acies etiam denuo venerit, gloriam ſuam poſſe reparare. Nam cum in concilio placuerit pœnitentiam agentibus in infirmitatis peri-
B culo ſubveniri & pacem dari, debent utique in accipienda pace præcedere quos videmus non animi infirmitate cecidiſſe, ſed in prœlio congreſſos & vulneratos per imbecillitatem carnis confeſſionis ſuæ coronam non potuiſſe perferre; maxime cum cupientibus mori non [7] permitterentur occidi, ſed tamdiu feſſos tormenta laniarent quamdiu non fidem, quæ invicta eſt, vincerent, ſed carnem, quæ infirma eſt, fatigarent. Quoniam tamen ſcripſiſtis ut cum pluribus collegis de hoc ipſo pleniſſime tra-
C ctem, & res tanta exigit majus & impenſius de multorum collatione conſilium, & nunc omnes fere inter Paſchæ prima ſolemnia apud ſe cum fratribus demorantur, quando ſolemnitati celebrandæ apud ſuos ſatisfecerint & ad me [8] venire cœperint, tractabo cum ſingulis plenius, ut de eo quod conſuluiſtis figatur apud nos & reſcribatur vobis firma ſententia multorum ſacerdotum conſilio ponderata. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LIII.

1 *Superius*] Ita ſcriptum fuiſſe in vetuſtiſſimo codice Veronenſi mihi conſtat, & monet etiam Rigaltius. Sic etiam edidit Manutius. Teſtatur autem Pamelius codicem Anglicanum quo ille utebatur habere ſicut Manutius habet. Et tamen nupera editio Anglicana nullum illius lectionis vetus exemplar allegat quam Veronenſe. Adjuvant nihilominus illam codices Eligianus & Beccenſis, in quibus ſcriptum eſt *ſuperus*, & decem alii veteres, qui habent *ſuper*. In exemplari editionis Baſileenſis anni 1540. quod fuit Jacobi Cujacii, & nunc penes me eſt, vir ille doctiſſimus ſcripſit in margine ex quodam veteri libro *ſuperus* ut in codice ſancti Eligii & in Beccenſi. Veteres editiones, etiam Morelliana, & tria vetera exemplaria præferunt *nuper*. Alius Superius presbyter in libro ſecundo miſcellaneorum noſtrorum pag. 101. & Superius ſtationarius apud Optatum Milevitanum in calce libri primi.

2 *Ninum*] In duobus antiquis codicibus ſcriptum eſt *Saturninum*. Saturnini mentio exſtat in variis epiſtolis apud Cyprianum. Nini nulla alibi, quod ſciam, mentio habetur. Quod fortaſſis approbare poſſet lectionem horum duorum veterum librorum. Verum nulla uſpiam memoria de lapſu Saturnini. Itaque aut alius fuit Saturninus, ſi vera eſt lectio, aut certe retinendum eſt iſtic nomen Nini. Epiſcopum fuiſſe hinc colligi poſſet quod Cyprianus eum vocat fratrem, niſi conſtaret presbyteros quoque ab eo vocatos fuiſſe fratres. Pœnituiſſe Ninum quod fidem fregiſſet teſtatur abunde Cyprianus; adeoque puto illum poſtea gloriam ſuam reparaſſe. Nam in vetuſtiſſimo martyrologio ad XVI. Kal. Decembris notatus: *In Mauritania Nini*. & XVIII. Kal. Januarii: *In Africa Nini*. Non dicitur fuiſſe martyr. Itaque exiſtimari poſſet eum non eſſe diverſum a Nino confeſſore, cujus mentio habetur in narratione de quodam qui vidit filium Dei. Ea narratio exſtat in codice Foſſatenſi. Sic autem incipit: *Quidam presbyter fuit religioſus valde Aergils nomine, frequenter Miſſarum ſolemnia celebrans ad corpus ſancti Nini epiſcopi & confeſſoris.*

3 *Nomen Domini*] Addidi vocem *Domini*, quamvis ſciam illam non eſſe neceſſariam in hoc loco, quia ita reperi ſcriptum in omnibus fere vetuſtis exemplaribus quibus uſus ſum & in antiquis editionibus. Pamelius expunxit.

4 *Proconſulem*] Africæ nimirum. Magnæ illum dignationis & auctoritatis fuiſſe liquet ex teſtimonio Salviani, qui lib. 7. cap. 16. ait illum, quantum ad nomen quidem proconſulem, ſed quantum ad potentiam conſulem fuiſſe. Proconſulum Africæ multa mentio eſt apud veteres hiſtoriarum ſcriptores. Multæ præterea exſtant in Codice Theodoſiano conſtitutiones Imperatorum directæ ad proconſules Africæ.

5 *Noviſſimo*] id eſt poſtea. Sic reſtitui debere viſum eſt pro eo quod Rigaltius & Angli poſuerunt *noviſſime*. Quippe omnes libri veteres & editiones ante Rigaltianam habent eam lectionem quam ego revocavi. Quapropter miror Anglos, qui ſciebant illam exſtare in libris noſtris veteribus, prætuliſſe eam quæ nuſpiam habetur quam in editione Rigaltii. Quid ſi mendum illius editionis imputemus typographo?

6 *Clementiam*] Codex Fuxenſis, *miſericordiam*.

7 *Permitterentur*] Citat hunc locum Hieronymus in vita Pauli monachi: *Verum hoſtis callidus tarda ad mortem ſupplicia conquirens animas cupiebat jugulare, & ut ipſe qui ab eo paſſus eſt Cyprianus ait, volentibus mori non permittebatur occidi*. Codex Fuxenſis iſtic apud Cyprianum habet *paterentur*. Sed Hieronymus habebat in ſuo exemplari *permitterentur*. Lucanus lib. 6. *Ah miſer, extremum cui mortis munus iniquæ eripitur*

tur non poſſe mori. Seneca Thebaide: *Occidere eſt vetare cupientem mori.*

8 *Venire cœperint*] Hinc colligi poſſe videtur conſueviſſe eo tempore epiſcopos Africanos convenire Carthaginem apud epiſcopum magnæ illius eccleſiæ, ſicut epiſcopi Italiæ & Siciliæ apud Romanum; ſed tamen neceſſe fuiſſe ut in præcipuis feſtivitatibus eſſent in ſuis civitatibus. Editio Anglicana male hunc locum interpretata eſt de ſynodis habendis bis in anno. Ea regula nondum inventa erat.

[1] EPISTOLA LIV.

Ad Cornelium de pace lapſis danda.

CYPRIANUS, Liberalis, Caldonius, Nicomedes, Cæcilius, Junius, Marrutius, Felix, Succeſſus, Fauſtinus, Fortunatus, Victor, Saturninus, alius Saturninus, Rogatianus, Tertullus, Lucianus, [2] Sattius, Secundinus, alius Saturninus, Eutyches, Amplus, alius Saturninus, Aurelius, Priſcus, Herculaneus, Victoricus, Quintus, Honoratus, Manthaneus, Hortenſianus, Verianus, Jambus, Donatus, Pomponius, Polycarpus, Demetrius, alius Donatus, Privatianus, Fortunatus, Rogatus, & Munnulus Cornelio fratri ſalutem. Statueramus qnidem jam pridem, frater cariſſime, participato invicem nobiſcum conſilio ut qui in perſecutionis infeſtatione ſupplantati ab adverſario & lapſi fuiſſent, & ſacrificiis ſe illicitis maculaſſent, agerent diu pœnitentiam plenam, & ſi periculum infirmitatis urgeret, pacem [3] ſub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat aut permittebat paterna pietas & divina clementia eccleſiam pulſantibus claudi & dolentibus ac deprecantibus ſpei ſalutaris ſubſidium denegari, ut de ſæculo recedentes ſine communicatione & pace ad Dominum dimitterentur, quando permiſerit ipſe

Matt. 18. qui legem dedit ut ligata in terris etiam in cælis ligata eſſent, ſolvi autem poſſent illic quæ hic prius in eccleſia ſolverentur. Sed enim cum videamus diem rurſus alterius infeſtationis appropinquare cœpiſſe, & crebris atque aſſiduis [4] oſtenſionibus admoneamur ut ad certamen qnod nobis hoſtis indicit armati & parati ſimus, plebem etiam nobis de divina dignatione commiſſam exhortationibus noſtris paremus, & omnes omnino milites Chriſti qui arma deſiderant & prœlium flagitant intra caſtra dominica colligamus, neceſſitate cogente cenſuimus eis qui de eccleſia Domini non receſſerunt, ſed pœnitentiam agere & lamentari ac Dominum deprecari a primo lapſus ſui die non deſtiterunt, pacem dandam eſſe, & eos ad prœlium quod imminet armari & inſtrui oportere. Obtemperandum eſt namque oſtenſionibus atque admonitionibus juſtis, ut a paſtoribus oves in periculo non deſerantur, ſed grex omnis in unum congregetur, & exercitus Domini ad certamen militiæ cæleſtis armetur. Merito enim trahebatur dolentium pœnitentia tempore longiore ut [5] infirmis in exitu ſubveniretur quamdiu quies & tranquillitas aderat, quæ differre diu plangentium lacrimas & ſubvenire ſero morientibus in infirmitate patetetur. At vero nunc non infirmis, ſed fortibus, pax neceſſaria eſt, nec morientibus, ſed viventibus, commnnicatio a nobis danda eſt; ut quos excitamus & hortamur ad prœlium non inermes & nudos relinquamus, ſed [6] prote-

A ctione ſanguinis & corporis Chriſti muniamus; & cum ad hoc fiat euchariſtia ut poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra adverſarium volumus, munimento dominicæ ſatutitatis armemus. Nam quomodo docemus aut provocamus eos in confeſſione nominis ſanguinem ſuum fundere, [7] ſi eis militaturis Chriſti ſanguinem denegamus? Aut qnomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, ſi non eos prius ad bibendum in eccleſia poculum Domini jure communicationis admittimus? Intereſ-

B ſe debet, frater cariſſime, inter eos qui vel apoſtataverunt & ad ſæculum cui renuntiaverant reverſi gentiliter vivunt, vel ad hæreticos transfugæ facti, contra eccleſiam parricidalia quotidie arma ſuſcipiunt, & inter eos qui ab eccleſiæ limine non recedentes & implorantes jugiter [8] ac dolenter divina & paterna ſolatia, nunc ſe ad pugnam paratos eſſe & pro Domini ſui nomine ac pro ſua ſalute ſtare fortiter & pugnare profitentur. Hoc in tempore pacem nos non dormientibus ſed vigilantibus

C damus, pacem non deliciis ſed armis damus, pacem non ad quietem ſed ad aciem damus. Si ſecundum quod eos audimus [9] & optamus & credimus fortiter ſteterint, & adverſarium nobiſcum in congreſſione proſtraverint, non pœnitet pacem conceſſiſſe tam fortibus, immo epiſcopatus noſtri honor grandis & gloria eſt pacem dediſſe martyribus, ut ſacerdotes qui [10] ſacrificia Dei [11] quotidie celebramus, hoſtias Deo & victimas præparemus. Si autem, qnod Dominus avertat a fratribus noſtris, aliquis la-

D pſorum feſellerit, ut pacem ſubdole petat, & [12] impendentis prœlii tempore communicationem non prœliaturus accipiat, ſe ipſum fallit & decipit, qui aliud corde occultat, & aliud voce pronuntiat. Nos, in quantum nobis & videre & judicare conceditur, faciem ſingulorum videmus, cor ſcrutari & mentem perſpicere non poſſumus. De his judicat occultorum ſcrutator & cognitor cito venturus & de arcanis cordis atque abditis judicaturus. Obeſſe autem [13] mali bonis non debent, ſed magis mali

E a bonis adjuvari. Nec ideo martyrium facturis pax neganda eſt quia ſunt quidam negaturi, cum propter hoc pax danda ſit omnibus militaturis, ne per ignorantiam noſtram ille incipiat præteriri qui habet in prœlio coronari. Nec quiſquam dicat, qui martyrium tollit, [14] ſanguine ſuo baptizatur, nec pax illi ab epiſcopo neceſſaria eſt habituro gloriæ ſuæ pacem & accepturo majorem de Domini dignatione mercedem. Primo idoneus eſſe non poteſt ad martyrium qui ab eccleſia non armatur ad prœlium, & mens deficit quam non recepta euchariſtia erigit & accendit. Dominus enim in evan-

Matt. 10. evangelio ſuo dicit : *Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.* Quando autem dicat in traditis atque in confeſſione nominis conſtitutis ſpiritum patris loqui, quomodo poteſt ad confeſſionem paratus aut idoneus inveniri qui non prius pace accepta receperit ſpiritum patris, qui corroborans ſervos ſuos ipſe loquitur & confitetur in nobis? Tum deinde ſi relictis omnibus rebus ſuis fugerit, & in latebris atque in B ſolitudine conſtitutus in latrones forte incurrerit, aut in febribus & in languore deceſſerit, nonne nobis imputabitur quod tam bonus miles, qui omnia ſua dereliquit, & contempta domo & parentibus ac liberis ſequi dominum ſuum maluit, ſine pace & ſine communicatione decedit? Nonne nobis vel negligentia ſegnis vel duritia crudelis adſcribetur in die judicii quod paſtores creditas & commiſſas nobis oves nec curare in pace nec in acie voluerimus armare? Nonne ingeretur nobis a Domi- C no quod per prophetam ſuum clamat & dicit:

Ezech. 34. *Ecce lac conſumitis & lanis vos tegitis, & quod craſſum eſt interficitis, & oves meas non paſcitis, quod infirmatum eſt non confortaſtis, & quod male habuit non corroboraſtis, & quod contribulatum eſt non [15] conſolati eſtis, & quod errabat non revocaſtis, & quod periit non inquiſiſtis, & quod forte fuit confeciſtis labore, & diſperſæ ſunt oves meæ, eo quod non ſunt paſtores, & factæ ſunt in [16] comeſturam omnibus beſtiis agri; & non fuit qui inquireret, neque qui revocaret. Propterea hæc di-* A *cit Dominus: Ecce ego ſuper paſtores, & requiram oves meas de manibus eorum, & avertam eos ut non paſcant oves meas, [17] & jam non paſcent eas, & extraham oves meas [18] de ore eorum, & paſcam eas cum judicio.* Ne igitur ore noſtro, quo pacem negamus, quo duritiam magis humanæ crudelitatis quam divinæ & [19] paternæ pietatis opponimus, oves nobis commiſſæ a Domino repoſcantur, placuit nobis, ſancto ſpiritu ſuggerente, & Domino per viſiones multas & manifeſtas admonente quia hoſtis imminere prænuntiatur & oſtenditur, colligere in- B tra caſtra milites Chriſti, examinatis ſingulorum cauſis, pacem lapſis dare, immo pugnaturis arma ſuggerere. Quod credimus vobis quoque paternæ miſericordiæ contemplatione placiturum. Quod ſi de collegis aliquis extiterit qui urgente certamine pacem fratribus & ſororibus non putet dandam, reddet ille rationem in die judicii Domino vel importunæ cenſuræ vel inhumanæ duritiæ ſuæ. Nos quod fidei & caritati & ſollicitudini congruebat quæ erant C in conſcientia noſtra protulimus, diem certaminis appropinquaſſe, hoſtem violentum cito contra nos exſurgere, pugnam, non talem qualis fuit, ſed graviorem multo & acriorem venire. Hoc nobis divinitus frequenter oſtenditur, de hoc nos providentia & miſericordia Domini ſæpius admonemur; de cujus ope & pietate qui in eum confidimus poſſumus eſſe ſecuri quia qui in pace militibus ſuis futuram prænuntiat pugnam, dabit militantibus in congreſſione victoriam. Optamus te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LIV.

1 OMnes fere libri veteres & omnes veteres editiones præferunt nomina omnium epiſcoporum. Quare valde miror Pamelium illa omiſiſſe in ſua & Rigaltium maluiſſe ea referre in ſuis obſervationibus tamquam rem novam, profeſſus ſe ea addere ex codice Corbejenſi. Melius Angli, qui ea poſuerunt in contextu. Porro inter ſe in illis ſcribendis variant vetera exemplaria & veteres editiones. Inutile eſſet referre varias lectiones. Itaque nos credidimus ea ſufficere quæ in codice Thuano, quo Rigaltius quoque uſus eſt, inveniuntur. Ceterum illud quoque admonemus, in uno codice regio deſiderari nomina epiſcoporum & in titulo iſtius epiſtolæ ſcriptum eſſe ſimpliciter: *Cyprianus Cornelio fratri ſalutem.* At in codice ſancti Arnulphi legitur: *Cyprianus cum fratribus numero XLI. Cornelio fratri ſalutem.*

2 *Sattius*] Quamquam id quod dicturus ſum ſit exigui momenti, dicam tamen, quia iſtud Rigaltius retulit in obſervationibus ſuis, ubi monet hunc epiſcopum vocari Fattium in codice Corbejenſi. Quod verum eſt. Ceterum vocatur Sattius in multis antiquis exemplaribus. Et ita ſcribendum eſſe docet etiam prava lectio veterum editionum, in quibus legitur *Satius*. Certum eſt igitur lectionem libri Corbejenſis eſſe falſam.

3 *Sub ictu*] Rigaltius ait ſcriptum eſſe *ſub ictum* in codice Corbejenſi. Ego ibi legi *ſubjectum*.

4 *Oſtenſionibus*] revelationibus, viſionibus quæ in ſomno obrepunt, quibus paulo infra ait eſſe obtemperandum. Ea erat illis temporibus ſimplicitas & confidentia chriſtianorum. Deinde ſecuta ſunt tempora quæ omnem pæne auctoritatem adimerent iſtiuſmodi ſomniis, ut patet ex Hieronymi epiſtola ad Pammachium & Marcellam adverſus Rufinum & ex libro ſexto cap. 3. confeſſionum ſancti Auguſtini. Immo ævo quoque Cypriani, ut ipſe in epiſtola ad Florentium pag. 124. docet, erant quibus revelationes in ſomno factæ videbantur ſomnia ridicula & viſiones ineptæ. Eis tamen fidem adhibuiſſe Tertullianum liquet ex calce libri de virginibus velandis, immo etiam Hieronymum ex ipſo diſcimus in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ. Poſterioribus ſæculis, cum deveniebatur ad ultima temporum, revelationes multæ factæ ſunt piis hominibus, non ſolum ſomniantibus, ſed vigilantibus, idque frequentiſſime. Sed fuere etiam illis temporibus qui eas contemnerent. Vide notas noſtras ad vitas Paparum Avenionenſium pag. 1223. Ceterum an a Deo mittantur ſomnia diſputat Ludovicus Cælius Rhodiginus lib. 14. cap. 43.

5 *Infirmis*] Eraſmus addidit, *ſi qui eſſent*. Quod in nullo eorum veterum exemplarium quibus utor reperi, neque in aliis editionibus.

6 *Protect. cor. & ſang.*] id eſt, communicationis, euchariſtiæ, ut ſtatim dicet.

7 *Si eis militaturis*] Codex Corbejenſis, *ſi eis qui militaverint*.

8 *Ac dolenter*] Hæc deſunt in quatuor antiquis exemplaribus. In meo legitur *dolentes*. Sic etiam codex ſancti Arnulphi.

9 *Et opt. & cred.*] Hæc quidem habentur in ſeptem codicibus antiquis. Sed deſunt in aliis octo. Eraſmus primus poſuit. Nam deſiderantur in antiquis editionibus.

10 *Sacrificia Dei*] Ita certe habet codex Corbejenſis; Et tamen Rigaltius adnotat in illo ſcriptum eſſe *Deo*.

11 *Quotidie celebramus*] In libro de oratione dominica pag. 209. *euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus*. Tertullianus lib. 2. ad uxorem, *neſciet maritus quid ſecreto ante omnem cibum guſtes; & ſi ſciverit panem, non illum credit eſſe qui dicitur*. Vide cap. *Quotidie* apud Gratianum diſt. 2. de conſecratione.

12 *Impendentis*] Codex Foxenſis, *ingruentis*.

13 *Mali*] Quidam libri veteres habent *malivoli*.

14 *Sanguine ſuo*] Epiſt. 73. pag. 136. *utpote qui baptizentur glorioſiſſimo & maximo ſanguinis baptiſmo*. Et mox addit ſanguine ſuo baptizatos & paſſione ſanctificatos conſummari & divinæ pollicitationis gratiam conſequi. Vide Tertullianum in libro de baptiſmo & in libro de pudicitia. Paſſio ſanctarum Perpetuæ & Felicitatis, *a ſanguine ab obſtetrice ad retiarium latura poſt partum baptiſmo ſecundo*. Vide diſſertationem 13. Henrici Dodwelli, quæ eſt de ſecundo martyrii baptiſmo.

15 *Con-*

Digitized by Google

15 *Conſolati eſtis*] Codices Anglicani, *conſolidaſtis*. Sorbonicus, *conſolidati eſtis*.

16 *Comeſturam*] Codex Remigianus *comeſtionem*, Corbejenſis *deprædatione*, Turonenſis *de prædicatione*.

17 *Et jam n. p. eas*] Hæc deſunt in antiquis editionibus & in novem libris antiquis. Deſuiſſe etiam in tribus a ſe viſis teſtatur Pamelius.

18 *De ore eor.*] Codex Fuxenſis, *de manu & ore eorum*.

19 *Paternæ pietatis*] Eraſmus edidit, *paternæ pietatis dulcedinem apponimus*. Verum vocem *dulcedinem* ego nuſpiam reperi in libris antiquis.

[1] EPISTOLA LV.

Ad Cornelium de Fortunato & Feliciſſimo, ſive contra hæreticos.

CYPRIANUS Cornelio fratri ſalutem. Legi litteras tuas, frater cariſſime, quas per [2] Saturum fratrem noſtrum [3] acolythum miſiſti & dilectionis fraternæ & eccleſiaſticæ diſciplinæ & ſacerdotalis cenſuræ ſatis plenas; quibus ſignificaſti [4] Feliciſſimum hoſtem Chriſti non novum, ſed jam pridem ob crimina ſua plurima & graviſſima [5] abſtentum, & non tantum mea ſed & plurimorum coepiſcoporum ſententia condemnatum, rejectum a te illic eſſe, & cum veniſſet ſtipatus caterva & factione deſperatorum, vigore pleno quo [6] epiſcopum agere B oportet pulſum de eccleſia eſſe, de qua jam pridem cum ſui ſimilibus Dei majeſtate & Chriſti Domini & judicis noſtri ſeveritate depulſus eſt, ne ſchiſmatis & diſcidii auctor, ne pecuniæ commiſſæ ſibi fraudator, ne ſtuprator virginum, ne matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor ultra adhue ſponſam Chriſti incorruptam, ſanctam, pudicam præſentiæ ſuæ dedecore & impudica atque inceſta contagione violaret. Sed enim lecta alia tua epiſtola, frater, quam primis litteris ſub- C junxiſti, ſatis miratus ſum, [7] cum animadvertiſſem te minis atque terroribus eorum qui venerant aliquantum eſſe commotum, cum te, ſecundum quod ſcripſiſti, aggreſſi eſſent, cum ſumma deſperatione comminantes quod ſi [8] litteras quas attulerant non accepiſſes, publice eas recitarent, & multa turpia ac probroſa & ore ſuo digna proferrent. Quod ſi ita res eſt, frater cariſſime, ut nequiſſimorum timeatur audacia, & quod mali jure atque æquitate non poſſunt temeritate ac deſperatione perficiant, D actum eſt de epiſcopatus vigore & de eccleſiæ gubernandæ ſublimi ac divina poteſtate, nec chriſtiani ultra aut durare aut eſſe jam poſſumus, ſi ad hoc ventum eſt ut perditorum minas atque inſidias pertimeſcamus. Nam & gentiles & Judæi minantur & hæretici, atque omnes quorum pectora & mentes diabolus obſedit venenatam rabiem ſuam quotidie furioſa voce teſtantur. Non tamen iccirco cedendum eſt quia minantur, aut ideo adverſarius & inimicus major eſt Chriſto quia tantum ſibi vin- E dicat & aſſumit in ſæculo. Manere apud nos debet, frater cariſſime, fidei robur immobile, & ſtabilis atque inconcuſſa virtus contra omnes incurſus atque impetus oblatrantium fluctuum velut petræ objacentis fortitudine & mole debet obſiſtere. Nec intereſt unde epiſcopo aut terror aut periculum veniat, qui terroribus & periculis vivit obnoxius, & tamen fit de ipſis terroribus ac periculis glorioſus. Neque enim ſolas gentilium vel Judæorum minas cogitare & ſpectare debemus, cum videamus ipſum Dominum a fratribus [9] eſſe detentum & ab eo *Joan. 18.*

A quem inter apoſtolos ipſe delegerat proditum, *Marc. 14.* inter initia quoque mundi Abel juſtum nonniſi [10] frater occiderit, *Gen. 4.* & Jacob fugientem perſecutus ſit frater infeſtus, *Gen. 37.* & [11] Joſeph puer venierit vendentibus fratribus, in evangelio etiam *Matt. 10.* legamus eſſe prædictum magis domeſticos inimicos futuros, & qui prius copulati ſacramento unanimitatis fuerint, ipſos invicem tradituros. Nihil intereſt quis tradat aut ſæviat, cum Deus tradi [12] permittat quos diſponit coronari. Neque enim nobis ignominia eſt pati a fra- B tribus quod paſſus eſt Chriſtus, nec illis gloria eſt facere quod fecerit Judas. Quæ autem fuit elatio eſt, quæ comminantium tumens & inflata & vana jactatio, illic [13] abſenti minari, cum hic me habeant in poteſtate præſentem? Convicia eorum, quibus ſe & vitam ſuam quotidie lacerant, non timemus; fuſtes & lapides & gladios, quos verbis parricidalibus jactitant, non perhorreſcimus. Quod in illis eſt, homicidæ ſunt apud Deum tales. Necare tamen non poſſunt, niſi eis Dominus necare permi- C ſerit. Et cum nobis ſemel moriendum ſit, illi tamen & odio & verbis & delictis ſuis quotidie perimunt. Sed non iccirco, frater cariſſime, relinquenda eſt eccleſiaſtica diſciplina aut ſacerdotalis ſolvenda cenſura quoniam conviciis inſeſtamur aut terroribus quatimur, quando occurrat & moneat ſcriptura divina dicens: *Ille vero qui præſumit & contumax eſt, vir ſui jactans, nihil omnino proficiet, qui dilatavit tamquam infernus animam ſuam.* *Abac. 2.* Et iterum: *Et verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria ejus* *1. Mac. 2.* D *in ſtercora erit & in vermes. Hodie extollitur, & cras non invenietur, quoniam* [14] *converſus eſt in terram ſuam, & cogitatio ejus peribit.* Et iterum: *Pſal. 36.* *Vidi impium exaltatum & extolli ſuper cedros Libani; & tranſivi, & ecce non fuit; & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus.* Exaltatio & inflatio & arrogans ac ſuperba jactatio non de Chriſti magiſterio, qui humilitatem docet, ſed de antichriſti ſpiritu naſcitur, cui exprobrat per prophetam Dominus & dicit: *Tu autem* *Iſa. 14.* *dixiſti in animo tuo: In cælum aſcendam, ſuper* E *ſtellas Dei ponam ſedem meam, ſedebo in monte alto ſuper montes altos in aquilonem, aſcendam ſuper nubes, ero ſimilis altiſſimo.* Et addidit dicens: *Tu vero ad inferos deſcendes in fundamenta terræ; & qui videbunt te, mirabuntur ſuper te.* Unde & parem talibus pœnam ſcriptura divina loco alio comminatur & dicit: *Dies enim* *Iſa. 2.* *Domini Sabaoth ſuper omnem injurioſum & ſuperbum & ſuper omnem elatum & excelſum.* De ore itaque ac de verbis ſuis unuſquiſque ſtatim proditur, & utrum Chriſtum in corde ſuo an vero antichriſtum habeat, loquendo detegitur, ſecundum quod Dominus in evangelio ſuo dicit:

Matt. 12. cit : *Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona*
loqui, cum ſitis nequam? De abundantia enim cor-
dis os emittit. Bonus homo de bono theſauro emit-
tit bona, & nequam homo de nequam theſauro e-
Luc. 6. *mittit nequam*. Unde & dives ille peccator, qui
de Lazaro in ſinu Abrahæ poſito atque in re-
frigerio conſtituto implorat auxilium, cum in
tormentis cruciabundus flammæ cremantis ar-
doribus aduratur, inter omnes corporis partes
magis os ejus & lingua pœnas dat, quia plus
ſcilicet lingua ſua & ore peccaverat. Nam cum
1. Cor. 6. ſcriptum ſit, *Neque maledici regnum Dei conſe-*
quentur, & iterum Dominus in evangelio ſuo
Matth. 5. dicat, *Qui dixerit fratri ſuo fatue, & qui dixe-*
rit racha, reus erit in gehenna ignis, quomodo
poſſunt cenſuram Domini ultoris evadere qui
talia ingerunt, non ſolum fratribus, ſed &
ſacerdotibus, quibus honor tantus de Dei di-
gnatione conceditur ut quiſquis ſacerdoti ejus
& ad tempus hic judicanti non obtemperaret,
ſtatim necaretur? In Deuteronomio loquitur
Deut. 17. Dominus Deus dicens : *Et homo quicumque fe-*
cerit in ſuperbia, ut non exaudiat ſacerdotem aut
judicem, quicumque fuerit in diebus illis, morie-
tur homo ille, & omnis populus cum audierit, ti-
mebit, & non agent impie etiam nunc. Item ad
Samuelem, cum a Judæis ſperneretur, Deus
2. Reg. 8. dicit : *Non te ſpreverunt, ſed me ſpreverunt*.
Luc. 10. Et Dominus quoque in evangelio : [13] *Qui au-*
dit vos, inquit, *me audit, & eum qui me mi-*
ſit, & [14] *qui rejicit vos, me rejicit, & qui me*
rejicit, rejicit eum qui me miſit. Et cum lepro-
Matth. 8. ſum emundaſſet, *Vade*, inquit, *& demonſtra*
te ſacerdoti. Et cum poſtea tempore paſſionis
alapam accepiſſet a ſervo ſacerdotis, cumque
Joan. 18. ei dixiſſet, *Sic reſpondes pontifici*, adverſus pon-
tificem Dominus contumelioſe nihil dixit, nec
quidquam de ſacerdotis honore detraxit, ſed
innocentiam ſuam magis aſſerens & oſtendens,
Si male, inquit, *locutus ſum, exprobra de malo;*
ſi autem bene, quid me cædis? Item in actibus
apoſtolorum poſtmodum beatus apoſtolus Pau-
Act. 23. lus, cum ei dictum eſſet, *Sic* [17] *inſilis in ſa-*
cerdotem Dei maledicendo, quamvis Domino
jam crucifixo ſacrilegi & impii & cruenti illi
eſſe cœpiſſent, nec jam quidquam de ſacerdo-
tali honore & auctoritate retinerent, tamen i-
pſum quamvis inane nomen & umbram quam-
dam ſacerdotis cogitans Paulus, *Neſciebam*,
inquit, *fratres, quia pontifex eſt. Scriptum eſt*
Exod. 22. *enim* : [18] *Principem populi tui non maledices*. Cum
hæc tanta ac talia & multa alia exempla præ-
cedant, quibus ſacerdotalis auctoritas & pote-
ſtas de divina dignatione firmatur, quales pu-
tas eſſe eos qui ſacerdotum hoſtes & contra ec-
cleſiam catholicam rebelles nec præmonentis
Domini comminatione nec futuri judicii ul-
tione terrentur? Neque enim aliunde hæreſes
obortæ ſunt aut nata ſunt ſchiſmata quam in-
de quod ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec
[19] unus in eccleſia ad tempus ſacerdos & ad
tempus judex vice Chriſti cogitatur : cui ſi ſe-
cundum magiſteria divina obtemperaret frater-
nitas univerſa, nemo adverſum ſacerdotum col-
legium quidquam moveret, nemo poſt divinum
judicium, poſt populi ſuffragium, poſt coepi-
ſcoporum conſenſum, judicem ſe jam, non e-
piſcopi, ſed Dei, faceret, nemo diſcidio uni-
tatis Chriſti eccleſiam ſcinderet, nemo ſibi pla-

A cens ac tumens ſeorſum foris hæreſim novam
conderet; niſi ſi ita eſt aliquis ſacrilegæ teme-
ritatis ac perditæ mentis ut putet ſine Dei ju-
dicio fieri ſacerdotem, cum Dominus in evan-
gelio ſuo dicat : *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt,* Mat. 10.
& neuter eorum cadit in terram [10] *ſine patris ve-*
ſtri voluntate? Cum ille nec minima fieri ſine
voluntate Dei dicat, [11] exiſtimat aliquis ſumma
& magna aut non ſciente aut non permittente
Deo in eccleſia Dei fieri, & ſacerdotes, id eſt,
diſpenſatores ejus, non de ejus ſententia ordina-
B ri? Hoc eſt fidem non habere qua vivimus, hoc
eſt Deo honorem non dare, cujus nutu & ar-
bitrio regi & gubernari omnia ſcimus & cre-
dimus. Plane epiſcopi non de voluntate Dei
fiunt, ſed qui extra eccleſiam fiunt, ſed qui
contra diſpoſitionem & traditionem evangelii
fiunt, ſicut ipſe Dominus in duodecim prophe-
tis ponit & dicit : *Sibimetipſis regem conſtitue-* Oſee 8.
runt, & non per me. Et iterum : *Sacrificia eo-* & 9.
rum tamquam panis luctus, omnes qui manducant
ea contaminabuntur. Et per Eſaiam quoque ſpi-
ritus ſanctus clamat & dicit : *Væ vobis, filii* Iſa. 30.
C *deſertores. Hæc dicit Dominus* : [12] *Habuiſtis con-*
ſilium, & non per me; & feciſtis conventionem,
& non per ſpiritum meum, adjicere peccata ſuper
peccata. Ceterum ([13] dico enim provocatus,
dico dolens, dico compulſus) quando epiſco-
pus in locum defuncti ſubſtituitur, quando po-
puli univerſi ſuffragio in pace deligitur, quan-
do Dei auxilio in perſecutione protegitur, col-
legis omnibus fideliter junctus, plebi ſuæ in e-
piſcopatu quadriennio jam probatus, in quie-
te ſerviens diſciplinæ, in tempeſtate [14] proſcri-
D ptus, applicito & adjuncto epiſcopatus ſui no-
mine, toties [15] ad leonem petitus, in circo,
in amphitheatro dominicæ dignationis teſtimo-
nio honoratus, his ipſis etiam diebus quibus
has ad te litteras feci, ob ſacrificia quæ [16] e-
dicto propoſito celebrare populus jubebatur [17]
clamore popularium ad leonem denuo poſtula-
tus in circo, cum talis, frater cariſſime, a qui-
buſdam deſperatis & perditis & extra eccleſiam
conſtitutis impugnari videtur, apparet quis im-
pugnet, non ſcilicet Chriſtus, qui ſacerdotes
aut conſtituit aut protegit, ſed ille qui Chri-
E ſti adverſarius & eccleſiæ ejus inimicus ad hoc
eccleſiæ præpoſitum ſua infeſtatione perſequi-
tur ut, gubernatore ſublato, atrocius atque
violentius circa eccleſiæ naufragia graſſetur.
Nec quemquam fidelem & evangelii memorem
atque apoſtoli præmonentis mandata retinen- 2. Tim. 3.
tem movere debet, frater cariſſime, ſi quidam
in extremis temporibus ſuperbi & contumaces
& ſacerdotum Dei hoſtes aut de eccleſia rece-
dunt, aut contra eccleſiam faciunt, quando
tales nunc futuros & Dominus & apoſtoli ejus
ante prædixerint. Nec præpoſitum ſervum de-
F ſeri a quibuſdam miretur aliquis, quando i-
pſum Dominum magnalia & mirabilia ſumma
facientem & virtutes Dei patris factorum ſuo-
rum teſtimonio comprobantem diſcipuli ſui re-
liquerint. Et tamen ille non increpuit rece-
dentes, aut graviter comminatus eſt, ſed ma-
gis converſus ad apoſtolos ſuos dixit : *Numquid* Matt. 16.
& vos vultis ire? ſervans ſcilicet legem qua ho-
mo libertati ſuæ relictus, & in arbitrio pro-
prio conſtitutus, ſibimet ipſe vel mortem ap-
petit vel ſalutem. Petrus tamen, [18] ſuper quem

ædificata ab eodem Domino fuerat eccleſia, [29] unus pro omnibus loquens & eccleſiæ voce reſpondens ait: *Domine, ad quem ibimus? Verbum vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognovimus quoniam* [30] *tu es Chriſtus filius Dei vivi*, ſignificans ſcilicet & oſtendens eos qui a Chriſto receſſerint culpa ſua perire, eccleſiam tamen, quæ in Chriſtum credat, & quæ ſemel id quod cognoverit teneat, numquam ab eo omnino diſcedere, & eos eſſe eccleſiam qui in domo Dei permanent, plantationem vero plantatam a Deo patre non eſſe quos videmus non frumenti ſtabilitate ſolidari, ſed tamquam paleas diſſipantis inimici ſpiritu ventilari, de

1. Joan. 2. quibus & Joannes in epiſtola ſua dicit: *Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis. Si enim fuiſſent ex nobis,* [31] *manſiſſent utique nobiſcum.* Item Paulus monet nos cum mali de eccleſia pereunt non moveri, nec recedentibus perfidis

Rom. 3. fidem minui. *Quid enim*, inquit, *ſi exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Abſit. Eſt enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Quod ad nos attinet, conſcientiæ noſtræ convenit, frater cariſſime, dare operam ne quis culpa noſtra de eccleſia pereat, ſi autem quis ultro & crimine ſuo perierit & pœnitentiam agere atque ad eccleſiam redire noluerit, nos in die judicii inculpatos futuros, qui conſulimus ſanitati, illos ſolos in pœnis remanſuros qui noluerint conſilii noſtri ſalubritate ſanari. Nec movere nos debent convicia perditorum quo minus a via recta & a certa regula non recedamus,

Gal. 1. quando & apoſtolus inſtruat dicens: *Si hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem.* Intereſt utrum quis homines promereri an Deum cupiat. Si hominibus placetur, Dominus offenditur. Si vero id [32] enitimur & elaboramus ut poſſimus Deo placere, & convicia & maledicta debemus humana contemnere. Quod autem tibi de [33] Fortunato iſto pſeudoepiſcopo a paucis & inveteratis hæreticis conſtituto non ſtatim ſcripſi, frater cariſſime, non ea res erat quæ in notitiam tuam deberet feſtinato ſtatim quaſi magna aut metuenda perferri, maxime quando & Fortunati nomen jam ſatis noſſes, qui eſt unus ex quinque presbyteris jam pridem de eccleſia profugis & ſententia coepiſcoporum noſtrorum multorum & graviſſimorum virorum nuper abſtentis qui ſuper hac re priore anno ad te litteras fecerunt. Item Feliciſſimum ſigniferum ſeditionis recognoſceres, qui & ipſe in iiſdem coepiſcoporum noſtrorum factis ad te pridem litteris continetur; qui non tantum ab iis iſtic abſtentus, ſed & abs te illic nuper de eccleſia pulſus eſt. Cum hæc in notitia tua eſſe confiderem & pro certo hærere memoriæ & diſciplinæ tuæ ſcirem, neceſſarium non putavi celeriter & urgenter hæreticorum tibi ineptias nnntiandas. Neque enim ad catholicæ eccleſiæ majeſtatem pariter ac dignitatem pertinere debet quid apud ſe hæreticorum & ſchiſmaticorum moliatur audacia. Nam & pars Novatiani Maximum presbyterum nuper ad nos a Novatiano legatum miſſum atque a noſtra communicatione rejectum nunc iſtic ſibi feciſſe pſeudoepiſcopum dicitur. Nec tamen de hoc tibi ſcripſeram, quando hæc omnia contemnantur a nobis, & miſerim tibi proxime nomina epiſcoporum iſtic conſtitutorum qui integri & ſani in eccleſia catholica fratribus præſunt. Quod utique ideo de omnium noſtrorum conſilio tibi placuit ſcribere ut erroris diluendi ac perſpiciendæ veritatis compendium fieret, & ſcires tu & collegæ noſtri quibus ſcribere & litteras mutuo a quibus vos accipere oporteret; ſi quis autem præter hos quos epiſtola noſtra complexi ſumus ſcribere vobis auderet, ſciretis eum vel ſacrificio vel libello eſſe maculatum, vel unum de hæreticis, perverſum ſcilicet & prophanum. Nactus tamen occaſionem familiariſſimi hominis & clerici, per Felicianum acolythum, quem cum [34] Perſeo collega noſtro miſeras, inter cetera quæ in notitiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato iſto tibi ſcripſi. Sed dum iſtic Felicianus frater noſter vel vento retardatur, vel accipiendis aliis epiſtolis a nobis detinetur, Feliciſſimo ad vos properante præventus eſt. Ita enim ſemper [35] ſcelera feſtinant quaſi contra innocentiam feſtinatione prævaleant. Per Felicianum autem ſignificavi tibi, frater, veniſſe Carthaginem Privatum veterem hæreticum in Lambeſitana colonia ante multos ſere annos ob multa & gravia delicta nonaginta epiſcoporum ſententia condemnatum, anteceſſorum etiam noſtrorum, qnod & veſtram conſcientiam non latet, [36] Fabiani & Donati litteris ſeveriſſime notatum; qui cum cauſam ſuam apud nos in concilio quod habuimus Idibus Maiis quæ proximæ ſnerunt agere velle ſe diceret, nec admiſſus eſſet, Fortunatum iſtum ſibi pſeudoepiſcopum dignum collegio ſuo fecit. Venerat etiam cum illo & Felix quidam, quem ipſe extra eccleſiam in hæreſi pſeudoepiſcopum olim conſtituerat. Sed & Jovinus & Maximus comites cum [37] Privato probato hæretico affuerunt, ob nefanda ſacrificia & crimina in ſe probata ſententia novem epiſcoporum collegarum noſtrorum condemnati, & iterato quoque a pluribus nobis anno priore in concilio abſtenti. Cum his autem quatuor junctus eſt & Repoſtus [38] Suturnicenſis, qui non tantum in perſecutione ipſe cecidit, ſed & maximam partem plebis ſuæ [39] ſacrilega perſuaſione dejecit. Hi quinque cum paucis vel ſacrificatis vel male ſibi conſciis Fortunatum ſibi pſeudoepiſcopum [40] cooptarunt, nt criminibus in unum convenientibus talis eſſet ſcilicet rector quales illi qui reguntur. Hinc jam & cetera mendacia, frater cariſſime, potes noſcere quæ illic homines deſperati & perditi ventilaverunt, ut cum de ſacrificatis vel de hæreticis amplius quam quinque pſeudoepiſcopi non fuerint qui Carthaginem venerint & Fortunatum ſibi dementiæ ſuæ ſocium conſtituerint, illi tamen quaſi filii diaboli & mendacio pleni auſi ſunt, ut ſcribis, jactitare viginti quinque epiſcopos affuiſſe. Quod mendacium & iſtic prius apud fratres noſtros jactitabant, dicentes viginti quinque epiſcopos de Numidia eſſe venturos qui ſibi epiſcopum facerent. Quo in mendacio ſuo poſteaquam, quinque ſolis convenientibus naufragis & a nobis abſtentis, detecti ſunt atque confuſi, Romam [41] cum mendaciorum ſuorum merce navigaverunt, quaſi veritas poſt eos navigare non poſſet, quæ mendaces linguas rei certæ probatione

ne convinceret. Atque hæc eſt, frater, vera de-
mentia, non cogitare nec ſcire quod mendacia
non diu fallant, noctem tamdiu eſſe quamdiu
illuceſcat dies, clarificato autem die, & ſole
oborto, luci tenebras & caliginem cedere, &
quæ graſſabantur per noctem latrocinia ceſſare.
Denique ſi nomina ab eis quæreres, non ha-
berent vel quos falſo nominarent. Tanta apud
eos etiam malorum penuria eſt ut ad illos nec de
ſacrificatis nec de hæreticis viginti quinque col-
ligi poſſunt. Et tamen ad decipiendas aures
ſimplicium & abſentium mendacio numerus in-
flatur; quaſi, etſi verus eſſet hic numerus, aut
ab hæreticis eccleſia aut ab injuſtis juſtitia vin-
catur. Nec me oportet, frater cariſſime, pa-
ria nunc cum illis facere & ea quæ commiſe-
runt atque hucuſque committunt meo ſermone
decurrere, cum conſiderandum ſit nobis quid
proferre & ſcribere ſacerdotes Dei oporteat,
nec tam dolor apud nos debeat quam pudor
loqui, & ne videar provocatus maledicta po-
tius quam crimina & peccata congerere. Ta-
ceo itaque de fraudibus eccleſiæ factis. Conju-
rationes & [42] adulteria & varia delictorum ge-
nera prætereo. Unum illud, in quo non mea,
nec hominum, ſed Dei cauſa eſt, de eorum
facinore non puto eſſe reticendum, quod a
primo ſtatim perſecutionis die, cum recentia
delinquentium facinora fervere nt, & ſacrificiis
nefandis non tantum diaboli altaria ſed adhuc
manus ipſæ lapſorum atque ora fumarent, com-
municare cum lapſis & pœnitentiæ agendæ in-
Exod.22. tercedere non deſtiterunt. Clamat Deus: *Sa-
crificans diis eradicabitur, niſi Domino ſoli*. Et
Matt.10. Dominus in evangelio dicit: *Qui me negave-
rit, [43] negabo illum*. Et alio loco indignatio &
Iſa. 57. ira divina non tacet dicens: *Illis fudiſtis liba-
mina, & illis impoſuiſtis ſacrificia. Super hæc non
indignabor? dicit Dominus*. Et intercedunt ne
rogetur Deus, qui indignari ſe ipſe teſtatur.
Intercedunt ne exoretur precibus & ſatisfactio-
nibus Chriſtus, qui negantem ſe negare profi-
tetur. Nos in ipſo perſecutionis tempore de
hoc ipſo litteras miſimus, nec auditi ſumus.
Concilio frequenter acto, non conſenſione tan-
tum noſtra ſed & comminatione decrevimus ut
pœnitentiam fratres agerent, ut pœnitentiam
non agentibus nemo temere pacem daret. Et
illi contra Deum ſacrilegi, [44] contra ſacerdo-
tes Dei impio furore temerarii, de eccleſia re-
cedentes, & contra eccleſiam parricidalia arma
tollentes, elaborant, ut opus ſuum diaboli ma-
litia conſumment, [45] ne vulneratos divina cle-
mentia in eccleſia ſua curet. Miſerorum pœ-
nitentiam mendaciorum ſuorum fraude corrum-
punt, ne Deo indignanti ſatisfiat, ne Chri-
ſtum Dominum ſuum qui chriſtianus eſſe vel
[46] erubuit ante vel timuit poſtmodum quærat,
ne ad eccleſiam qui de eccleſia receſſerat re-
deat. Datur opera ne ſatisfactionibus [47] & la-
mentationibus juſtis delicta redimantur, ne vul-
nera lacrimis abluantur. [48] Pax vera falſæ pa-
cis mendacio tollitur, ſalutaris ſinus matris no-
verca [49] intercedente [50] præcluditur, ne de pe-
ctore atque ore lapſorum fletus & gemitus au-
diatur. Compelluntur adhuc inſuper lapſi ut
linguis atque ore quo [51] in Capitolio ante de-
liquerant ſacerdotibus [52] convicium faciant, con-
feſſores & virgines & juſtos quoſque fidei lau-

A de præcipuos atque in eccleſia glorioſos contu-
meliis & maledicis vocibus proſequantur. A
quibus quidem non tam noſtrorum modeſtia &
humilitas & pudor cæditur quam [53] illorum i-
pſorum ſpes & vita laceratur. [54] Neque enim
qui patitur, ſed qui facit convicium, miſer
eſt; nec qui a fratre vapulat, ſed qui fratrem
cædit, in lege peccator eſt; & cum nocentes
innocentibus injuriam faciunt, illi patiuntur
injuriam qui facere ſe credunt. Denique hinc
illis percuſſa mens & hebes animus & ſenſus
B alienus eſt. Ira eſt Dei non intelligere deli-
cta, ne ſequatur pœnitentia, ſicut ſcriptum
eſt: *Et dedit illis Deus ſpiritum transpunctionis*, ne Iſa. 29.
revertantur ſcilicet & curentur & deprecationi-
bus & ſatisfactionibus juſtis poſt peccata ſanentur.
Paulus apoſtolus in epiſtola ſua ponit & dicit:
Dilectum veritatis non habuerunt ut ſalvi fierent; ac 2.Theſſ.2.
*propterea mittet illis Deus operationem erroris,
ut credant mendacio, ut judicentur omnes qui non
crediderunt veritati, ſed ſibi placent in injuſtitia*.
Primus felicitatis gradus eſt, non delinquere;
ſecundus, [55] delicta cognoſcere. Illic currit in-
C nocentia integra & illibata quæ ſervet, hic ſuc-
cedit medela quæ ſanet. Quod utrumque iſti
offenſo Deo perdiderunt, & ut amiſſa ſit gra-
tia quæ de baptiſmi ſanctificatione percipitur,
& non ſubveniat pœnitentia, per quam culpa
curatur. An putas, frater, levia eſſe adverſus
Deum facinora parva & modica delicta, quod
per illos non rogatur majeſtas indignantis Dei,
quod non timetur ira & ignis & dies Domi-
ni, quod imminente antichriſto [56] exarmatur
fides militantis populi, dum tollitur vigor &
timor Chriſti? Viderint laici hoc quomodo cu-
D rent. Sacerdotibus labor major incumbit in [57]
aſſerenda & procuranda Dei majeſtate, ne quid
videamur in hac parte negligere, quando ad-
moneat Dominus & dicat: *Et nunc præceptum* Malac. 2.
*hoc ad vos eſt, o ſacerdotes. Si non audieritis,
& ſi non poſueritis in corde veſtro ut detis hono-
rem nomini meo, dicit Dominus, immittam in vos
maledictionem, & maledicam benedictionem ve-
ſtram*. Honor ergo datur Deo quando ſic Dei
majeſtas & cenſura contemnitur ut cum ſe il-
le indignari & iraſci ſacrificantibus dicat, &
E cum pœnas æternas & ſupplicia perpetua com-
minetur, proponatur a ſacrilegis atque dicatur,
ne ira cogitetur Dei, ne timeatur judicium
Domini, ne pulſetur ad eccleſiam Chriſti, ſed
ſublata pœnitentia, nec ulla exomologeſi cri-
minis facta, deſpectis epiſcopis atque calcatis,
[58] pax a presbyteris verbis fallacibus prædice-
tur, & ne lapſi ſurgant, aut foris poſiti ad
eccleſiam redeant, communicatio non commu-
nicantibus offeratur? Quibus etiam ſatis non
fuit ab evangelio receſſiſſe, ſpem lapſis ſatisfa-
F ctionis & pœnitentiæ ſuſtuliſſe, [59] fraudibus in-
volutos, vel adulteriis commaculatos, vel ſa-
crificiorum funeſta contagione pollutos, ne De-
um rogarent, ne in eccleſia [60] exomologeſin
criminum facerent, ab omni & ſenſu & fru-
ctu pœnitentiæ removiſſe, [61] foris ſibi extra
eccleſiam & contra eccleſiam conſtituiſſe con-
venticulum perditæ factionis, cum male ſibi
conſciorum & Deum rogare ac ſatisfacere no-
lentium caterva conflueret. Poſt iſta adhuc in-
ſuper [62] pſeudoepiſcopo ſibi ab hæreticis con-
ſtituto, navigare audent, & ad Petri cathe-

dram atque ad [63] eccleſiam principalem, unde
[64] unitas ſacerdotalis exorta eſt, a ſchiſmati-
cis & prophanis litteras ferre, nec cogitare
Rom. 1. eos eſſe Romanos [65] quorum fides apoſtolo præ-
dicante laudata eſt, ad quos perfidia habere
non poſſit acceſſum. Quæ antem cauſa ve-
niendi & pſeudoepiſcopum contra epiſcopos
factum nnntiandi? Aut enim placet illis quod
fecerunt, & in ſno ſcelere perſeverant; aut ſi
diſplicet & recedunt, ſciunt quo revertantur.
[66] Nam cum ſtatutum ſit [67] ab omnibus no-
bis & æquum ſit pariter ac juſtum ut uniuſ-
cujuſque [68] cauſa illic audiatur ubi eſt crimen
admiſſum, & ſingulis paſtoribus portio gregis
ſit adſcripta, quam regat unuſquiſque & gu-
bernet, rationem ſui actus Domino redditu-
rus, oportet utique eos quibus præſumus non
circumcurſare nec epiſcoporum concordiam co-
hærentem ſua ſubdola & fallaci temeritate col-
lidere, ſed agere illic cauſam ſuam ubi & ac-
cuſatores habere & teſtes ſui criminis poſſint;
niſi ſi paucis deſperatis & perditis minor vi-
detur eſſe auctoritas epiſcoporum in Africa
conſtitutorum, qui jam de illis judicaverunt,
& eorum conſcientiam multis delictorum la-
queis [69] vinctam judicii ſui nuper gravitate da-
mnarunt. Jam cauſa eorum cognita eſt, jam
de eis dicta ſententia eſt; nec cenſuræ con-
gruit ſacerdotum mobilis atque inconſtantis a-
nimi levitate reprehendi, cum Dominus do-
Matt. 5. ceat & dicat: *Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non.*
Si eorum qui de illis priore anno judicave-
runt numerus cum presbyteris & diaconibus
computetur, plures tunc affuerunt judicio &
cognitioni quam ſunt iidem iſti qui cum For-
tunato nunc videntur eſſe conjuncti. Scire enim
debes, frater cariſſime, eum poſteaquam pſeu-
doepiſcopus ab hæreticis factus eſt, jam pæne
ab omnibus eſſe deſertum. Namque ii quibus
in præteritum præſtigia obtendebantur & da-
bantur verba fallacia quod ſimul ad eccleſiam
regreſſuri dicerentur, poſteaquam viderunt il-
lic pſeudoepiſcopum factum, fruſtratos & de-
ceptos ſe eſſe didicerunt, & remeant quotidie
atque ad eccleſiam pulſant, nobis tamen, a
quibus ratio Domino reddenda eſt, anxie pon-
derantibus & ſollicite examinantibus qui recipi
& admitti ad eccleſiam debeant. Quibuſdam e-
nim ita aut crimina ſua obſiſtunt aut fratres
obſtinate & firmiter renituntur ut recipi omni-
no non poſſint niſi [70] cum ſcandalo & pericu-
lo plurimorum. Neque enim ſic [71] putramina
quædam [72] colligenda ſunt ut quæ integra &
ſana ſunt vulnerentur, nec utilis aut conſultus
eſt paſtor qui ita morbidas & contactas oves gre-
gi admiſcet ut gregem totum mali cohærentis
afflictatione contaminet. [73] Non attendas ad
numerum illorum. Melior eſt enim unus ti-
mens Deum quam mille filii impii, ſicut lo-
cutus eſt Dominus [74] per prophetam dicens:
Eccli. 16. *Fili, ne jocunderis in filiis impiis, ſi multiplicen-
tur tibi, cum non fuerit timor Dei in ipſis.* O ſi
poſſes, frater cariſſime, iſtic intereſſe nobiſ-
cum cum pravi iſti & perverſi de ſchiſmate re-
vertuntur. Videres quis mihi labor ſit perſua-
dere patientiam fratribus noſtris, ut animi do-
lore ſopito recipiendis malis curandiſque con-
ſentiant. Namque ut gaudent & lætantur cum
tolerabiles & minus culpabiles redeunt, ita con-

A tra fremunt & reluctantur quoties inemenda-
biles & protervi, & vel adulteriis vel ſacrificiis
contaminati, & poſt hæc adhuc inſuper & ſu-
perbi, ſic ad eccleſiam remeant ut bona intus
ingenia corrumpant. Vix plebi perſuadeo, im-
mo extorqueo, ut tales patiantur admitti. Et
juſtior factus eſt fraternitatis dolor ex eo quod
unus atque alius, obnitente plebe & contradi-
cente, mea tamen facilitate ſuſcepti, pejores
exſtiterunt quam prius fuerant, nec fidem pœ-
nitentiæ ſervare potuerunt, quia nec [75] cum
B vera pœnitentia venerant. De iſtis vero quid
dicam qui nunc ad te cum Feliciſſimo omnium
criminum reo navigaverunt, legati a Fortuna-
to pſendoepiſcopo miſſi, tam falſas ad te lit-
teras afferentes quam eſt & ipſe cujus litte-
ras ferunt falſus, quam eſt ejus peccatorum
multiplex conſcientia, quam execrabilis vita,
quam turpis, ut etſi in eccleſia eſſent, ejici
tales de eccleſia debuiſſent? Denique quia con-
ſcientiam ſuam norunt, nec nos audent adire
aut ad eccleſiæ limen accedere, ſed foris per
provinciam circumveniendis fratribus & ſpolian-
C dis pererrant, & omnibus jam ſatis noti, at-
que undique pro ſuis facinoribus excluſi, illuc
etiam ad vos navigant. Neque enim poteſt il-
lis frons eſſe ad nos accedendi aut apud nos
conſiſtendi, cum ſint acerbiſſima & graviſſima
crimina quæ eis a fratribus ingeruntur. Si ju-
dicium noſtrum voluerint experiri, veniant.
Denique ſi qua illis excuſatio & defenſio po-
teſt eſſe, videamus quem habeant ſatisfactionis
ſuæ ſenſum, quem afferant pœnitentiæ fru-
ctum. Nec eccleſia iſtic cuiquam clauditur,
D nec epiſcopus alicui denegatur. Patientia & fa-
cilitas & humanitas noſtra venientibus præſto
eſt. Opto omnes in eccleſiam regredi, opto
univerſos commilitones noſtros intra Chriſti ca-
ſtra & Dei patris domicilia concludi. Remit-
to omnia, multa diſſimulo ſtudio & voto [76]
colligendæ fraternitatis. Etiam quæ in Deum
commiſſa ſunt non pleno judicio religionis exa-
mino. Delictis pluſquam oportet remittendis
pæne ipſe delinquo. Amplector prompta & ple-
na dilectione cum pœnitentia revertentes, pec-
catum ſuum ſatisfactione humili & ſimplici con-
E fitentes. Si qui autem ſunt qui putant ſe ad
eccleſiam non precibus ſed minis regredi poſ-
ſe, aut exiſtimant aditum ſe ſibi non lamenta-
tionibus & ſatisfactionibus ſed terroribus face-
re, pro certo habeant contra tales clauſam ſta-
re eccleſiam Domini, nec caſtra Chriſti invi-
cta & fortia Domino tuente munita minis ce-
dere. Sacerdos Dei evangelium tenens & Chri-
ſti præcepta cuſtodiens [77] occidi poteſt, vinci non
poteſt. Suggerit & ſubminiſtrat nobis exempla
virtutis ac fidei Zacharias antiſtes Dei: qui
F cum terreri minis & lapidatione non poſſet,
in templo Dei occiſus eſt, clamans & [78] idem-
tidem dicens quod nos quoque contra hæreti-
cos clamamus & dicimus: *Hæc dicit Dominus:* 2. Paral.
Dereliquiſtis vias Domini, & Dominus dereli- 24.
quet vos. Neque enim, quia pauci temerarii &
improbi cæleſtes & ſalutares vias Domini dere-
linquunt, & ſancta non agentes a ſancto ſpi-
ritu deſeruntur, ideo & nos divinæ traditionis
immemores eſſe debemus ut majora eſſe furen-
tium ſcelera quam ſacerdotum judicia cenſea-
mus, aut exiſtimemus plus ad impugnandum
poſſe

A poſſe humana conamina quam quod ad protegendum prævalet divina tutela. An ad hoc, frater cariſſime, deponenda eſt catholicæ eccleſiæ dignitas & plebis intus poſitæ fidelis atque incorrupta majeſtas, & ſacerdotalis quoque [79] auctoritas ac poteſtas, ut judicare velle ſe dicant de eccleſiæ præpoſito extra eccleſiam conſtituti, [80] de chriſtiano hæretici, de ſano ſaucii, de integro vulnerati, de ſtante lapſi, de judice rei, de ſacerdote ſacrilegi? Quid ſupereſt quam ut [81] eccleſia Capitolio cedat, & recedentibus ſacerdotibus ac Domini altare removentibus, B in cleri noſtri ſacrum venerandumque [82] congeſtum ſimulacra atque idola cum aris ſuis tranſeant, & Novatiano declamandi adverſum nos atque increpandi largior & plenior materia præſtetur, ſi ii qui ſacrificaverunt & Chriſtum publice negaverunt, non tantum rogari & ſine acta pœnitentia admitti, ſed adhuc inſuper cœperint terroris ſui poteſtate dominari? Si pacem poſtulant, arma deponant. Si ſatisfaciunt, quid minantur? Aut ſi comminantur, ſciant quia a Dei ſacerdotibus non timentur. C Neque enim & [83] antichriſtus cum venire cœperit introibit in eccleſiam quia minatur, aut armis ejus & violentiæ ceditur quia reſiſtentes [84] peremptturum ſe eſſe profitetur. Armant nos hæretici dum nos putant ſua comminatione terreri, nec in pace nos dejiciunt, ſed magis erigunt & accendunt, dum ipſam pacem perſecutione pejorem fratribus faciunt. Et optamus quidem ne quod loquuntur furore impleant crimine, ne qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoque delinquant. Oramus ac deprecamur Deum, quem provocare D illi & exacerbare non deſinunt, ut eorum corda miteſcant, ut furore depoſito ad [85] ſanitatem mentis redeant, ut pectora [86] operta delictorum tenebris pœnitentiæ lumen agnoſcant, & magis petant fundi pro ſe preces atque orationes antiſtitis quam ipſi fundant ſanguinem ſacerdotis. Si autem in ſuo furore permanſerint, atque in iſtis inſidiis ac minis ſuis parricidalibus crudeliter perſeveraverint, nullus Dei ſacerdos ſic infirmus eſt, ſic jacens & abjectus, ſic imbecillitate humanæ mediocritatis invalidus, qui non contra hoſtes & impugnatores E Dei divinitus erigatur, cujus non humilitas & infirmitas vigore & robore [87] Domini protegentis animetur. Noſtra nihil intereſt aut a quo aut quando perimamur, mortis & ſanguinis præmium de Domino recepturi. Illorum flenda & lamentanda [88] conciſio eſt quos ſic diabolus excæcat ut æterna gehennæ ſupplicia non

A cogitantes antichriſti jam propinquantis adventum conentur imitari. Et quamquam ſciam, frater cariſſime, pro mutua dilectione quam debemus & exhibemus invicem nobis, [89] florentiſſimo illic clero tecum præſidenti & ſanctiſſimæ atque ampliſſimæ plebi legere te ſemper litteras noſtras, tamen nunc & admoneo & peto ut quod alias ſponte atque honorifice facis, etiam petente me facias ut hac epiſtola mea lecta, ſi quod illic contagium venenati ſermonis & peſtiferæ ſeminationis irrepſerat, id omne de fratrum auribus & pectoribus exiB atur, & bonorum integra ac ſincera dilectio ab omnibus hæreticæ [90] detrectationis ſordibus repurgetur. Declinent autem de cetero fortiter & evitent dilectiſſimi fratres noſtri verba & colloquia eorum *quorum ſermo ut cancer ſerpit*, ſicut apoſtolus dicit: *Corrumpunt ingenia bona confabulationes peſſimæ*. Et iterum: *Hæreticum hominem poſt unam correptionem evita, ſciens quia perverſus eſt hujuſmodi & peccat & eſt a ſemetipſo damnatus*. (2. Tim. 2. — 1. Cor. 15. — Tit. 3.) Et per Salomonem loquitur ſpiritus ſanctus. *Perverſus*, inquit, *in ore ſuo* [91] C *portat perditionem, & in labiis ſuis ignem condit*. (Prov. 16.) Item denuo monet dicens: *Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam*. (Eccl. 26.) Et iterum: *Malus obaudit linguæ iniquorum, juſtus autem non intendit labiis mendacibus*. (Prov. 17.) [92] Quod quamquam ſciam illic fraternitatem noſtram, veſtra ſcilicet providentia [93] munitam, ſed & ſua vigilantia ſatis cautam, nec capi hæreticorum venenis poſſe nec decipi, tantumque apud illos prævalere magiſteria & præcepta divina quantus illis in Deum timor eſt, tamen ex abundanti D vel ſollicitudo noſtra vel caritas ſcribere ad vos iſta perſuaſit, ut nulla cum talibus commercia copulentur, nulla cum malis convivia vel colloquia miſceantur, ſimuſque ab eis tam ſeparati quam ſunt illi de eccleſia profugi, quia ſcriptum eſt: *Si autem & eccleſiam contempſerit, ſit tibi tamquam ethnicus & publicanus*. (Matt. 18.) Et beatus apoſtolus non monet tantum, ſed & jubet a talibus ut recedatur. *Præcipimus*, inquit, *vobis in nomine Domini Jeſu Chriſti ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate & non ſecundum traditionem quam acceperunt* E *a nobis*. (2. Theſſ. 3.) Nulla ſocietas fidei & perfidiæ poteſt eſſe. Qui cum Chriſto non eſt, qui adverſarius Chriſti eſt, qui unitati & paci ejus inimicus eſt, nobiſcum non poteſt cohærere. Si cum precibus & ſatisfactionibus veniunt, audiantur. Si maledicta & minas ingerunt, reſpuantur. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LV.

1 CUM hæc epiſtola inter Cyprianicas magni ſit momenti; paucis dicendum quo tempore & qua occaſione ſcripta ſit. Imminebat perſecutio anno 252. cum hæc ſcriberet Cyprianus, ac his ipſis diebus, quibus has ad Cornelium litteras faciebat, ob ſacrificia quæ edicto propoſito celebrare populus jubebatur, clamore popularium ad leonem denuo poſtulatus in circo fuerat. Sacrificia de quibus loquitur Cyprianus, videntur fuiſſe indicta ob peſtem quæ tunc ſæviebat ſub Gallo & Voluſiano. Hujus autem epiſtolæ ſcribendæ hæc fuit occaſio. Pars Feliciſſimi epiſcopum Carthagine auſa eſt ordinare Fortunatum, unum ex quinque presbyteris jampridem de eccleſia profugis, & epiſcoporum ſententia anno priore damnatis. Dictitaverant ſchiſmatici viginti quinque epiſcopos ad hanc ordinationem peragendam venturos, ſed quinque tantum adfuerunt, iique pluribus infamiæ notis inuſti. Sic ordinatus Fortunatus Romam miſit Feliciſſimum cum litteris ad Cornelium, qui primo quidem rejecit Feliciſſimum, ut par erat; ſed poſtea illius mendaciis & minis, ac ipſius etiam Cypriani, cujus litteræ nondum perlatæ fuerant, ſilentio commotus duas ad epiſcopum Carthaginenſem litteras ſcripſit, quarum in prima pulſum a ſe fuiſſe nuntiabat Feliciſſimum; in altera autem ipſe commotum ſe eſſe & caterritum ſignificabat. His rebus adductus fuit Cyprianus ut Cornelio ſcriberet hanc epiſtolam 55. in qua demonſtrat epiſcopum nullius prorſus periculi metu terreri debere: innocentiam ſuam adverſus ſchiſmaticorum calumnias ſtrenue defendit: eorumque mores & nefariam conjurationem egregie deſcribit,

bit, ac tandem probat eos ad eccleſiam principalem, unde ſacerdotalis unitas exorta eſt, navigare non debuiſſe, cum ſtatutum ſit, & æquum ſit pariter & juſtum, ut cauſa illic audiatur; ubi eſt crimen admiſſum. Non dubium eſt quin Cornelius his litteris acceptis æqua de Cypriano ſenſerit, nec jam aures præbuerit improbis ſchiſmaticis.

2 *Saturum*] antea lectorem conſtitutum a ſancto Cypriano. Vide epiſt. 24. 29. 32.

3 *Acolythum*] Secutus ſum vulgarem ſcribendi modum, quamvis ſciam ſcriptum eſſe in omnibus antiquis exemplaribus & editionibus *acolytum* ſine aſpiratione, uti etiam ſcribunt viri doctiſſimi Jacobus Goat, Dominicus Mactus, & Cangius. Nondum autem convenit inter interpretes unde derivatum ſit hoc vocabulum, ut iſtic etiam annotavit Pamelius. Vir doctiſſimus Joannes Morinus in opere de ſacris ordinationibus ait acolythorum mentionem nuſpiam fieri niſi poſt annum a Chriſto nato 250.

4 *Feliciſſimum*] adverſarium ſancti Cypriani, uti pluribus oſtendit Cyprianus in hac ipſa epiſtola.

5 *Abſtentum*] Hæc eſt vera lectio, quam inveni in codicibus antiquis. Recentior Remigianus & Beccenſis habent *oſtentum*. Octo alii veteres & veteres editiones *oſtenſum*. Quamquam autem non dubitem quin hæ lectiones ſint falſiſſimæ, eas tamen adnotavi ut hinc colligi facile poſſit quonam modo introductæ ſint falſæ lectiones in libros veterum ſcriptorum per inſcitiam & audaciam librariorum. Utar autem hac occaſione ut referam verſum ex Inſtructione 59. Commodiani, non cujuſmodi editus eſt a Rigaltio, qui illum male emendavit, ſed eo modo quo legitur in veteri codice monaſterii ſancti Albini Andegavenſis; ex quo Sirmondus deſcripſit. Nam Rigaltius edidit ex apographo Sirmondi, & non vidit vetus exemplar. Sic ergo habet verſus ille, *Induite veſtes quas oportet frigus ut oſtent*, optimo ſenſu. Oſtare frigus eſt auferre vel impedire frigus. Unde, inquit Cangius, Galli effecerunt *oſter*.

6 *Epiſcopum*] Ita veteres editiones & undecim vetera exemplaria. Neque dubito quin ea lectio melior ſit quam ea quæ habet *epiſcopos*, tametſi ea quoque reperiatur in quibuſdam vetuſtis exemplaribus. Nam paulo poſt dicit: *Nec intereſt unde epiſcopo aut terror aut periculum veniat*.

7 *Cum animadvertiſſem*] Hæc omitti poterant abſque ullo diſpendio. Deſunt autem in quibuſdam codicibus antiquis. Retinuimus tamen, quia exſtant in antiquis editionibus & in quibuſdam codicibus manuſcriptis.

8 *Litteras quas*] a ſchiſmaticis nimirum & prophanis, ut dicet infra pag. 87. Scriptæ quippe erant adverſus Cyprianum. Et ideo Cornelius eas accipere tenuebat.

9 *Eſſe detentum*] Quamvis ita ſcriptum ſit in veteribus libris & in editionibus, puto tamen errorem eſſe in hoc loco & legendum eſſe *deſertum*. Nam certum eſt Chriſtum non fuiſſe detentum a fratribus ſive diſcipulis ſuis, ſed a Judæis. Unde infra pag. 82. ſcriptum eſt Chriſtum derelictum fuiſſe a diſcipulis ſuis. Vide ſupra pag. 388.

10 *Frater occiderit*] Notanda eſt in hoc loco veterum librariorum audacia. Certum eſt hunc locum, uti jacet, ſanum eſſe & nulla interpretatione indigere. Et tamen illi, qui ſciebant Abelem a Caino occiſum fuiſſe, iſtius nomen hic poſuere in quibuſdam codicibus. Nam Sorbonicus habet ſcriptum, *Abel juſtum Cain non niſi frater occiderit*. Unus meus vetus, *Abel juſtum non niſi Cain frater occiderit*. Reliqui codices non habent hoc additamentum, neque veteres editiones. De hoc fratricidio vide quæ dicuntur infra ad librum de bono patientiæ.

11 *Joſeph frater*] Et hic quoque locus ſubjacuit audaciæ librariorum. In codice Thuano & in uno Bodlejano ſcriptum eſt, *Joſeph venumdatus ſit a fratribus*. In Sorbonico, *Joſeph venerit vendentibus fratribus in Ægyptum*. in Michaelino, *Joſeph Ægyptum venerit perſequentibus fratribus*. In uno meo, *Joſeph pervenerit vendentibus fratribus in Ægyptum*.

12 *Permittat quos*] Variant in hoc loco quidam libri veteres. In uno meo legitur, *permittat & coronare promiſerit*. In alio autem meo, in Beneventano, in Veronenſi, & in uno Bodlejano & Voſſiano laudatis in editione Anglicana, & in aliis ſeptem, *permittit & coronari*. In Burgundico, *permittit qui novit & coronare*. In Metenſi ſancti Arnulphi, *cum Deus tradi permittit & coronat*.

13 *Abſenti minari*] Cypriano nimirum. Feliciſſimus & alii qui cum eo Romam profecti erant multa turpia & probroſa adverſus eum protulerant apud Cornelium, minas etiam intentantes. Mirari ſe ſcribit Cyprianus quod illi, qui cum eſſent Carthagine, illic eum habebant præſentem, Romam adverſus eum navigaverint & ad Petri ſedem atque eccleſiam principalem, uti poſtea dicet, a ſchiſmaticis & prophanis litteras tuliſſent. Sic Rufinus in libro apologiarum ſuarum adverſus Hieronymum ait, *elegiſſet abſentem lacerare quem potuit gravius confutare præſentem*.

14 *Conv. e. in terram*] Codex Gratianopolitanus; *converſus eſt in ærumnam & terram*.

15 *Qui audit vos*] Angli ſic hunc locum poſuerunt in ſua editione. *Qui audit vos, inquit, me audit. Qui me audit, & eum qui me miſit*. Neſcio autem ubi invenerint ab illis addita, *qui me audit*, quæ neque in evangelio leguntur, neque in veteribus Cypriani codicibus & editionibus. Sane in editione Eraſmi & in codice Sorbonico ſcriptum eſt: *Qui audit, inquit, vos me audit, & qui vos audit audit & eum qui me miſit*. Verum hæc valde diverſa ſunt ab editione Anglicana. In libro Turonenſi & in uno meo ſcriptum eſt: *Qui audit vos, inquit, audit me auditus, & qui me audit eum qui me miſit*. Vide epiſtolam 69. ad Florentium pag. 122. ubi iſta repetuntur.

16 *Qui rejicit vos*] Ita etiam in eadem epiſtola ad Florentium. In editione vulgata legitur: *Qui vos ſpernit me ſpernit*. Eraſmus in caput duodecimum evangelii ſecundum Lucam admonet Hieronymum alicubi vertiſſe, *Qui vos reprobat me reprobat*. Et mox declamat intemperanter adverſus epiſcopos tyrannidem exercentes & ventris negotium proſequentes. Addit autem: *Scio tamen etiam malis obtemperandum, ne diſſidium exſcitetur, modo ne cogant ad impietatem*.

17 *Inſilis*] Sic etiam ſcriptum eſt in epiſtola 65. ad Rogatianum pag. 113. Sed in hac quam nunc illuſtramus ſcriptum fuiſſe *incilas* in veteri codice annotavit in margine editionis Pamelianæ Nicolaus Faber. Nonius Marcellus: *Incilare eſt increpare vel improbare*. Allegat autem Nonius, ut id probet, auctoritates ex Accio, Pacuvio, & Lucilio. Poterat autem addere teſtimonia ex Lucretio & Plauto. Lectionem a Fabro notatam confirmare videtur Eraſmi editio, in qua ſcriptum eſt *inſimulas* pro *inſilis*. Vide eumdem Eraſmum in hunc locum actorum.

18 *Principem populi*] Ita veteres editiones & plerique libri veteres. Eraſmus ſcripſit *plebis tuæ*; eamque lectionem retinuerunt Manutius & Morellius. Pamelius mutavit. Vide epiſtolam 65. pag. 122. & concilium Toletanum V. canone 5.

19 *Unus in eccleſia*] in libro de unitate eccleſiæ pag. 195. *Epiſcopatus unus eſt, cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur*. Et in epiſtola 52. ad Antonianum pag. 72. *Actum ſuum diſponit & dirigit unuſquiſque epiſcopus, rationem propoſiti ſui Domino redditurus*. Vide notas noſtras ad librum Agobardi de privilegio & jure ſacerdotii.

20 *Sine patris veſtri*] Ita ſcriptum vidi in antiquis editionibus & in novem codicibus manuſcriptis. Manutius expunxit vocem *veſtri*, quam ego non inveni in aliis novem veteribus libris. Ego tamen illam retinui, quia apud Matthæum, ex quo iſta ſumpta ſunt, legitur, *unus ex illis non cadit ſuper terram ſine patre veſtro*. Quod etiam habetur in Græco. Ceterum in epiſtola 69. pag. 121. ad Florentium, in qua refertur hic locus, vox *veſtri* non habetur.

21 *Exiſtimat aliquis*] Citat hunc locum, ſed mutilum, Gerochus Reicherſpergenſis in tractatu adverſus ſimoniacos cap. 27.

22 *Habuiſtis conſilium*] Vide notas Frontonis Ducæi ad codicem homiliarum ſancti Joannis Chryſoſtomi pag. 13.

23 *Dico enim*] Veteres editiones & tria vetera exemplaria habent: *Ceterum dico, dico enim provocatus*. Verum quindecim vetera exemplaria præferunt uti nos edidimus.

24 *Proſcriptus*] Pontius diaconus in vita Cypriani: *Statim denique pro talibus meritis proſcriptionis gloriam conſecutus eſt*.

25 *Ad leonem*] Idem Pontius, *maxime cum & ſuffragiis ſæpe repetitis ad leonem poſtularetur*. Tertullianus in apologetico: *Si Tyberis aſcendit in mœnia, ſi Nilus non aſcendit in arva, ſi cælum ſtetit, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues, ſtatim chriſtianos ad leonem declamatur*. Ælius Spartianus in Commodo Antonino: *Speratum ad leonem*. Qui autem damnati erant ad leonem alligabantur ad ſtipitem, teſte eodem Tertulliano in libro de pudici-

Digitized by Google

pudicitia. Flavius Vopiſcus in D. Aureliano: *Saur Mneſtheus poſtea ſurreptus ad ſtipitem beſtiis objectus eſt.* Vide Joannem Triſtanum a ſancto Amantio in tomo primo commentariorum ſuorum pag. 713.

26 *Edicto propoſito*] Reſcripta principum mittebantur ad præfectos prætorio, quorum cura erat illa facere nota populis. Id vero vocabatur proponere. Reſcriptum Honorii & Theodoſii adverſus Pelagium, ut exempli cauſa iſtud ſumamus, miſſum fuit ad Palladium præfectum prætorio. Is vero propoſito edicto imperavit executionem reſcripti. In calce vero ita ſcriptum eſt: *Propoſitum edictum*. Sunt multa exempla iſtius moris.

27 *Clamore popularium*] id eſt acclamationibus plebis petentis ut damnaretur ad leonem. Rufinus lib. 5. hiſt. eccleſ. cap. 1. referens epiſtolam eccleſiarum Viennenſis & Lugdunenſis ait in illa ſcriptum eſſe martyres tuliſſe fortiter *acclamationes adverſum ſe*, & illos *pro ſolis acclamationibus populi* arreptos & in carcerem truſos eſſe. Idem lib. 4. cap. 9. refert reſcriptum Imperatoris Hadriani quo vetat ne provinciales *precibus ſolis & acclamationibus* ſinantur accuſare chriſtianos. Eodem modo Hieronymus in caput tertium epiſtolæ ad Titum loquens de conſtantia martyrum in tormentis ait: *Vel cum quis inter eculeum laminaſque diſtentus contemnit dolorem, & nec judicis comminationem nec circumſtantis populi fremitum pertimeſcit, ſed pro confeſſione martyrii univerſa ſupplicia contemnit & deſpicit.*

28 *Super quem ædificata*] Adverſarii noſtri multum ſe torquent ut oſtendant Chriſtum nihil conceſſiſſe Petro niſi ut eſſet ordine primus & ceteros apoſtolos aliqua honoris prærogativa antecederet. Id vero conceſſum ab illis eſſe multum eſt ad afferendam illorum quoque confeſſione prærogativam Romani epiſcopi ſupra ceteros epiſcopos. Nec novum tamen eſt adverſarios noſtros ita ſentire. Certum eſt omnes illos qui ſe olim ſeparaverunt ab eccleſia catholica, ut ante me obſervavit Æneas Sylvius in epiſtola ad Martinum Mayerum cancellarium Moguntinum, ſemper ſe erexiſſe adverſus epiſcopos Romanos, illos vero ſe ſemper oppoſuiſſe novis erroribus. Unde annotatum eſt eccleſiam Romanam nullam umquam in fide maculam eſſe paſſam & perfidiam non poſſe ad eam habere acceſſum, ut iſtic legitur.

29 *Unus pro omnibus*] Ego in ea ſum ſententia ut exiſtimem iſta referri non poſſe ad formam celebrandi concilii, cum res acta non ſit in concilio, ſed in colloquio familiari. Cum Chriſtus a diſcipulis ſuis expetiiſſet qui eſſent de illo ſermones in populo, & reſponſum ab illis fuiſſet nonnullos dicere ipſum eſſe Joannem Baptiſtam, alios vero Hieremiam, aut unum ex prophetis, Petrus, unus pro omnibus loquens voce eccleſiæ, ut ait Cyprianus, reſpondit illum eſſe filium Dei vivi. Nihil illic invenio quod indicet formam celebrandi concilii tum datam eſſe. Ex ea tamen reſponſione facta a ſolo Petro collegit illuſtriſſimus Cardinalis Baronius Chriſtum expreſſiſſe tum typum celebrandi concilii, quia cum Chriſtus interrogavit diſcipulos ſuos quem illi ipſum eſſe crederent, Petrus primus omnium dixit illum filium eſſe Dei vivi, & ſic talem tulit ſententiam, & quid ab omnibus credendum eſſet erudiit atque decrevit, ac fidei canonem perpetuo manſurum conſtituit, ut nihil opus eſſet conſulere ceteros apoſtolos ac rogare quænam eſſent illorum de ea re ſententiæ ac opiniones. ſatis enim fuiſſe Chriſto Petrum fuiſſe locutum & quid de fide ſentiendum eſſet clavum fixiſſe. Hæc diverticula & anfractus, ut ait Quintilianus, ſuffragia ſunt infirmitatis. Explicatio enim illa longius arceſſita eſt, & paraphraſis Baronii parum firmitatis habet in verbis evangeliſtæ. Illud unum hinc colligi poteſt, Petrum recte locutum eſſe, ceteros apoſtolos nihil propterea dixiſſe & taciturnitate ſua probaſſe quæ a Petro bene dicta erant. Sed non inde ſequitur non potuiſſe ceteros ſententiam ſuam dicere, neque epiſcopis eorum ſucceſſoribus ademptam eſſe facultatem promendi ſenſus ſuos in cauſa fidei. Itaque hinc ſalva eſt auctoritas epiſcoporum, cum ex eo quod ſolus Petrus locutus ſit, ceteri apoſtoli tacuerint, colligi non poſſit inutilem futuram fuiſſe ſententiam ceterorum apoſtolorum & unicam Papæ ſententiam ſufficere in eccleſia Dei & illius unius ſententiam prævalere debere adverſus concordem ac conſentaneam aliorum epiſcoporum diverſe ſentientium ſententiam. Alioqui inutilis eſſet celebratio conciliorum, ſi ſolius Papæ auctoritas ſufficeret pro finiendis controverſiis quæ oriuntur in eccleſia Dei. Non ita ſenſerunt veteres, qui conciliorum celebrationem putarunt eſſe neceſſariam adverſus hæreſes emergentes. Iſtud negari non poteſt.

30 *Tu es Chriſtus*] Vocem *Chriſtus*, quæ deerat in aliis editionibus, nos addidimus, quia illam invenimus in aliquot vetuſtis codicibus, & quia reperitur in capite ſexto evangelii ſecundum Joannem, ex quo locus iſte ſumptus eſt, & in evangelio ſecundum Matthæum. Et tamen deeſt etiam in epiſtola 69. ad Florentium pag. 123.

31 *Manſiſſent nobiſcum*] Hæc verba ſua fecit Flavianus epiſcopus Conſtantinopolitanus ſcribens ad ſanctum Papam Leonem: *Sunt quidam veſte ſua oves ſignificantes, interius autem lupi rapaces, quos ex fructibus eorum debemus agnoſcere. Iſti prima fronte videntur eſſe de numero noſtro, ſed non ſunt de numero noſtro. Si enim de numero noſtro fuiſſent, nobiſcum manſiſſent.*

32 *Enit. & elaboramus*] Codex Lamonii, *dimittemur ad laborem*.

33 *Fortunato*] Vide quæ nos de homine iſto notavimus ad caput decimum libri primi de concordia ſacerdotii & imperii.

34 *Perſeo*] Puto illum fuiſſe epiſcopum alicubi in Italia.

35 *Scelera feſtinant*] Tacitus in libro primo hiſtoriarum dicit ſcelera impetu valeſcere. Claudianus lib. 2. in Rufinum: *Neque enim patiuntur ſæva quietem crimina.* Sanctus Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos & Florus lib. 3. cap. 1. *Diu ſcelera non latent*. Seneca Medea, *magna non latent mala*.

36 *Fabiani & Donati*] Sic in calce epiſt. 67. ad Stephanum Papam ait pag. 117. *Servandus eſt enim anteceſſorum noſtrorum beatorum martyrum Cornelii & Lucii honor glorioſus*. Sic apud Optatum lib. 1. ſcriptum eſt Cæcilianum non receſſiſſe *a cathedra Petri vel Cypriani*. Vide Rigaltii obſervationem ad hunc locum.

37 *Privato pro. hæretico*] Editiones vulgatæ præferunt *privato hæretico*. Spirenſis tamen, Veneta vetus, & Remboltus habent *Probatio*. Atque ego ita ſcriptum reperi in novem codicibus antiquis, & ita ſe repeiiſſe in tribus etiam antiquis teſtatur Pamelius. In Monaſterienſi ſcriptum eſt *privatio probatio hæretico*, in Foſſatenſi *probatio* tantum, ſed ſupra lineam ſcriptum eſt *vel privato*. Sic etiam in recentiore Victorino. In Gratianopolitano, *privato probato hæretico*. Atque ego puto eam eſſe ſinceram veramque lectionem, quam probat etiam lectio recentioris codicis Remigiani & Divionenſis, in quibus ſcriptum eſt *privato comprobato hæretico*. Alterutram enim lectionum illatam arbitror retineri debere. Nam paulo ante idem Privatus vocatur vetus hæreticus, hoc eſt probatus vel comprobatus hæreticus. Et ſic tollitur difficultas quam ſibi fecit Pamelius exiſtimans delendum eſſe nomen Probati, quod invenerat in tribus antiquis exemplaribus; quia, ut ille ait, ſi adderetur hoc nomen, eſſent ſex epiſcopi damnati, quos tamen quinque tantum fuiſſe conſtat.

38 *Suturnicenſis*] Retinui hanc lectionem, quia vulgo recepta eſt, & nondum inveni meliorem. Et tamen, præterquam quod nomen illud alibi non reperi, multum variant in hoc loco vetera exemplaria. Octo ex illis quæ ego vidi & editio Manutiana habent *Suturnucenſis*, aliud in editione Anglicana laudatum *Uturnicenſis*, aliud *Urgonenſis*, duo *Suturgenſis*, duo *Quoturnicenſis*, quorum unum eſt Corbejenſe, in quo Angli ajunt ſcriptum eſſe *Quaturnicenſis*. Eraſmus admonet in margine ſe legiſſe alibi *Quaturnicenſis*, ut de codice Cambronenſi teſtatur Pamelius. Sic etiam ediderunt Crabbus & Surius in tomis conciliorum. Miror autem adnotatum a Pamelio eſſe Manutium maluiſſe *Suturnuzenſis*, cum certum ſit in editione Manutiana legi *Suturnurcenſis*. Porro cum nulla alibi reperiatur notitia epiſcopatus Suturnicenſis, non abſurda fortaſſis conjectura eſſet, ſi pro Suturnicenſi reponeretur Septimunicenſis. Vide notas noſtras ad Gratianum pag. 468. Auctor annalium Cyprianicorum ad annum 252. illum vocat epiſcopum Tuburbicenſem, ſed abſque auctoritate.

39 *Sacrilega perſuaſione*] Quamvis non dubitem quin hæc lectio ſit optima, monendum tamen exiſtimavi undecim libros veteres præferre *perſecutione*. Quo etiam modo legi in uno Anglicano teſtatur editio in eo regno facta. Emendabo autem, data occaſione, Victorem Vitenſem, apud quem lib. 4. in edicto Hunerici ſcriptum eſt in ultima editione *ſub perſecutione idonea*, cum antea legeretur *proſecutione*. Nam certum eſt hanc ultimam lectionem eſſe reponendam.

40 *Cooptarant*] Codex ſancti Michaelis *comitarant*, & ſupra lineam, *id eſt comitem fecerant*. Certe paulo ante legitur *Jovinus & Maximus comites*.

41 *Cum mendacior.*] Sic Hieronymus in epitaphio Marcellæ, *navem plenam blaſphemiarum Romano intulit portui*.

42 *Adul-*

Digitized by Google

42 *Adulteria*] In codice Fuxenſi additur *& ſtupra*. Verum ego nolui addere, quia id in nullo alio exemplari reperi.

43 *Negabo illum*] Ita editio vulgata, quam confirmant ſex vetera exemplaria. Alia tredecim habent *& ego eum negabo*. In editione vulgata evangelii ſecundum Matthæum & in libro Gratianopolitano legitur *& ego negabo eum*. Sic etiam infra in libro de lapſis pag. 188.

44 *Contra ſacerdotes*] Codex Fuxenſis, *contra eccleſiam & ſacerdotes*. Sed hanc lectionem puto non eſse veram & ortam eſse ex temeritate cujuſdam veteris librarii.

45 *Ne vulneratos*] Vide Gronovium cap. 14. obſervationum in ſcriptoribus eccleſiaſticis.

46 *Erubuit ante vel timuit*] Ita octo libri veteres. Sed vox *ante* non habetur in antiquis editionibus, neque in tribus libris veteribus. Pamelius primam partem hujus ſententiæ ait intelligi debere de lapſis, aliam de libellaticis. Quintilianus lib. 9. cap. 2. *Validius bonos inhibet pudor quam metus*.

47 *Et lamentationibus*] Hæc videntur eſse ex gloſsemate. Dicimus enim recte *ſatisfactionibus juſtis*. Idem de lamentationibus dici poſse non puto. Certe hæ duæ voces deſunt in quindecim vetuſtis exemplaribus noſtris & in quatuor Anglicanis. Lamentatio, ut ait Cicero in libro quarto Tuſculanarum quæſtionum, eſt ægritudo cum ejulatu. Alibi epitheta *mæſta & lugubris* adjunguntur lamentationi. Forsaſſis igitur in hoc loco eſt tranſpoſitio, ita ut reponi debeat *lamentationibus & ſatisfactionibus juſtis*, ut paulo poſt legitur *deprecationibus & ſatisfactionibus*.

48 *Pax vera*] Infra in libro de lapſis pag. 186. *Non eſt pax illa, ſed bellum*. Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos: *Quod bellum ſervavit pax ficta non auferat*. Idem in epiſtola ad Theophilum adverſus Joannem Hieroſolymitanum: *Volumus & nos pacem, ſed pacem in qua non ſit bellum involutum*. Item in epiſtola ad Heliodorum de laude vitæ ſolitariæ: *Tranquillitas iſta tempeſtas eſt*. Libellus precum Marcellini & Fauſtini: *Sub vocabulo pacis impietas tegitur*. Sanctus Leo Papa in ſermone ſexto in epiphania: *Habet pax noſtra pericula ſua*. Caſſiodorus lib. 5. cap. 39. *Sic multa pace quaſi ludo corruunt quanti vix potuiſſent cadere ſub neceſſitate bellorum*. Tacitus in vita Agricolæ: *Famam paci circumdedit, qua vel incuria vel tolerantia priorum haud minus quam bellum timebatur*. Idem lib. 1. hiſt. *bellum ipſa etiam pace ſævum*. & lib. 4. *In pace ſuſpecta tutius bellum*. T. Livius lib. 4. *Infelix bellum ignominioſæ paci præferebant*. Apud Demoſthenem in oratione de corona mentio eſt belli quod plures commoditates præſtabat quam pax.

49 *Intercedente*] obſtante, ſe opponente contra. Vocabulum juris.

50 *Precluditur*] Hanc lectionem intulit Eraſmus. Eam non reperi niſi in tribus antiquis exemplaribus. In aliis & in antiquioribus editionibus ſcriptum eſt *clauditur* vel *cluditur*.

51 *In capitolio*] Carthaginenſi, ut recte monuit Baronius. Ne quis putare poſſit hic agi de Romano, quod deorum curiam vocat Tertullianus in apologetico & dæmonum omnium templum in libro de ſpectaculis, Cicero vero in oratione pro Milone templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilii publici, caput orbis, aram ſociorum, portum omnium gentium. Nam quamvis proprie capitolium ſit in urbe Roma, amplitudinis tamen majeſtatiſque reipublicæ intererat ut poſtquam exteræ nationes & gentes ſub populi Romani imperium ditionemque ceciderant, moribus ejus uterentur, in eaſque deductæ coloniæ ex civitate quaſi propagatæ, cujus illæ (ut A. Gellius ait lib. 16. cap. 13.) effigies parvæ ſimulacraque eſſe quædam videbantur, jura inſtitutaque omnia populi Romani acciperent, capitolia, amphitheatra, thermas, & cetera oblectamenta & ſolatia ſervitutis. Itaque multæ erant in imperio civitates quæ capitolia habebant, quarum enumeratio exſtat apud Rycquium in commentario de capitolio Romano & in gloſſario Latino Cangii. Ceterum quia loca quædam ſunt apud Hieronymum & alios veteres ſcriptores quæ dicere videntur capitolium & arcem eſſe rem eamdem, contra T. Livius & alii diſcrimen ponunt inter arcem & capitolium, præcipue vero A. Gellius, qui lib. 5. cap. 12. ædem Vejovis locat inter arcem & capitolium, ego crederem iſtam quæ videtur repugnantiam commode poſſe tolli dicendo ideo facile fuiſſe arcem confundere cum capitolio quia arx & capitolium erant in eodem ſolo, in ſaxo Tarpejo, & arx erat vicina capitolio. Rurſum quia ſacrificia gentilium fiebant in capitolio, quo aſcendere jubebantur chriſtiani tamquam ſacrificaturi diis gentium, chriſtiani horrebant vocabulum capitolii tamquam ſcopuloſum & infeſtum, velut dæmonum domicilium, arcem & ſynagogam antichriſti. Itaque apud Hieronymum in dialogo adverſus Luciferianos videmus orthodoxis objectum fuiſſe a Luciferianis quod illi, cum ab Arrianis, quos ajebant eſſe gentiles, ſuſciperent epiſcopos, *non tam epiſcopos recipere quam de capitolio ſacerdotes videbantur*, adeoque eccleſiam catholicam antichriſti magis ſynagogam quam Chriſti eccleſiam debere nuncupari. Et paulo poſt orthodoxus ait, *niſi forte homo edoctus in capitolio*. Unde Cyprianus infra in hac ipſa epiſtola pag. 88. ait: *Quid ſupereſt niſi ut eccleſia capitolio cedat*. Tertullianus in libro de ſpectaculis: *Proinde ſi capitolium, ſi ſerapeum ſacrificator & adorator intravero, a Deo excidam*. In veteri gloſſario bibliothecæ regiæ legitur: *Arx, capitolium*. Et mox: *Capitolium, ſummum caput regionis*.

52 *Convicium faciant*] Duo libri veteres habent *convitium & injuriam*, Monaſterienſis *convitiorum injuriam*.

53 *Illor. ipſor.*] Hanc lectionem confirmant omnes veteres libri. Eraſmus poſuit *lapſorum*.

54 *Neque enim*] Citat hunc locum ſanctus Hieronymus in epiſtola ad Marcum presbyterum Celedenſem: *Apud chriſtianos enim non qui patitur, ut ait quidam, ſed qui facit contumeliam miſer eſt*. Probat autem iſta auctoritas recte iſtic a nobis poſitum eſſe *patitur* pro eo quod antea legebatur *audit*. Emendationem nobis ſubminiſtravit optimus codex. Iterum Hieronymus in epiſtola ad Pammachium adverſus Rufinum: *Quid eſt plus ſuſtinere calumniam an facere?* & infra: *Aut facis injuriam vel pateris*. Idem in apologia adverſus eumdem Rufinum: *Magis volui pati injuriam quam facere*. Cicero in libro de amicitia: *Hic honos veteri amicitiæ tribuendus eſt ut is in culpa ſit qui facit non qui patiatur injuriam*. & lib. 5. quæſtionum Tuſculanarum: *Accipere quam facere præſtat injuriam*. & lib. 1. officiorum: *Fortes igitur & magnanimi ſunt habendi, non qui faciunt, ſed qui propulſant injuriam*. Boetius lib. 4. de conſolatione philoſophiæ ſcribit *inferiores eſſe eos qui faciunt quam qui patiuntur injuriam*. A. Gellius lib. 9. cap. 12. *Injuriæ itidem dicimus tam illorum qui patiuntur quam qui faciunt*. Vide etiam lib. 12. cap. 9. Vide etiam Caſſianum collat. 12. cap. 13. P. Syrus: *Etiam qui faciunt odio habent injuriam*. Quintilianus lib. 8. cap. 5. *In omni certamine qui opulentior eſt, etiamſi accipit injuriam, quia plus poteſt, facere videtur*. Seneca Thebaide: *Quoties neceſſe eſt fallere aut falli, patiaris potius ipſe quam facias ſcelus*.

55 *Delicta cognoſcere*] Codex Fuxenſis, *bonis actibus & confeſſionibus delicta purgare*. Vetus codex a Nicolao Fabro citatus & vetus editio innominati addunt, *tertius commiſſa diluere*. At ego, cum hoc additamentum non invenerim in vetuſtis codicibus quibus uſus ſum, neque in Anglicanis, non ſum auſus addere.

56 *Exarmatur*] Tertullianus in libro de pudicitia; *exarmata ſunt jura*.

57 *Aſſer. & procur.*] Hanc lectionem deprehendi in tribus antiquis codicibus. Alii quinque habent *aſſerenda & propitianda*. Veteres editiones & tres libri veteres, *aſſerenda, propitianda, & procuranda*.

58 *Pax a presbyteris*] Hanc lectionem habere omnes libros manuſcriptos a ſe viſos teſtatur Pamelius. Ego, qui illam quoque reperi in undecim codicibus antiquis, non improbo tamen lectionem veterum editionum, quam etiam vidi confirmatam auctoritate novem librorum veterum. Ea habet: *Pax a non veris presbyteris*. Sentire enim potuit Cyprianus eos non eſſe veros presbyteros quos paulo poſt accenſet hæreticis, ſicut in epiſtola 59. pag. 97. Victorem vocat quondam presbyterum.

59 *Fraudibus involutos*] Sumptum iſtud videtur ex libro 16. annalium Taciti: *Dedit exemplum præcavendi quomodo fraudibus involutos aut flagitiis commaculatos &c.* Innocentius Papa I. in epiſtola ad Agapetum, Macedonium, & Maximum: *Modeſtum quemdam multis criminibus involutum*. Imperator Conſtantinus in titulo Codicis Theodoſiani de repudiis: *Reſtat ut ſi graves cauſas atque involutam criminibus magnis conſcientiam probaverit*. Caſſiodorus lib. 4. epiſt. 23. *Baſilium atque Prætextatum magicis artibus involutos*.

60 *Exomologeſin*] In codice Lætienſi ſcriptum eſt antiquitus ſupra lineam, *id eſt confeſſionem*. Ex ſimilibus annotationibus ortæ ſunt tot diſcrepantiæ & tot vocabula ſynonyma in operibus ſancti Cypriani. Vide Dallæum lib. 7. cap. 4. 5. & 10. de pœnis & ſatisfactionibus humanis.

61 *Foris ſibi*] Antea legebatur, *niſi foris ſibi extra eccleſiam & contra eccleſiam conſtituiſſent conventiculum*. Nos emendavimus ex fide omnium veterum librorum noſtrorum & ſeptem Anglicanorum, cum etiam vete-

sum

Digitized by Google

rum editionum. Vocem *niſi* Pamelius addidit ex codice Camberonenſi, coactus propterea ſcribere *conſtituiſſent* pro *conſtituiſſe*, ut ſenſus conſtaret, quem aliter conſtare non poſſe arbitrabatur. Ego vero, qui in ea epiſtola emendanda uſus ſum ſeptemdecim libris veteribus, nuſpiam inveni vocem *niſi* præterquam in Corbejenſi; qui tamen non habet *conſtituiſſent*, ſed *conſtituiſſe*, ut alii. Itaque præfero cum ratione veterem lectionem, & puto ſenſum ita recte conſtare. Nam ſtatim additur: *Poſt iſta autem &c.*

62 *Pſeudoepiſcopo*] Fortunato.

63 *Eccleſiam principalem*] Hæc verba ſatis ſcio vellent adverſarii noſtri non exſtare in Cypriano. Itaque omnes machinas movent ut oſtendant nihil hic extraordinarium tribui Romanæ eccleſiæ, principalem vocari dicentes pro magnitudine ſua, ut in epiſtola 49. pag. 64. ait Cyprianus, quia in principe civitate conſtituta erat, quia prima eſt ordine. Et tamen ſciebant Irenæum epiſcopum Lugdunenſem Cypriano antiquiorem ſcripſiſſe lib. 3. cap. 3. neceſſe eſſe omnem eccleſiam concurrere ad Romanam *propter potentiorem* ſive *potiorem*, ut alii ſcribunt, *principalitatem*. Hæc autem potentia principalis non poteſt referri ad potentiam Romani pontificis in imperio, quæ nulla prorſus erat, ſed ad potentiam ejus in eccleſia, quam oportet fuiſſe maximam, cum Irenæus eam vocet principalem, *ne quis*, ut Marca ait lib. 1. cap. 3. §. 6. de concordia, *hic Romanum imperium ſomniet*. Adverſus hunc Irenæi locum, utpote magnæ auctoritatis, vehementer diſputant Irenæi interpres Nicolaus Gallaſius, David Blondellus, & Joannes Clericus in ſua hiſtoria eccleſiaſtica, ubi contendit Irenæi interpretem debuiſſe ſcribere *potiorem antiquitatem*, id eſt, ut ille explicat, majorem. Poterant tamen advertere Tertullianum dixiſſe in libro de præſcriptionibus adverſus hæreticos nobis auctoritatem præſto eſſe ex urbe Roma & Cyprianum non ſemel dixiſſe eccleſiam ædificatam eſſe ſuper Petrum & exordium unitatis ab ea proficiſci. Quæ verba magni momenti ſunt in hac cauſa. Denique obſervandum eſt Cyprianum, cum conqueritur de audacia ſchiſmaticorum, qui poſt judicium epiſcoporum Africæ provocaverant ad cathedram beati Petri atque ad eccleſiam principalem, nullo modo reſpexiſſe ad magnitudinem urbis Romæ, cujus illi præſidium non implorabant, ſed ad Cornelium. Erat enim cauſa eccleſiaſtica. Itaque certum eſſe debet hic agi de auctoritate epiſcopi Romani, ad quem antiquitus confugere ſolebant epiſcopi qui ſe a collegis ſuis oppreſſos querebantur, ut iſti ſchiſmatici. Confundit autem Cyprianus cathedram Petri cum eccleſia principali, quia cathedra Petri eſt eccleſia principalis, & eccleſia principalis eſt cathedra Petri. Iſtud ego puto negari non poſſe. Auctor vitæ ſancti Anſelmi epiſcopi Lucenſis ſcribens adverſus Hugonem Candidum Cardinalem ait illum evacuaſſe *principalis eccleſiæ privilegia*, id eſt Romanæ. Ceterum Auguſtinus lib. 2. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 1. agnoſcit in Petro apoſtolatus principatum.

64 *Unitas ſacerdotalis*] Hanc doctrinam frequenter inculcat Cyprianus, præſertim in libro de unitate eccleſiæ. Sic etiam Optatus Milevitanus.

65 *Quorum fides*] id eſt Romanorum. Hieronymus in prooemio libri ſecundi commentariorum in epiſtolam ad Galatas: *Romanæ urbis laudatur fides. Non quod aliam habeant Romani fidem niſi hanc quam omnes Chriſti eccleſiæ, ſed quod devotio in eis major ſit & ſimplicitas ad credendum*. Bachiarius in apologia ſua ſeu catholicæ fidei formula edita in tomo ſecundo analectorum Muratorii: *Si pro culpa unius totius provinciæ anathemanda generatio eſt, damnetur & illa beatiſſima diſcipula, hoc eſt Roma, de qua nunc non una ſed duæ vel tres aut eo amplius hæreſes pullularunt, & tamen nulla earum cathedram Petri hoc eſt ſedem fidei aut tenere potuit aut movere*.

66 *Nam cum ſtatutum*] Baronius, qui ſimilem ſententiam legebat in epiſtola tertia Fabiani Papæ ad Hilarium epiſcopum, non dubitabat quin ad hanc epiſtolam reſpiceret Cyprianus cum iſta ſcribebat. In quo certe falſus eſt vir doctiſſimus. Certum quippe eſt epiſtolam illam Fabiani prorſus incognitam fuiſſe ſancto martyri. Apud Gratianum 3. q. 6. cap. *Peregrina* tribuitur Sixto Papæ in antiquis editionibus. Correctores Romani addiderunt ſumptum eſſe ex epiſtola Sixti Papæ III. ad epiſcopos orientales.

67 *Ab omnibus*] Reſtituenda mihi in hoc loco viſa eſt lectio veterum editionum, quam confirmant novem exemplaria noſtra & ſeptem Anglicana. Manutius expunxit præpoſitionem.

68 *Cauſa illic audiatur*] Quippe Afri cenſebant, uti poſtea ipſi ſcripſere ad Cæleſtinum Papam, quæcumque negotia in ſuis locis ubi orta ſunt finienda, nec unicuique provinciæ gratiam ſancti ſpiritus defuturam. Imperatores Valentinianus & Valens l. 10. Cod. Theodoſ. de accuſat. & inſcriptionibus: *Ultra provinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur. Oportet enim illic criminum judicia agitari ubi facinus dicitur admiſſum*. & l. 13. *Extra provinciæ terminos accuſatori non erit licentia progredi, quia oportet illic criminum judicia fieri ubi facinus dicitur admiſſum*. Vide Julianum antecessorem cap. 210.

69 *Vinctam*] Eraſmus in margine ſuæ editionis monuit alibi legi *involutam*. Sic etiam habuiſſe ſcio codicem Veronenſem. Eadem lectio reperitur in codice Corbejenſi & in Turonenſi. Lactantius lib. 4. cap. 17. *involutum pectus*.

70 *Niſi cum ſcandalo*] Vocem *niſi*, quæ videbatur deeſſe in hoc loco, repoſuimus ſecuti auctoritatem quatuor veterum exemplarium.

71 *Putramina*] Infra in libro de lapſis pag. 186. *putraminibus amputatis*. Quidquid alii ſentiant, ego puto hanc lectionem eſſe retinendam, cum reperiatur in omnibus antiquis exemplaribus & in antiquis editionibus. In codice Lamonii legitur, *vel fragmenta vel ſputamina*.

72 *Colligenda*] Illuſtriſſimus epiſcopus Oxonienſis putabat ſcribi debere *colliganda*. Verum omnes libri veteres & omnes editiones repugnant. Reinhartus poſuit *collidenda*, forte per errorem typographi.

73 *Non attendas*] Retinuimus hanc pericopen, quia illam invenimus in antiquis editionibus & in decem libris veteribus. Præterea Rigaltius admonet ſe illam inveniſſe in uno exemplari editionis Manutianæ in quo ea addita fuerat ex quodam libro veteri. Et tamen eam non poſuit in contextu, ſed inter obſervationes. Manutius eam rejecerat, laudatus propterea a Pamelio, tum quia, ut ille ait, deſideratur in manuſcriptis omnibus, tum quod nihil hoc loco ad inſtitutum facere videtur. Mutaſſet forte ſententiam ſuam Pamelius, ſi ſciviſſet illam exſtare in decem antiquis codicibus & in eo quem citat Rigaltius. Morellius non probavit quod factum fuerat a Manutio. Etenim hoc ſegmentum retinuit in editione ſua. Angli omiſerunt. Ceterum ſilendum non eſt illud deſiderari in tredecim libris veteribus.

74 *Per prophetam*] In uno libro meo vetere, *per Salomonem*. Recte. Nam iſta ſumpta ſunt ex libro eccleſiaſtici.

75 *Cum vera pænit.*] Codex Fuxenſis, *necdum veram ad pænitentiam*.

76 *Coll. fraternitatis*] Codex Gratianopolitanus *unitatis*. Sed alia lectio melior. Iſta tamen non erat negligenda.

77 *Occidi poteſt*] Infra epiſt. 56. pag. 91. *nec veremur occidi, quos conſtat quando occidimur coronari*. & epiſtola 57. pag. 95. *Intellexit milites Chriſti vinci non poſſe, mori poſſe*. Hieronymus in calce libri de vita Malchi monachi ait *hominem Chriſto deditum poſſe mori, non poſſe ſuperari*. Tertullianus in apologetico: *Vincimus cum occidimur*. Prudentius in carmine de Romano martyre:

Si vos ſinatis, incruenti vivimus.
At ſi cruente puniamur, vincimus.

Sulpitius Severus in epiſtola ad Euſebium ſcribit juſtos, id eſt martyres, omnia tormenta patientes ſemper invictos, tanto fortius viciſſe quanto gravius pertuliſſent. Idem lib. 2. hiſtoriæ ſacræ: *Neque majore umquam triumpho vicimus quam cum decem annorum ſtragibus vinci non potuimus*. Agobardus in libro adverſus legem Gundobadi cap. 9. *Quando erat publica contentio de veritate religionis, cum alii putarent colendam pro Deo creaturam quamlibet, alii dicerent ſolum creatorem colendum, illi fuerunt victores qui occiſi ſunt, non qui occiderunt*. Seneca cap. 27. de vita beata: *Aſſilite, facite impetum. Ferendo vos vincam*. Idem in conſolatione ad Polybium: *Intelligit lædi me poſſe, vinci non poſſe*. Vide infra pag. 463.

78 *Idemtidem*] In codice ſancti Michaelis ſcriptum eſt antiquitus ſupra lineam, *id eſt ſimiliter*. Lubenter interdum annoto iſta levicula, quia ex iis aut ſimilibus fontibus orti ſunt plerique errores qui exſtant in codicibus operum ſancti Cypriani & aliorum veterum ſcriptorum.

79 *Auctoritas ac poteſtas*] Duo poſtrema vocabula deſunt in uno codice regio. Fortaſſis igitur iſtud referendum eſt inter ſynonyma quibus abundant opera ſancti martyris.

80 *De chriſtiano*] Codex Veronenſis. *de epiſcopo*. Ita etiam Fuxenſis. Vox *chriſtiano* non habetur in codice regio neque in Thuano. In Gratianopolitano eſt *catholico*.

81 *Eccleſia capitolio cedat*] Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos dixit *homo jam edoctus in capitolio*.

82 *Congeſtum*] Ego non dubito quin lectio vulgata, quæ habet *conſeſſum*, multo melior videatur quam iſta. Verum cum antiquæ editiones & octodecim vetera exemplaria habeant noſtram, non abſque ratione eam prætero. Facile autem fieri potuit ut ea vox, quæ aliam ſignificationem habet in pura Latinitate, deflexerit apud Afros, ut multa alia vocabula. Primus Eraſmus poſuit *conſeſſum*, fortaſſis ex conjectura.

83 *Antichriſtus minatur*] Multi multa & varia de antichriſto dixerunt. Sæpe creditum eſt illum adventare, immo natum eſſe. Fuere, uti diximus ad librum Lactantii de mortibus perſecutorum, qui crederent Neronem non eſſe mortuum, ſed adhuc vivere, & venturum ante ſæculi finem, & ipſum fore antichriſtum. Vide catecheſim 15. Cyrilli Hieroſolymitani.

84 *Perempturum*] Duo libri veteres, *perditurum*.

85 *Sanitatem mentis*] Theodoſius Imp. l. 1. de Judæis, Samaritanis &c. *quos ſi ad ſanitatem mentis egregiæ lege medica revocare conemur*. Julius Cæſar lib. 7. de bello Gallico, *ad ſanitatem reverti pudeat*. A. Hirtius in libro de bello Africo, *aliqua ratione perduci ad ſanitatem*. Lactantius cap. 34. de mortibus perſecutorum, *ut etiam chriſtiani ad bonas mentes redirent*. Juvenalis: *Optandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano*.

86 *Operta*] Vetus codex regius habet *obruta*, unus Bodlejanus *obſeſſa*. Sic etiam editio Morellii. In codice ſancti Arnulphi ſcriptum eſt, *pectora excuſſis delictorum tenebris*, in Beccenſi *ut recedentes a delictorum tenebris*.

87 *Dom. protegentis*] Codex Corbejenſis, *Deo protegente*. Sic etiam in uno Bodlejano & in uno Voſſiano ſcriptum eſſe teſtatur editio Anglicana.

88 *Conciſio*] Sic habent veteres editiones & omnia fere vetera exemplaria. In uno meo legitur *conciſio* & ſupra lineam *vel conditio*. Hinc ergo, id eſt ex aliquo ſimili exemplari, prodiit ſcriptura quam præferunt quatuor libri veteres & editiones Eraſmi, Manutii, & Morellii, in quibus ſcriptum eſt *conditio*. Duo vetera in editione Anglicana laudata habent *conſenſio*. Unus meus vetus & Gratianopolitanus *conſcientia*. Sic variant libri veteres. Atque ut varia ſunt hominum ingenia & diverſæ opiniones, Pamelius meliorem putavit lectionem quæ habet *conciſio*, Rigaltius eam quæ præfert *conditio*. Et tamen idem Rigaltius retinuit in editione ſua lectionem Pamelii. Hieronymus in epiſtola ad Pammachium & Oceanum: *Miro odio averſor conciſionem*.

89 *Florentiſſimo*] Epithetum iſtud recte illuſtrat vir clariſſimus Joannes Mabillonius in præfatione ad tomum ſecundum Muſei Italici pag. XIII.

90 *Detrectationis*] Ita vidi ſcriptum in pluribus antiquis codicibus. Hanc ergo lectionem puto eſſe meliorem ea quæ habet *detractionis*. T. Livius lib. 2. *Cæca invidia eſt, nec quidquam aliud ſcit quam detrectare virtutes, corrumpere honores ac præmia earum*.

91 *Portat perdit.*] Duæ ſunt iſtius loci lectiones in libris veteribus. Earum una hæc eſt: *Perverſus, inquit, in ore ſuo portat perditionem, & in labiis ſuis ignem condit*. Alia vero ſic: *Perverſus, inquit, in ore ſuo perverſa portat, & in labiis perditionis ſuæ ignem condit* vel *condens*. Utramque habet Foſſatenſis. Florus in ſuo codice legebat, *portat perverſa, perditionis ſuæ ignem condens*. Sic etiam codex Beccenſis. Gratianopolitanus, *portat perditionis ſuæ ignem & condit*. In libro proverbiorum cap. 16. legitur: *Vir impius fodit malum, & in labiis ejus ignis ardeſcit*.

92 *Quod quamquam*] Non ſatis intelligo quid in hoc loco faciat vocabulum *quod*. Manutius addidit, Morellius expunxit, Pamelius repoſuit. Scio illud reperiri in novem libris veteribus. Sed deſideratur in omnibus aliis. Ego lubenter illud delerem. Non video enim cum quo vocabulo hujus periodi poſſit jungi, quo reſpiciat. Sic Hieronymus in epiſtola ad Algaſiam de undecim quæſtionibus novi teſtamenti cap. 10. referens locum ex capite tertio epiſtolæ Pauli ad Coloſſenſes, *quæ ſunt quidem rationem habentia ſapientiæ*, ait: *Hoc loco QUIDEM conjunctio ſuperflua eſt. quod in plериſque locis propter imperitiam artis grammaticæ apoſtolum feciſſe reperimus*.

93 *Munitam*] Ita ſcriptum eſt in quinque codicibus noſtris & in quatuor Anglicanis, tum etiam in antiquis editionibus. Manutius poſuit *monitum*. Morellius revocavit veterem lectionem. Pamelius & ceteri maluerunt *monitum*. Quæ lectio, ne quid diſſimulem, habetur in ſeptem exemplaribus noſtris.

EPISTOLA LVI.

Ad Thibaritanos de exhortatione martyrii.

CYPRIANUS [1] plebi Thibari conſiſtenti ſalutem. Cogitaveram quidem, fratres dilectiſſimi, atque in votis habebam, ſi rerum ratio ac temporis conditio permitteret, ſecundum quod frequenter deſideraſtis, ipſe ad vos venire, & quantulacumque mediocritate exhortationis noſtræ præſens illic [2] fraternitatem corroborare. Sed quoniam ſic rebus urgentibus detinemur ut longe iſtinc excurrere & diu a plebe cui de divina indulgentia præſumus abeſſe non datur facultas, has interim pro me ad vos vicarias litteras miſi. Nam cum Domini inſtruentis dignatione inſtigemur [3] ſæpius & admoneamur, ad veſtram quoque conſcientiam admonitionis noſtræ ſollicitudinem perferre debemus. Scire enim debetis & pro certo credere ac tenere preſſuræ diem ſuper caput eſſe cœpiſſe & occaſum ſæculi atque antichriſti tempus appropinquaſſe, ut parati omnes ad prœlium ſtemus, nec quidquam niſi gloriam vitæ æternæ & coronam confeſſionis dominicæ cogitemus, nec putemus talia eſſe quæ veniunt qualia fuerunt illa quæ tranſierunt. Gravior nunc & ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta & virtute robuſta parare ſe de-
A beant milites Chriſti, conſiderantes iccirco ſe quotidie calicem ſanguinis Chriſti bibere ut poſſint & ipſi propter Chriſtum ſanguinem fundere. [4] Hoc eſt enim velle cum Chriſto inveniri, [5] id quod Chriſtus & docuit & fecit imitari, ſecundum Joannem apoſtolum dicentem: *Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet quomodo ille ambulavit & ipſe ambulare.* (1. Joa. 2.) Item beatus Paulus apoſtolus exhortatur & docet dicens: [6] *Sumus filii. Si autem filii Dei, & heredes Dei, coheredes autem Chriſti, ſiquidem compatiamur ut & commagnificemur.* (Rom. 8.) Quæ nunc o-
B mnia conſideranda ſunt nobis, ut nemo quidquam de ſæculo jam moriente deſideret, ſed ſequatur Chriſtum, qui & vivit in æternum, & vivificat ſervos ſuos in fide ſui nominis conſtitutos. Venit enim tempus, fratres dilectiſſimi, quod jampridem Dominus noſter prænuntiavit & docuit advenire dicens: *Veniet hora ut omnis qui vos occiderit putet ſe* [7] *officium Deo facere. Sed hæc facient, quoniam non cognoverunt patrem, neque me. Hæc autem locutus ſum vobis ut cum venerit hora eorum,* [8] *memores ſitis quia ego dixi vobis.* (Joan. 16.) Nec quiſquam miretur perſecutionibus nos aſſiduis fatigari & preſſuris angen-

tibus

tibus frequenter urgeri, quando hæc futura in A
noviſſimis temporibus Dominus ante prædixe-
rit, & militiam noſtram magiſterio & horta-
mento ſui ſermonis inſtruxerit, Petrus quoque
apoſtolus ejus docuerit ideo perſecutiones fieri
ut probemur, & ut dilectioni Dei, juſtorum
præcedentinm exemplo, nos etiam morte &
paſſionibus [9] copulemur. Poſuit enim in epi-
1.Pet.4. ſtola ſua dicens: *Cariſſimi*, [10] *nolite mirari ar-*
dorem accidentem vobis, qui ad tentationem ve-
ſtram ſit, nec excidatis tamquam [11] *novum aliquid*
vobis contingat; ſed quotieſcumque communicatis B
Chriſti paſſionibus, per omnia gaudete, ut & in
revelatione facta claritatis ejus gaudentes exſulte-
tis. Si improperatur vobis in nomine Chriſti, bea-
ti eſtis, quia majeſtatis & virtutis Domini nomen
in vobis requieſcit, quod quidem ſecundum illos
blaſphematur, ſecundum nos autem honoratur. Do-
cuerunt autem nos apoſtoli ea quæ de præce-
Marc.10. ptis dominicis & cæleſtibus mandatis ipſi quo-
que didicerunt, Domino ipſo ſcilicet corrobo-
Luc.18. rante nos & dicente: *Nemo eſt qui relinquat do-*
mum, aut agrum, aut parentes, aut fratres, [12]
aut ſorores, aut uxorem, aut filios propter regnum C
Dei, & non recipiat [13] *ſepties tantum in iſto tem-*
pore, in ſeculo autem venturo vitam æternam. Et
Luc.6. iterum: *Beati*, inquit, *eritis, cum odio vos ha-*
buerint homines, & ſeparaverint vos, & expule-
rint, & maledixerint nomini veſtro quaſi nequam
propter filium hominis. Gaudete in illa die & exſul-
tate. Ecce enim merces veſtra multa eſt in cælis.
Gaudere nos & exſultare voluit in perſecutioni-
bus Dominus; quia quando perſecutiones fiunt,
tunc dantur coronæ fidei, tunc probantur [14]
milites Dei, tunc martyribus patent cæli. Ne- D
que enim ſic nomen militiæ dedimus ut pacem
tantummodo cogitare & detrectare & recuſare
militiam debeamus, quando in ipſa militia pri-
mus ambulaverit Dominus humilitatis & tole-
rantiæ & paſſionis magiſter, ut quod fieri do-
cuit prior faceret, & quod pati hortatur pri-
or pro nobis ipſe pateretur. Sit ante oculos
veſtros, fratres dilectiſſimi, quod qui omne ju-
dicium a patre ſolus accepit, & qui venturus
eſt judicaturus, jam judicii ſui & cognitionis
futuræ ſententiam protulerit, prænuntians &
conteſtans confeſſurum ſe coram patre ſuo con- E
fitentes & negaturum negantes. Si mortem
poſſemus evadere, merito [15] mori timeremus.
Porro autem cum mortalem mori neceſſe ſit,
amplectamur occaſionem de divina promiſſione
& dignatione venientem, & fungamur exitu
mortis cum præmio immortalitatis, nec verea-
mur occidi, quos conſtat quando occidimur co-
ronari. Nec quiſquam, fratres dilectiſſimi, cum
populum noſtrum fugari conſpexerit metu per-
ſecutionis & ſpargi conturbetur quod collectam
fraternitatem non videat, nec tractantes epi- F
ſcopos audiat. Simul tunc omnes eſſe non poſ-
ſunt, quibus [16] occidere non licet, ſed occidi
neceſſe eſt. Ubicumque in illis diebus unuſquiſ-
que fratrum fuerit a grege interim neceſſitate
temporis corpore non ſpiritu ſeparatus, non
moveatur ad fugæ illius horrorem, nec rece-
dens & latens deſerti loci ſolitudine terreatur.
[17] Solus non eſt cui Chriſtus in fuga comes
eſt. Solus non eſt qui templum Dei ſervans,
ubicumque fuerit, ſine Deo non eſt. Et ſi fu-

gientem [18] in ſolitudine ac montibus latro op-
preſſerit, fera invaſerit, fames aut ſitis aut fri-
gus afflixerit, vel per maria præcipiti naviga-
tione properantem tempeſtas ac procella ſub-
merſerit, ſpectat militem ſuum Chriſtus ubi-
cumque pugnantem, & perſecutionis cauſa pro
nominis ſui honore morienti præmium reddit
quod daturum ſe in [19] reſurrectione promiſit.
Nec minor eſt martyrii gloria non publice &
inter multos periſſe, cum pereundi cauſa ſit [20]
propter Chriſtum perire. Sufficit ad teſtimo-
nium martyrii ſui teſtis ille qui probat marty-
res & coronat. Imitemur, fratres dilectiſſimi,
[21] Abel juſtum, qui initiavit martyria dum pro- Gen.24.
pter juſtitiam primus occiditur. Imitemur A- Gen.22.
braham Dei amicum, qui non eſt cunctatus ut
filium victimam ſuis manibus offerret, dum
Deo fide devotionis obſequitur. Imitemur tres
pueros, Ananiam, Azariam, & Miſahelem;
qui nec ætate territi, nec captivitate fracti, Ju-
dæa devicta, & Hieroſolymis captis, in ipſo
regno ſuo regem fidei virtute vicerunt, qui a-
dorare ſtatuam quam Nabuchodonoſor rex fe-
cerat juſſi, & minis regis & flammis fortiores
exſtiterunt, proclamantes & fidem ſuam per hæc
verba teſtantes: *Nabuchodonoſor rex, non opus* Dan.3.
eſt nobis de hoc verbo reſpondere tibi. Eſt enim
Deus cui nos ſervimus potens eripere nos de cami-
no ignis ardentis, & de manibus tuis, rex, libe-
rabit nos. & ſi non, notum ſit tibi quia diis tuis
non ſervimus, & imaginem auream quam ſtatuiſti
non adoramus. Credebant ſe illi ſecundum fi-
dem poſſe evadere; ſed addiderunt, *& ſi non*,
ut ſciret rex illos propter Deum quem cole-
bant & mori poſſe. Hoc eſt enim robur vir-
tutis & fidei credere & ſcire quod Deus a mor-
te præſente liberare poſſit, & tamen mortem
non timere nec cedere, ut probari fortius fi-
des poſſit. Erupit per os eorum ſpiritus ſan-
cti incorruptus & invictus vigor, ut appareaut
vera eſſe quæ in evangelio ſuo Dominus dixit:
Cum autem vos apprehenderint, nolite cogitare Matt.10.
quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora
quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini,
ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Di-
xit quid loqui & reſpondere poſſimus dari no-
bis in illa hora divinitus & offerri, nec nos
tunc eſſe qui loquimur, ſed ſpiritum Dei pa-
tris; qui cum a confitentibus non diſcedit ne-
que dividitur, ipſe in nobis & loquitur & co-
ronatur. Sic & Daniel cum compelleretur a-
dorare idolum Bel, quem tunc populus & rex
colebat, in aſſerendum Dei ſui honorem ple-
na [22] fide & libertate prorupit dicens: *Nihil* Dan.14.
colo ego niſi Dominum Deum meum, qui condidit
cælum & terram. Quid in Machabæis beatorum 2.Mac.7.
martyrum gravia tormenta & multiformes ſe-
ptem fratrum pœnæ & confortans liberos ſuos
mater in pœnis & moriens ipſa quoque cum
liberis, nonne magnæ virtutis & fidei docu-
menta teſtantur, & nos ad martyrii triumphum
ſuis paſſionibus adhortantur? Quid prophetæ,
quos ad præſcientiam futurorum ſpiritus ſan-
ctus animavit? Quid apoſtoli, quos Dominus
elegit? Nonne cum juſti occiduntur propter
juſtitiam mori nos quoque docuerunt? Chriſti
nativitas a martyriis infantium ſtatim cœpit,
ut ob nomen ejus a bimatu & infra qui fue-

rant necarentur. [13] Ætas necdum habilis ad
pugnam idonea exſtitit ad coronam. Ut appareret
innocentes eſſe qui propter Chriſtum necantur,
inſantia innocens ob nomen ejus occiſa
eſt. Oſtenſum eſt neminem eſſe a periculo
perſecutionis immunem, quando & tales
martyria fecerunt. Quam vero gravis cauſa ſit
hominis chriſtiani ſervum pati nolle, cum prior
paſſus ſit Dominus, & pro peccatis noſtris
nos pati nolle, cum peccatum ſuum proprium
non habens paſſus ſit ille pro nobis? Filius Dei
paſſus eſt ut nos filios Dei faceret, & filius hominis
pati non vult ut eſſe Dei filius perſeveret.
Si odio ſæculi laboramus, odium ſæculi ſuſtinuit
prior Chriſtus. Si contumelias in hoc mundo,
ſi fugam, ſi tormenta toleramus, graviora expertus
eſt mundi factor & dominus, qui & ad-
Joa. 15. monet dicens: *Si ſæculum*, inquit, *vos odit*,
mementote quia [14] *me priorem vobis odiit. Si de
ſæculo eſſetis, ſæculum quod ſuum eſſet amaret.
Sed quia de ſæculo non eſtis, & ego elegi vos de
ſæculo, propterea odit vos ſæculum. Mementote ſermonis
quem dixi vobis. Non eſt ſervus major domino
ſuo. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.*
Dominus & Deus noſter quidquid docuit
& fecit, ut diſcipulus excuſatus eſſe non poſſit
qui diſcit & non facit. Neque aliquis ex
vobis, fratres dilectiſſimi, [15] futuræ perſecutionis
metu aut antichriſti imminentis adventu ſic
terreatur ut non evangelicis exhortationibus &
præceptis ac monitis cæleſtibus ad omnia inveniatur
armatus. Venit antichriſtus, ſed & ſupervenit
Chriſtus. Graſſatur & ſævit inimicus,
ſed & ſtatim ſequitur Dominus paſſiones noſtras
& vulnera vindicaturus. Iraſcitur adverſarius
& minatur, ſed eſt qui poſſit de ejus manibus
liberare. Ille metuendus eſt cujus iram
nemo poterit evadere, ipſo præmonente & di-
Matt. 10. cente: *Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam
autem non poſſunt occidere. Magis autem metuite
eum qui poteſt & corpus & animam* [16] *occi-
Joa. 12. dere in gehennam*. Et iterum: *Qui amat animam
ſuam, perdet illam, & qui odit animam
ſuam in iſto ſæculo, in vitam æternam conſervabit
illam*. Et in apocalypſi inſtruit & præmonet di-
Apoc. 14. cens: *Si quis adorat beſtiam &* [17] *imaginem ejus,
& accipit notam in fronte ſua & in manu, bibet
& ipſe de vino iræ Dei mixto in poculo iræ ejus,
& punietur igne & ſulphure ſub oculis ſanctorum
angelorum & ſub oculis agni, & fumus de tormentis
eorum aſcendet in ſæcula ſæculorum, nec habebunt
requiem die ac nocte quicumque adorant beſtiam
& imaginem ejus*. Ad agonem ſæcularem
exercentur homines & parantur; & magnam
gloriam computant honoris ſui, ſi illis ſpectante
populo & imperatore præſente contigerit
coronari. Ecce agon ſublimis & magnus & coronæ
cæleſtis præmio glorioſus, ut ſpectet nos
certantes Deus, & ſuper eos quos filios facere
dignatus eſt oculos ſuos [18] pandens certaminis
noſtri ſpectaculo perfruatur. Prœliantes nos &
fidei congreſſione pugnantes ſpectat Deus, ſpectant
angeli ejus, ſpectat & Chriſtus. Quanta
eſt gloriæ dignitas & quanta felicitas præſente
Deo congredi & Chriſto judice coronari? Armemur,
fratres dilectiſſimi, viribus totis & paremur
ad agonem mente incorrupta, fide integra,
virtute devota. Ad aciem quæ nobis indi-
A citur Dei caſtra procedant. Armentur integri,
ne perdat integer quod nuper ſtetit. Armentur
& lapſi, ut & lapſus recipiat quod amiſit. Integros
honor, lapſos dolor ad prœlium provocet.
[19] Armari & præparari nos beatus Paulus
apoſtolus docet dicens: *Non eſt nobis colluctatio* Ephes. 4.
*adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus poteſtates
& principes hujus mundi & harum tenebrarum,
adverſus ſpiritus nequitiæ in cæleſtibus.
Propter quod induite* [20] *tota arma, ut poſſitis reſiſtere
in die nequiſſimo; ut cum omnia perfeceritis,
B ſtetis accincti lumbos veſtros in veritate, induti loricam
juſtitiæ, & calciati pedes in præparatione
evangelii pacis, aſſumentes ſcutum fidei, in quo
poſſitis omnia ignita jacula nequiſſimi exſtinguere,
& galeam ſalutis, & gladium ſpiritus,* [21] *qui eſt
ſermo Dei*. Hæc arma ſumamus, his nos tutamentis
ſpiritalibus & cæleſtibus muniamus, ut
in die nequiſſimo reſiſtere diaboli minis & repugnare
poſſimus. Induamus loricam juſtitiæ,
ut contra inimici jacula munitum ſit pectus &
tutum. Calciati ſint evangelico magiſterio & armati
pedes; ut cum ſerpens calcari a nobis &
C obteri cœperit, mordere & ſupplantare non poſſit.
Portemus fortiter ſcutum fidei, quo protegente
quidquid jaculatur inimicus poſſit exſtingui.
Accipiamus quoque ad tegumentum capitis
[22] galeam ſalutarem, ut muniantur aures,
ne audiant edicta feralia, muniantur oculi, ne
videant deteſtanda ſimulacra, muniatur frons,
ut [23] ſignum Dei incolume ſervetur, muniatur
os, ut Dominum ſuum Chriſtum victrix lingua
fateatur. [24] Armemus & dexteram gladio ſpiritali,
ut ſacrificia funeſta fortiter reſpuat, ut
D euchariſtiæ memor, quæ [25] Domini corpus accepit,
[26] ipſum complectatur, poſtmodum a Domino
ſumptura præmium cæleſtium coronarum.
O dies ille qualis & quantus adveniet, fratres
dilectiſſimi, cum cœperit populum ſuum Dominus
recenſere & divinæ cognitionis examine
ſingulorum merita recognoſcere, mittere in gehennam
nocentes, & perſecutores noſtros flammæ
pœnalis perpetuo [27] ardore flammare, nobis
vero mercedem fidei & devotionis exſolvere.
[28] Quæ erit gloria & quanta lætitia admitti ut
Deum videas, honorari ut cum Chriſto Domi-
E no Deo tuo ſalutis ac lucis æternæ gaudium capias,
Abraham & Iſaac & Jacob & patriarchas
omnes & prophetas & apoſtolos & martyres ſalutare,
[29] cum juſtis & Dei amicis in regno cælorum
datæ immortalitatis voluptate gaudere,
ſumere illic quod nec oculus vidit, nec auris 1. Cor. 2.
audivit, nec in cor hominis aſcendit. Majora
enim nos accipere quam quod hic aut operamur
aut patimur apoſtolus prædicat dicens: *Non ſunt* Rom. 8.
condignæ paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram
[30] *claritatem quæ revelabitur in nobis*. Cum reve-
F latio illa venerit, cum claritas ſuper nos Dei
fulſerit, tam beati erimus & læti, dignatione
Domini honorati, quam rei remanebunt & miſeri
qui [31] Dei deſertores aut contra Deum rebelles
voluntatem fecerunt diaboli, ut eos neceſſe
ſit cum ipſo ſimul inexſtinguibili igne torqueri.
Hæc, fratres dilectiſſimi, hæreant cordibus
noſtris. Hæc ſit armorum noſtrorum præparatio,
hæc diurna ac nocturna meditatio, ante
oculos habere & cogitatione ſemper ac ſenſibus
volvere iniquorum ſupplicia & præmia ac
merita

merita juſtorum, quid negantibus Dominus A comminetur ad pœnam, quid contra confitentibus promittat ad gloriam. Si hæc cogitantibus ac meditantibus nobis ſupervenerit perſecutionis dies, miles Chriſti præceptis ejus & monitis eruditus non expaveſcit ad pugnam, ſed paratus eſt ad coronam. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LVI.

1 P*Lebi Thibari*] In concilio Carthaginenſi habito ſob ſancto Cypriano adfuit Vincentius a Thibari, & collationi Carthaginenſi inter catholicos & Donatiſtas Victor epiſcopus Thibaritanus catholicus & Victorinus epiſcopus Thibaritanus Donatiſta, qui nominantur inter epiſcopos provinciæ Byzacenæ. Quare exiſtimari poteſt Thibarim fuiſſe in ea provincia, præſertim cum ex hac epiſtola conſtet eam urbem non fuiſſe multum remotam a Carthagine. Alioqui enim plebs illa non expetiiſſet a Cypriano ut ad ſe veniret.

2 *Fraternitatem*] Expunxi vocem *veſtram*, quæ poſtea ſequebatur in editionibus, non ſolum quia mihi ſuperflua videbatur, ſed in primis quia neque in antiquis exemplaribus habetur neque in antiquis editionibus. Pamelius illam adjecit ex manuſcriptis, ut ipſe ait, Camberonenſi & Affligemenſi.

3 *Sapius*] Poſtea ſequebatur in editionibus vox *amplius*, quam ſuſtuli, quia neque in veteribus libris exſtat neque in antiquis editionibus. Pamelius illam adjecit ex iiſdem duobus libris veteribus.

4 *Hoc eſt enim velle*] Iſta uſque ad *Sumus filii* deſunt in codice Beccenſi. Pro his vero ſequentia ſubſtituta ſunt, *ſacrum Chriſti ſanguinem ad quoddam documentum Chriſti figuratum. Joannem quoque Baptiſtam atque praecurſorem Domini, qui Chriſtum in aqua tinxit, atque ab eo factus eſt ipſe ſpiritus qui venit ſuper Joannem figura qua hodie eſt in nobis, ſicut apoſtolus hortatur nos dicens: Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quod ſumus filii Dei*. Et ſtatim ſequitur: *Sumus filii &c.* Sed iſta alibi non reperi quam in libro Beccenſi.

5 *Id quod Chriſtus*] Quidam libri veteres habent, *ſi id quod Chriſtus fieri voluit imitemur*. Etiam quidam qui habent *ſi id quod Chriſtus*, non habent *imitemur*.

6 *Sumus filis*] Lege *Sumus filii Dei*. Error typographicus.

7 *Officium*] Ita omnes libri noſtri & Anglicani, tum etiam editiones antiquæ. Pamelius, qui poſuit *obſequium*, ſcribit ſe eam vocem ſubſtituiſſe ex laudatis paulo ante duobus codicibus pro eo quod erat *officium*. Sane in vulgata editione novi teſtamenti legitur *obſequium*. Sed ea auctoritas nullius momenti eſt contra fidem tot veterum exemplarium & editionum. Contra id quoque probat retinendam non eſſe iſtic vocem *obſequium* quod conſtet Cyprianum alia verſione uſum eſſe quam ea quam vulgatam vocamus, & quia *officium* legitur etiam in capite undecimo epiſtolæ ad Fortunatum de exhortatione martyrii & apud Auguſtinum in epiſtola ad Bonifacium comitem. Tamen adverſus ea quæ diſſeruimus opponi poteſt referri in libro tertio teſtimoniorum cap. 16. & illic legi *obſequium*. Ad quod reſpondeo vocabulum illud exſtare ſane in quibuſdam codicibus antiquis, deeſſe in aliis, nimirum prout diverſe placuit antiquis librariis. Vide annotationes Eraſmi in hunc locum Joannis & in caput nonum epiſtolæ Pauli ad Romanos & in caput ſecundum epiſtolæ ad Philippenſes.

8 *Memores ſitis*] Quatuor libri veteres habent *reminiſcamini*. Sic etiam in editione vulgata novi teſtamenti. Verum retinenda eſt iſtic lectio quam editiones & major veterum librorum pars afferunt.

9 *Copulemur*] Reliqua iſtius epiſtolæ deſunt in libro monaſterii Beccenſis.

10 *Nolite mirari*] Ita etiam in epiſtola ad Fortunatum de exhortatione martyrii cap. 9. Sumptum eſt iſtud ex epiſtola prima ſancti Petri cap. 4. in qua legitur, *nolite peregrinari in fervore*. Multum ab ea & Cypriani verſione diſcedunt recentiores interpretes. Vide quæ ibi commentatur Eraſmus.

11 *Novum aliquid*] Addidi vocem *aliquid* ſecutus auctoritatem duorum veterum librorum. Et alioqui habetur in epiſtola Petri.

12 *Aut ſorores*] Hæc deſunt in omnibus Cypriani codicibus. Exſtant tamen in capite decimo evangelii ſecundum Marcum, ſed non in capite 18. Lucæ, ubi locus iſte refertur.

13 *Septies*] Legi *centies* in tribus libris veteribus, uti etiam legitur in evangelio D. Marci. At in aliis antiquis & in editionibus ſcriptum eſt *ſepties*, uti etiam in libro de lapſis & lib. 3. teſtimoniorum cap. 16. Sic etiam legiſſe Gregorium IX. Papam liquet ex epiſtola ejus ad Germanum Patriarcham CP. apud Odoricum Raynaldum an. 1232. §. 51

14 *Milites Dei*] Quatuor libri veteres habent *milites Chriſti*, uti amat dicere Cyprianus. Lactantius cap. 16. de mortibus perſecutorum: *Hoc eſt eſſe diſcipulum Dei, hoc eſt militem Chriſti*.

15 *Mori*] Revocavimus hanc lectionem, quam & omnes libri veteres & omnes veteres editiones præferunt. Pamelius poſuit *mortem* ex unico MS. & gloriam captat ex ea emendatione. Et tamen infra epiſt. 57. pag. 95. Cyprianus ait chriſtianos hoc ipſo invictos eſſe *quia mori non timent*.

16 *Occidere non licet*] Tertullianus in apologetico, *ſi non apud iſtam diſciplinam magis occidi liceret quam occidere*. Lucifer Calaritanus in libro ad Conſtantium de moriendo pro Dei filio: *Hoſtis quippe Dei religionis, in qua pietas, humanitas, omniſque juſtitia verſatur, in qua nec malum pro malo diſcitur reddere, in qua non occidere ſed occidi propter Dei filium docemur*. Gerohus Reicherſpergenſis in libro de corrupto eccleſiæ ſtatu pag. 215. *ſemota penitus intentione aliquem occidendi, quod a ſpiritualis propoſiti viris non licet fieri, qui malle debent occidi quam occidere*. Vide ſupra pag. 402. 461.

17 *Solus non eſt*] Refert hunc locum ſanctus Fulgentius in capite 17. libri ſecundi ad Traſimundum.

18 *In ſol. & montibus*] Rufinus lib. 6. cap 31. *Quid vero memorem quanta multitudines in deſertis & in montibus oberrantes fame. ſiti, frigore, languore, latronibus, beſtiiſque conſumptæ ſunt*.

19 *Reſurrectione*] Veteres editiones & codex Turonenſis habent *ſurrectione*. Ita etiam Arator lib. 1. actuum apoſtolicorum. At omnes alii libri veteres præferunt *reſurrectione*; eamque lectionem Angli poſuerunt in ſua editione. Aliæ editiones habent *perſecutione*, etiam Rigaltiana. Et tamen ille in obſervationibus ſuis ait non videre ſe cur ſcriptura quæ habet *reſurrectione* deleri debuerit.

20 *Propter Chriſtum*] Unus codex Remigianus habet *pro Chriſto*, eodem ſenſu.

21 *Abel initiavit*] Ita etiam in libro de bono patientiæ pag. 250. Proſper lib. 1. de promiſſionibus & prædictionibus Dei cap. 6. loquens de cæde Abelis: *Præclara hinc fulſere martyria, dum juſti occiduntur ab impiis*. Vide homiliam octavam ſancti Joannis Chryſoſtomi adverſus Judæos in nova editione pag. 686.

22 *Fide & libertate*] Revocavimus lectionem veterum editionum, quam etiam omnes fere libri veteres exhibent. Emendationem enim Eraſmi, qui poſuit *fidei libertate*, in nullo alio libro reperi quam in Turonenſi. Reinhartus tamen illam retinuit, aliam repudiavit.

23 *Ætas u. habilis*] Vide quæ ſupra pag. 393. relata ſunt de ſancta Agnete ex Ambroſio.

24 *Me priorem*] Duo libri veteres habent *me primo*.

25 *Futuræ perſ. met.*] Unus codex regius habet *futuram perſecutionem metuat*.

26 *Occidere in gehennam*] Iidem duo libri habent *perdere*.

27 *Imaginem ejus*] Poſtea ſequitur in codice Gratianopolitano, *magis inſiſtere precibus & orare & primo ipſum rogare, tunc deinde Deo patri ſatisfacere debemus. Habemus autem advocatum & deprecatorem pro peccatis noſtris Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum & Deum, ſi modo nos in præteritum peccaſſe pœniteat & confitentes atque intelligentes debita noſtra, quibus nunc Domino offendimus, vel de cetero nos ambulare in viis ejus & præcepta ejus metuere ſpondeamus*. Non auſus ſum illa ponere in contextu, quia non videntur mihi cohærere cum argumento quod iſtic tractatur.

28 *Paadens*] Codex Pithœi *ſpandens*. Forte reponendum eſt *expandens*, ſicut ſæpe vidi in pluribus libris *ſpectans* pro *exſpectans* & e contra. Vide gloſſarium Latinum Cangii in verbo *ſpando*. Ita *ſplendor* pro *exſplendor* in libro Tertulliani de anima, ut notat Rigaltius. Sic in tomo ſecundo Capitularium pag. 984. *ſtraneis* pro *extraneis*. Sic ſæpe alibi in antiquis codicibus

Digitized by Google

cibus MSS. & in inſtrumentis publicis legi *ſtrumenta* pro *inſtrumenta*. Vide Obſopæum ad epiſtolam 60. Senecæ.

29 *Armari & præparari*] Ita veteres editiones, undecim libri noſtri veteres, ſex Anglicani, & codex Flori. Ita etiam editiones Manutii & Morellii. Alia editio, quæ habet *Armat & præparat nos beatus apoſtolus dicens*, placuit Pamelio, Rigaltio, & Anglis.

30 *Tota arma*] In editione Eraſmi, quam ſecuti ſunt Pamelius, Rigaltius, & Angli, additur vox *Dei*. Verum hoc additamentum nuſpiam reperi in antiquis exemplaribus. In Sorbonico legitur *induite vos arma lucis*. Pithœanum habet *induite tota arma*.

31 *Qui eſt ſermo Dei*] In tribus antiquis codicibus ſcriptum eſt, *quod eſt verbum Dei*, eodem ſenſu. Sed tamen iſtud admoneri debere viſum eſt ob diſcrepantiam verſionum.

32 *Galeam ſalutarem*] Hanc lectionem intulit Eraſmus, eamque Manutius & Morellius retinuerunt. Habent autem illam tres libri veteres. At alii quinque & antiquiores editiones præferunt *ſpiritalem*. Ita etiam in excerptis Flori. Supra in epiſtola 26. pag. 36. legitur *galeam ſalutis*. Vide annotationes Eraſmi in caput ſextum epiſtolæ ad Epheſios.

33 *Signum Dei*] in fronte poſitum. Lactantius cap. 10. de mortibus perſecutorum, *impoſuerunt frontibus ſuis immortale ſignum*. Idem lib. 4. inſtitut. cap. 27. *impoſito frontibus ſigno, & quos ſignum immortale munierit*. Item Cyprianus in libro de unitate eccleſiæ pag. 200. *lepræ varietate in fronte maculatus eſt, ea parte corporis notatus offenſo Domino ubi ſignantur qui Dominum promerentur*. Victor Vitenſis lib. 1. cap. 14. *frontem in qua Chriſtus vexillum ſuæ fixerat crucis*. Vide Savaronem ad Sidonium lib. 3. epiſt. 12.

34 *Armemus & dexteram*] Citat & egregie illuſtrat hunc locum eminentiſſimus Cardinalis Joannes Bona lib. 2. rerum liturgicarum cap. 17. quem conſule.

35 *Domini corpus accepit*] in manu dextera videlicet. Vide quæ de ea re dixit idem eminentiſſimus Cardinalis in loco mox laudato. Lubenter enim utor auctoritate viri optimi & doctiſſimi, quo ego amico gloriabar, & cui me multum debere profeſſus ſum in præfatione ad Capitularia.

36 *Ipſum complectatur*] Recentior codex Victorinus, *in ipſo Dominum ſuum complectatur, poſtmodum Dominum ſumptura*. Sic etiam in editione Morellii, niſi quod in extrema parte in ea ſcriptum eſt *a Domino*.

37 *Ardore flammare*] Ita omnino ſcriptum eſt in uno libro vetere bibliothecæ regiæ. Atque ego eam lectionem facile præfero, tum quia vox eſt Latina, tum quia vocem *damnare*, quæ iſtic ponitur pro *flammare* in aliis vetuſtis exemplaribus & editionibus, ſuppoſitam fuiſſe arbitror a quodam librario imperito, cui ſatis nota non erat alia lectio. Ignorantia enim priſcæ Latinitatis non paucas maculas inſperſerunt his elegantiſſimis litteris imperiti librarii, ut conqueritur Joſephus Scaliger in initio notarum ſuarum ad libros Varronis de re ruſtica. Confirmare quoque videtur hanc emendationem locus iſte ex libro adverſus Demetrianum pag. 224. *Cremabit addictos ardens ſemper gehenna*.

38 *Quæ erit gloria*] Codex Fuxenſis, *Qua erit gloria dignitas*. Poteſt hanc lectionem adjuvare alter locus ex libro adverſus Demetrianum pag. 224. *Quæ tunc erit fidei gloria, quæ pœna perfidiæ cum judicii dies venerit*.

39 *Cum juſtis*] Duo libri veteres, *cum juſtis omnibus & Dei amicis*.

40 *Claritatem*] Iidem libri duo veteres, *gloriam*. Sic ſæpe librarii mutaverunt vocabula apud Cyprianum & alios veteres ſcriptores. Sed legendum eſſe *claritatem* docet ipſe Cyprianus, qui locum hunc Pauli deſcribens in epiſtola 72. ad Nemeſianum & alios, in epiſtola de exhortatione martyrii cap. 12. & in libro tertio teſtimoniorum cap. 17. ſemper ponit *claritatem*.

41 *Dei deſertores ... rebelles*] Infra epiſt. 73. pag. 131. *Boni militis eſt adverſus rebelles & hoſtes imperatoris ſui caſtra defendere*. Itaque qui deſerebant caſtra ſui imperatoris adeo odioſi erant & deteſtabiles ut ſi in deſertione deprehenderentur, extremo periculo ſubjacerent, ut ait ſanctus Joannes Chryſoſtomus in initio parænesis ſecundæ ad Theodorum lapſum, & ſi deſertorem ſervus proderet, libertate donaretur. Qua de re conſulenda ſunt quæ de deſertoribus erudite ſcripſit Godeſchalcus Stevvechius ad Vegetium.

EPISTOLA LVII.

Ad Cornelium in exſilio de ejus confeſſione.

CYPRIANUS Cornelio fratri ſalutem. Cognovimus, [1] frater cariſſime, fidei ac virtutis veſtræ teſtimonia glorioſa, & confeſſionis veſtræ honorem ſic exſultanter accepimus ut in meritis ac laudibus veſtris nos quoque participes & ſocios computemus. Nam cum nobis & eccleſia una ſit & mens juncta & individua concordia, quis non ſacerdos in conſacerdotis ſui laudibus tamquam in ſuis propriis gratuletur, aut quæ fraternitas non in fratrum gaudio ubique lætetur? Exprimi ſatis non poteſt quanta iſtic exſultatio fuerit & quanta lætitia cum de vobis proſpera & fortia comperiſſemus, ducem te illic confeſſionis fratribus exſtitiſſe, ſed & confeſſionem ducis de fratrum [2] conſenſione creviſſe; ut dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ comites, & confeſſorem populum ſuaſeris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri; ut non inveniamus quid prius prædicare in vobis debeamus, utrumne tuam promptam & ſtabilem fidem, an inſeparabilem fratrum caritatem. Virtus illic epiſcopi præcedentis publice comprobata eſt, adunatio ſequentis fraternitatis oſtenſa eſt. Dum apud vos unus animus & una vox eſt, eccleſia omnis Romana confeſſa eſt. Claruit, [3] fratres cariſſimi, fides

Rom. 8. quam de vobis beatus apoſtolus prædicavit. Hanc

A laudem virtutis & roboris firmitatem jam tunc in ſpiritu prævidebat, & præconio futurorum merita veſtra conteſtans, dum parentes laudat, filios provocat. Dum ſic unanimes, dum ſic fortes eſtis, magna & ceteris fratribus unanimitatis & fortitudinis exempla tribuiſtis. Docuiſtis granditer Deum timere, Chriſto firmiter adhærere, plebem ſacerdotibus in periculo jungi, in perſecutione fratres a fratribus non ſeparari, concordiam ſimul junctam [4] vinci omnino non poſſe, quidquid ſimul petitur a cunctis Deum pacis pacificis exhibere. Proſilierat adverſarius

B terrore violento Chriſti caſtra turbare. Sed quo impetu venerat, eodem impetu pulſus [5] & victus eſt; & quantum formidinis & terroris attulit, tantum fortitudinis invenit & roboris. Supplantare ſe iterum poſſe crediderat Dei ſervos, & velut tirones & rudes, quaſi minus paratos & minus cautos ſolito ſuo more concutere. Unum primo aggreſſus, ut lupus ovem ſecernere a grege, ut [6] accipiter columbam ab agmine volantium ſeparare tentaverat. Nam cui non eſt adverſus omnes ſatis virium, circumvenire quærit ſolitudinem ſingulorum. Sed retuſus adunati exercitus fide pariter & vigore intellexit milites Chriſti vigilare jam ſobrios & armatos ad prœlium ſtare, vinci non poſſe, mori poſſe, &

hoc

hoc ipſo invictos eſſe quia mori non timent, nec repugnare contra impugnantes, cum occidere innocentibus nec nocentem liceat, ſed prompte & animas & ſanguinem tradere; ut cum tanta in ſæculo malitia & ſævitia graſſetur, a malis & ſævis velocius recedatur. Quale illud fuit ſub oculis Dei ſpectaculum glorioſum, quale in conſpectu [7] Chriſti eccleſiæ ſuæ gaudium, ad pugnam quam tentaverat hoſtis inferre non ſingulos milites ſed tota ſimul caſtra prodiiſſe! Omnes enim conſtat venturos fuiſſe, ſi audire potuiſſent, quando accurrerit properanter & venerit quiſquis audivit. Quot illic lapſi glorioſa confeſſione ſunt reſtituti! Steterunt fortes & ipſo dolore pœnitentiæ facti ad prælium fortiores. Ut appareat nuper [8] ſubitatos eſſe & novæ atque inſuetæ rei pavore trepidaſſe, rediiſſe ad ſe poſtmodum fidem veram, & vires ſuas de Dei timore collectas ad omnem patientiam conſtanter & firmiter roboraſſe, nec jam ſtare ad criminis veniam, ſed ad paſſionis coronam. Quid ad hæc Novatianus, frater cariſſime? Utrumne jam deponit errorem? An vero, qui dementium mos eſt, ipſis bonis & proſperis noſtris plus adactus eſt ad furorem, & quo magis ac magis dilectionis ac fidei creſcit hic gloria, illic diſſenſionis & zeli recrudeſcit inſania; nec vulnus ſuum miſer curat, ſed adhuc gravius & ſe & ſuos vulnerat, in perniciem fratrum lingua ſua perſtrepens, & [9] facundiæ venenatæ jacula contorquens, magis durus ſæcularis philoſophiæ pravitate quam [10] ſophiæ dominicæ lenitate pacificus, deſertor eccleſiæ, miſericordiæ hoſtis, interfector pœnitentiæ, doctor ſuperbiæ, veritatis corruptor, perditor caritatis? Agnoſcitne jam qui ſit ſa-

A cerdos Dei, quæ ſit eccleſia & domus Chriſti, qui ſint Dei ſervi quos diabolus infeſtet, qui ſint chriſtiani quos antichriſtus impugnet? Neque enim quærit illos quos jam ſubegit, aut geſtit evertere quos jam ſuos fecit. Inimicus & hoſtis eccleſiæ quos alienavit ab eccleſia & foras duxit, ut captivos & [11] victos contemnit & præterit, eos pergit laceſſere in quibus Chriſtum cernit habitare. Quamquam etſi aliquis ex talibus fuerit apprehenſus, non eſt quod ſibi quaſi in confeſſione nominis blandiatur, cum conſtet, ſi occiſi ejuſmodi extra eccleſiam B fuerint, fidei coronam non eſſe, ſed pœnam potius eſſe perfidiæ, nec in domo Dei inter unanimes habitaturos eſſe quos videmus de pacifica & divina domo furore diſcordiæ receſſiſſe. Hortamur plane quantum poſſumus, frater cariſſime, pro caritate mutua qua nobis invicem cohæremus ut, quoniam providentia Domini monentis inſtruimur & divinæ miſericordiæ conſiliis ſalubribus admonemur [12] appropinquare jam certaminis & agonis noſtri diem, jejuniis, vigiliis, orationibus inſiſtere cum o- C mni plebe non deſinamus. Incumbamus gemitibus aſſiduis & deprecationibus crebris. Hæc ſunt enim nobis arma cæleſtia, quæ ſtare & perſeverare fortiter faciunt. Hæc ſunt munimenta ſpiritalia & tela divina quæ protegunt. Memores noſtri invicem ſimus, concordes atque unanimes, utrobique pro nobis ſemper oremus, preſſuras & anguſtias mutua caritate relevemus, & ſi quis iſtinc noſtrum prior divinæ dignationis celeritate præceſſerit, [13] perſeveret [14] apud Dominum noſtra dilectio, [15] pro fratribus & ſororibus noſtris apud miſericordiam patris non ceſſet oratio. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LVII.

1 *Frater cariſſime*] Multum ſe hic fruſtra torquet is qui notas adjecit ad editionem Manutianam ut molliat aſperitatem quam ſibi viſus eſt deprehendiſſe in his Cypriani verbis, tamquam ex iis colligi poſſet illum non poſuiſſe diſcrimen inter epiſcopum Romanum & ceteros. Si notator ille ad mores veterum temporum reſpexiſſet, facile ſe ab ea difficultate explicaviſſet. Vide quæ de hoc argumento dicta a nobis ſunt ad epiſtolam 41. pag. 429.

2 *Conſenſione*] Cum editio Spirenſis & Veneta vetus ita ſcriptum habeant, eique conſentiant, non ſolum Eraſmica & Morelliana, ſed etiam quindecim vetera exemplaria & excerpta Flori, putavi debere me ita reponere. Primus omnium Remboltus edidit *confeſſione*. Infra in libro de oratione dominica pag. 206. *ſpiritus conſenſione conformes*, pro quo codex Moyſiacenſis habet *confeſſione*. Item infra epiſt. 67. pag. 115. legitur *ſpiritus conſenſione concordes*. ubi codex Corbejenſis habet *confeſſione*. Ut hinc appareat has duas voces interdum permutatas facile fuiſſe a veteribus librariis.

3 *Fratres cariſſimi*] Decem libri noſtri veteres, tres Anglicani, & excerpta Flori, tum etiam editio Manutii, præferunt *frater cariſſime*. Quod jam adnotavimus frequenter aſcitatum fuiſſe ab antiquis librariis in exemplaribus operum ſancti Cypriani. Utraque lectio bona eſt. Nam quamvis epiſtola ſcripta ſit ad Cornelium, tamen Cyprianus identidem ſermonem ſuum convertit ad omnem eccleſiam Romanam. Sic apud ſanctum Gregorium lib. 1. epiſt. 25. ſcripta ad Joannem Conſtantinopolitanum, Eulogium Alexandrinum, & ceteros, pro eo quod editiones habent *Unde fratres cariſſimi* codex Moyſiacenſis præfert *frater cariſſime*. Atque ita legendum eſſe hinc conſtat quod cum epiſtola illa ſcripta ſit a patribus ad epiſcopos illos, neceſſe erat unumquemque eorum appellari in ſingulari. Obiter hic admoneo epiſtolam Alexandri III. pro monaſterio Piſcarienſi ſive Caſaurienſi editam in tomo quinto ſpicilegii Dacheriani pag. 525. ita emendari debere ut poſt *Firmano epiſcopo* legatur conſequenter *ſalutem & apoſtolicam benedictionem*. *Quanto*. & ea quæ interjacent reponenda ſunt ſtatim poſt epiſtolam, prout etiam a Joanne Berardi adnotatum eſt in chronico. Unde & in chartulario ex quo epiſtola illa edita eſt, vox *ſimiliter* ſemper ſcripta eſt cum mimo.

4 *Vinci omnino*] Hæc poſtrema vox, quæ mihi videtur ſuperflua, deeſt in libro Beccenſi & in editionibus Manutii & Morellii.

5 *Et victus*] Addidimus iſtud auctoritate trium veterum exemplarium. Unum Bodlejanum habet *turbatus & pulſus*.

6 *Accipiter*] Duo libri veteres habent *acceptor*. Quod idem eſt. Vide to. 2. Capitularium pag. 684. 750. 830.

7 *Chriſti eccleſiæ*] Multum variant in hoc loco libri veteres & veteres editiones. Quædam editiones antiquæ & quidam libri veteres habent *Chriſti & eccleſiæ ſuæ*. Alibi ſcriptum eſt *Chriſti & ejus eccleſiæ*, *Chriſti ſive eccleſiæ ejus*, *Chriſti eccleſiæ ſuæ*. Excerpta Flori *Chriſti eccleſiæ ſuæ gaudium*. Ego repoſui lectionem quam exiſtimavi meliorem ſenſum facere & quæ mihi videtur melius convenire cum ſtilo ſancti martyris.

8 *Subitatos*] id eſt, ut ſtatim explicat Cyprianus, novæ atque inſuetæ rei pavore trepidantes, ſicut ſanctus Hieronymus in epiſtola ad ſanctum Auguſtinum de reprehenſione Petri ait, *fortiſſimos quoſque milites ſubita bella conturbant*, & Tacitus lib. 15. annalium ait *etiam fortes viros ſubitis terreri*, & lib. 1. hiſtoriarum *ſubitus pavor exterruit*. Cæſar lib. 1. commentariorum de bello Gallico: *Nemo eſt tam fortis qui non rei novitate perturbetur*. A. Hirtius de bello Alexandrino: *Cujus rei ſubita trepidatio magnum terrorem attulit noſtris*. T. Livius lib. 3. *Urbi quoque Romæ ingens præbitus terror, magis ita re ſubita quam ad arcendam vim parum virium eſſet*. Virgilius lib. 8. Æneidos:

Ut belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit & rauco ſtrepuerunt cornua cantu,
Utque acres concuſſit equos, atque impulit arma,
Extemplo turbati animi.

Dio Caſſius initio libri 42. agens de miſero ſtatu Pompeii
poſt

Digitized by Google

poſt pugnam Pharſalicam ait ea quæ hominibus præter exſpectationem ac quam maxime inopinato accidunt, ea & animos eorum dejicere & rationem conturbare. Ennodius in panegyrico: *Labaſcit fortium conſtantia quoties formidanda oculis ingeruntur*. Nonius Marcellus: *Subiti dictum pro repentini*. Rurſum Cyprianus in libro adverſus Demetrianum pag. 224. & lib. 3. teſtimoniorum cap. 16. referens hunc locum ex capite quinto libri ſapientiæ: *Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis*. Ubi vide notas.

9 *Facundiæ venenatæ*] Supra pag. 416. adnotatum eſt Novatianum fuiſſe eloquentem.

10 *Sophiæ dominicæ*] id eſt chriſtianæ. Antea legebatur *philoſophiæ*. Rigaltius admonet in codice Beneventano & in Veronenſi, tum etiam in editione Romana, quæ eſt Manutiana, ſcriptum eſſe *ſophia*, atque eam lectionem eſſe rectiſſimam. Vetus quoque Remigianus eam habet, itemque editio Morelliana. Pro quo ſcriptum eſt in codice Gratianopolitano *phiſica*. Sane vidi ſcriptum *philoſophia* in tredecim codicibus antiquis. Et tamen præfero lectionem quam Rigaltius ait eſſe rectiſſimam, ea etiam de cauſa quod Tertullianus frequenter dicit ſophiam, & quia Lactantius lib. 3. cap. 16. ait: *Nos ab hac calumnia immunes ac liberi ſumus, qui philoſophiam tollimus, quia humanæ cogitationis inventio eſt, ſophiam defendimus, quia divina traditio eſt, eamque ab omnibus ſuſcipi oportere teſtamur*. Marius Victorinus in hymno de Trinitate loquens de Chriſto:

Seminatas ſæclis animas irrigans ſcitis ſophiæ.
Sophia autem cum ſit Chriſtus, idem Chriſtus filius docet.

Item Petrus Abælardus lib. 3. theologiæ chriſtianæ cap. 3. *Hoc enim docere rectæ ſophiæ incarnandæ reſervatum erat*. Tertullianus in capite quarto libri primi ad nationes primam ſapientiam, ut explicat Jacobus Gothofredus, vocat religionem chriſtianam, quæ ad verum Deum relictis idolis convertitur.

Ad hanc fortaſſis a Lactantio commemoratam duplicem philoſophiam reſpexit Joannes VIII. Papa in prologo concilii Romani, ubi, inter ceteras laudes quibus ornat Carolum Calvum Imperatorem, ait illum honorare ſacerdotes Domini & ad utramque philoſophiam informare. Aliud eſt gemina ſcientia in narratione de electione Gregorii Papæ VII. ubi ſcribitur fuiſſe *gemina ſcientia prudentia pollens*, & in chronico ſancti Benigni Divionenſis, ubi Halinardus archiepiſcopus Lugdunenſis dicitur *efficaciſſime claruiſſe gemina ſcientia*, itemque in chronico Beſuenſi, in quo Robertus epiſcopus Lingonenſis dicitur *geminæ ſcientiæ eloquentia floruiſſe*. Denique in vetuſtiſſima ſcheda Ruthenenſi, quæ videtur eſſe fragmentum vitæ ſancti Gausberti abbatis Montis Salvii in finibus Ruthenorum & Arvernorum, Hugo epiſcopus Dienſis, qui diu fuit apoſtolicæ ſedis Legatus in Gallia, vocatur *vir geminæ ſcientiæ & in litteris ſacris non mediocriter eruditus*. Adde Maginoldum antipapam, quem Sigebertus ad annum 1105. ait fuiſſe *in utraque ſcientia* apprime eruditum. Per geminam ergo ſcientiam intelligendas eſſe theologiam & philoſophiam docet hic locus ex Memoriali hiſtoriarum Joannis Pariſienſis: *Simon de Belloloco archiepiſcopus Bituricenſis, qui factus eſt epiſcopus Prænestinus. Cui ſucceſſit in Bituricenſem primatum frater Ægidius doctor egregius in theologia & philoſophia, natione Romanus, de ordine heremitarum ſancti Auguſtini; qui gemina ſcientia efficaciſſime clarus, plurima volumina ſubtiliter & ſatis feliciter compoſuit*. Aliud rurſum eſt gemina ſcientia in epiſtola dedicatoria viæ paradiſi Joannis Raulini, & in epiſtola dedicatoria doctrinalis mortis ejuſdem Raulini, utraque dicata *conſultiſſimo viro magiſtro Joanni de Bon juriuin geminæ ſcientiæ excellentiſſimo doctori*. Iſtic enim gemina ſcientia ſignificat illum fuiſſe doctorem in utroque jure.

11 *Victos*] Ita ſcribendum eſſe exiſtimavi pro eo quod poſteriores editiones habent *vinctos*. Nam quamvis utraque lectio bona ſit, ſtandum eſſe videtur auctoritati veterum editionum & decem veterum exemplarium. Ita etiam habet editio Morelliana.

12 *Appropinquare*] Codex Michaelinus & Gratianopolitanus & quatuor Anglicani habent *appropinquante jam certaminis & agonis veſtri die*. Sic etiam editio Morelliana & codex Beccenſis.

13 *Perſeveret*] Neſcio quibus rationibus adductus Rigaltius exagitat hanc ſententiam, ac ſi Cyprianus ſentire & credere non potuerit ſanctus etiam defunctos pro vivis orare, uti dixerat Pamelius in annotatione ad hunc locum. Nam quod ait vir doctiſſimus hæc verba Cypriani non eſſe accipienda de eo qui per martyrii coronam præceſſerit, cum orandum non ſit pro martyre, cujus ſanguis, ut ait Tertullianus in apologetico, tota paradiſi clavis eſt, fallitur profecto, cum Cyprianus non petat ut vivus oret pro martyre, ſed ut martyr pro vivo Dominum precetur. Illuſtriſſimus epiſcopus Oxonienſis hunc iſtius loci ſenſum eſſe putavit, ut is chriſtianus qui alteri ſuperſtes fuerit, ſive Cyprianus, ſive Cornelius, perſeveret in oratione pro utraque eccleſia, neque dubitat animas cælo receptas Deum opt. max. ſollicitare ut in terris agentium miſereatur. Hieronymus in libro adverſus Vigilantium: *Si apoſtoli & martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro ceteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſolliciti, quanto magis poſt coronas, victorias, & triumphos*. Ipſe etiam Cyprianus in calce libri de mortalitate pag. 236. ſcribit animas cælo receptas, de ſua incolumitate ſecuras, adhuc de noſtra ſalute eſſe ſollicitas.

14 *Apud Dominum*] Nolui mutare hanc lectionem, quia bona eſt, & reperitur in duodecim vetuſtis exemplaribus. Illud tantum dicam, veteres editiones & octo libros veteres habere *Deum*. Manet autem idem ſenſus quomodocumque legas.

15 *Pro fratribus*] Hinc etiam colligi poſſe puto Cyprianum credidiſſe ſanctos in cælo orare pro vivis.

[1]EPISTOLA LVIII.

Ad Lucium Papam Romanum reverſum ab exſilio.

CYPRIANUS cum collegis Lucio fratri ſalutem. Et nuper quidem tibi, frater cariſſime, gratulati ſumus, cum te honore geminato in eccleſiæ ſuæ adminiſtratione confeſſorem pariter & ſacerdotem conſtituit divina dignatio. Sed & nunc non minus tibi & comitibus tuis atque univerſæ fraternitati gratulamur quod cum eadem gloria & laudibus veſtris reduces vos denuo ad ſuos fecerit benigna Domini & larga protectio, ut paſcendo gregi paſtor & gubernandæ navi gubernator & plebi regendæ rector redderetur, & appareret relegationem veſtram ſic divinitus eſſe diſpoſitam, non ut epiſcopus relegatus & pulſus eccleſiæ deeſſet, ſed ut ad eccleſiam major rediret.
Dan. 3. Neque enim in tribus pueris minor fuit martyrii dignitas, quia [2] morte fruſtrata de cami-
A no ignis incolumes exierunt, aut non conſummatus Daniel exſtitit in ſuis laudibus, quia qui Dan. 14.
leonibus miſſus fuerat ad prædam, protectus a Domino vixit ad gloriam. In confeſſoribus Chriſti dilata martyria non meritum confeſſionis minuunt, ſed magnalia divinæ protectionis oſtendunt. Repræſentatum videmus in vobis quod apud regem fortes atque illuſtres pueri prædicaverunt, ipſos quidem paratos eſſe arde- 2.Mac.7.
B re flammis, ne diis ejus ſervirent, aut imaginem quam fecerat adorarent, Deum tamen quem colebant, quemque & nos colimus, potentem eſſe ut eos de camino ignis eximeret, & de regis manibus ac de pœnis præſentibus liberaret. Quod invenimus in confeſſionis veſtræ fide & in Domini circa vos protectione nunc geſtum; ut cum vos parati fueritis & prompti

pti omne ſubire ſupplicium, Dominus tamen vos pœnæ ſubtraheret & eccleſiæ reſervaret. Regredientibus vobis breviata non eſt in epiſcopo confeſſionis ſuæ dignitas, ſed magis crevit ſacerdotalis auctoritas; ut altari Dei aſſiſtat antiſtes, qui ad confeſſionis arma ſumenda & facienda martyria non verbis plebem ſed factis cohortetur, & imminente antichriſto paret ad prœlium milites, non [3] ſolum ſermonis & vocis incitamento, ſed fidei & virtutis exemplo. Intelligimus, frater cariſſime, & tota cordis noſtri luce perſpicimus divinæ majeſtatis ſalutaria & ſancta conſilia, unde illic [4] repentina perſecutio nuper exorta ſit, unde contra eccleſiam Chriſti & epiſcopum Cornelium beatum martyrem voſque omnes ſæcularis poteſtas ſubito proruperit, ut ad confundendos hæreticos & retundendos oſtenderet Dominus quæ eſſet eccleſia, quis epiſcopus ejus unus divina ordinatione delectus, qui cum epiſcopo presbyteri ſacerdotali honore conjuncti, quis adunatus & verus Chriſti populus dominici gregis caritate connexus, qui eſſent quos inimicus laceſſeret, qui contra quibus diabolus ut ſuis parceret. Neque enim perſequitur & impugnat Chriſti adverſarius niſi caſtra & milites Chriſti. Hæreticos proſtratos [5] ſemel & ſuos factos contemnit & præterit. Eos quærit dejicere quos videt ſtare. Atque utinam nunc facultas daretur, frater cariſſime, ut intereſſe illic vobis regredientibus poſſemus, qui vos mutua cari-

A te diligimus, ut adventus veſtri lætiſſimum fructum præſentes cum ceteris ipſi quoque caperemus. Quæ illic exſultatio omnium fratrum, qui concurſus atque complexus occurrentium ſingulorum? [6] Vix oculis adhærentium poteſt ſatisfieri, vix vultus ipſi atque oculi plebis poſſunt videndo ſatiari [7] de adventus veſtri gaudio. Cognoſcere illic fraternitas cœpit qualis & quanta ſit ſecutura Chriſto veniente lætitia; cujus quia cito appropinquabit adventus, imago jam quædam præceſſit in vobis, ut quomo-
B do Joannes præcurſor ejus & prævius veniens prædicavit Chriſtum veniſſe, ſic nunc epiſcopo confeſſore Domini & ſacerdote redeunte appareat & Dominum jam redire. Vicarias vero pro nobis ego & collegæ & fraternitas omnis has ad vos litteras mittimus, frater cariſſime, & repræſentantes vobis per epiſtolam gaudium noſtrum, fida obſequia caritatis expromimus, hic quoque in ſacrificiis atque in orationibus noſtris non ceſſantes Deo patri & Chriſto filio ejus Domino noſtro gratias age-
C re & orare pariter ac petere ut qui perfectus eſt atque perficiens cuſtodiat & perficiat in vobis confeſſionis veſtræ glorioſam coronam; qui & ad hoc vos fortaſſe revocavit, ne gloria eſſet occulta, ſi foris eſſent confeſſionis veſtræ conſummata martyria. Nan victima quæ fraternitati præbet exemplum & virtutis & fidei [8] præſentibus debet fratribus immolari. Optamus te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LVIII.

1 LUcius Papa Cornelio ſucceſſit anno Chriſti 255. & mox pulſus eſt in exſilium, ſed brevi poſtea rediit in Urbem, anno nimirum ſequente. Tum vero ſanctus Cyprianus tam ſuo quam collegarum ſuorum nomine hanc ad eum epiſtolam dedit, in ea faciens mentionem alterius epiſtolæ quam ad illum ſcripſerat in initiis ſuſcepti ab eo epiſcopatus. Illud patet eſſe extra difficultatem. Et tamen Joannes Launojus ſibi perſuaſit ex ipſis epiſtolæ iſtius verbis colligi non poſſe alias antea litteras datas eſſe ad Lucium, quia, ut ille ait, *Cyprianus ſe quidem gratulatum fuiſſe ait, ſed gratulatum ſe per litteras non ait*. Quod argumentum eſt ſane leviſſimum, ut ante me cenſuit auctor annalium Cyprianicorum. Porro Lucius martyrio coronatus ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti via Appia.

2 *Morte fruſtrata*] Codex Gratianopolitanus, *martyrio fruſtrati*.

3 *Solum ſermonis*] Octo libri veteres habent *ſolo ſermonis*, alii duo *ſolo ſermone*, alius *ſolum ſermone*.

4 *Repentina perſecutio*] Sub Gallo & Voluſiano, ut cenſet illuſtriſſimus epiſcopus Oxonienſis. Hi enim ut numinum ſuorum iram lenirent, & peſtem in republica graſſantem averterent, cujus uti & aliorum malorum cauſam rejiciebant in chriſtianos, perſecutionem repente adverſus eos moverunt. Contra apud Hieronymum in epiſtola ad Pammachium & Marcellam pax repentina: *Belli rationem pax repentina commutat*. Et apud Petronium *repentina tranquillitas*.

5 *Semel & ſuos*] Editio Rigaltii *ſemel & ipſos & ſuos factos*. Neſcio autem unde acceperit hanc lectionem. Ego quippe illam nuſpiam reperi quam in illius editione. Et tamen vidi omnes libros veteres quibus ille uſus eſt. Itaque delevi *& ipſos*, putans non debere me ponere in mea editione quod illic & in Anglicana ſcriptum eſt abſque auctoritate. Nam & ipſimet Angli laudant novem libros veteres in quibus ea deſunt quæ a me prætermiſſa ſunt. Confirmant meam emendationem hæc verba Tertulliani ex libro ad martyres: *Non ergo dicat* [diabolus] *in meo ſunt, tentabo illos vilibus ſcidiis aut inter ſe diſſenſionibus*. Et in libro de ſpectaculis ait diabolum, cum oneraretur in exorciſmo quod mulierem fidelem quæ adierat theatrum aggredi auſus eſſet, reſpondiſſe: *Juſtiſſime quidem feci, in meo eam inveni*.

6 *Vix oculis*] Error certiſſimus, qui exſtat in omnibus fere libris veteribus & editionibus, cum ſcribendum fuiſſet *oſculis*. Angli recte emendarunt ex ingenio, non auctoritate. Nullum enim veterem codicem laudant auctorem hujus emendationis. Ego illam nuſpiam inveni quam in Metenſi ſancti Arnulphi, quem tardiuſcule accepi. Infra in libro de lapſis pag. 181. *ſanctis oſculis adhærentes*. Miror autem me non animadvertiſſe bonam lectionem in editione Anglicana.

7 *De adventus veſtri*] Lectionem veterem, quam nos revocamus, quam omnes fere libri veteres & editiones confirmant, Pamelius pronuntiavit non eſſe bonam, aſſerens pravam diſtinctionem a Remboldo inductam, id eſt eam lectionem quam nos revocamus, obſcurare ſenſum. At ſi erratum illic eſt, culpandus non erat Remboldus. Quippe eadem diſtinctio exſtat in editione Spirenſi & in veteri Veneta, quæ eam anteceſſerunt quam Remboldus emiſit. Ceterum Pamelius ait ſe ita diſtinxiſſe uti diſtinxit ſecundum ſcripturam duorum veterum librorum quos laudat, ſicuti nos eamdem diſtinctionem reperimus etiam in duobus codicibus manuſcriptis.

8 *Præſentibus*] Codex Sorbonicus, *præſente plebe*. Alii tres, *præſente plebe poſſit celebrari* vel *paſcit*.

[1] EPISTOLA LIX.

Ad Fidum de infantibus baptizandis.

CYPRIANUS & ceteri collegæ qui in concilio affuerunt numero LXVI. [2] Fido fratri ſalutem. Legimus litteras tuas, frater cariſſime, quibus ſignificaſti de [3] Victore quondam presbytero, quod ei, antequam pœnitentiam plenam egiſſet, & Domino Deo, in quem deliquerat, ſatisfeciſſet, [4] Therapius collega noſter immaturo tempore & præpropera feſtinatione pacem dederit. Quæ res nos ſatis movit, receſſum eſſe a [5] decreti noſtri auctoritate, ut ante legitimum & plenum tempus ſatisfactionis, & ſine petitu & conſcientia plebis, nulla infirmitate urgente ac neceſſitate cogente, pax ei concederetur. Sed librato apud nos diu conſilio, ſatis fuit objurgare Therapium collegam noſtrum quod temere hoc fecerit & inſtruxiſſe ne quid tale de cetero faciat. Pacem tamen quomodocumque a ſacerdote Dei ſemel datam non putavimus auferendam, ac per hoc Victori communicationem ſibi conceſſam uſurpare permiſimus. [6] Quantum vero ad cauſam infantium pertinet, quos dixiſti intra ſecundum vel tertium diem quo nati ſint conſtitutos [7] baptizari non oportere, & conſide-

Gen. 17. randam eſſe legem circumciſionis antiquæ, ut intra octavum diem eum qui natus eſt baptizandum & [8] ſanctificandum non putares, longe aliud in concilio noſtro [9] omnibus viſum eſt. In hoc enim quod tu putabas eſſe faciendum nemo conſenſit, ſed univerſi potius judicavimus nulli homini nato miſericordiam Dei & gratiam denegandam. Nam cum Dominus

Luc. 9. in evangelio ſuo dicat, *Filius hominis non venit animas hominum perdere, ſed* [10] *ſalvare*, quantum in nobis eſt, ſi fieri poteſt, [11] nulla anima perdenda eſt. Quid enim ei deeſt qui ſemel in utero Dei manibus formatus eſt? Nobis enim atque oculis noſtris ſecundum dierum ſæcularium curſum accipere qui nati ſunt incrementum videntur. Ceterum quæcumque a Deo fiunt, Dei factoris majeſtate & opere perfecta ſunt. Eſſe denique apud omnes, ſive infantes, ſive majores natu, unam divini muneris æqualitatem declarat nobis divinæ ſcripturæ

4. *Reg.* 4. fides. Heliſæus ſuper infantem [12] viduæ filium qui murtuus jacebat ita ſe Deum deprecans ſuperſtravit ut capiti caput & faciei facies applicaretur & ſuperfuſi Heliſæi membra ſingulis parvuli membris & pedes pedibus jungerentur. Quæ res ſi ſecundum nativitatis noſtræ & corporis inæqualitatem cogitetur, adulto & provecto infans non poſſet æquari, nec cohærere & ſufficere poſſent parva membra majuribus. Sed illic æqualitas divina & ſpiritalis exprimitur, quod pares atque æquales ſint omnes homines, quando a Deo ſemel facti ſunt, & poſſit ætas noſtra in incrementis corporis ſecundum ſæculum, non ſecundum Deum, habere [13] diſcrimen; niſi ſi & gratia ipſa, quæ baptizatis datur, pro ætate accipientium vel minor vel major tribuitur, cum ſpiritus ſanctus

A non de menſura ſed de pietate atque indulgentia paterna, æqualis omnibus præbeatur. Nam Deus ut perſonam non accipit, ſic nec *Gal.* 2.
ætatem, cum ſe omnibus ad cæleſtis gratiæ conſecutionem æqualitate librata [14] præbeat patrem. Nam & quod veſtigium infantis in primis partus ſui diebus conſtituti mundum non eſſe dixiſti, quod unuſquiſque noſtrum adhuc horreat exoſculari, nec hoc putamus ad cæleſtem gratiam dandam impedimento eſſe oportere. Scriptum eſt enim: *Omnia munda ſunt* *Tit.* 1.

B *mundis*. Nec aliquis noſtrum id debet horrere quod Deus dignatus eſt facere. Nam etſi adhuc infans a partu novus eſt, non ita eſt tamen ut quiſquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat oſculari, quando in oſculo infantis unuſquiſque noſtrum pro ſua religione ipſas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato & recens quodam modo exoſculamur quando id quod Deus fecit amplectimur. Nam quod in Judaica circumciſione carnali octavus dies ubſervabatur, ſacramentum eſt in umbra atque

C in imagine ante præmiſſum, ſed veniente Chriſto [15] veritate completum. Nam quia octavus dies, id eſt, poſt ſabbatum primus dies, futurus erat quo Dominus reſurgeret & nos vivificaret & circumciſionem nobis ſpiritalem daret, hic dies octavus, id eſt, [16] poſt ſabbatum primus & dominicus, præceſſit in imagine. Quæ imago ceſſavit ſuperveniente poſtmodum veritate & data nobis ſpiritali circumciſione. [17] Propter quod neminem putamus [18] a gratia conſequenda impediendum eſſe ea lege quæ jam

D ſtatuta eſt, nec ſpiritalem circumciſionem impediri carnali circumciſione debere, ſed omnem omnino hominem admittendum eſſe ad gratiam Chriſti, quando & Petrus in actis apoſtolorum loquatur & dicat: *Dominus mihi dixit ne-* *Act.* 10.
minem hominem communem dicendum & immundum. Ceterum ſi homines impedire aliquid ad conſecutionem gratiæ poſſet, magis adultos & provectos & majores natu poſſent impedire peccata graviora. [19] Porro autem ſi etiam graviſſimis delictoribus & in Deum multum ante peccantibus, cum poſtea crediderint, remiſſa

E peccatorum datur, & a baptiſmo atque a gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, niſi quod ſecundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit, qui ad remiſſam peccatorum accipiendam hoc ipſo facilius accedit quod illi remittuntur, non propria, ſed aliena peccata. Et iccirco, frater cariſſime, hæc fuit in concilio noſtra ſententia, a baptiſmo atque a gratia Dei, qui omnibus miſericors & benignus & pius eſt, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa univerſos obſervandum ſit atque retinendum, tum magis circa infantes ipſos & recens natos obſervandum putamus,

Digitized by Google

mus, qui hoc ipſo de ope noſtra ac divina miſericordia plus merentur quod in primo ſtatim nativitatis ſuæ ortu plorantes ac A flentes nihil aliud faciunt quam deprecantur. Optamus te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LIX.

1 HUjus epiſtolæ mentio exſtat apud ſanctum Auguſtinum in libro de geſtis Pelagii cap. 11. & in libro quarto contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 8. & in ſermone 294. novæ editionis. Meminit ejuſdem etiam Hieronymus in calce dialogorum adverſus Pelagianos. Vide librum Georgii Caſſandri adverſus anabaptiſtas.

2 *Fido*] Pamelius ait non potuiſſe ſe reperire quo in loco Fidus fuerit epiſcopus, veriſimile tamen eſſe fuiſſe vicinum Therſpii, qui in ſynodo ſancti Cypriani cognominatur a Bulla. Morellius putavit fuiſſe tantum presbyterum.

3 *Victore quondam presb.*] Quamquam Pamelius agnoſcat editiones Manutii & Morellii iſtic habere *quondam*, magis tamen ei placuit lectio veterum editionum, in quibus ſcriptum eſt *quodam*, eam videlicet ob cauſam, ut ille ait, quod ſatis conſtet ex ſequentibus adhuc vixiſſe Victorem presbyterum cum Cyprianus hanc epiſtolam ſcriberet. Quod eſt certiſſimum. Verum vox *quondam* non accipienda eſt in hoc loco tamquam intelligi deberet de homine defuncto, ſed de eo qui cum pœnitentiam accepiſſet poſt lapſum, dejectus erat de gradu presbyteri, ſicut infra epiſt. 64. pag. 110. legitur *Fortunatianum quondam apud vos epiſcopum*. Lectionem porro quam nos revocamus exhibent libri veteres & vetuſtiſſima hujus epiſtolæ verſio Syriaca quam ſervat bibliotheca sereniſſimi Ducis Florentiæ, uti ego accepi a viro iſtius linguæ & bonarum litterarum peritiſſimo Euſebio Renaudotio. Sic in epiſtola Felicis Papæ III. ad Acacium, *quondam epiſcopos, nunc vero honore & communione privatos*. Poſſunt reperiri plurima exempla ſimilia.

4 *Therapius*] Antea legebatur *temere Therapius*; eaque lectio nititur auctoritate plurium veterum exemplarium. Ego tamen arbitror vocem *temere*, quæ deſideratur in duobus libris veteribus, additam in hoc loco per temeritatem alicujus scioli, argumento ſumpto ex iis quæ ſequuntur, ubi ſcriptum eſt Therapium objurgatum fuiſſe quod temere pacem dediſſet Victori. Iſtic enim proponitur tantum facti ſpecies. Deinde de jure agitur, quia ex facto jus oritur. Itaque primo cauſam ſimpliciter narrat Cyprianus. Poſtea refert judicium epiſcoporum qui Therapium objurgaverant ob pacem datam Victori.

Therapius] epiſcopus Bullenſis in provincia proconſulari. Duplex autem fuit, ut alibi diximus, Bulla in ea provincia, una dicta ſimpliciter Bulla, cujus iſte Therapius erat epiſcopus, alia Bulla regia. Concilio Carthaginenſi ſub Genetlio interfuit Epigonius epiſcopus Bulienſium regiorum, collationi vero Carthaginenſi inter catholicos & Donatiſtas Dominicus epiſcopus Bullenſium regiorum catholicus & Felix Donatiſta, qui in geſtis vocatur ſimpliciter epiſcopus Bulienſis.

5 *Decreti noſtri*] cujus meminit Cyprianus in initio epiſtolæ 54. pag. 77.

6 *Quantum vero*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 8.

7 *Baptizari non oportere*] De baptiſmo infantium vide Joſephum Vicecomitem lib. 2. cap. 1. de antiquis baptiſmi ritibus & ſcripta Anglicana Buceri pag. 655. 667. 781. Vide etiam tractatum Florentii Conrii de ſtatu parvulorum ſine baptiſmo decedentium.

8 *Sanctificandum*] Ita omnes editiones ante Pamelianam & plerique libri veteres. Pamelius ſcripſit *ſacrificandum*. Ita etiam Rigaltius, quamvis Goulartius, repudiata lectione Pamelii, ſcripſiſſet *ſanctificandum*. Hanc lectionem maluerunt Angli. Recte quidem. Eſt enim optima. Vide epiſtolam 76. ad Magnum pag. 152. 155.

9 *Omnibus viſum eſt*] Vox *omnibus*, quæ valde ſuperflua eſt, deeſt in ſeptem codicibus antiquis. Exſtat tamen apud Auguſtinum.

10 *Salvare*] Codex Eligianus, *ſalvos facere*.

11 *Nulla anima perd.*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus in epiſtola ad Hieronymum de origine animarum.

12 *Vidua filium*] Ita veteres editiones & omnes fere libri veteres. Pamelius edidit *vidua Sunamitis filium* ex unico codice Anglicano, faſſus vocem *Sunamitis* deſiderari in ceteris antiquis codicibus. Angli ſcripſerunt *Sunamitidis*. Ego ſuſtuli hanc vocem, quam non dubito eſſe ex gloſſemate. Admoneo tamen me illam reperiſſe in quinque libris veteribus.

13 *Diſcrimen*] Tres libri veteres habent *differentiam vel diſcrimen*, alius *diſcrimen*. Ex ſimilibus fontibus, ut ſæpe monuimus, orta ſunt tot vocabula ſynonyma apud Cyprianum.

14 *Præbeat patrem*] Ita omnes fere libri veteres & omnes editiones. Atque ea lectio eſt optima. Nam certum eſt Deum ſe omnibus hominibus æqualiter præſtare patrem. Eſt enim pater noſter, in primis vero eorum qui credunt in eum, eorum qui per eum ſanctificati & gratiæ ſpiritalis nativitate reparati filii ejus eſſe cœperunt, ut ait ſanctus martyr in libro de oratione dominica pag. 206. Et tamen Pamelius magis probat conjecturam Coſterii exiſtimantis legendum eſſe *parem*; eamque conjecturam Pamelius, ut ipſe ait, in ſua editione poſuiſſet niſi contradicentes habuiſſet omnes libros manuſcriptos & omnes editiones. Ego tamen vocem *parem* reperi in duobus codicibus antiquis.

15 *Veritate completum*] Quidam libri veteres & editio Morellii habent *in veritate*. Quod poteſt eſſe melius.

16 *Poſt ſabb. pr. & dom.*] Magnum ante hos ducentos annos bellum cum maxima utrimque acerbitate geſtum & pugnatum eſt inter Paulum de Middelburgo, qui poſtea fuit epiſcopus Foroſempronienſis, Petrum de Rivo ſacræ paginæ profeſſorem in academia Lovanienſi, & Thomam Bazin epiſcopum Lexovienſem & dein archiepiſcopum Cæſarienſem, an die octava ſabbati, id eſt die dominica, Chriſtus reſurrexiſſet. Tractatus Petri de Rivo editus fuit anno 1492. in urbe Lovanienſi, & Pauli adverſus Petrum in libro ſexto de recta paſchæ celebratione. At tractatus Thomæ nondum editus habetur in bibliotheca regia.

17 *Propter quod*] Refert hunc locum ſanctus Auguſtinus ſermone 294. pag. 1193. novæ editionis.

18 *A gratia conſ.*] Tres libri veteres præferunt *ad gratiam conſequendam*.

19 *Porro autem*] Totum hunc locum deſcripſit ſanctus Hieronymus in fine libri tertii adverſus Pelagianos. Sed apud Hieronymum legitur *remiſſio* pro *remiſſa*; & pro eo quod apud Cyprianum recte ſcriptum eſt *de ope noſtra ac divina miſericordia*, in Hieronymo habetur *de ope noſtra ad divinam miſericordiam*.

1 EPISTOLA LX.

Ad epiſcopos Numidas de redemptione fratrum ex captivitate barbarorum.

CYPRIANUS Januario, Maximo, Proculo, Victori, Modiano, Nemeſiano, Nampulo, & Honorato fratribus ſalutem. Cum maximo animi noſtri gemitu & non ſine lacri- B mis legimus litteras veſtras, fratres cariſſimi, quas ad nos pro dilectionis veſtræ ſollicitudine de fratrum noſtrorum & ſororum 2 captivitate feciſtis. Quis enim non doleat in ejuſmodi caſibus,

ſibus, aut quis non dolorem fratris ſui ſuum A proprium computet, cum loquatur apoſtolus
1.Cor.12. Paulus & dicat: *Si patitur unum membrum, compatiuntur & cetera membra; ſi lætatur membrum unum, collætantur & cetera membra*. Et alio lo-
2.Cor.11. co: *Quis infirmatur*, inquit, *& non ego infirmor?* Quare nunc & nobis captivitas fratrum noſtra captivitas computanda eſt, & periclitantium dolor pro noſtro dolore numerandus eſt, cum ſit ſcilicet adunationis noſtræ corpus unum, & non tantum dilectio ſed & religio inſtigare nos debeat & confortare ad fratrum membra B redimenda. Nam cum denuo apoſtolus Paulus
2.Cor.3. dicat, *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis*, etiamſi caritas nos minus adigeret ad opem fratribus ferendam, conſiderandum tamen hoc in loco fuit Dei templa eſſe quæ capta ſunt, nec pati nos longa ceſſatione & neglecto dolore debere ut diu Dei templa captiva ſint, ſed quibus poſſumus viribus elaborare & velociter gerere ut Chriſtum judicem & Dominum & Deum noſtrum promereamur obſequiis noſtris. Nam cum di- C
Gal.3. cat Paulus apoſtolus, *Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*, in captivis fratribus noſtris contemplandus eſt Chriſtus & redimendus de periculo captivitatis, qui nos redemit de periculo mortis; ut qui nos de diaboli faucibus exuit, nunc ipſe qui manet & habitat in nobis de barbarorum manibus exuatur, & redimatur nummaria quantitate qui nos cruce redemit & ſanguine; qui iccirco hæc fieri interim patitur ut fides noſtra tentetur an faciat unuſquiſque pro altero quod pro ſe fieri D vellet, ſi apud barbaros teneretur ipſe captivus. Quis enim non humanitatis memor & mutuæ dilectionis admonitus, ſi pater eſt, illic eſſe nunc filios ſuos computet, ſi maritus eſt, uxorem ſuam illic captivam teneri cum dolore pariter ac [3] pudore vinculi maritalis exiſtimet? Quantus vero communis omnibus nobis mœror atque cruciatus eſt de periculo virginum quæ illic tenentur; pro quibus non tantum libertatis, ſed & pudoris jactura plangenda eſt, nec tam vincula barbarorum quam lenonum & E lupanarium ſtupra deflenda ſunt, ne membra Chriſto dicata & in æternum continentiæ honorem pudica virtute devota inſultantium libidine & contagione fœdentur? Quæ omnia iſtic ſecundum litteras veſtras fraternitas noſtra cogitans & dolenter examinans prompte omnes &

A libenter ac largiter ſubſidia nummaria fratribus contulerunt, ſemper quidem ſecundum fidei ſuæ firmitatem ad opus Dei proni, nunc tamen magis ad opera ſalutaria contemplatione tanti doloris accenſi. Nam cum Dominus in evangelio ſuo dicat, *Infirmus fui, & viſitaſtis* Matt.25. *me*, quanto nunc quoque cum majore operis noſtri mercede dicturus eſt: *Captivus fui, & redemiſtis me*. Et cum denuo dicat, *In carcere fui, & veniſtis ad me*, quanto plus eſt cum cœperit dicere, *In carcere captivitatis fui, &*
B *clauſus & vinctus apud barbaros jacui, & de carcere illo ſervitutis liberaſtis me*, cum judicii dies venerit præmium de Domino recepturi? Denique maximas vobis gratias agimus quod nos veſtræ ſollicitudinis & tam bonæ ac neceſſariæ operationis participes eſſe voluiſtis, ut offerretis nobis agros uberes, in quibus ſpei noſtræ ſemina mitteremus, exſpectaturi meſſem de ampliſſimis fructibus qui de hac cæleſti & ſalutari operatione proveniunt. Miſimus autem [4] ſeſtertia centum millia nummorum, quæ iſtic in
C eccleſia cui de Domini indulgentia præſumus cleri & plebis apud nos conſiſtentis collatione collecta ſunt, quæ vos illic pro veſtra diligentia diſpenſabitis. Et optamus quidem nihil tale de cetero fieri & fratres noſtros Domini majeſtate protectos ab ejuſmodi periculis incolumes reſervari. Si tamen ad explorandam noſtri animi caritatem & examinandam noſtri pectoris fidem tale aliquid acciderit, nolite cunctari nuntiare hæc nobis litteris veſtris, [5] pro certo habentes eccleſiam noſtram & fraternita-
D tem iſtic univerſam ne hæc ultra fiant precibus orare, ſi facta fuerint, libenter & largiter ſubſidia præſtare. Ut autem fratres noſtros ac ſorores, qui ad hoc opus tam neceſſarium prompte ac libenter operati ſunt, ut ſemper operentur, in mente habeatis in orationibus veſtris, & eis vicem boni operis in ſacrificiis & precibus repræſentetis, ſubdidi nomina ſingulorum, ſed & collegarum quoque & conſacerdotum noſtrorum, qui & ipſi, cum præſentes eſſent, & ſuo & plebis ſuæ nomine quædam
E pro viribus contulerunt, nomina addidi; & præter quantitatem propriam noſtram, eorum quoque ſummulas ſignificavi & miſi, quorum omnium ſecundum quod fides & caritas exigit, in orationibus & precibus veſtris meminiſſe debetis. Optamus vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere & noſtri meminiſſe.

NOTÆ AD EPISTOLAM LX.

1 ANgli ajunt hanc epiſtolam rariſſime occurrere in antiquis exemplaribus & ſe nullum vidiſſe in quo ea reperiretur. Ego unum habui ex monaſterio ſancti Dionyſii Remenſis. Ceterum, quamquam nulla epiſcoporum Numidiæ neque rerum Numidicarum mentio exſtet in hac epiſtola, tamen ſcriptam eſſe ad epiſcopos Numidas, ut recte cenſuit auctor annalium Cyprianicorum, ſatis conſtat ex inſcriptione quæ exſtat in editione Manutiana, ubi primum prodiit, & in codice Remenſi, tum etiam ex eo quod in epiſtola 72. pag. 128. iſtius mentio fieri videtur his verbis: *Item in litteris quas collegæ noſtri ad epiſcopos in Numidia præſidentes ante fecerunt*. Eiſdem quoque inſcripta eſt epiſtola ſeptuageſima. Scriptam eſſe nihilominus ad epiſcopos Mauritaniæ putavit Hadrianus Saravia in capite undecimo tractatus de honore præſulibus & presbyteris debito.

2 *Captivitate*] Vide annales Cyprianicos ad annum 253.

3 *Pudore*] Codex Remenſis, *ac vinculi maritalis amore*.

4 *Seſtertia*] Secuti ſumus hic editionem Manutii, Pamelii, & Rigaltii. Angli poſuerunt *ſeſtertium*, ſed abſque ullius vetuſti codicis mentione, tantum quia Rigaltius monuerat ita ſcribendum eſſe, & propter analogiam ſermonis, cum ſcirent veteres auctores linguæ Latinæ ſcribere *ſeſtertium* in numero plurali. Quod tamen non eſſe ſemper verum probant hæc verba Soſipatris Chariſii: *Nec ſtatim centies nummum dicere poſſumus, ſed centies ſeſtertium: nec tamen quinquaginta ſeſtertium, ſed quinquaginta ſeſtertia dicimus*. Juvenalis ſatyra prima: *Simplexne furor ſeſtertia centum perdere*. & ſatyra quarta:

—— mullum ſex millibus emit
Æquantem ſane paribus ſeſtertia libris.

Vide Lambini annotationes in orationem Ciceronis pro Sex. Roſcio Amerino & Joannem Triſtanum a ſancto Amantio to. 2. commentariorum ſuorum pag. 576. Vide etiam Baronium an. 254. ſub finem.

5 *Pro certo habentes*] Codex Remenſis addit *& ſcientes*.

[1]EPISTOLA LXI.

Ad Euchratium de hiſtrione.

CYPRIANUS Euchratio fratri ſalutem. [2] Pro dilectione mutua & verecundia tua conſulendum me exiſtimaſti, frater cariſſime, quid mihi videatur de [3] hiſtrione quodam, qui apud vos conſtitutus in ejuſdem adhuc artis ſuæ dedecore perſeverat, & [4] magiſter & doctor non erudiendorum ſed perdendorum puerorum, id quod male didicit ceteris quoque inſinuat, an talis debeat communicare nobiſcum. [5] Quod puto ego nec majeſtati divinæ nec evangelicæ diſciplinæ congruere, ut pudor & honor eccleſiæ tam turpi & infami contagione fœdetur. Nam cum in lege prohibeantur viri induere muliebrem veſtem, & maledicti ejuſmodi judicentur, quanto majoris eſt criminis, non tantum muliebria indumenta accipere, ſed & [6] geſtus quoque turpes & molles & muliebres [7] magiſterio impudicæ artis exprimere? Nec excuſet ſe quiſquam ſi a theatro ipſe ceſſaverit, cum tamen hoc ceteros doceat. Non poteſt enim videri ceſſaſſe qui vicarios ſubſtituit & qui pro ſe uno plures [8] ſuccedaneos ſuggerit contra inſtitutionem Dei, erudiens & docens quemadmodum maſculus frangatur in

A feminam & [9] ſexus arte mutetur & diabolo divinum plaſma maculanti per corrupti atque enervati corporis delicta placeatur. Quod ſi penuriam talis & neceſſitatem paupertatis obtendit, poteſt inter ceteros qui alimentis eccleſiæ ſuſtinentur hujus quoque neceſſitas adjuvari, ſi tamen contentus ſit frugalioribus ſed innocentibus cibis. Nec putet ſalario ſe eſſe redimendum ut a peccatis ceſſet, quando hoc non nobis ſed ſibi præſtet. Ceterum quantum velit inde [10] quærat qualis quæſtus eſt qui de convi-

B vio Abraham & Iſaac & Jacob homines rapit & male ac pernicioſe in ſæculo ſaginatos ad æternæ famis ac ſitis ſupplicia deducit. Et ideo, quantum potes, ab hac eum pravitate & dedecore ad viam innocentiæ atque ad ſpem [11] vitæ æternæ revoca; ut ſit contentus eccleſiæ ſumptibus, parcioribus quidem, ſed ſalutaribus. Quod ſi illic eccleſia non ſufficit ut laborantibus præſtet alimenta, poterit ſe ad nos transferre, & hic quod ſibi ad victum atque ad veſtitum neceſſarium fuerit accipere, nec alios extra eccleſiam mortalia docere, ſed ipſe ſalutaria in eccleſia diſcere. Opto te, [12] frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXI.

1 HAnc epiſtolam inveni in XXIII. exemplaribus antiquis. Sunt vero nonnulla ex iis quæ nomen Euchratii varie referunt. Verum fere omnia habent uti nos edidimus. Euchratios epiſcopus a Thenis interfuit concilio Carthaginenſi ſub Cypriano. Thenis autem vel Thenarum colonia erat in provincia Byzacena haud procul ab Uſula, uti dictum eſt alias a nobis.

2 *Pro dilectione*] Codex Carnotenſis itemque Beccenſis & editio Morellii præferunt: *Pro dilectione tua & verecundia mutua.*

3 *Hiſtrione*] Quærit Plutarchus in libro de quæſtionibus Romanis cur ſcenici artifices Baccho ſacri hiſtriones dicantur.

4 *Magiſter & doctor*] id eſt doctor artium ludicrarum, ut in libro 14. loquitur Ammianus Marcellinus. Lactantius in epitome divinarum inſtitutionum cap. 63. *Hiſtrionici etiam impudici geſtus, quibus infames feminas imitantur, libidines quas ſaltando exprimunt docent.* Vide etiam lib. 6. cap. 20. Tacitus in libro primo annalium; *Erat in caſtris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum, dein gregarius miles, procax lingua, & miſcere cœtus hiſtrionali ſtudio doctus.* Idem in libro ſecundo hiſtoriarum ſcribit habuiſſe Vitellium apud ſe ſcurras, hiſtriones, & aurigas, *quibus ille amicitiarum dehoneſtamentis mire gaudebat.*

5 *Quod puto ego*] Neſcio qua ratione motus Pamelius ex unico codice Cauchii mutavit lectionem ſuperiorum editionum, quæ eſt hæc noſtra. Illam enim exhibent omnia vetera exemplaria. Et probabile eſt ita factum eſſe in libro Cauchii per errorem librarii, ut ſæpe accidit in libris veterum, præcipue vero in operibus ſancti Cypriani, quorum nulla reperiuntur antiqua exemplaria in quibus non exſtent iſtiuſmodi errores.

6 *Geſtus turpes*] Vide Theodoretum lib. 4. cap. 22. hiſtoriæ religioſæ.

7 *Magiſterio imp. artis*] Apulejus in apologia ſua: *Negatur enim quidquam hiſtrionis habuiſſe præter impudicitiam.*

8 *Succedaneos*] Ita veteres editiones & undecim libri veteres. Hoc porro vocabulum exſtat apud Plautum, apud quem, prout variant interdum libri veteres, ſcriptum quandoque reperitur *ſuccidaneos*. Quæ eſt lectio novem veterum exemplarium ſancti Cypriani. Vide A. Gellium lib. 4. cap. 6.

9 *Sexus arte mutetur*] Conſtitutio Conſtantii & Conſtantis in titulo Codicis Theodoſiani de adulteriis, *ubi ſexus perdidit locum.* Seneca epiſt. 122. *Non videtur tibi contra naturam vivere qui commutavit cum feminis veſtem!* Quintilianus lib. 5. cap. 9. ait ſignum eſſe mollia & parum viri ſi vir muliebrem veſtem ſumpſerit. Portentoſam hiſtoriam de exoleto Neronis narrat Dio Chryſoſtomus orat. 20. Vide Guilielmi Beveregii annotationes in canonem 13. ſynodi Gangrenſis.

10 *Quærat*] Quatuor libri veteres habent *acquirat*. Ceterum omnes fere libri veteres ſequentia diſtinguunt ab hoc verbo & alteram periodum inchoant. Quod nos exiſtimavimus eſſe ſequendum.

11 *Vitæ æternæ*] Sic emendavimus ex codice Fuxenſi & Gratianopolitano, cum antea male legeretur *vitæ ſuæ*. Infra epiſt. 71. pag. 127. *quando una ſit eccleſia, quæ vitæ æternæ gratiam conſecuta.* Et tamen quidam libri veteres habent *vitæ ſuæ*.

12 *Frater cariſſime*] Hæc eſt vera lectio, quam exhibent multa vetera exemplaria manuſcripta & antiquæ editiones, etiam Morelliana, & ea quoque quam Simon Goulartius emiſit poſt Pamelianam. At Pamelius, qui *fili* videbat ſcriptum in Manutiana, ita ſcripſit in ſua. Et hinc ea prava lectio derivata eſt in editionem Rigaltii & in Anglicanam. Quod ideo viſum eſt admonere ut quis deinceps in hoc fallatur. Nam is qui nuper compoſuit vitam ſancti Cypriani, ea falſa ſcriptura deceptus, hinc capi poſſe putavit argumentum ad aſſerendam dignitatem epiſcopi Magno, ad quem epiſtola 76. ſcripta eſt, tametſi ibi Cyprianus eum vocet filium, non fratrem, ut ſolet ſcribens ad epiſcopos. Sciebat enim Euchratium fuiſſe epiſcopum. Et nihilominus videbat illum appellari filium in calce iſtius epiſtolæ,

Digitized by Google

E P I S T O L A LXII.

Ad Pomponium de virginibus.

CYPRIANUS, Cæcilius, Victor, Seda- A
tus, Tertullus, [1] cum presbyteris qui præ-
ſentes aderant, [2] Pomponio fratri ſalotem.
Legimus litteras tuas, frater cariſſime, quas
per Paconium fratrem noſtrum miſiſti, poſtu-
lans & deſiderans ut tibi reſcriberemus quid
nobis de iis virginibus videatur quæ [3] cum ſe-
mel ſtatum ſuum continenter & firmiter tene-
re decreverint, detectæ ſint poſtea in eodem
lecto pariter manſiſſe cum maſculis, ex quibus
unum diaconum eſſe dicis, plane eaſdem quæ
ſe cum viris dormiſſe confeſſæ ſint aſſeverare ſe
integras eſſe. Circa quam rem, quoniam con- B
ſilium noſtrum deſideraſti, ſcias nos ab evan-
gelicis & apoſtolicis traditionibus non recedere
quo minus fratribus & ſororibus noſtris con-
ſtanter & fortiter conſulatur, & per omnes u-
tilitatis & ſalutis vias eccleſiaſtica diſciplina ſer-
Hier. 3. vetur, cum Dominus loquatur & dicat, *Et da-
bo vobis paſtores ſecundum cor meum, & paſcent
vos paſcentes cum diſciplina*, & iterum ſcriptum
Sap. 3. ſit, *Diſciplinam qui abjicit infelix eſt*, & in pſal-
mis quoque ſpiritus ſanctus admoneat & in-
Pſal. 2. ſtruat dicens: *Continete diſciplinam, ne forte ira-
ſcatur Dominus, & pereatis a via recta, cum ex-* C
arſerit cito ira ejus ſuper vos. Primo igitut in
loco, frater cariſſime, & præpoſitis & plebi
nihil aliud elaborandum eſt quam ut qui Deum
timemus, cum omni obſervatione diſciplinæ
divina præcepta teneamus, nec patiamur erra-
re fratres noſtros & pro arbitrio & [4] ructu ſuo
vivere, ſed ad vitam ſingulis fideliter conſule-
re, nec pati [5] virgines cum maſculis habitare,
non dico ſimul dormire, ſed nec ſimul vivere,
quando & ſexus infirmus & ætas adhuc lubrica
per omnia frenari a nobis & regi debeat, ne
diabolo inſidianti & ſævire cupienti ad nocen- D
dum detur occaſio, quando & apoſtolus dicat:
Ephef. 4. *Nolite locum dare diabolo*. Liberanda eſt vigilan-
ter de periculoſis locis navis, ne inter ſcopu-
los & ſaxa frangatur. [6] Exuenda eſt velociter
de incendio ſarcina prius quam flammis ſuper-
venientibus concremetur. Nemo diu tutus eſt
[7] periculo proximus. Nec evadere diabolum ſer-
vus Dei poterit qui ſe diaboli laqneis implica-
vit. Intercedendum eſt cito talibus [8] ut ſepa-
rentur dum adhuc ſeparari innocentes poſſunt,
quia dividi poſtmodum noſtra interceſſione non
poterunt poſtea quam conſcientia graviſſima co- E
hæſerunt. Deniqoe quam graves multorum rui-
nas hinc fieri videmus, & per hujuſmodi illi-
citas & periculoſas conjunctiones corrumpi pluri-
mas virgines cum ſummo animi noſtri dolore
conſpicimus. Quod ſi ex fide ſe Chriſto dica-
verunt, pudicæ & caſtæ [9] ſine ulla fabula per-
ſeverent, & ita fortes & ſtabiles præmium vir-
ginitatis exſpectent. Si autem perſeverare no-
lunt, vel non poſſunt, [10] melius eſt ut nu-
bant quam in ignem delictis ſuis cadant. Cer-
te nullum fratribus aut ſororibus ſcandalum fa-
1. Cor. 8. ciant, cum ſcriptum ſit: *Si cibus ſcandalizat
fratrem, non manducabo carnem in ſæculum, ne
fratrem ſcandalizem*. Nec aliqua putet ſe poſſe
hac excuſatione defendi quod & inſpici & pro-
bari poſſit an virgo ſit, cum & manus obſte-
tricum & [11] oculi ſæpe fallantur, & ſi incorru-
pta inventa fuerit virgo ea parte ſui qua [12] mu-
lier poteſt eſſe, potuerit tamen ex alia corpo-
ris parte peccaſſe quæ [13] corrumpi poteſt & ta-
men inſpici non poteſt. Certe ipſe concubitus,
ipſe complexus, ipſa confabulatio & [14] inoſcu-
latio, & conjacentium duorum turpis & fœda
dormitio quantum dedecoris & criminis confi-
tetur? [15] Si ſuperveniens maritus ſponſam ſuam
jacentem cum altero videat, nonne indignatur
& fremit & per [16] zeli dolorem fortaſſis & gla-
dium in manum ſumit? Quid Chriſtus & Do-
minus & judex noſter, cum virginem ſuam ſi-
bi dicatam & ſanctitati ſuæ deſtinatam jacere
cum altero cernit, quam indignatur & iraſci-
tur, & quas pœnas inceſtis ejuſmodi conjun-
ctionibus comminatur, cujus ut gladium ſpiri-
talem & venturum judicii diem unuſquiſque
fratrum poſſit evadere omni conſilio providere
& elaborare debemus. Et cum omnes omnino
diſciplinam tenere oporteat, multo magis [17]
præpoſitos & diaconos curare hoc fas eſt, qui
exemplum & documentum ceteris de converſa-
tione & moribus ſuis præbeant. Quomodo enim
poſſunt integritati & continentiæ præeſſe, ſi
ex ipſis incipiant corruptelæ & vitiorum magi-
ſteria procedere? Et iccirco conſulte & cum vi-
gore feciſti, frater cariſſime, abſtinendo [18] dia-
conum qui cum virgine ſæpe manſit, ſed & ce-
teros qui cum virginibus dormire conſueverant.
Quod ſi pœnitentiam hujus illiciti concubitus
ſui egerint, & a ſe invicem receſſerint, [19] inſpi-
ciantur interim virgines ab obſtetricibus diligen-
ter, & ſi virgines inventæ fuerint, accepta com-
municatione ad eccleſiam admittantur, hac ta-
men interminatione, ut ſi ad eoſdem maſculos
poſtmodum reverſæ fuerint, aut ſi cum eiſdem
in una domo & [20] ſub eodem tecto ſimul [21] ha-
bitaverint, graviore cenſura ejiciantur, nec in
eccleſiam [22] poſtmodum tales facile recipiantur.
Si autem de eis [23] aliqua corrupta fuerit depre-
henſa, agat pœnitentiam plenam, quia quæ
hoc crimen admiſit, non mariti, ſed Chriſti a-
dultera eſt, & ideo æſtimato juſto tempore poſt-
ea, exomologeſi facta, ad eccleſiam redeat.
Quod ſi obſtinate perſeverant, nec ſe ab invi-
cem ſeparant, ſciant ſe cum hac ſua impudica
obſtinatione numquam a nobis admitti in eccle-
ſiam poſſe, ne exemplum ceteris ad ruinam de-
lictis ſuis facere incipiant. Nec putent ſibi vitæ
aut ſalutis conſtare rationem ſi epiſcopis & ſa-
cerdotibus obtemperare noluerint, cum in Deu-
teronomio Dominus Deus dicat: *Et homo qui-* Deut. 17.
*cumque fecerit in ſuperbia, ut non exaudiat ſacer-
dotem aut judicem quicumque fuerit in diebus illis,
morietur homo ille, & omnis populus cum audierit
timebit, & non agent impie etiam nunc*. Interfici
Deus juſſit ſacerdotibus ſuis non obtemperantes
& judicibus a ſe ad tempus conſtitutis non ob-
audien-

audientes. Et tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc & circumciſio carnalis manebat. Nunc autem, quia circumciſio ſpiritalis eſſe apud fideles ſervos Dei cœpit, ſpiritali gladio ſuperbi & contumaces necantur, dum de eccleſia ejiciuntur. Neque enim vivere foris poſſunt; cum domus Dei una ſit, & nemini ſalus eſſe niſi in eccleſia poſſit. Indiſciplinatos autem perire, dum non audiunt nec obtemperant [14] ſalubribus præceptis, teſtatur ſcriptura divina quæ
Prov. 15. dicit: *Non diligit indiſciplinatus caſtigantem ſe. Qui autem oderunt correptiones, conſumentur turpiter.* Ergo ne indiſciplinati conſumantur & pereant da operam, frater cariſſime, ut quantum potes conſiliis ſalutaribus fraternitatem regas & ſingulis ad ſalutem ſuam conſulas. Arcta & anguſta eſt via per quam [15] ingredimur ad vitam, ſed ſummus & magnus eſt fructus cum pervenimus ad gloriam. Qui ſe ſemel caſtraverunt pro-

A pter regnum cælorum, Deo per omnia placeant, nec ſacerdotes Dei aut eccleſiam Domini ſcandalo ſuæ pravitatis offendant. Et ſi ad præſens a nobis quidam ex fratribus noſtris contriſtari videntur, nos tamen in ſalubri perſuaſione maneamus, ſcientes & apoſtolum dixiſſe: *Ergo ego inimicus factus vobis ſum verum* Gal. 4.
dicens vobis? Quod ſi obtemperaverint nobis, [16] lucrati ſumus fratres, & eos ad ſalutem pariter & dignitatem noſtro ſermone formavimus. Si autem quidam de perverſis obtemperare no-
B luerint, ſequamur eumdem apoſtolum dicentem: *Si hominibus placerem, Chriſti ſervus non* Gal. 1.
eſſem. Si quibuſdam ſuadere non poſſumus ut eos Chriſto placere faciamus, nos certe, quod noſtrum eſt, [17] Chriſto Domino & Deo noſtro, præcepta ejus ſervando, placeamus. Opto te, frater cariſſime ac deſiderantiſſime, in Domino bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXII.

1 *CUM presbyteris*] In uno libro meo veteri legitur *presbyteris Romanis*.

2 *Pomponio*] epiſcopo Dionyſianenſi in provincia Byzacena. Interfuit concilio Carthaginenſi ſub Cypriano. Concilio Cabarſuſſitano ſubſcripſit Fortunatus epiſcopus Dionyſianenſis. In collatione Carthaginenſi inter catholicos & Donatiſtas adfuit Victor epiſcopus Dionyſianenſis Donatiſta, qui profitetur ſe non habere adverſarium. Quamquam id negatum eſt ſtatim ab Aurelio epiſcopo Macomadienſi catholico.

3 *Cum ſemel ſtatum*] Reſtituimus lectionem veterum editionum & veterum librorum quibus nos uſi ſumus. Sic etiam in uno Bodlejano legi teſtatur editio Anglicana. Rigaltius ediderat, *cum in ſtatu ſuo eſſe & continentiam firmiter tenere decreverint*. Quam lectionem ego in exemplari meo editionis Manutianæ vidi ſcriptam in margine & illic adnotatom eam eſſe ex codice Veronenſi. cum quo conſentire etiam videtur Fuxenſis, in quo ſic legitur, *cum ſemel in ſtatu eſſent, continentiam firmiter tenere decreverint*.

4 *Ructu*] Antea legebatur *fructu*, non ſolum in editionibus, ſed etiam in libris antiquis. Rigaltius monuit ſcriptum eſſe *ructu* in Veronenſi, eamque lectionem pronuntiavit eſſe veriſſimam. Ego contra putabam eſſe falſiſſimam. Quid enim, ajebam, commune arbitrio cum ructu, quo res inhoneſta ſignificatur, quam Stoici, ut Cicero teſtatur, æquo paſſu incedere volebant cum crepitu, Columella lib. 6. cap. 6. cum ſonitu ventris, Hieronymus in epiſtola ad Principiam virginem & in libro ſecundo adverſus Jovinianum cum crepitu ventorum qui oritur ex ventre pleno & exæſtuanti? Conjiciebam itaque legendum fortean eſſe *cum arbitrio & nutu*, ut apud Hieronymum in libro ſecundo adverſus Jovinianum, vel *nutu*, ut apud T. Livium lib. 4. *ſub nutu atque arbitrio*, & apud Cyprianum epiſt. 69. ubi legitur Chriſtum eccleſiam gubernare ſuo arbitrio & nutu. Sed cum animadvertiſſem vocabulum *ructus* in eodem ſenſu poſitum eſſe a Pontio diacono in vita ſancti Cypriani, amplexus ſum lectionem quam Rigaltius ait eſſe veriſſimam. Hæc ſunt verba Pontii: *Abſit ut malum hoc intra conſcientiam religioſæ mentis admittam ut de tam beatiſſimo martyre ructus hominis judicaret*.

5 *Virg. cum maſculis*] Hieronymus in epiſtola ad Paulum Concordienſem: *Unum miſer locutus, quod virgines ſæpius deberent cum mulieribus eſſe quam cum maſculis, totius oculos urbis offendi, cunctorum digitis notor*. Vide homiliam ſancti Joannis Chryſoſtomi adverſus eos qui apud ſe virgines ſubintroductas habent, itemque ejuſdem homiliam quod regulares feminæ viris cohabitare non debeant.

6 *Exuenda eſt*] Coſterius, ut teſtatur Pamelius, exiſtimabat legendum eſſe *eruenda*, uti ego reperi in duobus libris veteribus optimis. Sed hanc conjecturam pluribus argumentis refellit Gronovius cap. 14. obſervationum ſuarum in ſcriptoribus eccleſiaſticis.

7 *Periculo proximus*] Hieronymus in epiſtola ad Paulam de interpretatione alphabeti Hebraici: *Nemo, ut beatus Cyprianus ait, ſatis tutus periculo proximus*. Idem in epiſtola de vitando ſuſpecto contubernio: *Securius eſt perire poſſe quam juxta periculum non periiſſe*.

8 *Ut ſeparentur*] Neſcio quo modo factum eſt ut hæc verba & ea quæ ſequuntur, *poſtea quam conſcientia graviſſima cohæſerunt*, omiſſa ſint in editione Rigaltii, cum exſtent in omnibus anterioribus editionibus & in omnibus libris noſtris veteribus, cum etiam in ſex Anglicanis. Quo magis mirum eſt Anglus eam quoque partem omiſiſſe in ſua editione. Vetus codex Remigianus & Fuxenſis habent *conſcientiæ glutino cohæſerunt*. Hieronymus in epiſtola de vitando ſuſpecto contubernio: *Si peccatorum vos exiſtimarem glutino cohæſiſſe*.

9 *Sine ulla fabula*] id eſt re paſſim vulgata, ut ait Varro libro quinto de lingua Latina. Horatius ſatyra prima: *Mutato nomine de te fabula narratur*. Petronius in hiſtoria matronæ Epheſinæ: *Una igitur in tota civitate fabula erat*. Apuleii apologia: *Mulier ſancte pudica, tot annis viduitatis ſine culpa, ſine fabula*. Ovidius lib. 2. Triſtium: *Strinxerit ut nomen fabula nulla tuum*. Lib. 4. eleg. 10. *Nomine ſub noſtro fabula nulla fuit*. Amorum lib. 3. eleg. 1. *Fabula, nec ſentis, tota jactaris in urbe*. Lib. 2. de arte amandi: *Ut quamque attigeris, fabula turpis erit*. Poſſem multa ſimilia exempla proferre. Sed iſta ſufficiunt.

10 *Melius eſt ut nubant*] Inde anſam ſumunt Proteſtantes declamitandi adverſus vota. Sed ſi ex verbis Cypriani ſequitur tolerata olim in nonnullis eccleſiis fuiſſe virginum connubia, probata fuiſſe minime ſequitur. Nam S. Auguſtinus, qui de nonnullis virginibus ait, *melius nuberent quam urerentur*, lib. de Virg. cap. 34. probat ex ſcripturis *non ſolum capeſſere nuptias, ſed etiamſi non nubatur, nubere velle damnabile* eſſe virginibus, lib. de bono Viduitatis cap. 9. Sed ſancti doctoris verba referenda ſunt. *Multas*, inquit in lib. de Virg. cap. 34. *earum revocat a nubendo, non amor præclari propoſiti, ſed aperti dedecoris timor, veniens & ipſe de ſuperbia, qua formidatur magis hominibus diſplicere, quam Deo. Hæ igitur quæ nubere volunt, & ideo non nubunt quia impune non poſſunt, quæ melius nuberent quam urerentur, id eſt, quam occulta flamma concupiſcentiæ in ipſa conſcientia vaſtarentur, quas pœnitet profeſſionis, & piget confeſſionis, niſi correctum cor dirigant, & Dei timore rurſus libidinem vincant, in mortuis deputandæ ſunt*. Et in libro de bono Viduitatis cap. 9. *In conjugali quippe vinculo ſi pudicitia conſervatur, damnatio non timetur: ſed in viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur; qua expetita & electa & voti debito oblata, jam non ſolum capeſſere nuptias, ſed etiamſi non nubatur, nubere velle damnabile eſt. Nam ut hoc demonſtraret Apoſtolus, non ait, cum* 1. Tim. 5.
in deliciis egerint, in Chriſto nubunt; ſed, nubere vo- 11. & 12.
lunt: habentes, inquit, *damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: etſi non nubendo, tamen volendo: non quia ipſæ nuptiæ vel talium damnandæ judicantur, ſed damnatur propoſiti fraus, damnatur fracta voti fides, damnatur non ſuſcepta a bono inferiore, ſed ruina ex bono ſuperiore; poſtremo damnantur tales, non quia conjugalem fidem poſterius inierunt, ſed quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt*. Quam non viola-

violabilia vota crediderit Cyprianus perſpici poteſt ex hac ipſa epiſtola, & ex ſexageſima & libro de habitu Virginum. Corruptas virgines non mariti ſed Chriſti adulteras eſſe declarat pag. 103. & 172. Hinc eis tam gravem pœnitentiam imponendam eſſe duxit. Eas ſeſe Chriſto dicaviſſe & tam carne quam mente Deo voviſſe docet pag. 174. earumque membra Chriſto dicata eſſe, & in æternum continentiæ honore pudica virtute devota, pag. 100.

11 *Oculi ſæpe falluntur*] Sic antiquæ editiones, ſeptem vetera exemplaria noſtra, & duo Anglicana. Alia duo noſtra & duo item Anglicana habent *oculos ſæpe fallat*. Alia ſex noſtra & editio Manutii, *oculus ſæpe fallatur*. Notum eſt illud: *Frons, oculi, vultus perſæpe mentiuntur*.

12 *Mulier poteſt eſſe*] Mulieris nomen generale eſt & in univerſum ſignificat feminas expertas venerem & inexpertas, id eſt virgines. Hinc illud Hieronymi in epiſtola de vitando ſuſpecto contubernio: *Mulieres cito ſeneſcunt, præſertim quæ juxta viros ſunt*. Ad quam rem appoſite Ovidius lib. 3. de arte amandi: *Adde quod & partus faciunt breviora juventæ tempora*. Attamen ſæpe vocabulum mulieris ſumitur pro iis tantum quæ viros expertæ ſunt, ut iſtic & apud Tertullianum in libro de virginibus velandis. Quintilianus lib. 6. cap. 3. tradit Ciceronem, cum eum quidam objurgarent quod ſexagenarius Popiliam virginem duxiſſet, reſpondiſſe: *Cras mulier erit*. Ulpianus in lib. *Alioquin* Dig. de contrah. empt. ait: *Quid ſi ego me virginem emere putarem, cum eſſet mulier, emptio valebit. In ſexu enim non eſt erratum*. Lactantius lib. 1. cap. 17. *Si virgo fuit primo, poſtea mulier*. Hieronymus in libro adverſus Helvidium, in primo libro adverſus Jovianum, & in epiſtola ad Euſtochium de virginitate ſervanda refert locum Pauli apoſtoli ex capite ſeptimo prioris epiſtolæ ad Corinthios, ubi pro eo quod in editione vulgata ſcriptum eſt *mulier innupta & virgo* vetus interpres poſuit: *Diviſa eſt virgo & mulier*. Atque hunc locum ex illa veteri verſione citat etiam Tertullianus in libro de virginibus velandis. Ex quo apparet veterem hunc interpretem mulierem vocaſſe eam quæ virgo non eſt. Idem ſenſit ſanctus Ambroſius, ſeu quis alius, lib. 3. Offic. cap. 8. ſcribens, *mulieres ſuas & pueros direptioni futuros*. Optatus Milevitanus lib. 2. *Inde revertentes Urbanus Formenſis & Felix Idicrenſis invenerunt matres quas de caſtimonialibus fecerant mulieres*. Hinc nova mulier apud Catullum in carmine de Attine. M. Cato apud A. Gellium lib. 17. cap. 6. Voconiam legem ſuadens his verbis uſus eſt: *Principio vobis mulier magnam dotem attulit*. Hieremiæ cap. 15. *Mulieres in Sion humiliaverunt & virgines in civitatibus Juda*. Nos Lemovices etiamnum mulierem, *Moulier*, vocamus feminam in matrimonio conſtitutam, deducto videlicet vocabulo a voce Latina *mulier*, quam Varro apud Lactantium cap. 12. de opificio Dei ait ita vocatam a mollitie. Itali dicunt *moglie*. Vide tom. 2. Capitularium pag. 796.

13 *Corrumpi poſſit*] Ita omnes editiones & omnes fere libri noſtri veteres, tum etiam tres Anglicani. Tres tamen habent *violari*. Vocem autem iſtam primus in contextum Cypriani intulit Rigaltius. Emendationem noſtram eſſe bonam hinc quoque colligi poteſt quod paulo ſupra in hac epiſtola ſcriptum eſt, *corrumpi plurimas virgines*.

14 *Inoſculatio*] Hæc eſt lectio veterum editionum & ſeptem exemplarium, quam puto eſſe bonam, quamvis eam, quod ſciam, non agnoſcant antiqui Latini. Nam eo modo dici poteſt inoſculatio quo videmus antiquos vocaſſe inoculationem genus inſitionis quæ fit per implaſtrationem: cum oculus unius arboris alteri adhibetur, ſeu oculus in arbore aperitur, ut videre eſt apud Plinium & Columellam. Sic inoſculatio eſt applicatio oſculi ad oſculum. Manutius & qui poſtea ſecuti ſunt poſuerunt *oſculatio*. Quam lectionem ego reperi in ſeptem libris veteribus. Hieronymus lib. 1. adverſus Rufinum: *Hebræi juxta linguæ ſuæ proprietatem deoſculationem pro veneratione ponunt*. Ecce in Hieronymo vocabulum æque rarum in lingua Latina ac inoſculatio.

15 *Si ſuperv. maritus*] Apud Xenophontem lib. 5. de pædia Cyri: *Si quis uxori ſuæ ita morem gereret ut illam faceret magis amicam quam tibi, num te hoc beneficio lætum redderet?* Vide quæ in ſimili argumento dixit Vemeios a Timiſa in concilio Carthaginenſi ſancti Cypriani pag. 335.

16 *Zeli dolorem*] Ita omnes libri veteres & omnes editiones. Rigaltius poſuit *livorem*, eamque lectionem retinuerunt Angli, quamvis fateantur *dolorem* legi in octo codicibus antiquis. Illud tamen moneo, codicem Veronenſem & Fuxenſem habere *livorem*. Hinc ergo accepit Rigaltius.

17 *Præpoſitos & diac.*] Vulgo Cyprianus præpoſitorum vocabulum adaptat epiſcopis. Hic tamen videtur loqui de presbyteris, conjungens eos cum diaconis. Clarius infra epiſt. 65. pag. 113. *Meminiſſe autem diaconi debent quoniam apoſtolos id eſt epiſcopos & præpoſitos Dominus elegit*. Certe presbyteri gubernabant eccleſiam cum epiſcopo. Teſtis Cyprianus, qui nihil quod eſſet alicujus momenti agebat niſi coacto presbyterio. Clerus Romanus ſic de ſe loquitur pag. 7. *Et cum incumbat nobis, qui videmur eſſe præpoſiti & vice paſtoris cuſtodire gregem*. Sic etiam Celerinus loquens de clero Romano: *Quarum jam cauſa audita, præceperunt eas præpoſiti tantiſper ſic eſſe donec epiſcopus conſtituatur*. Cyprianus in epiſtola undecima, quæ eſt ad martyres & confeſſores, eadem voce clerum ſuum deſignat. *Sed præpoſitorum eſt*, inquit, *præceptum tenere & vel properantes, vel ignorantes inſtruere, ne qui ovium paſtores eſſe debent, lanii fiant*. Presbyteri vocantur etiam ſacerdotes a Cypriano, velut cum ait, in epiſtola 35. pag. 49. Numidicum in vita remanſiſſe, ut cum Dominus clero Carthaginenſi adjungeret, & deſolatam per lapſum quorumdam presbyterorum copiam glorioſis ſacerdotibus adornaret. Vide epiſtolam 40. pag. 53.

18 *Diac. qui cum virgine*] Vide epiſtolam Hieronymi ad Sabinianum diaconum.

19 *Inſpiciantur interim*] Ita etiam apud Ivonem par. 7. cap. 128. Sed apud Gratianum 27. q. 1. cap. *Quid ſi pœnitentiam* legitur *iterum*. At gloſſa monet alibi legi *interim* quæ eſt vera lectio.

Inſpiciantur virgines] Cum omnia quæ ad virgines ſpectant debeant eſſe caſta & pudica, miror eam mentem ſediſſe interdum antiquis ut juberent eas inſpici per obſtetrices, ut ſciri poſſet an virgines eſſent, ut fecit ſanctus Cyprianus. Immo eo uſque audaciæ olim proceſſum eſt ut, teſte Clemente Alexandrino in libro ſeptimo ſtromatum quidam dicerent Mariam virginem, poſtquam peperiſſet, inſpectam ab obſtetricibus, inventam fuiſſe virginem. Adverſus hanc fabulam vehementer exardeſcit Matthæus Boſſus libro primo epiſt. 77. ad Polycletum. Hunc tamen morem diu retentum fuiſſe in eccleſia Dei facile probari poteſt. Sanctus Ambroſius in epiſtola ad Syagrium epiſcopum narrat hiſtoriam Indiciæ virginis Veronenſis; quæ cum accuſata fuiſſet impudicitiæ, & Syagrius eam ab obſtetricibus inſpici & videri vellet, rejecta eſt ejus poſtulatio, cum bonis teſtimoniis probatum fuiſſet illam inoffenſi virginem muneris eſſe. Sanctus Auguſtinus lib. 3. de civitate Dei cap. 18. *Obſtetrix virginis cujuſdam integritatem manu velut explorans, ſive malevolentia, ſive inſcitia, ſive caſu, dum inſpicit, perdidit*. Nam *inſpectio ipſa ſæpe etiam falſum deprehendit*, ut ait Quintilianus lib. 5. cap. 6. Recte itaque Rigaltius ad hunc locum ſancti Cypriani dixit inſpectionem virginum eſſe turpe negotium & virginitatem occidi inter manus obſtetricum. Ars enim obſtetricum eſt valde obſcura & incerta in rebus iſtis, & Laurentius Joubertus lib. 5. errorum popularium cap. 4. contendit nihil certi ſtatui poſſe ex inſpectione ejus partis qua virgo mulier eſſe poteſt. Victor Vitenſis lib. 2. cap. 7. loquens de perſecutione Hunerici regis Vandalorum: *Præcepit deinde ſacras virgines congregari, dirigens Vandalos cum ſuæ gentis obſtetricibus ad inſpicienda & contrectanda contra jura verecundiæ verecunda pudoris*. Vide Matthæum Boſſum in epiſtola ad Polycletum paulo ante laudata. Vide etiam caput *Propoſuiſti* in titulo decretalium de probationibus.

20 *Sub eod. tecto*] Hieronymus in epiſtola de vitando ſuſpecto contubernio: *Separentur domus veſtræ, dividaturque convivium, ne maledici homines ſub uno tecto vos manentes lectulum quoque criminentur habere communem*.

21 *Habitaverint*] Codex Fuxenſis, *habitare voluerint*.

22 *Poſt. tales facile*] Ita octo libri noſtri veteres, quinque Anglicani, & veteres editiones. Vox *tales* deeſt in ſex aliis vetuſtis exemplaribus. Major pars veterum exemplarium & editionum perſuaſit ut eam reponeremus.

23 *Aliqua corrupta*] Veteres editiones & ſex vetera exemplaria habent *aliqua corrupta*. Verus Remigianum & Fuxenſe, *aliqua contumaces fuerint*. Ita etiam Pithœanum. Sed in iſto ſupra vocem *contumaces* ſcriptum eſt per ſpeciem emendationis *corrupta*. Lectio quæ habet *contumaces* adjuvari poteſt ex iis quæ paulo poſt ſequuntur, *ſuperbi & contumaces necantur*.

24 *Salubr.*

24 *Salubr. præceptis*] Veteres editiones & duo libri veteres præferunt *conſiliis ſalutaribus*. At omnes alii libri habent *præceptis*. Poſt verbum *ſalubribus* nihil aliud ex iſta epiſtola exſtat in codice ſancti Arnulphi, & eorum quæ deſunt loco adjecta ſunt conſequenter duo fragmenta aliarum epiſtolarum, unum nimirum ex epiſtola 64. ad Epictetum, & aliud ex epiſtola 71. ad Stephanum uſque ad finem.

25 *Ingredimur*] Rigaltius poſuit *gradimur*, ex libro nimirum Vrronenſi, cum quo conſentit etiam Fuxenſis. Vetus Remigianus habet *graditur*. Veram lectionem quam nos revocavimus exhibent omnia alia vetera exemplaria, ſeptem Anglicana, & omnes editiones Rigaltiana antiquiores. Recte itaque fecit Reinhartus retinens lectionem veterum editionum. Angli maluerunt *gradimur*.

26 *Lucrati ſumus fratres*] Iſta non reperi niſi in tribus codicibus antiquis. Alii, id eſt quatuordecim noſtri & ſeptem Anglicani, ita ferme habent, *gratiſſimum eſt nobis. Stare eos ad ſalutem pariter noſtro ſermone formamus*. Difficile eſt inter iſta conſtituere quid ſcripſerit Cyprianus. Ego, ſi licet conjecturam facere, exiſtimarem legendum eſſe ut in antiquis libris & editionibus: *Quod ſi obtemperaverint, gratiſſimum eſt nobis. Stantes eos ad ſalutem pariter dignatione noſtri ſermonis formavimus*.

27 *Chriſto Domino*] Hanc lectionem præferunt ſeptem vetera exemplaria. Alia octo & quatuor Anglicana habent *Chriſti Domini & Dei noſtri præcepta ſervantes placeamus*.

[1]EPISTOLA LXIII.

Ad Cæcilium de ſacramento dominici calicis.

CYPRIANUS[2] Cæcilio fratri ſalutem. A Quamquam ſciam, frater cariſſime, epiſcopos plurimos eccleſiis dominicis in toto mundo divina dignatione præpoſitos evangelicæ veritatis ac dominicæ traditionis tenere rationem nec ab eo quod Chriſtus magiſter & præcepit & geſſit humana & novella inſtitutione decedere, tamen quoniam quidam vel ignoranter vel ſimpliciter in calice dominico ſanctificando & plebi miniſtrando non hoc faciunt quod Jeſus Chriſtus Dominus & Deus noſter ſacrificii B hujus auctor & doctor fecit & docuit, religioſum pariter ac neceſſarium duxi [3] has ad vos litteras facere, ut ſi quis in iſto errore adhuc [4] tenetur, veritatis luce perſpecta, ad radicem atque originem traditionis dominicæ revertatur. Nec nos putes, frater cariſſime, [5] noſtra & humana conſcribere aut ultronea voluntate hoc nobis audacter aſſumere, cum mediocritatem noſtram ſemper humili & verecunda moderatione teneamus. Sed [6] quando aliquid Deo [7] inſpirante & mandante præcipitur, neceſſe C eſt domino ſervus fidelis obtemperet, excuſatus apud omnes quod nihil ſibi arroganter aſſumat, qui offenſam domini timere compellitur, niſi faciat quod jubetur. Admonitos autem nos ſcias ut in calice offerendo dominica traditio ſervetur, neque aliud fiat a nobis quam quod pro nobis Dominus prior fecerit, ut calix qui in [8] commemorationem ejus offertur [9] mixtus

Joan. 15. vino offeratur. Nam cum dicat Chriſtus, *Ego ſum vitis vera*, [10] ſanguis Chriſti non aqua eſt D utique, ſed vinum. Nec poteſt videri ſanguis ejus, quo redempti & [11] vivificati ſumus, eſſe in calice quando vinum deſit calici, quo Chriſti ſanguis oſtenditur, qui ſcripturarum omnium ſacramento ac teſtimonio prædicetur. Inveni-

Gen. 9. mus enim & in Geneſi circa ſacramentum in Noe hoc idem præcucurriſſe & figuram dominicæ paſſionis illic exſtitiſſe quod vinum bibit, quod inebriatus eſt, quod in domo ſua nudatus eſt, quod fuit [12] recubans nudis & patentibus femoribus, quod nuditas illa patris a medio filio [13] E denotata eſt & foras nuntiata, a duobus vero majore & minore contecta, & cetera quæ neceſſe non eſt exſequi, cum ſatis ſit hoc ſolum complecti quod Noe typum futuræ veritatis oſtendens non aquam ſed vinum biberit, & ſic imaginem dominicæ paſſionis expreſſerit. Item in ſacerdote Melchiſedech ſacrificii dominici ſacramentum præfiguratum vide-

A mus, ſecundum quod ſcriptura divina teſtatur & dicit: *Et Melchiſedech rex Salem protulit pa-* Gen. 14.
nem & vinum. Fuit autem ſacerdos Dei ſummi, & benedixit Abraham. Quod autem Melchiſedech typum Chriſti portaret declarat in pſalmis ſpiritus ſanctus ex perſona patris ad filium dicens: *Ante luciferum* [14] *genui te. Tu es* Pſ. 109.
ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Qui ordo utique hic eſt de ſacrificio illo veniens & inde deſcendens quod Melchiſedech ſacerdos Dei ſummi fuit, quod panem B & vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam quis magis ſacerdos Dei ſummi quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt, panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem. Et circa Abraham benedictio illa præcedens ad noſtrum populum pertinebat. Nam ſi Abraham Gen. 15.
Deo credidit, & deputatum eſt ei ad juſtitiam, utique quiſquis Deo credit & fide vivit juſtus C invenitur, & jam pridem in Abraham fideli benedictus & juſtificatus oſtenditur, ſicut beatus apoſtolus Paulus probat dicens: *Credidit Abra-* Gal. 3.
ham Deo, & deputatum eſt ei ad juſtitiam. Cognoſcitis ergo quia qui ex fide ſunt, hi ſunt filii Abrahæ. [15] Providens autem ſcriptura quia ex fide juſtificat gentes Deus, prænuntiavit Abrahæ quia benedicentur in illo omnes gentes. Gen. 12.
Igitur qui ex fide ſunt [16] benedicti ſunt cum fideli Abraham. Unde in evangelio invenimus Matt. 3.
D de lapidibus excitari, id eſt, de gentibus colligi filios Abrahæ. Et cum Zachæum laudaret Dominus, reſpondit & dixit: *Salus hodie do-* Luc. 19.
mui huic facta eſt, quia & hic filius eſt Abrahæ. Ut ergo in Geneſi per Melchiſedech ſacerdotem benedictio circa Abraham poſſet rite celebrari, præcedit ante imago ſacrificii Chriſti, in pane & vino ſcilicet conſtituta; quam rem perficiens & adimplens Dominus panem & calicem mixtum vino obtulit, & qui eſt [17] plenitudo veritatis veritatem præfiguratæ imaginis E adimplevit. Sed & per Salomonem ſpiritus ſanctus typum dominici ſacrificii ante [18] præmonſtrans immolatæ hoſtiæ & panis & vini ſed & altaris & apoſtolorum faciens mentionem, *Sa-* Prov. 9.
pientia, inquit, *ædificavit ſibi domum, &* [19] *ſubdidit columnas ſeptem*. [20] *Mactavit ſuas hoſtias, miſcuit in cratera vinum ſuum, & paravit menſam ſuam. Et miſit* [21] *ſervos ſuos, convocans cum* [22] *excelſa prædicatione ad craterem dicens: Qui eſt*

A *inſipiens declinet ad me. Et egentibus ſenſu dixit: Venite, edite de meis panibus, & bibite vinum quod miſcui vobis.* Vinum mixtum declarat, id eſt, calicem Domini aqua & vino mixtum prophetica voce prænuntiat, ut appareat in paſſione dominica id eſſe geſtum quod fuerat ante prædictum. In benedictione quoque Judæ hoc idem ſignificatur; ubi & illic Chriſti figura exprimitur, quod a fratribus ſuis laudari & adorari haberet, quod inimicorum dorſa cedentium atque fugientium manibus quibus crucem pertulit & mortem vicit compreſſurus fuiſſet, B quodque ipſe ſit leo de tribu Juda, & [23] recubet dormiens in paſſione, & ſurgat, & ſit ipſe ſpes gentium. Quibus ſcriptura divina adjungit & dicit: *Lavabit in vino ſtolam ſuam & in ſanguine uvæ amictum ſuum.* (Gen. 49.) Quando autem ſanguis uvæ dicitur, quid aliud quam vinum calicis dominici ſanguinis oſtenditur? Necnon & apud Eſaiam hoc idem ſpiritus ſanctus de Domini paſſione teſtatur dicens: *Quare rubicunda ſunt veſtimenta tua, & indumenta tua velut a calcatione torcularis pleni & percalcati?* (Iſa. 63.) Numquid rubicunda veſtimenta aqua poteſt facere, C aut in torculari aqua eſt quæ pedibus calcatur vel prælo exprimitur? Vini utique mentio ideo ponitur ut Domini ſanguis intelligatur, & quod in calice dominico poſtea manifeſtatum eſt prophetis annuntiantibus prædiceretur. Torcularis quoque calcatio & preſſura taxatur: quia quomodo ad potandum vinum veniri non poteſt niſi botrus calcetur ante & prematur, ſic nec nos ſanguinem Chriſti poſſemus bibere niſi Chriſtus calcatus prius fuiſſet & preſſus & calicem prior biberet, in quo credentibus propinaret. D Quotieſcumque autem aqua ſola in ſcripturis ſanctis nominatur, baptiſma prædicatur, ut apud Eſaiam ſignificari videmus. (Iſa. 43.) *Nolite*, inquit, *priora meminiſſe, & antiqua nolite reputare. Ecce ego facio nova, quæ nunc orientur, & cognoſcetis, & faciam in deſerto viam, & flumina in loco inaquoſo adaquare genus meum electum, plebem meam, quam acquiſivi, ut virtutes meas exponeret.* Prænuntiavit illic per prophetam Deus quod apud gentes in locis quæ inaquoſa prius fuiſſent flumina poſtmodum redundarent & electum genus Dei, E id eſt per generationem baptiſmi filios Dei factos, adaquarent. Item denuo [24] præcanitur & ante [25] prædicitur Judæos, ſi ſitierint & Chriſtum quæſierint, apud nos eſſe potaturos, id eſt, baptiſmi gratiam conſecuturos. (Iſa. 48.) *Si ſitierint*, inquit, *per deſerta adducet illos, aquam de petra producet illis, [16] findetur petra, & fluet aqua, & bibet plebs mea.* Quod in evangelio adimpletur, quando Chriſtus, qui eſt petra, finditur ictu lanceæ in paſſione; qui & admonens quid per prophetam ſit ante prædictum clamat & dicit: (Joan. 7.) F *Si quis ſitit, veniat & bibat. Qui credit in me, ſicut ſcriptura dicit, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Atque ut magis poſſet eſſe manifeſtum quia non de calice, ſed de baptiſmo, illic loquitur Dominus, addidit ſcriptura dicens: *Hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi erant qui in eum credebant.* Per baptiſma enim ſpiritus ſanctus accipitur, & ſic a baptizatis & ſpiritum ſanctum conſecutis ad bibeudum calicem Domini pervenitur. Neminem autem moveat quod cum de baptiſmo loquatur ſcriptura divina ſitire nos dicit & bibere, quando & Dominus in evangelio dicat, [27] *Beati eſurientes & ſitientes juſtitiam*, (Matt. 5.) quia quod avida & ſitienti cupiditate ſuſcipitur plenius & uberius hauritur. Sicut & alio loco ad Samaritanam mulierem Dominus loquitur dicens: *Omnis qui biberit ex aqua iſta, ſitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dedero, non ſitiet in æternum.* (Joan. 4.) Quo & ipſum baptiſma ſalutaris aquæ ſignificatur, quod ſemel ſcilicet ſumitur, nec rurſus iteratur. Ceterum calix Domini in eccleſia ſemper & ſititur & bibitur. Nec argumentis plurimis opus eſt, frater cariſſime, ut probemus appellatione aquæ baptiſma ſignificatum ſemper eſſe & ſic nos intelligere debere, quando Dominus adveniens baptiſmi & calicis manifeſtaverit veritatem, qui aquam illam fidelem, aquam vitæ eternæ præceperit credentibus in baptiſmo dari, calicem vero docuerit exemplo magiſterii ſui vini & aquæ conjunctione miſceri. Calicem etenim ſub die paſſionis accipiens benedixit & dedit diſcipulis ſuis dicens: *Bibite ex hoc omnes. [28] Hic eſt enim ſanguis [29] novi teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico vobis, non bibam amodo ex iſta creatura vitis uſque in diem illum quo vobiſcum bibam [30] novum vinum in regno patris mei.* (Matt. 26.) Qua in parte invenimus calicem mixtum fuiſſe quem Dominus obtulit & vinum fuiſſe quod ſanguinem ſuum dixit. Unde apparet ſanguinem Chriſti non [31] offerri, [32] ſi deſit vinum calici, nec ſacrificium dominicum legitima ſanctificatione celebrari, niſi oblatio & ſacrificium noſtrum reſponderit paſſioni. Quomodo autem de creatura vitis novum vinum cum Chriſto in regno patris bibemus, ſi in ſacrificio Dei patris & Chriſti vinum non offerimus, nec calicem Domini dominica traditione miſcemus? Beatus quoque apoſtolus Paulus a Domino electus & miſſus & prædicator veritatis evangelicæ conſtitutus hæc eadem in epiſtola ſua ponit dicens: *Dominus Jeſus in qua nocte tradebatur accepit panem, & [33] gratias egit & fregit & dixit: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Simili modo & calicem poſtquam cœnatum eſt accepit dicens: Hic calix novum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotieſcumque biberitis in meam commemorationem. Quotieſcumque enim ederitis panem iſtum & calicem biberitis, mortem Domini annuntiabitis quoadufque veniat.* (1. Cor. 11.) Quod ſi & a Domino præcipitur, & ab apoſtolo ejus hoc idem confirmatur & traditur, ut quotieſcumque biberimus, in commemorationem Domini hoc faciamus quod fecit & Dominus, invenimus non obſervari a nobis quod mandatum eſt, niſi eadem quæ Dominus fecit nos quoque faciamus, & calicem Domini pari ratione miſcentes a divino magiſterio non recedamus. Ab evangelicis autem præceptis omnino recedendum non eſſe & eadem quæ magiſter docuit & fecit diſcipulos quoque obſervare & facere debere conſtantius & fortius alio in loco beatus apoſtolus docet dicens: *Miror quod ſic tam cito demutamini ab eo qui vos vocavit ad gratiam, ad aliud evangelium, quod non eſt aliud, niſi ſi ſunt aliqui qui vos conturbant & volunt convertere evangelium Chriſti. Sed licet aut nos aut angelus de cælo [34] aliter annuntiet præterquam quod annuntiavimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus,* (Gal. 1.)

ximus,

ximus , & nunc iterum dico : Si quis vobis an-
nuntiaverit præterquam quod accepiſtis , anathema
ſit . Cum ergo neque ipſe apoſtolus neque an-
gelus de cælo annuntiare poſſit aliter aut do-
cere præterquam quod ſemel Chriſtus docuit
& apoſtoli ejus annuntiaverunt , miror ſatis
unde hoc uſurpatum ſit ut contra evangelicam
& apoſtolicam diſciplinam quibuſdam in locis
aqua offeratur in dominico calice , quæ ſola
Chriſti ſanguinem non poſſit exprimere . Cu-
jus rei ſacramentum nec in pſalmis tacet ſpiri-
tus ſanctus faciens mentionem dominici calicis
Pſal. 22. & dicens : *Calix tuus inebrians* [35] *perquam opti-*
mus . Calix autem qui inebriat , utique vino
mixtus eſt . Neque enim aqua inebriare qnem-
quam poteſt . Sic autem calix dominicus ine-
briat ut & Noe in Geneſi vinum bibens ine-
briatus eſt . Sed quia ebrietas dominici calicis
& ſanguinis non eſt talis qualis eſt ebrietas vini
ſæcularis , cum diceret ſpiritus ſanctus in pſalmo ,
Calix tuus inebrians , addidit *perquam optimus* ,
quod ſcilicet calix dominicus ſic bibentes ine-
briat ut ſobrios faciat , ut mentes ad ſpiritalem
ſapientiam [36] redigat , nt a [37] ſapore iſto ſæcu-
lari ad intellectum Dei unuſquiſque reſipiſcat ,
& quemadmodum vino iſto communi mens
ſolvitur & anima relaxatur & triſtitia omnis
exponitur , ita epotato ſanguine Domini &
poculo ſalutari , exponatur memoria veteris ho-
minis , & fiat oblivio converſationis priſtinæ
ſæcularis , & mœſtum pectus ae triſte , quod
prius peccatis angentibus premebatur , divinæ
indulgentiæ lætitia reſolvatur ; quod tunc de-
mum poteſt lætificare in eccleſia Domini bi-
bentem , ſi quod bibitur [38] dominicam teneat
veritatem . Quam vero perverſum eſt qusmque
Joan. 2. contrarium ut cum Dominus in nuptiis de a-
qua vinum fecerit , nos de vino aqusm facia-
mus , cum ſacramentum quoque rei illius ad-
monere & inſtruere nos debeat ut in ſacrificiis
dominicis vinum potius offeramus . Nam quia
[39] apud Judæos defecerat gratia ſpiritalis , de-
fecit & vinum . Vinea enim Domini ſabaoth
Iſa. 5. domus erat Iſrael . Chriſtus autem docens &
oſtendens gentinm populum ſuccedere & in lo-
cum quem Judæi perdiderant nos poſtmodum
merito fidei pervenıre , de aqua vinum fecit ,
id eſt , quod ad nuptias Chriſti & eccleſiæ ,
Judæis ceſſantibus , plebs magis gentium con-
flueret & conveniret oſtendit . Aquas namque
Apoc. 17. populos ſignificare in apocalypſi ſcriptura di-
vina declarat dicens : *Aquæ quas vidiſti , ſu-*
per quas ſedet meretrix illa , populi [40] *& tur-*
bæ & gentes ethnicorum ſunt & linguæ . Quod
ſeilicet perſpicimus & in ſacramento calicis
contineri . Nam qnia nos omnes portabat
Chriſtus , qui & peccata noſtra portabat , [41]
videmus in aqua populum intelligi , in vi-
no vero oſtendi ſanguiuem Chriſti . Quan-
do autem in ealiee vino aqua miſcetur , Chri-
ſto populus adunatur , & [42] credentium plebs
ei in quem credidit copulatur & conjungi-
tur . Quæ copulatio & conjunctio aquæ & vi-
ni ſic miſcetur in calice Domini [43] ut com-
mixtio illa non poſſit ab invicem ſeparari . Un-
de & eccleſiam , id eſt , plebem in eccleſia con-
ſtitutam , fideliter & firmiter in eo quod cre-
didit perſeverantem nulla res ſeparare poterit
a Chriſto quo minus hæreat ſemper & maneat

A [44] individua dilectio . Sic autem in [45] ſanctifi-
cando calice Domini offerri aqua ſola non po-
teſt quomodo nec vinum ſolum poteſt . [46] Nam
ſi vinum tantum quis offerat , ſanguis Chriſti
incipit eſſe ſine nobis . Si vero aqua ſit ſola ,
plebs incipit eſſe ſine Chriſto . Quando autem
utrumque miſcetur & adunatione confuſa ſibi
invicem copulatur , tunc ſacramentum ſpirita-
le & [47] cæleſte perficitur . Sic vero calix Do-
mini non eſt aqua ſola aut vinum ſolum niſi
utrumque ſibi miſceatur , quomodo nec corpus
B Domini poteſt eſſe farina ſola aut aqua ſola
niſi utrumque adunatum fuerit & copulatum
& panis unius compage ſolidatum . Quo & i-
pſo ſacramento populus noſter oſtenditur adu-
natus , ut quemadmodum [48] grana multa in
unum collecta [49] & commolita & commixta pa-
nem unum faciunt , ſic in Chriſto , qui eſt pa-
nis cæleſtis , unum ſciamus eſſe corpus , cui
conjunctus ſit noſter numerus & adunatus . Non
eſt ergo , frater cariſſime , quod aliquis exiſti-
met ſequendam eſſe quorumdam conſuetudi-
nem , ſi qui in præteritum in calice dominico
C aquam ſolam offerendam putaverunt . Quæren-
dum eſt enim ipſi quem ſint ſecuti . Nam ſi
in ſacrificio quod Chriſtus obtulit non niſi Chri-
ſtus ſequendus eſt , utique id nos obaudire &
facere oportet quod Chriſtus fecit & quod fa-
ciendum eſſe mandavit , quando ipſe in evan-
gelio dicat : *Si feceritis quod mando vobis , jam* *Joan. 15.*
non dico vos ſervos , ſed amicos . Et quod Chri-
ſtus debeat ſolus audiri , pater etiam de cælo
conteſtatur dicens : *Hic eſt filius meus dilectiſſi-* *Matt. 17.*
mus , in quo bene ſenſi , ipſum audite . Quare [50]
D ſi ſolus Chriſtus audiendus eſt , non debemus
attendere quid [51] alius ante nos faciendum eſ-
ſe putaverit , ſed quid qui ante omnes eſt Chri-
ſtus prior fecerit . [52] Neque enim hominis con-
ſuetudinem ſequi oportet , ſed Dei veritatem ,
cum per Eſaiam prophetam Deus loquatur &
dicat : *Sine cauſa autem colunt me , mandata &* *Iſa. 29.*
doctrinas hominum docentes . Et iterum Dominus
in evangelio hoc idem repetat dicens : *Rejici-* *Marc. 7.*
tis mandatum Dei ut traditionem veſtram ſtatua-
tis . Sed & alio in loco ponit & dicit : *Qui* *Matt. 5.*
ſolverit unum ex mandatis iſtis minimis , & ſic do-
E *cuerit homines , minimus vocabitur in regno cælo-*
rum . Quod ſi nec minima de mandatis domi-
nicis licet ſolvere , quanto magis tam magna ,
tam grandia , tam ad ipſum dominicæ paſſio-
nis & noſtræ redemptionis ſacramentum perti-
nentia fas non eſt infringere aut in aliud quam
quod divinitus inſtitutum ſit humana [53] tradi-
tione mutare ? Nam ſi Jeſus Chriſtus Domi-
nus & Deus noſter ipſe eſt ſummus ſacerdos
Dei patris , & ſacrificium patri ſe ipſum pri-
mus obtulit , & hoc fieri in ſui commemora-
tionem præcepit , utique ille ſacerdos vice Chri-
F ſti vere fungitur qui id quod Chriſtus fecit
imitatur , & ſacrificium verum & plenum tunc
offert in eccleſia Deo patri , ſi ſic incipiat of-
ferre ſecundum quod ipſum Chriſtum videat
obtuliſſe . Ceterum omnis religionis & verita-
tis diſciplina ſubvertitur , niſi id quod ſpirita-
liter præcipitur fideliter reſervetur , niſi ſi in
ſacrificiis matutinis hoc quis veretur ne per ſa-
porem vini [54] redoleat ſanguinem Chriſti . Sic
ergo incipit & a paſſione Chriſti in perſecutio-
nibus fraternitas retardari , dum in oblationi-

bus diſcit de ſanguine ejus & cruore confundi. A
Porro autem Dominus in evangelio dicit : [55]
Marc. 8 *Qui confuſus me fuerit , confundetur eum filius ho-*
minis. Et apoſtolus quoque loquitur dicens :
Gal. 1. *Si hominibus placerem , Chriſti ſervus non eſſem*.
Quomodo autem poſſumus propter Chriſtum
ſanguinem fundere, qui ſanguinem Chriſti e-
rubeſcimus bibere? An illa ſibi aliquis contem-
platione blanditur quod etſi mane aqua ſola
offerri videtur, tamen cum ad cœnandum ve-
nimus, mixtum calicem offerimus. Sed cum
cœnamus, ad convivium noſtrum plebem con- B
vocare non poſſumus, ut ſacramenti veritatem
fraternitate omni præſente celebramus. At enim
non mane, ſed [56] poſt cœnam, mixtum cali-
cem obtulit Dominus. Numquid ergo [57] domi-
nicum poſt cœnam celebrare debemus, ut ſic
mixtum calicem frequentandis dominicis offe-
ramus; Chriſtum offerre oportebat circa veſpe-
ram diei, ut hora ipſa ſacrificii oſtenderet oc-
caſum & veſperam mundi, ſicut in Exodo ſcri-
Exo. 12. ptum eſt : *Et occident illum omne vulgus ſynago-*
gæ filiorum Iſrael ad veſperam. Et iterum in pſal- C
Pſ. 140. mis : *Allevatio manuum mearum ſacrificium ve-*
ſpertinum. Nos autem reſurrectionem Domini
mane celebramus. Et quia paſſionis ejus men-
tionem in ſacrificiis omnibus facimus (paſſio
eſt enim Domini ſacrificium quod offerimus)
nihil aliud quam quod ille fecit facere debe-
1. Cor. 11 mus. [58] Scriptura enim dicit : *Quotieſcumque e-*
nim ederitis panem iſtum, & calicem iſtum bibe-
ritis, mortem Domini annuntiabitis quoadusque ve-
niat. Quotieſcumque ergo calicem in comme-
morationem Domini & paſſionis ejus offeri- D
mus, id quod conſtat Dominum feciſſe facia-
mus. [59] Et viderit, frater cariſſime. Si quis
de anteceſſoribus noſtris vel ignoranter vel ſim-
pliciter non hoc obſervavit & tenuit quod nos
Dominus facere exemplo & magiſterio ſuo do-
cuit, poteſt ſimplicitati ejus de indulgentia Do-
mini venia concedi. Nobis vero non poterit
ignoſci, qui nunc a Domino admoniti & in-
ſtructi ſumus ut calicem dominicum vino mix-
tum, ſecundum quod Dominus obtulit, offe-
ramus, & de hoc quoque ad collegas noſtros E
litteras dirigamus, ut ubique lex evangelica &
traditio dominica ſervetur, & ab eo quod Chri-
ſtus & docuit & fecit non recedatur. Quæ ul-
tra jam contemnere & in errore priſtino per-
ſeverare quid aliud eſt quam incurrere in objur-
gationem Domini [60] increpantis in pſalmo &
Pſal. 49. dicentis : *Ad quid exponis juſtificationes meas &*
A *aſſumis teſtamentum meum per os tuum ? Tu au-*
tem odiſti diſciplinam, & abjeciſti ſermones meos
retro. Si videbas furem, [61] concurrebas ei, & in-
ter mœchos [62] particulam tuam ponebas. Expone-
re enim juſtificationes & teſtamentum Domini,
& non hoc idem facere quod fecerit Dominus,
quid aliud eſt quam ſermones ejus abjicere &
diſciplinam dominicam contemnere, nec terre-
na ſed ſpiritalia furta & adulteria committere,
dum quis de evangelica veritate furatur Domi-
ni noſtri verba & facta, corrumpit atque adul-
B terat præcepta divina ? Sicut apud Hieremiam
ſcriptum eſt : *Quid eſt*, inquit, *paleis ad triti-* Hier. 23.
cum? Propter hoc ecce ego [63] ad prophetas, dicit
Dominus, qui furantur verba mea unuſquiſque a
proximo ſuo, & ſeducunt populum meum in menda-
ciis ſuis & in erroribus ſuis. Item apud eumdem
alio loco : *Et mœchata eſt*, inquit, *in lignum &* Hier. 3.
lapidem, & in his omnibus non eſt reverſa ad me.
Quod furtum & adulterium ne in nos etiam ca-
dat cavere ſollicite & timide ac religioſe ob-
ſervare debemus. Nam ſi ſacerdotes Dei & Chri-
C ſti ſumus, non invenio quem magis ſequi quam
Deum & Chriſtum debeamus, quando ipſe in
evangelio maxime dicat : *Ego ſum [64] lumen ſæcu-* Joan. 8.
li. Qui me ſecutus fuerit, non ambulabit in tene-
bris, ſed habebit lumen vitæ. Ne ergo in tene-
bris ambulemus, Chriſtum ſequi & præcepta
ejus obſervare debemus; quia & ipſe in alio lo-
co mittens apoſtolos dixit : *Data eſt mihi omnis* Matt. 28.
poteſtas in cælo & in terra. Ite ergo & docete o-
mnes gentes, [65] tingentes eos in nomine patris &
filii & ſpiritus ſancti, docentes eos obſervare o-
D *mnia quæcumque præcepi vobis*. Quare ſi in lumi-
ne Chriſti ambulare volumus, a præceptis &
monitis ejus non recedamus, agentes gratias
quod dum inſtruit in futurum quid facere de-
beamus, de præterito ignoſcit quod ſimpliciter
erravimus. Et quia jam ſecundus ejus adventus
nobis appropinquat, magis ac magis benigna e-
jus & larga dignatio corda noſtra luce veritatis
illuminat. Religioni igitur noſtræ congruit &
timori & ipſi loco atque officio ſacerdotii no-
ſtri, frater cariſſime, in dominico calice mi-
E ſcendo & offerendo cuſtodire traditionis domi-
nicæ veritatem, & quod prius apud quoſdam
videtur erratum Domino monente corrigere ;
ut cum in claritate ſua & majeſtate cæleſti
venire cœperit, inveniat nos tenere quod mo-
nuit, obſervare quod docuit, facere quod fe-
cit. [66] Opto te, frater cariſſime, ſemper be-
ne valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXIII.

1 SAnctus Auguſtinus citat hanc epiſtolam & ex ea magnum fragmentum affert lib. 4. de doctrina chriſtiana cap. 21. Ac ſicut dixerat Cypriani epiſtolam ad Donatum ornatam eſſe ſpumeo verborum ambitu, ſic iſtam ait ſcriptam eſſe ſubmiſſo dicendi genere. Contra Goulartius putat Cyprianum iſtic vehementem fuiſſe.

2 *Cæcilio*] Quamvis id quod dicturus ſum videri poſſit aliquibus exigui momenti, dicam tamen. Poſt editum librum Lactantii de mortibus perſecutorum fuere qui diſputarent an Cæcilii nomen ſcribendum eſſet cum diphthongo vel ſine diphthongo. Ego vero apud plurimos veteres operum ſancti Cypriani codices, & in his etiam Seguierianum omnium noſtrorum vetuſtiſſimum, plures inſcriptiones antiquas, & nummos veteres habere diphthongum. Novæ tamen hujus diſputationis præſidio fretus vir clariſſimus qui nuper nova editione donavit hunc librum Lactantii hoc illius nomen ſcripſit abſque diphthongo, ea de cauſa quod ita ſcriptum videbat in veteri codice ex quo liber ille emiſſus eſt in publicum, non animadvertens plurimos ſæpe errores contra orthographiam admiſſos eſſe a veteribus librariis & in antiquis inſcriptionibus & nummis. Contendit autem vir optimus, ut id quoque dicam, librum illum non eſſe Lactantii, quia nomen ejus non habetur in veteri libro, omiſſum videlicet a librario feſtinante, qui, ut in ſimili cauſa dixit Sirmondus vir iſtarum rerum peritiſſimus, cum omnia ſcriptoris iſtius nomina brevitatis ſtudio deſcribere nollet, pro ultimo, quod proprium erat, id potius imperite delegit quod primo loco occurrebat. Cum hanc viri celeberrimi obſervationem, qua ego uſus eram, non inveniret novus ille editor in Sidonio Sirmondi, me in ſuſpicionem malæ fidei trahere voluit, tamquam ſi falſo uſus eſſem auctoritate Sirmondi ut id probarem quod ſuſceperam probandum, non facturus haud dubie ſi legiſſet brevem illius præfationem

tionem de nominibus propriis mediæ ætatis editam in initio notarum ad Sidonium. Vellem autem ut vir doctiſſimus & optimus Chriſtophorus Matthæus Pfaffius non ſcripſiſſet in præfatione ad editionem epitomes Lactantii nullum antiquum codicem operum Lactantii habere nomen Lucii Cæcilii. Nam ego diu ante quam iſta editio epitomes prodiret monueram exſtare hic Lutetiæ in bibliotheca regia duos antiquiſſimos codices, in quorum uno vocatur Lucius Cæcilius, in alio Lucius Cælius. Quod eodem redit.

Cæcilio fratri] epiſcopo, ut reor, Bilteni in provincia proconſulari. Quippe Cæcilius a Biltâ interfuiſſe reperitur concilio Carthaginenſi ſub Cypriano. Alius ait Cæcilius presbyter qui Cyprianum ad agnitionem veræ divinitatis a ſæculari errore correxit. Illum enim e vivis exceſſiſſe ante Cyprianum, cui conjugem ac liberos ſuos de ſæculo excedens commendavit, planum eſt ex libro quem Pontius diaconus ſcripſit de vita Cypriani. Hanc hiſtoriam in contrarium convertit Baronius ajens, Pontii teſtimonio male uſus, Cyprianum, cum Chriſti religionem amplexus eſſet, cariſſimam conjugem & dulciſſimos liberos commendaſſe Cæcilio presbytero. Idem Baronius exiſtimavit hunc presbyterum fuiſſe aliquando magiſtrum Diadumeni Imperatoris. Verum hanc illius opinionem non poſſe eſſe veram oſtendit vir doctiſſimus Pearſonius in annalibus Cyprianicis.

3 *Has ad vos*] Melius, ut opinor, in libro Beccenſi, *de hoc ad te*. Nondum videram hunc librum cum iſta epiſtola excudebatur.

4 *Tenetur*] Non adnotaſſem varias hujus loci lectiones quæ reperiuntur in vetuſtis exemplaribus, niſi Rigaltius monuiſſet legiſſe ſe in quibuſdam libris veteribus *tenebratur*, eamque lectionem prætuliſſet vulgatæ. Invenit autem illam in margine editionis Manutianæ, ubi quidam ſtudioſus adnotavit varias lectiones ex codicibus Italiæ, & monuit *tenebratur* ſcriptum eſſe in Vaticanis duobus. At ego, qui tot vetera exemplaria contuli cum operibus Cypriani, in duobus tantum inveni *tenebratur*. Omnia alia habent *tenetur*, *teneretur*, *tenebatur*, aut *teneantur*. Ceterum arbitror nemini placere poſſe opinionem Rigaltii. Cicero in oratione de conſulatu ſuo dixit: *Neſcio quis me tenet error*. Et in oratione pro Marcello, *etſi aliqua culpa tenear erroris humani*. Ovidius lib. 3. Metamorphoſeon, *tantus tenet error amantem*. Virgilius lib. 10. Æneidos dixit teneri malo errore.

5 *Noſtra & humana*] Hanc lectionem præfert codex Seguierianus. Carnotenſis & editio Morellii, *noſtra & humana mente*. Fuxenſis, *hac humana mente*, omiſſis illis *noſtra &*, quæ etiam deſunt in Corbejenſi & in Turonenſi. Beccenſis, *noſtra & humana conſcientia*. Bodlejani duo, *humanam & novellam inſtitutionem*. Vide obſervationes Rigaltii.

6 *Quando aliquid*] Fragmentum iſtud refert Paſchalis II. Papa in epiſtola ad Pontium abbatem Cluniacenſem, quæ edita eſt in tomis conciliorum.

7 *Inſpirante*] Ita antiquæ editiones. Vocem *aſpirante*, quam Rigaltius ſubſtituit, non alibi reperi. Angli, tametſi viderent in codicibus ſuis antiquis ſcriptum eſſe *inſpirante*, retinuerunt editionem Rigaltii. Reinhartus rejecit. Exſtat in epiſtola Papæ Paſchalis.

8 *Commemorationem*] Ita veteres editiones Manutiana antiquiores, ſex libri noſtri veteres, & quinque Anglicani, tum etiam Rhabanus lib. 1. de inſtitutione clericorum cap. 31. ubi refert hunc Cypriani locum. Recte, ut opinor. Nam in capite 22. evangelii ſecundum Matthæum & in capite undecimo prioris epiſtolæ beati Pauli ad Corinthios Chriſtus, cum inſtitueret ſacramentum euchariſtiæ, dixiſſe fertur diſcipulis ſuis: *Hoc facite in meam commemorationem*. Diſſimulandum tamen non eſt lectionem Manutii, id eſt *commemoratione*, inveniri in octo libris veteribus. Pamelius & Reinhartus poſuerunt *commemorationem*, Rigaltius *commemoratione*. Et tamen idem Rigaltius in calce iſtius epiſtolæ, ubi iſta repetuntur, bis ſcripſit *commemorationem*. Angli retinuerunt lectionem Rigaltii.

9 *Mixtus vino offeratur*] Concilium Carthaginenſe 3. canone 24. *Ut in ſacramento corporis & ſanguinis Domini nihil amplius offeratur quam Dominus tradidit, hoc eſt panis & vinum aquæ mixtum*. Vinum autem pani debet in majori quantitate quam aqua, ut ſcribit etiam Richardus archiepiſcopus Armachanus lib. 9. cap. 9. de quæſtionibus Armenorum. Quare cum contra fieret olim in regno Sveciæ, Honorius Papa III. ſcribens ad archiepiſcopum Upſalenſem vetuit ne deinceps fieret, inquiens id perniciosum valde eſſe. Ejus ea de re conſtitutio exſtat in libris decretalium & in quinta compilatione. Vide Emmanuelis Gonzalez commentarium in titulum decretalium de celebratione miſſarum. Singularis eſt conſtitutio ſynodalis Didaci Eſcolani epiſcopi Majoricenſis edita anno 1659. his verbis: *Cum ſacroſanctum altaris ſacrificium, in quo fons omnis ſanctitatis & honoris retinetur, minus decenter peragatur dum vinum rubrum conſecratur, cum ſic mundities altaris vix conſervari poſſit, ideo hortamur omnes hujus diœceſis presbyteros ut poſthac vino albo in celebratione miſſarum utantur*.

10 *Sanguis Chr. non eſt aqua*] Non legerat haud dubie hunc Cypriani locum Innocentius Papa VIII. cum Norvegis permiſit ut ſacrificium miſſæ celebrarent ſine vino. Quod illum eis conceſſiſſe teſtatur Raphael Volaterranus lib. 7. pag. 159. *Norvegiæ Innocentii VIII. pont. conceſſione permiſſum ſine vino calicem ſacrificare, quod ob immenſa frigora vinum in ea regione importatum aceſcat. Cujus rei gratia legatio miſſa*. In vetuſto miſſali MS. eccleſiæ ſancti Martini Turonenſis legi ſequentia: *Si per negligentiam evenerit ut perfecto canone & peracta conſecratione nec vinum nec aqua reperiatur in calice, ſtatim debet infundi utramque, & ſacerdos iterabit conſecrationem ab illo loco canonis, ſcilicet, ſimili modo poſtea quam cœnatum eſt, uſque ad finem, ita tamen ut illas duas cruces omittat quas ſingulariter fecerat ſuper panem. Quod ſi de ſimplici vino vel de aqua ſine vino fiat conſecratio, vinum reputatur pro ſacramento, ſed aqua non reputatur. Et ideo iſta negligentia de aqua major eſt & majori pœnitentia emendanda*. Armeni, ut tradit Guido de Perpiniano, ajebant aquam non eſſe miſcendam vino in ſacramento altaris, & ſi aqua ponatur, dicebant nullum ſacramentum eſſe. Hunc eorum errorem confutavit Eugenius Papa IV. apud Odoricum Raynaldum an. 1439. §. 15. Etiam lacte pro vino uſos eſſe quoſdam antiquitus in ſacrificio miſſæ oſtendit Joannes Baptiſta Caſalius in opere de veteribus ſacris chriſtianorum ritibus cap. 11. ubi tractat de calicis uſu. Vide etiam epiſtolam Joannis S. R. E. diaconi ad Senarium cap. 12. in tomo primo Muſei Italici Mabillonii pag. 75. & notas Cotelerii in librum 8. conſtitutionum apoſtolicarum cap. 8.

11 *Vivificati*] Unus codex regius & Rhabani editiones habent *juſtificati*. At duo codices manuſcripti bibliothecæ regiæ & Colbertinæ, in quibus habentur libri Rhabani de inſtitutione clericorum, præferunt *vivificati*. Et hæc eſt vera lectio.

12 *Recubans*] Ita veteres editiones & plerique libri veteres & editio Reinharti. Pamelius ſcripſit *recumbens*, auctoritate ſumpta, ut opinor, ex Rhabano. Quippe nullum veterem librum laudat ex quo acceperit hanc lectionem. Rigaltius illam invenit in Corbejenſi. Sane lectio Pamelii, ſumpta videlicet, ut dixi, ex Rhabano, habetur in codice 4064. bibliothecæ regiæ & in codice 584. Colbertinæ, in quibus exſtat hic Rhabani liber. At codex 4063. ejuſdem bibliothecæ regiæ & duo Colbertini ſane vetuſtiſſimi & optimi, in quibus idem liber exſtat, præferunt *recubans*.

13 *Denotata*] Ita veteres editiones & plerique libri veteres. In uno regio, in uno item Anglicano, in Gratianopolitano, in Fuxenſi, in duobus a Pamelio laudatis, & apud ſanctum Auguſtinum legitur *denudata*, in capite nono Geneſeos & apud Rhabanum *nudata*, id eſt patefacta, revelata. In vetuſtis tamen Rhabani codicibus ſcriptum eſt *notata*. Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos: *Nudatum patrem irriſit major filius & minor texit*. Tertullianus in libro de cultu feminarum: *Bonum non amat tenebras, gaudet videri, & in ipſas denotationes exſultat*, id eſt oſtenſiones, ut recte interpretatur Pamelius. Caſſianus collat. 12. cap. 9. *ſi qua forte inverecundius fuerint denudata*, id eſt denotata. Itaque illic voces *denotata* & *denudata* habent eamdem ſignificationem. Alio ſenſu apud Tertullianum lib. 1. ad nationes cap. 10. ubi vide notas Gothofredi.

14 *Genui te*] Poſtea ſequitur in antiquis editionibus & in quinque antiquis codicibus: *Juravit Dominus & non pœnitebit eum*. Verum ea deſunt in aliis codicibus antiquis, etiam in Veronenſi & in Seguieriano & apud Rhabanum. Habentur tamen in pſalmo 109. ex quo locus iſte ſumptus eſt & in libro primo teſtimoniorum cap. 17. Manutius expunxit, Morellius repoſuit, Pamelius rejecit. Pamelianam editionem ſecutæ ſunt poſteriores. Certe abſque illo additamento, quod ſuperfluum videtur, recte conſtat ſenſus. Epiſtola ad Demetriadem edita inter opera Hieronymi, quam quidam viri docti putant eſſe Pelagii: *Melchiſedech ſacerdos Dei legitur, cujus meritum ex hoc facile intelligi poteſt quod multa poſt futurum Domini ſacramentum ante ſignaverit ac ſacrificio panis & vini myſterium corporis & ſanguinis*

Digitized by Google

guinis expreſſit & ſacerdotii ſui typo Chriſti ſacramentum figuravit. Citat autem hunc Cypriani locum Alcuinus in epiſtola ad Carolum M. edita in libro primo miſcellaneorum noſtrorum. De temporali porro ſacerdotio Chriſti vide Matthæum Boſſum lib. 1. epiſt. 77. ad Polycletum.

15 *Providens autem*] Antiquæ editiones & quinque libri veteres habent *prævidens*. Utraque lectio bona eſt.

16 *Benedicti ſunt*] Veteres editiones & quidam libri veteres præferunt *benedicentur*. Verum lectionem vulgatam, quæ noſtra etiam eſt, confirmant editiones Manutii, Morellii, & Pamelii, tam etiam tredecim vetera exemplaria.

17 *Plenitudo veritatis*] Ita nos reſtituimus ex fide trium veterum exemplarium, in quibus ſic ſcriptum eſt, *plenitudo veritatis veritatem præfiguratæ imaginis adimplevit*. Cyprianus epiſt. 74. pag. 171. *Conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt. Propter quod, relicto errore, ſequamur veritatem.* & paulo poſt, *quam veritatem nobis Chriſtus oſtendens in evangelio ſuo dixit: Ego ſum veritas*. Citatur hic locus apud Gratianum diſt. 8. ex epiſtola Gregorii ad VVimundum epiſcopum Averſanum, itemque alius ex epiſtola ad Pompejum. Vide notas noſtras ad Gratianum pag. 441. Redeo nunc in viam, Tertullianus in libro de virginibus velandis: *Dominus noſter Chriſtus veritatem ſe non conſuetudinem nominavit*. Confirmat hanc emendationem noſtram codex Fuxenſis, in quo ita ſcriptum eſt, *qui eſt plenitudo veritatis præfiguratam imaginem adimplevit*, ubi excidit vocabulum *veritatem*, quod alii codices habent. Vetuſtum autem eſſe hunc errorem hinc colligi poteſt quod cum nonnulli qui deſcribebant opera ſancti Cypriani legerent *præfiguratæ imaginis*, viderent porro periodum non eſſe integram, addiderunt vocem *rem*, ita ſcribentes, *veritatis præfiguratæ imaginis rem adimplevit*. Sic enim ſcriptum eſt in tribus antiquis exemplaribus. Videntur autem moti ad hanc vocem addendam, quia paulo ante legitur, *quam rem perficiens & adimplens Dominus*.

18 *Præmonſtrans imm.*] Vetus codex Remigianus, *prænuntians immolare Chriſtus*.

19 *Subdidit*] Ne quid diſſimulem, facile mutaſſem hanc lectionem, eamque prætuliſſem quam reperi in codice ſancti Eligii Attrebatenſis, in quo legitur *excidit*. Quo etiam modo ſcriptum eſt in capite nono proverbiorum. Nam vox *ſubdidit* non ſignificat id quod dicere voluit Salomon. Verum non ſum auſus mutare contra tot veterum librorum & editionum auctoritatem, præſertim cum videam ſcriptum *ſubdidit* in libro tertio teſtimoniorum, & quia Proſper, ſive quis alius, in libro ſecundo de promiſſionibus & prædictionibus Dei cap. 2. ita etiam legit. Sanctus Auguſtinus lib. 7. de civitate Dei cap. 20. legit *ſuffulſit*, & in capite 2. epiſtolæ ad Galatas *ſubſtituit*. Quid ſi iſtic apud Cyprianum poneretur *ſubſcidit* pro *ſubdidit*? Vide notas Flaminii Nobilii ad caput nonum proverbiorum.

20 *Mactavit*] Quatuor libri veteres habent *occidit*; editio vulgata ſacræ ſcripturæ *immolavit*. Vide iterum Nobilium.

21 *Servos ſuos*] Ita etiam lib. 2. teſtimoniorum cap. 2. In libro proverbiorum ſcriptum eſt *ancillas ſuas* in editione vulgata. At in Græco LXX. legitur δούλους.

22 *Excelſa*] Unus codex regius *magna*, vetus Remigianus *ſublimi*. Vel hinc liquet quantum ſibi licentiæ & auctoritatis arrogaverint antiqui librarii.

23 *Recubet*] Soleo, ut vides, lector, adnotare frequenter hanc veterum librariorum audaciam, quæ magna fuit etiam in hoc loco. Quidam enim libri veteres habent *recubet dormiens*, alii *recubat dormiens*, alii *recumbit*, *recubuit*, *recubans dormiat*, *recubant & dormiens*, & *recubavit*.

24 *Præcavitur*] Bona eſt haud dubie lectio earum editionum quæ habet *præcinitur*. Mihi tamen viſum eſt reponendam eſſe lectionem veterum editionum & tredecim veterum exemplarium. Sane codex ſancti Albini habet *præcavitur*. Sed emendatum eſt antiquitus & poſitum *præcinitur*. In uno meo veteri ſcriptum eſt *præcinitur*.

25 *Prædicitur*] Et hic quoque ſequi placuit ſcripturam veterum editionum & veterum librorum noſtrorum, quibus conſentiunt etiam aliquot Anglicani. In Veronenſi ſcriptum erat *prædicatur*.

26 *Findetur*] Quamvis ſciam omnes editiones & omnes fere veteres libros habere *findetur*, facile prætuliſſem lectionem Fuxenſis, in quo ſcriptum eſt *ſcindetur*, quia in capite 48. Iſaiæ, ad quod reſpicit hic locus, legitur: *Aquam de petra produxit eis, & ſcidit petram, & fluxerunt aquæ*. At cum viderem in libro quoque primo teſtimoniorum cap. 12. ſcriptum eſſe *findetur*, non ſum auſus mutare.

27 *Beati eſurientes*] Ita omnes editiones & ſex libri veteres, inter quos nomino Seguierianum. Recte profecto. Nam in libro tertio teſtimoniorum cap. 5. legitur: *Beati qui eſuriunt juſtitiam*; ubi editio Anglicana monet ſcriptum eſſe in octo codicibus antiquis: *Beati eſurientes & ſitientes*. Admonendum tamen exiſtimavi decem antiqua exemplaria iſtic præferre, *Beati ſitientes & eſurientes*.

28 *Hic eſt enim*] Hæc eſt lectio omnium fere veterum exemplarium. Tria tamen vetera & antiquæ editiones præferunt *Hoc eſt enim*. Quo etiam modo Nicolaus Faber in margine exemplaris ſui editionis Pamelianæ adnotavit ſe legiſſe in vetuſtiſſima editione quam ipſe habebat.

29 *Novi teſtamenti*] Vox *novi* deeſt in tredecim codicibus antiquis.

30 *Novum vinum*] Vox *vinum* deeſt in evangelio Matthæi, apud Hieronymum in titulo quæſtionis ſecundæ ad Hedibiam, in undecim codicibus antiquis, & in editionibus Manutii & Morellii. Deeſſe etiam conſtat in novem Anglicanis. Lectio vulgata, quæ habet *cum illud bibam vobiſcum novum in regno patris mei*, magis placuit Pamelio, qui teſtatus eſt ſe eam inveniſſe in codice Affligemenſi. Apud Varronem libro quinto de lingua Latina: *Novum vetus vinum bibo*.

31 *Offerri*] Codex Monaſterienſis addit *aut & celebrari*.

32 *Si deſit vinum*] Codex Fuxenſis, *niſi vinum calici miſceatur*.

33 *Gratias egit*] Hæc eſt lectio omnium editionum quæ Pamelianam anteceſſerunt. Pamelius autem ex unico codice Camberonenſi mutavit & edidit *gratias agens fregit*. Quo etiam modo nos ſcriptum vidimus in Eligiano & in Remenſi ſancti Dionyſii. At cum omnes fere libri noſtri veteres & etiam Anglicani præferant lectionem quam Pamelius rejecit, exiſtimavimus illam eſſe revocandam. Sed ſive hoc ſive alio modo legas, ſenſus eſt idem; adeoque retinenda erat vetus lectio.

34 *Aliter annuntiet*] In codice Seguieriano ſcriptum eſt *evangelizaveris*.

35 *Perquam*] Ita iſtic & paulo poſt ſcriptum eſt in octodecim exemplaribus noſtris & in ſex Anglicanis. Quo etiam modo legiſſe Joachimum Vadianum videre eſt in libro ſecundo aphoriſmorum ejus de euchariſtia. Ita quoque habent editiones Pameliana antiquiores. Pamelius itaque omnium primus poſuit *quam peroptimus*, ajens veriſimile eſſe hanc eſſe genuinam Cypriani lectionem. Sed ego puto illum in hoc erraſſe. *Perquam* etenim adverbium eſt quod emphaſis cauſa præponi ſolet, & quo uſus eſt Cyprianus epiſt. 3. pag. 8. *Perquam enim grave eſt*, & in epiſtola 31. pag. 43. *Perquam enim nobis & invidioſum & oneroſum videtur*, etiam in editione Pamelii. Et ut exempla ſumamus de ſæculari litteratura, Cicero in libro ſecundo de oratore dixit: *Perquam optanda nobis varietas & incredibilis illa vis dicendi Carneadis*. Valerius Maximus lib. 7. cap. 4. *perquam optimo genere conſilii*. A. Gellius lib. 1. cap. 4. *Antonius Julianus rhetor perquam fuit honeſti atque amæni ingenii*. Vide etiam Quintilianum lib. 8. in procemio & cap. 3. & lib. 9. cap. 1. Diſſimulandum interim non eſt uſum me eſſe quatuor exemplaribus antiquis in quibus ſcriptum eſt *quam peroptimus*. Porro quod ait Pamelius Remboltum fuiſſe primum qui ſcripſerit *perquam optimus*, id certe verum non eſt. Nam ea lectio habetur in editione Spirenſi & in veteri Veneta, quæ multo antiquiores ſunt ea quam Remboltus emiſit.

36 *Redigat*] Codex Fuxenſis & unus Bodlejanus, *reducat*. Unus meus & Monaſterienſis, *ad ſpiritalem amorem redigat*.

37 *Sapore*] Diverſe ſcribitur hic locus. In editionibus Pameliana antiquioribus, in novem libris noſtris veteribus, in tribus Anglicanis, in Camberonenſi quoque quem laudat Pamelius, legitur *ſopore*. At *ſapore* præferunt alia novem vetera exemplaria noſtra & duo laudata a Pamelio. Dubitatum autem fuiſſe olim quonam modo ſcribendum eſſet colligi videtur ex uno libro meo vetere, in quo ſcriptum eſt *ſopore* & ſupra lineam *vel ſapore*. Prætulit autem Pamelius *ſapore* ex conjectura olim ſua, quam gaviſus eſt inveniſſe ſe confirmatam auctoritate codicum Affligemenſis & Colonienſis.

38 *Dom. teneat veritatem*] Codex Fuxenſis, *dominica mente teneat veritatem*.

39 *Apud Judæos*] Iſta quæ ſtatim ſequuntur uſque ad *de aqua*

Digitized by Google

de aqua vinum deſunt in libro Beccenſi & in eorum loco iſta poſita ſunt. *Nam quæ apud Judæos offerebantur ſpiritualem intellectum ſignificabant. Quæ Judæi in veteri teſtamento offerebant, omnia nunc completa ſunt, quia lex vetus umbra fuit. Poſtmodum Dominus in novum teſtamentum in Chana Galilea coram Judæis de aqua &c.*

40 *Et turba*] Iſta non habentur in capite 17. apocalypſis. Porro pro *& turbæ* codex Remenſis ſancti Dionyſii habet *& tribus*.

41 *Videmus in aqua*] Hæc verba, quæ certo non ſunt Julii Papæ, ex Julio tamen refert Eugenius IV. in confeſſione miſſa ad Armenos apud Odoricum Raynaldum an. 1439. §. 15. At Regino lib. 1. cap. 66. citat ex concilio VVormacienſi cap. 29. ubi exſtat in canone quarto in editionibus conciliorum. Vide notas ad Reginonem pag. 510.

42 *Credentium plebs*] Codex Veronenſis, *credentium plebi ſanguini ejus in quem credidit copulatur & conjungitur*.

43 *Ut commixtio*] In codice Beccenſi ſcriptum eſt, *ut commixtio illa non ab invicem ſeparetur & unitas intelligatur eccleſiæ id eſt plebis in eccleſia conſtituta ſi fideliter & firmiter in eo quod credidit perſeveraverit, quam nulla res ſeparare poterit ut nec ex eo quod minus erat ſemper maneat individua dilectione*.

44 *Individua dilectio*] Hanc lectionem, quæ eſt optima, reperi in quatuordecim libris veteribus & in editione Pamelii, qui primus illam protulit. At editiones Manutii & Morellii & codex Beccenſis habent *individua dilectione*. Veteres editiones & quatuor libri veteres, *in divina dilectione*. Ea lectio melior eſt quam ego retinui. Nam & in epiſtola 57. pag. 96. *perſeveret apud Dominum noſtra dilectio*.

45 *Sanctificando*] Duo libri noſtri veteres & duo Anglicani præferunt *ſacrificando*.

46 *Nam ſi vinum*] Puto Paſchaſium Radbertum, cum eo loco uteretur, Cypriani verba mutaſſe ut illa faceret ſua. Sic enim poſuit in capite undecimo libri de corpore & ſanguine Domini: *Nam ſi vinum ſine aqua offeratur, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis. Si autem aqua ſola, jam plebs videtur eſſe ſine Chriſto. Quando autem utrumque miſcetur & conjungitur, tunc recte myſterium eccleſiæ ſpiritaliter perficitur*.

47 *Cæleſte perficitur*] Reliqua iſtius epiſtolæ deſcripta non ſunt in libro Beccenſi.

48 *Grana multa*] Infra epiſt. 76. pag. 153. *Nam quando Dominus corpus ſuum panem vocat de multorum granorum adunatione congeſtum*.

49 *Et commolita*] Hæc deſunt in excerptis Flori. Exſtant tamen in codice Seguieriano.

50 *Si ſolus Chriſtus*] Citat hunc locum Gratianus diſt. 8. cap. *Si ſolus*. cap. *Si conſuetudinem*. & cap. *Conſuetuda*. Ad locum autem iſtum Cypriani, ubi dicit ſolum Chriſtum audiendum eſſe, Joannes Cardinalis de Turre cremata ait vocem *ſolus* non excludere Papam vel Prælatos vel alios doctores aut prædicatores bonos, ſed tantum antichriſtos, id eſt contrarios Chriſto, qui contraria prædicant.

51 *Aliut ante nos*] Ita ſcriptum reperimus in ſeptem codicibus antiquis. Veteres editiones, etiam Manutiana & Morelliana, *quod aliquis ante nos*. Ita etiam codex Thuanus & Carnotenſis & duo libri veteres laudati in editione Pameliana. In Fuxenſi ſcriptum eſt *aliut aliquid ante*, in Turonenſi *aliud aliquis*, in Corbejenſi *alius aliquis*.

52 *Neque enim*] Codex Monſtetienſis, *nec alterius hominis conſuetudinem ſequi quemquam oportet*.

53 *Tradit. mutare*] Unus codex regius habet *ratione præcipitare*.

54 *Redoleat ſanguinem*] Poſtea codex Corbejenſis addit, *flagrantem ab infideli conſcientia odor umbris matutinis fuerit agnitus & cognoſcatur eſſe chriſtianus dum nos ſanguine Chriſti confundimur*. Quod ego miror animadverſum non fuiſſe a Rigaltio. Hanc additionem inveni etiam in codice Turonenſi & in Fuxenſi. Sed non habetur in Seguieriano omnium vetuſtiſſimo. Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum: *Numquam vinum redoleas, ne audias illud philoſophi: Hoc non eſt oſculum porrigere, ſed vinum propinare*. Tertullianus in apologetico: *Idcirco & oſcula propinquis offerre etiam neceſſitas erat, ut ſpiritu judicarentur. At nunc in feminis præ vino nullum liberum eſt oſculum*. Reſpicit ad mores Romanarum mulierum, quibus non licebat bibere vinum, ut docent Plinius lib. 14. cap. 13. & A. Gellius lib. 10. cap. 23. De moribus autem chriſtianorum, de quibus agitur in hoc Cypriani loco, vide Petavii animadverſiones ad Epiphanium pag. 265. & Joſephum Vicecomitem lib. 3. de miſſæ ritibus pag. 236.

55 *Qui confuſus*] Ita plerique libri veteres. At in uno Remigiano, in Divionenſi, & in Gratianopolitano legitur: *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebitur eum filius hominis*. Sic etiam in Pithœano niſi quod illic legitur *confundet* pro *confitebitur*. At in libro de lapſis pag. 190. ſcribit: *Qui me confuſus &c.* Vide Pamelii notas ad hunc locum.

56 *Poſt cœnam*] Vide Durantum lib. 2. cap. 51. de ritibus eccleſiæ catholicæ.

57 *Dominicum celebrare*] id eſt ſacrificia divina offerre, ſacrificare, ut recte explicat Pamelius. Alibi dominicum ſignificat eccleſiam in quam chriſtiani conveniebant ad celebranda myſteria. Vide Baronium ad diem 25. Decembris, Cardinalem Bonam lib. 1. cap. 3. & 19. rerum liturgicarum, & gloſſarium Latinum Cangii. Acta martyrum Donatiſtarum in libro ſecundo miſcellaneorum noſtrorum pag. 66. *An neſcis, ſatanas, in dominico chriſtianum & in chriſtiano dominicum conſtitutum?* Aliud videtur eſſe dominicum in epiſtola falſa ſynodi Nicænæ ad Sylveſtrum Papam edita in collectione Merlini.

58 *Scriptura enim*] Undecim libri veteres, & in his Seguierianus, omiſſa mentione panis, ita referunt hunc locum: *Scriptura enim dicit ut quotieſcumque calicem in commemorationem Domini & paſſionis &c.*

59 *Et viderit*] Rurſum hic locus oſtendit audaciam, negligentiam, & oſcitantiam veterum librariorum. Quidam enim libri veteres habent *& viderit*, alii *& videris*, *ſed vide*, *ſed viderit*, *ſed videamus*. Aliquas enim harum lectionum falſas eſſe neceſſe eſt.

60 *Increpantis*] Quatuor antiqui codices ita diſtinguunt, *objurgationem Domini. Increpantis vox eſt in pſalmo*.

61 *Concurrebas ei*] Sic etiam epiſt. 63. pag. 120. ubi locus iſte refertur. Tertullianus in libro de ſpectaculis & quidam libri veteres habent *concurrebas cum eo*. Quo etiam modo legitur in epiſtola Siricii Papæ ad Himerium. Quidam alii *ſimul currebas cum eo*. Quam lectionem Pamelius ait ſe inveniſſe in codice Affligemenſi & in Colonienſi.

62 *Particulam*] In quibuſdam exemplaribus antiquis legitur *portionem*. Quo etiam modo ſcriptum eſt in epiſtola 68. & in epiſtola Siricii.

63 *Ad prophetas*] In duobus libris veteribus ſcriptum eſt *pſeudoprophetas*. Quod fortaſſe eſt melius. Nam Cyprianus in libro de unitate eccleſiæ pag. 197. referens alium locum ex eodem capite Hieremiæ legitur dixiſſe: *Nolite audire ſermones pſeudoprophetarum*.

64 *Lumen ſæculi*] Retinui hanc lectionem, quia illam inveni in ſedecim codicibus antiquis. Alioqui prætuliſſem eam quæ habet *lux mundi*, quam & veteres editiones & quinque libri veteres exhibent, niſi quod in Carnotenſi ſcriptum eſt *mundi vel ſæculi*. Κόσμος enim, quod eſt in Græco, ſignificat proprie mundum. *Unde & Græci*, inquit Tertullianus in apologetico, *nomen mundo Κόσμον accommodaverunt*. Ita etiam ſanctus Hilarius in libro primo de Trinitate. Plinius lib. 2. cap. 4. *Nam quem Κόσμον Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum & nos a perfecta abſolutaque elegantia mundum*. Vide Ludovicum Cælium Rhodiginum lib. 1. cap. 5. Quamquam verum eſt ſcriptores eccleſiaſticos ſæpe uſurpare ſæculum pro mundo.

65 *Tingentes*] Quinque libri veteres & Affligemenſis a Pamelio laudatus habent *baptizantes*, eodem ſenſu. Sic placuit librariis mutare pro arbitrio ſuo dictiones ſancti Cypriani.

66 *Opto te*] Vetus Remigianus: *Semper vale in Deo Domino frater cariſſime*.

Digitized by Google

EPISTOLA LXIV.

Ad Epictetum & plebem Aſſuritanorum de Fortunatiano quondam eorum epiſcopo.

CYPRIANUS [1] Epicteto fratri & plebi A Aſſuras conſiſtenti ſalutem. Graviter & dolenter motus ſum, [2] fratres cariſſimi, quod cognoverim [3] Fortunatianum quondam apud vos epiſcopum poſt gravem lapſum ruinæ ſuæ pro integro nunc agere velle & epiſcopatum ſibi vindicare cœpiſſe. Quæ res contriſtavit me, primo propter ipſum, qui miſer, vel diaboli tenebris in totum excæcatus, vel quorumdam ſacrilega perſuaſione deceptus, cum debeat ſatisfacere & ad Dominum exorandum diebus ac noctibus lacrimis & orationibus & precibus incumbere, audet ſibi adhuc ſacerdotium [4] quod B prodidit vindicare, quaſi poſt aras diaboli accedere ad altare Dei fas ſit, aut non majorem in ſe iram & indignationem Domini in die judicii provocet, qui cum [5] fidei & virtutis dux fratribus eſſe non potuerit, perfidiæ & audaciæ & temeritatis magiſter exſiſtat, & qui non docuit fratres in prœlio fortiter ſtare, doceat eos qui victi & proſtrati ſunt nec rogare, cum
Iſa. 57. Dominus dicat, *Illis fudiſtis libamina, & illis impoſuiſtis ſacrificia, ſuper hæc omnia ergo non in-*
Exod. 22. *dignabor? dicit Dominus*, & alio loco: *Sacrificans diis eradicabitur, niſi Domino ſoli*. Item C
Iſa. 2. Dominus denuo loquitur & dicit: *Adoraverunt eos quos fecerunt digiti eorum, & curvatus eſt homo, & humiliatus eſt vir, & non laxabo illis*. In apocalypſi quoque legimus iram Domi-
Apoc. 14 ni comminantis & dicentis: *Si quis adorat beſtiam & imaginem ejus, & accipit notam in fronte ſua & in manu, bibet & ipſe de vino iræ Dei mixto in poculo iræ ejus, & punietur igne & ſulphure ſub oculis ſanctorum angelorum & ſub oculis agni, & fumus de tormentis eorum in ſæcula ſæculorum aſcendet, nec habebunt requiem die ac nocte qui adorant beſtiam & imaginem ejus*. Cum D ergo hæc tormenta, hæc ſupplicia in die judicii Dominus comminetur iis qui diabolo obtemperant & idolis ſacrificant, quomodo ſe putat poſſe agere pro Dei ſacerdote qui obtemperavit & ſervivit [6] diaboli ſacerdotibus, aut quomodo putat manum ſuam transferri poſſe ad Dei ſacrificium & precem Domini quæ captiva fuerit [7] ſacrilegio & crimini, quando in ſcripturis divinis Deus ad ſacrificium prohibeat accedere ſacerdotes etiam in leviori crimine con-
Lev. 21. ſtitutos & in Levitico dicat: *Homo in quo fuerit vitium & macula non accedet offerre dona* E
Exod. 19. *Deo*. Item in Exodo: *Et ſacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum ſanctificentur, ne forte*
Exod. 28. *derelinquat illos Dominus*. Et iterum: *Et cum accedunt miniſtrare [8] ad altare ſancti, non adducent in ſe delictum, ne moriantur*. Qui ergo gravia in ſe delicta adduxerunt, id eſt, qui idolis ſacrificando ſacrilega ſacrificia fecerunt, ſacerdotium Dei ſibi vindicare non poſſunt nec ullam in conſpectu ejus precem pro fratribus
Joan. 9. facere, quando in evangelio ſcriptum ſit: *Deus peccatorem non audit; ſed ſi quis Deum coluerit* A *& voluntatem ejus fecerit, illum audit*. Quamvis ſic [9] quorumdam pectora tenebrarum ingruentium profunda caligo cæcaverit ut de præceptis ſalubribus nihil lucis admittant, ſed ſemel a recto limite veri itineris averſi, per præceps & per abruptum criminum ſuorum nocte atque errore rapiantur. Nec mirum ſi conſilia noſtra aut Domini præcepta nunc abnuunt qui Dominum negaverunt. Sripes & oblationes & lucra deſiderant, quibus prius inſatiabiles incubabant; & cœnis atque epulis etiam nunc inhiant, quarum crapulam ſuperſtite nuper in B dies [10] cruditate ructabant, nunc maniſeſtiſſime comprobantes nec ante ſe religioni, ſed ventri potius & quæſtui prophana cupiditate ſerviſſe. Unde & ipſam veniſſe perſpicimus & credimus de Dei exploratione cenſuram, ne apud altare conſiſtere & contrectare ulterius perſeverarent pudorem inceſti, fidem perfidi, religionem prophani, divina terreni, ſancta ſacrilegi. Quod ne tales [11] ad altaris impiamenta & contagia fratrum denuo redeant omnibus viribus excubandum eſt & [12] omni vigore nitendum ut quantum poſſumus ab hac eos ſui C ſceleris audacia retundamus, ne adhuc agere pro ſacerdote conentur qui ad mortis extrema dejecti, ultra lapſos laicos ruinæ majoris pondere proruerunt. Si vero apud inſanos furor inſanabilis perſeveraverit, & recedente ſpiritu ſancto quæ cœpit cæcitas in ſua nocte permanſerit, conſilium nobis erit ſingulos fratres ab eorum fallacia ſeparare &, ne quis in laqueos erroris incurrat, ab eorum contagione ſecernere, quando nec oblatio ſanctificari illic poſſit ubi ſpiritus ſanctus non ſit, nec cuiquam Dominus per ejus orationes & preces proſit D qui Dominum ipſe violavit. Quod ſi Fortunatianus aut immemor criminis ſui per diaboli cæcitatem, aut miniſter & ſervus diaboli ſactus ad decipiendam fraternitatem, in hoc ſuo furore permanſerit, vos quantum poteſtis elaborate, & in hac caligine diaboli ſævientis fratrum mentes ab errore revocate, ne alienæ dementiæ facile conſentiant, ne ſe deſperatorum delictis participes faciant, [13] ſed teneant integri ſalutis ſuæ & integritatis conſervatæ a ſe & cuſtoditæ perpetuum tenorem. Lapſi vero magnitudinem delicti ſui cognoſcentes a deprecan- E do Domino non recedant, nec eccleſiam catholicam, quæ una & ſola eſt a Domino conſtituta, derelinquant; ſed ſatisfactionibus immorantes & Domini miſericordiam deprecantes ad eccleſiam pulſent, ut recipi illic poſſint ubi fuerunt, & ad Chriſtum redeant, a quo receſſerunt. Nec audiant eos qui ſe [14] fallaci & mortali [15] ſeductione decipiunt, cum ſcriptum ſit: *Nemo vos decipiat inanibus verbis*. Ephes. 5. *Propterea enim venit ira Dei ſuper filios contumaciæ. Nolite ergo eſſe participes eorum*. Ergo contumaces & Deum non timentes & ab eccleſia

in to-

in totum recedentes nemo comitetur. Quod ſi A quis impatiens fuerit ad deprecandum Dominum, qui offenſus eſt, & nobis obtemperare noluerit, ſed deſperatos & perditos ſecutus fuerit, ſibi imputabit cum judicii dies venerit. Quomodo enim deprecari in die illo Dominum poterit qui & ante hoc Chriſtum & nunc quoque eccleſiam Chriſti negavit, & epiſcopis ſanis & integris & viventibus non obtemperans comitem ſe & participem morientibus præbuit? Opto vos, fratres cariſſimi ac [16] deſiderantiſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXIV.

1 *Epicteto*] epiſcopo Aſſuritano in provincia proconſulari. Illi in ea cathedra ſucceſſiſſe Victorem liquet ex concilio Carthaginenſi ſancti Cypriani. Io concilio Bagajenſi damnatus eſt Prætextatus epiſcopus Aſſuritanus, in cujus loco Donatiſtæ poſuerunt Rogatum. In collatione Carthaginenſi inter catholicos & Donatiſtas adſuit Evangelus epiſcopus eccleſiæ Aſſuritanæ catholicus.

2 *Fratres cariſſimi*] Tres libri veteres præferunt *frater cariſſime*. Quæ lectio poteſt eſſe bona. Quippe epiſtola ſcripta eſt ad epiſcopum & plebem, & potuit Cyprianus eo modo ſcribere quo ſcripſiſſe reperitur epiſt. 57. ad Cornelium: quæ cum ſcripta ſit ex æquo ad Cornelium & ad omnem eccleſiam Romanam, tamen inquit *Cognovimus frater cariſſime*, & mox ſtilum convertit Cyprianus ad omnes, qui propterea fratres cariſſimi vocantur paulo poſt. Ea diſcrepantia lectionum in Cypriano videtur orta eſſe ex notia. Nam animadverti *frater cariſſime* & *fratres cariſſimi* quandoque ita ſcribi in antiquis codicibus F. K. & FF. CC. eo modo quo *dilectiſſimi* vidi ſæpe ſcriptum DD.

3 *Fortunatianum*] quem apoſtaſia dejecerat ab epiſcopatu, cum ſacrificaſſet idolis. Unde in codice ſancti Arnulphi, cum ſcriptum fuiſſet *apepiſcopum*, ſcriptum eſt ſupra lineam *apoſtatam* eadem, ut videtur, manu. Propterea ergo Cyprianus eum ait quondam epiſcopum fuiſſe, nunc non eſſe. Similem loquendi modum adnotavimos in epiſtola 59. pag. 97. de Victore quondam presbytero.

4 *Quod prodidit*] Codex ſancti Arnulphi *perdidit*.

5 *Fidei & virtutis*] Quamvis hæc lectio, quam & veterea editiones & duodecim libri veteres præferunt, ſit optima, ſilere tamen non debeo editionem Morellianam & quinque libros veteres habere *virtutis & fidei*.

6 *Diaboli ſacerd.*] Codex Foxenſis, *diabolo aut ſacerdotibus ejus*.

7 *Sacrilegio & crimini*] Codex Gratianopolitanus; *qua capta fuerat ſacrilegio & crimine*. Corbejenſis, *ſacrilegiorum & criminum*. Quæ lectio videtur eſſe melior, ſi vox *captiva* retineatur. Hieremiæ cap. 49. *captivos filiorum Ammon*. Neque enim dicitur ſervus domino, ſed ſervus domini. Hinc apud Ciceronem ſervi legum, ſeditionum, cupiditatum. Idem dicendum de captivis, qui ſui juris non ſunt.

8 *Ad altare ſancti*] Ita omnes fere libri veteres, etiam Anglicani, & editiones omnes ante Eraſmicam, in qua legitur *ad altare ſanctum*. Quamquam hanc quoque lectionem præferunt duo libri veteres. Rigaltius, omiſſa voce *altare*, poſuit *ad ſanctum*, auctoritate, ut ipſe ait, codicis Veronenſis, quod ego tamen non inveni in margine exemplaris mei editionis Manutianæ, & lectionem illam ait eſſe rectiſſimam, non animadvertem hunc eumdem locum infra epiſt. 68. pag. 117. & epiſt. 72. pag. 129. editum a ſemetipſo fuiſſe eodem omnino modo quo ego iſtic reſtitui. Is qui ſcripſit codicem Fuxenſem poſuit *ad altare Domini*. Quod confirmat emendationem noſtram. Ait autem Pamelius reperire ſe non potuiſſe quem ſcripturæ locum citet Cyprianus. Goulartius vero ait alludere eum ad varia Moſis dicta in Exodo, præſertim de ſacerdotum altari Jehovæ inſervientium officio. Recte profecto. Nam locus iſte ſumptus eſt ex capite 28. Exodi ſecundum verſionem ſeptuaginta interpretum. In editione noſtra vulgata ſacræ ſcripturæ legitur, *vel quando appropinquant ad altare ut miniſtrent in ſanctuario, ne iniquitatis rei moriantur*. Verſio qua ſanctus martyr uſus eſt dilucidior eſt & facilior ad intelligendum ſenſum hujus loci. Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos legebat, *cum accedunt miniſtrare ſancta*. Quæ lectio multum accedit ad eam quæ citatur ex codice Veronenſi.

9 *Quorum. pectora*] Codex Gratianopolitanus, *quoſdam peccatores*.

10 *Cruditate*] Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum monachum, *erumpentem cruditatem, quæ parens libidinum eſt*. Salvianus lib. 4. cap. 3. *cruditate diſtenderis*, ubi codex Corbejenſis habet *crudelitate*. lib. 7. cap. 16. *alios cruditate diſtentos*, ubi Codex Colbertinus habet *crudelitate*. Et apud Avitum Viennenſem epiſt. 85. *gentium diſtantia cruditatem*. Pro quo in codice Vienuenſi Marnæſii ſcriptum eſt *crudelitate*. Crudelitatem itaque & cruditatem antiqui librarii quandoque commotabant.

11 *Ad altaris impiamenta*] Hic in primis locus oſtendit audaciam & inſcitiam veterum librariorum. Codicea enim Fuxenſis, Metenſis ſancti Arnulphi, & Gratianopolitanus habent *impia mente*, Monaſterienſia *amplas mentes*, Divionenſis & unus Remigianus *per ſimplas mentes*, unus meus vetus *per ſimplicia merita*. Quarum lectionum nulla bona eſt. Sex Anglicani habent *ad altaris ſanctificationem impia mente accedunt*. ubi vox *ſanctificationem* addita videtur a librario non intelligente quod ſcribebat.

Impiamenta] Feſtus Pompejus: *Impiatus, ſceleratus*. Vocabulum deductum a verbo *impio*, quod ſignificat committere crimen adverſus pietatem. Unde apud Plautum Rudente legitur: *Si erga parentem aut deos me impiavi*. Quod interpretes exponunt ac ſi Plautus dixiſset, ſi impius fui erga parentes. Apulejus lib. 5. metamorphoſeon, *ut adhuc me credam cruore me eſſe humano aſperſum atque impiatum*. & lib. 2. *Habetis itaque reum tot cadibus impiatum*. Contra dicebant etiam piamentum. Plinius lib. 25. cap. 4. *Hac evulſa ſcrobem repleri vario genere frugum religio eſt ad terræ piamentum*. & cap. 9. *favis ante & melle terra ad piamentum datis*. lib. 37. cap. 1 *ſatis piamenti in unius gemmæ voluntario damno videretur*. Piare vetus verbum eſt quod invenitur apud Plautum, Horatium, Senecam, alios. Significat autem purgare vel expiare.

12 *Et om. vigore nitendum*] Cum iſta exſtent in omnibus antiqois editionibus, in omnibus codicibus noſtris & in Anglicanis, mirum eſt excidiſse in Rigaltiana. Reinhartus & Angli repoſuerunt.

13 *Sed teneant*] In uno codice regio legitur, *ſed teneant integri ſalutis ſuæ tenorem & integritatis conſervent & cuſtodiant perpetuum vigorem*. Melius in codice ſancti Arnulphi, *ſalutis ſuæ tenorem & integritatis conſervata a ſe & cuſtodita perpetuum vigorem*. Atque ita reponendum eſse puto. In Gratianopolitano deſunt hæc, *integri ſalutis ſuæ tenorem*.

14 *Fallaci & mortali*] Ita Eraſmus & quatuor libri veteres. At vetuſtiores editiones & quatuor item libri veteres habent *falſa & mortali ſeductione*.

15 *Seductione*] Ita reponendum eſſe permotus ſum auctoritate veterum editionum & omnium fere veterum librorum. Nam vocem *circumventione*, quam Eraſmus invexit, non reperi niſi in tribus antiquis codicibus. Angli teſtantur illam non fuiſse in ſuis.

16 *Deſiderantiſſimi*] Iſta, quæ exſtant in undecim codicibus antiquis & in antiquis editionibus, quæ vero Eraſmus expunxit, ac poſtea alii omiſerunt, ego reſtitui, eam etiam ob cauſam quod ſcio Cyprianum frequenter ea formula uſum eſse in ſcribendo. Præter auctoritatem veterum exemplarium ſancti Cypriani, in quibus ſemper vidi ſcriptum *deſiderantiſſimi*, extat apud Sponium pag. 208. inſcriptio vetus quæ ſic etiam habet. Item apud Julium Capitolinum in Albino, *fratri amantiſſimo & deſiderantiſſimo*. In editionibus epiſtolarum ſancti Leonis Papæ ad Eutychem legitur *Dilectiſſimo filio Eutycheti*. At in codicibus Ruſtici diaconi legitur *Deſiderantiſſimo filio Eutychi*; & in calce pro *dilectiſſime fili* legitur *fili deſiderantiſſime*, ut monui in mea conciliorum editione pag. 1011. Ibidem pag. 1514. legi *deſiderantiſſimis* in epiſtola Cyrilli ad monachos edita in actis concilii quinti, obi vulgo ſcriptum eſt *deſideratiſſimis*. Et ſane cum iſta vox deſcendat a participio *deſiderans*, neceſse eſt ut ſcribamus *deſiderantiſſimus*. Benedictini noſtri ita interdum ſcripſerunt in ſua editione operum ſancti Auguſtini.

[1]E P I S T O L A LXV.

Ad Rogatianum [2] de diacono qui contra epiſcopum contendit.

CYPRIANUS [3] Rogatiano fratri ſalutem. A Graviter & dolenter commoti ſumus ego & [4] collegæ mei qui præſentes aderant, frater cariſſime, lectis litteris tuis, quibus [5] de diacono tuo conqueſtus es quod immemor ſacerdotalis loci tui & officii ac miniſterii ſui oblitus contumeliis & injuriis ſuis te exacerbaverit. Et tu quidem honorifice circa nos & pro ſolita tua humilitate feciſti, ut malles de eo nobis conqueri, cum pro epiſcopatus vigore & cathedræ auctoritate haberes poteſtatem qua poſſes de illo ſtatim vindicari, certus quod col- B legæ tui omnes gratum haberemus quodcumque circa diaconum tuum contumelioſum ſacerdotali poteſtate feciſſes, habens circa hujuſmodi homines præcepta divina, cum Dominus Deut. 17. Deus in Deuteronomio dicat: *Et homo quicumque fecerit in ſuperbia ut non exaudiat ſacerdotem aut judicem quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus cum audierit timebit, & non agent impie etiam nunc.* Et ut ſciamus hanc Dei vocem cum vera & ſumma majeſtate ejus proceſſiſſe ad honorandos ac vindi- C Num. 16. candos ſacerdotes ſuos, cum adverſus Aaron ſacerdotem tres de miniſtris, Chore, & Dathan, & Abiron, auſi ſunt [6] ſuperbiſſe & cervicem ſuam extollere & ſacerdoti præpoſito ſe adæquare, hiatu terræ abſorpti ac devorati pœnas ſtatim ſacrilegæ audaciæ perſolverunt. Nec ſoli illi, ſed & ceteri ducenti quinquaginta qui eis comites ad audaciam fuerunt, prorumpente a Domino igne conſumpti ſunt, ut [7] probaretur ſacerdotes Dei ab eo qui ſacerdotes facit vindicari. In libro quoque regnorum, cum D Samuel ſacerdos a Judæorum populo ob ſenectutem, ſicut tu modo, contemneretur, excla- 1. Reg. 8 mavit iratus Dominus & dixit: *Non te ſpreverunt, ſed me ſpreverunt.* Et ut hoc ulciſceretur excitavit eis Saul regem, qui eos injuriis gravibus affligeret, & per omnes contumelias & pœnas ſuperbum populum calcaret & premeret, ut contemptus ſacerdos de ſuperbo populo ultione divina vindicaretur. Sed & Salomon in ſpiritu ſancto conſtitutus teſtatur & docet quæ ſit ſacerdotalis auctoritas & poteſtas di- E Eccleſ. 7. cens: *Ex tota anima tua time Deum, & ſacerdotes ejus ſanctifica.* Et iterum: *Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes ejus.* Quorum præceptorum memor beatus apoſtolus Paulus, ſecundum quod in actibus apoſtolorum Act. 23. legimus, cum ei diceretur, *Sic inſilis in ſacerdotem Dei maledicendo, reſpondit & dixit: Ne-* Exod. 26 *ſciebam, fratres, quia pontifex eſt. Scriptum eſt enim: Principem* [8] *populi tui non maledices.* [9] Dominus etiam noſter ipſe Jeſus Chriſtus rex & A judex & Deus noſter uſque ad paſſionis diem ſervavit honorem pontificibus & ſacerdotibus, quamvis illi nec timorem Dei nec agnitionem Chriſti ſervaſſent. Nam cum leproſum emundaſſet, dixit illi: *Vade, & monſtra te ſacerdoti, & offer donum.* Matt. 8. Humilitate ea qua nos quoque eſſe humiles docuit ſacerdotem adhuc appellabat quem ſciebat eſſe ſacrilegum. Item [10] ſub ictu paſſionis cum alapam accepiſſet, & ei diceretur, *Sic reſpondes pontifici?* nihil ille contumelioſe locutus eſt in perſonam pontificis, B ſed magis innocentiam ſuam tuitus eſt dicens: *Si male locutus ſum,* [11] *exprobra de malo. Si autem bene, quid me cædis?* Joan. 18. [12] Quæ omnia ab eo ideo facta ſunt humiliter atque patienter ut nos humilitatis ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim ſacerdotes veros legitime & plene honorari, dum circa falſos ſacerdotes ipſe talis exſtitit. Meminiſſe autem [13] diaconi debent quoniam apoſtolos, id eſt epiſcopos & præpoſitos, Dominus elegit, diaconos autem poſt [14] Act. 6. aſcenſum Domini in cælos apoſtoli ſibi conſti- C tuerunt epiſcopatus ſui & eccleſiæ miniſtros. Quod ſi nos aliquid audere contra Deum poſſumus, qui epiſcopos facit, poſſunt & contra nos audere diaconi, a quibus fiunt. Et ideo oportet diaconum de quo ſcribis agere audaciæ ſuæ pœnitentiam [15] & honorem ſacerdotis agnoſcere & epiſcopo præpoſito ſuo plena humilitate ſatisfacere. Hæc ſunt enim initia hæreticorum & ortus atque conatus ſchiſmaticorum male cogitantium, ut ſibi placeant, ut præpoſitum ſuperbo tumore contemnant. Sic de ec- D cleſia receditur, ſic altare prophanum foris collocatur, ſic contra pacem Chriſti & ordinationem atque unitatem Dei rebellatur. Quod ſi ultra te contumeliis ſuis exacerbaverit & provocaverit, fungeris [16] circa eum poteſtate honoris tui, ut eum vel deponas vel abſtineas. Nam 1. Tim. 4. ſi apoſtolus Paulus ad Timotheum ſcribens dixit, *Juventutem tuam nemo deſpiciat*, quanto magis tibi a collegis tuis dicendum eſt: *Senectutem tuam nemo deſpiciat.* Et quoniam ſcripſiſti quemdam cum eodem diacono tuo ſe miſcu- E iſſe & ſuperbiæ ejus atque audaciæ participem eſſe, hunc quoque & ſi qui alii tales exſtiterint & contra ſacerdotem Dei fecerint vel coercere poteris vel abſtinere. Niſi quod hortamur & monemus ut peccaſſe ſe potius intelligant & ſatisfaciant & nos propoſitum noſtrum tenere patiantur. Magis enim optamus & cupimus contumelias & injurias ſingulorum clementi patientia vincere quam ſacerdotali licentia vindicare. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXV.

1 HAnc epiſtolam fere totam integram exſcripſit & ſuam fecit Goffridus abbas Vindocinenſis lib. 4. epiſt. 22. ſcribens ad Amblardum abbatem ſancti Martialis Lemovicenſis, mutatis mutandis. Nam quæ iſtic de diacono ſuperbo dicuntur, ea Goffridus tranſtulit ad monachum contumacem & contumelioſum in abbatem ſuum. Alterius diaconi ſuperbi vocati Maximiani mentio eſt apud Auguſtinum in libro de correctione Donatiſtarum cap. 4. & in epiſtola ad Bonifacium comitem.

2 *De diacono*] Retinuimus hanc inſcriptionem, quam & veteres editiones præferunt & omnes fere libri veteres. Quidam habent *de diacono* tantum, alii *de diacono ejus*, alii denique *de diacono contumaci*.

3 Roga-

3 *Rogatiano*] epiſcopo Novenſi in Mauritania. Interfuit concilio Carthaginenſi ſub Cypriano. Collationi Carthaginenſi inter catholicos & Donatiſtas adfuit Felix epiſcopus Novenſis catholicus. Alia fuit Nova in Mœſia ſecunda, cujus epiſcopus Petrus nominatur in codice encyclio cap. 19. in editione noſtra, cap. 12. in editione Hardoini, qui ſequi noluit noſtram, ſed turbavit ordinem inſtitutum ab eo qui primus collegit epiſtolas in codice encyclio contentas. Et tamen ſciebat me conqueſtum eſſe de iis qui Romanæ conciliorum editioni præfuerunt quod mutaſſent ordinem veterem contra mentem ejus qui collegit epiſtolas encyclias.

4 *Collega mei*] Angli, qui vocem *mei* legebant in ſuis codicibus manuſcriptis, illam tamen omiſerunt in ſua editione. Quod cur ita fecerint divinare non potui, niſi quod puto illos, ut ſæpe alias, voluiſſe retinere lectiones editionis Rigaltianæ. Agnoſcere tamen facile poterant erratum iſtic eſſe in editione illa, indicante etiam errorem epiſtola ſequenti, in cujus initio ſcriptum eſt: *Graviter commoti ſumus ego & collegæ mei qui præſentes aderant*. Ceterum vocem a Rigaltio & Anglis omiſſam præferunt omnes editiones antiquæ, XVIII. libri noſtri veteres, & etiam quidam Anglicani. Itaque ſi deeſt in aliquibus, qui ſane ſunt pauci, exiſtimandum eſt id eveniſſe per indiligentiam & oſcitantiam librariorum.

5 *De diacono tuo*] Si lectio libri Lamoniani & alius veteris in editione Anglicana laudati certa eſt, diaconus ille vocabatur Caſſius. Concilio Carthaginenſi ſub Cypriano interfuit Caſſius epiſcopus Macomadienſis.

6 *Superbiſſe*] Hanc lectionem inveni in tribus tantum libris veteribus. Habetur tamen in antiquis editionibus. Manutius poſuit *ſuperbi eſſe*. Sic etiam ſeptem libri noſtri veteres & ſeptem Anglicani. Morellius ſcripſit *ſuperbire*.

7 *Probaretur*] Ita duodecim libri noſtri veteres & ſeptem Anglicani. Veteres editiones ante Pamelianam habent *probarentur*. Ipſe emendavit ex quatuor codicibus manuſcriptis & veteri excuſo pro eo quod Remboltus ediderat *probarentur*. In quo falſus eſt Pamelius. Nam editio quoque Spirenſis & Veneta vetus habent eamdem lectionem; eamque nos etiam invenimus in octo exemplaribus manuſcriptis.

8 *Populi tui*] Septem libri veteres habent *plebis tuæ*. At in epiſtola 55. pag. 80. & in epiſtola 69. pag. 122. & lib. 3. teſtimoniorum cap. 12. ſcriptum eſt *populi tui*. Sic etiam legitur in editione vulgata novi teſtamenti cap. 23. actorum. Vide ſupra pag. 454.

9 *Dominus etiam*] Hunc locum valde decurtatum & mutilum refert Juo parte 5. cap. 355. & Gratianus diſt. 93. Correctores Romani ſuppleverunt ex epiſtola Cypriani.

10 *Sub ictu paſſionis*] Tertullianus in libro de oratione dixit *ſub inſtantia paſſionis*, ut recte monuit Rigaltius, qui refert locum ſimilem ex ſermone octavo ſancti Leonis de paſſione Domini. At Pamelius edidit *ſubſtantia paſſionis*. Quo etiam modo ſcriptum eſt in libro Agobardi bibliothecæ regiæ.

11 *Exprobra*] Sic etiam in epiſtola 69. ad Florentium pag. 122. Apud Hieronymum lib. 2. adverſus Pelagianos legitur *argue de zelo ſeu de peccato*.

12 *Quæ omnia*] Vide notas noſtras ad Agobardum pag. 107.

13 *Diaconi.... apoſtoli conſt.*] Vide Tertullianum in libro de exhortatione caſtitatis.

14 *Aſcenſum*] Ita ſedecim libri veteres. Editiones antiquæ & etiam Morelliana habent *aſcenſam*, eo modo quo Tertullianus & Cyprianus ſcribere ſolent defenſam pro defenſione & remiſſam pro remiſſione. Verum vocem *aſcenſam* iſtic non reperi niſi in quatuor antiquis codicibus. Unus habet *aſcenſionem*.

15 *Et honorem ſacerdotis*] Codex Beccenſis, *& ut honorem ſacerdotis agnoſcat*. Carnotenſis, *ut honorem ſacerdotis agnoſcat*. Metenſis ſancti Arnulphi, *& honorem ſacerdotis agnoſcat*.

16 *Circa eum*] Quamvis hæc lectio ferri poſſit, mallem tamen eam quam quinque exemplaria vetera præferunt, in quibus ſcriptum eſt *contra eum*. Ego enim ſæpe vidi ſcriptum in antiquis codicibus *circa* pro *contra* & e diverſo. Nihil tamen volui mutare.

EPISTOLA LXVI.

Ad clerum & plebem Furnis conſiſtentem de Victore, qui Fauſtinum presbyterum tutorem nominavit.

A CYPRIANUS presbyteris & diaconibus & plebi [1] Furnis conſiſtentibus ſalutem. Graviter commoti ſumus ego & collegæ mei qui præſentes aderant & compresbyteri noſtri qui nobis aſſidebant, fratres cariſſimi, cum cognoviſſemus quod Geminius Victor frater noſter de ſæculo excedens Geminium Fauſtinum presbyterum tutorem teſtamento ſuo nominaverit, cum jam pridem [2] in concilio epiſcoporum ſtatutum ſit ne quis de clericis & Dei miniſtris tutorem vel curatorem teſtamento ſuo B conſtituat, quando ſinguli divino ſacerdotio honorati & in [3] clerico miniſterio conſtituti non niſi altari & ſacrificiis deſervire & precibus atque orationibus vacare debeant. Scriptum

2. Tim. 2. eſt enim: *Nemo militans Deo obligat ſe moleſtiis ſæcularibus, ut poſſit placere ei cui ſe probavit*. Quod cum de omnibus dictum ſit, [4] quanto magis moleſtiis & laqueis ſæcularibus obligari non debent qui divinis rebus & ſpiritalibus occupati, ab eccleſia recedere & ad terrenos & ſæ- C culares actus vacare non poſſunt. Cujus ordinationis & religionis formam levitæ prius in

Joſue 13. lege tenuerunt, ut cum terram dividerent & poſſeſſiones partirentur undecim tribus, levitica tribus, quæ templo & altari & miniſteriis divinis vacabat, nihil de illa diviſionis portione perciperet, ſed aliis terram colentibus, illa tantum Deum coleret, & ad victum atque alimentum ſuum ab undecim tribubus de fructibus qui naſcebantur decimas perciperet. Quod totum fiebat de auctoritate & diſpoſitione divina, ut qui operationibus divinis inſiſtebant, in nulla re avocarentur, nec cogitare aut agere ſæcularia cogerentur. Quæ nunc ratio & forma in clero tenetur, ut qui in eccleſia Domini [5] ordinatione clerica promoventur, in B nullo ab adminiſtratione divina avocentur, nec moleſtiis & negotiis ſæcularibus alligentur, ſed in honore ſportulantium fratrum, tamquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & ſacrificiis non recedant, ſed die ac nocte cæleſtibus rebus & ſpiritalibus ſerviant. Quod epiſcopi anteceſſores noſtri religioſe conſiderantes & ſalubriter providentes cenſuerunt ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret, ac ſi quis hoc feciſſet, non C offerretur pro eo, nec ſacrificium [6] pro dormitione ejus celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece qui ab altari [7] ſacerdotes & miniſtros voluit avocare. Et ideo Victor, cum contra formam nuper in concilio a ſacerdotibus datam Geminium Fauſtinum presbyterum auſus ſit tu-

torem conſtituere, non eſt quod pro dormitione ejus apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in eccleſia frequentetur, ut ſacerdotum decretum religioſe & neceſſarie factum ſervetur a nobis, ſimul & ceteris fratribus detur exemplum ne quis ſacer- A dotes & miniſtros Dei altari ejus & eccleſiæ vacantes ad ſæculares moleſtias devocet. Obſervari enim de cetero poterit ne ultra hoc fiat circa perſonam clericorum, ſi quod nunc factum eſt fuerit vindicatum. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXVI.

1 *Furnis*] Collationi Carthaginenſi inter catholicos & Donatiſtas adfuit Florentius epiſcopus Furnitanus Donatiſta, concilio vero Carthaginenſi ſub Bonifacio epiſcopo Simon epiſcopus plebis Furnitanæ. Eo verſo tempore quo hæc ſcribebat Cyprianus Furnitanorum epiſcopus erat Geminius, ut docent acta concilii Carthaginenſis habiti ſub Cypriano, idem fortaſſe qui Geminius Victor iſtic nominatur, ut conjecit Pamelius, quem refellit Pearſonius in annalibus Cyprianicis ad annum 249.

2 *In concilio*] Nulla, quod ſciam, iſtius concilii mentio habetur alibi quam in hac epiſtola. Rigaltius putavit hæc Cypriani verba tranſcripta ab illo eſſe ex decreto concilii. Neſcio autem an ea ſententia poſſit eſſe vera. Vide Julium Nigronium in tractatu 14. aſcetico cap. 2.

3 *Clerico miniſterio*] Hanc lectionem, quam undecim libri veteres exhibent, præfero, quia puto illam melius convenire cum ſtilo Cypriani. Et tamen difficile eſt conſtituere veram lectionem hujus loci. Veteres enim editiones & quatuor libri veteres habent *clericali miniſterio*, editio Manutiana & undecim libri veteres *clerico miniſterio*, cum quibus conſentit vetus Remigianus, quamvis illic per errorem ſcriptum ſit *cleri commiſterio*. Fuxenſis & Beccenſis habent *cleri miniſterio*, Pithœanus *clericorum miniſterio*.

4 *Quanto magis moleſtus*] Rigaltius poſuit *quanto magis clerici moleſtus*. Verum vocem *clerici* non agnoſcunt aliæ editiones, excepta Anglicana, quæ Rigaltianam imitatur, neque vetera exemplaria. Certe ſupervacanea eſt & inutilis. Itaque recte Reinhartus illam expunxit. Nos ſecuti ſumus vetera exemplaria & veteres editiones.

5 *Ordinatione clerica*] Et hanc quoque lectionem præfero ob congruentiam cum ſtilo ſancti Cypriani, quamvis eam non reppererim niſi in quinque libris veteribus & in editione Manutiana. Morelliana & unus vetus codex regius habent *ordinatione clericali*, Veronenſis & alii octo *ad ordinationem clericam*, veteres editiones & octo vetera exemplaria *ad ordinationem clericalem*. Editio mea confirmatur etiam auctoritate Cypriani, qui epiſt. 33. pag. 46. dixit: *Merebatur talis clericæ ordinationis ulteriores gradus*. Item in verſione epiſtolæ Firmiliani pag. 149. *ſibi poteſtatem clericæ ordinationis aſſumentes*.

8 *Pro dormitione*] Hoc loco rurſum obſervanda eſt inſcitia & incuria veterum librariorum. Duo libri veteres pro *dormitione* habent *ordinatione*, falſo & inepto ſenſu. Idem dicendum de voce *deprecatio*, quæ paulo poſt ſequitur, pro qua in libro Corbejenſi & in Fuxenſi legitur *delegatio*. Angli monent ita quoque ſcriptum eſſe in Thuano. Quod verum non eſt. Quippe hæ duæ voces, *aut deprecatio*, in illo deſunt, & nihil in earum loco poſitum eſt.

Dormitione] Mortis nomen, ut ad epiſtolam tertiam obſervat Rigaltius, quantum poterant evitabant chriſtiani ob ſpem reſurrectionis & vitæ ſempiternæ. Itaque pro mortuo dicebant præmiſſum, & pro morte obitum, exceſſum, dormitionem, & aſſumptionem, uti facile eſſet probare teſtimoniis Tertulliani, Cypriani, Hieronymi, & aliorum. Vide annotationes Eraſmi in caput nonum Lucæ. Aſſumptionem Petri, aſſumptionem Pauli, & ceterorum ſæpe reperi in antiquis codicibus qui continent vitas ſanctorum. Nota eſt controverſia quæ ævo noſtro emerſit in eccleſia Pariſienſi propter aſſumptionem beatiſſimæ virginis Mariæ. Non eſt hujus loci eam retractare. Illud tantum dicam, Joannem Papam XXII. putaſſe illam nondum in cælum iviſſe & illam non intraturam in gaudium Domini ſui ante diem judicii. Vide notas noſtras ad vitas Paparum Avenionenſium pag. 789.

7 *Sacerdotes & miniſtros*] Codex Fuxenſis, *ſacerdotes & Dei miniſtros ab altario ejus & eccleſia evacuant ad ſæculares moleſtias devocant*.

Miniſtros] Editiones Eraſmi & Morellii addunt *ſuos levitas*. Ego hanc epiſtolam inveni in XIX. exemplaribus antiquis, & in nullo eorum reperi hoc additamentum. Recte ergo fecerunt Manutius & alii illud abjicientes.

[1] EPISTOLA LXVII.

Ad Stephanum de Marciano Arelatenſi, qui Novatiano conſenſit.

CYPRIANUS Stephano fratri ſalutem. Fauſtinus collega noſter Lugduni conſiſtens, frater cariſſime, ſemel atque iterum mihi ſcripſit ſignificans ea [2] quæ etiam vobis ſcio utique nuntiata tam ab eo quam a ceteris coepiſcopis noſtris [3] in eadem provincia conſtitutis, quod [4] Marcianus Arelate conſiſtens Novatiano ſeſe conjunxerit & a catholicæ [5] eccleſiæ unitate atque a corporis noſtri & ſacerdotii conſenſione [6] diſceſſerit, tenens hæreticæ præſumptionis duriſſimam pravitatem, ut ſervis Dei [7] pœnitentibus & dolentibus & eccleſiam lacrimis & gemitu & dolore pulſantibus divinæ pietatis & lenitatis paternæ ſolatia & ſubſidia claudantur, nec ad fovenda vulnera admittantur vulnerati, ſed ſine ſpe pacis & communicationis relicti ad luporum rapinam & prædam diaboli projiciantur. Cui rei noſtrum eſt conſulere & ſubvenire, frater cariſſime, qui divinam clementiam cogitantes & gubernandæ eccleſiæ libram tenentes ſic cenſuram vigoris [8] B peccatoribus exhibemus ut tamen lapſis erigendis & curandis vulneratis bonitatis & miſericordiæ divinæ medicinam non denegemus. Quapropter facere te oportet pleniſſimas litteras ad coepiſcopos noſtros in Galliis conſtitutos ne ultra Marcianum pervicacem & ſuperbum & divinæ pietatis ac fraternæ ſalutis inimicum collegio noſtro inſultare patiantur, quod necdum videatur a nobis abſtentus, [9] qui jampridem jactat & prædicat quod Novatiano ſtudens & ejus pervicaciam ſequens a communicatione ſe C noſtra ſegregaverit, cum Novatianus ipſe, quem ſequitur, olim abſtentus & hoſtis eccleſiæ judicatus ſit, & cum ad nos in Africam legatos miſiſſet optans ad communicationem noſtram admitti, hinc a concilio plurimorum ſacerdotum qui præſentes eramus ſententiam retulerit [10] ſe foris eſſe cœpiſſe nec poſſe a quoquam noſtrum ſibi communicari qui, epiſcopo Cornelio in catholica eccleſia de Dei judicio & cleri ac plebis ſuffragio ordinato, pro-

phanum

phanum altare erigere & adulteram eatbedram collocare & ſacrilega contra verum ſacerdotem ſacrificia offerre tentaverit, ptoinde ſi reſipiſcere & ad ſanæ mentis conſilium redire vellet, ageret pœnitentiam & ad eccleſiam ſupplex rediret. Quam vanum eſt, frater cariſſime, ut Novatiano nuper retuſo & refutato & per totum orbem a ſacerdotibus Dei abſtento, nunc adulatores adhuc nobis patiamur illudere & de majeſtate ac dignitate ecleſiæ judicare. [11] Dirigantur in provinciam & ad plebem Arelate conſiſtentem a te litteræ quibus abſtento Marciano alius in locum ejus ſubſtituatur, & grex Chriſti, qui in hodiernum ab illo diſſipatus & vulneratus contemnitur, colligatur. Sufficiat multos illic ex fratribus noſtris annis iſtis ſuperioribus exceſſiſſe ſine pace. Vel ceteris ſubveniatur qui ſuperſunt, qui & diebus ac noctibus ingemiſcunt, & divinam ac paternam miſericordiam deprecantes ſolatium noſtræ opitulationis expoſcunt. Icciico enim, frater cariſſime, copioſum corpus eſt ſacerdotum concordiæ mutuæ [12] glutino atque unitatis vinculo copulatum ut ſi quis ex collegio noſtro hæreſim facere & gregem Chriſti lacerare & vaſtare tentaverit, ſubveniant ceteri, & quaſi paſtores utiles & miſericordes oves dominicas in gregem colligant. Quid enim ſi in mari portus aliquis munitionibus ſuis ruptis infeſtus & periculoſus eſſe navibus cœperit, nonne navigantes ad alios proximos portus naves ſuas dirigunt, ubi ſit tutus acceſſus & ſalutaris introitus & ſtatio ſecura? Aut ſi in via ſtabulum aliquod obſideri & teneri a latronibus cœperit, ut quiſquis ingreſſus fuerit, inſidiantium illic infeſtatione capiatur, nonne commeantes, hac opinione comperta, ſtabula alia in itinere appetunr tutiora, ubi ſint fida hoſpitia & receptacula commeantibus tuta? Quod nunc eſſe apud nos debet, frater cariſſime, ut fratres noſtros qui [13] jactati Marciani ſcopulis petunt eccleſiæ portus ſalutares ſuſcipiamus ad nos prompta & benigna humanitate & ſtabulum commeantibus præ-

Luc. 10. beamus tale quale eſt in evangelio, quo a latronibus ſauciati & vulnerati ſuſcipi & foveri & tutari ab ſtabulario poſſint. Quæ eſt enim major aut melior cura [14] præpoſitorum quam diligenti ſollicitudine & medela ſalubri fovendis & conſervandis ovibus providere, cum Do-

Ezec. 34. minus loquatur & dicat: *Quod infirmatum eſt non confortaſtis, & quod male habuit non corroboraſtis, & quod contribulatum eſt non conſolidaſtis, & quod erravit non revocaſtis, & quod periit non inquiſiſtis; & diſperſæ ſunt oves meæ, eo quod non ſint paſtores, & factæ ſunt in comeſturam in omnibus beſtiis agri, & non fuit qui inquireret,*

A *neque qui revocaret. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuper paſtores, & inquiram oves meas de manibus eorum, & avertam eos ut non paſcant oves meas; & jam non paſcent eas, & extraham eas de ore eorum, & paſcam eas cum judicio.* Cum ergo paſtoribus talibus per quos dominicæ oves negliguntur & pereunt ſic Dominus comminetur, quid nos aliud facere oportet, frater cariſſime, quam colligendis & [15] refovendis Chriſti ovibus exhibere diligentiam plenam, & curandis lapſorum vulneribus paternæ

B pietatis adhibere medicinam, quando & Dominus in evangelio moneat & dicat: *Non eſt* Matth. 9.
opus ſanis medicus, ſed male habentibus. Nam etſi paſtores multi ſumus, unum tamen gregem paſcimus, & oves univerſas quas Chriſtus ſanguine ſuo & paſſione quæſivit colligere & fovere debemus, nec pati ſupplices & dolentes fratres noſtros crudeliter deſpici & ſuperba quorumdam præſumptione calcari, cum ſcriptum ſit, *Ille autem* [16] *qui contumax eſt, vir* Abac. 2.
ſui jactans, nihil omnino perficiet, qui dilatavit

C *tamquam infernus animam ſuam*, & ejuſmodi homines Dominus in evangelio ſuo culpet & damnet dicens: *Vos eſtis qui juſtificatis vos in con-* Luc. 16.
ſpectu hominum. Deus autem dignoſcit corda veſtra, quoniam quod excelſum eſt in hominibus [17] *execratio eſt in conſpectu Dei.* Execrabiles & deteſtabiles dicit eſſe qui ſibi placeant, qui tumidi & inflati aliquid ſibi arroganter aſſumant. Ex quibus cum Marcianus eſſe [18] cœperit, & ſe Novatiano conjungens adverſarius miſericordiæ & pietatis exſtiterit, ſententiam non dicat, ſed

D accipiat, nec ſic agat quaſi ipſe judicaverit de collegio ſacerdotum, quando ipſe ſit ab univerſis ſacerdotibus judicatus. Servandus eſt enim anteceſſorum noſtrorum beatorum martyrum Cornelii & Lucii honor glorioſus; quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu, frater cariſſime, honorificare & ſervare gravitate & auctoritate tua debes, qui [19] vicarius & ſucceſſor eorum factus es. Illi enim pleni ſpiritu Dei & in glorioſo martyrio conſtituti dandam eſſe lapſis pacem cenſuerunt, & pœniten-

E tia acta fructum communicationis & pacis negandum non eſſe litteris ſuis ſignaverunt. Quam rem omnes omnino ubique cenſuimus. [20] Neque enim poterat eſſe apud nos ſenſus diverſus, in quibus unus eſt ſpiritus. Et ideo manifeſtum eſt eum ſpiritus ſancti veritatem cum ceteris non tenere quem videmus diverſa ſentire. Significa plane nobis quis in locum Marciani Arelate fuerit ſubſtitutus, ut ſciamus ad quem fratres noſtros dirigere & cui ſcribere debeamus. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXVII.

1 HAnc epiſtolam non exſtare in codicibus Vaticanis neque in Beneventano, exſtare tamen in Veronenſi, adnotatum reperi in margine exemplaris mei editionis Manutianæ. Quod de Vaticanis certum habeo per excerpta hinc ad me miſſa. Sed & illud etiam admonere debeo, illam antiquitus accurate emendatam reperiri in veteri libro Turonenſi.

Nihil eſt, inquit Petronius, hominum inepta perſuaſione falſius. Nulla porro res magis impedit inveſtigationem veri quam falſa opinio qua quis ſemel imbutus eſt. Natura enim, ut Tullius ait, nos noſter delectat error, &, ut ait ſanctus Cyprianus in epiſtola 72. pag. 129. ad Stephanum, ſunt quidam qui quod ſemel imbiberint nolunt deponere nec propoſitum ſuum facile mutare. Joannes Launojus cum in eorum ſententiam conceſſiſſet qui cenſebant Chriſti fidem ſerius trans alpes eſſe ſuſceptam, huic autem opinioni putaret officere epiſtolam iſtam ſancti Cypriani, pronuntiavit illam ſuppoſitam fuiſſe ſancto martyri & illius non eſſe, eo in primis argumento quod non reperiatur in multis antiquis exemplaribus epiſtolarum ſancti Cypriani, quia hiſtoriæ in ea contentæ nullam mentionem faciunt antiqui ſcriptores, & quod ſtilus non ſit Cyprianicus, quamvis ad illius formam ſit affictus ab impoſtore. Neminem tamen habuit hactenus Launojus qui ſibi ſuffragaretur. Immo adverſarios expertus eſt plurimos qui fama

ſama doctrinæ & eruditionis inclaruerunt. Et recte quidem. Nam, ut primum de ſtilo dicam, omnes cenſuerunt & ſtilum & methodum epiſtolam illam Cypriano ſatis aſſignare. Quoad vero ſilentium veterum de re tanti momenti, reſpondet Rigaltius multa eſſe in epiſtolis Cypriani quorum nulla fit ab aliis ſcriptoribus mentio, tum quia pauciſſima eorum ſcripta ad nos pervenerunt, tum etiam quia cum variis tunc eccleſia vexationibus oppreſſa eſſet, difficilis & infrequens erat provinciarum inter ſe communicatio, adeoque non ideo ſuſpectam eſſe debere hanc de Marciano epiſtolam, quando nec Baſilidis nec Martialis, de quibus eſt ſequens epiſtola, mentio quoque nulla nunc exſtet in ſcriptis veterum quæ ſuperſunt. Nam ſi ſilentium quorumdam veterum librorum demeret auctoritatem ſcriptis quæ dicuntur eſſe ſancti martyris, actum eſſet omnino de auctoritate epiſtolæ ad Fortunatum de exhortatione martyrii & illius quæ ſcripta eſt ad Pompejum adverſus Papam Stephanum, quas certo conſtat deſieri in ſeptemdecim vetuſtis exemplaribus a me viſis. Quin & celebris epiſtola ad Donatum deeſt in ſex antiquis exemplaribus, & celebris item epiſtola ad Antonianum deeſt in undecim codicibus antiquis. Et tamen epiſtolas illas nemo, ne quidem Launojus, ſi viveret, dixerit eſſe falſas. Adde epiſtolam Firmiliani ad Cyprianum, quam certo ſcio non exſtare in XXVIII. vetuſtis exemplaribus operum Cyprianicorum; & epiſtolarum Celerini & Luciani & aliarum quarumdam rariſſima ſunt vetera exemplaria. Superfluæ diligentiæ eſſet alias commemorare quæ ſimilem fortunam ſunt expertæ. Ceterum epiſtola de Marciano reperta a nobis eſt in ſex codicibus antiquis, in Corbejenſi nimirum, in Foſſatenſi, Turonenſi, Fuxenſi, Carnotenſi. & in uno Victorino. Exſtitiſſe etiam conſtat in Veronenſi omnium antiquiſſimo & in Camberonenſi, tum etiam in codice Venerici epiſcopi Vercellenſis. Exſtitiſſe quoque in eo qui ex oppido ſancti Petri Monaſterienſis Lutetiam delatus ſervatur in conventu Auguſtinenſium ſuburbii ſancti Germani hinc certo probatur quod recenſita eſt in indiculo operum Cyprianicorum poſito antiquitus in initio codicis. Deeſt autem hodie, quia quædam folia exciſa ſunt eo loco ubi deſcriptam eam fuiſſe oportuit. Porro conſtat illam in veteri codice repertam eſſe ab eo qui procuravit editionem quæ prima prodiit poſt inventam artem typographicam. Erunt fortaſſis qui me dicent erraſſe in commemoratione veterum exemplarium in quibus illam inveniſſe me dixi, cum inter ea commemorem Fuxenſe, in quo illam non haberi ait Launojus. Verum me dicere probat codex ille, qui nunc cenſetur in bibliotheca Colbertina. Quibus ego addo Vincentium Lirinenſem videri vidiſſe hanc epiſtolam, ex qua deſcripſit hæc verba, *gregem Chriſti lacerare*. Quæ verba vere eſſe ſancti Cypriani hinc etiam colligitur quod is ſupra in epiſtola 52. pag. 79. ait: *Pſeudopropheta gregem Chriſti nunc vaſtare & lacerare non deſinunt*. Hic interim adnotabo, propter ſimilitudinem argumenti quo uſus eſt Launojus adverſus hanc epiſtolam, Chriſtophorum Sandium pronuntiaſſe librum de mortalitate ſuppoſitum fuiſſe ſancto Cypriano, argumento ſumpto ex ſilentio ſancti Cypriani de Alexandria & Ægypto, tamquam ſi Cyprianus, qui iſtic hiſtoricum non agit, debuiſſet neceſſario loqui de calamitatibus quas hæc peſtis intulit in univerſum orbem.

2 *Quæ etiam*] Non admonerem me iſtic poſuiſſe *etiam* pro *jam*, quæ eſt editio Rigaltii, niſi putaſſem occurrendum eſſe criminationi quorumdam qui poſſent exiſtimare me ita ſcripſiſſe prurigine contradicendi, a qua valde alienus ſum. Feci ergo, quia mihi conſtat omnes libros veteres & omnes editiones Rigaltiana antiquiores præferre hanc lectionem. Quare aſſequi non poſſum cur Angli, quibus illa veterum editionum conſenſio nota erat, qui ſciebant præterea codicem Veronenſem eam lectionem habere, maluerint ſequi errorem Rigaltianæ editionis, qui potuit accidiſſe vitio typographi, quam bonam ſcripturam veterum editionum.

3 *In eadem provincia*] id eſt in eadem provincia in qua Fauſtinus erat epiſcopus, in Narbonenſi nimirum ſolida, quæ tum complectebatur etiam Lugdunenſem & Viennenſem. Ammianus Marcellinus lib. 15. *Regebantur autem Galliæ omnes, poteſtate in partes diviſa quatuor, quarum Narbonenſis una Viennenſem intra ſe continebat & Lugdunenſem*. Hinc quoque ſumi conjectura poteſt Lugdunum pertinuiſſe ad provinciam Narbonenſem quod cum ea civitas condita eſt, uti juſſeſat ſenatus Romanus, condita eſt pro iis qui Vienna ab Allobrogibus expulſi erant. Viennam porro Dio Caſſius lib. 46. ſcribit fuiſſe provinciæ Narbonenſis oppidum. Itaque urbs nova vicina Viennæ contributa haud dubie eſt ei provinciæ in qua ſita erat Vienna, præſertim cum ea condita ſit pro Viennenſibus expulſis qui conſederant eo loco ubi nunc Lugdunum eſt. Mirum itaque videri non debet Fauſtinum fuiſſe ſollicitum de ſtatu eccleſiæ quæ ſita erat in ea provincia in qua ipſe epiſcopus erat. Perſeveraſſe diu hunc ordinem ut Lugdunum cenſeretur eſſe in provincia Narbonenſi ſolida hinc quoque colligi poſſe videtur quod Eucherius epiſcopus Lugdunenſis interfuit concilio quod Hilarius Arelatenſis, qui tum duarum Narbonenſium metropolitanus erat, ut fidem faciunt etiam epiſtolæ Papæ Zoſimi, celebravit apud Arauſicam cum epiſcopis civitatum ſolidæ Narbonenſis, in quo concilio delegata cura eſt Hilario, utpote metropolitano eorum epiſcoporum qui ei conventui intererant, uti epiſcopos qui deſuerant commoneret ne deinceps detrectarent adeſſe in ſynodis, ut patet ex canone 29. ejuſdem concilii. Itaque male ſcripſi in notis ad Agobardum Marcianum non fuiſſe epiſcopum in eadem provincia in qua Fauſtinus erat epiſcopus.

4 *Marcianus*] Vetus auctor altercationis ſynagogæ & eccleſiæ cap. 20. Marcianum quemdam memorat inter veteres hæreticos. Sed non puto eum reſpexiſſe ad Arelatenſem. Legendum eſſe *Marcionem* probant veteres editiones epiſtolæ ad Jubajanum, in quibus ſcriptum eſt, *maxime cum in eodem animadverterim etiam Marciani fieri mentionem*. Pro quo certum eſt reponi debere *Marcionis*, ut habent poſteriores editiones. Et tamen cujuſdam Marciani veteris hæretici mentionem facit Euſebius lib. 6. cap. 12.

5 *Eccleſiæ unitate*] Hanc lectionem, quæ bona eſt, non inveni niſi in editionibus Manutii & Morellii, in codice Fuxenſi & in Carnotenſi. Reliqui libri veteres & veteres editiones habent *veritate*.

6 *Diſceſſerit*] Ita idem liber Fuxenſis & editio Manutii. Codex Corbejenſis, Remboltus, & Eraſmus præferunt *disjunxerit*. Deeſt autem utraque lectio in duobus antiquis exemplaribus & in editione Spirenſi. In codice Turonenſi legitur *ſe diviſerit*. Ut vel hinc appareat non poſſe conſtitui certam lectionem.

7 *Pænitentibus*] Hanc vocem non inveni niſi in editione Manutii & in libro Fuxenſi. Puto autem illam non pertinere ad hunc locum. Melius, ut arbitror, reliqui codices, quamvis mendoſi in hoc loco, *ſervis Dei pro eo dolentibus*. Quo etiam modo ſcriptum eſt ab Eraſmo. In codice Corbejenſi & in Turonenſi legitur *facientibus* pro *dolentibus*, manifeſto errore, niſi legatur *ſatisfacientibus*. Sane verſiculus poſitus ſub hoc vocabulo in Corbejenſi indicare videtur eſſe delendum.

8 *Peccatoribus*] Codex Fuxenſis, *peccatoribus increpandis exhibemus*. Ubi puto vocem *increpandis* eſſe ex gloſſemate.

9 *Qui jampridem*] Hæc & ſequentia uſque ad *hoſtis eccleſiæ judicatus* non exſtare in codice Corbejenſi notat Rigaltius. Ego miror ejus indiligentiam in hoc loco, cum certum ſit ea omnia exſtare in codice Corbejenſi.

10 *Se foris eſſe*] Codex Fuxenſis, *ſe foris eſſe & hæreticum eſſe cœpiſſe*.

11 *Dirigantur in provinciam*] Vere adnotatum eſt a Cicerone omnem conjecturam ingeniis hominum in contrarias partes ſæpe deduci. Liberæ enim ſunt, ut alibi ait idem Cicero, cogitationes noſtræ, & quæ volunt ſic intuemur ut ea cernimus quæ videmus. Quod iſtic evenit. Pamelius enim hinc collegit licuiſſe jam olim epiſcopis Romanis epiſcopos juſtis de cauſis excommunicare, immo deſtituere, & novos in eorum loco ſubſtituere. Quam conſequentiam ſecutus eſſe videtur Cardinalis Perronius in pagina 99. ſuæ replicæ adverſus regem magnæ Britanniæ. Baronius iſta paulo magnificentius diſſeruit, ajens ex his Cypriani verbis cerni tum ab ipſo Cypriano tum ab aliis epiſcopis cognitam fuiſſe Romani pontificis auctoritatem, dum in eo ſuam quique & in commune ceteri omnes epiſcopi ſuam ipſorum poteſtatem limitibus coartatam intellexere, quandoquidem Gallicani epiſcopi haud tantum virium aut facultatis in ſe eſſe cognoſcerent ut hominibus invîſum hæreticum hominem, quod adeo optarent, deponerent, & alium in ejus locum ſubrogarent, ſed tum illi tum Cyprianus ad id peragendum Romani epiſcopi appellarent auctoritatem, qua Marcianus epiſcopus Novatianus deponeretur a ſede & alius catholicus in ejus locum ſubrogaretur antiſtes. Contra adverſarii noſtri inveniſſe ſe putant in his Cypriani verbis quamdam æqualitatem inter epiſcopum Romanum & Carthaginenſem, quia ſicut Roma, ſic & Carthago, ſic tamen

ut Ro-

Digitized by Google

ut Roma pro ſui magnitudine præcedere debeat Carthaginem, neque agnoſcere Cyprianum in Papa Stephano jus & auctoritatem deponendi Marcianum, ſed tantum facultatem declarandi illum eſſe deponendum. Verum Marca ait hanc reſponſionem eſſe futilem, uti re vera eſt, conceptis enim verbis Cyprianum exigere a Stephano ut ſuis litteris Marcianum damnet atque adeo alium ſubſtituendum decernat. Atque ut videas, lector, quam diverſa ſint hominum judicia, quamque diverſæ ſint eorum cogitationes & opiniones, cum Marca ex his Cypriani verbis collegiſſet magnam jam tum fuiſſe Romani pontificis auctoritatem, iis contra in perniciem ſuam abuti Romanenſes eaque jugulum ipſorum petere cenſuit editionis Anglicanæ auctor illuſtriſſimus epiſcopus Oxonienſis, ſcribens ex iis contrario ſenſu elici poſſe Romanum epiſcopum fuiſſe ſubjectum Carthaginenſi, quandoquidem is Stephanum Papam jubet dirigere litteras in provinciam ut, abſtento Marciano, alius in locum ejus ſubſtituatur, adeoque nihil feciſſe cenſendus ſit Stephanus quam quod juſſus erat a Cypriano. Sic enim nos explicamus quæ hic valde obſcure & intricate ſcripta ſunt nec vere ab epiſcopo proteſtante. Quamvis enim unus ſit epiſcopatus, cujus pars a ſingulis in ſolidum tenetur, quamvis ceteri epiſcopi ſubvenire debeant, *ſi quis ex* eorum *collegio hæreſim facere & gregem Chriſti lacerare & vaſtare tentaverit*, ut ait in hac epiſtola Cyprianus; inde tamen non ſequitur Romanum epiſcopum præcipuas partes ejuſmodi rerum pro ſuo primatu non ſuſtinuiſſe. Cur enim Stephanum rogat Cyprianus, ut Gallos epiſcopos pleniſſimis litteris ad deponendum Marcianum & alium ei ſubſtituendum excitet, niſi quia ſciebat defenſionem canonum Romano epiſcopo præcipue commiſſam eſſe?

12 *Glutino*] Quidam libri veteres & antiquæ editiones habent *glutine*. Sic etiam legebat Venericus epiſcopus Vercellenſis in libro de unitate eccleſiæ. Utraque lectio bona eſt. Atque ob eam cauſam mutare noluimus.

13 *Jactati*] Ita nos repoſuimus pro eo quod Manutius & alii poſt eum ediderunt *vitatis*. Emendationem noſtram confirmant veteres editiones & quatuor libri veteres.

14 *Præpoſitorum*] Codex Veronenſis & Fuxenſis habent *paſtorum*.

15 *Refovendis*] Ita habent omnes editiones Pamelianа antiquiores. Pamelius igitur mutavit & auctoritatem libri Cameronenſis ſecutus ſcripſit *revocandis*, ajens ſe hanc lectionem præferre excuſis omnibus, in quibus ait legi *reponendis*. In quo lapſus haud dubie memoriæ fuit in Pamelio. Nam omnes excuſi veteres habent *refovendis*, eamque etiam lectionem exhibent ſex exemplaria vetera. Ut minime dubitari poſſit quin hæc ſit vera lectio. Codex Fuxenſis habet *reformandis*. Lectionem porro quam nos revocavimus confirmant ea quæ mox ſequuntur, *oves univerſas quas Chriſtus ſanguine ſuo & paſſione quæſivit colligere & fovere*.

16 *Qui contumax*] Codex Fuxenſis, *qui præſumit contumax eſt*.

17 *Execratio*] Idem codex Fuxenſis, *execrabile*. Quam lectionem confirmare videntur ſequentia, *execrabiles & deteſtabiles dicit eſſe*.

18 *Cœperit*] Idem codex, *cœperit eſſe Novatiano conjunctus & adverſarius &c.*

19 *Vicarius*] Ita paſſim vocatur Romanus pontifex ab antiquis ſcriptoribus eccleſiaſticis, & ipſi quoque Romani pontifices ſe vocarunt vicarios apoſtolorum Petri & Pauli & vicarios apoſtolicæ ſedis. Vide notas noſtras ad Agobardum pag. 115. & ad Lupum Ferrarienſem pag. 425. & to. 2. Capitularium pag. 1283.

Vicarius & ſucceſſor] Neſcio quo ſpiritu inſtinctus Salmaſius pronuntiavit in capite 19. de primatu Papæ pag. 328. tollendam eſſe conjunctionem ab hoc loco & legendum eſſe ex veteribus libris *vicarius ſucceſſor*. Ego enim hanc lectionem nuſpiam inveni. Angli etiam nullum veterem librum laudant in quo conjunctio non extet. Tantum admonent in Veronenſi ſcriptum eſſe *ſucceſſor eis pro eorum*. Pro quo Fuxenſis habet *ejus*. Ceteri & editiones habent *vicarius & ſucceſſor*. Itaque puto Salmaſium falſo iſtic laudaſſe veteres libros. Sane erat ille doctiſſimus, ſed interdum paulo audacior. Quid autem commodi pro ſuo conſilio colligere potuerit ex illa ſublatione non ſatis aſſequor.

20 *Neq. po. ſenſus diverſus*] Et tamen poſtea diverſus inter Cyprianum & Stephanum ſenſus fuit in cauſa baptiſmi hæreticorum. Hieronymus in epiſtola ad Cteſiphontem adverſus Pelagianos: *Nec fieri poteſt ut diverſus ſit eorum exitus quorum eſt una ſententia*. Cicero in ſecunda Philippica: *Te miror Antoni eorum exitum non pertimeſcere quorum facta imitere*.

21 *Semper bene valere*] Codex Fuxenſis, *ſemper habere te bene & ſemper in Domino bene valere*.

[1]EPISTOLA LXVIII.

Ad clerum & plebes in Hiſpania conſiſtentes, de Baſilide & Martiale.

CYPRIANUS, Cæcilius, Primus, Poly- A
carpus, Nicomedes, [2] Lucilianus, Succeſſus, Sedatus, Fortunatus, Januarius, Secundinus, Pomponius, Honoratus, Victor, Aurelius, Sattius, Petrus, alius Januarius, Saturninus, alius Aurelius, Venantius, Quietus, Rogatianus, Tenax, Felix, Fauſtus, Quintus, alius Saturninus, Lucius, Vincentius, Libοſus, Geminius, Marcellus, Jambus, Adelphius, Victoricus, & Paulus Felici presbytero & plebibus conſiſtentibus ad Legionem & Aſturicæ, item Lælio diacono & plebi Emeritæ B
conſiſtentibus fratribus in Domino ſalutem. Cum in unum conveniſſemus, legimus litteras veſtras, fratres dilectiſſimi, quas ad nos per Felicem & Sabinum [3] coepiſcopos noſtros pro fidei veſtræ integritate & pro Dei timore feciſtis, ſignificantes Baſilidem & Martialem libellis idololatriæ commaculatos & [4] nefandorum facinorum conſcientiæ vinctos epiſcopatum gerere & ſacerdotium Dei adminiſtrare non oportere; & deſideraſtis reſcribi ad hæc vobis & juſtam pariter ac neceſſariam ſollicitudinem veſtram vel ſolatio vel auxilio noſtræ ſententiæ

A ſublevari. Sed enim deſiderio huic veſtro non tam noſtra conſilia quam divina præcepta reſpondent, quibus jampridem mandatur voce cæleſti & Dei lege præſcribitur quos & quales oporteat deſervire altari & ſacrificia divina celebrare. In Exodo namque ad Moyſem Deus
loquitur & monet dicens: *Sacerdotes qui acce-* Exo 19.
dunt ad Dominum Deum ſanctificentur, ne forte
derelinquat illos Dominus. Et iterum: *Et cum* Exo. 28.
accedunt miniſtrare ad altare ſancti, non adducent
in ſe delictum, ne moriantur. Item in Levitico
B præcipit Dominus & dicit: *Homo in quo fuerit* Levit. 21.
macula & vitium non accedet offerre dona Deo.
Quæ cum [5] prædicta & manifeſtata ſint nobis, præceptis divinis neceſſe eſt obſequia noſtra deſerviant; nec perſonam in ejuſmodi rebus accipere aut aliquid cuiquam largiri poteſt humana indulgentia ubi intercedit & legem tribuit divina præſcriptio. Neque enim immemores eſſe debemus quid ad Judæos per Eſaiam prophetam locutus ſit Dominus increpans & indignans quod, contemptis divinis præceptis,
humanas doctrinas ſequerentur. *Populus iſte*, in- Iſa. 29.
quit, *labiis ſuis honorificat me, cor vero eorum*
longe

Digitized by Google

A *longe ſeparatum eſt a me. Sine cauſa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes.* Quod item Dominus in evangelio repetit & di-
Marc. 7. cit: *Rejicitis mandatum Dei ut traditionem veſtram ſtatuatis.* Quæ ante oculos habentes & ſollicite ac religioſe conſiderantes, in ordinationibus ſacerdotum non niſi immaculatos & integros antiſtites eligere debemus, qui [6] ſancte & digne ſacrificia Deo offerentes [7] audiri in precibus poſſint quas faciunt pro plebis do-
Joan. 9. minicæ incolumitate, cum ſcriptum ſit: *Deus peccatorem non audit; ſed ſi quis Deum colueris & voluntatem ejus fecerit, illum audit.*
B Propter quod plena [8] diligentia & exploratione ſincera oportet eos ad ſacerdotium Dei deligi quos a Deo conſtet audiri. [9] Nec ſibi plebs blandiatur quaſi immunis eſſe a [10] contagio delicti poſſit cum ſacerdote peccatore communicaos & ad injuſtum atque illicitum præpoſiti ſui epiſcopatum conſenſum ſuum commodans, quando per Oſee prophetam comminetur & dicat cenſura
Oſee 9. divina, *Sacrificia eorum tamquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur,* docens
C ſcilicet & oſtendens omnes omnino ad peccatum conſtringi qui fuerint prophani & injuſti
Num. 16. ſacerdotis ſacrificio contaminati. Quod item in Numeris manifeſtari invenimus, quando Chore & Dathan & Abiron contra Aaron ſacerdotem ſacrificandi ſibi [11] licentiam [12] vindicaverunt. Illic quoque per Moyſem præcepit Dominus ut ab eis populus ſeparetur, ne facinoroſis conjunctus eodem facinore & ipſe [13] perſtringatur. *Separamini*, inquit, *a tabernaculis* [14] *horum hominum injuſtorum duriſſimorum, & nolite* [15] *tangere ea quæ ad eos pertinent, ne ſimul*
D *pereatis in peccato eorum.* Propter quod [16] plebs obſequens præceptis dominicis & Deum metuens [17] a peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ſe ad ſacrilegi ſacerdotis ſacrificia miſcere, quando ipſa maxime habeat poteſtatem vel eligendi dignos ſacerdotes vel indignos recuſandi. Quod & ipſum videmus de divina auctoritate deſcendere, ut ſacerdos plebe præſente ſub omnium oculis deligatur & dignus atque idoneus publico judicio ac teſtimonio comprobetur, ſicut in Numeris Dominus Moyſi
Num. 20. præcepit dicens: [18] *Apprehende Aaron fratrem*
E *tuum & Eleazarum filium ejus, & impones eos in montem coram omni ſynagoga, & exue Aaron ſtolam ejus, &* [19] *indue Eleazarum filium ejus, & Aaron appoſitus moriatur illic.* Coram omni ſynagoga jubet Deus conſtitui ſacerdotem, id eſt, inſtruit & oſtendit ordinationes ſacerdotales non niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere, ut plebe præſente vel detegantur malorum crimina vel bonorum merita prædicentur, & ſit ordinatio juſta & legitima quæ omnium ſuffragio & judicio fuerit examinata.
F Quod poſtea ſecundum divina magiſteria obſervatur in actis apoſtolorum, quando de ordinando in locum Judæ [20] apoſtolo Petrus ad
Act. 1. plebem loquitur. *Surrexit*, inquit, *Petrus in medio* [21] *diſcentium, fuit autem turba* [22] *hominum fere centum viginti.* Nec hoc in epiſcoporum tantum & ſacerdotum, ſed & in diaconorum ordinationibus obſervaſſe apoſtolos animadvertimus, de quo & ipſo in actis eorum ſcriptum
Act. 6. eſt: *Et convocaverunt*, inquit, *illi duodecim* [23] *totam plebem diſcipulorum, & dixerunt eis.* Quod

A utique iccirco tam diligenter & caute convocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris miniſterium vel ad ſacerdotalem locum indignus obreperet. Ordinari enim nonnumquam indignos non ſecundum Dei voluntatem, ſed ſecundum humanam præſumptionem, & hæc Deo diſplicere quæ non veniant ex legitima & juſta ordinatione, Deus ipſe manifeſtat per Oſee prophetam dicens: *Sibimetipſis conſtituerunt regem, & non per me.* *Oſee* 8.
Propter quod diligenter de traditione divina & apoſtolica obſervatione ſervandum eſt & tenendum quod apud nos quoque & fere per
B provincias univerſas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem cui [24] præpoſitus ordinatur epiſcopi ejuſdem provinciæ proximi quique conveniant, & epiſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſime novit & uniuſcujuſque actum de ejus converſatione perſpexit. Quod & apud vos factum videmus in Sabini collegæ noſtri ordinatione, ut de univerſæ fraternitatis ſuffragio & de epiſcoporum qui in præſentia convenerant, quique de eo ad vos litteras fecerant, judicio epi-
C ſcopatus ei deferretur & manus ei in locum Baſilidis imponeretur. Nec reſcindere ordinationem jure perfectam poteſt quod Baſilides poſt crimina ſua detecta [25] & conſcientiam etiam propria confeſſione nudatam Romam pergens Stephanum collegam noſtrum longe poſitum & geſtæ rei [26] ac veritatis ignarum fefellit, ut exambiret [27] reponi ſe injuſte in epiſcopatum de quo fuerat [28] jure depoſitus. Hoc eo pertinet ut Baſilidis non tam abolita ſint quam cumulata delicta, ut ad ſuperiora peccata ejus e-
D tiam fallaciæ & circumventionis crimen acceſſerit. Neque enim tam culpandus eſt ille cui negligenter obreptum eſt quam hic execrandus qui fraudulenter obrepſit. Obrepere autem ſi hominibus Baſilides potuit, Deo non poteſt, cum ſcriptum ſit: *Deus non deridetur.* Sed nec *Gal.* 6.
Martiali poteſt profuiſſe fallacia quo minus ipſe quoque [29] delictis gravibus involutus epiſcopatum tenere non debeat, quando & apoſtolus moneat & dicat: *Epiſcopum oportet eſſe ſine* *Tit.* 1.
crimine, quaſi Dei diſpenſatorem. Quapropter cum, ſicut ſcripſiſtis, fratres dilectiſſimi, & ut
E Felix & Sabinus collegæ noſtri aſſeverant, utque alius [30] Felix de Cæſaraugusta fidei cultor ac defenſor veritatis litteris ſuis ſignificat, Baſilides & Martialis nefando idololatriæ libello contaminati ſint, Baſilides adhuc inſuper, præter libelli maculam, cum in infirmitate decumberet, in Deum blaſphemaverit & ſe blaſphemaſſe confeſſus ſit, & epiſcopatum pro conſcientiæ ſuæ vulnere ſponte deponens ad agendam pœnitentiam converſus ſit, Deum deprecans, & ſatis gratulans ſi ſibi vel laico communicare contingeret, Martialis quoque præter gentilium
F turpia & lutulenta convivia [31] in collegio diu frequentata & filios in eodem collegio exterarum gentium more apud prophana ſepulcra depoſitos & alienigenis conſepultos, actis etiam publice habitis apud procuratorem [32] ducenarium obtemperaſſe ſe idololatriæ & Chriſtum negaſſe conteſtatus ſit, cumque alia multa ſint & gravia delicta quibus Baſilides & Martialis implicati tenentur, fruſtra tales epiſcopatum ſibi uſurpare conantur, cum manifeſtum ſit ejuſmodi homines nec eccleſiæ Chriſti poſſe præeſſe
nec

nec Deo ſacrificia offerre debere ; maxime cum A jampridem nobiſcum & cum omnibus omnino epiſcopis in toto mundo conſtitutis etiam Cornelius collega noſter, ſacerdos pacificus ac juſtus, & martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreverit ejuſmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam poſſe admitti, ab ordinatione antem cleri atque ſacerdotali honore prohiberi. Nec vos moveat, fratres dilectiſſimi, ſi apud quoſdam in noviſſimis temporibus aut lubrica fides nutat, aut Dei timor irreligioſus vacillat, aut pacifica concordia non B perſeverat. Prænuntiata ſunt hæc futura in ſæculi fine, & Domini voce atque apoſtolorum conteſtatione prædictum eſt deficiente jam mundo, atque appropinquante antichriſto, bona quæque deficere, mala vero & adverſa proficere. Non ſic tamen, quamvis noviſſimis temporibus, in eccleſia Dei aut evangelicus vigor cecidit, aut Chriſtianæ virtutis aut fidei robur elanguit, ut non ſuperſit portio ſacerdotum quæ minime ad has rerum ruinas & fidei naufragia ſuccumbat, ſed fortis & ſtabilis honorem C divinæ majeſtatis & ſacerdotalem dignitatem plena timoris obſervatione tueatur. Meminimus & tenemus, ſuccumbentibus licet & cedentibus

2. *Mach.* 2. ceteris, Mathatiam legem Dei vindicaſſe fortiter, Heliam, Judæis deficientibus atque a re-

3. *Reg.* 19 ligione divina recedentibus, ſtetiſſe & certaſſe

Dan. 6. & 14. ſublimiter, Danielem nec ſolitudine regionis alienæ nec perſecutionis aſſiduæ infeſtatione deterritum frequenter ac fortiter glorioſa dediſſe martyria, tres item pueros nec [13] caminis nec

Dan. 3. minis fractos contta ignes Babylonios fideliter D obſtitiſſe & victorem regem in ipſa ſua captivitate viciſſe. Viderit vel prævaricatorum numerus vel proditorum qui nunc in eccleſia contra eccleſiam ſurgere & fidem pariter ac veritatem labefactare cœperunt. Permanet apud plurimos ſincera mens & religio integra, & non niſi Domino & Deo ſuo anima devota, nec chriſtianam fidem aliena perfidia deprimit ad ruinam, ſed magis excitat & exaltat ad glotiam, ſecundum quod beatus apoſtolus Paulus hortatur & dicit : *Quid enim ſi exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei evacnavit? Abſit. Eſt enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Si autem omnis homo mendax eſt & ſolus Deus verax, quid alind ſervi, & maxime ſacerdotes Dei, facere debemus niſi ut humanos errores & mendacia relinquamus, & præcepta dominica cuſtodientes in Dei veritate maneamus? [14] Quare etſi aliqui de collegis noſtris exſtiterint, fratres dilectiſſimi, qui deificam diſciplinam negligendam putant & cum Baſilide & Martiale temere communicant, [15] conturbare fidem noſtram res iſta non debet, cum ſpiritus ſanctus in pſalmis talibus comminetur dicens : *Tu autem odiſti diſciplinam, & [16] abjeciſti ſermones meos [17] retro. Si videbas furem, [18] concurrebas ei, & cum [19] adulteris portionem tuam ponebas.* Conſortes & participes oſtendit eos alienotum delictotum fieri qui fuerint delinquentibus copulati. Sed & hoc idem Paulus apoſtolus ſcribit & dicit : *Suſurratores, detructores, abhorrentes Deo, injurioſi, ſuperbi, jactantes ſui, adinventores malorum, qui cum juſtitiam Dei cognoviſſent, [40] non intellexerunt, quoniam qui talia agunt morte ſunt digni, non tantum qui faciunt ea, ſed & qui conſentiunt eis qui hæc agunt : quoniam qui talia*, inquit, *agunt, morte ſunt digni.* Manifeſtat & comprobat morte dignos eſſe & ad pœnam venire, non tantum illos qui mala faciunt, ſed etiam eos qui talia agentibus conſentiunt, qui dum malis & peccatoribus & pœnitentiam non agentibus illicita communicatione miſcentur, nocentinm contactibus polluuntur, & dum junguntur in culpa, ſic nec in pœna ſeparantur. Propter quod integritatis & fidei veſtræ religioſam ſollicitudinem, fratres dilectiſſimi, & landamus pariter & probamus; & quantum poſſumus adhortamur litteris noſtris ne vos cum prophanis & maculatis ſacerdotibus commnnicatione ſacrilega miſceatis, ſed integram & ſinceram fidei veſtræ firmitatem religioſo timore ſervetis. [41] Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere.

Rom. 3. — *Pſal.* 49. — *Rom.* 1.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXVIII.

1 HÆC epiſtola tot & tantas tamque inter ſe diſſimiles habet variantes lectiones in antiquis exemplaribus & editionibus ut mihi in illis colligendis & recte diſponendis magnus labor inſumendus fuerit, multum tædii devoratum. Annotandas enim arbitratus ſum ut etiam multa & magna exempla darem audaciæ librariorum veterum, qui omnia licita & illicita ſoſi ſunt lo deſcribendis ſancti martyris operibus. Atque ut inde initium ſumam ubi ſunt ſcripta nomina epiſcoporum, ſunt aliqui codices antiqui, ſunt etiam aliquot editiones, in quibus ea deſunt. In tribus antiquis codicibus in quibus illa prætermiſſa ſunt legitur : *Cyprianus & ceteri epiſcopi presbyteris & diaconibus & plebibus in Hiſpania conſiſtentibus.* In uno regio hæc tantum : *Cyprianus Cæcilio & aliis fratribus ſalutem.* Vetuſtiores editiones habent nomina epiſcoporum. Pamelio & Rigaltio placuit ea omittere, quia exiſtimabant haud dubie illa eſſe ſuperflua. Reinhartus & Angli repoſuerunt.

Certum eſt hanc epiſtolam eſſe reſponſionem ad epiſtolam quam epiſcopi Hiſpani ſcripſerant ad Afros in cauſa Baſilidis & Martialis. Nulla illic mentio epiſtolæ ab illis ſcriptæ ad Romanos. Et tamen Baronius, qui vult omnia eccleſiarum negotia vetuſtis illis temporibus relata fuiſſe ad Papam, veriſimili & vehementi ſe duci conjectura ait ut exiſtimet Felicem & Sabinum epiſcopos Hiſpanos, qui miſſi fuerant in Africam, ut ſic Cypriani quoque ſuffragio ſua ipſorum electione probata, inde tum ipſius tum aliorum ipſius collegarum litteris pariter communiti Romam ad refellenda Baſilidis mendacia adnavigarent, ſediſque apoſtolicæ auctoritate cumpeſcerent contumaces qui Hiſpaniæ epiſcopos contempſiſſent. At quia levis conjectura, ut Cicero ait, non penditur, iſta inter leves numerabitur.

2 *Lucilianus*] Ita undecim libri noſtri veteres & tres a Pamelio laudati. Alibi ſcriptum & editum eſt *Lucius* vel *Lucianus.*

3 *Coepiſcopos*] Ita libri veteres & editiones. In Rigaltiana tamen & in ea quam Reinhartus procuravit ſcriptum eſt *epiſcopos.* Angli emendaverunt. Sic etiam apud Victorem Vitenſem lib. 1. cap. 23. ſcribendum eſt *coepiſcopis* pro eo quod ibi ſcriptum eſt *univerſis epiſcopis tuis.* Nam & in capite ſequenti & alibi ſcriptum eſt *coepiſcopis.*

4 *Nefand. facinorum*] Codex Eligianus, *ob nefandorum facinorum conſcientiam vinctos.* Vide ſupra pag. 392. & ſequenti.

5 *Prædicta & manif.*] Ita duodecim libri noſtri veteres & quinque laudati a Pamelio. Alii duo noſtri habent *cum prædictu & mandata.* Quatuor alii & veteres editiones, *prædictu vel mandatu & manifeſta*, niſi quod *& manifeſta* deeſt in uno eorum. Addit Pamelius ſuperflue additum fuiſſe in excuſis *vel mandatu*, cum non exſtent in libris manuſcriptis. Ego cum Pamelio ſentio iſtud ſuperflue additum fuiſſe. Eſt enim unum ex ſynonymis quibus abundant vetera exemplaria operum ſancti martyris.

6 *Sancte & digne*] Multum variant in hoc loco libri veteres & editiones. Quidam enim habent *ſancte & digne*, alii *digne & ſancte*. Duo veteres, *ſancta & digna ſacrificia*.

7 *Audiri in precibus*] Adnotat Eraſmus videri Cyprianum ſenſiſſe ſacrificio ſacerdotis impii nihil effici, immo magis inquinari populum. Joannes Gerſon in ſermone de cœna Domini: *Dic conſequenter cur Cyprianus & alii doctores plurimi, quorum dicta recitantur in decretis, poſuerunt nihil fieri in ſacramentis nihilque conferri a ſchiſmaticis*. Vide 1. q. 1. in decreto Gratiani. Apud Etherium & Beatum in libro primo adverſus Elipandum Toletanum ſcriptum eſt ſacrificium altaris offerri non poſſe per quemlibet ſacerdotem, ſed per ſacerdotem ſanctum & juſtum. Albertus Stadenſis deſcribens hiſtoriam quorumdam hæreticorum qui anno 1243. cœperunt pullulare in eccleſia Dei, ait illos dixiſſe ſacerdotes in peccatis mortalibus conſtitutos non poſſe conficere euchariſtiam. In articulis VVicleffi damnatis in concilio Conſtantienſi legitur: *Si epiſcopus vel ſacerdos eſt in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non conſecrat, non baptizat*. Joanni de Varennis paſtori ſancti Læti in dioceſi Remenſi objectum eſt eadem tempeſtate quod *publice prædicavit quod presbyteri concubinarii non conficiebant corpus Chriſti*, ut videre eſt in tomo primo operum Gerſonii pag. 915. poſtremæ editionis. Apud Odoricum Raynaldum an. 1420. §. 17. exſtat bulla Martini Papæ V. adverſus Nicolaum Serutarium prædicantem quod orationes & preces miſſales presbyterorum publice concubinariorum erant nullius valoris & presbyteros publice concubinarios eſſe pejores Juda. Vide Gregorium VII. lib. 4. epiſt. 10. 11. 20. & notas noſtras ad Agobardum pag. 66. Contra apud Gratianum 1. q. 1. cap. *Intra catholicam* refertur locus ex Auguſtino, in quo ſcriptum eſt intra catholicam eccleſiam in myſterio corporis & ſanguinis Domini nihil a bono magis, nihil a malo minus perfici ſacerdote. Vide Hugonem archiepiſcopum Rothomagenſem lib. 5. dialogorum cap. 11. & epiſtolam ejus apologeticam ad Matthæum Albanenſem. Vide etiam M. Antonium Marſilium in tractatu de aqua benedicta pag. 266.

8 *Dilig. & explor.*] Ita reponendum eſſe arbitratus ſum, quamvis conjunctio deſit in octo libris veteribus & in editione Manutii. Lectionem enim illam præferunt veteres editiones & duodecim libri veteres. In Sorbonico legitur: *Propter quod & plena indulgentia exploratione ſincera*. Ubi nemo non videt tranſpoſitam eſſe conjunctionem & legendum eſſe *plena indulgentia & exploratione*, eo modo quo poſita eſt conjunctio in libris qui illam habent. Codex Fuxenſis: *Propter quod plena indulgentia & exemplo & ratione*. Hinc formata eſt vox *exploratione*, ut in ſimili loco notavimus ſupra ad epiſtolam 52. pag. 442.

9 *Nec ſibi plebs*] Hunc locum alicubi mutatum & interpolatum retulit Algerus ſcholaſticus Leodienſis in libro de miſericordia & juſtitia cap. 81. & poſt *ſacrificia contaminati* nonnulla addidit quæ neque in vulgatis editionibus exſtant neque in codicibus manuſcriptis. Ea ſic habent. *Nonne enim quia Jonas, cum inobediens eſſet in navi, navis periclitabatur conteri, quia Achar cum anathemate lamina aurea erat in Iſrael, exercitus percuſſus & fugatus eſt ab urbe Hai. Si ergo ita punitum eſt in culpæ ignaros, quid fiet in conſcios & conſentientes?*

10 *Contagio*] Hæc lectio bona eſt. Admonendus eſt tamen lector aliam, quæ habet *contagione*, eſſe etiam optimam, ut agnovit etiam Pamelius. Itaque cum alterutra earum lectionum retinenda eſſet, alia rejicienda, eam retinuimus quæ recepta eſt.

11 *Licentiam*] id eſt jus, auctoritatem, poteſtatem. Unde in uno codice regio ſcriptum eſt, *ſacrificandi ſibi jus illicite vindicaverunt*. Iſtic itaque licentia uſurpatur optime pro audacia, ut apud Ciceronem in oratione pro Q. Ligario: *Vide quid licentia Cæſar nobis det, vel potius quid audaciæ*. Nazarius in panegyrico quem dixit Conſtantino Auguſto: *quod qui tueri nequeunt, faciunt licentiam de poteſtate*.

12 *Vindicaverunt*] In codice Fuxenſi legitur *uſurpaverunt vel vindicaverunt*. Haud dubie utraque lectio exſtabat in libro vetuſtiore ex quo deſcriptus eſt Fuxenſis, una in contextu, alia ſupra lineam, ut olim ſæpe fieri ſolebat.

13 *Perſtringatur*] Idem codex, *moriatur*.

14 *Horum hominum*] Coegit me auctoritas ſedecim veterum exemplarium & vetuſtiſſimarum editionum ut mutarem editionem jam inde ab Eraſmo receptam. Omnia enim vetera exemplaria habent *horum hominum injuſtorum duriſſimorum*. Sane in Fuxenſi legitur tantum *hominum duriſſimorum*, per incuriam videlicet librarii, qui aliquid omiſit. In capite 16. Numerorum, ex quo locus iſte deſcriptus eſt, legitur: *Recedite a tabernaculis hominum impiorum*. In epiſtola tamen 76. pag. 155. ubi idem locus refertur legitur *hominum iſtorum duriſſimorum*.

15 *Tangere ea*] Veteres editiones & undecim libri veteres habent, *nolite tangere ab omnibus quæ ſunt eis*. Quod mutatum videtur a poſterioribus librariis ſtudio revocandæ lectionis quæ exſtat in editione vulgata ſacræ ſcripturæ.

16 *Plebs obſequens*] Sermo de vexatione Donatiſtarum editus in appendice Optati a viro doctiſſimo Ludovico Ellies Du-Pin pag. 299. §. 3. *ante plebem nimis ſibi ſemper obſecutam*.

17 *A peccatore præpoſito*] Magna iſtic auctoritas datur plebi, ut de vita & moribus epiſcopi ſui judicet, & ſi conſtiterit illum errare in fide, ab ejus communione abſtineat. *Nam cum ideo epiſcopus*, ut ait ſanctus Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos, *in eccleſia conſtituatur ut populum coerceat ab errore, quantus error erit in populo cum errat ille qui docet*. Item in epiſtola ad Pammachium contra Joannem Hieroſolymitanum: *Sanctiores enim ſunt aures populi quam ſacerdotis animus*. Vide notas noſtras ad Agobardum pag. 61. & viri doctiſſimi nobiſque amiciſſimi Domni Bernardi de Montefalcone præfationem ad opuſcula ſancti Athanaſii §. 6. Vide etiam itinerarium Adriani Papæ VI. editum in libro tertio miſcellaneorum noſtrorum pag. 451. Exemplum plebis recedere volentis ab epiſcopo ſuo refert ſanctus Auguſtinus in epiſtola ad Nancillionem, quamvis non ageretur de fide, ſed de nova tranſlatione unius vocabuli in capite quarto libri Jonæ. Nos homines Romanæ communionis putamus recedendum eſſe a Papa ſi ſit hæreticus.

18 *Apprehende*] Hanc lectionem præferunt ſex exemplaria noſtra vetera & tria a Pamelio citata. Alia quatuor & editiones Spirenſis, Veneta vetus, & Morelliana, *Prehende*. Alia octo, *Prende*. Duo alia multum diverſe: *Dic Aaron fratri tuo*.

19 *Indue El. fil. ejus*] Codex Fuxenſis, *filium ejus indue veſtimentis ejus & ungues in ſacerdotem, & Aaron appoſitus ad patres ſuos moriatur*.

20 *Apoſtolo*] Antea legebatur *epiſcopo*. Veram lectionem nobis ſubminiſtrarunt tria vetera exemplaria.

21 *Diſcentium*] Tres libri veteres, *diſcipulorum*, eodem ſenſu. Paulo poſt quoque ſcriptum eſt *diſcipulorum*. Apud Tertullianum in libro de pœnitentia, *ad unius quidem diſcentis gladium*. Vide notas Pamelii.

22 *Hom. f. cent. viginti*] Antea ibi ſcriptum erat *turba in uno* vel *in unum*. Nos emendavimus & ſupplevimus ex fide quatuor veterum exemplarium. Recte ſane. Nam in actibus apoſtolorum, unde acceptus eſt hic locus, legitur *fere centum viginti*.

23 *Totam plebem*] Duo libri veteres, *totam multitudinem*.

24 *Præpoſitus ordinatur*] Quinque libri veteres, quorum unus eſt Veronenſis, habent *epiſcopus ordinatur*. Duo alii habent eamdem lectionem, ſed in illis ſupra lineam ſcriptum eſt *vel præpoſitus*. Hinc factum ut librarii quidam ſcripſerint *præpoſitus*, alii *epiſcopus*.

25 *Et conſcientiam*] Variant in hoc loco vetera exemplaria. Lectionem vulgatam, quæ *conſcientia* præfert, inveni in ſeptem. In aliis quatuor legitur, *conſcientia etiam propria confeſſione nudatam*. In aliis octo & in ſeptem Anglicanis, *conſcientia etiam propria confeſſione nudata*. Ita etiam editio Morelliana.

26 *Ac veritatis*] In poſterioribus editionibus legitur, *ac tacita veritatis*. Pamelius adjecit vocem *tacita* ex unico codice Anglicano, faſſus eam deſiderari in ceteris. Sane ego illam nuſpiam reperi in libris noſtris veteribus. Teſtantur autem Angli eam non haberi in codice Bodlejano. Certe admodum inutilis eſt & ſuperflua.

27 *Reponi in epiſc.*] Recte ex hoc loco collegit Baronius antiquiſſimum in eccleſia uſum eſſe ut ex remotiſſimis orbis partibus epiſcopi qui ſe injuſta perpeſſos eſſe a collegis ſuis crederent provocarent ad Romanum tamquam primarium eccleſiæ univerſalis antiſtitem. Vide Marcam lib. 5. de concordia cap. 10. & Pamelium in annotationibus ad hanc Cypriani epiſtolam. Futilia ſunt quæ hic adverſus Pamelium ſcripſit Goulartius.

28 *Jure depoſitus*] Antea legebatur *juſte*. Quæ ſane lectio optima eſt. Verum cum *jure* ſcriptum ſit in codice Veronenſi, in quindecim vetuſtis exemplaribus noſtris, & in ſeptem Anglicanis, & Morellius ita quoque poſuit,

Digitized by Google

poſuerit, non credidi rejicere me debere lectionem quæ tot auctoritatibus nititur. Videtur autem differentiam inter hæc duo vocabula poſuiſſe auctor panegyrici Flavienſium Conſtantino dicti. Ait enim: *Feciſti ut quod poteramus jure petere juſte obtinuiſſe videamur.*

29 *Delictis gravibus*] Ita quatuordecim libri veteres & editiones Eraſmi & Morellii. At antiquiores editiones & ſex libri veteres habent *gravique involutus crimine.*

30 *Felix de Cæſarauguſta*] Hinc Baronius collegit illum fuiſſe epiſcopum Cæſarauguſtanum; ejuſque ſententiam amplexi ſunt ſcriptores rerum Arragonenſium. Sed illam graviter exagitat Franciſcus Bivarius in commentariis ſuis ad chronicon Dextri, & contendit hunc Felicem non fuiſſe epiſcopum, ſed presbyterum Valiatæ Urbicuæ in Vaccæis, argumento ſumpto ex eo chronico. Sane certum eſt Felicem non vocari epiſcopum a Cypriano. Sed ex modo ſcribendi Cyprianico facile & proclive eſt exiſtimare illum ea dignitate decoratum fuiſſe. Nam epiſcoporum qui concilium cum Cypriano celebrarunt apud Carthaginem dignitates non recenſet notarius qui acta conſcripſit, ſed tantum nomina eorum & urbium quibus illi præſidebant, hoc modo pag. 330. *Cæcilius a Bilta, Primus a Miſgirpa, Polycarpus ab Adrumeto.* & ſic de ceteris. Itaque licet Cyprianus ſcripſerit tantum *Felix de Cæſarauguſta*, ſilentium ejus non probat Felicem non fuiſſe epiſcopum. Una res difficultatem mihi videtur habere, quomodo epiſcopus Cæſarauguſtanus potuerit ſcribere ad Cyprianum de cauſa Baſilidis & Martialis, cum vicinus eorum non eſſet, quippe longo intervallo ab eis ſejunctus, neque probabile ſit Sabinum & Felicem, qui brevi compendio poterant trajicere in Africam, profectos eſſe ad ultimos Hiſpaniarum fines ut per montes Pyrenæos irent ad Cyprianum. Si verum eſſet quod in ſermone de ſancto Laurentio dixit ſanctus Vincentius Ferrarii ſanctum Xyſtum Papam vadentem ad celebrandum concilium Toletanum tranſiſſe per Cæſarauguſtam, iſtud confirmare fortaſſis poſſet iter Sabini & Felicis per Cæſarauguſtam. Sed iſtud non aliunde conſtat quam ex ſermone ſancti Vincentii. Jam quod de Vallata Urbicua iſtic ex Dextro refert Bivarius, id vero vanum eſt, uti & illud quod ait apud Cyprianum pro *Cæſarauguſta* legi debere *Vallata Urbicua*, quam locat non longe ab Aſturica. Nimia miſeria eſt audacem eſſe h minem nimis.

31 *In collegio*] Ita omnes libri veteres & editiones omnes Pameliana antiquiores. Pamelius ergo mutavit ex unico codice Anglicano & poſuit *& collegia*. Quod miror retentum fuiſſe in poſterioribus editionibus.

32 *Ducenarium*] Plura de ducenariis erudite dicta reperies in obſervationibus Rigaltii. Vide etiam notam marginalem Beati Rhenani ad epiſtolam ſynodi Antiochenæ apud Rufinum lib. 7. cap. 26. & Joſephum Scaligerum ad Manilium. Joannes Calvinus in lexico juridico, in verbo *Ducenarii*, citat epiſtolam quartam libri primi ſancti Cypriani, quæ eſt hæc noſtra, in qua ait exſtare hæc verba, *neque ut ille ſuperbierit, ſublatuſque fuerit mundanis dignitatibus, ducenarius potius quam epiſcopus vocari volens.* At ego iſta neque in editionibus inveni neque in libris veteribus.

33 *Caminis*] Duo libri veteres & antiquæ editiones præferunt *armis*. Sed hanc lectionem rejecit Pamelius, quia ipſi conſtabat regem Nabuchodonoſorem nullis armis aggreſſum eſſe tres pueros, & poſuit *annis* ex fide quinque veterum exemplarium, quam lectionem ego quoque reperi in viginti ex noſtris. Unus meus vetus habet *caminis*. Atque ego eam lectionem facile credo eſſe meliorem, cum dici non poſſit de pueris aut adoleſcentibus eos eſſe ſenio & annis fractos, & quia vox *caminus* melius congruit cum hiſtoria. Quippe certum eſt Nabuchodonoſorem, ut pueros iſtos commoveret & terreret multiplicis pœnæ comminatione, minas jactaſſe, pericula intentaſſe, denique parari juſſiſſe fornacem ſive, ut Sulpitii Severi verbo utar, caminum ignis ardentis in quem conjicerentur. Confirmant hanc meam opinionem verba Cypriani ex epiſtola 56. pag. 91. in qua tres pueri non dicuntur annis fracti, ſed ætate teneri, & minis regis & flammis fortiores exſtitiſſe. Itaque retinui eam lectionem quam puto eſſe meliorem: Commodius autem erectiuſque de hac mea emendatione exiſtimabit judiciumque faciet qui varias iſtas lectiones ſine ullo præjudicio examinaverit. Ita enim me ſincerius exploratiuſque vel corrigere poterit vel probare. Recte autem dixit Cyprianus *pueros nec caminis nec minis fractos*. Nam Cicero in libro primo officiorum dixit frangi metu, & Statius 9. Thebaidos minis frangi. Sunt etiam alia exempla.

34 *Quare etſi aliqui*] Decem libri veteres in quibus ea lectio reperitur, quamvis retinuerint vocem *aliqui*, omiſerunt tamen *exſtiterint*. In aliis quinque & in editione Manutiana legitur: *Quod ſi aliqui de collegis noſtris, fratres dilectiſſimi, deificam diſciplinam negligendam putant.*

35 *Conturbare res iſta*] Unus codex regius, *conturbare & contriſtare non debet*. Eligiaros, *conturbare fidem noſtram res iſta & turbantes fidem noſtram reſiſtant.*

36 *Abjeciſti*] Ita libri veteres unus & viginti. Quatuor alii & veteres editiones habent *projeciſti*.

37 *Retro*] Ita quatuordecim libri veteres. At antiquiores editiones & alii quinque libri veteres habent *poſt te*, duo alii *retrorſum*.

38 *Concurrebas ei*] Hanc lectionem confirmant tredecim libri veteres & editiones Manutii & Morellii. Tres alii antiqui, *concurrebas cum eo*. Veteres editiones & ſeptem libri veterea, *ſimul currebas cum eo*. Vide ſupra pag. 481.

39 *Adulteris*] Codex Fuxenſis, *mæchis*. Supra epiſt. 63. pag. 110. *& inter mæchos particulam tuam ponebas.*

40 *Non intellexerunt*] Ea quæ iſtic Pamelius ait non reperiri in veteribus manuſcriptis ego reperi in quindecim.

41 *Opto vos*] Duo libri veteres & editio Morellii habent *Optamus*. Utraque lectio bona eſt propter rationes alibi allatas in ſimili occaſione pag. 393.

E P I S T O L A LXIX.

Ad Florentium Pupianum de obtrectatoribus.

A CYPRIANUS, qui & Thaſcius, Florentio cui & [1] Pupiano fratri ſalutem. Ego te, frater, credideram tandem jam ad pœnitentiam converti quod in præteritum tam infanda, tam turpia, tam etiam gentilibus execranda aut audiſſes de nobis temere aut credidiſſes. Porro autem etiam nunc in litteris tuis animadverto eumdem te adhuc eſſe qui prius fueras, eadem te de nobis credere, & in eo quod credideris perſeverare, & ne forte clari- B tatis & martyrii tui dignitas noſtra communicatione maculetur, in mores noſtros diligenter inquirere, & poſt Deum judicem, qui ſacerdotes facit, te velle, non dicam de me, (quantus enim ego ſum?) ſed de Dei & Chriſti ju-

A dicio judicare. Hoc eſt in Deum non credere, hoc eſt, rebellem adverſus Chriſtum & adverſus evangelium ejus exſiſtere, ut cum ille dicat, *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt & neuter* Matt. 10.
eorum cadit in terram ſine patris voluntate, & probet majeſtas ejus & veritas ſine conſcientia & permiſſu Dei etiam [2] minora non fieri, tu exiſtimes ſacerdotes Dei ſine conſcientia ejus in eccleſia ordinari. Nam credere quod indi- B gni & inceſti ſint qui ordinantur quid aliud eſt quam credere quod non a Deo nec per Deum ſacerdotes ejus in eccleſia conſtituantur? An putas majus eſſe de me meum quam Dei teſtimonium, cum Dominus ipſe doceat & dicat teſtimonium non eſſe verum ſi quis ipſe

de ſe teſtis exſiſtat, eo quod unuſquiſque uti- A
que ſibi faveat, nec contra ſe aliquis inſeſta
& adverſa depromat, [8] fides vero ſincera ſit ve-
ritatis, ſi in prædicationibus noſtris alius ſit
Joan. 5. prædicator ac teſtis. *Si teſtimonium*, inquit,
dixero de me, teſtimonium meum non eſt verum.
Alius eſt enim qui [4] *teſtis eſt de me.* Quod ſi i-
pſe Dominus omnia poſtmodum judicaturus
noluit de teſtimonio ſuo ſibi credi, ſed maluit
de judicio ac teſtimonio Dei patris probari,
quanto magis hoc ſervos ejus obſervare opor-
tet, qui judicio ac teſtimonio Dei non pro- B
bantur tantum, ſed etiam gloriantur. Præva-
luit autem apud te contra divinam ſententiam
& contra conſcientiam noſtram [5] fidei ſuæ vi-
ribus nixam inimicorum & malignorum com-
mentum, quaſi apud lapſos & prophanos &
extra eccleſiam poſitos, de quorum pectoribus
exceſſerit ſpiritus ſanctus, eſſe aliud poſſit niſi
mens prava & fallax lingua & odia venenata
& ſacrilega mendacia; quibus qui credit, cum
illis neceſſe eſt inveniatur cum judicii dies ve-
nerit. Quod vero dixiſti ſacerdotes humiles eſ-
ſe debere, [6] quia & Dominus & apoſtoli ejus C
humiles fuerunt, humilitatem meam & fratres
omnes & gentiles quoque optime norunt & di-
ligunt; & tu quoque noveras & diligebas,
cum adhuc in eccleſia eſſes & mecum commu-
nicares. Quis autem noſtrum longe eſt ab hu-
militate, utrumne ego, qui quotidie fratribus
ſervio, & venientes ad eccleſiam ſingulos be-
nigne & cum voto & gaudio ſuſcipio, an tu,
qui te epiſcopum epiſcopi & judicem judicis
ad tempus a Deo dati conſtituis, cum Domi-
Deut. 17. nus Deus in Deuteronomio dicat: *Et homo* D
quicumque fecerit in ſuperbia ut non exaudiat ſa-
cerdotem aut judicem quicumque fuerit in diebus
illis, morietur homo ille, & omnis populus cum
audierit timebit, & non agent impie etiam nunc.
3. Reg. 8. Et iterum ad Samuelem loquitur & dicit: *Non*
te ſpreverunt, ſed me ſpreverunt. Et adhuc Do-
minus in evangelio, cum ei dictum eſſet, *Sic*
reſpondes pontifici? cuſtodiens & docens ſacerdo-
talem honorem ſervari oportere, contra pon-
tificem nihil dixerit, ſed innocentiam ſuam
Joan. 18. tantummodo purgans reſponderit dicens: *Si ma-*
le locutus ſum, exprobra de malo. Si autem bene, E
quid me cædis? Item beatus apoſtolus, cum ei
Act. 23. dictum eſſet, *Sic inſilis in ſacerdotem Dei male-*
dicendo? nihil contumelioſe locutus ſit adver-
ſus ſacerdotem, quando & potuerit ſe conſtan-
ter [7] exerere adverſus eos qui Dominum cru-
cifixiſſent & qui jam Deum & Chriſtum &
templum & ſacerdotium perdidiſſent, ſed quam-
vis in falſis & ſpoliatis ſacerdotibus umbram
tamen ipſam inanem ſacerdotalis nominis cogi-
tans dixerit, *Neſciebam, fratres, quia pontifex*
Exod. 22. *eſt. Scriptum eſt enim: Principem* [8] *populi tui non* F
maledices. Niſi ſi ſacerdos tibi fui ante perſecu-
tionem, quando mecum communicabas, poſt
perſecutionem ſacerdos eſſe deſivi. [9] Perſecutio
enim veniens te ad ſummam martyrii ſublimi-
tatem provexit. [10] Me autem proſcriptionis [11]
onere depreſſit, cum publice legeretur: *Si quis*
tenet vel poſſidet de bonis Cæcilii Cypriani [12] *epi-*
ſcopi Chriſtianorum; ut etiam qui non crede-
bant Deo epiſcopum conſtituenti, vel diabolo
crederent epiſcopum proſcribenti. Nec hæc ja-
cto, ſed dolens profero, cum te judicem Dei

A conſtituas & Chriſti, qui dicit ad apoſtolos ac
per hoc ad omnes præpoſitos, qui apoſtolis [13]
vicaria ordinatione ſuccedunt: *Qui audit vos,* Luc. 11.
me audit; & qui me audit, audit eum qui me
miſit. Et qui rejicit vos, me rejicit & eum qui
me miſit. [14] Inde enim ſchiſmata & hæreſes ob-
ortæ ſunt & oriuntur, dum epiſcopus, qui u-
nus eſt & eccleſiæ præeſt, ſuperba quorumdam
præſumptione contemnitur, & homo dignatio-
ne Dei honoratus [15] indignus hominibus ju-
dicatur. Quis enim hic eſt ſuperbiæ tumor,
B quæ arrogantia animi, quæ mentis inflatio,
ad cognitionem ſuam præpoſitos & ſacerdotes
vocare, ac niſi apud te purgati fuerimus &
ſententia tua abſoluti, ecce jam ſex annis [16]
nec fraternitas habuerit epiſcopum, nec plebs
præpoſitum, nec grex paſtorem, nec eccleſia
gubernatorem, nec Chriſtus antiſtitem, nec
Deus ſacerdotem. Subveniat Pupianus & ſen-
tentiam dicat & judicium Dei & Chriſti in ac-
ceptum referat, ne tantus fidelium numerus,
qui ſub nobis acceſſitus eſt, ſine ſpe ſalutis &
pacis exiſſe videatur, nec novus credentium
C populus nullam per nos conſecutus eſſe bapti-
ſmi & ſpiritus ſancti gratiam judicetur, ne tot
lapſis & pœnitentibus pax data [17] & communi-
catio noſtra examinatione conceſſa judicii tui
auctoritate ſolvatur. Annue aliquando & di-
gnare pronuntiare de nobis & epiſcopatum no-
ſtrum [18] cognitionis tuæ auctoritate firmare,
ut Deus & Chriſtus ejus agere tibi gratias poſ-
ſint quod per te ſit antiſtes & rector altari eo-
rum pariter & plebi reſtitutus. Apes habent
regem [19] & ducem pecudes, & ei fidem ſer-
D vant. [20] Latrones mancipi obſequio pleno hu-
militatis obtemperant. [21] Quanto ſimpliciores
& meliores vobis ſunt brutæ pecudes & muta
animalia, & cruenti licet ac furentes inter gla-
dios atque inter arma prædones? Præpoſitus
illic agnoſcitur & timetur, quem non ſenten-
tia divina conſtituit, ſed in quem factio per-
dita & nocens caterva conſenſit. Dixiſti ſano
ſcrupulum tibi eſſe tollendum de animo, in
quem incidiſti. Incidiſti, ſed tua credulitate
irreligioſa. Incidiſti, ſed tua mente & volun-
tate ſacrilega, dum inceſta, dum impia, dum
E nefanda contra fratrem, contra ſacerdotem fa-
cile audis, libenter credis, aliena mendacia
quaſi propria & privata defendis; nec recorda-
ris ſcriptum eſſe: *Sepi aures tuas ſpinis, & no-* Eccl. 28.
li audire linguam nequam. Et iterum: *Malus ob-* Prov. 17.
audit linguæ iniquorum, juſtus autem non intendit
labiis mendacibus. Quare in hunc ſcrupulum
non inciderunt martyres ſancto ſpiritu pleni &
ad conſpectum Dei & Chriſti ejus paſſione jam
proximi, qui ad Cyprianum epiſcopum litteras
de carcere direxerunt, ſacerdotem Dei agnoſcen-
F tes & conteſtantes ei. Quare in hunc ſcrupulum
non inciderunt [22] tot epiſcopi collegæ mei, qui
vel cum de medio recederent proſcripti ſunt, vel
apprehenſi in carcerem conjecti & in catenis
fuerunt, aut qui in exſilium relegati, illuſtri
itinere ad Dominum profecti ſunt, aut qui
quibuſdam locis animadverſi cæleſtes coronas
de Domini clarificatione ſumpſerunt? Quare
in hunc ſcrupulum non inciderunt de plebe i-
ſta noſtra quæ apud nos eſt, & nobis de Dei
dignatione commiſſa eſt, tot confeſſores [23] quæ-
ſtionati & torti & inſignium vulnerum & ci-
catri-

Digitized by Google

catricum memoria glorioſi, tot virgines integræ, tot laudabiles viduæ, eccleſiæ denique univerſæ per totum mundum nobiſcum unitatis vinculo copulatæ? Niſi ſi omnes iſti communicantes mecum, ſecundum quod ſcripſiſti, polluto noſtro ore polluti ſunt & ſpem vitæ æternæ communicationis noſtræ contagione perdiderunt. Pupianus [14] ſolus integer, inviolatus, ſanctus, pudicus, qui nobis miſcere ſe noluit, in paradiſo atque in regno cælorum ſolus habitabit. Scripſiſti quoque quod eccleſia nunc B propter me portionem ſui in diſperſo habeat, quando omnis eccleſiæ populus & collectus ſit & adunatus & individua concordia ſibi junctus, ſoli illi foris remanſerint qui etſi intus eſſent, [15] ejiciendi fuerant, nec patiatur Dominus populi ſui protector & tutor triticum de area ſua diripi, ſed ſolæ poſſint paleæ de eccleſia ſepa-
Rom. 3. rari, quando & apoſtolus dicat: *Quid enim ſi exciderunt a fide quidam illorum? Numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Abſit. Eſt enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* C Et Dominus quoque in evangelio, cum eum loquentem diſcipuli derelinquerent, converſus
Joan. 6. ad duodecim dixit: *Numquid & vos vultis ire? Reſpondit ei Petrus dicens: Domine, ad quem ibimus? Verbum vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognovimus quoniam tu es filius Dei vivi.* Loquitur illic Petrus, ſuper quem [16] ædificanda fuerat eccleſia, [17] eccleſiæ nomine docens & oſtendens quia etſi contumax ac ſuperba [18] obaudire nolentium multitudo diſcedat, D eccleſia tamen a Chriſto non recedit, & illi ſunt eccleſia plebs ſacerdoti adunata & paſtori ſuo grex adhærens. Unde [19] ſcire debes [20] epiſcopum in eccleſia eſſe & eccleſiam in epiſcopo, & ſi quis cum epiſcopo non ſit, in eccleſia non eſſe, & fruſtra ſibi blandiri eos qui pacem cum ſacerdotibus Dei non habentes obrepunt & latenter apud quoſdam communicare ſe credunt, quando eccleſia, quæ catholica & una eſt, ſciſſa non ſit neque diviſa, ſed ſit utique connexa & cohærentium ſibi invicem ſa-

A cerdotum glutino copulata. Quamobrem, frater, ſi majeſtatem Dei, qui ſacerdotes ordinat, cogitaveris, ſi Chriſtum, qui arbitrio & nutu ac præſentia ſua & præpoſitos ipſos & eccleſiam cum præpoſitis gubernat, aliquando reſpexeris, ſi de innocentia ſacerdotum, non humano odio, ſed divino judicio credideris, ſi temeritatis & ſuperbiæ atque inſolentiæ tuæ agere vel ſero pœnitentiam cœperis, ſi Deo & Chriſto ejus, quibus ſervio, & quibus puro atque immaculato ore ſa- B crificia & in perſecutione pariter & in pace indeſinenter offero, pleniſſime ſatisfeceris, communicationis tuæ poterimus habere rationem, manente tamen apud nos divinæ cenſuræ reſpectu & metu, ut prius Dominum meum conſulam an tibi pacem dari & te ad communicationem eccleſiæ ſuæ admitti ſua oſtenſione & admonitione permittat. Memini enim [21] quid jam mihi ſit oſtenſum, immo quid ſit ſervo obſequenti & timenti de dominica & divina au- C ctoritate præceptum; qui inter cetera quæ oſtendere & revelare dignatus eſt & hoc addidit: Itaque qui Chriſto non credit ſacerdotem facienti & poſtea credere incipiet ſacerdotem vindicanti. Quamquam ſciam [22] ſomnia ridicula & [23] viſiones ineptas quibuſdam videri, ſed utique illis qui malunt contra ſacerdotes credere quam ſacerdoti. Sed nihil mirum, quando de Joſeph fratres ſui dixerunt, *Ecce ſo-* Gen. 37.
mniator ille venit, nunc ergo venite, occidamus il- D *lum*, & ſomniator poſtea quod ſomniaverat conſecutus ſit, & occiſores ac venditores confuſi ſint; ut qui verbis prius non crediderint, factis poſtmodum crederent. De iis autem quæ tu egiſti vel in perſecutione vel in pace ſtultum eſt ut velim te judicare, quando tu magis judicem re noſtri conſtitueris. Hæc pro animi mei pura conſcientia & pro Domini & Dei mei fiducia reſcripſi. Habes tu litteras meas, & ego tuas. In die judicii ante tribunal Chriſti [24] utrumque recitabitur.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXIX.

1 *PUpiano*] Joannes Triſtanus a ſancto Amantio in tomo ſecundo commentariorum ſuorum pag. 493. ſuſpicatur legi hic poſſe *Pupienus*, quia in hiſtoria auguſta invenit plures ita nominatos.

2 *Minora*] Codex Carnotenſis, *minima*.

3 *Fides v. ſincera*] Codex ſancti Arnulphi: *Fides vero incerta ſit veritatis niſi alius ſit prædicator & teſtis*.

4 *Teſtis eſt de me*] Codex Fuxenſis, *teſtificat de me*.

5 *Fidei ſuæ viribus*] Ita legi in undecim antiquis exemplaribus & in editionibus Manutii & Morellii. Spirenſis, Veneta vetus, Eraſmica, & alia quinque exemplaria vetera habent *Dei juribus*, haud dubie per errorem librariorum. Nam ſæpe in antiquis codicibus manuſcriptis vidi ſcriptum *juribus* pro *viribus* & e converſo.

6 *Quia & Dominus*] Codex ſancti Arnulphi, *quia & apoſtoli humiles fuerunt*.

7 *Exerere*] Idem codex *experiri*.

8 *Populi tui*] Retinui hanc lectionem, quia convenit cum pluribus antiquis codicibus, & quia ita legitur in epiſtola 55. pag. 81. & in epiſtola 65. pag. 113. Et tamen *plebis tuæ* ſcriptum eſt in duodecim vetuſtis exemplaribus noſtris & in ſeptem Anglicanis, in veteribus editionibus, & etiam in Manutiana & Morelliana.

9 *Perſecutio enim*] Codex ſancti Arnulphi: *Perſecutio enim te venientem ad ſummam*.

10 *Me autem*] Multum variant in hoc loco libri veteres. In Divionenſi quippe, in Metenſi ſancti Arnulphi, & in Lamoniano ſcriptum eſt: *Me autem proſcriptionis honore depreſſit, cum magis publice legeretur: Si quis de bonis Cæcilii Cypriani epiſcopi*. Sic etiam fere unus meus vetus. Unus Remigianus ſic: *Me autem cum proſcriptio Cæcilii Cypriani legeretur, ſi quis tenet poſſidet, honore depreſſit, cum magis publice legeretur: Si quis tenet de bonis Cæcilii Cypriani epiſcopi chriſtianorum, proſcribatur, ut etiam &c.*

11 *Onere*] Sex libri noſtri veteres, duo Anglicani, & Veronenſis habent *honore*, ut in locis paulo ante laudatis tria *horrore*. Vide obſervationes Rigaltii.

12 *Epiſcopi Chriſt.*] Eraſmi editio addit *proſcribatur*. Quod ego nuſpiam inveni quam in Remigiano quem paulo ante laudavi. Sed illic omnia ſunt valde confuſa & permixta.

13 *Vicaria ordinatione*] Vide notas noſtras ad Lupum Ferrarienſem pag. 422. 425. 427.

14 *Inde enim*] Veteres editiones & Morelliana & octo vetera exemplaria habent: *Unde enim ſchiſmata & hæreſes obortæ ſunt & oriuntur niſi dum epiſcopus*. Nos ſecuti ſumus auctoritatem plurium veterum exemplarium.

15 *Indignus hominibus*] Hanc lectionem confirmant undecim libri veteres & editiones Manutii & Morellii. At antiquæ & duo libri manuſcripti præferunt *ab indignis hominibus*. Sic Paulinus epiſcopus Treverenſis indignus eccleſia ab epiſcopis Arrianis judicatus eſt, ut monuimus ad Lupum Ferrarienſem pag. 486.

16 *Nec fraternitas*] Codex Fuxenſis, *nec clerus habuerit*

buerit epiſcopum. Quam lectionem ego lubenter præferrem, ſi plurium veterum librorum auctoritate niteretur.

17 *Et communicatio*] Quatuor libri veteres, *& lege communicationis tradita*.

18 *Cogn. t. auctoritate*] Tres libri veteres, *cognitionis tuæ judicio reformare*. Duo alii, *cogitationis tuæ vigore reformare*. Ita etiam Sorbonicus, niſi quod in eo vox *vigore* excidit librario. In Thuano ſcriptum eſt *cognitionis tuæ victore formare*. In Lamoniano *cognitionis tuæ victorem*. Quæ omnia viderentur innuere legendum fortean eſſe *cognitionis tuæ vigore*.

19 *Et ducem pecudes*] Quidam libri veteres iſtic omittunt vocem *pecudes*, & *judicem* ſcriptum habent pro *ducem*.

20 *Latrones mancipi*] id eſt principi, duci ſuo, ſeu præpoſito, ut dicet paulo poſt Cyprianus. Lucifer Calaritanus in apologia ſecunda pro ſancto Athanaſio: *Ex fructibus tuis, Imperator Conſtanti, non eſſe chriſtianus ſed plane manceps latronum eſſe cognoſceris*. Mancipem operarum dixit Svetonius in Veſpaſiano eum qui ex Umbria in Sabinis ad culturam agrorum quotannis commeare ſolebat. Prudentius in carmine de ſancto Vincentio martyre cuſtodem carceris vocat mancipem: *Tum ipſe manceps carceris & vinculorum janitor*. Cicero lib. 2. officiorum: *Etiam leges latronum eſſe dicuntur quibus pareant, quas obſervent*. idem in oratione pro domo ſua: *Poſtremo ne in præda quidem ſocietate mancipem aut prædonem ſactum reperire poteſt*. Cælius Calcagninus lib. 1. epiſt. 21. mancipes interpretatur conductores redemptoresque vectigalium. Vide Jacobi Gothofredi notas ad librum primum Tertulliani ad nationes cap. 9.

21 *Q·anta ſimpliciores*] Quinque libri veteres habent: *Quanto ſimpliciora & meliora vobis ſunt bruta & crudeles ac furentes*. In uno vero in quo eadem lectio reperitur ſcriptum eſt *muta* pro *bruta*. Fuxenſis: *Quanto ſimpliciores & meliores bruta animalia*.

22 *Tot epiſcopi*] Revocavi lectionem veterum editionum, quæ confirmatur auctoritate veterum exemplarium. Manutius & Morellius poſuerunt *coepiſcopi*. Quæ lectio reperitur in ſeptem antiquis codicibus.

23 *Quæſtionati*] Id eſt quæſtioni applicati. Carnifices vocantur quæſtionarii in veteri verſione concilii Epheſini & apud Marium Mercatorem. Vide ſupra pag. 408.

24 *Solus integer*] Sic Hieronymus in epiſtola ad Pammachium, alloquens Joannem Hieroſolymitanum, ait: *Tu beatiſſimus Papa & faſtidioſus antiſtes, ſolus dives, ſolus ſapiens, ſolus nobilis ac diſertus, conſervos tuos & redemptos ſanguine domini tui rugata fronte & obliquis oculis deſpicis*. Contrario ſenſu Socrates apud Apulejum in libro primo metamorphoſeon vocatur integer, ſanus, incolumis.

25 *Ejiciendi ſarent*] Rufinus in pſal. 24. loquens de hujuſmodi hominibus ait: *Non ſolum enim foris, ſed etiam in ipſa intus eccleſiæ communione non deſunt inimici*.

26 *Ædificanda*] Sic omnino ſcribendum eſt. Nondum enim cum hæc dicta a Petro ſunt Chriſtus ei ſponſionem fecerat de ædificanda ſuper ipſum eccleſia. Hanc autem lectionem præferunt plures antiqui codices & veteres editiones. Vide annotationes Eraſmi in caput 16. Matthæi.

27 *Eccleſiæ nomine*] quia Petrus gerebat totius eccleſiæ figurata generalitate perſonam, ut ait Auguſtinus. Inutiliter ſe torquent qui argumentum hoc alio transferre conantur.

28 *Obaudire nolentium*] Ita veteres editiones & quatuor libri veteres. Ita etiam apud Nicolaum de Cuſa lib. 11. cap. 14. de concordantia eccleſiæ catholicæ. Manutius poſuit *volentium*. Quod etiam placuit Morellio, Pamelio, & Rigaltio, qui tamen in erratis annotavit legendum eſſe *nolentium*. Id vero non animadverterunt Angli, qui alioqui fere ſemper ſequuntur editionem Rigaltii. Poſuerunt enim in ſua *volentium*. Reinhartus amplexus eſt emendationem Rigaltii. Hæc autem eſt vera lectio. Alia ferri non poteſt.

29 *Scire debes*] Apud Juonem parte 5. cap. 360. & apud Gratianum 7. q. 1. citatur ex epiſtola Cypriani ad Papianum ſive ad Papinianum, ut alii ſcripſere. Correctores Romani emendaverunt & monuerunt exſtare in epiſtola ad Florentium Pupianum. Ex hoc loco Joannes de Turre cremata ſumpſit argumentum invehendi in epiſcopos titulares, qui neque eccleſiam habent neque plebem, de quibus nos nuper nonnulla ſatis curioſa diximus lib. 3. cap. 19. hiſtoriæ Tutelenſis. De iis tollendis actum eſt anno 1547. die ſabbati quinta Februarii in concilio Tridentino, quod ab iis multa damna & incommoda ſuſtineat eccleſia & nullam vel modicam utilitatem recipit, ut ex codice MS. archivi Vaticani docuit Odoricus Raynaldus an. 1547. §. 76. De iis etiam tollendis actum poſtremo eſt ad relationem illuſtriſſimi viri Franciſci Boſqueti, epiſcopi Lodovenſis anno 1656. in conventu eccleſiæ Gallicanæ. Vide acta pag. 300. 344.

30. *Epiſc. in eccleſia*] Certiſſimum eſt epiſcopum in eccleſia eſſe & eccleſiam in epiſcopo. Eccleſia enim eſt plebs ſacerdoti adhærens. Fuit quidam ſcriptor non incelebris qui deſinente Chriſti ſæculo XVI. ita explicaret hunc Cypriani locum ac ſi Cyprianus ſenſiſſet ſummum pontificem eſſe ſupra concilium, cum tamen nulla iſtic mentio fiat epiſcopi Romani neque concilii. Sic ſæpe fit ut zelus abripiat homines in opiniones detortas.

31 *Quid mihi ſit oſtenſum*] Vetuſtis illis temporibus revelationes accipiebantur in ſomno, ut patet ex Tertulliano, Cypriano, Rufino, & aliis. Poſtea, cum religio chriſtiana libertate integra fruebatur, Chriſtus, beata virgo Maria, Petrus apoſtolus, & ceteri ſancti ſe conſpicuos præbuerunt piis & credulis hominibus & cum eis loquebantur facie ad faciem ſicut amicus loqui ſolet ad amicum ſuum. Harum viſionum infinita exſtant exempla in hiſtoria eccleſiaſtica. Sanctus Vincentius Ferrarii ſermone in octava Innocentium: *Multa ſomnia ſunt quæ creduntur divinæ revelationes & ſunt illuſiones*. Vide ſupra pag. 452.

32 *Somnia*] Ammianus Marcellinus lib. 15. tradit doctos quoſdam doluiſſe quod apud Atlanteos nati non eſſent, ubi memorantur ſomnia non videri. Idem teſtatur Martianus Capella lib. 6. in deſcriptione interioris Africæ.

33 *Viſiones ineptas*] Ælius Spartianus in Adriano, cum narraſſet hiſtoriam de muliere quadam quæ dicebat ſomnio ſe monitam ut inſinuaret Adriano ne ſe occideret, addit Marium Maximum commemorare hæc per ſimulationem facta. Nam ethnici multum tribuebant nocturnis illis viſionibus, ut patet ex extrema parte metamorphoſeon Apuleii, ex libro ſecundo T. Livii, Valerio Maximo, & aliis. Quintilianus lib. 4. cap. 2. *Somniorum & ſuperſtitionum colores ipſa jam facilitate auctoritatem perdiderunt*. Vide etiam Lactantium lib. 2. cap. 8. & præfationem Nicolai Gerbelii ad librum Paſtoris.

34 *Utrumque recitabitur*] Ita veteres editiones, duodecim libri noſtri veteres, & unus Bodlejanus. Manutius edidit: *Utræque recitabuntur*. Quamvis autem ſciam lectionem illam exſtare in tribus antiquis exemplaribus & poſſe eſſe bonam, non dubito quin ea præferenda ſit quam retinui.

EPISTOLA LXX.

Ad Januarium & ceteros epiſcopos Numidas de baptizandis hæreticis.

CYPRIANUS, Liberalis, Caldonius, Junius, Primus, Cæcilius, Polycarpus, Nicomedes, Felix, Marrutius, Succeſſus, Lucianus, Honoratus, Fortunatus, Victor, Donatus, Lucius, Herculanus, Pomponius, Demetrius, Quintus, Saturninus, Marcus, alius Saturninus, alius Donatus, Rogatianus, Sedatus, Tertullus, Hortenſianus, item alius Sa-
A turninus, Sattius [a] Januario, Saturnino, Maximo, Victori, alio Victori, Caſſio, Proculo, Modiano, Cittino, Gargilio, Eutyciano, alio Gargilio, alio Saturnino, Nemeſiano, Nampulo, Antoniano, Rogatiano, Honorato fratribus ſalutem. Cum ſimul in concilio eſſemus, fratres cariſſimi, legimus litteras veſtras quas [b] ad nos feciſtis de iis qui apud hæreticos & ſchi-

& ſchiſmaticos baptizati videntur, an ad eccle-
ſiam catholicam, [3] quæ una & vera eſt, ve-
nientes baptizari debeant. De qua re quam-
quam & ipſi illic veritatem & firmitatem ca-
tholicæ regulæ teneatis, tamen quoniam con-
ſulendos nos pro communi dilectione exiſtima-
ſtis, ſententiam noſtram non novam promi-
mus, ſed jampridem ab [4] anteceſſoribus noſtris
ſtatutam & a nobis obſervatam vobiſcum pari
conſenſione conjungimus, cenſentes ſcilicet &
pro certo tenentes neminem foris baptizari [5]
extra eccleſiam poſſe, cum ſit [6] baptiſma u-
num in ſancta eccleſia conſtitutum, & ſcri- B
Hier. 2. ptum ſit Domino dicente: *Me dereliquerunt
fontem aquæ vivæ, & effoderunt ſibi lacus detri-
tos qui non poſſunt aquam portare.* Et iterum di-
vina ſcriptura moneat & dicat: *Ab aqua alie-
na abſtine te, & a fonte aquæ alienæ ne biberis.*
Oportet ergo mundari & ſanctificari aquam
prius a ſacerdote, ut poſſit baptiſmo ſuo pec-
cata hominis qui baptizatur abluere; quia per
Ezec. 36. Ezechielem prophetam Dominus dicit: *Et a-
ſpergam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini
ab omnibus immunditiis veſtris, & ab omnibus ſi-
mulacris veſtris emundabo vos, & dabo vobis cor
novum, & ſpiritum novum dabo in vobis.* Quo-
modo autem mundare & ſanctificare aquam
poteſt qui ipſe immundus eſt & apud quem
ſpiritus ſanctus non eſt? cum Dominus dicat
Num. 19. in Numeris: *Et omnia quæcumque tetigerit im-
mundus immunda erunt.* [7] Aut quomodo bapti-
zans dare alteri remiſſam peccatorum poteſt
qui ipſe ſua peccata deponere extra eccleſiam
non poteſt? Sed & ipſa interrogatio quæ fit
in baptiſmo teſtis eſt veritatis. Nam cum di-
cimus, *Credis in vitam æternam & remiſſionem
peccatorum* [8] *per ſanctam eccleſiam?* intelligimus
remiſſionem peccatorum non niſi in eccleſia
dari, apud hæreticos autem, ubi eccleſia non
ſit, non poſſe peccata dimitti. Itaque qui hæ-
reticos [9] baptizare poſſe aſſerunt, aut interro-
gationem mutent, aut vindicent veritatem,
niſi ſi eis & eccleſiam tribuunt quos baptiſma
habere contendunt. Ungi quoque neceſſe eſt
eum qui baptizatus ſit, ut accepto chriſmate,
id eſt, unctione, eſſe unctus Dei & habere in
ſe gratiam Chriſti poſſit. Porro autem [10] eu-
chariſtia eſt unde baptizati unguntur oleo in
altari ſanctificato. Sanctificare autem non po-
tuit olei creaturam qui nec altare habuit nec
eccleſiam. Unde nec unctio ſpiritalis apud hæ-
reticos poteſt eſſe, quando conſtet oleum ſan-
ctificari & euchariſtiam fieri apud illos omni-
no non poſſe. Scire autem & meminiſſe de-
Pſal. 140. bemus ſcriptum eſſe: *Oleum peccatoris* [11] *non un-
gat caput meum.* quod ante in pſalmis præmo-

A nuit ſpiritus ſanctus, ne quis exorbitans & a
via veritatis exerrans apud hæreticos & Chri-
ſti adverſarios ungeretur. Sed & pro baptiza-
to quam precem facere poteſt ſacerdos ſacri-
legus & peccator? cum ſcriptum ſit: *Deus* *Joan. 9.*
*peccatorem non audit; ſed qui eum coluerit, &
voluntatem ejus fecerit, illum audit.* Quis autem
poteſt dare quod ipſe non habeat, aut quo-
modo poteſt ſpiritalia agere qui ipſe amiſerit
ſpiritum ſanctum? Et idcirco baptizandus eſt
& innovandus qui ad eccleſiam rudis venit,
ut intus per ſanctos ſanctificetur, quia ſcri-
B ptum eſt: *Sancti eſtote, quia & ego ſanctus* *Levit 19.*
ſum, dicit Dominus: ut qui in errorem ſedu- *& 20.*
ctus eſt & foris tinctus in baptiſmo vero & ec-
cleſiaſtico etiam hoc ipſum deponat quod ho-
mo ad Deum veniens, dum ſacerdotem quæ-
rit, in ſacrilegum fraude erroris incurrit. Ce-
terum probare eſt hæreticorum & ſchiſmatico-
rum baptiſma conſentire in id quod illi bapti-
zaverint. Neque enim poteſt pars illic inanis
eſſe & pars prævalere. Si baptizare potuit,
potuit & ſpiritum ſanctum dare. Si autem
C ſpiritum ſanctum dare non poteſt, quia foris
conſtitutus cum ſancto ſpiritu non eſt, nec
baptizare venientem poteſt, quando & bapti-
ſma unum ſit, & ſpiritus ſanctus unus, & una
eccleſia a Chriſto Domino [12] ſuper Petrum o-
rigine unitatis & ratione fundata. Ita fit ut
cum omnia apud illos inania & falſa ſint, ni-
hil eorum quæ illi geſſerint probari a nobis
debeat. Quid enim poteſt [13] ratum & firmum
eſſe apud Deum quod illi faciunt quos Do-
minus hoſtes & adverſarios ſuos dicit in evan-
gelio ſuo ponens: *Qui non eſt mecum adverſum* *Luc. 11.*
D *me eſt; & qui non mecum colligit, ſpargit?* Et
beatus quoque apoſtolus Joannes mandata Do-
mini & præcepta cuſtodiens in epiſtola ſua po-
ſuerit dicens: *Audiſtis quia antichriſtus venit.* *1. Joa. 2.*
*Nunc autem antichriſti multi facti ſunt. Unde co-
gnoſcimus quia noviſſima hora eſt. Ex nobis exie-
runt, ſed non fuerunt ex nobis. Si enim fuiſſent
ex nobis, manſiſſent utique nobiſcum.* Unde nos
quoque colligere & conſiderare debemus an qui
adverſarii ſunt Domini, & appellati ſunt an-
tichriſti, [14] poſſint dare gratiam Chriſti. Qua-
E re qui cum Domino ſumus, & unitatem Do-
mini tenemus & ſecundum ejus dignationem ſa-
cerdotium ejus in eccleſia adminiſtramus, quæ-
cumque adverſarii ejus & antichriſti faciunt re-
pudiare & rejicere & pro prophanis habere de-
bemus, & eis qui de errore & pravitate ve-
nientes agnoſcunt unius eccleſiæ veram fidem,
dare illis per omnia divinæ gratiæ ſacramenta
& unitatis [15] & fidei veritatem. Optamus vos,
fratres cariſſimi, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXX.

1 *Januario*] Multum hic inter ſe diſcrepant libri veteres. In quibuſdam enim hic homo vocatur Jubajanus, Juvajanus, Jubianus, Juvianus, Jovianus, ut apud Zonaram & Balſamonem, Julianus, Januarius. Ego, cum hæc diſcrepantia nullius nunc ſit momenti, retinui lectionem vulgo receptam. Interim admonendum eſt inſcriptionem hanc eſſe in codice Thuano: *Incipit ad Jubajanum liber ſecundus.* In uno vero meo veteri: *Incipit ad Jubajanum epiſtola tertia de his ipſis,* id eſt de lapſis.

2 *Ad nos*] Mirum eſt has voces, quæ propagatæ ſunt ex editione Eraſmi, deſunt enim in aliis editionibus, non reperiri niſi in tribus antiquis exemplaribus, quamvis hanc epiſtolam contulerim cum viginti ſex. Deſunt ergo in Turonenſi, in uno Remigiano, & in Beccenſi.

3 *Quæ una & vera eſt*] Ita reſtituimus hunc locum ex fide quatuor veterum librorum.

4 *Antec. noſtris*] Agrippino videlicet & aliis, quos ſeptuaginta fuiſſe ſcribit ſanctus Auguſtinus, uti monuimus ad epiſtolam nonam pag. 396. Vide etiam notas ad epiſtolam 73.

5 *Extra eccleſiam*] Vetus interpretatio in recentiore codice Victorino. *id eſt extra formam eccleſiæ.*

Tamen

Tamen baptizatur qui a Judæo vel a gentili vel ab hæretico baptizatur, ſi ſecundum formam eccleſiæ baptizet. Sumptum eſt iſtud ex capite *A quodam Judæo* apud Gratianum diſt. 4. de conſecratione, ubi Nicolaus Papa I. reſpondens ad conſulta Bulgarorum ait baptiſmum eſſe bonum, quamvis ſit collatus ab eo quem non conſtabat eſſe chriſtianum, ſi collatus ſit in nomine ſanctæ Trinitatis vel tantum in Chriſti nomine. Contra Gregorius III. ſcribens ad Bonifacium archiepiſcopum præcipit ut illi denuo baptizentur quos a paganis baptizatos eſſe conſtiterit. Refertur illa conſtitutio lib. 7. Capitularium cap. 101. & apud Gratianum cap. *Quos a paganis* eadem diſtinctione. Vide etiam bullam Eugenii IV. apud Odoricum Raynaldum an. 1439. §. 15. Vide Gerochum Reicherſpergenſem in tractatu adverſus ſimoniacos cap. 22. & Algerum ſcholaſticum Leodienſem cap. 52. de miſericordia & juſtitia.

6 *Baptiſma unum*] Certum eſt magnam ea tempeſtate fuiſſe controverſiam inter epiſcopos eccleſiæ Romanæ & Carthaginenſis an hæretici venientes ad eccleſiam debeant rebaptizari. Initia hujus controverſiæ vulgo referuntur ad pontificatum Papæ Stephani. At Rufinus lib. 7. cap. 2. ſcribit eam cœpiſſe ſub pontificatu Cornelii. Quod Baronius contendit eſſe falſum. Sed Baronii ſententiam quidam viri docti putarunt non eſſe veram. Profecto auctoritas Rufini veteris & docti ſcriptoris non debet rejici abſque bonis teſtimoniis. Poteſt autem illa confirmari auctoritate epiſtolæ Cornelii ad Cyprianum, quam deſcripſi ex duobus antiquis codicibus manuſcriptis, quorum unus eſt in bibliotheca monaſterii ſancti Remigii Remenſis, alius in bibliotheca illuſtriſſimi & doctiſſimi viri Joannis Bohierii præſidis infulati in parlamento Burgundiæ. Edita eſt autem ſupra pag. 167. Ubi vero Raphael Volaterranus invenerit Cornelium ceſſiſſe Cypriano nondum invenire potui. Ceterum iſtic annotari poteſt Armenos, ut tradit Guido de Perpiniano, dixiſſe quod verum baptiſma ſolum erat in eccleſia majoris Armeniæ, & non in aliis, propter quod alios ad ſe venientes rebaptizabant.

7 *Aut quomodo baptizans*] Codex Fuxenſis, *aut quomodo baptizandi alteri licentiam dare poteſt qui ipſe immundus eſt & peccata deponere.*

8 *Per ſ. eccleſiam*] Sic etiam in epiſtola 76. ad Magnum pag. 154.

9 *Baptizare poſſe*] Adjecimus hæc duo vocabula ex fide quatuor veterum exemplarium; quorum unum eſt Corbejenſe, in quo epiſtola iſta bis habetur.

10 *Euchariſtia eſt*] In emendando hoc loco ſecuti ſumus in primis ſcripturam libri Corbejenſis. Sex libri manuſcripti & veteres editiones habent *oleum in altari ſanctificatum*. Manutius poſuit: *Porro autem euchariſtia eſt, unde baptizati unguntur, oleum in altari ſanctificatum.* Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos ait baptiſmum non eſſe tradendum ſine euchariſtia. Quod diu duravit in eccleſia Dei, ut oſtenſum a nobis eſt in notis ad Reginonem pag. 551. 657. & in notis ad Capitularia pag. 1236. In concilio Pragenſi Huſſitarum apud Cochlæum lib. 5. hiſtoriæ Huſſitarum decretum eſt ut euchariſtiæ communio detur infantibus. Hæc tantum. Et tamen Odoricus Raynaldus an. 1421. §. 12. ſcribit illud ab illis ſtatutum eſſe circa infantes baptiſmo perluendos. Quod verum non eſt. Hæc enim additio Raynaldi non exſtat in decreto ſynodi. Æneas Sylvius in dialogo contra Bohemos & Taboritas, qui editus eſt inter illius epiſtolas, ait: *Vetus hæc Armenorum inſania fuit, qui natos ut in lucem veniebant, mox baptizatos, mox altaris ſacramento reficiebant. quod & vos ajunt facere, qui dementes atque infantes ad euchariſtiæ libamenta vocatis.* In reſponſionibus Armenorum ad objecta Latinorum miſſis ad Papam Benedictum XII. anno 1342. legitur quod illi poſtquam puerum baptizarunt, *baptizatum communicant ſic. Cum corpore Chriſti ſicco tangunt labia pueri, & reponunt, & ſi ſacerdos celebret, & in tempore illo baptizetur puer, bene modicum ſacerdos digitum ſuum tingit in ſanguine, & inde tangit labia pueri.*

11 *Non ungat*]. Quatuor libri veteres, *non impinguet*. Pamelius ait ſanctum Auguſtinum, qui ſæpe citat hunc locum, aliquando ſcribere *ungat*, quandoque *impinguet*. Duæ itaque etiam ævo Auguſtini erant hujus loci lectiones.

12 *Super Petrum*] Ita omnino XXI. libri veteres & duo laudati a Pamelio. Veteres editiones habent *petram*. Ita etiam editio Morelliana & tres libri veteres. Vide quæ in ſimili cauſa notata ſunt ſupra ad epiſtolam 40. pag. 428.

13 *Ratum & firmum*] Ita editio Eraſmi & ſedecim libri veteres. Superiores editiones & novem libri veteres legunt *gratum & firmum*. Supra epiſt. 63. ſcriptum eſt, *certus quod collegæ tui omnes gratum haberemus*, ubi quidam codices habent *ratum*.

14 *Poſſint da. grat. Chriſti*] Hæc deſunt in antiquis editionibus & in ſeptem antiquis exemplaribus. Eraſmus adjecit.

15 *Et fidei veritatem*] Codex Burgundicus, *& fidei unitatem non denegare.*

[1]EPISTOLA LXXI.

Ad Quintum de hæreticis baptizandis.

CYPRIANUS [2] Quinto fratri ſalutem. A Retulit ad me, frater cariſſime, [3] Lucianus compresbyter noſter te deſideraſſe ut ſignificaremus tibi quid ſentiamus de his qui apud hæreticos & ſchiſmaticos baptizati videntur. De qua re quid nuper [4] in concilio plurimi coepiſcopi cum compresbyteris qui aderant cenſuerimus ut ſcires, ejuſdem epiſtolæ exemplum tibi miſi. Neſcio etenim qua præſumptione ducuntur [5] quidam de collegis noſtris ut putent eos qui apud hæreticos tincti ſunt, quando ad nos venerint, baptizari non oportere, eo quod dicant unum baptiſma eſſe; B [6] quod unum ſcilicet ideo eſt, quia eccleſia una eſt, & eſſe baptiſma extra eccleſiam non poteſt. Nam cum [7] duo baptiſmata eſſe non poſſint, ſi hæretici vere baptizant, ipſi habent baptiſma. Et qui hoc illis patrocinium de auctoritate ſua præſtat, cedit illis & conſentit ut [8] hoſtis & adverſarius Chriſti habere videatur abluendi & purificandi & ſanctificandi hominis poteſtatem. Nos autem dicimus eos qui inde veniunt non rebaptizari apud nos, ſed baptizari. Neque enim accipiunt illic aliquid ubi nihil eſt; ſed veniunt ad nos ut hic accipiant ubi & gratia & veritas omnis eſt, quia & gratia & veritas una eſt. Porro autem quidam de collegis noſtris malunt hæreticis honorem dare quam nobis conſentire; & dum unius baptiſmi aſſeveratione baptizare venientes nolunt, ſic aut duo baptiſmata ipſi faciunt, dum & apud hæreticos baptiſma eſſe dicunt, aut certe, quod eſt gravius, hæreticorum ſordidam & prophanam tinctionem vero & unico & legitimo eccleſiæ catholicæ baptiſmo præponere & præferre contendunt, non conſiderantes ſcriptum eſſe: [9] *Qui baptizatur a mortuo, quid proficit* Eccl. 34. *lavatio ejus?* Manifeſtum eſt autem eos qui non ſunt in eccleſia Chriſti inter mortuos computari nec poſſe ab eo vivificari alterum qui ipſe non vivat, quando una ſit eccleſia, quæ vitæ æternæ gratiam conſecuta & vivit in æternum & vivificat Dei populum. Et dicunt ſe in hoc veterem conſuetudinem ſequi, quando apud veteres hæreſeos & ſchiſmatum prima adhuc fuerint initia, ut hi illic eſſent qui de eccleſia recedebant, & hic baptizati prius fuerant; quos tunc tamen ad eccleſiam revertentes & pœni-

pœnitentiam agentes neceſſe non erat baptizare. Quod nos quoque hodie obſervamus, ut quos conſtet hic baptizatos eſſe & a nobis ad hæreticos tranſiſſe, ſi poſtmodum peccato ſuo cognito & errore digeſto ad veritatem & matricem redeant, ſatis ſit in pœnitentiam manum imponere; ut quia ovis jam fuerat, hanc ovem [10] abalienatam & errabundam in ovile ſuum paſtor recipiat. Si autem qui ab hæreticis venit baptizatus in eccleſia prius non fuit, ſed alienus in totum & prophanus venit, baptizandus eſt ut ovis fiat, quia una eſt aqua in eccleſia ſancta quæ oves faciat. Et iccirco quia nihil poteſt eſſe commune mendacio & veritati, tenebris & luci, morti & immortalitati, antichriſto & Chriſto, per omnia debemus eccleſiæ catholicæ unitatem tenere nec in aliquo fidei & veritatis hoſtibus cedere. Non eſt autem de conſuetudine præſcribendum, ſed ratione vincendum. [11] Nam nec Petrus, quem primum Dominus elegit, & ſuper quem ædi-

Gal. 2. ficavit eccleſiam ſuam, cum ſecum Paulus de circumciſione poſtmodum diſceptaret, vindicavit ſibi aliquid inſolenter aut arroganter aſſumpſit, ut diceret [12] ſe primatum tenere & obtemperari a novellis & poſteris ſibi potius oportere. Nec deſpexit Paulum quod eccleſiæ prius perſecutor fuiſſet, ſed conſilium veritatis admiſit, & rationi legitimæ quam Paulus vindicabat facile conſenſit, documentum ſcilicet nobis & concordiæ & patientiæ tribuens, ut non pertinaciter noſtra amemus, ſed quæ aliquando a fratribus & collegis noſtris utiliter

A & ſalubriter ſuggeruntur, ſi ſint vera & legitima, ipſa potius noſtra ducamus. Cui rei Paulus quoque proſpiciens & concordiæ & paci fideliter conſulens in epiſtola ſua poſuit dicens: *Prophetæ autem duo aut tres loquantur, & ceteri examinent. Si autem alii revelatum fuerit ſedenti, ille prior taceat.* (2. Cor. 14.) Qua in parte docuit & oſtendit multa ſingulis in melius revelari & debere unumquemque non pro eo quod ſemel imbiberat & tenebat pertinaciter congredi, ſed ſi quid melius & utilius exſtiterit libenter am-

B plecti. Non enim vincimur quando offeruntur nobis meliora, ſed inſtruimur, maxime in his quæ ad eccleſiæ unitatem pertinent & ſpei ac fidei noſtræ veritatem; ut nos ſacerdotes Dei & eccleſiæ ejus de ipſius dignatione præpoſiti ſciamus remiſſam peccatorum non niſi in eccleſia dari poſſe, nec poſſe adverſarios Chriſti quidquam ſibi circa ejus gratiam vindicare. Quod quidem & [13] Agrippinus bonæ memoriæ vir cum ceteris coepiſcopis ſuis qui illo in tempore in provincia Africa & Numidia

C eccleſiam Domini gubernabant ſtatuit & [14] librato conſilii communis examine firmavit. Quorum ſententiam & religioſam & legitimam & ſalutarem, fidei & eccleſiæ catholicæ congruentem, nos etiam ſecuti ſumus. Et quales ſuper hac re litteras fecerimus ut ſcires, exemplum earum ad notitiam tam tuam quam coepiſcoporum noſtrorum qui illic ſunt pro communi dilectione tranſmiſimus. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXI.

1 HUjus epiſtolæ prima editio debetur Eraſmo, qui illam edidit anno 1519. Verum quia exſtat extra ordinem epiſtolarum, & poſita eſt poſt libros teſtimoniorum, poſt epiſtolas ad Jubajanum & ad Pompejum, non animadvertens Eckius illam eſſe extra numerum epiſtolarum, cum illius exemplar haberet, ex ea tamquam inedita fragmentum attulit in libro 2. cap. 1. de primatu Papæ, & quædam ejus verba deſcribit ex libro ſecundo Auguſtini contra Donatiſtas cap. 1. Emendavi illam collatione facta cum ſedecim codicibus antiquis.

2 *Quinto fratri*] Epiſcopum fuiſſe in Mauritania docebit ſequens epiſtola.

3 *Lucianus*] Illum ego eſſe puto qui ſcripſit epiſtolas 16. & 21. cujus etiam mentio habetur in epiſtola 22.

4 *In concilio*] Vide epiſtolam 70. ad Numidas.

5 *Quidam de collegis*] ut Florentius cognomento Pupianus, ut patet ex epiſtola 69. ad eum ſcripta.

6 *Quod unum ſcilicet*] Retinui lectionem quinque veterum librorum, quæ mihi videtur eſſe optima. Eraſmus & alii poſt eum poſuerunt, *quod unum ſcilicet in eccleſia catholica eſt: Qua eccleſia ſi eſt una, eſse extra eccleſiam baptiſma non poteſt*. Quidam libri veteres habent *præter eccleſiam*.

7 *Duo baptiſmata*] Editiones Eraſmi & Morellii addunt *aut multa*. Verum ea deſunt in quatuordecim libris veteribus. Habentur tamen in Corbejenſi. Arator lib. 2. actuum apoſtolicorum. *Quid geminum baptiſma cupis ſimulare prophana*. Optatus lib. 5. *Vides ergo, frater Parmeniane, hæreticos a domo veritatis extorres ſolos habere varia & falſa baptiſmata, quibus inquinatus non poſſit abluere, immundus emundare, ſupplantator erigere*. Ubi nemo non videt legendum eſſe *ſupplantatus*.

8 *Hoſtis & adverſarius*] Sic reſtituimus hunc locum pro eo quod aliæ editiones habent *hoſtes & adverſarii*, quia ita ſcriptum vidimus in omnibus antiquis codicibus.

9 *Qui baptizatur*] Hunc morem explicat ſanctus Joannes Chryſoſtomus in initio homiliæ 40. in primam Pauli epiſtolam ad Corinthios. Vide Rigaltii obſervationes ad librum Tertulliani de reſurrectione carnis, Chriſtophorum Juſtellum in notis ad canonem 12. ſynodi Antiochenæ, Fridericum Spanhemium & Joannem Harduinum in diſſertationibus quas emiſerunt de baptiſmo pro mortuis. Vide etiam præfationem Amboeſii ad Abælardum pag. 24.

10 *Abalienatam*] Tres libri veteres habent *abigeatam*, octo alii *abjectam*, alius *abactam*, unus regius *abjectam & tremebundam in ovile*. Rigaltius magis probat *abigeatam*.

11 *Nam nec Petrus*] Refert hunc locum ſanctus Auguſtinus in initio libri ſecundi de baptiſmo adverſus Donatiſtas.

12 *Se primatum tenere*] In gloſſemate libri de unitate eccleſiæ: *Primatus Petro datur ut una Chriſti eccleſia & una cathedra eſse monſtretur*. Vide illic obſervationes Rigaltii.

13 *Agrippinus bo. me. vir*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 2. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 9. Sed ego non invenio in hoc loco Cypriani quod Auguſtinus paulo ante ait Cyprianum dixiſſe conſuetudinem de recipiendis hæreticis abſque novo baptiſmo quaſi *cæpiſse corrigi* per Agrippinum, & mox de ſuo ait eam *per Agrippinum corrumpi cæpiſse, non corrigi*. Iſta explicanda ſunt. Ait Auguſtinus quæſtionem de repetitione baptiſmi nondum ætate Cypriani fuiſſe pertractatam diligenter, ſed tamen ſaluberrima conſuetudine tenuiſſe eccleſiam, Romanam videlicet, ut planum eſt ex epiſtola Firmiliani, in ipſis quoque ſchiſmaticis & hæreticis corrigere quod pravum erat, non iterare quod datum eſſet. Alia erat conſuetudo eccleſiæ Africanæ. Et quia Papa Stephanus nihil afferebat ad confirmandam opinionem ſuam quam conſuetudinem, ſugillat Cyprianus hanc diſputandi methodum, & ait epiſt. 71. pag. 127. & epiſt. 74. pag. 141. agendum eſſe ratione, non conſuetudine, quam vocat erroris vetuſtatem. Nam quamvis conſuetudo legem imitetur & non minus quam quod ſcriptum eſt uſurpetur, tamen non de longa conſuetudine præſcribendum eſt, niſi ſit rationabilis & per tantum temporis duraverit quod ejus initium non teneatur in hominum memoria. Conſuetudinem enim ajunt juriſconſulti eſſe uſum rationabilem competenti tempore firmatum, nullo actu contrario interruptum. Cyprianus contra conſuetudinem Romanorum, quam ajebat non demanare de fonte apoſtolico, ut agnovit etiam Baronius,

opponebat conſuetudinem veritatis, quam putabat eſſe in eccleſia Africana. Sane Auguſtinus ait conſuetudinem cedere debere veritati manifeſtatæ. Et quia illa non erat manifeſtata ævo Cypriani, ut quæ nondum pertractata fuerat diligenter, propterea illum excuſat, & putat illum recepturum fuiſſe veritatem, ſi tum ea fuiſſet manifeſtata, uti poſtea fuit in concilio plenario. Ceterum iſtic adnotandum eſt diu ante Cyprianum receptam fuiſſe diſciplinam de baptizandis hæreticis ad eccleſiam venientibus, ut dicemus in notis ad concilium Carthaginenſe, adeoque falſum fuiſſe Nicephorum Calliſtum cum ſcripſit Cyprianum primum fuiſſe qui baptizandos eſſe cenſuerit hæreticos. Addam in hoc loco Gregorium Papam VII. uſum eſſe auctoritate Cypriani adverſus conſuetudinem cujus uſus contrarius eſt veritati, quia quælibet conſuetudo, quantumvis vetuſta, quantumvis vulgata, veritati eſt poſtponenda. Exſtat ea Gregorii epiſtola apud Gratianum diſt. 8. cap. *Si conſuetudinem*.

14 *Librato*] Tres libri veteres, *librato conſilio communi*. Alii ſeptem & editio Eraſmi, *librata conſilii communis examinatione*. Qui ſcribendi modus exſtat etiam in initio epiſtolæ ſequentis.

EPISTOLA LXXII.

Ad Stephanum Papam de Concilio.

CYPRIANUS & ceteri Stephano fratri ſalutem. Ad quædam diſponenda & conſilii communis examinatione limanda neceſſe habuimus, frater cariſſime, convenientibus in unum pluribus ſacerdotibus cogere & [1] celebrare concilium, in quo multa quidem prolata atque [2] tranſacta ſunt. Sed de eo vel maxime tibi ſcribendum & cum tua gravitate ac ſapientia conferendum fuit quod magis pertineat & ad ſacerdotalem auctoritatem & ad eccleſiæ catholicæ unitatem pariter ac dignitatem de divinæ diſpoſitionis ordinatione venientem, eos qui ſint foris extra eccleſiam tincti & apud hæreticos & ſchiſmaticos prophanæ aquæ labe maculati, quando ad nos atque ad eccleſiam, quæ una eſt, venerint, baptizari oportere, eo quod parum ſit eis manum imponere ad accipiendum ſpiritum ſanctum, niſi accipiant & eccleſiæ baptiſmum. Tunc enim demum plene ſanctificari & eſſe filii Dei poſſunt, ſi [3] ſacramento utroque naſcantur, cum ſcriptum ſit: *Niſi quis* [4] *renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei*. (Joan. 3.) Invenimus enim etiam in actis apoſtolorum (Act. 10.) hoc eſſe ab apoſtolis cuſtoditum & ſalutaris fidei veritate ſervatum, ut cum in domo Cornelii centurionis ſuper ethnicos qui illic aderant fidei calore ferventes & in Dominum toto corde credentes deſcendiſſet ſpiritus ſanctus, quo adimpleti variis linguis Deum benedicerent, nihilominus tamen beatum apoſtolum Petrum divini præcepti atque evangelii memorem præcepiſſe ut baptizarentur iidem illi qui jam fuerant ſancto ſpiritu pleni, ut nihil prætermiſſum videretur quo minus per omnia divini præcepti atque evangelii legem apoſtolica magiſteria ſervarent. Baptiſmum autem non eſſe quo hæretici utuntur, nec quemquam apud eos qui Chriſto adverſantur per gratiam Chriſti poſſe proficere diligenter ſuper expreſſum eſt in epiſtola quæ [5] ad Quintum collegam noſtrum in Mauritania conſtitutum ſuper ea re ſcripta eſt, item in litteris quas collegæ noſtri [6] ad coepiſcopos in Numidia præſidentes ante fecerunt; cujus utriuſque epiſtolæ exempla ſubdimus hic. Addimus plane & adjungimus, frater cariſſime, conſenſu & auctoritate communi, ut etiam ſi qui presbyteri aut diaconi, qui vel in eccleſia catholica prius ordinati fuerint, & poſtmodum perfidi ac rebelles contra eccleſiam ſteterint, vel apud hæreticos a pſeudoepiſcopis & antichriſtis contra Chriſti diſpoſitionem prophana ordinatione promoti ſint, & contra altare unum atque [7] divinum ſacrificia foris falſa ac ſacrilega offerre conati ſint, eos quoque hac conditione ſuſcipi cum revertuntur ut communicent laici, & ſatis habeant quod admittuntur ad pacem qui hoſtes pacis exſtiterint, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere quibus contra nos rebellaverint. Oportet enim ſacerdotes & miniſtros qui altari & ſacrificiis deſerviunt integros atque immaculatos eſſe, cum Dominus Deus in Levitico loquatur & dicat: *Homo in quo fuerit macula & vitium non accedet offerre dona Deo*. (Levit. 21.) Item in Exodo hæc eadem præcipiat & dicat: *Et ſacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum ſanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus*. (Exo. 19.) Et iterum: *Et cum accedunt miniſtrare ad altare ſancti, non adducent in ſe delictum, ne moriantur*. (Exo. 28.) Quod autem majus poteſt eſſe delictum aut quæ macula deformior quam adverſus Chriſtum ſtetiſſe, quam eccleſiam ejus, quam ille ſanguine ſuo paravit & condidit, diſſipaſſe, quam evangelicæ pacis ac dilectionis oblitum contra unanimem & concordem Dei populum hoſtilis diſcordiæ furore pugnaſſe? Qui etſi ipſi poſtmodum ad eccleſiam redeunt, reſtituere tamen eos & ſecum revocare non poſſunt qui ab eis ſeducti & foris morte præventi extra eccleſiam ſine communicatione & pace perierunt; quorum animæ in die judicii de ipſorum manibus expetentur qui perditionis auctores & duces exſtiterunt. Et iccirco ſatis eſt talibus revertentibus veniam dari. Non tamen debet in domo fidei perfidia promoveri. Nam quid bonis & innocentibus atque ab eccleſia non recedentibus reſervamus, ſi eos qui a nobis receſſerint [8] & contra eccleſiam ſteterint honoramus? Hæc ad conſcientiam tuam, frater cariſſime, & pro honore communi & pro ſimplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei veritate placere quæ & religioſa pariter & vera ſunt. Ceterum ſcimus quoſdam [9] quod ſemel imbiberint nolle deponere nec propoſitum ſuum facile mutare, ſed ſalvo inter collegas pacis & concordiæ vinculo quædam propria quæ apud ſe ſemel ſint uſurpata retinere. Qua in re nec nos vim cuiquam facimus aut legem damus, quando habeat in eccleſiæ adminiſtratione voluntatis ſuæ arbitrium liberum unuſquiſque præpoſitus, rationem actus ſui Domino redditurus. Optamus te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

EPI-

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXII.

CUm propter illam cui nunc incumbo emendationem & illuſtrationem operum ſancti Cypriani legendam ſuſcepiſſem prolixam nimis epiſtolam Joannis Launoii ad Jacobum Bevilaquam de diſcordia Papæ Stephani cum Cypriano, miratus ſum tam multa ab eo dici potuiſſe ut nihil diceretur. Quæcumque enim affert argumenta & teſtimonia adverſus Stephanum nullius momenti ſunt in hac cauſa & quamdam habent inſulſitatem. Quid enim ad cauſam baptiſmi facit Cypriani famam eſſe celebriorem quam famam Stephani, Cyprianum non cedere Stephano, Cyprianum congregaſſe concilium in cauſa baptiſmi, Stephanum non congregaſſe, eccleſias orientis & occidentis non ſuſcepiſſe propugnandam ſententiam Stephani, & multa alia hujuſmodi quæ ad cauſam non pertinent, quorum etiam plurima falſa ſunt? Nemo autem, ut ait Hieronymus in epiſtola ad Pammachium contra Joannem Hieroſolymitanum, falſo verum probat. Itaque iſta facile poſſent refutari. Sed tanti non ſunt. Veriſſimum igitur eſt quod ait Optatus in libro quinto, veritatem ſtudiis impediri. Vide Facundum in libro contra Mocianum pag. 577. primæ editionis.

1 *Celebrare concilium*] Celebratum fuiſſe anno 255. recte, ut opinor, probat Pearſonius in annalibus Cyprianicis.

2 *Tranſacta*] Ita duodecim libri veteres. Alii quatuor habent *tractata*. Veteres editiones & tres libri veteres, *tranſlata*.

3 *Sacramento utroque*] baptiſmo & ſancti ſpiritus infuſione, id eſt, ut dicet paulo poſt, aqua & ſpiritu. Quod ſæpe repetit alibi. Tertullianus in libro de virginibus velandis: *Una nobis & illis fides, unus Deus, idem Chriſtus, eadem ſpes, eadem lavacri ſacramenta*. Siricius in epiſtola ad Himerium: *quibus ſolis per annum diebus*, id eſt paſchatis & pentecoſtes, *ad fidem confluentibus generalia baptiſmatis tradi convenit ſacramenta*. Vide Sirmondum capite quinto ſecundi antirrhetici, ubi explicat hunc Cypriani locum. Vide etiam to. 2. Capitularium pag. 1236. Ceterum pro *utroque* quinque vetera exemplaria habent *utrumque*.

4 *Renatus*] Quatuor antiqui codices habent *denuo natus*. Quæ lectio non diſplicet, cum vox *denuo* exſtet in capite tertio evangelii ſecundum Joannem, ex quo locus iſte petitus eſt. Sed puto Cyprianum, qui alia verſione utebatur quam vulgata noſtra, ſcripſiſſe *renatus*.

5 *Ad Quintum*] Supra epiſt. 71.

6 *Ad coepiſc. in Numidia*] Supra epiſt. 70.

7 *Divinum*] Tres libri veteres habent *individuum*.

8 *Et co. eccl. ſteterint*] Iſta imitatus eſt Anſelmus epiſcopus Havelbergenſis in tomo XIII. Spicilegii Dacheriani pag. 202.

9 *Quod ſemel imbiberint*] Cicero lib. 4. academicarum quæſtionum cap. 3. *Sed neſcio quomodo plerique errare malunt eamque ſententiam quam adamaverunt pugnaciſſime defendere quam ſine pertinacia quid conſtantiſſime dicatur exquirere*. Lactantius lib. 3. cap. 24. *Quid dicam de iis neſcio qui cum ſemel aberraverint, conſtanter in ſtultitia perſeverant & vanis vana defendunt, niſi quod eos interdum puto aut joci cauſa philoſophari aut prudentes & ſcios mendacia defendenda ſuſcipere, quaſi ut ingenia ſua in malis rebus exerceant vel oſtentent*. Cælius Calcagninus in libro de libero arbitrio pag. 396. *niſi tantum eſſet quibuſdam male auſpicatis ingeniis impudentia ut non erubeſcant exploſas ac damnatas etiam opiniones revocare atque aſſerere, non amore quidem veritatis, ſed oſtentandi ingenii & captandæ auræ popularis gratia*. Congruenter ad hæc Origenes lib. 1. contra Celſum ait moleſtam rem eſſe contentionem obſtinatamque voluntatem reſiſtendi etiam manifeſtis, pudore diſcedendi a conſuetis opinionibus quibus jam imbuta eſt anima, nec ab ullis conſuetudinibus hominem difficilius avelli quam ab iis quæ ad opiniones pertinent. Claudianus Mamertus in procemio librorum de ſtatu animæ: *Magnum in genere humano multorum vitium eſt arrogans imperitia & pervicax in defendendis perperе præſumptis opinionibus pertinacia*. Angelus Politianus cap. 9. miſcellaneorum tradit Domitium Calderinum pro ſententia cui ſemel adhæſerat etiam contra verum contumacem & refractarium fuiſſe.

---

[a] EPISTOLA LXXIII.

Ad Jubajanum de hæreticis baptizandis.

CYPRIANUS Jubajano fratri ſalutem. [1] Scripſiſti mihi, frater cariſſime, deſiderans ſignificari tibi motum animi noſtri quid nobis videatur de hæreticorum baptiſmo, qui [3] foris poſiti & extra eccleſiam conſtituti vindicant ſibi rem nec juris ſui nec poteſtatis. Quod nos nec ratum poſſumus nec legitimum [4] computare, quando hoc apud eos eſſe conſtet illicitum. Et quoniam jam ſuper hac re quid ſentiremus litteris noſtris expreſſimus, ut compendium facerem, exemplum earumdem litterarum tibi miſi, quid in concilio, cum complures adeſſemus, decreverimus, quid item poſtea [5] Quinto collegæ noſtro de eadem re quærenti reſcripſerim. Et nunc quoque cum in unum conveniſſemus tam provinciæ Africæ quam Numidiæ [6] epiſcopi numero ſeptuaginta & unus, hoc idem denuo ſententia noſtra firmavimus, ſtatuentes unum baptiſma eſſe quod ſit in eccleſia catholica conſtitutum, ac per hoc non rebaptizari ſed [7] baptizari a nobis quicumque ab adultera & prophana aqua veniunt abluendi & ſanctificandi ſalutaris aquæ veritate. Nec nos movet, frater cariſſime, quod in litteris tuis complexus es, Novatianenſes rebaptizare eos quos a nobis ſollicitant, quando ad nos omnino non pertineat quid hoſtes eccleſiæ fa-

A ciant, dummodo teneamus ipſi poteſtatis noſtræ honorem & rationis ac veritatis firmitatem. Nam Novatianus ſimiarum more, quæ cum homines non ſint, [a] humana tamen imitantur, vult eccleſiæ catholicæ auctoritatem ſibi & veritatem vindicare, quando ipſe in eccleſia non ſit, immo adhuc inſuper contra eccleſiam rebellis & hoſtis exſtiterit. Sciens etenim unum eſſe baptiſma, hoc unum ſibi vindicat ut apud ſe eſſe eccleſiam dicat & nos hæreticos faciat. Nos autem, qui eccleſiæ unius caput & radicem tenemus, pro certo ſcimus & fidimus nihil illi extra eccleſiam licere & ba-

B ptiſma, quod eſt unum, apud nos eſſe, ubi & ipſe baptizatus prius fuerat, quando divinæ unitatis & rationem & veritatem tenebat. Quod ſi in eccleſia baptizatos rebaptizandos foris extra eccleſiam Novatianus exiſtimat, a ſe incipere debuerat, ut prior [9] extraneo & hæretico baptiſmo rebaptizaretur, qui poſt eccleſiam immo & contra eccleſiam baptizandos foris opinatur. Quale eſt autem ut quia hoc Novatianus facere audet, nos putemus non eſſe faciendum? Quid ergo? quia & honorem cathedræ ſacerdotalis Novatianus uſurpat, num icciroo nos cathedræ renuntiare debemus? Aut quia Novatianus altare collocare & ſacrificia offerre

contra fas nititur, ab altari & ſacrificiis ceſſare A nos oportet, ne paria & ſimilia cum illo celebrare videamur? Vanum prorſus & ſtultum eſt ut quia Novatianus extra eccleſiam vindicat ſibi veritatis imaginem, [10] relinquamus eccleſiæ veritatem. Apud nos autem non nova aut repentina res eſt ut baptizandos cenſeamus eos qui ab hæreticis ad eccleſiam veniunt, quando multi jam anni ſint & [11] longa ætas ex quo ſub Agrippino bonæ memoriæ viro convenientes in unum epiſcopi plurimi hoc ſtatuerint, atque exinde in hodiernum tot mil- B lia hæreticorum in provinciis noſtris ad eccleſiam converſi non aſpernati ſint neque cunctati, immo & rationabiliter & libenter amplexi ſint ut lavacri vitalis & ſalutaris baptiſmi gratiam conſequerentur. Neque enim difficile eſt doctori vera & legitima inſinuare ei qui hæretica pravitate damnata, & eccleſiaſtica veritate comperta, [12] ad hoc venit ut diſcat, ad hoc diſcit ut vivat. Nos non [13] debemus ſtuporem hæreticis [14] patrocinio conſenſus noſtri augere cum libenter ac prompte obtemperant veritati. Plane quoniam inveni in epiſtola cujus e- C xemplum ad me transmiſiſti ſcriptum eſſe quod [15] quærendum non ſit quis baptizaverit, quando is qui baptizatus ſit accipere remiſſam peccatorum potuerit ſecundum quod credidit, prætereundum hunc locum non putavi, maxime cum in eadem epiſtola animadverterim etiam Marcionis fieri mentionem, ut nec ab ipſo venientes dicat baptizari oportere, quod jam in nomine Jeſu Chriſti baptizati eſſe videantur. Conſiderare itaque debemus fidem eorum qui foris credunt, an ſecundum eam- D dem fidem poſſint aliquid gratiæ conſequi. Nam ſi fides una eſt nobis & hæreticis, poteſt eſſe & gratia una. Si eumdem patrem, eumdem filium, eumdem ſpiritum ſanctum, eamdem eccleſiam confitentur nobiſcum Patripaſſiani, [16] Anthropiani, Valentiniani, Appelletiani, Ophitæ, Marcionitæ, & ceteræ hæreticorum peſtes & [17] gladii ac venena ſubvertendæ veritatis, poteſt illic & baptiſma unum eſſe, ſi eſt & fides una. Ac ne longum ſit per hæreſes univerſas decurrere & ſingularum vel ineptias vel inſanias recenſere, E quia nec delectat id dicere quod aut horret aut pudet noſſe, de Marcione interim ſolo, cujus mentio in epiſtola a te ad nos transmiſſa facta eſt, examinemus an poſſit baptiſmatis ejus ratio conſtare. Dominus enim poſt reſurrectionem diſcipulos ſuos mittens quemadmodum baptizare deberent inſtruxit & docuit dicens: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Ite ergo & docete gentes omnes baptizantes eos in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti.* Matt. 28. Inſinuat trinitatem, cujus ſacramento gentes [18] baptizarentur. Numquid hanc trinitatem F Marcion tenet? Numquid eumdem aſſerit quem & nos patrem creatorem? Numquid eumdem novit filium Chriſtum de Maria virgine natum, qui ſermo caro factus ſit, qui peccata noſtra portaverit, qui mortem moriendo vicerit, qui reſurrectionem carnis per ſemetipſum primus initiaverit, & diſcipulis ſuis quod in eadem carne reſurrexiſſet oſtenderit? Longe alia eſt apud Marcionem ſed & apud ceteros hæreticos fides. Immo nihil eſt apud illos niſi perfidia & blaſphemia & [19] contentio ſanctitatis & veritatis inimica. Quomodo ergo poteſt videri qui apud illos baptizatur conſecutus eſſe peccatorum remiſſam & divinæ indulgentiæ gratiam per ſuam fidem qui ipſius fidei non habuerit veritatem? Si enim, ſicut quibuſdam videtur, ſecundum fidem ſuam quis accipere aliquid foris extra eccleſiam potuit, utique id accepit quod credidit. Falſum autem credens verum accipere non potuit, ſed potius adultera & prophana, ſecundum quod credebat, accepit. Quem locum prophani & adulteri baptiſmi ſubtiliter Hieremias propheta perſtringit dicens: *Ut quid qui contriſtant me prævalent? Plaga mea ſolida eſt, unde ſanabor? Dum fit, facta eſt mihi quaſi aqua mendax non habens fidem.* Hier. 15. Mentionem facit per prophetam ſpiritus ſanctus aquæ mendacis & fidem non habentis. Quæ eſt hæc aqua mendax & perfida? Utique ea quæ baptiſmi imaginem mentitur & gratiam fidei adumbrata ſimulatione fruſtratur. Quod ſi ſecundum pravam fidem baptizari aliquis foris & remiſſam peccatorum conſequi potuit, ſecundum eamdem fidem conſequi & ſpiritum ſanctum potuit, & non eſt neceſſe ei venienti manum imponi ut ſpiritum ſanctum conſequatur & ſignetur. Aut utrumque enim [20] fide ſua foris conſequi potuit, aut neutrum eorum qui foris fuerat accepit. Manifeſtum eſt autem ubi & per quos remiſſa peccatorum dari poſſit, quæ in baptiſmo ſcilicet datur. Nam Petro Matt. 16. primum Dominus, ſuper quem ædificavit eccleſiam, & unde [21] unitatis originem inſtituit & oſtendit, poteſtatem iſtam dedit ut id ſolveretur in cælis quod ille ſolviſſet in terris. Et poſt reſurrectionem quoque ad apoſtolos loquitur dicens: *Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixiſſet, inſpiravit, & ait illis: Accipite ſpiritum ſanctum. Si cujus remiſeritis peccata, remittentur illi; ſi cujus tenueritis, tenebuntur.* Joan. 20. Unde intelligimus non niſi in eccleſia præpoſitis & in evangelica lege ac dominica ordinatione fundatis licere baptizare & remiſſam peccatorum dare, foris autem nec ligari aliquid poſſe nec ſolvi, ubi non ſit qui aut ligare poſſit aliquid aut ſolvere. Nec hoc, frater cariſſime, ſine ſcripturæ divinæ auctoritate proponimus, ut dicamus certa lege ac propria ordinatione divinitus cuncta eſſe diſpoſita, nec poſſe quemquam contra epiſcopos & ſacerdotes uſurpare ſibi aliquid quod non ſit ſui juris & poteſtatis. Nam & Chore & Dathan & Abiron contra Moyſen & Aaron ſacerdotem ſacrificandi ſibi licentiam [22] uſurpare conati ſunt; nec tamen quod illicite auſi ſunt impune fecerunt. Num. 6. Et filii Aaron, qui alienum ignem altari impoſuerunt, in conſpectu ſtatim Domini indignantis exſtincti ſunt. Levit. 10. Quod ſupplicium manet eos qui alienam aquam baptiſmo inferunt falſo, ut divina cenſura ulciſcatur & vindicet id hæreticos contra eccleſiam gerere quod non niſi ſoli liceat eccleſiæ. Quod autem dicunt quidam de eis qui in Samaria baptizati fuerant, Act. 8. advenientibus apoſtolis Petro & Joanne, tantum ſuper eos manum impoſitam eſſe, ut acciperent ſpiritum ſanctum, rebaptizatos tamen non eſſe, [23] locum iſtum, frater cariſſime, ad præſentem cauſam videmus omnino non pertinere. Illi enim qui in Samaria crediderant fide ve-

de vera crediderant, & intus in eccleſia, quæ A
una eſt, & cui ſoli gratiam baptiſmi dare &
peccata ſolvere permiſſum eſt, a Philippo dia-
cono, quem iidem apoſtoli miſerant, baptiza-
ti erant. Et icirco quia legitimum & eccle-
ſiaſticum baptiſmum conſecuti fuerant, bapti-
zari eos ultra non oportebat, ſed tantummo-
do quod deerat, id a Petro & Joanne factum
eſt, ut oratione pro eis habita, & manu im-
poſita, invocaretur & infunderetur ſuper eos
ſpiritus ſanctus. Quod nunc quoque apud nos
geritnr, ut qui in eccleſia baptizantur, [14] præ-
poſitis eccleſiæ offerantur, & per noſtram ora- B
tionem ac manus impoſitionem ſpiritum ſan-
ctum conſequantur & ſignaculo dominico con-
ſummentur. Non eſt ergo, frater cariſſime,
quod hæreticis cedendum exiſtimemus ut ba-
ptiſma, quod non niſi uni & ſoli eccleſiæ da-
tum ſit, prodendum putemus. Boni militis eſt
adverſus rebelles & hoſtes imperatoris ſui ca-
ſtra defendere. Glorioſi ducis eſt commiſſa ſi-
Deut. 4. bi ſigna ſervare. Scriptum eſt: *Dominus Deus
tuus Deus zelans eſt*. Qui ſpiritum Dei accepi-
mus, zelum divinæ fidei habere debemus. Quo C
Num. 25. zelo Phinees placuit, & Deum promeritus in-
dignantis iram populo pereunte lenivit. [15] Quid
adulteram & alienigenam & divinæ unitatis ini-
micam in acceptum referimus, qui non niſi
unum Chriſtum & unam ejus eccleſiam novi-
Gen. 2. mus? [16] Eccleſia paradiſi inſtar exprimens ar-
bores fructiferas intra muros ſuos intus inclu-
dit, ex quibus quæ non facit fructum bonum
Math. 3. [17] exciditur & in ignem mittitur. Has arbores
rigat quatuor fluminibus, id eſt, evangeliis
Tit. 3. quatuor, quibus baptiſmi gratiam [18] ſalutaris D
cæleſti inundatione largitur. Numquid de ec-
cleſiæ fontibus rigare poteſt qui intus in eccle-
ſia non eſt? Numquid paradiſi potus ſalubres
& ſalutares impertire cuiquam poteſt qui per-
verſus & a ſemetipſo damnatus & extra para-
diſi fontes relegatus aruit & æternæ ſitis ſicci-
Joan. 7. tate defecit? Clamat Dominus ut qui ſitit ve-
niat & bibat de fluminibus aquæ vivæ quæ de
ejus ventre fluxerunt. Quo venturus eſt qui ſi-
tit, utrumne ad hæreticos, ubi fons & fluvius
aquæ vitalis omnino non eſt, an ad eccleſiam,
Matt. 16. quæ una eſt & [19] ſuper unum, qui & [20] claves E
ejus accepit, Domini voce fundata eſt? [21] Hæc
eſt una quæ tenet & poſſidet omnem ſponſi ſui
& domini poteſtatem. In hac præſidemus, pro
honore ejus atque unitate pugnamus, hujus &
gratiam pariter & gloriam [22] fideli devotione de-
fendimus. Nos de divino permiſſu rigamus ſi-
tientem Dei populum, nos cuſtodimus termi-
nos vitalium fontium. [23] Si poſſeſſionis ergo no-
ſtræ jus tenemus, ſi ſacramentum unitatis agno-
ſcimus, cur prævaricatores veritatis, cur prodi-
tores unitatis [24] exiſtimamur? [25] Aqua eccleſiæ
fidelis & ſalutaris & ſancta corrumpi & [26] adul- F
terari non poteſt, ſicut & ipſa eccleſia incorru-
pta & caſta & pudica eſt. [27] Si eccleſiæ devoti &
in eccleſia conſtituti ſunt hæretici, poſſunt &
baptiſmo ejus & ceteris ſalutaribus bonis uti. Si
autem in eccleſia non ſunt, immo & contra ec-
cleſiam faciunt, quomodo baptizare baptiſmo
eccleſiæ poſſunt? Neque enim parva res hæ-
reticis & modica conceditur, quando a no-
bis baptiſma eorum in acceptum refertur, cum
inde incipiat omnis fidei origo, & ad ſpem vitæ

A æternæ ſalutaris ingreſſio, & purificandis ac vi-
vificandis Dei ſervis divina dignatio. N. m ſi ba-
ptizari quis apud hæreticos potuit, utique & re-
miſſam peccatorum conſequi potuit. Si pecca-
torum remiſſam conſecutus eſt, & ſanctificatus
eſt, & templum Dei factus eſt, ſi ſanctificatus
eſt, ſi templum Dei factus eſt, quæro cujus
Dei? Si creatoris, non potuit, quia in eum
non credidit. Si Chtiſti, nec hujus fieri po-
tuit templum, qui negat Deum Chriſtum. Si
ſpiritus ſancti, cum tres unum ſint, quomodo
ſpiritus ſanctus placatus eſſe ei poteſt qui [38] aut
B filii aut patris inimicus eſt? Proinde fruſtra
quidam qui ratione vincuntur conſuetudinem
nobis opponunt; [39] quaſi conſuetudo major
ſit veritate, aut non id ſit in ſpiritalibus ſe-
quendum quod in melius fuerit a ſancto ſpi-
ritu revelatnm. Ignoſci enim poteſt ſimpli-
citer erranti, ſicut de ſe ipſo dicit beatus apo-
ſtolus Paulus: *Qui primo*, inquit, *fui bla-* 1. Tim 1.
*ſphemus & perſecutor & injurioſus; ſed miſericor-
diam merui, quia* [40] *ignorans feci*. Poſt inſpira-
tionem vero & revelationem factam, qui in
C eo quod erraverat perſeverat prudens & ſciens,
ſine venia ignorantiæ peccat. Præſumptione e-
nim atque obſtinatione quadam nititur, cum
ratione ſuperetur. Nec quiſquam dicat, quod ac-
cepimus ab apoſtolis hoc ſequimur, quando a-
poſtoli non niſi unam eccleſiam tradiderunt &
baptiſma unum, quod non niſi in eadem ec-
cleſia ſit conſtitutum, & neminem inveniamus
ab apoſtolis, cum apud hæreticos baptizatus eſ-
ſet, in eodem baptiſmo admiſſum eſſe & com-
municaſſe, ut videantur apoſtoll baptiſma hæ-
reticorum probaſſe. Quod enim quidam di-
D cunt, quaſi ad hæreticorum ſuffragium perti-
neat quod dixerit apoſtolus Paulus, *Verumtamen* Philip. 1.
*omni modo, ſive per occaſionem, ſive per verita-
tem Chriſtus annuntietur*, invenimus hoc quoque
ad eorum patrocinium qui hæreticis ſuffragan-
tur & plaudunt nihil poſſe proficere. Neque
enim de hæreticis aut de eorum baptiſmo lo-
quebatur in epiſtola ſua Paulus, ut aliquid
quod ad hanc rem pertineat poſuiſſe oſtenda-
tur. Loquebatur de fratribus ſive inordinate &
contra eccleſiaſticam diſciplinam ambulantibus,
E ſive evangelicam veritatem de Dei timore ſer-
vantibus. Et quoſdam ex eis poſuit verbum Do-
mini conſtanter atque intrepide locutos, quoſ-
dam vero in invidia & diſſenſione verſatos,
quoſdam ſervaſſe circa ſe benevolam caritatem,
aliquos vero habuiſſe malevolam diſſenſionem,
ſe tamen patienter omnia ſuſtinere, dummodo
ſive in veritate ſive per occaſionem nomen Chri-
ſti, quod Paulus prædicabat, ad plurimorum
notitiam perveniret, & nova adhuc ac rudis
ſermonis ſeminatio loquentium prædicatione cre-
breſceret. Porro aliud eſt eos qui intus in ec-
F cleſia ſunt de nomine Chriſti loqui, aliud eſt
eos qui foris ſunt & contra eccleſiam faciunt
in nomine Chriſti baptizare. Quare qui hære-
ticis [41] patrocinantur non id proferant quod
Paulus de fratribus poſuit, ſed oſtendant ſi hæ-
retico aliquid concedendum putavit, aut ſi fi-
dem & baptiſma eorum probavit, aut ſi perfi-
dos & blaſphemos remiſſionem peccatorum ac-
cipere extra eccleſiam poſſe conſtituit. Si au-
tem quid apoſtoll de hæreticis ſenſerint conſi-
deremus, inveniemus eos in omnibus epiſtolis
ſuis

ſuis execrari & deteſtari hæreticorum ſacrilegam pravitatem. Nam cum dicant ſermonem eorum ut cancer ſerpere, quomodo poteſt is ſermo dare remiſſam peccatorum qui nt cancer ſerpit ad aures audientium? Et cum dicant nullam participationem eſſe juſtitiæ & iniquitati, nullam communionem lumini & tenebris, quomodo poſſunt aut tenebræ illnminare aut iniquitas juſtificare? Et cum dicant de Deo eos non eſſe, ſed eſſe de antichriſti ſpiritu, quomodo gerunt ſpiritalia [40] & divina qui ſunt hoſtes Dei, & quorum pectora obſederit ſpiritus antichriſti? Quare ſi [44] rejectis humanæ contentionis erroribus ad evangelicam auctoritatem atque ad apoſtolicam traditionem [44] ſincera & religioſa fide revertamur, intelligemus nihil eis ad gratiam eccleſiaſticam & ſalutarem licere qui ſpargentes atque impugnantes eccleſiam Chriſti, a Chriſto ipſo adverſarii, ab apoſtolis vero ejus antichriſti nominantur. Non eſt autem quod aliquis ad circumveniendam chriſtianam veritatem Chriſti nomen opponat ut dicat, In nomine Jeſu Chriſti [40] ubicumque & quomodocumque baptizati gratiam baptiſmi ſunt conſecuti, quan-
Matth. 7. do ipſe Chriſtus loquatur & dicat, *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum*, & iterum præmoneat atque inſtruat ne quis a pſeudoprophetis & pſeudochri-
Marc. 13. ſtis in nomine ſno facile fallatur. *Multi*, inquit, *venient in nomine meo dicentes, Ego ſum Chriſtus, & multos fallent*, & poſtea addidit dicens: *Vos autem cavete. Ecce prædixi vobis omnia*. Unde apparet non ea ſtatim ſuſcipienda & aſſumenda quæ jactantur in nomine Chriſti, ſed quæ geruntur in Chriſti veritate. Quod enim in evangeliis & in apoſtolorum epiſtolis Jeſu Chriſti nomen inſinuatur ad remiſſionem peccatorum non ita eſt quaſi aut ſine patre aut contra patrem prodeſſe cuiquam ſolus filius poſſit, ſed ut Judæis, qui jactitabant ſe patrem habere, oſtenderetur quod nihil eis pater profuturus eſſet, niſi in filium crederent, quem ille miſiſſet. Nam qui Deum patrem creatorem ſciebant, filium qnoque Chriſtum ſcire debebant, ne ſibi blandirentur & plauderent de ſolo patre ſine filii ejus agni-
Joan. 14. & 17. tione, qui & dicebat: *Nemo venit ad patrem niſi per me*. Duorum autem cognitionem eſſe quæ ſalvet idem ipſe manifeſtat dicens: *Hæc eſt autem vita æterna ut cognoſcant te ſolum & verum Deum & quem miſiſti Jeſum Chriſtum*. Cum ergo ex ipſius Chriſti prædicatione & conteſtatione pater ante cognoſcendus ſit, qui miſit, tunc deinde Chriſtus, qui miſſus eſt, nec poſſit eſſe ſpes ſalutis niſi duobus ſimul cognitis, quomodo non cognito immo & blaſphemato Deo patre, qui apud hæreticos Chriſti nomine baptizati dicuntur peccatorum remiſſam conſecuti judicantur? Aſia enim fuit Judæotum ſub apoſtolis ratio, alia eſt gentilium conditio. Illi, quia jam legis & Moyſi antiquiſſimum baptiſma fuerant adepti, in nomine quoque Jeſu Chriſti erant baptizandi, ſecundum quod in actis apoſtolorum Pettus ad
Act. 2. eos loquitur & dicit: *Pœnitemini, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Domini Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum, & accipietis donum ſpiritus ſancti. Vobis enim eſt hæc promiſſio*

A *& filiis veſtris & omnibus deinceps quoſcumque advocaverit Dominus Deus noſter*. Jeſu Chriſti mentionem facit Petrus, non quaſi pater omitteretur, ſed nt patri quoque filius adjungeretur. Denique ubi poſt reſurrectionem a Domino apoſtoli ad gentes mittuntur, in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti baptizare gentiles jubentur. Quomodo ergo quidam dicunt foris extra eccleſiam immo & contra eccleſiam, modo in nomine Jeſn Chriſti, ubicumque & quomodocumque gentilem baptizatum remiſ-
B ſionem peccatorum conſequi poſſe, quando ipſe Chriſtus gentes baptizari jubeat in plena & adnnata trinitate. Niſi ſi qui Chriſtum negat negatur a Chriſto, qui patrem ejus negat, quem ipſe Chriſtus confeſſus ſit, non negatur, & qui in eum blaſphemat quem Chriſtus Dominum & Deum ſuum dixerit, remuneratus a Chriſto remiſſionem peccatorum & baptiſmi ſanctificationem conſequitur. Qua autem poteſtate conſequi in baptiſmo remiſſionem peccatorum poteſt negans Deum creatorem patrem Chriſti, quando ipſam po-
C teſtatem qua baptizamur & ſanctificamur ab eodem patre Chriſtus acceperit; quem majorem dixerit, a quo clarificari petierit, cujus voluntatem uſque ad obſequium bibendi calicis & ſnbeundæ mortis impleverit? Quid eſt igitur aliud quam participem hæreticis blaſphemantibus fieri defendere velle & aſſerere quod remiſſam peccatorum accipere in Chriſti nomine poſſit blaſphemans graviter & peccans in patrem & Dominum & Deum Chriſti? Quid deinde illud quale eſt nt qui filium Dei ne- 1. Joa. 2.
D gat, neque patrem habeat, & qui patrem negat, filium habere videatur, cum filius ipſe conteſtetur & dicat, *Nemo poteſt venire ad me*, Joan. 6.
niſi fuerit illi datum a patre; ut manifeſtum ſit nullam remiſſionem peccatorum in baptiſmo accipi a filio poſſe quam conſtet patrem non dediſſe, maxime quando adhuc idem repetat & dicat: *Omnis plantatio quam non plantavit pa-* Matt. 15.
ter meus cæleſtis eradicabitur. Quod ſi Chriſti diſcipuli diſcere a Chriſto nolunt quantum venerationis & honoris paterno nomini debeatur, vel de exemplis terrenis ac ſæcularibus
E diſcant, & ſciant Chriſtum non ſine maxima exprobratione poſuiſſe: *Filii ſæculi hujus pru-* Luc. 16.
dentiores ſunt filiis lucis. In ſæculo iſto ſi cujus patri aliquis convicium fecerit, ſi contumelioſus ac procax pudorem ejus & honorem maledico ore laceraverit, indignatur filius & iraſcitur, & læſi patris injuriam quibus poteſt viribus vindicare conatur. Tn Chriſtum putas impiis & ſacrilegis & in patrem ſuum blaſphemis impunitatem dare & eis in baptiſmo peccata dimittere quos conſtet baptizatos eadem
F adhuc in perſonam patris maledicta congerere & inceſſabili blaſphemantis linguæ ſcelere peccare? Hoc chriſtianus, hoc Dei ſervus poteſt aut mente concipere aut fide credere ant ſermone proferre? Et ubi erunt legis præcepta divinæ, quæ dicunt, *Honora patrem & ma-* Exo. 20.
trem, ſi vocabulum patris quod in homine honorari præcipitur in Deo impune violatur? Ubi erit quod ipſe Chriſtus in evangelio ponit & dicit, *Qui maledixerit patri aut matri*, Matth. 5.
morte moriatur, ſi is qui maledicentes parentibus carnalibus puniri & interfici mandat, in cæle-

Digitized by Google

A cæleſtem & ſpiritalem patrem maledicos atque
eccleſiæ matris inimicos ipſe vivificat? Execran-
da ac deteſtanda res a quibuſdam prorſus aſſe-
ritur, ut is qui blaſphemantem in ſpiritum ſan-
ctum reum futurum peccati æterni commina-
tur, idem in patrem Deum blaſphemos ſalu-
tari baptiſmo ſanctificare dicatur. Et nunc qui
talibus ad eccleſiam venientibus [46] ſine bapti-
ſmo communicandum exiſtimant non putant
ſe alienis immo æternis peccatis communicare,
admittentes ſine baptiſmo eos qui non niſi in
baptiſmo poſſint blaſphemiarum ſuarum pecca-
B ta deponere. Quam vanum eſt porro & per-
verſum ut cum ipſi hæretici repudiato & reli-
cto vel errore vel ſcelere in quo prius fuerant
agnoſcant eccleſiæ veritatem, nos veritatis ejuſ-
dem jura & ſacramentum mutilemus & venien-
tibus ac pœnitentibus dicamus eos remiſſionem
peccatorum conſecutos eſſe, quando illi & ſe
peccaſſe & propter hoc ad eccleſiæ indulgen-
tiam venire fateantur? Quare eccleſiæ catholi-
cæ fidem ac veritatem, frater cariſſime, & te-
nere debemus firmiter & docere & per omnia
C evangelica & apoſtolica præcepta rationem di-
vinæ [47] diſpoſitionis atque unitatis oſtendere.
Numquid poteſt vis baptiſmi eſſe major aut po-
tior quam confeſſio, quam paſſio, ut quis co-
ram hominibus Chriſtum confiteatur & [48] ſan-
guine ſuo baptizetur? Et tamen neque hoc
baptiſma [49] hæretico prodeſt, quamvis Chri-
ſtum confeſſus & extra eccleſiam fuerit occi-
ſus; niſi ſi hæreticorum patroni & advocati
hæreticos in falſa confeſſione Chriſti interfe-
ctos martyres prædicant & contra apoſtoli con-
2. Cor. 13. teſtationem, qui nihil eos quamvis exuſtos &
D occiſos dicit poſſe proficere, gloriam eis & co-
ronam paſſionis aſſignant. Quod ſi hæretico
nec baptiſma publicæ confeſſionis & ſanguinis
[50] proficere ad ſalutem poteſt, quia ſalus ex-
tra eccleſiam non eſt, quanto magis ei nihil
proderit, ſi in latebra & in latronum ſpelun-
ca adulteræ aquæ contagione tinctus, non tan-
tum peccata antiqua non expoſuerit, ſed ad-
huc potius nova & majora cumulaverit? Qua-
re baptiſma nobis & hæreticis commune eſſe
non poteſt, cum quibus nec pater Deus, nec
E filius Chriſtus, nec ſpiritus ſanctus, nec fides,
nec eccleſia ipſa communis eſt. Et ideo bapti-
zari eos oportet qui de hæreſi ad eccleſiam ve-
niunt; ut qui legitimo & vero atque unico
ſanctæ eccleſiæ baptiſmo ad regnum Dei rege-
neratione divina præparantur, ſacramento u-
Joan. 3. troque naſcantur, quia ſcriptum eſt: *Niſi quis
renatus fuerit ex aqua & ſpiritu non poteſt intrare
in regnum Dei*. Quo in loco quidam, quaſi
evacuare poſſint humana argumentatione præ-
dicationis evangelicæ veritatem, catecuminos
nobis opponunt, ſi quis ex his antequam in
F eccleſia baptizetur in confeſſione nominis ap-
prehenſus fuerit & occiſus, an ſpem ſalutis &
præmium confeſſionis amittat, eo quod [51] ex
aqua prius non ſit renatus. Sciant igitur hu-
juſmodi homines ſuffragatores & fautores hæ-
reticorum catecuminos illos primo integram fi-
dem & [52] eccleſiæ veritatem tenere & ad de-
bellandum diabolum de divinis caſtris cum ple-
na & ſincera Dei patris & Chriſti & ſpiritus
ſancti cognitione procedere, deinde nec priva-
ri baptiſmi ſacramento, utpote qui baptizen-

A tur glorioſiſſimo & maximo ſanguinis bapti-
ſmo, de quo & Dominus dicebat habere ſe Luc. 12.
aliud baptiſma baptizari. Sanguine autem ſuo
baptizatos & paſſione ſanctificatos conſummari
& divinæ pollicitationis gratiam conſequi de-
clarat in evangelio idem Dominus, [53] quando Luc. 23.
ad latronem in ipſa paſſione credentem & con-
fitentem loquitur & quod ſecum futurus ſit in
paradiſo pollicetur. Quapropter qui [54] fidei &
veritati præſumus, eos qui ad fidem & verita-
tem veniunt, & agentes pœnitentiam remitti
ſibi peccata depoſcunt, decipere non debemus
B & fallere, ſed correctos a nobis ac reformatos
ad regnum cælorum diſciplinis cæleſtibus eru-
dire. Sed dicit aliquis: Quid ergo fiet de his
qui in præteritum de hæreſi ad eccleſiam ve-
nientes ſine baptiſmo admiſſi ſunt? Potens eſt
Dominus miſericordia ſua indulgentiam dare
& eos qui ad eccleſiam ſimpliciter admiſſi in
eccleſia dormierunt ab eccleſiæ ſuæ muneribus
non ſeparare. Non tamen quia aliquando er-
ratum eſt, ideo ſemper errandum eſt, cum
magis ſapientibus & Deum timentibus con-
C gruat patefactæ & perſpectæ veritati libenter
atque incunctanter obſequi quam pertinaciter
atque obſtinate contra fratres & conſacerdotes
pro hæreticis reluctari. Nec quiſquam exiſti-
met hæreticos, eo quod illis [55] baptiſma op-
ponitur, quaſi ſecundi baptiſmi vocabulo ſcan-
dalizatos ut ad eccleſiam veniant retardari. Im-
mo vero hoc ipſo magis ad neceſſitatem veniendi
teſtimonio oſtenſæ ſibi & probatæ veritatis adi-
guntur. Nam ſi viderint judicio ac ſententia
noſtra id decerni & ſtatui ut baptiſma juſtum
& legitimum computetur quo illic baptizan-
D tur, putabunt ſe eccleſiam quoque & cetera
eccleſiæ munera juſte & legitime poſſidere;
nec erit cauſa veniendi ad nos, quando ha-
bentes baptiſma habere videantur & cetera.
Porro autem cum cognoſcunt baptiſma nullum
foris eſſe nec remiſſam peccatorum extra ec-
cleſiam dari poſſe, [56] avidius ad nos & prom-
ptius properant & munera ac dona eccleſiæ
matris implorant, certi pervenire ſe omnino
non poſſe ad veram divinæ gratiæ pollicitatio-
nem niſi prius venerint ad eccleſiæ [57] verita-
E tem. Nec recuſabunt baptizari apud nos hære-
tici legitimo & vero eccleſiæ baptiſmo, quan-
do ex nobis didicerint baptizatos quoque a Pau-
lo eos qui jam baptiſmo Joannis baptizati fuiſ-
ſent, ſicut legimus in actibus apoſtolorum. Et Act. 19.
nunc apud quoſdam de noſtris hæreticorum ba-
ptiſma occupatum aſſeritur, & invidia quadam
quaſi rebaptizandi baptizare poſt hoſtes Dei ne-
fas ducitur, cum baptizatos inveniamus quos
Joannes baptizaverat, ille Joannes major [58] in- Matt. 11.
ter prophetas habitus, ille divina gratia adhuc Luc. 1.
in utero matris impletus, ille Heliæ ſpiritu &
F virtute ſubnixus, qui non adverſarius Domini,
ſed præcurſor ac prædicator fuit, qui Domi-
num noſtrum non tantum verbis prænuntia-
vit, ſed & oculis oſtendit, qui ipſum Chri-
ſtum, per quem baptizantur ceteri, baptiza-
vit. Quod ſi icirco hæreticus jus baptiſmi ob-
tinere potuit, quia prior baptizavit, non poſ-
ſidentis erit jam baptiſma, ſed occupantis; &
cum ſeparari a ſe & dividi omnino non poſ-
ſint baptiſma & eccleſia, qui occupare bapti-
ſma prior potuit, & eccleſiam pariter occupa-
vit;

vit; & incipis [39] tu illi hæreticus videri, qui A præventus poſterior eſſe cœpiſti, qui cedendo ac manus dando jus quod acceperas reliquiſti. Quam periculoſum ſit autem in divinis rebus ut quis cedat jure ſuo & poteſtate ſcriptura ſancta Gen. 25. declarat, cum in Geneſi Eſau primatus ſuos inde perdiderit, nec recipere id poſtmodum potuerit quod ſemel ceſſit. [40] Hæc tibi breviter pro noſtra mediocritate reſcripſimus, frater cariſſime, [41] nemini præſcribentes aut præjudicantes B quo minus unuſquiſque epiſcoporum quod putat faciat, habens arbitrii ſui liberam poteſtatem. Nos, quantum in nobis eſt, propter hæreticos cum collegis & coepiſcopis noſtris non contendimus, cum quibus divinam concordiam & dominicam pacem tenemus; maxime cum & apoſtolus dicat: *Si quis autem* [42] *putatur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſia Dei*. 1. Cor. 11. Servatur a nobis patienter & [43] leniter caritas animi, collegii honor, vinculum fidei, & concordia ſacerdotii. Propter hoc etiam [44] libellum [45] nunc de bono patientiæ, quantum valuit noſtra mediocritas, permittente Domino & inſpirante conſcripſimus, quem ad te pro mutua dilectione tranſmiſimus. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXIII.

1 HAnc epiſtolam eſſe Cypriani puto non poſſe ambigi. Et tamen ſanctus Auguſtinus lib. 2. contra Creſconium cap. 33. videtur dubitaſſe an eſſet Cypriani. Quæ autem ratio eum movere potuerit ut ita putaret difficile dictu eſt, præſertim cum Cyprianus eam agnoſcat ut ſuam in præfatione concilii Carthaginenſis & ipſe Auguſtinus illam frequenter alibi citra difficultatem tribuat ſanctiſſimo martyri, ut libro de anima cap. 9. lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 2. lib. 4. cap. 12. lib. 5. cap. 1. lib. 6. cap. 7. & lib. 6. contra Creſconium cap. 32. Hieronymus quoque in extremo dialogo adverſus Luciferianos eam laudat ut Cyprianicam. Simon Goulartius contendit illam eſſe purum paralogiſmum, eam videlicet ob rationem quia Cyprianus Novatianenſes nominat inter hoſtes eccleſiæ, quia eos cum Marcionitis, Patripaſſianis, & aliis hæreticis baptiſmi inſtitutionem & eſſentiam evertentibus confundit. Quod tamen verum non eſt. Sane Cyprianus damnat opinionem Novatiani cenſentis baptiſma Marcionis eſſe verum baptiſma, quia qui ſectæ ejus addicti erant baptizati fuerant in nomine Jeſu Chriſti. Itaque propterea diſputat adverſus baptiſmum Marcionis & aliorum hæreticorum. Illis autem accenſet etiam Novatianum, quia putabat ejus baptiſmum non valere qui contra eccleſiam, in qua eſt verus & unicus baptiſmus, rebellis erat & hoſtis eccleſiæ. Itaque vera dici poſſet ea quæ iſtic ediſſerit Goulartius eſſe purum paralogiſmum.

2 *Scripſiſti mihi*] Si vera eſt inſcriptio epiſtolæ 70. quam extare monui in codice Thuano, apparet iſtam fuiſſe primam earum quæ ad Jubajanum ſcriptæ ſunt. Si vero tertia eſt, ut in uno veteri libro meo legitur, conſtat deſiderari unam ex tribus epiſtolis a Cypriano ſcriptis ad Jubajanum. Ex initio porro iſtius, ſi iſta ſunt vera, facile eſt colligere primam deſiderari & ſynodicam ſcriptam ad Numidas eſſe ſecundam. Sane ſynodicam ſcriptam eſſe ante iſtam docet ipſe Cyprianus in initio iſtius epiſtolæ.

3 *Foris poſiti*] Hieronymus in apologia adverſus Rufinum: *Quid loquar de hæreticis, qui licet foris ſint, ſe nominant chriſtianos?*

4 *Computare*] Antea legebatur *judicare*. Nos mutavimus, quia nobis conſtat omnia vetera exemplaria noſtra, præter unum tantummodo, & quinque Anglicana habere lectionem quam nos conſtituimus. Quæ lectio confirmari poteſt ex nonnullis aliis Cypriani locis, in primis vero ex poſtrema parte iſtius epiſtolæ pag. 137. ubi ait, *baptiſma juſtum & legitimum computetur*, & ex epiſtola Firmiliani pag. 149. *cum iſtic ſemper obſervatum ſit ut non niſi unam Dei eccleſiam noſſemus & ſanctum baptiſma non niſi ſanctæ eccleſiæ computaremus*. Ea auctoritas major eſt quam ut obſiſti ei poſſit.

5 *Quinto*] Supra epiſt. 71. Ex epiſtola porro 72. in qua ejuſdem Quinti mentio habetur apparet illum fuiſſe epiſcopum in Mauritania.

6 *Epiſcopi LXXI.*] Auguſtinus in libro de unico baptiſmo contra Petilianum cap. 13. ſeptuaginta tantum ponit. Vide etiam quæ de hoc concilio idem ait lib. 2. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 7. 8. 9. & lib. 3. cap. 2. 12.

7 *Baptizari a nobis quic.*] Ita emendavimus ex fide quatuordecim librorum noſtrorum veterum & ſeptem Anglicanorum. Antea legebatur *baptizari a nobis*. *Quicumque ergo ab adultera & prophana aqua veniunt abluendi ſunt & ſanctificandi*. Ita etiam in codice ſancti Arnulphi, niſi quod ibi legitur *venientes*.

8 *Humana*] Hanc lectionem habent quatuordecim exemplaria noſtra & ſeptem Anglicana. Vox autem *tamen*, quæ ſequitur, deeſt in pluribus eorumdem exemplarium. In Corbejenſi pro *humana* legitur *humanitatem*.

9 *Extraneo*] Codex ſancti Arnulphi *extrario*.

10 *Relinquamus eccleſiæ*] Idem codex, *relinquat eccleſia*.

11 *Longa ætas*] Vide obſervationes Rigaltii ad hunc locum. Vide etiam Sirmondi notas ad librum decimum Facundi.

12 *Ad hoc venit ut diſcat*] Ita XVII. libri noſtri veteres & ſeptem Anglicani. Neque dubitari poteſt quin hæc lectio ſit optima.

13 *Debemus ſtuporem*] Duo libri veteres, *debemus ſtupore hæreticis patrocinari hæreticos & conſenſus noſtri &c.* Sex Anglicani, *non debemus ſtuporem hæreticis patrocinio conſenſus noſtri, cum &c.* Ita etiam in uno ex noſtris. Stuporem gentilitatis dixit Pontius diaconus in vita Cypriani.

14 *Patrocinio conſenſus*] Codex ſancti Arnulphi, *patrocinii & conſenſus*.

15 *Quærendum non ſit*] Vide librum anonymi de rebaptiſmate infra pag. 353.

16 *Anthropiani*] Vide doctiſſimi viri Joannis Baptiſtæ Cotelerii notas ad librum ſextum conſtitutionum apoſtolicarum cap. 10.

17 *Gladii ac venena*] Ita reponendum eſſe cenſuimus; quia ita ſcriptum invenimus in tredecim libris noſtris veteribus & in ſeptem Anglicanis. Gladii autem illi & venena referuntur ad hæreticos illos tamquam epitheta, ut ſæpe apud oratores & hiſtoricos.

18 *Baptizarentur*] Codex ſancti Arnulphi *tinguerentur*.

19 *Contentio ſanctitatis*] Idem codex, *contentio vanitatis amica & veritatis inimica*.

20 *Fide ſua foris*] Ita emendavimus & ſupplevimus ex fide quatuordecim veterum exemplarium noſtrorum & ſex Anglicanorum, tum etiam ex editione Morellii.

21 *Unitatis originem*] Unitatem eccleſiæ frequenter commendat Cyprianus, præſertim in libro de unitate eccleſiæ.

22 *Uſurpare conati*] Ita editio Manutiana & duodecim libri veteres. At Eraſmus & Morellius & tres libri veteres habent *vindicare*, eodem ſenſu. In codice ſancti Arnulphi, ubi legitur *uſurpati ſunt*, additur *auſa ſacrilega*.

23 *Locum iſtum*] De vero ſenſu hujus loci prolixe diſſerit Joannes Dallæus lib. 2. de cultibus Latinorum cap. 12. pag. 156.

24 *Præpoſitis*] Hanc lectionem, quam inveni in omnibus antiquis editionibus & in quatuor libris veteribus, ego præfero ei quæ a Pamelio allata eſt ex unico codice Anglicano, in quo ſcriptum erat *per præpoſitos*. Quam lectionem, ne quid diſſimulem, exhibent novem vetera exemplaria.

25 *Quid adulteram*] Novem libri noſtri veteres & quatuor Anglicani præferunt: *Quid adultera & aliena & divinæ unitatis inimica in acceptum referimus*. Ita etiam in Anglicano ſuo legebat Pamelius. Sed quidam libri veteres habent *veritatis*.

26 *Eccleſia paradiſi inſtar*] Sanctus Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 1. exponit paraphraſtice hunc locum, & ait: *Eccleſia paradiſo comparata indicat nobis poſſe quidem ejus baptiſmum homines etiam foris accipere, ſed ſalutis beatitudinem extra eam neminem vel percipere vel tenere*. Et addit: *Ita fit ut cum paradiſi aqua ſit extra paradiſum, beatitudo tamen non ſit niſi intra paradiſum. Sic ergo baptiſma eccleſiæ poteſt eſſe extra eccleſiam, munus autem beatæ vitæ non niſi intra*

intra eccleſiam reperitur. Vide infra ad epiſtolam 75. *Ab aqua aliena*.

27 *Exciditur*] Ita editiones Manutii & Morellii & quindecim libri veteres. Alii tres & Eraſmus habent *excidetur & in ignem mittetur*. Fuxenſis, *exuritur & in ignem mittitur*.

28 *Salutaris cœleſti*] Codex ſancti Arnulphi *ſalutari & cœleſti*.

29 *Super unum*] id eſt ſuper Petrum. Vide librum de unitate eccleſiæ.

30 *Claves accepit*] Sanctus Columbanus in epiſtola ad Papam Bonifacium eum monet ut qui Petri, qui claves accepit, ſucceſſor eſt, ea poteſtate bene utatur. *Tamdiu enim*, inquit, *poteſtas apud vos erit quamdiu recta ratio permanſerit. Ille enim certus regni cælorum clavicularius eſt qui dignis per veram ſcientiam aperit & indignis claudit*. Hæc inſinuanda ſunt Romanis. Multi enim Romani pontifices ab hac regula diſceſſerunt. Huc referri poſſunt quæ de Petri privilegio diſſerit Marca lib. 4. de concordia cap. 6. & quæ nos illic annotavimus.

31 *Hac eſt una*] Refert hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo adverſus Donatiſtas cap. 1.

32 *Fideli devotione*] Ita poſuimus pro eo quod antea legebatur *fidei virtute*. Sane in codice Corbejenſi legitur *fidei virtute*, in tribus aliis *fidei devotione*. Sed omnes alii & ſeptem Anglicani præferunt *fideli devotione*.

33 *Si poſſeſſionis*] Codex Remenſis ſancti Dionyſii, *ſi paſtionis noſtræ terram tenemus*. Quod fortaſſe melius eſt propter ea quæ præcedunt.

34 *Exiſtimamur*] Tredecim libri noſtri & unus Bodlejanus habent *exiſtimus*, alii quinque Anglicani *exſtitimus*, unus meus *timemus*, magno inter has varias lectiones diſcrimine.

35 *Aqua eccleſiæ*] Codex Gratianopolitanus: *Aqua eccleſiæ & fidelis & vera & ſalutaris & ſancta*. Citat Auguſtinus in loco paulo ante laudato, ſed non habet *& vera*.

36 *Adulterari non poteſt*] Vide notas noſtras ad Agobardum pag. 45. & quæ nos diximus de eo argumento in notis ad librum de unitate eccleſiæ.

37 *Si eccleſiæ devoti*] Vetus Remigianus: *Nam ſi iſta devotio eccleſia eſt & in eccleſia &c.*

38 *Aut filii aut patris*] Iſta in aliis editionibus tranſpoſita erant, haud dubie ex emendatione cujuſdam critici propter ordinem perſonarum ſanctiſſimæ Trinitatis. Indecens enim videbatur huic critico filium nominari ante patrem. Omnes libri veteres habent uti nos repoſuimus.

39 *Quaſi conſuetudo*] Multa iſtic ex Tertulliano, Arnobio, & aliis dici poſſent de auctoritate conſuetudinis. Afferam tantum locum ſancti Hieronymi in calce dialogi adverſus Luciferianos, ubi ſic legitur: *Legat Cypriani epiſtolas, in quibus apud Stephanum Romanæ urbis epiſcopum inveterata conſuetudinis lacerat errorem*. Reſpicit ad epiſtolam 72. quæ ſcripta eſt ad Stephanum. Puto autem reſpexiſſe etiam ad epiſtolam quam Creſcens epiſcopus Cirtenſis in concilio Carthaginenſi commemorat ſcriptam ad Stephanum, quæ nunc non exſtat, in qua varia exſtabant teſtimonia ex ſcripturis deificis deſcendentia adverſus ſententiam Stephani de baptiſmo hæreticorum.

40 *Ignorans feci*] In libro Fuxenſi additur, *credens mundum*. Sed illud alibi non inveni. Reſpondet iſtud ei quod refertur ex epiſtola prima ad Timotheum, *quod ignorans feci in incredulitate*.

41 *Patrocinantur*] In undecim libris noſtris & in ſex Anglicanis ſcriptum eſt: *Quare qui hæreticis patrocinatur, non id proferat quod Paulus de fratribus poſuit, ſed oſtendat*.

42 *Et divina*] In editione Eraſmi, quæ omnium prima eſt, legitur: *Quomodo ſpiritualia & divina tractant*. Poſtea Manutius, quem ſecuti ſunt poſteriores editores, poſuit: *Quomodo gerunt ſpiritalia aut divina tractant*. Manifeſtum eſt delendam eſſe vocem *gerunt* aut vocem *tractant*. Itaque cum quatuordecim libri noſtri & ſex Anglicani non agnoſcant vocem *tractant*, eam ſuſtulimus.

43 *Rejectis*] Tres libri noſtri & ſex Anglicani habent *relictis*.

44 *Sincera & religioſa*] Editio Morelliana & tres libri veteres, *ſincera & vera & religioſa*.

45 *Ubi, & quomodo.*] Hæc eſt vera lectio, quæ rurſum reperitur infra in hac ipſa epiſtola. Putarunt autem Angli hæc verba eſſe Stephani, quia infra, ut illi ajunt, traducuntur a Cypriano. Poterant addere ea vere imputari Stephano in epiſtola Firmiliani.

46 *Sine baptiſmo communic.*] In codice Lamonii ſcriptum eſt *ſine pœnitentiæ baptiſma*, in epiſtola 74 ad Pompejum *baptizari in manum pœnitentiæ in eccleſia voluit*, & in epiſtola 76. ad Magnum *ſancti ſicari in eccleſia catholica & vero & unico pœnitentiæ baptiſmo*. Sane Tertullianus in libro de baptiſmo & in libro de pœnitentia dixit baptiſmum & intinctionem pœnitentiæ, ſed diverſo, ut videtur, ſenſu. Quod examinabunt viri docti & curioſi antiquitatis eccleſiaſticæ. Atque ut facilius exercere in hoc poſſint ſuam induſtriam, apponam iſtic omnia loca in quibus iſtiuſmodi variæ lectiones, quæ alibi non inveni, occurrunt in libro Lamonii. Pertinent autem omnes ad concilium Carthaginenſe. In allocutione igitur Cypriani ſcriptum eſt *eccleſiæ baptiſmo pœnitentia baptizari*. Cæcilius a Bilta ait, *ſine pœnitentia baptiſmo ac venia delictorum communicare compellitur*. Primus a Miſgirpa: *Cenſeo omnem hominem ab hæreſi venientem baptiſmo pœnitentiæ baptizandum*. Novatus a Thamugade, *debere eos baptiſma pœnitentiæ baptizari*. Et paulo poſt, *hæreticos qui ad eccleſiam converſi ſunt pœnitentia baptizari*. Nemeſianus a Thubunis: *Male ergo ſibi quidam interpretantur ut dicant per manus impoſitionem tantum & non cum pœnitentia ſpiritum ſanctum accipiant*. Et infra: *Niſi ergo acceperint baptiſmum pœnitentiæ in eccleſia catholica*. Januarius a Lambeſe, *decerno hæreticos omnes baptizandos pœnitentia manu*. Lucius a Caſtro Galbæ, *eos qui a contrariis baptizati inquinati ſunt primo purgari & ſimul pœnitentia baptizari*. Creſcens a Cirta, *cenſeo omnes hæreticos & ſchiſmaticos qui ad catholicam eccleſiam voluerint venire non antea ingredi niſi exorcizati manu pœnitentiæ*. Nicomedes a Segermis: *Mea ſententia hæc eſt, ut hæretici ad eccleſiam venientes baptizentur in pœnitentia & quod nullam foris*. Munnulus a Girba, *renaſci & baptizari in manu pœnitentiæ ut cancer*. Secundinus a Cedias, *eos qui confugiunt ad eccleſiam pœnitentia baptizandos eſſe*. Pollianus a Mileo: *Juſtum eſt hæreticum baptizari pœnitentia in eccleſia ſancta*. Dativus a Badia: *Nos quantum in nobis eſt hæretico non communicamus niſi baptizatus pœnitentia in eccleſia fuerit*. Succeſſus ab Abbir Germaniciana, *cenſuimus hæreticos pœnitentia baptizandos eſſe*. Sedatus a Tuburbo, *ſingulare & verum eccleſiæ baptiſmum per pœnitentiæ manum retractet accipere*. Caſſius a Macomadibus: *Cenſeo itaque flebiles & tabidos hæreticos baptizandos in pœnitentia eſſe*. Januarius a Vico Cæſaris, *eos quos eccleſia non baptizavit per pœnitentiam baptizemus*. Felix ab Uthina, *ſanctificatione lavacri pœnitentia purgata*. Euchratius a Thenis, *integro & catholica baptiſmate pœnitentiæ baptizari debere*. Adelphius a Thaſvalte, *quando eccleſia hæreticos non rebaptizet, ſed per manum baptizet*. Marcus a Mactari, *propterea decrevimus hæreticos baptizandos eſſe per manus impoſitionem*. Aurelius ab Utica: *Et ideo cenſeo baptizandos in manu pœnitentiæ ut accipiant remiſſionem peccatorum*. Lucianus a Rucuma: *Propterea cenſeo hæreticos baptizandos per manus impoſitionem eſſe*. Jader a Midila: *Et ideo non debemus admittere hæreticum niſi per manus impoſitionem, ne ſe putet*. Marcellus a Zama, *hæreticum non pœnitentia baptizet*. Geminius a Furnis: *Et ideo quod ſemel decrevimus tenemus ut hæreticos venientes in pœnitentia baptizemus*. Felix a Buſlacenis: *In hæreticis ſine pœnitentia baptiſmo admittendis*. Donatulus a Capſe, *quando ad eccleſiam convertuntur manu pœnitentiæ baptizentur*. Petrus ab Hippone Diarrhytorum: *Et ideo in hæreſi tinctos ſive in ſchiſmate venientes ad eccleſiam cenſeo baptizari in pœnitentia oportere*. Lucius ab Auſafa, *& eos qui veniunt in eccleſiam in pœnitentia baptizandos eſſe*. Felix a Gurgitibus, *gratiam baptiſmi per manus impoſitionem ubi licet conſequantur*. Victor ab Octavo, *ut quicumque ab hæreſi venerint ſine dubio pœnitentia baptizentur*. Julius a Neapoli, *hæreticos venientes ad eccleſiam pœnitentiæ manu baptizemus*. Cyprianus a Carthagine, *unico eccleſiæ manu pœnitentiæ benedictionis baptiſmo baptizandos*.

Poſt iſta adnotata, cum videam iſtic pœnitentiam jungi cum baptiſmo, in quo certum eſt dari remiſſionem peccatorum, quam Cyprianus epiſt. 55. videtur æquare baptiſmo, quia abluit peccata commiſſa poſt baptiſmum ſicut baptiſma abluit peccata ante baptiſmum illud, etiam addam, fuiſſe poſterioribus temporibus qui ex loco quodam Hieronymi, ubi more rhetorum ludit, collegerunt votum monaſticum religionis eſſe ſecundam baptiſma, quo abluuntur omnia peccata antea commiſſa. Vide Thomam Valdenſem tit. 9. cap. 80. de ſacramentalibus & Alvarum Pelagium lib. 2. cap. 53. de planctu eccleſiæ. Vide etiam librum de monachatu Hamelini de Verulamio in tomo quinto Anecdotorum R. P. Edmundi Martene pag. 1453. Hoc genus baptiſmi recte explicat vir clariſſimus & doctiſſimus

Digitized by Google

mus Euſebius Renaudotius to. 5. lib. 4. cap. 8. de perpetuitate fidei eccleſiæ catholicæ circa euchariſtiam. Ego vero hic addo exſtare in chartulario prioratus de Paredo in diœceſi Auguſtodunenſi veterem notitiam editam tempore ſancti Hugonis abbatis Cluniacenſis, in qua legitur virum nobilem ex caſtro montis ſancti Vincentii nomine Heldinum, cum conſtituiſſet unum ex filiis ſuis facere monachum, innotuiſſet autem id Hugoni comiti, iſtum ei ſuaſiſſe ut filium ad baptiſmum in monaſterio ferri faceret. Hæc ſunt verba notitiæ. *Quapropter prædictus Comes advocans præfatum Heldinum, quia ſciebat ſe ab eo diligi, ſuaſit ei ut quia audierat ſuum quemdam filium Deo voviſſe, ipſum puerum ad baptiſmum in monaſterio ferri faceret, litteris traderet, & Deo in prædicto loco offerret.* Quamquam ſi puer recens natus eſſet, dici poſſet ſuaſum patri fuiſſe ut filium baptizari faceret in monaſterio, non vero ut baptiſmum religionis ſuſciperet. Sed non fuiſſe recentem natum dicere videtur notitia, cum patri ſuadeatur ut filium litteris traderet.

47 *Diſpoſitionis*] Antea legebatur *diſpenſationis*. Mutare coacti ſumus propter auctoritatem tredecim librorum noſtrorum & ſeptem Anglicanorum. Vulgatam lectionem non inveni niſi in uno. Remigianus habet *diſputationis*, manifeſto errore. Infra in epiſtola 74. legitur *humanam traditionem divinæ diſpoſitioni anteponere*.

48 *Sanguine ſuo baptizetur*] De baptiſmo ſanguinis inſignis eſt locus in libro Tertulliani de baptiſmo. Item apud Rufinum in expoſitione ſymboli. De hac materia plures diſſeruerunt.

49 *Hæretico prodeſt*] Rurſum iſtud mutare habuimus propter conſenſum veterum exemplarium noſtrorum & ſex Anglicanorum. Et hanc quoque lectionem probat Pamelius in ſuis annotationibus. Confirmant autem illam ea quæ mox ſequuntur. Vitio non caret hoc argumentum quo ſæpe utitur Cyprianus. Hic enim maxime valent adhibita a S. Auguſtino in libris de baptiſmo rationum momenta, cum manifeſtum & perſpicuum ſit nihil a Cypriano de hæreticis & ſchiſmaticis dici, quod non pariter dici poſſit de iis qui in ipſa Eccleſia occultam hæreſim fovent. His enim nec baptiſmus ſanguinis proderit niſi errorem deponant.

50 *Proficere ad ſalutem*] Unus Remigianus, *ad ſalutem prodeſſe poteſt quia ſalus extra eccleſiam eſſe non poteſt*. Ita etiam ferme Divionenſis.

51 *Ex aqua prius*] Codex Eligianus, *eo quod ex aqua & ſpiritu prius non ſit renatus*.

52 *Eccleſiæ veritatem*] Sic edidit Eraſmus. Ita etiam vidi ſcriptum in tredecim exemplaribus noſtris & in ſex Anglicanis. Infra in hac ipſa epiſtola. *niſi prius venerint ad eccleſiæ veritatem*. Hanc lectionem confirmant alia quoque Cypriani loca.

53 *Quando ad latronem*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. cap. 22. de unico baptiſmo adverſus Donatiſtas. Hunc latronem quidam vocant martyrem quia Chriſtum confeſſus eſt, qui ei morienti pollicitus eſt paradiſum. Fuit ſane martyr, id eſt teſtis paſſionis Chriſti. Hieronymus 10 epiſtola ad Paulinum de inſtitutione monachi: *E contrario latro crucem mutat paradiſo & facit homicidii pœnam martyrium.* Avitus epiſcopus Vienenſis epiſt. 3. *Horum igitur unus latronum longi ſceleris vitam brevis compendii fine permutans ex interfectore medicus, martyr ex fure.* & epiſt. 4. *Latro ille pro ſubſecuta confeſſione additur paradiſo. per injuſtum deductus eſt avum ut de juſta raperet morte martyrium.* Eadem fuit opinio auctoris libri de cardinalibus Chriſti operibus qui vulgo adi ſolet cum operibus Cypriani. Ait enim de latrone loquens, *pœnam mutavit in martyrium*. & infra, *factus eſt particeps regni. per confeſſionem factus collega martyris*. Humbertus Cardinalis epiſcopus Silvæ candidæ lib. 2. adverſus ſimoniacos cap. 42. ait latronem illum qui agnovit Chriſtum ex pœna latronis meritum eſſe triumphum martyrii. Cæſarius Heiſterbachcenſis lib. 8. cap. 64. *Cauſa, non pœna, facit martyres. Duo enim latrones Chriſto affixi ſunt hinc & inde. unus martyr effectus eſt propter virtutem confeſſionis, alteri pœna ſua fuit initium æternæ damnationis.* Vide etiam gloſſam capitis *Importuno* diſt. 1. de pœnitentia & Rutilium Benzonium lib. 2. cap. 43. de anno jubilæi. Fuere tamen qui negarent iſtum honorem ei tribui poſſe, quia, ut ait Hugo archiepiſcopus Rothomagenſis lib. 5. cap. 9. dialogorum ſuorum, neque baptiſmo regeneratus erat, nec cauſa Chriſti in cruce fuerat affixus. Unde ſequebatur illum non eſſe martyrem. Et tamen Rupertus lib. 3. in evangelium Joannis videtur exiſtimaſſe illum baptizatum fuiſſe in aqua quæ fluxit de latere Chriſti. R. P. Edmundus Martene in deſcriptione itineris ſui per Gallias pag. 24. teſtatur ſingulis annis celebrari miſſam de ſancto latrone in eccleſia Bituricenſi in die ſabbati ſancti. Reliquias ſancti latronis exſtitiſſe olim & fortaſſis adhuc exſtare in eccleſia Carcaſſonenſi docet vetus inventarium reliquiarum quæ in ea ſervabantur editum a Gerardo de Vic in chronico epiſcoporum Carcaſſonenſium. Petrus a Valle patricius Romanus in epiſtola 13. peregrinationum ſuarum tradit oſtenſum ſibi fuiſſe haud procul Rama vicum quemdam ex quo ortus erat bonus latro qui crucifixus eſt cum Chriſto.

54 *Fidei & ver. præſumus*] Hanc lectionem præferunt editiones Manutii & Morellii & novem libri veteres. Eraſmus & alii quinque libri veteres, *qui fide & veritate præſumimus*. Unus meus, *qui de fidei veritate præſumimus*.

55 *Baptiſma opponitur*] Ita Eraſmus & quatuordecim libri veteres. Manutius poſuit BAPTISMATA litteris majuſculis. Quo etiam modo ſcriptum vidi in Fuxenſi. Editionem Manutii ſcio placuiſſe viris doctis. Et nihilominus ego puto falſam eſſe. Nuſpiam enim apud Cyprianum, qui multis in locis diſputat adverſus baptiſma hæreticorum, nuſpiam inquam inveniri in eo ſenſu vocem *baptiſmata* certum eſt. In epiſtola 71. *Nam cum duo baptiſmata eſſe non poſſint, ſi hæretici vere baptizant, ipſi habent baptiſma*. Et in epiſtola 74. ſcribens adverſus Papam Stephanum, qui baptiſma hæreticorum probabat, ait, *omnium hæreticorum baptiſmata juſta & legitima judicavit*. Hieronymus in caput quartum epiſtolæ ad Epheſios: *Unum baptiſma & contra Valentinum facit, qui duo baptiſmata eſſe contendit, & contra omnes hæreticos, ut ſciant non habere ſe baptiſmata, ſed in una Chriſti eccleſia fontem eſſe vitalem*.

56 *Avidius*] Ita editiones Manutii & Morellii & decem libri veteres. Eraſmus & codex Corbejenſis habent *audacius*. Pro eo autem quod editiones & iidem libri veteres præferunt *promptius* unus meus habet *pernicius*.

57 *Veritatem*] Ita quatuordecim libri veteres pro eo quod editiones habent *unitatem*. Vide quæ paulo ante dicta ſunt in ſimili cauſa. Contra apud Jonam Aurelianenſem de cultu imaginum pag. 24. editionis Plantinianæ legendum eſſe *unitatem* pro *veritatem* probat codex antiquiſſimus & optimus.

58 *Inter prophetas*] Unus codex regius, *inter natos mulierum & prophetas*. At ſanctus Auguſtinus, qui locum iſtum deſcribit in libro quarto cap. 12. de baptiſmo adverſus Donatiſtas, non habet *natos mulierum &*, quæ deſunt etiam in omnibus aliis veteribus libris.

59 *Tu illis hæreticus*] Salvianus lib. 5. cap. 2. *Hæretici ergo ſunt, ſed non ſcientes. Denique apud nos ſunt hæretici, apud ſe non ſunt. Nam in tantum ſe catholicos eſſe judicant ut nos ipſos titulo hæreticæ appellationis infament.*

60 *Hæc tibi breviter*] Supra in calce epiſtolæ ad Donatum: *Hæc interim brevibus, Donate cariſſime*. Ita Eraſmus & Morellius & decem libri veteres. Alii quinque *brevius*. Apud ſanctum Auguſtinum, qui ſatis frequenter refert hunc locum, ſcriptum eſt ſemper *breviter*. Antiqui dicebant *brevi* pro *breviter*, ut notat Chariſius. Cujus modi ſcribendi plura exſtant exempla apud Ciceronem & alibi. Vide Lambini annotationes in orationem Ciceronis pro Plancio.

61 *Nemini præjudicantes*] Hieronymus lib. 1. adverſus Rufinum, *nemini præjudicantes ſequi quod velit, nec alterius decretum noſtra ſententia ſubvertentes*.

62 *Putatur contentioſus*] Quinque libri veteres, *putaverit contentioſus eſſe*. Alii quatuor, cum aliquo tamen levi diſcrimine, *putaverit contentioſum ſe eſſe*. Unus meus, *putat contentioſum ſe eſſe*.

63 *Leniter*] Ita ſanctus Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 8. & lib. 5. cap. 17. Ita etiam editio Morellii, decem libri noſtri, & ſeptem Anglicani. Eraſmus, Manutius, & codex Corbejenſis *firmiter*.

64 *Lib. de bo. pat.*] Refert hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 8. & lib. 5. cap. 16.

65 *Nunc*] Hoc vocabulum, quod in poſterioribus editionibus exciderat, cum habeatur in editionibus Eraſmi & Morellii, nos revocavimus ex fide tredecim exemplarium noſtrorum & quatuor Anglicanorum. Idem vocabulum, quod a Lovanienſibus quoque omiſſum erat, ſancto Auguſtino reddiderunt doctiſſimi viri quibus debemus novam operum ejus editionem.

EPI-

Digitized by Google

[1]EPISTOLA LXXIV.

Ad Pompejum contra epiſtolam Stephani de hæreticis baptizandis.

CYPRIANUS [2] Pompejo fratri ſalutem. A
Quamquam plene ea quæ de hæreticis
baptizandis dicenda ſunt complexi ſumus in e-
piſtolis quarum ad te exempla tranſmiſimus,
frater cariſſime, tamen quia deſideraſti in no-
titiam tuam perferri quid mihi ad litteras no-
ſtras [3] Stephanus frater noſter reſcripſerit, mi-
ſi tibi reſcripti ejus exemplum: quo lecto, ma-
gis ac magis ejus errorem denotabis, qui hæ-
reticorum cauſam contra chriſtianos & contra
eccleſiam Dei aſſerere conatur. Nam inter ce-
tera vel [4] ſuperba, vel ad rem non pertinen- B
tia, vel ſibi ipſi contraria quæ imperita atque
improvide ſcripſit, etiam illud adjunxit ut di-
ceret: [5] *Si quis ergo a quacumque hæreſi venerit*
[6] *ad vos,* [7] *nihil innovetur niſi quod traditum eſt,*
ut manus illi imponatur in pœnitentiam, cum ipſi
hæretici proprie alterutrum ad ſe venientes [8] *non*
baptizent, ſed communicent tantum. A quacum-
que hæreſi venientem baptizari in eccleſia ve-
tuit, id eſt, [9] omnium hæreticorum baptiſma-
ta juſta eſſe & legitima judicavit. Et cum ſin-
gulæ hæreſes ſingula baptiſmata & diverſa pec- C
cata habeant, hic cum omnium baptiſmo com-
municans univerſorum delicta in ſinum ſuum
coacervata congeſſit. Et præcepit nihil aliud
innovari niſi quod traditum eſt; quaſi is in-
novet qui unitatem tenens, unum baptiſma
uni eccleſiæ vindicat, & non ille utique qui
unitatis oblitus mendacia & contagia propha-
næ [10] tinctionis uſurpat. *Nihil innovetur,* in-
quit, *niſi quod traditum eſt.* Unde eſt iſta tra-
ditio? Utrumne de dominica & evangelica au-
ctoritate deſcendens, an de apoſtolorum man- D
datis atque epiſtolis veniens? Ea enim facien-
da eſſe quæ ſcripta ſunt Deus teſtatur & præ-
Joſue 1. monet ad Jeſum Nave dicens: *Non recedet li-*
ber legis hujus ex ore tuo, ſed meditaberis in eo
die ac nocte, ut obſerves facere omnia quæ ſcri-
Matt. 18. *pta ſunt in eo.* Item Dominus apoſtolos ſuos
mittens mandat baptizari gentes & doceri ut
obſervent omnia quæcumque ille præcepit. Si
ergo aut in evangelio præcipitur aut in apo-
ſtolorum epiſtolis vel actibus continetur ut a
quacumque hæreſi venientes non baptizentur, E
ſed tantum manus illis imponatur in pœniten-
tiam, obſervetur divina hæc & ſancta tradi-
tio. Si vero ubique hæretici nihil aliud quam
adverſarii & antichriſti nominantur, ſi vitandi
& perverſi & a ſemetipſis damnati pronuntian-
tur, quale eſt ut videantur damnandi a nobis
Tit. 3. non eſſe quos conſtat apoſtolica conteſtatione
a ſemetipſis damnatos eſſe? Ut nemo infama-
re apoſtolos debeat, quaſi illi hæreticorum ba-
ptiſmata probaverint, aut eis ſine eccleſiæ ba-
ptiſmo communicaverint, quando talia de hæ- F
reticis apoſtoli ſcripſerint, & hoc cum non-
dum hæreticæ peſtes acriores prorupiſſent, nec-
dum quoque Marcion [11] Ponticus de Ponto e-
merſiſſet, cujus magiſter [12] Cerdon ſub Hygi-
no tunc epiſcopo, qui in Urbe [13] nonus fuit,
Romam venit; quem Marcion ſecutus, addi-
tis ad crimen augmentis, impudentius ceteris
& abruptius in Deum patrem creatorem bla-
ſphemare inſtituit, & hæreticum furorem ſa-
crilegis armis contra eccleſiam rebellantem ſce-
leratius & gravius armavit. Quod ſi hæreſes
conſtat poſtmodum plures ac pejores extitiſſe,
& ſi retro nuſquam omnino præceptum eſt ne-
que conſcriptum ut hæretico tantum manus in
pœnitentiam imponatur & ſic ei communice-
tur, & ſi baptiſma non niſi unum eſt, quod
apud nos eſt, & intus eſt, & ſoli eccleſiæ de
divina dignatione conceſſum eſt, quæ iſta ob-
ſtinatio eſt, quæve præſumptio, humanam
traditionem divinæ diſpoſitioni anteponere, nec
animadvertere indignari & iraſci Deum quoties
divina præcepta ſolvit & præterit humana tra-
ditio, ſicut per Eſaiam prophetam clamat &
dicit: *Populus iſte labiis honorificat me, cor vero* *Iſa.* 29.
eorum longe ſeparatum eſt a me. Sine cauſa au-
tem colunt me, mandata & doctrinas hominum
docentes. Item Dominus in evangelio incre-
pans ſimiliter & objurgans ponit & dicit: *Re-* *Marc.* 7.
jicitis mandatum Dei ut traditionem veſtram ſta-
tuatis. Cujus præcepti memor beatus apoſtolus
commonet ipſe quoque & inſtruit dicens: *Si* 1.*Tim.* 6.
quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis verbis
Domini noſtri Jeſu Chriſti & doctrinæ ejus, ſtu-
pore elatus eſt, nihil ſciens, diſcede ab hujuſmo-
di. Præclara ſane & legitima traditio Stepha-
no fratre noſtro docente proponitur, quæ au-
ctoritatem nobis idoneam præbeat. Nam in
eodem loco epiſtolæ ſuæ addidit & adjecit:
cum ipſi hæretici proprie alterutrum ad ſe venien-
tes non baptizent, ſed communicent tantum. Ad
hoc enim malorum devoluta eſt eccleſia Dei
& ſponſa Chriſti ut hæreticorum exempla ſe-
ctetur, ut ad celebranda ſacramenta cæleſtia
diſciplinam lux de tenebris mutuetur, & id fa-
ciant chriſtiani quod antichriſti faciunt. Quæ
vero eſt animi cæcitas, quæ pravitas, fidei u-
nitatem de Deo patre & de Jeſu Chriſti Do-
mini & Dei noſtri traditione venientem nolle
cognoſcere? Nam ſi icirco apud hæreticos ec-
cleſia non eſt, quia una eſt & dividi non po-
teſt, & ſi ideo illic ſpiritus ſanctus non eſt,
quia unus eſt, & eſſe apud [14] prophanos &
extraneos non poteſt, utique & baptiſma,
quod in eadem unitate conſiſtit, eſſe apud
hæreticos non poteſt, quia ſeparari neque ab
eccleſia neque a ſpiritu ſancto poteſt. Aut ſi
effectum baptiſmi majeſtati nominis tribuunt,
ut qui in nomine Jeſu Chriſti ubicumque &
quomodocumque baptizantur, innovati & ſan-
ctificati judicentur, cur non in ejuſdem Chri-
ſti nomine illic & manus baptizato imponitur
ad accipiendum ſpiritum ſanctum, [15] cur ea-
dem ejuſdem majeſtas nominis non prævalet
in manus impoſitione quam valuiſſe conten-
dunt in baptiſmi ſanctificatione? Nam ſi po-
teſt quis extra eccleſiam natus templum Dei
fieri, cur non poſſit ſuper templum & ſpiri-
tus ſanctus infundi? Qui enim peccatis in ba-

ptiſmo expoſitis ſanctificatus eſt & in novum
hominem ſpiritaliter reformatus, ad accipien-
dum ſpiritum ſanctum idoneus [6] factus eſt,
Gal. 3. quando apoſtolus dicat, *Quotquot in Chriſto ba-*
ptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, qui poteſt apud
hæreticos baptizatus Chriſtum indnere, multo
magis poteſt ſpiritum ſanctum, qnem Chriſtus
miſit, accipere. Ceterum major erit mittente
qui miſſus eſt, nt incipiat foris baptizatus Chri-
ſtum quidem induiſſe, ſed ſpiritum ſanctum
non potuiſſe percipere; quaſi poſſit aut ſine
ſpiritu Chriſtus indui, aut a Chriſto ſpiritus
ſeparari. Illud quoque quam ineptum eſt, ut
cum nativitas ſecunda ſpiritalis ſit, qua in
Chriſto per lavacrum regenerationis naſcimur,
dicant quod poſſit quis apud hæreticos ſpirita-
liter naſci, ubi ſpiritum negant eſſe. Peccata
enim purgare & hominem ſanctificare aqua ſo-
la non poteſt, niſi habeat & ſpiritum ſanctum.
Quare aut ſpiritum ſanctum neceſſe eſt conce-
dant eſſe illic ubi baptiſma eſſe dicunt, aut
nec baptiſma eſt ubi ſpiritus ſanctus non eſt,
quia baptiſma eſſe ſine ſpiritu ſancto non po-
teſt. Quale eſt autem aſſerere & contendere
quod eſſe poſſint filii Dei qui non ſint in ec-
cleſia nati? Baptiſma enim eſſe in quo homo
vetus moritur & novus naſcitur manifeſtat &
Tit. 3. probat beatus apoſtolus dicens: [7] *Servavit nos*
per lavacrum regenerationis. Si autem in lava-
cro, id eſt in baptiſmo, eſt regeneratio, quo-
modo generare filios Deo hæreſis per Chriſtum
poteſt, quæ Chriſti ſponſa non eſt? Eccleſia
eſt enim ſola quæ Chriſto conjuncta & aduna-
ta ſpiritaliter filios generat, eodem apoſtolo
Ephеſ. 5. rurſus dicente: *Chriſtus dilexit eccleſiam & ſe i-*
pſum tradidit pro ea ut eam ſanctificaret, purgans
eam lavacro aquæ. Si igitur hæc eſt dilecta &
ſponſa quæ ſola a Chriſto ſanctificatur & lava-
cro ejus ſola purgatur, manifeſtum eſt hære-
ſim, quæ ſponſa Chriſti non ſit, nec purgari
nec ſanctificari lavacro ejus poſſit, filios Deo
generare non poſſe. Porro autem non per ma-
nus impoſitionem quis naſcitur quando accipit
ſpiritum ſanctum, ſed in eccleſiæ baptiſmo,
ut ſpiritum ſanctnm jam natus accipiat, ſicut
Gen. 2. in primo homine Adam factum eſt. Ante enim
Deus eum plaſmavit, & tunc [8] inſufflavit in
faciem ejus [9] flatum vitæ. Nec enim poteſt
accipi ſpiritus, niſi prius fuerit qui accipiat.
Cum autem nativitas chriſtianorum in bapti-
ſmo ſit, baptiſmi autem generatio & ſanctifi-
catio apud ſolam ſponſam Chriſti ſit, quæ pa-
rere ſpiritaliter & generare filios Deo poſſit,
ubi & ex qua & cui natus eſt qui filius eccle-
ſiæ non eſt, ut habere quis poſſit Deum pa-
trem [10] ante eccleſiam matrem? Cum vero nul-
la omnino hæreſis, ſed neque aliquod ſchiſma
habere ſalutaris baptiſmi ſanctificationem foris
poſſit, cur in tantum [11] Stephani fratris noſtri
obſtinatio dura prorupit ut etiam de Marcio-
nis baptiſmo, item Valentini & Apelletis, &
ceterorum blaſphemantinm in Denm patrem
contendat filios Deo naſci, & illic in nomine
Jeſu Chriſti dicat remiſſionem peccatorum da-
ri ubi blaſphematur in patrem & in Dominum
Deum Chriſtum? Quo in loco conſiderandum
eſt, frater cariſſime, pro fide & religione loci
ſacerdotalis, quo fungimur, an conſtare [12]
ſacerdoti Dei ratio in die judicii poſſit aſſe-

A renti & probanti & in acceptum referenti bla-
ſphemantium baptiſmata, cum Dominus com-
minetur & dicat: *Et nunc præceptum hoc ad* Malac. 2.
vos eſt, o ſacerdotes, ſi non audieritis, & ſi non
poſueritis in corde veſtro ut detis honorem nomini
meo, dicit Dominus omnipotens, immittam in vos
maledictionem, & maledicam benedictionem ve-
ſtram. Dat honorem Deo qui Marcionis ba-
ptiſmo communicat? Dat honorem Deo qui
apud eos qui in Deum blaſphemant remiſſio-
nem peccatorum dari judicat? Dat honorem
B Deo qui foris de adultera & fornicaria naſci
Deo filios aſſeverat? Dat honorem Deo
qui unitatem & veritatem de divina lege ve-
nientem non tenens hæreſes contra eccleſiam
vindicat? Dat honorem Deo qui hæreticorum
amicus & inimicus chriſtianorum ſacerdotes
Dei veritatem Chriſti & eccleſiæ nnitatem
tuentes abſtinendos putat? Si ſic honor Deo
datur, ſi ſic a cultoribus & ſacerdotibus ejus
Dei timor & diſciplina ſervatur, abjiciamus ar-
ma, manus demus in captivitatem, tradamus
diabolo ordinationem evangelii, diſpoſitionem
C Chriſti, majeſtatem Dei, [13] divinæ militiæ ſa-
cramenta ſolvantur, [14] caſtrorum cæleſtium ſi-
gna prodantur, ſuccumbat & cedat eccleſia hæ-
reticis, lux tenebris, fides perfidiæ, ſpes deſpe-
rationi, ratio errori, immortalitas morti, ca-
ritas odio, veritas mendacio, Chriſtus antichri-
ſto. Merito & ſic in dies ſingulos ſchiſmata &
hæreſes ſurgunt, crebrius atque [15] uberius ex-
creſcunt, & ſerpentinis [16] crinibus pullulantes
adverſus eccleſiam Dei majoribus viribus vene-
norum ſuorum virus expromunt, dum illis ad-
D vocatione quorumdam & auctoritas præſtatur &
firmitas, dum baptiſma eorum defend tur, dum
fides, dum veritas proditur, dum id quod con-
tra eccleſiam foris geritur intus in ipſa eccle-
ſia vindicatur. Quod ſi eſt apud nos, frater
dilectiſſime, Dei timor, ſi tenor prævalet fi-
dei, ſi cuſtodimus Chriſti præcepta, ſi incor-
ruptam atqne [17] inviolatam ſponſæ ejus ſancti-
tatem tuemur, ſi hærent ſenſibus & cordibus
noſtris verba Domini dicentis, *Putas cum ve-* Luc. 18.
nerit filius hominis, inveniet fidem in terra? quia
fideles Dei milites, qni Deo fide & religione
E ſincera militamus, commiſſa nobis divinitus ca-
ſtra fideli virtute ſervemus. Nec conſuetudo
quæ apud quoſdam obrepſerat impedire debet
quo minus veritas prævaleat & vincat. Nam [18]
conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt.
Propter quod relicto errore ſequamur verita-
tem, ſcientes quia & apud Eſdram veritas vin-
cit, ſicut ſcriptum eſt: *Veritas manet & inva-* 2. Eſdr.
leſcit in æternum & vivit & obtinet in ſæcula ſæ- 4.
culorum. Nec eſt apud eam accipere perſonam nec
differentias, ſed quæ ſunt juſta facit, nec eſt in
F *judicio ejus iniquum, ſed fortitudo, & regnum, &*
majeſtas, & poteſtas omnium ſæculorum. Benedi-
ctus Dominus Deus veritatis. Quam veritatem
nobis Chriſtus oſtendens in evangelio ſuo di-
cit: *Ego ſum veritas*. Propter quod ſi in Chri- Joan. 14.
ſto ſumus & Chriſtum in nobis habemus, ſi
manemus in veritate, & veritas in nobis ma-
net, ea quæ ſunt vera & recta teneamus. Fit
autem ſtudio præſumptionis & contumaciæ ut
quis magis ſua prava & falſa defendat quam
ad alterius recta & vera conſentiat. Cui rei
proſpiciens beatus apoſtolus Paulus ad Timo- 2. Tim. 2.
theum

theum ſcribit & monet epiſcopum non litigioſum, [29] nec contentioſum, ſed mitem & docibilem eſſe debere. Docibilis autem ille eſt qui eſt ad diſcendi patientiam lenis & mitis. Oportet enim epiſcopum non tantum docere, ſed & diſcere; quia & ille melius docet qui quotidie creſcit & proficit diſcendo meliora. Quod *1. Cor. 14.* ipſum quoque idem apoſtolus Paulus docet præmonens ut ſi alii ſedenti melius revelatum fuerit, prior taceat. In compendio eſt autem apud religioſas & ſimplices mentes & [30] errorem deponere & invenire atque eruere verita- B tem. Nam ſi ad divinæ traditionis caput & originem revertamur, ceſſat error humanus, & ſacramentorum cæleſtium ratione perſpecta, quidquid ſub caligine ac nube tenebrarum obſcurum latebat in lucem veritatis aperitur. [31] Si canalis aquam ducens, qui copioſe prius & largiter profluebat, ſubito deficiat, nonne ad fontem pergitur, ut illic defectionis ratio noſcatur, utrumne areſcentibus venis in capite unda ſiccaverit, an vero integra inde & plena procurrens in medio itinere deſtiterit; ut ſi vi- C tio interrupti aut bibuli canalis effectum eſt quo minus aqua continua perſeveranter ac jugiter flueret, refecto & confirmato canali ad uſum atque ad potum civitatis aqua collecta eadem ubertate atque integritate repræſentetur qua de fonte proficiſcitur. Quod & nunc facere oportet Dei ſacerdotes præcepta divina ſervantes, ut ſi in aliquo nutaverit & vacillaverit veritas, ad originem dominicam & ad evangelicam atque apoſtolicam traditionem revertamur, & inde ſurgat actus noſtri ratio unde & ordo & o- D rigo ſurrexit. Traditum eſt enim nobis quod *Epheſ. 4.* ſit unus Deus, & Chriſtus unus, & una ſpes, & fides una, & una eccleſia, & baptiſma u-

A num non niſi in una eccleſia conſtitutum; a qua unitate quiſquis diſceſſerit, cum hæreticis neceſſe eſt inveniatur; quos dum contra eccleſiam vindicat, ſacramentum divinæ traditionis impugnat. Cujus unitatis ſacramentum expreſſum videmus etiam in cantico canticorum ex perſona Chriſti dicentis: *Hortus concluſus, ſoror mea, ſponſa, fons ſignatus, puteus aquæ vivæ, paradiſus cum fructu pomorum.* *Cant. 4.* Si autem eccleſia ejus hortus concluſus eſt & fons ſignatus, quomodo in eumdem hortum introire aut B bibere de fonte ejus poteſt qui in eccleſia non eſt? Item Petrus ipſe quoque demonſtrans & vindicans unitatem mandavit & monuit niſi per unum ſolum baptiſma unius eccleſiæ ſalvari nos non poſſe. *In arca*, inquit, *Noe* *1. Pet. 3.* *pauci, id eſt,* [32] *octo animæ hominum ſalvæ factæ ſunt per aquam, quod & vos ſimiliter ſalvos faciet baptiſma.* Quam brevi & ſpiritali compendio unitatis ſacramentum manifeſtavit? Nam ut in illo mundi baptiſmo, quo iniquitas antiqua purgata eſt, qui in arca Noe non fuit C non potuit per aquam ſalvatus fieri, ita nec nunc poteſt per baptiſmum [33] ſalvatus videri qui baptizatus in eccleſia non eſt, quæ ad arcæ unius ſacramentum [34] dominica unitate fundata eſt. Obſervatur itaque a nobis & tenetur, frater cariſſime, explorata & perſpecta veritate ut omnes qui ex quacumque hæreſi ad eccleſiam convertuntur, eccleſiæ unico & legitimo baptiſmo baptizentur, exceptis his qui baptizati in eccleſia prius fuerant, & ſic [35] ad hæreticos tranſierant. Illos enim oportet, cum D redeunt, acta pœnitentia per manus impoſitionem ſolam recipi & in ovile, unde erraverant, a paſtore reſtitui. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXIV.

1 HAnc epiſtolam, quæ primo edita eſt ab Eraſmo, citant ſanctus Auguſtinus lib. 5. de baptiſmo adverſus Donatiſtas cap. 23. & lib. 6. cap. 7. & Facundus lib. 10. cap. 3. & in libro contra Mocianum.

2 *Pompejo*] epiſcopo Sabratenſi in provincia Tripolitana. Interfuit concilio Carthaginenſi ſub Cypriano. Concilio Cabarſuſſitano & Bagaienſi interfuit Donatus epiſcopus Sabratenſis. In collatione prima Carthaginenſi cap. 133. nominatur Nados epiſcopus Sabratenſis. Vide editionem noſtram iſtius collationis pag. 215.

3 *Stephanus frater*] In uno codice regio ſcriptum eſt *pater*. Et infra in libro Compendienſi & in uno meo *Stephano patre noſtro*, pari errore quo factum eſt ut in epiſtola ſancti Gregorii Papæ ad Victorem epiſcopum Panormitanum lib. 7. indict. 1. epiſt. 26. ſcriptum eſt in codice Floriacenſi *oportet ut paternitas veſtra*, cum vulgo recte legatur *fraternitas veſtra*. R. P. Harduinus in tomo ſecundo editionis ſuæ conciliorum pag. 1203. tradit epiſtolam concilii Milevitani ad Innocentium Papam habere in codice Juſtelli *Reverendiſſimo patre Innocentio*. Si hæ ſcripturæ non eſſent falſæ, habuiſſet Gregorius Papa IV. aliquam juſtam cauſam conquerendi de epiſcopis Gallicanis, qui Romano pontifici ſcribentes illum vocaverant fratrem, *dum congruentius eſſet*, inquit, *ſolam ei reverentiam paternam exhibere*. Inter epiſtolas Adriani Papæ IV. reperitur una in qua Imperatorem Fridericum arguit quod ad eum ſcribens ſuum nomen præpoſuerit nomini Papæ, *in quo inſolentiæ, ne dicam arrogantiæ, notam incurris*. Illa porro Gregorii IV. epiſtola extat apud Agobardum, & putabatur eſſe Agobardi donec vir illuſtriſſimus Petrus de Marca oſtendit illam eſſe Gregorii, ſub cujus nomine edita a nobis eſt inter opera Agobardi. Tum vero R. P. Labbeus illam in appendice tomi ſeptimi conciliorum poſuit, & monuit extare apud Agobardum. Et tamen R. P. Harduinus in tomo quarto editionis ſuæ pag. 1275. ſuppreſſo nomine Agobardi monuit ſe illam edere ex bibliotheca Floriacenſi, ubi non extat. Vide notas ad epiſtolam 41.

4 *Superba*] Eraſmus, tres libri noſtri, & quatuor Anglicani præferunt *ſupervacua*. In uno regio legitur *ad ſuperbiam*. Lectionem noſtram habent cetera exemplaria.

5 *Si quis ergo*] Verba ſunt ex epiſtola Papæ Stephani relata ſupra in epiſtola ad Pompejum.

6 *Ad vos*] Antea legebatur *ad nos*. Retinuimus lectionem ſeptem veterum exemplarium. Conſtat quippe ex initio iſtius epiſtolæ & ex commonitorio Vincentii Lirinenſis epiſtolam Stephani miſſam fuiſſe ad Africam. Vide notas noſtras ad Vincentium pag. 445. 447.

7 *Nihil innovetur*] Cæleſtini Papæ epiſtola ad epiſcopos Galliarum: *Deſinat inceſſere novitas vetuſtatem*. Tertullianus in libro de virginibus velandis: *Hæreſes non tam novitas quam veritas revincit*. Optatus lib. 7. dixit *novitatem quærere in viſceribus vetuſtatis*.

8 *Nos baptizent*] Codex Lamonii addit *in pœnitentia*, & mox *venientem baptizari in manum pœnitentiæ in eccleſia vetuit*. Sunt multa hujuſmodi exempla in codice Lamonii, de quibus diſſeruimus ſupra in notis ad epiſtolam 73.

9 *Omnium hæreticorum*] Extant apud Nicolaum Eymerici in directorio inquiſitorum reſponſiones Benedicti Papæ XII. tum Cardinalis adverſus errores fratricellorum, in quibus ait Stephanum Papam determinaſſe quod nullus baptizatus per quoſcumque hæreticos veniens ad eccleſiam catholicam rebaptizaretur, ſanctum autem Cyprianum cum multis epiſcopis in Africa celebrantem concilium determinaſſe oppoſitum, videlicet quod baptizati a quibuſcumque hæreticis, ſi ad eccleſiam catholicam veniant, ſunt baptizandi, & reprehaſſe in hoc Stephanum Papam, ut patet in Cypriani epiſtolis ad Jubajanum, ad Stephanum, & Pompejum, concilium autem Nicænum utramque opinionem ſancti Cy-

cti Cypriani & Stephani Papæ correxiſſe determinandu quod baptizati ab hæreticis non ſervantibus formam eccleſiæ venientes ad eccleſiam baptizentur, ab aliis vero hæreticis baptizati non rebaptizentur. Hanc Benedicti ſolutionem eſſe falſam ait Franciſcus Pegna in commentariis ad Nicolaum, eamque refellit. Neſcio an recte. Etenim Cyprianus ait Papam Stephanum cenſuiſſe hæreticorum baptiſmata eſſe juſta & legitima. Porro Benedicti reſponſiones adverſus fratricellos refert etiam Abrahamus Bzovius in ſuis annalibus, ſed mutat verba directorii. Nam ubi apud Nicolaum ſcriptum eſt *Ad iſtud reſpondet Dominus Benedictus*, Bzovius ponit *Ad iſtud reſpondet F. Jacobus Farnerius Cardinalis*, quia ſciebat ita locutum fuiſſe antequam eſſet Papa.

10 *Tinctionis*] Codex Gratianopolitanus, *tinctionis & unctionis*.

11 *Ponticus*] Hanc vocem addidimus ex auctoritate duodecim exemplarium noſtrorum & ſex Anglicanorum. Ea quæ illam non habent videntur eſſe decurtata ab imperitis librariis credentibus illam eſſe ſupervacaneam, quia ſtatim ſequitur Marcionem emerſiſſe e Ponto. Irenæus lib. 1. cap. 21. ſcripſit *Marcion Ponticus*. Ponticum lupum vocat Rufinus lib. 5. cap. 13. poſt Euſebium. Illud dicere voluit ſanctus Cyprianus, Marcionem, qui erat natione Ponticus, e regione ortum longinqua & barbara, videlicet e Ponto Euxino, tandem emerſiſſe e Ponto, ubi latebat, nondum veniſſe Romam. Eraſmus tamen habet vocem *Ponticus*, ſed non ſubjunxit *de Ponto*. Tertullianus lib. 1. adverſus Marcionem: *Pontus qui dicitur Euxinus natura negatur, nomine illuditur*. Ennodius lib. 12. epiſt. 1. *Etſi te immemorem mei Pontica facit inhumanitas*. Famoſus locus exſilio Ovidii. De tempore quo Marcion vixit vide Petavii animadverſiones ad hæreſim 46. apud Epiphanium.

12 *Cerdon ſub Hygino*] Vide Maſſueti diſſertationes ad Irenæum pag. 68. §. 155.

13 *Nonus fuit*] Idem teſtatur ſanctus Irenæus lib. 1. cap. 28. ajens Cerdonem veniſſe Romam ſub Hygino.

14 *Proph. & extraneos*] Codex ſancti Arnulphi *extrarios*. Sic etiam habebat Veronenſis.

15 *Cur ead. majeſtas*] Lege *cur non eadem majeſtas*. Iſtud excidit. Error inductus eſt a Rigaltio & continuatus in editione Anglicana.

16 *Factus eſt*] In editionibus Eraſmi & Morellii, quæ magis placuerunt Pamelio quam Manutiana, legitur *factus non eſt*. Verum libri veteres non habent negationem, quæ profecto videtur eſſe contraria ſententiæ ſancti Cypriani.

17 *Servavit*] Eraſmus poſuit *ſalvavit*. Quæ lectio exſtat in duobus exemplaribus noſtris, & in Camberonenſi, ut teſtatur Pamelius. At alia tredecim noſtra habent *ſervavit*. Et tamen lectio inducta ab Eraſmo prævaluit hactenus in omnibus editionibus. Cælius Calcagninus lib. 2. epiſt. 9. cenſet ſcribendum eſſe ſervatorem, non ſalvatorem.

18 *Inſufflavit*] Hic locus ex capite ſecundo Geneſeos deſumptus refertur ſecundum verſionem antiquam qua ſanctus Cyprianus utebatur, qua etiam uſum eſſe Avitum Viennenſem liquet ex ſecunda ejus epiſtola ad Gundobadum. Reprehendit autem Avitus illos qui utebantur ea verſione qua nos hodie utimur. Et tamen Tertullianus hunc locum refert eo modo quo illi utebantur quos Avitus perſtringit. In epiſtola cujuſdam Otberti de obitu Hugonis de ſancto Victore, quam R. P. Edmondus Martene edidit in tomo quinto ſuorum anecdotorum, ſcriptum eſt Hugonem ſub ictu mortis, cum quæſiviſſet ab Otberto an aliquis præter ipſum hic adeſſet & an eo die celebraſſet miſſam, illo reſpondente neminem alium ibi eſſe & ſe eo die celebraſſe, Hugonem inquam ei dixiſſe: *Accede & inſufflate in faciem meam in modum crucis ut accipiam ſpiritum ſanctum*. Magna fides Hugonis optantis inſufflari in faciem ſuam, ut ſi minus imitatione poſſet accipere ſpiritum ſanctum, certe proxime accederet, & ita ſecurior iret ad Chriſtum.

19 *Flatum*] Unus codex regius *ſpiraculum*, ſicut in vulgata editione Geneſeos.

20 *Ante eccleſ. matrem*] Undecim libri veteres, *habeat ante eccleſiam matrem*. Sed vox *habeat* deeſt in tribus itidem antiquis & in editionibus antiquis. Supra epiſt. 10. *Ante Dominum parem mater prior ſumat*.

21 *Stephani fr. obſtinatio*] Vincentius Lirinenſis cap. 21. dixit *tanto adamante pertinaciæ*. Caſſiodorus lib. 4. epiſt. 3. *cruda obſtinatione*. Conſtitutio Gratiani & Valentiniani in titulo codicis Theodoſiani de hæreticis, *conſuetudo obſtinationis pertinax*. Contra pertinacia virtutis apud Valerium Maximum lib. 3. cap. 2. Pertinaciam enim aliquando in bonam partem acceptam eſſe a Baronio nos monuimus in notis ad Capitularia pag. 1111.

22 *Sacerdoti Dei*] Ita ſex libri noſtri & quinque Anglicani. Antea legebatur *ſacerdotis Dei ratio in die judicii poſſit aſcribentis & præſumentis & in acceptum referentis blaſphemantium*.

23 *Divinæ militia ſacr.*] Infra in libro de lapſis, *Chriſti ſacramentum temeritate præcipiti ſolveretur*. Sumpta iſta ex diſciplina militari. Vide Godeſchalcum Stevvechium ad Vegetium, ubi recte formam ſacramenti militum explicavit. Vide etiam ſanctum Joannem Chryſoſtomum in initio ſecundæ parænesis ad Theodorum lapſum.

24 *Caſtror. cæleſtium*] Antea legebatur *ſacrorum*, nullo ſenſu. Reſtituimus veram lectionem ex fide decem veterum exemplarium.

25 *Uberius*] Hanc lectionem invenimus in ſex antiquis codicibus noſtris & in quinque Anglicanis. Antea ſcriptum erat *liberius*. Sic in calce iſtius epiſtolæ vitio librarii poſitum erat in uno codice regio *eadem libertate* pro *ubertate*. In Burgundico reperi in libro de habitu virginum *facultatum libertate locupletes* pro *ubertate*. Et in libro de oratione dominica in codice Pithœano & in Thuano *bonitatis libertas* pro *ubertas*. In hac ipſa epiſtola 74. ad Pompejum in codice Lamonii paulo poſt *aqua collecta eadem libertate repræſentatur*. Pro quo alii codices & editiones recte habent *ubertate*. In libro de laude martyrii in editione Morellii legitur *uberius atque propenſius*. Pro quo quidam libri veteres habent *liberius*.

26 *Crinibus*] Quamvis hæc lectio non reperiatur niſi in quinque exemplaribus, non dubito tamen quin præferenda ſit ei quæ jamdudum invaluerat. Non video enim quid ſignificent hæc verba, *ſerpentinis criminibus pullulantes*. Agnovit Rigaltius hoc eſſe verum. In erratis enim monuit reponendum eſſe *crinibus*. Horatius lib. 3. ode 3. *intortis capillis Eumenidum recreantur angues*. Idem epodon 5. *Canidia brevibus implicata viperis crines*. Seneca Medea: *Adeſte ſceleris ultrices deæ crinem ſolutis ſqualidæ ſerpentibus*. Lucanus lib. 6. *Et coma vipereis ſubſtringitur horrida ſertis*. Ludovicus Cælius Rhodiginus lib. 1. cap. 40. refert ex Avicenna ſerpentes ex mulierum præcipue capillis concipi. Similem errorem notavimus in tomo ſecundo Capitularium pag. 987.

27 *Inviolatam*] Codex Fuxenſis, *immaculatam*.

28 *Conſu. ſine veritate*] Citat hunc locum, ſed non nominato Cypriano, Angelus Politianus in præfatione miſcellaneorum ſuorum. Ait enim: *Pulcre ſic ait quidam: Conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt*. Citat etiam Gratianus diſt. 8. cap. *Conſuetudo*. Vide notas ad epiſtulam 71.

29 *Nec contentioſum*] Hæc non comparebant in editione Eraſmi. Manutius & Morellius induxerunt. Pamelius expunxit, quia non invenerat in codice Camberonenſi. Sane deſunt in quatuor libris veteribus. Sed habentur in aliis duodecim & in duobus Bodlejanis.

30 *Errorem deponere*] Sanctus Papa Gregorius in epiſtola ad ſanctum Auguſtinum: *Bonarum quippe mentium eſt ibi culpam agnoſcere ubi culpa non eſt*. Innocentius III. apud Bzovium an. 1206. §. 6. *Bonarum mentium eſt ibi timere culpam ubi culpa minime reperitur*. Contra Quintilianus lib. 6. cap. 4. *Nam culpam, præſertim deprehenſam, pertinaciter tueri altera culpa eſt*. Hieronymus lib. 1. adverſus Rufinum: *Melius eſt te pœnitere facti tui quam & martyrem in calumnia & deceptos in errore perſiſtere. Nec erubeſcas de commutatione ſententiæ. Non es tantæ auctoritatis & famæ ut erraſſe te pœniteat*. Item in epiſtola ad Pammachium de optimo genere interpretandi: *Erraſſe humanum eſt & confiteri errorem prudentis*. Et in epiſtula ad Pammachium & Oceanum adverſus errores Origenis: *Secunda poſt naufragium tabula eſt humiliter confiteri*. Et in epiſtola ad Marcellam de quinque quæſtionibus novi teſtamenti: *Non memini me hoc aliquando dixiſſe; & ſi dixiſſem, non eſſem in errore pertinax*. Rufinus lib. 2. adverſus Hieronymum: *Certum eſt autem errorem præceſſiſſe ubi emendatio ſubſecuta eſt*. Auguſtinus ſermone 164. de verbis apoſtoli: *Humanum fuit erraſſe. Diabolicum eſt per animoſitatem in errore manere*. Idipſum quoque dixit ſanctus Joannes Chryſoſtomus in parænesi prima ad Theodorum lapſum: *Nam peccaſſe eſt humanum, perduraſſe autem in flagitiis non humanum eſt, ſed potius diabolicum*. Item Auguſtinus in epiſtola ad Celerem: *Turpe eſt mutare ſententiam, ſed veram & rectam. Nam ſtultam & noxiam & laudabile & ſalubre eſt*.

Sicut

Sicut autem conſtantia non ſinit hominem depravari, ſic pertinacia non ſinit corrigi.

31 *Si canalis*] Hieronymus in epiſtola ad Marcum Celedenſem: *Si rivus tenuiter fluit, non eſt alvei culpa, ſed fontis.*

32 *Octo animæ hominum*] Sic reſtituimus hunc locum ex fide octo librorum noſtrorum & ſex Anglicanorum. Nam & infra in epiſtola 76. ita etiam legitur ut iſtic. Sane vox *hominum* non exſtat in epiſtola ſancti Petri nec apud Hieronymum in dialogo adverſus Luciferianos.

33 *Salvatus videri*] Editiones habent *ſalvus*. At ego repoſui *ſalvatus*, ſecutus in hoc auctoritatem tredecim exemplarium noſtrorum & quatuor Anglicanorum.

34 *Dom. unitate*] Vetus codex Remigianus & tres Anglicani habent *dominicæ obſervationis virtute*.

35 *Ad hær. tranſierant*] Unus codex regius, *ad hæreticos diſceſſiſſe monſtrantur*. Lectionem a nobis retentam confirmare videntur hæc Cypriani verba ex epiſtola 71. *&* *a nobis ad hæreticos tranſiſſe*.

[1]EPISTOLA LXXV.

Firmiliani epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ ad Cyprianum contra epiſtolam Stephani.

2 FIRMILIANUS Cypriano fratri in Domino ſalutem. Accepimus per Rogatianum cariſſimum noſtrum diaconum a vobis miſſum litteras quas ad nos feciſti, frater dilectiſſime; & gratias propter hoc Domino maximas egimus quod contigerit ut qui corpore ab invicem ſeparamur ſic ſpiritu adunemur quaſi non unam tantum regionem tenentes, ſed in ipſa atque in eadem domo ſimul inhabitantes. Quod & decet dicere, quia & ſpiritalis domus Dei una eſt.
Iſa. 2. *Erit enim in noviſſimis*, ait propheta, *diebus manifeſtus mons Domini & domus Dei ſuper vertices montium*. In quam convenientes cum jucunditate adunantur, ſecundum quod & in pſalmo hoc poſtulatur a Domino inhabitare in domo Dei per omnes dies vitæ.
Pſal. 26. Unde & in alio loco manifeſtatum eſt eſſe apud ſanctos magnam voluntatis caritatem in unum convenire.
Pſ. 132. *Ecce*, inquit, *quam bonum & voluptabile eſt ut habitent fratres in unum*. Adunatio enim & pax & concordia, non ſolum hominibus fidelibus & cognoſcentibus veritatem, ſed & angelis ipſis cæleſtibus voluptatem maximam præſtat, quibus dicit ſermo divinus eſſe gaudium in uno peccatore pœnitentiam agente & ad unitatis vinculum revertente.
Luc. 15. Quod utique non diceretur de angelis converſationem in cælis habentibus, niſi ipſi quoque eſſent nobis adunati, qui noſtra adunatione lætantur; ſicut e contrario utique contriſtantur, quando vident diverſas quorumdam mentes & ſciſſas voluntates, quaſi non tantum unum & eumdem Deum ſimul invocent, ſed ſeparatis & diviſis ab invicem nec confabulatio jam poſſit eſſe aut ſermo communis. Niſi quod nos gratiam referre Stephano in iſto poſſumus quod per illius inhumanitatem nunc effectum ſit ut fidei & ſapientiæ veſtræ experimentum caperemus. Sed non enim ſi nos propter Stephanum hanc beneficii gratiam cepimus, ſtatim Stephanus beneficio & gratia digna commiſit. Neque enim & Judas perfidia ſua & proditione, qua ſcelerate circa ſalvatorem operatus eſt, dignus videri poteſt quaſi cauſam bonorum tantorum ipſe præſtiterit ut per illum mundus & gentium populus [3] paſſione Domini liberaretur. Sed hæc interim quæ ab Stephano geſta ſunt prætereantur; ne dum audaciæ & inſolentiæ ejus meminimus, de rebus ab eo improbe geſtis longiorem mœſtitiam nobis inferamus. De vobis autem cognoſcentes

A quod ſecundum regulam veritatis & ſapientiam Chriſti hoc de quo nunc quæritur diſpoſueritis, cum magna lætitia exſultavimus & Deo gratias egimus, quia invenimus in fratribus tam longe poſitis tantam nobiſcum fidei & veritatis unanimitatem. Potens eſt enim gratia Dei copulare & conjungere caritatis atque unitatis vinculo etiam ea quæ videntur longiore terrarum ſpatio eſſe diviſa, ſecundum quod & olim intervallo temporum ſeparatos ab Job & Noe, qui in primis fuerant, Ezechielem & B Danielem poſteriores ætate ad unanimitatis vinculum virtus divina conjunxit, ut quamvis temporibus longis diſcreti eſſent, eadem tamen divina inſpiratione ſentirent. Quod & nunc in vobis animadvertimus, ut qui longiſſimis regionibus a nobis ſeparati eſtis, ſenſu tamen & ſpiritu copulatos vos eſſe nobiſcum probaretis. Quod totum hoc fit divina unitate. Nam cum Dominus unus atque idem ſit qui habitat in nobis, conjungit ubique & copulat ſuos vinculo unitatis. Unde in univer- Pſal. 18.
C ſam terram exivit ſonus eorum qui a Domino miſſi ſunt unitatis ſpiritu velociter currentes; ſicut e contrario nihil prodeſt aliquos proximos & junctos ſibi eſſe corporibus, ſi animo & mente diſſideant, quando adunari animæ omnino non poſſint quæ ſe a Dei unitate diviſerint. *Ecce enim*, inquit, *qui longinquant ſe* Baruc 3.
abs te peribunt. Sed tales judicium Domini pro merito ſuo ſubibunt recedentes a verbis ejus qui patrem pro unitate deprecatur & dicit: *Pater, da ut quomodo ego & tu unum ſumus, ſic* Joan. 17.
D *& hi in nobis unum ſint*. Nos vero ea quæ a vobis ſcripta ſunt quaſi noſtra propria ſuſcepimus, nec in tranſcurſu legimus, ſed ſæpe repetita memoriæ mandavimus. Neque obeſt utilitati ſalutari aut eadem retexere ad confirmandam veritatem aut & quædam addere ad cumulandam probationem. Si quid autem a nobis additum fuerit non ſic additur quaſi a vobis aliquid minus dictum ſit, ſed quoniam ſermo divinus humanam naturam ſupergreditur, nec poteſt totum & perfectum anima con-
E cipere; iccirco & tantus eſt numerus prophetarum ut multiplex & divina ſapientia per multos diſtribuatur. Unde & tacere præcipitur 1.Cor.14.
primo in prophetia loquenti, ſi ſecundo fuerit revelatum. Qua ex cauſa neceſſario apud nos fit ut per ſingulos annos ſeniores & præpoſiti in unum conveniamus ad diſponenda ea quæ

quæ curæ noſtræ commiſſa ſunt, ut ſi qua graviora ſunt, communi conſilio dirigantur, lapſis quoque fratribus & poſt lavacrum ſalutare a diabolo vulneratis per pœnitentiam medela quæratur; non quaſi a nobis remiſſionem peccatorum conſequantur, ſed ut per nos ad intelligentiam delictorum ſuorum convertantur & Domino plenius ſatisfacere cogantur. Quoniam vero legatus iſte a vobis miſſus regredi ad vos feſtinabat, & [4] hibernum tempus urgebat, quantum potuimus ad ſcripta veſtra reſcripſimus. Et quidem quantum ad id pertineat quod Stephanus dixit, quaſi apoſtoli eos qui ab hæreſi veniunt baptizari prohibuerint & hoc cuſtodiendum poſteris tradiderint, pleniſſime vos reſpondiſtis neminem tam ſtultum eſſe qui hoc credat apoſtolos tradidiſſe, quando etiam ipſas hæreſes conſtet execrabiles ac deteſtandas poſtea extitiſſe, cum & Marcion Cerdonis diſcipulus inveniatur ſero poſt apoſtolos & poſt longa ab eis tempora ſacrilegam adverſus Deum traditionem induxiſſe, Apelles quoque blaſphemiæ ejus conſentiens multa alia nova & graviora fidei ac veritati inimica addiderit. Sed & Valentini & [5] Baſilidis tempus manifeſtum eſt quod & ipſi poſt apoſtolos & poſt longam ætatem adverſus eccleſiam Dei ſceleratis mendaciis ſuis rebellaverint. Ceteros quoque hæreticos conſtat pravas ſuas ſectas & inventiones perverſas, prout quiſque errore ductus eſt, poſtea induxiſſe; quos omnes manifeſtum eſt a ſemetipſis damnatos eſſe & ante diem judicii inexcuſabilem ſententiam adverſus ſemetipſos dixiſſe: quorum baptiſma qui confirmat, *Tit. 3.* quid aliud quam cum ipſis ſe adjudicat, & ſe ipſe participem talibus faciendo condemnat. Eos autem qui Romæ ſunt non ea in omnibus obſervare quæ ſint ab origine tradita & [6] fruſtra apoſtolorum auctoritatem prætendere ſcire quis etiam inde poteſt quod circa celebrandos dies Paſchæ & circa multa alia divinæ rei ſacramenta videat eſſe apud illos aliquas diverſitates, nec obſervari illic omnia æqualiter quæ Hieroſolymis obſervantur, ſecundum quod in ceteris quoque plurimis provinciis multa pro locorum & [7] nominum diverſitate variantur, nec tamen propter hoc ab eccleſiæ catholicæ pace atque unitate aliquando diſceſſum eſt. Quod nunc Stephanus auſus eſt facere, rumpens adverſum vos pacem, quam ſemper anteceſſores ejus vobiſcum amore & honore mutuo cuſtodierunt, adhuc etiam infamans Petrum & Paulum beatos apoſtolos, quaſi hoc ipſi tradiderint, qui in epiſtolis ſuis hæreticos execrati ſunt & ut eos evitemus monuerunt. Unde apparet traditionem hanc humanam eſſe quæ hæreticos aſſerit & baptiſma, quod non niſi ſolius eccleſiæ eſt, eos habere defendit. Sed & ad illam partem bene a vobis reſponſum eſt ubi Stephanus in epiſtola ſua dixit hæreticos quoque ipſos in baptiſmo convenire, & quod alterutrum ad ſe venientes non baptizent, ſed communicent tantum, quaſi & nos hoc facere debeamus. Quo in loco, etſi vos jam probaſtis ſatis ridiculum eſſe ut quis ſequatur errantes, illud tamen ex abundanti addimus, non eſſe mirum ſi ſic hæretici agant, qui etſi in quibuſdam minoribus diſcrepant, in eo tamen quod eſt maximum, unum &

A eumdem conſenſum tenent ut blaſphement creatorem, quædam ſomnia ſibi & phantaſmata ignoti Dei confingentes; quos utique conſequens eſt ſic conſentire in baptiſmi ſui vanitate ut conſentiunt in repudianda divinitatis veritate. De quibus quoniam longum eſt ad ſingula eorum vel ſceleſta vel ſupervacua reſpondere, ſatis eſt breviter illud in compendio dicere, eos qui non teneant verum Dominum patrem tenere non poſſe nec filii nec ſpiritus ſancti veritatem, ſecundum quod etiam illi qui Cataphrygas appellantur, & novas prophetias uſurpare conantur, B nec patrem poſſunt habere nec filium nec [[8] ſpiritum ſanctum]; a quibus ſi quæramus quem Chriſtum prædicent, reſpondebunt eum ſe prædicare qui miſerit ſpiritum per Montanum & Priſcam locutum. In quibus cum animadvertamus non veritatis ſpiritum ſed erroris fuiſſe, cognoſcimus eos qui falſam illorum prophetiam contra Chriſti fidem vindicant Chriſtum habere non poſſe. Sed & ceteri quique hæretici, ſi ſe ab eccleſia Dei ſciderint, nihil habere poteſtatis aut C gratiæ poſſunt, quando omnis poteſtas & gratia in eccleſia conſtituta ſit, ubi præſident majores natu, qui & baptizandi & manum imponendi & ordinandi poſſident [9] poteſtatem. Hæretico enim ſicut ordinare non licet, nec manum imponere, ita nec baptizare, nec quidquam ſancte nec ſpiritaliter gerere, quando alienus ſit a ſpiritali & deifica ſanctitate. Quod totum nos jampridem [10] in Iconio, qui Phrygiæ locus eſt, collecti in unum convenientibus ex Galatia & Cilicia & ceteris proximis regionibus confirmavimus tenendum contra hæreti- D cos firmiter & vindicandum, cum a quibuſdam de iſta re dubitaretur. Et quoniam Stephanus & qui illi conſentiunt contendunt dimiſſionem peccatorum & ſecundam nativitatem in hæreticorum baptiſma poſſe procedere, apud quos etiam ipſi confitentur ſpiritum ſanctum non eſſe, conſiderent & intelligant ſpiritalem nativitatem ſine ſpiritu eſſe non poſſe, ſecundum quod & beatus apoſtolus Paulus eos qui *Act. 19.* ab Joanne baptizati fuerant priuſquam miſſus eſſet ſpiritus ſanctus a Domino baptizavit de- E nuo ſpiritali baptiſmo, & ſic eis manum impoſuit ut acciperent ſpiritum ſanctum. Quale eſt autem ut cum Paulum poſt Joannis baptiſma iterato diſcipulos ſuos baptizaſſe videamus, nos eos qui ab hæreſi ad eccleſiam veniunt poſt inlicitam & prophanam eorum tinctionem baptizare dubitemus? Niſi ſi his epiſcopis [11] quibus nunc minor fuit Paulus, ut hi quidem poſſint per ſolam manus impoſitionem venientibus hæreticis dare ſpiritum ſanctum, Paulus autem idoneus non fuerit qui ab Joanne baptizatis ſpiritum ſanctum per ma- F nus impoſitionem daret, niſi eos prius etiam eccleſiæ baptiſmo baptizaſſet. Illud quoque abſurdum quod non putant quærendum eſſe quis ſit ille qui baptizaverit, eo quod qui baptizatus ſit gratiam conſequi poterit invocata trinitate nominum patris & filii & ſpiritus ſancti. Deinde hæc erit ſapientia quam ſcribit Paulus *1. Cor. 2.* eſſe in his qui perfecti ſunt. [12] At quia eſt in eccleſia perfectus & ſapiens qui hoc aut defendat aut credat quod invocatio hæc nominum nuda ſufficiat ad remiſſionem peccatorum & baptiſmi

baptiſmi ſanctificationem, cum hæc tunc utique proficiant quando & qui baptizat habet ſpiritum ſanctum & baptiſma quoque ipſum non ſit ſine ſpiritu conſtitutum. Sed dicunt eum qui quomodocumque foris baptizatur mente & fide ſua baptiſmi gratiam conſequi poſſe. Quod & ipſum ſine dubio ridiculum eſt, quaſi de cælo adducere ad ſe poſſit aut mens prava juſtorum ſanctificationem aut fides falſa credentium veritatem. Non omnes autem qui nomen Chriſti invocant auditi & invocationem ſuam conſequi aliquid gratiæ poſſe Dominus ipſe manifeſtat dicens: *Multi venient in nomine meo dicentes, Ego ſum Chriſtus, & multos fallent.* Marc. 13. Nulla quippe differentia eſt inter pſeudoprophetam & hæreticum. Nam ut ille in nomine Dei aut Chriſti, ita iſte in ſacramento baptiſmi fallit. Mendacio uterque nititur ad decipiendas hominum voluntates. Volo autem vobis & de hiſtoria quæ apud nos facta eſt exponere ad hoc ipſum pertinente. [13] Ante viginti enim & duos fere annos, temporibus poſt Alexandrum Imperatorem, multæ iſtic conflictationes & preſſuræ acciderunt, vel in commune omnibus hominibus, vel privatim chriſtianis, terræ etiam motus plurimi & frequentes exſtiterunt, ut & per Cappadociam & per Pontum multa ſubruerent, quædam etiam civitates in profundum receptæ dirupti ſoli hiatu devorarentur, ut ex hoc perſecutio quoque gravis adverſum nos chriſtiani nominis fieret, quæ poſt longam retro ætatis pacem repente oborta de inopinato & inſueto malo ad turbandum populum noſtrum terribilior effecta eſt. Serenianus tunc fuit in noſtra provincia præſes, [14] acerbus & dirus perſecutor. In hac autem perturbatione conſtitutis fidelibus, & huc atque illuc perſecutionis metu ſugientibus, & patrias ſuas relinquentibus, atque in alias partes regionum tranſeuntibus (Erat enim transeundi facultas, eo quod perſecutio illa, non per totum mundum, ſed localis fuiſſet) emerſit iſtic ſubito [15] quædam mulier, quæ in ecſtaſin conſtituta propheten ſe præferret, & quaſi ſancto ſpiritu plena ſic ageret. Ita autem principalium dæmoniorum impetu ferebatur ut per longum tempus ſollicitaret & deciperet fraternitatem, admirabilia quædam & portentoſa perficiens, & facere ſe [16] terram moveri pollliceretur. Non quod dæmoni tanta eſſet poteſtas ut terram movere aut elementum concutere [17] vi ſua valeret, ſed quod nonnumquam ſpiritus nequam præſciens & intelligens terræ motum futurum, id ſe facturum eſſe ſimularet quod futurum videret. Quibus mendaciis & jactationibus ſubegerat mentes ſingulorum ut ſibi obedirent & quocumque præciperet & duceret ſequerentur, faceret quoque mulierem illam cruda hieme nudis pedibus per aſperas nives ire, nec vexari in aliquo aut lædi illa diſcurſione, diceret etiam ſe in Judæam & Hieroſolymam feſtinare, fingens tamquam inde veniſſet. Hic & unum de presbyteris [18] Ruſticum, item & alium diaconum fefellit, ut eidem mulieri commiſcerentur. quod paulo poſt detectum eſt. Nam ſubito apparuit illi unus de exorciſtis vir probatus & circa religioſam diſciplinam bene ſemper converſatus, qui exhortatione quoque fratrum plurimorum, qui &

A ipſi fortes ac laudabiles in fide aderant, excitatus erexit ſe contra illum ſpiritum nequam revincendum; qui ſubtili fallacia etiam hoc paulo ante prædixerat, venturum quemdam averſum & tentatorem infidelem. Tamen ille exorciſta inſpiratus Dei gratia fortiter reſtitit, & eſſe illum nequiſſimum ſpiritum [19] qui prius ſanctus putabatur oſtendit. Atque illa mulier, quæ prius per præſtigias & fallacias dæmonis multa ad deceptionem fidelium moliebatur, inter cetera quibus plurimos deceperat, etiam B hoc frequenter auſa eſt ut & invocatione non contemptibili ſanctificare ſe [20] panem & euchariſtiam facere ſimularet, & ſacrificium Domino ſine ſacramento ſolitæ prædicationis offerret, [21] baptizaret quoque multos uſitata & legitima verba interrogationis uſurpans, ut nil diſcrepare ab eccleſiaſtica regula videretur. Quid igitur de hujus baptiſmo dicemus, quo nequiſſimus dæmon per mulierem baptizavit? Numquid & hoc Stephanus & qui illi conſentiunt comprobant, maxime cui nec ſymbolum trinitatis nec interrogatio legitima & eccleſiaſtica C defuit? Poteſt credi aut remiſſio peccatorum data aut lavacri ſalutaris regeneratio rite perfecta, ubi omnia, quamvis ad imaginem veritatis, tamen per dæmonem geſta ſunt? Niſi ſi & dæmonem in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti gratiam baptiſmi dediſſe contendunt qui hæreticorum baptiſma [22] defendunt; apud quos ſine dubio idem error eſt, dæmonum fallacia ipſa eſt, quando apud illos omnino ſpiritus ſanctus non eſt. Illud etiam quale eſt quod vult Stephanus, his qui apud hæreticos D baptizantur adeſſe præſentiam & ſanctimoniam Chriſti? Nam ſi non mentitur apoſtolus dicens, *Quotquot in Chriſto tincti eſtis, Chriſtum induiſtis*, Gal. 3. utique qui illic in Chriſto baptizatus eſt induit Chriſtum. Si autem induit Chriſtum, accipere potuit & ſpiritum ſanctum, qui a Chriſto miſſus eſt, & fruſtra illi venienti ad accipiendum ſpiritum manus imponitur; niſi ſi a Chriſto ſpiritum induit ut apud hæreticos ſit quidem Chriſtus, non ſit autem illic ſpiritus ſanctus. Decurramus vero breviter & cetera quæ a vobis copioſe & pleniſſime di- E cta ſunt, feſtinante vel maxime ad vos Rogatiano diacono cariſſimo noſtro. Sequitur enim illud, [23] quod interrogandi ſunt a nobis qui hæreticos defendunt utrum carnale ſit eorum baptiſma, an ſpiritale. Si enim carnale eſt, nihil differunt a Judæorum baptiſmo, quo ſic illi utuntur ut eo tamquam communi & vulgari lavacro tantum ſordes laventur. Sin autem ſpiritale eſt, quomodo apud illos eſſe baptiſma ſpiritale poteſt apud quos ſpiritus ſanctus non eſt? Ac per hoc aqua qua tinguntur F lavacrum eſt illis carnale tantum, non baptiſmi ſacramentum. Quod ſi baptiſma hæreticorum habere poteſt regenerationem ſecundæ nativitatis, non hæretici ſed [24] filii Dei computandi ſunt qui apud illos baptizantur. Secunda enim nativitas quæ eſt in baptiſmo filios Dei generat. Si autem ſponſa Chriſti una eſt, quæ eſt eccleſia catholica, ipſa eſt quæ ſola generat Dei filios. Neque enim multæ ſponſæ Chriſti, cum dicat apoſtolus, *Deſpondi vos uni viro* [25] *virginem caſtam aſſignare Chriſto*, 2.Cor.11. &, *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, &* Pſal. 44.

oblivi-

oblivifcere populi tui, quia deſideravit rex ſpeciem A
Cant. 4. *tuam*, &, *Veni ſponſa de Libano, advenies &*
Cant. 5. *pertranſibis a principio fidei*, &, *Ingreſſus ſum*
in hortum meum, ſoror mea, ſponſa, videmus
unam perſonam ubique proponi, quia & ſpon-
ſa eſt una. Non eſt autem una nobiſcum hæ-
reticorum ſynagoga, quia nec ſponſa eſt adul-
tera & fornicaria. Unde nec poteſt filios Dei
parere. Niſi ſi, ſecundum quod Stephano vi-
detur, hæreſis quidem parit & exponit, expo-
ſitos autem eccleſia ſuſcipit, & quos non ipſa
pepererit pro ſuis nutrit, cum filiorum alie- B
norum mater eſſe non poſſit. Et ideo Chri-
ſtus Dominus noſter unam eſſe manifeſtans
ſponſam ſuam & unitatis ejus ſacramentum de-
Marc. 12. clarans ait: *Qui non eſt mecum, adverſus me*
eſt, & qui non mecum colligit, ſpargit. Si enim
nobiſcum eſt Chriſtus, hæretici autem non ſunt
nobiſcum, pro certo adverſus Chriſtum ſunt
hæretici. Et ſi nos colligimus cum Chriſto,
non colligunt autem nobiſcum hæretici, ſine
dubio ſpargunt. Sed nec illud prætereundum
eſt a nobis quod a vobis neceſſario dictum eſt,
quod eccleſia ſecundum canticum canticorum C
Cant. 4. hortus ſit concluſus & [16] fons ſignatus, para-
diſus cum fructu pomorum. Qui autem num-
quam in hunc hortum introierunt, neque pa-
radiſum a Deo creatore plantatum viderunt,
quomodo de fonte qui intus incluſus eſt & di-
vino ſigillo ſignatus eſt aquam vivam lavacri
ſalutaris præbere alicui poterunt? Cum vero &
arca Noe nihil aliud fuerit quam ſacramen-
tum eccleſiæ Chriſti, quæ tunc, omnibus fo-
ris pereuntibus, eos ſolos ſervavit qui intra
arcam fuerunt, manifeſte inſtruimur ad eccle- D
ſiæ unitatem perſpiciendam, quemadmodum
1. Pet. 3. & apoſtolus Petrus poſuit dicens, *ſic & vos*
ſimiliter ſalvos faciet baptiſma, oſtendens quo-
niam quomodo qui cum Noe in arca non fue-
runt, non tantum purgati & ſalvati per a-
quam non ſunt, ſed ſtatim diluvio illo perie-
runt, ſic & nunc quicumque in eccleſia cum
Chriſto non ſunt, foris peribunt, niſi ad uni-
cum & ſalutare eccleſiæ lavacrum per pœni-
tentiam convertantur. Qualis vero error ſit &
quanta ſit cæcitas ejus qui remiſſionem pecca-
torum dicit apud ſynagogas hæreticorum dari E
poſſe, nec permanet in fundamento unius [17]
eccleſiæ, quæ ſemel a Chriſto ſupra petram
ſolidata eſt, hinc intelligi poteſt quod ſoli Pe-
Matt. 16. tro Chriſtus dixerit, *Quæcumque ligaveris ſuper*
terram, erunt ligata & in cælis, & quæcumque
ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis, &
iterum in evangelio quando in ſolos apoſtolos
Joan. 20. inſufflavit Chriſtus dicens: *Accipite ſpiritum ſan-*
ctum. Si cujus remiſeritis peccata, remittentur il-
li; & ſi cujus tenueritis, tenebuntur. Poteſtas er-
go peccatorum remittendorum apoſtolis data
eſt & eccleſiis quas illi a Chriſto miſſi conſti- F
tuerunt & epiſcopis qui eis [18] ordinatione vi-
caria ſucceſſerunt. Hoſtes autem unius catho-
licæ eccleſiæ, in qua nos ſumus, & adverſarii
noſtri, qui apoſtolis ſucceſſimus, ſacerdotia ſi-
bi illicita contra nos vindicantes & altaria pro-
Num. 16. phana ponentes quid aliud ſunt quam Chore
& Dathan & Abiron, pari ſcelere ſacrilegi,
& eaſdem quas & illi pœnas daturi cum his
qui ſibi conſentiunt, ſecundum quod etiam
tunc illorum participes & fautores [19] pari cum

eis morte perierunt. Atque ego in hac parte
juſte indignor ad hanc tam apertam & mani-
feſtam Stephani ſtultitiam, quod qui ſic de e-
piſcopatus ſui loco gloriatur & ſe ſucceſſionem
Petri tenere contendit, ſuper quem funda-
menta eccleſiæ collocata ſunt, multas alias pe-
tras inducat & eccleſiarum multarum nova æ-
dificia conſtituat, dum eſſe illic baptiſma ſua
auctoritate defendit. Nam qui baptizantur com-
plent ſine dubio eccleſiæ numerum. Qui au-
tem baptiſma eorum probat, de baptizatis &
eccleſiam illic eſſe confirmat. Nec intelligit
obfuſcari a ſe & quodam modo aboleri chri-
ſtianæ petræ veritatem qui ſic prodit & deſerit
unitatem. Judæos tamen, quamvis ignorantia
cæcos & graviſſimo facinore conſtrictos, zelum
Dei apoſtolus habere profitetur. Stephanus,
qui per ſucceſſionem cathedram Petri habere
ſe prædicat, nullo adverſus hæreticos zelo ex-
citatur, concedens illis non modicam ſed ma-
ximam gratiæ poteſtatem, ut dicat eos & aſſe-
veret per baptiſmi ſacramentum ſordes veteris
hominis abluere, antiqua mortis peccata do-
nare, regeneratione cæleſti filios Dei facere,
ad æternam vitam divini lavacri ſanctificatione
reparare. Qui ſic magna & cæleſtia eccleſiæ
munera hæreticis concedit & tribuit, [20] quid
aliud agit quam communicat eis quibus tan-
tum gratiæ defendit ac vindicat? Et fruſtra
jam dubitat in ceteris quoque conſentire eis &
particeps eſſe, ut & ſimul cum eis conveniat,
& orationes pariter cum eiſdem miſceat, &
altare ac ſacrificium commune conſtituat. Sed
in multum, inquit, proficit nomen Chriſti
ad fidem & baptiſmi ſanctificationem, ut qui-
cumque [21] & ubicumque in nomine Chriſti ba-
ptizatus fuerit conſequatur ſtatim gratiam Chri-
ſti, quando huic loco breviter occurri poſſit
& dici quoniam ſi in nomine Chriſti valuit
foris baptiſma ad hominem purgandum, in
ejuſdem Chriſti nomine valere illic potuit &
manus impoſitio ad accipiendum ſpiritum ſan-
ctum. Et incipient cetera quoque quæ apud
hæreticos aguntur juſta & legitima videri, quan-
do in nomine Chriſti gerantur, ſecundum quod
vos in epiſtola veſtra exſecuti eſtis non niſi in
eccleſia ſola valere poſſe nomen Chriſti, cui
uni conceſſerit Chriſtus cæleſtis gratiæ poteſta-
tem. Quod autem pertinet ad conſuetudinem
refutandam, quam videntur opponere verita-
ti, quis tam vanus ſit ut veritati conſuetudi-
nem præferat, aut qui perſpecta luce tenebras
non derelinquat? Niſi ſi & Judæos Chriſto
adventante, id eſt, veritate, adjuvat in ali-
quo antiquiſſima conſuetudo, quod relicta no-
va veritatis via in vetuſtate permanſerint. Quod
quidem adverſus Stephanum vos dicere Afri
poteſtis, cognita veritate errorem vos con-
ſuetudinis reliquiſſe. Ceterum nos veritati &
conſuetudinem jungimus, & conſuetudini Ro-
manorum conſuetudinem, ſed veritatis, op-
ponimus, ab initio hoc tenentes quod a Chri-
ſto & ab apoſtolis traditum eſt. Nec memi-
nimus hoc apud nos aliquando cœpiſſe, cum
ſemper iſtic obſervatum ſit ut non niſi unam
Dei eccleſiam noſſemus & ſanctum baptiſma
non niſi ſanctæ eccleſiæ computaremus. Pla-
ne quoniam quidam de eorum baptiſmo du-
bitabant qui etſi [22] non ut nos prophetas
reci-

recipiunt, eoſdem tamen patrem & filium noſſe nobiſcum videntur, plurimi ſimul convenientes in Iconio diligentiſſime tractavimus & confirmavimus repudiandum eſſe omne omnino baptiſma quod ſit extra eccleſiam conſtitutum. Ad illud autem quod pro hæreticis ponunt, & ajunt apoſtolum dixiſſe, *ſive per occaſionem, ſive per veritatem Chriſtus annuntietur*, (Phil. 1.) ut reſpondeamus ineptum eſt, quando manifeſtum ſit apoſtolum in epiſtola ſua, qua hoc dixit, neque hæreticorum neque baptiſmi eorum mentionem feciſſe, ſed locutum eſſe de fratribus tantum, ſive [33] perfide ſecum loquentibus, ſive in fide ſincera perſeverantibus, nec oporteat hoc longo tractatu excutere, ſed ipſam ſatis ſit epiſtolam legere & quid apoſtolus dixerit de ipſo apoſtolo recognoſcere. Quid ergo, inquiunt, fiet de his qui ab hæreticis venientes ſine eccleſiæ baptiſmo admiſſi ſunt? Si de ſæculo exceſſerunt, [34] in eorum numero habentur qui apud nos catechiſati quidem ſunt, ſed prius quam baptizarentur obierunt, non modo dicunt emolumentum veritatis & fidei, ad quam relicto errore pervenerant, etſi conſummationem gratiæ conſecuti non ſunt morte præventi. Qui autem adhuc in ſæculo permanent, baptizentur eccleſiæ baptiſmo, ut remiſſionem peccatorum conſequi poſſint, ne per alienam præſumptionem in priſtino errore manentes ſine gratiæ conſummatione moriantur. Ceterum quale delictum eſt, vel illorum qui admittunt, vel eorum qui admittuntur, ut non ablutis per eccleſiæ lavacrum ſordibus, nec peccatis expoſitis, uſurpata temere communicatione [35] contingant corpus & ſanguinem Domini, cum ſcriptum ſit: (1. Cor. 11.) *Quicumque ederit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini*. Nos etiam illos quos hi qui prius in eccleſia catholica epiſcopi fuerant, & poſtmodum ſibi poteſtatem clericæ ordinationis aſſumentes baptizaverant, pro non baptizatis habendos judicavimus. Et hoc apud nos obſervatur, ut quicumque ab illis tincti ad nos veniunt, tamquam alieni & nihil conſecuti, unico & vero eccleſiæ catholicæ baptiſmo apud nos baptizentur & lavacri vitalis regenerationem conſequantur. Et tamen multum intereſt inter eum qui invitus & neceſſitate perſecutionis coactus ſuccubuit & illum qui ſacrilega voluntate audax contra eccleſiam rebellat, vel in patrem & [36] Deum Chriſti & totius mundi conditorem impia voce blaſphemat. Et non pudet Stephanum hoc aſſerere, ut per eos qui cum ipſi in omnibus peccatis ſint conſtituti dicat poſſe remiſſionem peccatorum dari, quaſi poſſit eſſe in domo mortis lavacrum ſalutis. Ubi ergo erit quod ſcriptum eſt, [37] *Ab aqua aliena abſtine te & a fonte alieno ne biberis*, ſi relicto eccleſiæ fonte ſignato, alienam aquam pro tua ſuſcipis & prophanis fontibus eccleſiam polluis? Quando enim baptiſmo hæreticorum communicas, quid aliud quam de voragine & cœno illorum bibis, & ipſe eccleſiæ ſanctificatione purgatus alienarum ſordium contactibus inquinaris? Nec metuis judicium Dei hæreticis teſtimonium contra eccleſiam perhibens, cum ſcriptum ſit: (Prov. 19) *Falſus teſtis non erit impunitus*. Quinimmo tu hæreticis omnibus pejor es. Nam cum inde multi cognito errore ſuo ad te veniant ut eccleſiæ verum lumen accipiant, tu venientium errores adjuvas, & obſcurato lumine eccleſiaſticæ veritatis, tenebras hæreticæ noctis accumulas. Cumque ſe illi in peccatis eſſe & nihil gratiæ habere ſe ac propterea ad eccleſiam venire fateantur, tu eis remiſſionem peccatorum ſubtrahis quæ in baptiſmo datur, dum dicis eos jam baptizatos & extra eccleſiam eccleſiæ gratiam conſecutos. Nec intelligis animas eorum de manu tua exquiri cum judicii dies venerit, qui ſitientibus eccleſiæ potum negaſti, & volentibus vivere cauſa mortis fuiſti. Et inſuper indignaris. Vide qua imperitia reprehendere audeas eos qui contra mendacium pro veritate nituntur. Quis enim [38] juſtius indignari contra alterum debuit? Utrumne qui hoſtes Dei aſſerit, an vero qui [39] adverſus eum qui hoſtes Dei aſſerit pro eccleſiæ veritate conſentit? Niſi quod [40] imperitos etiam animoſos atque iracundos eſſe manifeſtum eſt, dum per inopiam conſilii & ſermonis ad iracundiam facile vertuntur, ut de nullo alio magis quam de te dicat ſcriptura divina: *Homo animoſus [41] parat lites, & vir iracundus exaggerrat peccata*. (Prov. 29.) Lites enim & diſſenſiones quantas paraſti per eccleſias totius mundi? Peccatum vero quam magnum tibi exaggeraſti, quando te a tot gregibus ſcidiſti? Excidiſti enim te ipſum. Noli te fallere. Siquidem ille eſt vere ſchiſmaticus qui ſe a communione eccleſiaſticæ unitatis apoſtatam fecerit. Dum enim putas omnes a te abſtineri poſſe, ſolum te ab omnibus abſtinuiſti. Nec te informare ad regulam veritatis & pacis vel apoſtoli præcepta potuerunt monentis & dicentis: *Obſecro ergo vos ego vinctus in Domino digne ambulare vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate ſenſus & lenitate, cum patientia ſuſtinentes invicem in dilectione, ſatis agentes ſervare unitatem ſpiritus in conjunctione pacis, unum corpus, & unus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ. Unus Dominus, una fides,* (Ephes. 4.) [42] *unum baptiſma, unus Deus & pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis*. Hæc apoſtoli mandata & monita ſalutaria quam diligenter Stephanus implevit, humilitatem ſenſus & lenitatem primo in loco ſervans. [43] Quid enim humilius aut lenius quam cum tot epiſcopis per totum mundum diſſenſiſſe, pacem cum ſingulis vario diſcordiæ genere rumpentem, modo cum orientalibus, quod nec vos latere confidimus, modo vobiſcum, qui in meridie eſtis; a quibus legatos epiſcopos patienter ſatis & leniter ſuſcepit ut eos [44] nec ad ſermonem ſaltem colloquii communis admitteret, adhuc inſuper dilectionis & caritatis memor præciperet fraternitati univerſæ ne quis eos in domum ſuam reciperet, ut venientibus, non ſolum pax & communio, ſed & tectum & hoſpitium negaretur. Hoc eſt ſervaſſe unitatem ſpiritus in conjunctione pacis, abſcindere ſe a caritatis unitate, & alienum ſe per omnia fratribus facere, & contra ſacramentum & fidem contumacis furore diſcordiæ rebellare. Apud talem poteſt eſſe unum corpus & unus ſpiritus, apud quem [45] fortaſſe ipſa anima una non eſt ſic lubrica & mobilis & incerta? Sed quantum ad illum pertinet, relinquamus. Excutiamus potius id de quo ma-

xima quæſtio eſt. Qui contendunt ab hæreticis baptizatos ſic recipi oportere tamquam legitimi baptiſmi gratiam conſecutos, unum nobis atque illis baptiſma dicunt eſſe & in nullo diſcrepare. Sed quid ait apoſtolus Paulus? *Unus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus*. (Epheſ. 4.) Si unum atque idem eſt cum noſtro baptiſma hæreticorum, ſine dubio & fides una eſt. Si autem fides una eſt, utique & Dominus unus eſt. [46] Si Dominus unus eſt, conſequens eſt dicere quia unus eſt. Si autem hæc unitas, quæ ſeparari omnino & dividi non poteſt, etiam apud hæreticos ipſa eſt, quid ultra contendimus, ut quid illos hæreticos & non chriſtianos vocamus? Porro cum nobis & hæreticis nec Deus unus ſit, nec Dominus unus, nec A una eccleſia, nec fides una, ſed nec unus ſpiritus, aut corpus unum, manifeſtum eſt nec baptiſma nobis & hæreticis commune eſſe poſſe, quibus nihil eſt omnino commune. Et tamen non pudet Stephanum talibus adverſus eccleſiam patrocinium præſtare & propter hæreticos aſſerendos fraternitatem ſcindere, inſuper & Cyprianum [47] pſeudochriſtum & pſeudoapoſtolum & doloſum operarium dicere. Qui omnia B in ſe eſſe conſcius prævenit ut alteri ea per mendacium objiceret [48] quæ ipſe ex merito audire deberet. Bene te valere [49] omnibus nobis cum univerſis qui in Africa ſunt epiſcopis & cunctis clericis & omni fraternitate univerſi optamus, ut perpetuo unanimes & unum ſentientes habeamus nobiſcum etiam de longinquo adunatos.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXV.

1 HAnc epiſtolam, quam primus protulit Morellius, habebant etiam ii qui Romæ præfuerunt editioni operum ſancti Cypriani in officina Pauli Manutii. Illi autem, ut ait Latinus Latinius, non probaverunt uti e tenebris proferretur; hujuſque conſilii auctorem ſe & ſuaſorem fuiſſe ipſe teſtatur ingenue, cum majorum exempla ſecutum, tum hominis, id eſt Firmiliani, cujus ea epiſtola eſt, petulantiam deteſtatum. Poſtea Pamelius, qui illam repererat in ſex antiquis codicibus, eam recudit, innuens tamen, quo erat in rempublicam chriſtianam & eccleſiaſticam affectu, ſe illam omiſſurum fuiſſe, quod paulo vehementius & acerbius quam epiſcopum deceat ſcripta ſit, niſi jam a Morellio fuiſſet edita. Scilicet Romanos & Pamelium commoverunt liber Firmiliani ſtilus & excandeſcentia adverſus Papam Stephanum diverſe ab eo ſentientem. At ſi attente conſideraſſent quanti & quam vehementes ſoleant eſſe affectus cum agitur de cauſa religionis & fidei, conſideraſſent etiam quam vehemens & acerbus fuerat Stephanus ſcribens adverſus Cyprianum, profecto hanc excandeſcentiam condonaſſent Firmiliano, neque propterea tenebris damnandum eſſe putaſſent illuſtre hoc antiquitatis eccleſiaſticæ monumentum, in quo ſane bene multa ſunt magni momenti quibus hodie careremus cum grandi rerum noſtrarum diſpendio, ut in ſimili argumento cenſuit Sirmondus edens in lucem libellum precum Marcellini & Fauſtini adverſus Papam Damaſum. Neque illa Romanorum aut Pamelii cura impediviſſet in hac luce litterarum quin epiſtola illa prodiret in publicum. Cum enim certum ſit illam ex veteri libro editam fuiſſe a Morellio, extiterit etiam in ſex codicibus Pamelio viſis, in iis in quibus inventa eſt a Latinio, in ſeptem quibus uſi ſunt Angli in ſua editione, in decem cum quibus ego contuli opera ſancti Cypriani, manifeſtum eſt illam non potuiſſe ſemper latere, etiamſi Morellius non edidiſſet. Codices autem cum quibus illam contuli ſunt, unus Remigianus, duo Compendienſes, duo Victorini, unus Pithœanus, unus monaſterii Beccenſis, Lætienſis, Bigotianus, & unus meus. Aſſentior autem Pamelio & Rigaltio exiſtimantibus illam græce ſcriptam fuiſſe a Firmiliano, verſam autem latine a ſancto Cypriano. Epiſtola ergo Firmiliani inventa eſt in viginti ſex codicibus manuſcriptis.

2 *Firmilianus*] Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus, Origenis auditor & admirator, ut docet Euſebius lib. 6. cap. 2. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cujus & magnæ illius famæ in eccleſia Dei mentionem facit cap. 46. & lib. 7. cap. 5. & 30. Vide etiam epiſtolam primam Baſilii ad Amphilochium. Præſedit priori ſynodo Antiochenæ, ut oſtendit Henricus Valeſius ad Euſebium. Obiit apud Tharſum in Cilicia anno Chriſti 272.

3 *Paſſione Domini*] Neſcio quomodo factum eſt ut iſta exciderint in editionibus quæ emiſſæ ſunt poſt Morellianam, in qua extant. Habentur enim in omnibus antiquis codicibus, uno vetere Victorino excepto, & in codice etiam epiſcopi Acconenſis. Hujus omiſſionis auctor eſt Pamelius, qui ait hæc non habere codices manuſcriptos & textum indicare illa eſſe ſuperflua. Magis mitior Anglus, qui cum ea haberent in quinque libris ſuis veteribus, ſcirent etiam extare in quibuſdam noſtris & Rigaltium monuiſſe in obſervationibus ſuis ea non debere rejici, ea tamen in textum recipere noluerunt, ſatis factum lectori putantes ſi monerent ſe ita inveniſſe in antiquis codicibus.

4 *Hibernum tempus*] Hinc collegit Baronius hanc epiſtolam fuiſſe ſcriptam anno 257. aliquanto tempore ante hiemem. At Pearſonius in annalibus Cyprianicis contendit iſta accidiſſe anno ſuperiore.

5 *Baſilidis tempus*] Variæ ſunt opiniones virorum doctorum de tempore quo Baſilides dogma ſuum diſſeminavit. Qua de controverſia vide quæ docte & erudite ſcripſit amicus olim noſter Joannes Baptiſta Cotelerius in epiſtolam Ignatii ad Trallianos, ubi tempus Baſilidis revocat ad imperium Adriani. Vide etiam viri doctiſſimi Renati Maſſueti obſervationes ad Irenæum pag. 59. §. 112. Ineptos Baſilidis errores, quos portenta vocat, graviter exagitat Hieronymus in epitaphio Lucinii Bætici & in libro adverſus Vigilantium. Illum idem Hieronymus lib. 2. adverſus Jovinianum vocat magiſtrum luxuriæ & turpiſſimorum complexuum, & in epiſtola ad Cteſiphontem adverſus Pelagianos commemorat impietatem Baſilidis.

6 *Fruſtra apoſtolor.*] Contra Vincentius Lirinenſis de hoc ipſo negotio agens ait: *Ut omnes luce clarius videant beatorum apoſtolorum beata ſucceſſio quanta vi ſemper, quanto ſtudio, quanta contentione defenderit ſuſceptam ſemel religionis integritatem*. Et mox addit Stephanum Papam dignum exiſtimaſſe *ſi reliquos omnes tantum fidei devotione vinceret quantum loci auctoritate ſuperabat*. Per apoſtolos hic & alibi intelliguntur Petrus & Paulus, quos eccleſia conſiderat ut fundatores eccleſiæ Romanæ. Magna animorum contentione agitata eſt ævo noſtro quæſtio de duplici capite in eccleſia. Nolo referre quæ tunc utrimque dicta & facta ſunt. Illud tantum dicam, legendam eſſe exercitationem de ſingulari primatu Petri quam ea occaſione ſcripſit vir illuſtriſſimus Petrus de Marca archiepiſcopus Pariſienſis.

7 *Nominum diverſitate*] Quamvis hæc lectio conſtans ſit in omnibus antiquis exemplaribus, puto tamen legendum eſſe *hominum*.

8 *Spiritum ſanctum*] Certum eſt hæc duo vocabula non extare in libris noſtris nec in quatuor Anglicanis. Ita etiam de uno ſuo teſtatur Pamelius, qui tamen illa addidit ex codice edito, in cujus marginibus Joannes Cauchius Ultrajectinus appoſuerat caſtigationes ex variis codicibus manuſcriptis. Remanet tamen adhuc dubium an hæc duo vocabula addita fuerint ex libro veteri, an vero ex conjectura Cauchii tantum. Nam quia in veteribus libris poſt vocem *filium* additur *nec*, ita ut videantur aliqua deeſſe, conjecerat Pamelius addenda eſſe duo illa vocabula, & addidit videns conjecturam ſuam confirmatam auctoritate libri Cauchiani. In codice porro Cauchii annotatas fuiſſe, non ſolum varias lectiones veterum librorum, ſed etiam conjecturas ejus, monet ipſe Pamelius in annotationibus ſuis. Itaque nos hæc duo vocabula, quæ poſita ſunt ſine auctoritate, ex conjectura tantum, uncis concluſimus.

9 *Poteſtatem*] Codex Lætienſis, *facultatem*. Sic etiam ſe legiſſe in codice Marchianenſi teſtatur Pamelius.

10 *In Iconio*] Vide annales Cyprianicos ad annum 256.

11 *De quibus nunc*] Præpoſitio deeſt in omnibus exemplaribus antiquis & in editione Morelliana, illam Pamelius adjecit ex conjectura, quia exiſtimabat ſenſum abſque ea non poſſe conſtare.

12 *At*

12 *At quis eſt*] Ita emendavit Pamelius ex libro Cauchii. Nam in editione Morelliana, quæ prima eſt, legitur, *perfecti ſunt, ut qui eſt in eccleſia perfectus & ſapiens. Hoc autem defendat & credat &c.* In tribus antiquis codicibus ſcriptum eſt, *perfecti ſunt, ut qui eſt in eccleſia perfectus & ſapiens hoc autem defendat.* Sic etiam alii libri veteres, niſi quod pro *& ſapiens* habent *aut ſapiens*.

13 *Ante viginti annos*] Vide annales Cyprianicos ad annum 256.

14 *Acerbus & dirus*] Sic Lactantius cap. 13. de mortibus perſecutorum Flaccillum vocat non puſillum homicidam.

15 *Quadam mulier*] Vide Reginonem lib. 2. cap. 364. & notas noſtras pag. 592.

16 *Terram moveri*] Duo libri veteres, *etiam movere ſe terram polliceretur*. Quatuor Anglicani, *perficiens terram ſe movere*.

17 *Vt ſua*] Ita onus codex regius & Beccenſis. Quæ eſt vera lectio. Quatuor libri veteres habent *uſu*. Ita etiam Divionenſis, niſi quod ſupra lineam habet ſcriptum *vel uſu*. Morellius edidit *niſu*, Pamelius & alii *juſſu*.

18 *Ruſticum*] Morellius edidit *ruſticum*, tamquam non eſſet nomen hominis, ſed vocabulum quo ſimplex homo ſignificaretur. Pamelius & poſt eum Rigaltius ſcripſerunt *Ruſticum*, putantes nomen eſſe presbyteri de quo iſtic loquitur Firmilianus. Angli aliter cenſuerunt, & repoſuerunt lectionem quæ eſt in editione Morellii, argumento ducto ex epiſtola Cornelii ad Fabium Antiochenum apud Euſebium, in qua Cornelius ait Novatum acciviſſe ex Italia tres epiſcopos ſimpliciſſimos & omnium ignaros, ut vertit Rufinus, a quibus fieret epiſcopus. Ego in ea opinionum diverſitate, cum viderem lectionem Pamelii & Rigaltii poſſe eſſe bonam & nihil adverſus eam confici ex comparatione horum epiſcoporum Italorum, retinui quod magis placuiſſe videbam Pamelio & Rigaltio. De Urſicino, qui ſedem apoſtolicam invaſit poſt electionem Damaſi, teſtatur Rufinus lib. 11. cap. 10. illum epiſcopum factum fuiſſe a quodam *ſatis imperito & agreſti epiſcopo*.

19 *Qui prius ſanctus*] Frequenter accidit ut hypocritæ imponerent eccleſiæ, id eſt ut multi poſt mortem ſuam crederentur eſſe ſancti quorum mores non reſponderant tam bonæ famæ, uti pluribus exemplis oſtenſum a nobis eſt in oratione quam Pariſiis in collegio regio habuimus die 15. Aprilis 1692. cum illic interpretaremur titulum decretalium de reliquiis & veneratione ſanctorum.

20 *Panem*] Quatuor libri noſtri & quatuor item Anglicani præferunt *pacem*. In Divionenſi quoque ſcriptum eſt *pacem*, & ſupra lineam *vel panem*. Certum eſt hic agi de pane euchariſtiæ. In comœdia Queroli legitur; *Solum hoc eſt quod ſequuntur atque obſervant unice panem domini*. Ubi quidam vir eruditus, cujus manum non bene novi, ſed puto eſſe Petri Danielis aut Deſiderii Heraldi; in ſuo exemplari edito ſcripſit in margine *panem Deum id eſt euchariſtiam*. Examinabunt theologi an hæc interpretatio ſit bona.

21 *Baptizaret quoque*] Vide concilium Carthaginenſe 4. can. 99. & 100.

22 *Defendunt*] Multa variant in hoc loco libri veteres. Quidam habent *defendunt*, alii *aſſerunt*, alii *deferunt* vel *deferunt*. Nos retinuimus lectionem quam putavimus eſſe meliorem. Nam paulo poſt legitur, *interrogandi ſunt a nobis qui hæreticos defendunt*.

23 *Quod interrogandi*] In quatuor codicibus antiquis ſcriptum eſt: *Quid interrogandi*. Ut hinc colligi debeat aut poſſit iſta reſpicere ad epiſtolam quæ a Cypriano miſſa erat ad Firmilianum.

24 *Filii Dei*] Ego non dubito quin hæc lectio bona ſit. Et tamen in quinque libris veteribus legitur *fides*, in meo *ſed fideles*.

25 *Virginem caſtam*] Morellius edidit, *virginem ſanctam caſtam*. Pamelius expunxit vocem *ſanctam*, quia eam non inveniebat in manuſcriptis, & quia non reperitur apud apoſtolum. Ego tamen illam inveni in ſex manuſcriptis. Sed deeſt in aliis quatuor. Tres vero qui habent vocem *ſanctam* non habent *caſtam*. Alterutram autem oportet auferri. Retinuimus eam quæ eſt apud apoſtolum.

26 *Fons ſignatus*] Iſta habentur etiam in epiſtola 74. & in epiſtola 76.

27 *Eccleſia .... ſupra petram*] Paulo poſt dicet fundamenta eccleſiæ ſuper Petrum collocata fuiſſe. Vide librum de unitate eccleſiæ, ubi iſta explicantur.

28 *Ordinatione vicaria*] Vide notas noſtras ad epiſtolam 84. Lupi Ferrarienſis.

29 *Pari cum eis morte*] Ita reſtituimus ex fide unius codicis antiqui bibliothecæ regiæ. Hanc porro reſtitutionem eſſe legitimam oſtendere videntur etiam alia vetera exemplaria, quæ habent *pari cum eis pereunt*. Quinque & editiones præferunt *pariter*.

30 *Quid aliud agit*] Et iſtum quoque locum ſupplevimus ex fide quatuor veterum exemplarium.

31 *Et ubicumque*] Miror iſta excidiſſe in editione Rigaltii, cum exſtent in Morelliana & in Pameliana & in omnibus antiquis codicibus. Magis miror omiſſa eſſe ab Anglis, qui ignorare non poterant illa haberi in duabus editionibus a me commemoratis & in quinque codicibus ſuis antiquis. Vide quæ notavi ſupra ad epiſtolam 73.

32 *Non ut nos*] Hanc lectionem, quam puto eſſe optimam, inveni in uno libro meo vetere. Morellius poſuit *non vos*; eamque lectionem ego reperi in quatuor codicibus antiquis. Pamelius emendavit ex conjectura & ſcripſit *novos prophetas*, tum quia conjecturam ſuam confirmatam reperit auctoritate codicis Anglicani quo ipſe utebatur, tum quod antea Firmilianus novarum prophetiarum meminerit. Itaque ex editione Pamelii emerſit vulgata. Videtur autem Firmilianus reſpexiſſe ad hæreſim Marcionitarum, quos Epiphanius ait repudiaſſe legem ac prophetas. Monet præterea Pamelius in codice ſuo Anglicano legi *& ſpiritum ſanctum* poſt *patrem & filium*. Quod ego in nullo eorum veterum exemplarium reperi quibus uſus ſum in hac epiſtola recenſenda. Rejecit autem Pamelius hoc additamentum, quia Cataphrygæ non eumdem ſpiritum ſanctum cum catholicis agnoſcebant, utpote qui non illum ſed Montanum eſſe paracletum a Chriſto promiſſum dicerent.

33 *Per fide*] Ita Morellius & quatuor libri veteres. Alii quatuor habent *per fidem*.

34 *In cor. numero habentur*] Sic reſtituimus hunc locum auctoritate vetuſti codicis Compendienſis & Michaelini, in quibus vox *habentur* eſt tranſpoſita, ſed tamen cum nota veteri quæ oſtendit ubi ponenda ſit, nimirum poſt vocem *numero*. Itaque cadit conjectura Rigaltii hunc locum emendantis.

35 *Contingunt*] In editione Pameliana perperam, per errorem videlicet typographi, & dein in Rigaltiana & in Anglicana ſcriptum eſt *contingunt*, ſed non in editione Goulartii. Sane hanc pravam lectionem Angli ſcribunt ſe inveniſſe in quatuor codicibus antiquis. Sed iſtud non probat illam eſſe retinendam, cum prava ſit omnino & minime Latina.

36 *Deum Chriſti*] Iſta ſic ponuntur tamquam ſi Deus eſſet conditor Chriſti & totius mundi. Videndum igitur an lectio veteris libri Remigiani & duorum Anglicanorum præferenda ſit, qui pro *Chriſti* habent *Dominum noſtrum*. At ſi ea lectio placet, tollenda eſt conjunctio. In uno meo legitur *Domini Chriſti*.

37 *Ab aqua aliena*] Adnotat editio Anglicana textum hunc fruſtra alibi requiri quam in verſione Græca, nimirum abeſſe a codicibus Hebræis & vulgato Latino, haberi tamen in Syriaca, Arabica, & Armenica interpretatione, & hinc confici poſſe eamdem verſionem Græcam, etiam illic ubi ab Hebræo diſceditur, ubique terrarum invaluiſſe. Tertullianus lib. 1. adverſus Marcionem: *Non putem impudentiorem quam qui in aliena aqua alii deo tingitur*. Vide notas ad epiſtolam 73. *Eccleſia paradiſi inſtar*.

38 *Juſtius*] Non poſſum omittere quin admoneam ſeptem vetera exemplaria præferre *injuſtius*. Sequi tamen placuit editionem Morellii, quam confirmant tria vetera exemplaria.

39 *Adverſus eum qui*] Ita Morellius & tres libri veteres. Omnes alii omittunt *eum qui*, etiam unus Anglicanus.

40 *Imperitos eſſe animoſos*] Quintilianus lib. 1. cap. 1. *Nihil enim pejus eſt iis qui paulum aliquid ultra primas litteras progreſſi falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induerunt. Nam & cedere præcipiendi peritis indignantur, & velut jure quodam poteſtatis, quo fere hoc hominum genus intumeſcit, imperioſi atque interim ſævientes ſtultitiam ſuam perdocent*. Vide etiam lib. 6. cap. 4. & lib. 8. cap. 2. Joannes Sareſberienſis lib. 7. de nugis curialium cap. 9. *Ille tamen contradicit citius & pertinacius qui in paucitate rerum addiſcenda conſumpſit ætatem & tanta anguſtia premitur ut ſi verbum unum aut duo ſubduxeris, elinguis fiat & quævis ſtatua taciturnior*. Vitruvius in præfatione libri tertii: *Animadverto potius indoctos quam doctos gratia ſuperare*. Hieronymus in apologia adverſus Rufinum: *Animoſus inhoneſtus eſt*.

Nonius

Nonius Marcellus: *Animoſi dicuntur iracundi.* Auguſtinus ſermone 164. de verbis apoſtoli: *Humanum fuit errare. Diabolicum eſt per animoſitatem in errore manere.* Agobardus in libro de grandine & tonitruis notat imperitos loqui confidenter. Animoſus tamen apud Latinos accipiebatur pro magno viro & forti animo prædito, animoſitas vero pro vehementia & impetu animi.

41 *Parat lites*] ita ſcriptum eſt in ſex libris antiquis. Tres alii habent *parit*. Mihi autem prior lectio videtur eſſe melior, quia in capite 29. proverbiorum, ex quo ſumptus eſt hic locus, legitur: *Vir iracundus provocat rixas.* Apud Caſſianum lib. 8. cap. 1. ſcriptum eſt: *Vir animoſus parat rixas.*

42 *Unum baptiſma*] Neſcio quo modo factum eſt ut iſta, quæ exſtant in epiſtola Pauli ad Epheſios, omiſſa ſint iſtic in octo exemplaribus antiquis.

43 *Quid humilius*] Simili ironia Lactantius cap. 23. de mortibus perſecutorum uſus eſt loquens de crudelitate Maximiani adverſus mendicos, quos congregari omnes juſſit & exportatos naviculis in mare mergi. Ait ergo Lactantius: *Adeo hominem miſericordem, qui providerit ne quis illo imperante miſer eſſet.*

44 *Nec adferm.... admitteres*] Id eſt, ne in conſpectum quidem ſuum venire permitteret. Eodem modo humanitatis & urbanitatis uſus eſt comes Flandriæ erga legatos Clementis Papæ VII. qui *tantum abfuit ut audirentur*, inquit Radulphus de Rivo, *ut ne admiſſi quidem fuerint, ſed rejecti ac faceſſere juſſi, niſi ſibi vincula mallent exſpectare.* Emendabo autem, data occaſione, locum ex panegyrico quem Nazarius dixit ad Conſtantinum poſt devictum Maxentium, cum modeſtia Cæſaris erga illum laudatur. Ibi ſic inter alia legitur in omnibus antiquis codicibus & editionibus: *Vocas ad ſocietatem. Appetitum tuum refugit, averſatur, horreſcit.* Vox *appetitum* hic loco non ſuo poſita exercuit induſtriam criticorum; quorum nonnulli cenſuerunt reponendum eſſe *affectum*, alii *amicum*. Miror autem veram lectionem, quæ facilis & obvia eſt, nemini eorum in mentem veniſſe. Reponendum eſt itaque *aſpectum*, ut ſit ſenſus. Vocabas Maxentium ad ſocietatem imperii. At ille, ut erat natura ferox & ſuperbus, nedum id quod offerebas amplecti voluit, ſed etiam aſpectum tuum refugit, averſatus eſt, horruit, ſed etiam ultro laceſſivit quem ambire debuerat, ut legitur paulo poſt.

45 *Fort. ipſa anima*] Recentior Remigianus, *apud quem fortaſſe una anima eſt ſic lubrica.*

46 *Si Dominus unus*] Hoc membrum omiſſum eſt in editione Rigaltii, reſtitutum in Anglicana. Sed neſcio quonam modo factum eſt ut Angli abſque ullius libri veteris auctoritate, contra fidem veterum exemplarium & editionis Morellianæ, ſcripſerint *conſequens eſt qua unitas eſt*; niſi ſi maluerunt amplecti conjecturam Pamelii, qui monuerat in margine ſuæ editionis legendum eſſe *unitas*, vel auctoritatem Goulartii, qui eam vocem poſuit in contextu, nulla Pamelii mentione. Reinhartus in ſua editione repoſuit *unus*.

47 *Pſeudochriſtum*] Imitatum eſt iſtud ex capite undecimo epiſtolæ ſecundæ Pauli ad Corinthios. Hinc patet, inquit Pamelius, vehementiam epiſtolæ Stephani papæ in cauſa fuiſſe cur tam vehementer etiam contra eum ſcriberent Cyprianus & Firmilianus. Recte ſane. Non enim aliud cauſæ exſtitit, cur Firmilianus, qui in tota epiſtola ſummum amorem unitatis declarat, ſic tamen in Stephanum invehatur, ut eum diſputationis æſtu abreptum fuiſſe pateat. Nihil lenius ac placabilius Cypriano, cujuſque animi moderatio cum in omnibus aliis rebus, tum maxime in hac de baptiſmo controverſia enituit; ſed tamen eum interdum a ſumma illa lenitate ad vehementiorem cauſæ defenſionem tranſiiſſe perſpicitur ex epiſtola ad Pompejum. Videtur autem Cyprianum & Firmilianum illud in primis offendiſſe, quod Stephanus putaret abſtinendos rebaptizantes. Propter hæc autem verba, quæ putat non eſſe Stephani, dubitare ſe ait Chriſtianus Lupus in ſcholiis ſuis ad librum Tertulliani de præſcriptionibus adverſus hæreticos an epiſtola Firmiliani ſit vera. Tamen nemo hactenus ante Lupum id ſibi ſumſit, ut dicere auderet eam eſſe falſam aut de ejus auctoritate dubitaret. Et certe iſta facilitas accuſandi falſitatis ſcripta veterum valde temeraria eſt & periculoſa. Nam ſi cuique liceat inanes ejuſmodi conjecturas ſequi; nullum erit antiquitatis monumentum, quod iniquas ſuſpiciones effugiat.

48 *Quæ ipſe*] In recentiore codice Remigiano & in Anglicano Pamelii legitur, *quæ ei immerito objici deberent*. Sic etiam in quatuor antiquis in editione Anglicana laudatis.

49 *Omnibus nobis*] Hæc mihi videntur eſſe lonata: Quid ſi legatur *cariſſime frater*, errore irrepente ex ignorantia notarum, ut etiam adnotavit Hieronymus in epiſtola ad Avitum de erroribus Origenis, ubi ait difficile eſſe notarum poſſe ſervare compendia. Simon Goulartius monuit in codice epiſcopi Acconenſis ſcriptum fuiſſe: *Bene te valere cum univerſis qui in Africa ſunt epiſcopis & cunctis clericis & omni fraternitate optamus.* Quam lectionem, ut meliorem, poſuit Reinhartus. Et nihilominus ego præfero conjecturam meam. Nihil tamen auſus ſum mutare deſtitutus auctoritate veterum exemplarium.

EPISTOLA LXXVI.

Ad Magnum de baptizandis Novatianis & de iis qui in lecto gratiam conſequuntur.

CYPRIANUS [1] Magno filio ſalutem. Pro tua religioſa diligentia conſuluiſti mediocritatem noſtram, fili cariſſime, an inter ceteros hæreticos, eos quoque qui a Novatiano veniunt poſt prophanum ejus lavacrum baptizari & ſanctificari in eccleſia catholica legitimo & vero & [2] unico eccleſiæ baptiſmo oporteat. De qua re, quantum fidei noſtræ capacitas & ſcripturarum divinarum ſanctitas ac veritas ſuggerit, [3] dicimus omnes omnino hæreticos & ſchiſmaticos nihil habere poteſtatis ac juris. Propter quod Novatianus nec debet nec poteſt excipi quo minus ipſe quoque extra eccleſiam conſiſtens, & contra pacem ac dilectionem Chriſti faciens, inter adverſarios & antichriſtos computetur. Neque enim Dominus noſter Jeſus Chriſtus cum in evangelio ſuo teſtaretur adverſarios ſuos eſſe eos qui ſecum non eſſent aliquam ſpeciem hæreſeos deſignavit, ſed [4] omnes omnino qui ſecum non eſſent & ſecum non colligentes gregem ſuum

A ſpargerent adverſarios ſuos eſſe oſtendit dicens:
[5] *Qui non eſt mecum, adverſum me eſt; &* [6] *qui* Luc. 11.
mecum non colligit, ſpargit. Item beatus Joannes apoſtolus nec ipſe ullam hæreſim aut ſchiſma diſcrevit, aut aliquos ſpeciatim [7] ſepares poſuit, ſed univerſos qui de eccleſia exiſſent, quique contra eccleſiam facerent, antichriſtos
appellavit dicens: *Audiſtis quia antichriſtus ve-* 1. Joan. 2.
nit, nunc autem antichriſti multi facti ſunt. Unde
B *cognoſcimus quia noviſſima hora eſt. Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis. Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique nobiſcum.* Unde apparet adverſarios Domini & antichriſtos omnes eſſe quos conſtet a caritate atque ab unitate eccleſiæ catholicæ receſſiſſe. Adhuc quoque Do-
minus in evangelio ſuo ponit & dicit: *Si vero* Matt. 18.
& eccleſiam contempſerit, ſit tibi tamquam ethnicus & publicanus. Si autem qui eccleſiam contemnunt ethnici & publicani habentur, multo magis utique rebelles & hoſtes falſa altaria & illicita ſacerdotia & ſacrificia ſacrilega & nomina

mina adulterata fingentes inter ethnicos & pu-
blicanos neceſſe eſt computentur, quando mi-
nora peccantes & tantum eccleſiæ contempto-
res ethnici & publicani ſententia Domini ju-
dicentur. Quod autem eccleſia una ſit [8] decla-
rat in cantico canticorum ſpiritus ſanctus ex
Cant. 6. perſona Chriſti dicens, *Una eſt columba mea,*
perfecta mea, una eſt matri ſuæ, electa genitrici
Cant. 4. *ſuæ*, de qua item denuo dicit: [9] *Hortus concla-*
ſus, ſoror mea, ſponſa, fons ſignatus, [10] *puteus*
aquæ vivæ. Si autem hortus concluſus eſt ſpon-
ſa Chriſti, quæ eſt eccleſia, patere res clauſa
alienis & prophanis non poteſt. Et ſi fons ſi-
gnatus eſt, neque bibere inde neque conſigna-
ri poteſt cui foris poſito acceſſus ad fontem
non eſt. Puteus quoque aquæ vivæ ſi unus
eſt, idemque intus eſt, [11] vivificari & ſanctifi-
cari foris poſitus ex illa aqua non poteſt ex
qua ſolis eis qui intus ſunt uſus omnis & po-
tus conceſſus eſt. Quod & Petrus oſtendens
unam eccleſiam eſſe & ſolos eos qui in eccle-
1. Pet. 3. ſia ſint baptizari poſſe poſuit & dixit, *In arca*
Noe pauci, id eſt, octo animæ hominum ſalvæ fa-
ctæ ſunt per aquam, quod & vos ſimiliter ſalvos
faciet baptiſma, probans & conteſtans unam ar-
cam Noe typum fuiſſe unius eccleſiæ. Si po-
tuit tunc in illo expiati & purificati mundi ba-
ptiſmo ſalvus per aquam fieri qui in arca Noe
non fuit, poteſt & nunc vivificari per bapti-
ſma qui in eccleſia non eſt, cui ſoli baptiſma
conceſſum eſt. Sed & Paulus apoſtolus hoc
idem adhuc apertius & clarius maniſeſtans ad
Ephes. 5. Epheſios ſcribit & dicit: *Chriſtus dilexit eccle-*
ſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, ut eam ſan-
ctificaret, purgans eam lavacro aquæ. Quod ſi
una eſt eccleſia, quæ a Chriſto diligitur & la-
vacro ejus ſola purgatur, quomodo qui in ec-
cleſia non eſt aut diligi a Chriſto aut ablui &
purgari lavacro ejus poteſt? Propter quod cum
ſola eccleſia habeat aquam vitalem & baptizan-
di atque abluendi hominis poteſtatem, qui di-
cit apud Novatianum baptizari & ſanctificari
aliquem poſſe, prius oſtendat & doceat Nova-
tianum in eccleſia eſſe aut eccleſiæ præſidere.
[12] Eccleſia enim una eſt, quæ una & intus eſ-
ſe & foris non poteſt. Si enim apud Novatia-
num eſt, apud Cornelium non fuit. Si vero
apud Cornelium fuit, qui Fabiano epiſcopo
legitima ordinatione ſucceſſit, & quem præter
ſacerdotii honorem martyrio quoque Dominus
glorificavit, Novatianus in eccleſia non eſt,
nec epiſcopus computari poteſt, qui evangeli-
ca & apoſtolica traditione contempta, nemini
ſuccedens, a ſe ipſo ortus eſt. Habere nam-
que aut tenere eccleſiam nullo modo poteſt
qui ordinatus in eccleſia non eſt. Foris enim
non eſſe eccleſiam nec ſcindi adverſum ſe aut
dividi poſſe, ſed inſeparabilis atque individuæ
domus unitatem tenere maniſeſtat ſcripturæ di-
vinæ fides, cum de ſacramento paſchæ & agni,
qui agnus Chriſtum deſignabat, ſcriptum ſit:
Exo. 12. *In domo una comedetur, non ejicietis de domo car-*
nem foras. Quod item circa Raab, quæ ipſa
quoque typum portabat eccleſiæ, expreſſum
Joſue 2. videmus; cui mandatur & dicitur: *Patrem tu-*
um & matrem tuam & fratres tuos & totam do-
mum patris tui colliges ad te ipſam in domum
tuam, & omnis qui exierit oſtium domus tuæ fo-
ras reus ſibi erit. Quo ſacramento declaratur

A in unam domum ſolam, id eſt, in eccleſiam,
victuros & ab interitu mundi evaſuros colligi
oportere, quiſquis autem de collectis foras ex-
ierit, id eſt, ſi quis, quamvis in eccleſia gra-
tiam conſecutus, receſſerit & ab eccleſia exie-
rit, reum ſibi futurum, id eſt, ipſum ſibi
quod pereat imputaturum. Quod apoſtolus *Tit. 3.*
Paulus explanat docens & præcipiens hæreti-
cum vitandum eſſe ut perverſum & peccato-
rem & a ſemetipſo damnatum. Hic enim reus
ſibi erit qui non ab epiſcopo ejectus, ſed ſpon-
te de eccleſia profugus, hæretica præſumptio-
B ne a ſemetipſo damnatus. Et iccirco Domi-
nus inſinuans nobis unitatem de divina aucto-
ritate venientem ponit & dicit: *Ego & pater* *Joan. 10.*
unum ſumus. Ad quam unitatem redigens ec-
cleſiam ſuam denuo dicit: *Et erit unus grex &* *Ibid.*
unus paſtor. Si autem grex unus eſt, quomo-
do poteſt gregi annumerari qui in numero
gregis non eſt? aut paſtor haberi quomodo
poteſt qui, manente vero paſtore & in eccle-
ſia Dei ordinatione [13] ſuccedanea præſidente,
nemini ſuccedens, & a ſe ipſo incipiens, [14]
C alienus fit & prophanus, [15] dominicæ pacis ac
divinæ unitatis inimicus, non habitans in do-
mo Dei, id eſt, in eccleſia Dei, in qua non
niſi concordes atque unanimes habitant, lo-
quente in pſalmis ſpiritu ſancto & dicente:
Deus qui inhabitare facit unanimes in domo. De- *Pſal. 67.*
nique unanimitatem chriſtianam firma ſibi at-
que inſeparabili caritate connexam etiam ipſa
[16] dominica ſacrificia declarant. Nam quando
Dominus corpus ſuum panem vocat de mul-
torum granorum adunatione congeſtum, po-
D pulum noſtrum quem portabat indicat aduna-
tum; & quando ſanguinem ſuum vinum ap-
pellat de [17] botris atque acinis plurimis expreſ-
ſum atque in unum coactum, gregem item
noſtrum ſignificat commixtione adunatæ mul-
titudinis copulatum. Si Novatianus huic pani
dominico adunatus eſt, ſi Chriſti poculo & i-
pſe commixtus eſt, poterit videri & unici ec-
cleſiaſtici baptiſmi habere gratiam poſſe, ſi
eum conſtiterit eccleſiæ unitatem tenere. De-
nique quam ſit inſeparabile unitatis ſacramen-
tum, & quam ſine ſpe ſint & perditionem ſi-
E bi maximam de indignatione Dei acquirant qui
ſchiſma faciunt, & relicto epiſcopo, alium ſi-
bi foris pſeudoepiſcopum conſtituunt, declarat
in libris regnorum ſcriptura divina, ubi a tri-
bu Juda & Beniamin decem tribus ſciſſæ ſunt,
& relicto rege ſuo, alterum ſibi foris conſti-
tuerunt: *Et indignatus eſt*, inquit, *Dominus in* *3. Reg. 12.*
omni ſemine Iſrael, & dimovit eos, & dedit eos *& 13.*
in direptionem donec [18] *abjiceret eos a facie ſua,*
quia diſſipatus eſt Iſrael a domo David, & con-
ſtituerunt ſibi regem Hieroboam filium Nabath.
F Indignatum eſſe Dominum dicit & eos in per-
ditionem dediſſe quod ab unitate diſſipati eſſent
atque [19] alterum ſibi regem conſtituiſſent. Et
tanta indignatio Domini exſtitit adverſus illos
qui ſchiſma fecerant ut etiam cum homo Dei
ad Hieroboam miſſus eſſet qui ei peccata ſua
exprobraret atque ultionem futuram prædice-
ret, panem quoque apud illos edere & aquam
bibere vetaretur. Quod cum non cuſtodiſſet &
contra præceptum Dei [20] prandiſſet, ſtatim di-
vinæ cenſuræ majeſtate percuſſus eſt, ut inde
regrediens impetu ac morſu leonis in itinere
necare-

Digitized by Google

necaretur. Et audet quiſquam dicere aquam A
baptiſmi ſalutarem & gratiam cæleſtem communem cum ſchiſmaticis eſſe poſſe, cum quibus nec terreſtris cibus nec ſæcularis potus debet eſſe communis? [11] Satiat adhuc in evangelio ſuo Dominus & [12] majorem intelligentiæ lucem manifeſtat quod iidem qui ſe tunc a tribu Juda & Beniamin ſciderant, & Hieroſolymis derelictis Samariam ſeceſſerant, inter prophanos & gentiles computarentur. Nam cum primum diſcipulos ſuos in miniſterium ſalutis
Matt. 10 mitteret, mandavit & dixit: *In viam nationum* B
ne abieritis, & in civitatem Samaritanorum ne introieritis. Ad Judæos prius mittens, gentiles adhuc præteriri jubet. Addendo autem & civitatem Samaritanorum debere omitti, ubi erant ſchiſmatici, oſtendit ſchiſmaticos gentilibus adæquari. Quod ſi aliquis illud opponit ut dicat eamdem Novatianum legem tenere quam catholica eccleſia teneat, eodem ſymbolo quo & nos baptizare, eumdem noſſe Deum patrem, eumdem filium Chriſtum, eumdem ſpiritum ſanctum, ac propter hoc uſurpare eum poteſtatem baptizandi poſſe quod videatur in inter- C
rogatione baptiſmi a nobis non diſcrepare, ſciat quiſquis hoc opponendum putat primum non eſſe unam nobis & ſchiſmaticis ſymboli legem, neque eamdem interrogationem. Nam cum dicunt, *Credis* [13] *remiſſionem peccatorum & vitam æternam per ſanctam eccleſiam*, mentiuntur in interrogatione, quando non habeant eccleſiam. Tunc deinde voce ſua ipſi confitentur remiſſionem peccatorum non dari niſi per ſanctam eccleſiam poſſe; quam non habentes, oſtendunt remitti illic peccata non poſſe. Quod ve- D
ro eumdem quem & nos Deum patrem, eumdem filium Chriſtum, eumdem ſpiritum ſanctum noſſe dicuntur, nec hoc adjuvare tales
Num. 16. poteſt. Nam & Chore & Dathan & Abiron cum ſacerdote Aaron & Moyſe eumdem Deum noverant, pari lege & religione viventes, unum & verum Deum, qui colendus atque invocandus fuerat, invocabant. Tamen quia loci ſui miniſterium tranſgreſſi contra Aaron ſacerdotem, qui ſacerdotium legitimum dignatione Dei atque ordinatione Domini perceperat, ſacrificandi ſibi licentiam vindicaverunt, divini- E
tus percuſſi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus [14] pependerunt, [15] nec potuerunt rata eſſe & proficere ſacrificia irreligioſe & illicite contra jus divinæ diſpoſitionis oblata. Turibula quoque ipſa, in quibus incenſum illicite fuerat oblatum, ne in uſu de cetero eſſent ſacerdotibus, ſed potius indignationis & ultionis divinæ memoriam corrigendis poſteris exhiberent, juſſu Domini conflata atque igne purgata in laminas ductiles producuntur & affiguntur altari, ſecundum quod loquitur ſcriptura divina. F
Num. 16 *Memoriale*, inquit, *filiis Iſrael ut non accedat quiſquam alienigena qui non eſt ex ſemine Aaron imponere incenſum ante Dominum, ut non ſit ſicut Chore*. Et tamen illi ſchiſma non fecerant, nec foras egreſſi, contra Dei ſacerdotes impudenter atque hoſtiliter rebellaverant. quod nunc hi eccleſiam ſcindentes & contra pacem atque unitatem Chriſti rebelles cathedram ſibi conſtituere & [16] primatum aſſumere & baptizandi atque offerendi licentiam vindicare conantur. Quomodo perficere quæ agunt aut impetrare aliquid

A illicitis conatibus de Deo poſſunt qui contra Deum, quod eis non licet, moliuntur? Quare qui Novatiano ſive ceteris ejuſmodi ſchiſmaticis patrocinantur fruſtra contendunt baptizari & ſanctificari illic aliquem ſalutari baptiſmo poſſe ubi conſtet baptizantem baptizandi licentiam non habere. Atque ut magis intelligi poſſet contra [17] ejuſmodi audaciam quæ ſit cenſura divina, invenimus in tali facinore non ſolum duces & auctores ſed & participes pœnis deſtinari, niſi ſe a communione malorum ſe-
B paraverint, præcipiente per Moyſen Domino & dicente: *Separamini a tabernaculis hominum* Num. 16.
iſtorum duriſſimorum, & nolite tangere ab omnibus quæ ſunt eis, ne ſimul pereatis in peccato eorum. Et quod comminatus per Moyſen Dominus fuerat implevit, ut quiſquis ſe a Chore & Dathan & Abiron non ſeparaſſet, pœnas ſtatim pro impia communione perſolveret. Quo exemplo oſtenditur & probatur obnoxios omnes & culpæ & pœnæ futuros qui ſe ſchiſmaticis contra præpoſitos & ſacerdotes irreligioſa temeritate miſcuerint. Sicut etiam per Oſee prophe-
C tam ſpiritus ſanctus conteſtatur & dicit, *Sa-* Oſee 9.
crificia eorum tamquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur, docens ſcilicet & oſtendens omnes omnino cum auctoribus ſupplicio conjungi qui fuerint eorum peccato contaminati. Quæ ergo apud eos merita eſſe circa Deum poſſunt quibus ſupplicia divinitus irrogantur? Aut quomodo tales juſtificare & ſanctificare baptizatos poſſunt qui hoſtes ſacerdotum aliena & illicita & nullo ſibi jure conceſſa uſurpare conantur? Quos tamen ipſos non
D miramur pro ſua pravitate contendere. Aſſerant enim neceſſe eſt ſinguli quique quod faciunt, nec volunt victi facile ſuccumbere, quamvis ſciant id quod faciunt non licere. Illud mirandum eſt, immo indignandum potius & dolendum, chriſtianos antichriſtis aſſiſtere & prævaricatores fidei atque eccleſiæ proditores [18] intus in ipſa eccleſia contra eccleſiam ſtare. Qui, quamquam pertinaces alias & indociles, vel hoc tamen confitentur quod univerſi ſive hæretici ſive ſchiſmatici non habeant ſpiritum ſanctum, & ideo baptizare quidem poſſunt, dare
E autem ſpiritum ſanctum non poſſunt, in hoc ipſo a nobis tenentur ut oſtendamus nec baptizare omnino eos poſſe qui non habeant ſpiritum ſanctum. Nam cum in baptiſmo unicuique peccata ſua remittantur, probat & declarat in evangelio ſuo Dominus per eos ſolos peccata poſſe dimitti qui habeant ſpiritum ſanctum. Poſt reſurrectionem enim diſcipulos ſuos mittens loquitur ad eos & dicit: *Sicut miſit me* Joan. 20.
pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixiſſet, inſufflavit & ait illis: Accipite ſpiritum ſanctum. Si
F *cujus remiſeritis peccata, remittentur illi; ſi cujus tenueritis, tenebuntur*. Quo in loco oſtendit eum ſolum poſſe baptizare & remiſſionem peccatorum dare qui habeat ſpiritum ſanctum. Deni-
que ipſum Chriſtum Dominum noſtrum ba- Luc. 1.
ptizaturus Joannes accepit ante ſpiritum ſanctum cum adhuc eſſet in utero matris conſtitutus, ut certum eſſet atque manifeſtum baptizare non poſſe niſi eos qui habeant ſpiritum ſanctum. Itaque qui hæreticis ſive ſchiſmaticis patrocinantur, reſpondeant nobis [19] an habeant ſpiritum ſanctum, an non habeant.

Si ha-

Si habent, cur illic baptizatis, quando ad nos veniunt, manus imponitur ad accipiendum ſpiritum ſanctum, cum jam utique illic acceptus ſit ubi ſi fuit dari potuit? Si autem foris [30] tincti hæretici & ſchiſmatici non habent ſpiritum ſanctum, & ideo apud nos manus imponitur [31] ut hic accipiatur quod illic nec eſt nec dari poteſt, manifeſtum eſt nec remiſſionem peccatorum dari per eos poſſe quos conſtet ſpiritum ſanctum non habere. Et icciirco ut ſecundum divinam diſpoſitionem atque evangelicam veritatem peccatorum remiſſionem conſequi & ſanctificari ac templa Dei fieri poſſint eccleſiæ baptiſmo baptizandi ſunt omnes omnino qui ab adverſariis & antichriſtis ad Chriſti eccleſiam veniunt.

[32] Quæſiſti etiam, [33] fili cariſſime, quid mihi de illis videatur qui in infirmitate & languore gratiam Dei conſequuntur, an habendi ſint legitimi chriſtiani, eo quod aqua ſalutari non loti ſint, ſed perfuſi. Qua in parte nemini verecundia & modeſtia noſtra præjudicat quo minus unuſquiſque quod putat ſentiat & quod ſenſerit faciat. Nos, quantum concipit mediocritas noſtra, æſtimamus in nullo mutilari & debilitari poſſe beneficia divina, nec minus aliquid illic poſſe contingere ubi plena & tota fide & dantis & ſumentis accipitur quod de divinis muneribus hauritur. Neque enim ſic in ſacramento ſalutari delictorum contagia ut in lavacro carnali & ſæculari ſordes cutis & corporis abluuntur, ut [34] aphronitris & ceteris quoque [35] adjumentis & ſolio & piſcina opus ſit, quibus ablui & mundari corpuſculum poſſit. Aliter pectus credentis abluitur, aliter mens hominis per fidei merita [36] mundatur. In ſacramentis ſalutaribus neceſſitate cogente, & Deo indulgentiam ſuam largiente, totum credentibus conferunt divina compendia. Nec quemquam movere debet quod aſpergi vel perfundi videntur ægri cum gratiam dominicam conſequuntur, quando ſcriptura ſancta per Eze-

Ezech. 36. chielem prophetam loquatur & dicat: *Et aſpergam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditiis veſtris, & ab omnibus ſimulacris veſtris emundabo vos, & dabo vobis cor novum, & ſpiritum novum dabo in vobis.*

Num. 19. Item in Numeris: *Et homo qui fuerit immundus uſque ad veſperam, hic purificabitur die tertio & die ſeptimo, & mundus erit. Si autem non fuerit purificatus die tertio & die ſeptimo, non erit mundus, & exterminabitur anima illu de Iſrael, quoniam [37] aqu uſperfionis non eſt ſuper eum ſpurſu.*

Num. 8. Et iterum: *Et locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens: Accipe levitas de medio filiorum Iſrael, & purificabis eos. Et ita facies eis purificationem eorum. Circumſparges eos aqu purificationis.* Et iterum: *Aqu uſperſionis purificatio eſt.* Unde apparet aſperſionem quoque aquæ inſtar ſalutaris lavacri obtinere, & quando hæc in eccleſia fiunt, ubi ſit [38] & accipientis & dantis fides integra, ſtare omnia & conſummari ac perfici poſſe majeſtate Domini & fidei veritate. Porro autem quod quidam eos ſalutari aqua & fide legitima Chriſti gratiam conſecutos non chriſtianos ſed [39] clinicos vocant, non invenio unde hoc nomen aſſumant; niſi forte qui plura & ſecretiora legerunt, apud Hippocratem vel [40] Soranum clinicos iſtos deprehenderunt. Ego

A enim, qui clinicum de evangelio novi, ſcio Joan. 5 paralytico illi & debili per longa ætatis curricula in lecto jacenti nihil infirmitatem ſuam obfuiſſe quo minus [41] ad firmitatem cæleſtem pleniſſime perveniret, nec tantum indulgentia dominica excitatum de grabato eſſe, ſed ipſum grabatum ſuum reparatis & vegetatis viribus ſuſtuliſſe. Et icciirco, quantum fide concipere & ſentire nobis datur, mea ſententia hæc eſt, ut chriſtianus judicetur legitimus quiſquis fuerit in eccleſia lege & jure fidei divinam gratiam conſecutus. B Aut ſi aliquis exiſtimat eos nihil conſecutos eo quod aqua ſalutari tantum perfuſi ſint, ſed inanes & vacui ſunt, non decipiantur, ut ſi incommodum languoris evaſerint & convaluerint, baptizentur. Si autem baptizari non poſſunt qui jam baptiſmo eccleſiaſtico ſanctificati ſunt, cur in fide ſua & Domini indulgentia [42] ſcandalizantur? An conſecuti ſunt quidem gratiam dominicam, ſed breviore & minore menſura muneris divini ac ſpiritus ſancti, ut habeantur quidem chriſtiani, non ſint tamen C ceteris adæquandi? Quinimmo ſpiritus ſanctus non ad menſuram datur, ſed ſuper credentem totus infunditur. Nam ſi dies omnibus æqualiter naſcitur, & ſi ſol ſuper omnes pari & æquali luce diffunditur, quanto magis Chriſtus ſol & dies verus in eccleſia ſua lumen vitæ æternæ pari æqualitate largitur? Cujus æqualitatis ſacramentum videmus in Exo- Exo. 16. do eſſe celebratum, cum de cælo [43] manna deflueret & futurorum præfiguratione alimentum panis cæleſtis & cibum Chriſti venientis [44] oſtenderet. D Illic enim ſine diſcrimine vel ſexus vel ætatis gomor a ſingulis æqualiter colligebatur. Unde apparebat Chriſti indulgentiam & cæleſtem gratiam poſtmodum ſecuturam æqualiter omnibus dividi ſine ſexus varietate, ſine annorum diſcrimine, ſine acceptione perſonæ, ſuper omnem Dei populum ſpiritalis gratiæ munus infundi. Plane eadem gratia ſpiritalis, quæ æqualiter in baptiſmo a credentibus ſumitur, in converſatione atque actu noſtro poſtmodum vel minuitur vel augetur; ut in evangelio dominicum ſemen æqua- Matt. 13. E liter ſeminatur, ſed pro varietate terræ aliud abſumitur, aliud in multiformem copiam vel triceſimi vel ſexageſimi vel centeſimi numeri fructu exuberante cumulatur. Adhuc vero cum ſinguli ad denarium vocentur, quid eſt Matt. 20. ut quod a Deo æqualiter diſtribuitur humana interpretatione minuatur? Quod ſi aliquis in illo movetur quod quidam de iis qui ægri baptizantur ſpiritibus adhuc immundis [45] tentantur, ſciat diaboli nequitiam pertinacem uſque ad aquam ſalutarem valere, in baptiſmo vero omne nequitiæ ſuæ virus amittere. F Quod exemplum cernimus in rege Pharaone, qui Exo. 14. diu reluctatus & in ſua perfidia demoratus tamdiu reſiſtere potuit & prævalere donec ad aquam veniret: quo cum veniſſet, & victus eſt & exſtinctus. Mare autem illud ſacramentum baptiſmi fuiſſe declarat beatus apoſtolus Paulus dicens: *Nolo enim vos ignorare, fratres,* 1. Cor. 10. *quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt [46] in nube & in mari.* Et addidit dicens: *Hæc autem omnia figuræ noſtræ fuerunt.*

Quod hodie etiam geritur, ut per exorciſtas voce humana & poteſtate divina flagelletur & uratur & torqueatur diabolus, & cum exire ſe & homines Dei dimittere ſæpe dicat, in entamen quod dixerit fallat, & id quod per Pharaonem prius geſtum eſt eodem mendacin obſtinationis & fraudis exerceat. Cum tamen ad aquam ſalutarem atque ad baptiſmi ſanctificationem venitur, ſcire debemus & fidere quia illic diabolus opprimitur, & homo Deo dicatus divina indulgentia liberatur. Nam ſicut ſcorpii & ſerpentes, qui in ſicco prævalent, in aqnam præcipitati prævalere non poſſunt aut ſua venena retinere, ſic & ſpiritus nequam, qui ſcorpii & ſerpentes appellantur, & tamen per nos data a Domino poteſtate calcantur, permanere ultra non poſſunt in hominis corpore, in quo baptizato & ſanctificato incipit ſpiritus ſanctus habitare. Hoc denique & rebus ipſis experimur, ut neceſſitate urgente in ægritudine baptizati & gratiam conſecuti careant immnndo ſpiritu quo antea movebantur, & laudabiles ac probabiles in eccleſia vivant, pluſque per dies ſingulos in augmentum cæleſtis gratiæ per fidei incrementa proficiant. Et contra ſæpe nonnulli de illis qui ſani baptizantur, ſi poſtmodum peccare cœperint, ſpiritu immundo redeunte quatiuntur; ut manifeſtum ſit diabolum in baptiſmo fide credentis excludi, ſi fides poſtmodum defecerit, regredi. Niſi ſi juſtum quibuſdam videtur ut illi qui extra eccleſiam apud adverſarios & antichriſtos prophana aqua polluuntur baptizati judicentur, hi vero qui in eccleſia baptizantur minus indulgentiæ & gratiæ divinæ conſecuti eſſe videantur, & tantus honor habeatur hæreticis ut inde venientes non interrogentur utrumne loti ſint an perſuſi, utrumne [47] clinici ſint an peripatetici, apud nos autem de integra fidei veritate detrahatur, & baptiſmo eccleſiaſtico majeſtas ſua & ſanctitas derogetur. Reſcripſi, [48] fili cariſſime, ad litteras tuas quantum parva noſtra mediocritas valuit, & oſtendi quid nos quantum in nobis eſt ſentiamus, nemini præſcribentes quo minus ſtatuat quod putat unuſquiſque præpoſitus actus ſui rationem Domino redditurus, ſecundum quod beatus apoſtolus Paulus in epiſtnla ſua ad Romanos ſcribit & dicit: *Unuſquiſque noſtrum pro* Rom. 14.
ſe rationem dabit. Non erga nos invicem judicemus.
Opto te, fili cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXVI.

1 M*Agno filio*] Hæc certo oſtendunt, ut putavit etiam Baronius, hunc hominem fuiſſe de plebe, id eſt laicum. Cui ſententiæ, quæ mihi videtur optima, ego lubenter aſſentior. Nuperus tameo auctor vitæ ſancti Cypriani contendit fuiſſe epiſcopum, ad eamque ſuam opinionem probandam affert exemplum ex epiſtola 61. ad Euchratium epiſcopum, in cujus calce Cyprianus ait: *Opto te, fili cariſſime, ſemper bene valere.* Sane ita ſcriptum eſt in editionibus Manutii, Pamelii, Rigaltii, & in Anglicana. At veteres editiones habent *frater cariſſime*. Quo modo nos repoſuimus auctoritatem ſecuti veterum editionum & veterum librorum. Senſit Reinhartus vitium editionis Rigaltianæ, quam fere ſequebatur, & omiſit vocem *fili*, ſcribens ſimpliciter: *Opto te, cariſſime, ſemper bene valere*. Itaque reſtituta vera lectione, ruit argumentatio auctoris vitæ ſancti Cypriani. Quod vero Cyprianus Magnum laicum vocat filium, deſcendit iſtud ex diſciplina veterum epiſcoporum & presbyterorum, qui, ut Hieronymus in epiſtola ad Salvinam de viduitate ſervanda ait, pro officio ſacerdotii omnes chriſtianos filiorum loco diligebant. Vide notas noſtras ad epiſtolam notum Salviani.

2 *Unico eccleſiæ baptiſmo*] Codex Lamonii, *unica pœnitentiæ baptiſmo*. Vide notas ad epiſtolam 73.

3 *Dicimus omnes*] Apud Gratianum 24. q. r. ſcriptum eſt *didicimus*.

4 *Omnes omn. qui ſecum*] Ita omnes veteres editiones ante Manutianam, quæ addit *hæreticos*, uti etiam additur apud Gratianum. Sed eam vocem ego non reperi niſi in tribus libris veteribus. Cum vero viderem omnes veteres editiones, XXII. libros noſtros, & ſex Anglicanos eam non habere, arbitratus ſum eam non eſſe retinendam. Nam & abſque illa recte conſtat ſenſus.

5 *Qui non eſt mecum*] Labuntur aliquando ingenia hominum eruditorum. Editores Angli monuerunt locum hunc fere totum ex libro de unitate eccleſiæ deſumi, adeoque Cyprianum jure merito uſum eſſe iis verbis tamquam ſuis. Quod verum non eſt. Quippe iſta non ſunt in libro de unitate eccleſiæ, ſed in epiſtola 70. quæ data eſt ad epiſcopos Numidas.

6 *Qui mecum non colligit*] Hieronymus in epiſtola ad Damaſum de tribus hypoſtaſibus: *Qui tecum non colligit ſpargit, hoc eſt, qui Chriſti non eſt, antichriſti eſt.*

7 *Separes*] Ita poſui pro eo quod antea legebatur *ſeparatos*, non ſolum quia ita inveni ſcriptum in antiquis editionibus, ſed etiam quia hanc lectionem præferunt ſeptemdecim exemplaria noſtra, inter quæ pono Seguierianum omnium vetuſtiſſimum, & tria Anglicana. Statius lib. 4. Thebaidos: *Tu ſepare cœtu Elyſios Perſæ pios virgaque potenti nubilus Arcas agat.* Puto Ordericum Vitalis inde accepiſſe quod ait pag. 907. *Optimates autem qui ſepares cœtus in expeditione legali ductu dubitare debebant*. Vide gloſſarium Latinum Cangii.

Mabillonius lib. 9. annalium Benedictinorum ſ. 37 refert ex quadam veteri narratione Laudoſam fluvium Britanniæ noſtræ mutato nomine vocatum fuiſſe Separem, quia ſe ſeparavit ut viam faceret Vertavenſibus cupientibus habere corpus ſancti Martini abbatis ſui, & eam occluſerat Durienſibus contra tendentibus. Illud certum eſt, Separis fluvii in ea parte Britanniæ mentionem reperiri in veteribus actis editis in tomo ſecundo nuperæ hiſtoriæ Britannicæ pag. 278. 279. Sed Hadrianus Valeſius improbat hanc etymologiam, & ait *Separis* eſſe vocabulum Gallicum.

8 *Declarat in cantico*] Hæc pauca exſtant ſane in libro de unitate Eccleſiæ. Sed tamen non inde colligi poteſt ſumta eſſe ex hoc libro.

9 *Hortus concluſus*] Hieronymus in epiſtola ad Damaſum de tribus hypoſtaſibus, *ut inter lacus contritos, qui aquam non habent, difficile ubi fons ſignatus & hortus ille concluſus ſit poſſit intelligi*. Et infra: *Ego autem nullum primum niſi Chriſtum ſequens beatitudini tuæ & cathedræ Petri communione conſocior. Super illam petram ædificatam eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit prophanus eſt. Si quis in arca Noe non fuerit peribit regnante diluvio*. Reſpicit ad dignitatem & auctoritatem eccleſiæ principalis.

10 *Puteus aquæ vivæ*] Recte monent Angli hæc verba non reperiri in ſacro textu. Quippe non exſtant conſequenter poſt *fons ſignatus*, ſed paulo infra, *puteus aquarum viventium*. Cyprianus hunc locum eodem modo retulit in epiſtola 74. ad Pompejum. Sic etiam refertur ab Auguſtino lib. 11. de Geneſi ad litteram cap. 21. lib. 5. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 27. & lib. 2. contra Creſconium cap. 15. & epiſt. 55. Sed aliter apud Ambroſium, qui lib. 1. de virginibus cap. 8. & in libro de virginitate cap. 13. & epiſt. 55. ad Sabinum referens hunc locum non addit *puteus aquæ vivæ* poſt *fons ſignatus*. Quod argumento eſſe poteſt illum alia verſione uſum eſſe quam ea qua Cyprianus utebatur.

11 *Vivificari & ſanct.*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 7. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 50.

12 *Eccleſia una eſt*] Citat hunc locum, ſed mutilum, Gerochus Reicherſpergenſis in tractato adverſus ſimoniacos cap. 27. Eo vero uſus eſt Joannes Capiſtranus adverſus Felicem V. electum papam a concilio Baſileenſi. Vide tractatum ejus de Papæ & concilii auctoritate parte 3.

13 *Succedanea*] Antea iſtic ſcriptum erat *ſuccidanea*. Quæ lectio eſt optima. Sed quia ea quam nos repoſui-

Digitized by Google

poſuimus optima etiam eſt, & in omnibus fere libris veteribus reperitur, eam retinere placuit. Unus meus vetus habet mendoſe *faccidua*, alius *ſubitanea*.

14 *Alienus ſit*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 7. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 50.

15 *Dominicæ pacis*] Codex ſancti Arnulphi habet *paſſionis*.

16 *Dom. ſacrificia*] Duo libri veteres præferunt *ſacramenta*.

17 *Botris atque acinis*] Codex ſancti Arnulphi *botrnis*. Fuxenſis, *botris atque uvis*. Corbejenſis, *botris atque racemis*. Vetus Remigianus, *botris unionibus atque acinis*, ubi fortaſſis legendum eſſet *botrionibus atque acinis*. Nam Martialis lib. 11. epigram. 28. dixit: *Nec dignum toto te botryone putat*. Palladius etiam lib. 2. de re ruſtica cap. 33. lib. 10. cap. 17. & lib. 12. cap. 12. dixit botryones. Prudentius in hamartigenia *vallem botryonis opimam*. Ludovicus Cælius Rhodiginus lib. 7. cap. 45. *Quidam dictus philobotryx eſt, quoniam uvis afficeretur inſigniter*.

18 *Abjiceret*] Unus liber meus vetus habet *abigeret*. Sic etiam in Gratianopolitano.

19 *Alterum ſibi regem*] Septem libri veteres & antiquæ editiones habent *adulterum*. Eraſmus emendavit. Emendationem Eraſmi confirmant novem libri veteres, in primis vero Seguierianus. Confirmant etiam illam verba Cypriani paulo ante, *& relicto rege alterum ſibi foris conſtituerunt*. Et tamen Pamelius ſequi maluit ſcripturam veterum editionum. Pamelium ſecuti ſunt Rigaltius & Reinhartus. Angli recte repoſuerunt *alterum*. Similis error admiſſus in canone nono concilii Eliberitani emendatus a nobis eſt ad Reginonem lib. 2. cap. 103. de diſciplinis eccleſiaſticis. Contra in capite 17. Liberati, pro eo quod editiones recte habent *quem juſſit Zenon Imperator expelli tamquam hæreticum & adulterum*, veteres codices eccleſiæ Bellovacenſis & monaſterii Corbejenſis habent *alterum*, certo errore.

20 *Prandiſſet*] Hanc lectionem præferunt aliquot vetera exemplaria. Alia habent *pranſiſſet*. Vide quæ a nobis obſervata ſunt ad geſta concilii Chalcedonenſis pag. 1051.

21 *Satiat*] Neceſſario revocavimus hanc lectionem, quia exſtat in omnibus antiquis editionibus & in XIX. codicibus manuſcriptis. Pamelius mutavit & edidit *ſonat* ex fide codicis Camberonenſis. Ait autem vocem *ſatiat*, quæ habetur in aliis codicibus, eſſe corruptam. In uno meo legitur *favet*. Satiat iſtic ſignificat probare ex abundantia quod antea dictum fuit, ſicut Plinius lib. 5. cap. 9. dicit Nilum increſcere prout a Mauritania nives imbreſve ſatiaverint, id eſt abundaverint. Et Tertullianus in ſcorpiace ait quod ſi ſcorpio *plagam ſatiaverit*, id eſt omne virus ſuum in eam effuderit, ſtatim priſtinos ſenſus retorpeſcere. In eumdem ſenſum Cyprianus in libro de opere & eleemoſynis ait deprecationes ſolas parum ad impetrandum valere niſi factorum & operum acceſſione ſatientur. Ovidius lib. 3. triſtium eleg. 1. dixit, *cum jam ſatiaverit iram*.

22 *Majorem intellig.*] Codex ſancti Arnulphi *majore intelligentia luce*.

23 *Remiſſionem*] Plerique libri veteres habent: *Credis in remiſſionem*.

24 *Pependerunt*] Ita duodecim libri veteres. Alii quinque & editio Morelliana *rependerant*.

25 *Nec pot. rata*] Unus codex regius habet, *nec potuit ratum eſſe & proficere ſacrificium irreligioſe & illicite contra jus divinæ diſpoſitionis oblatum*.

26 *Primatum aſſumere*] Quid iſtic ſignificet primatus non ſatis aſſequor. Etenim non poſſum aſſentiri Pamelio iſta referenti ad primatum ſummi pontificis. Neque tamen transeo in opinionem Goulartii pronuntiantis hæc verba, quæ conſtat exſtare in antiquis codicibus & editionibus, ex margine irrepſiſſe in textum. Facilius crederem Cyprianum dicere voluiſſe Novatianum ducem & antesignanum ſchiſmaticorum primatus amore, id eſt cathedræ epiſcopalis, quam invaſerat, eam retinuiſſe, ſicut Rufinus lib. 5. cap. 28. ait Natalem primatus amore noluiſſe acquieſcere viſionibus ſive revelationibus quibus admonebatur relinquere eccleſiam in qua ordinatus fuerat epiſcopus contra regulas eccleſiaſticas. Sic Gelaſius Papa in tractatu adverſus Græcos de Petro invaſore eccleſiæ Alexandrinæ ait: *Numquam igitur per XXX. annos capere potuit niſi tunc cum epiſcopatus amore & ambitionis ardore fervebat*. Itaque pro eo quod Rufinus dixerat *primatus amore* Gelaſius poſuit *epiſcopatus amore*.

27 *Ejuſmodi audaciam*] Quatuor libri veteres & veteres editiones, *ejuſmodi licentiam & audaciam*. Vide notas ad epiſtolam 68.

28 *Intus in ipſa eccleſia*] Ita XXII. libri veteres. Editio Spirenſis, Veneta vetus, & Remboltiana, *intus ipſam eccleſiam*. Sic etiam codex Beccenſis. Quod eodem recidit. Quare non poſſum accedere Pamelio ſcribenti, *intra ipſa tecta eccleſiæ*. Quamvis enim afferat auctoritatem quatuor veterum exemplarium, quamvis duo a me viſa habeant eamdem lectionem, perſto tamen in ea quam repoſui, non ſolum quia Manutius & Morellius ita quoque ediderunt, & quia me cogit auctoritas tot veterum exemplarium, ſed in primis quia ita loqui amat Cyprianus, ut oſtenſum eſt ſupra in notis ad epiſtolam 52.

29 *An habeant*] Ita omnes editiones ante Manutianam & quatuordecim libri veteres. Manutius ergo ſcripſit *habeantur*. Et hanc lectionem ego reperi in ſeptem codicibus antiquis.

30 *Tincti*] Hæc emendatio debetur uni ex libris meis veteribus. Sic etiam in epiſtola 72. *eos qui ſunt foris extra eccleſiam tincti*. Apud Gratianum 24. q. 1. cap. *Didicimus* legitur *cuncti*, ut in vulgatis Cypriani editionibus. Sic etiam codex ſancti Arnulphi.

31 *Ut hic accipiatur*] Codex Fuxenſis, *ut hic accipiant quod illic non acceperunt neceſſe eſt nec dari per eos poſſe quos conſtat ſpiritum ſanctum non habere*.

32 *Quæſiſti etiam*] Hanc poſtremam partem epiſtolæ Cypriani ad Magnum disjunxerunt a prima veteres operum ſancti martyris editores. Primus illam recto conſilio redintegravit Pamelius. Omnes enim veteres libri in quibus illa continetur, exceptis Carnotenſi & Eligiano, in quibus deeſt prima pars integra, & omnes inquam libri veteres habent utramque partem conſequenter, quidam abſque ullo diſcrimine, quidam addito in fronte ſecundæ partis, *Incipit ad eamdem epiſtola ſecunda*, vel *Incipit de his qui in lecto gratiam Dei*, vel *baptiſma, conſequantur*. Sed hæc diſcrimina adducta ſunt a librariis. Ea ego exemplaria puto eſſe meliora quæ nullam habent inſcriptionem in ſecunda parte & habent in fronte epiſtolæ, *Incipit ad Magnum de Novatiano & de his qui in lecto gratiam Dei conſequuntur*, ut habet etiam editio Spirenſis, & in fine, *Ad Magnum de Novatiano & de his qui in lecto gratiam Dei conſequuntur explicit*. Miror autem Latinum Latinium qui in codicibus ſuis videbat ſcriptum in titulo iſtius epiſtolæ *Ad Magnum de Novatiano & de his qui in lecto gratiam conſequuntur*, partem epiſtolæ in qua agitur de his qui in ægritudine gratiam Chriſti conſequuntur diviſiſſe a parte ſuperiori & alio tranſtuliſſe in editione ſua, id eſt in Manutiana. Niſi ſi is qui editioni Manutianæ præfuit cum ſumma poteſtate, quemadmodum conqueritur Latinius, iſtud mutavit motu proprio, Latinio inconſulto.

33 *Fili cariſſime*] Codex Carnotenſis habet *frater*. Sic etiam vetuſtiores editiones.

34 *Aphronitris*] id eſt ſpuma nitri, ut apud Ovidium & Martialem. Vide Pamelium ad hunc locum, Caſaubonum ad Svetonium, & Salmaſium ad ſcriptores hiſtoriæ auguſtæ, tum etiam theſaurum linguæ Græcæ Henrici Stephani. Octavius Horatianus lib. 1. cap. 7. *Ventoſitas vero, ſi intercluſa erit, aphronitris in aceto reſolutis excluditur*.

35 *Adjumentis*] Salmaſius ad ſcriptores hiſtoriæ auguſtæ exiſtimat legendum eſſe *lumentis*. Lumentum enim recte conjungitur cum nitro ubi de balneis agitur. Nam & Papias lumentum interpretatur nitrum, ſi modo emendetur. Quippe apud eum legitur *vitrum* pro *nitrum*. Octavius Horatianus lib. 4. *Lomentum fabacium bene correctum*. Martialis lib. 3. epigr. 89. dixit: *Lomento rugas uteri quod condere tentas*. Vide etiam lib. 6. epigr. 93. Inſigne mendum irrepſit in epiſtolam ſecundam Sulpitii Severi ad Claudiam ſororem in libro primo miſcellaneorum noſtrorum, ubi pagina 349. editum primo fuit *lumentis ſpiritalibus*, Quod recte emendavit vir doctiſſimus Joannes Baptiſta Cotelerius in tomo ſecundo monumentorum eccleſiæ Græcæ pag. 541. ubi egregie illuſtrat hunc locum. Itaque locus iſte Severi emendatus eſt in altera editione. Ego lubenter admitterem emendationem Salmaſii, quæ mihi videtur optima. Verum vulgata lectio habet etiam optimum ſenſum. Et ideo non ſum auſus mutare deſtitutus auctoritate veterum exemplarium.

36 *Mundatur*] Tres libri veteres habent *purgatur*.

37 *Aqua aſperſionis*] Ita omnes fere libri veteres. In decem tamen & in antiquis editionibus legitur *aſpergitur*.

38 *Et accip. & dantis*] Ita antiquæ editiones & omnes fere libri veteres. Eraſmus poſuit *& dantis & accipientis*, ex conjectura tantum, ut opinor, quia datio præcedere debet acceptionem, ut apud Valerium Maximum lib.

Digitized by Google

5. cap. 3. *dandi & accipiendi beneficii commercium*, & quod paulo ſupra legitur *ubi plana & tota fides & dantis & ſumentis accipitur*. Ego putavi rejiciendum non eſſe conſenſum tot veterum librorum, quamvis Rigaltius & editio Anglicana retinuerint emendationem Eraſmi.

39 *Clinicos*] Ita plerique libri veteres. In quibuſdam ſcriptum eſt characteribus Græcis majuſculis ΚΛΕΝΙΚΩC & hic & paulo poſt. Hieronymus in epitaphio Fabiolæ: *Quem nudum & clinicum non Fabiolæ veſtimenta texerunt?* Et paulo poſt: *Quis clinicorum non ejus facultatibus ſuſtentatus eſt?* Vide Heriberti Roſweydi onomaſticon ad vitas patrum, Petavii obſervationes ad Epiphanium, Beveregium ad canonem 12. concilii Neocæſarienſis, & gloſſarium Latinum Cangii. Vide etiam Martialem lib. 3. epigr. 87.

40 *Soranum*] methodicæ medicinæ inſtructiſſimum auctorem, ut eum vocat Tertullianus in libro de anima, medicinæ doctorem nobiliſſimum, ut Auguſtinus lib. 5. adverſus Julianum Pelagianum & lib. 2. retract. cap. 62. Duos iſtius nominis ſummos medicos commemorat Suidas, utrumque Epheſium. De utro eorum ſit intelligendum quod iſtic ait ſanctus Cyprianus, an vero de Cilice cognomento Mallote, cujus etiam meminit Suidas, difficile dictu eſt. De Cilice hic agi fortaſſis hinc colligi poſſet quod Aſclepiodotus, ut idem Suidas ait, neminem antiquiorum medicorum poſt Hippocratem probabat præter hunc Cilicem. Nam Cyprianus Hippocratem & Soranum conjungit tamquam peritiſſimos medicorum. Sorani medici opera latiniſaſſe ſe ſcribit Cælius Aurelianus Siccenſis lib. 2. de morbis acutis cap. 1. & 28. De eodem ſic ſcribit in præfatione librorum de tardis paſſionibus: *Soranus pleniſſime cunctarum diligentiam tradidit atque ſpeciale corpus ſcriptura formavit, de paſſione capitis initia ſumens.* De Soranis vide bibliothecam Latinam Jo. Alberti Fabricii. Circumferuntur epiſtolæ M. Antonii & Cleopatræ ad Soranum & iſtius reſponſiones. Auctorem illarum, quæ certo falſæ ſunt & ſuppoſititiæ, oportet fuiſſe hominem admodum libidinoſum & verborum ac rerum obſcœnarum amatorem libidinoſiſſimum.

41 *Ad firm. cal.*] Codex Fuxenſis, *ad firmitatem cæleſti gratia pleniſſime poſſet pervenire*.

42 *Scandalizantur*] Ita veteres editiones & quatuor libri veteres. Manutius & poſt eum alii ſcripſerunt *ſcandalizarentur*. Quæ lectio nititur auctoritate decem veterum exemplarium. Ego præfero veterem, uti meliorem, meo quidem judicio. Erunt fortaſſis qui aliter ſentient.

43 *Manna deflueret*] Codex ſancti Arnulphi *deplueret*. Recte profecto. Pſalmo 77. *Et pluit illis manna ad manducandum*. Columella lib. 10. *Inque ſinus matris violento depluit imbre*. Tibullus lib. 2. eleg. 5. *Multus ut in terras deplueretque lapis*. Tertullianus in libro de patientia, *poſt mannæ eſcabilem pluviam*.

44 *Oſtenderet*] Quatuor libri veteres *exprimeret*.

45 *Tentantur*] Viginti & unus libri veteres habent *tentabantur*. Sed tamen iidem, paucis exceptis, & quinque Anglicani habent paulo ante *baptizantur*. At Beccenſis & editio Morellii habent *baptizabantur*.

46 *In nube & in mari*] Hæc non exſtant in codice ſancti Arnulphi.

47 *Clinici an Perip.*] Niſi conſtaret hic agi de clinicis id eſt paralyticis, facile putarem legendum eſſe *Cynici* propter hæc verba Senecæ ex epiſtola 29. *Sed idem hoc omnes ex omni domo conclamabant, Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici*.

48 *Fili cariſſime*] Codex ſancti Arnulphi habet *frater*.

EPISTOLA LXXVII.

Ad Nemeſianum & ceteros martyres in metallo conſtitutos.

CYPRIANUS Nemeſiano, Felici, Lucio, A alteri Felici, Litteo, Poliano, Victori, Jaderi, Dativo coepiſcopis, item compresbyteris & diaconibus, & ceteris fratribus [1] in metallo conſtitutis martyribus Dei patris omnipotentis & Jeſu Chriſti Domini & Dei conſervatoris noſtri æternam ſalutem. Gloria quidem veſtra poſcebat, beatiſſimi ac dilectiſſimi fratres, ut ad conſpectum atque ad complexum veſtrum venire ipſe deberem, niſi me quoque ob [2] confeſſionem nominis relegatum præfiniti loci ter- B mini coercerent. Sed quomodo poſſum repræſento me vobis, & ad vos, etiamſi [3] corpore & greſſu venire non datur, dilectione tamen & ſpiritu venio, exprimens litteris animum meum, quo in iſtis virtutibus & laudibus veſtris lætus exſulto, participem me computans vobis, etſi non paſſione corporis, conſortio caritatis. An ego poſſim tacere & vocem meam ſilentio premere cum de cariſſimis meis tam multa & glorioſa cognoſcam quibus vos divina C dignatio honoravit, ut ex vobis pars jam martyrii ſui conſummatione præceſſerit meritorum ſuorum coronam de Domino receptura, pars adhuc in carcerum clauſtris ſive in metallis & vinculis demoretur, exhibens per ipſas ſuppliciorum moras corroborandis fratribus & armandis majora documenta, ad meritorum titulos ampliores tormentorum tarditate proficiens, [4] habitura tot mercedes in cæleſtibus præmiis quot nunc dies [5] numerat in pœnis? Quæ quidem D vobis, fortiſſimi ac beatiſſimi fratres, pro merito religionis ac fidei veſtræ accidiſſe non miror, ut vos ſic Dominus ad gloriarum ſublime

A faſtigium clarificationis ſuæ honore provexerit, qui ſemper in eccleſia ejus [6] cuſtodito fidei tenore viguiſtis, conſervantes firmiter [7] dominica mandata, in ſimplicitate innocentiam, in caritate concordiam, modeſtiam in humilitate, diligentiam in adminiſtratione, vigilantiam in adjuvandis laborantibus, miſericordiam in fovendis pauperibus, in defendenda veritate conſtantiam, in diſciplinæ ſeveritate cenſuram. Ac ne aliquid ad exemplum bonorum factorum B deeſſet in vobis, etiam in confeſſione nunc vocis & paſſione corporis fratrum mentes ad divina martyria provocatis, duces vos [8] exhibendo virtutis; ut dum grex paſtores ſuos ſequitur, & quod fieri a præpoſitis cernit imitatur, paribus obſequiorum meritis a Domino coronetur. Quod autem fuſtibus cæſi prius graviter & afflicti per ejuſmodi pœnas initiaſtis confeſſionis veſtræ [9] glorioſa primordia, exeranda nobis iſta res non eſt. Neque enim ad C fuſtes chriſtianum corpus expavit, cujus eſt ſpes omnis in ligno. Sacramentum ſalutis ſuæ Chriſti ſervus agnovit. Redemptus ligno ad vitam 1.Tim. 2. æternam ligno provectus eſt ad coronam. Quid vero mirum ſi vaſa aurea & argentea in metallum, id eſt, auri & argenti domicilium, dati eſtis, niſi quod nunc [10] metallorum natura converſa eſt, locaque quæ aurum & argentum dare ante conſueverant accipere cœperunt. Impoſuerunt quoque compedes pedibus veſtris, & D membra felicia ac Dei templa infamibus vinculis ligaverunt, quaſi cum corpore ligetur & ſpiritus, aut aurum veſtrum ferri contagione maculetur. [11] Dicatis Deo hominibus & fidem ſuam reli-

religioſa virtute teſtantibus ornamenta ſunt iſta,
non vincula; nec chriſtianorum [12] pedes ad in-
famiam copulant, ſed clarificant ad coronam.
O pedes feliciter vincti, qui non a fabro ſed
a Domino reſolvuntur. O pedes feliciter vin-
cti, qui in itinere ſalutari ad paradiſum diri-
guntur. O pedes in ſæculo ad præſens ligati,
ut ſint ſemper apud Dominum liberi. O pedes
compedibus & [13] traverſariis interim cunctabun-
di, ſed celeriter ad Chriſtum glorioſo itinere
curſuri. Quantum vult hic vel invida crudeli-
tas vel maligna nexibus vos ſuis & vinculis te-
neat, cito a terris & pœnis iſtis ad cælorum
regna venietis. Non fovetur in metallis lecto
& culcitris corpus, ſed refrigerio & ſolatio Chri-
ſti fovetur. Humi jacent feſſa laboribus viſce-
ra; ſed pœna non eſt cum Chriſto jacere. Squa-
lent ſine balneis membra ſitu & ſorde defor-
mia; ſed ſpiritaliter intus abluitur quod fo-
ris carnaliter ſordidatur. Panis illic exiguus.
Deut. 8. At non in ſolo pane vivit homo, ſed in ſer-
Luc. 4. mone Dei. Veſtis algentibus deeſt. Sed qui
Chriſtum induit & veſtitus abundanter & cul-
tus eſt. [14] Semitonſi capitis capillus horreſcit.
*1.Cor.*11. Sed cum ſit caput viri Chriſtus, qualecumque
illud caput deceat neceſſe eſt quod ob Domi-
ni nomen inſigne eſt. Omnis iſta deformitas
deteſtabilis & tetra gentilibus quali ſplendore
penſabitur? Sæcularis hæc & brevis pœna quam
clari & æterni honoris mercede mutabitur cum
*Philip.*3. ſecundum beati apoſtoli vocem transformaverit
Dominus corpus humilitatis noſtræ conforma-
tum corpori claritatis ſuæ? Sed nec in illo,
fratres dilectiſſimi, aliqua poteſt aut religionis
aut fidei jactura ſentiri quod illic nunc ſacer-
dotibus Dei facultas non datur offerendi & ce-
lebrandi [15] ſacrificia divina. Celebratis immo at-
que offertis ſacrificium Deo & pretioſum pari-
ter & glorioſum & plurimum vobis ad retribu-
tionem præmiorum cæleſtium profuturum, cum
Pſal. 50. ſcriptura divina loquatur & dicat: *Sacrificium
Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humi-
liatum Deus non deſpicit.* Hoc vos ſacrificium
Deo offertis, hoc ſacrificium ſine intermiſſio-
ne die ac nocte celebratis, hoſtiæ facti Deo,
& voſmetipſos ſanctas atque immaculatas victi-
mas exhibentes, ſicut apoſtolus adhortatur &
Rom. 12. dicit: *Oro ergo vos, fratres, per miſericordiam
Dei ut conſtituatis corpora veſtra hoſtiam vivam,
ſanctum,* [16] *placentem Deo, nec configuremini ſæ-
culo huic, ſed transformemini in renovatione ſen-
ſus, ad probandum quæ ſit voluntas Dei bona &
placens & perfecta.* Hoc eſt enim quod præci-
pue Deo placeat, hoc eſt in quo majoribus
meritis ad promerendam voluntatem Dei ope-
ra noſtra proveniant; hoc eſt quod ſolum Do-
mino de beneficiis ejus grandibus & ſalutaribus
fidei ac devotionis noſtræ obſequia retribuant,
prædicante in pſalmis & conteſtante ſpiritu ſan-
Pſ. 115. cto: *Quid retribuam,* inquit, *Domino pro omni-
bus quæ tribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam,
& nomen Domini invocabo. Pretioſa in conſpectu
Domini mors juſtorum ejus.* Quis non libenter
& prompte calicem ſalutis accipiat, quis non
appetat [17] gaudebundus & lætus in quo aliquid
& ipſe Domino ſuo retribuat, quis non pre-
tioſam in conſpectu Domini mortem fortiter &
conſtanter excipiat, placiturus ejus oculis qui

A nos in congreſſione nominis ſui [18] conſtitutos
deſuper ſpectans volentes comprobat, adjuvat
dimicantes, vincentes coronat, retributione
bonitatis ac pietatis paternæ remunerans in no-
bis quidquid ipſe præſtitit, & honorans quod
ipſe perfecit? Ipſius enim eſſe quod vincimus
& quod ad maximi certaminis palmam ſubacto
adverſario pervenimus declarat & docet Domi-
nus in evangelio ſuo dicens: *Cum autem vos* *Matt.*10.
*tradiderint, nolite cogitare quomodo aut quid lo-
quamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid
loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed
B ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.* Et i-
terum: *Ponite in cordibus veſtris non præmedita-* *Luc.* 21.
*ri excuſare. Ego enim dabo vobis os & ſapien-
tiam, cui non poterunt reſiſtere adverſarii veſtri.*
In quo quidem & credentium magna fiducia
eſt & culpa graviſſima perfidorum non crede-
re ei qui ſe opem ſuam daturum confitentibus
pollicetur, nec rurſus eumdem timere qui æ-
ternam pœnam negantibus comminatur. Quæ
vos omnia, fortiſſimi ac fideliſſimi milites Chri-
ſti, inſinuaſtis fratribus noſtris, implentes fa-
C ctis quod verbis ante docuiſtis, futuri maximi
in regno cælorum, pollicente Domino & di-
cente: *Qui fecerit & ſic docuerit maximus voca-* *Matth.*5.
bitur in regno cælorum. Denique exemplum ve-
ſtrum ſecuta multiplex plebis portio confeſſa
eſt vobiſcum pariter & pariter coronata eſt,
connexa vobis vinculo fortiſſimæ caritatis, & a
præpoſitis ſuis nec carcere nec metallis ſepa-
rata. Cujus numero nec virgines deſunt, qui-
bus ad ſexagenarium fructum centenus acceſſit, *Matt.*13.
quaſque ad cæleſtem coronam gloria [19] gemi-
na provexit. [20] In pueris quoque virtus major
D ætate annos ſuos confeſſionis laude tranſcendit,
ut martyrii veſtri beatum gregem & ſexus &
ætas omnis ornaret. Qui nunc vobis, dile-
ctiſſimi fratres, conſcientiæ victricis vigor, quæ
ſublimitas animi, quæ in ſenſu [21] exſultantia,
qui triumphus in pectore, unumquemque ve-
ſtrum ſtare ad promiſſum Dei præmium, [22]
de judicio Dei eſſe ſecurum, ambulare [23] in me-
tallo, captivo quidem corpore, ſed corde re-
gnante, ſcire Chriſtum ſecum eſſe præſentem
gaudentem tolerantia ſervorum ſuorum per ve-
E ſtigia & vias ſuas ad regna æterna gradientium?
Exſpectatis quotidie læti profectionis veſtræ ſa-
lutarem diem, & jam jamque de ſæculo receſ-
ſuri, ad martyrum munera & domicilia divina
properatis, poſt has mundi tenebras viſuri can-
didiſſimam lucem, & accepturi majorem paſ-
ſionibus omnibus & conflictationibus claritatem,
apoſtolo conteſtante & dicente: *Non ſunt con-* *Rom.* 8.
*dignæ paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram
claritatem quæ revelabitur in nobis.* Plane quia
nunc vobis in precibus efficacior ſermo eſt, &
ad impetrandum quod in preſſuris petitur fa-
F cilior oratio eſt, petite impenſius & rogate ut
confeſſionem omnium noſtrum dignatio divina
conſummet, ut de iſtis tenebris & laqueis mun-
di nos quoque vobiſcum integros & glorioſos
Deus liberet, ut qui hic caritatis & pacis vin-
culo copulati contra hæreticorum injurias & preſ-
ſuras gentilium ſimul ſtetimus pariter in regnis
cæleſtibus gaudeamus. Opto vos, beatiſſimi ac
dilectiſſimi fratres, in Domino bene valere &
noſtri ſemper & ubique meminiſſe.

NOTÆ

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXVII.

1 IN *metallo*] Siguenſi in epiſtola 30. De chriſtianis damnatis ad metalla vide Baronii notationes ad diem 16. Februarii.

2 *Confeſſ. nominis*] Veteres editiones & tres libri veteres addunt nomen Chriſti. Manutius expunxit. Recte ſane. Non exſtat enim in XIX. libris antiquis. Neceſſarium non eſſe patet ex multis locis ſimilibus apud Cyprianum. Vide Pamelium.

3 *Corpore & greſſu*] Codex Fuxenſis & unus Anglicanus, *corporeo greſſu*.

4 *Habitura tua mercedes*] Sulpitius Severus in epiſtola ad Claudiam ſororem: *Quantam in cæleſtibus beatitudinem virginitas ſancta poſſideat, præter ſcripturarum teſtimonia, eccleſia etiam conſuetudine edocemur, qua dicimus peculiare illi ſubſiſtere meritum cujus eſt ſpecialis conſecratio*. Hæc epiſtola edita antea fuerat inter opera Hieronymi. Immo in codice 1128. bibliothecæ Colbertinæ inſerta eſt epiſtolæ ad Euſtochium de virginitate ſervanda. In concilio vero Aquiſgranenſi anni 816. lib. 2. cap. 6. dicitur eſſe ſancti Athanaſii, itemque in appendice codicis regularum editi ab Holſtenio.

5 *Numerat*] Ego præfero eam lectionem pro eo quod antea legebatur *numerantur*. Eam porro reſtitutionem confirmant quindecim libri veteres; eamque confirmari poſſe puto etiam auctoritate duorum Anglicanorum, in quibus ſcriptum eſt *numerant*. Quo etiam modo legi in quibuſdam noſtris.

6 *Cuſtodita fidei terore*] Ita ſex libri veteres. Alii quatuor habent *cuſtodita fidei tenore viguiſtis*. Sic etiam ſeptem Anglicani. Alii tres, *cuſtodita fidei vigorem tenuiſtis*. Vide Pamelium.

7 *Dominica mandata*] Duo libri veteres habent *divina*, eodem ſenſu.

8 *Exhib. virtutis*] Codex ſancti Arnulphi *virtutibus*.

9 *Glorioſa primordia*] Antea legebatur *religioſa*. Sic etiam habet codex ſancti Arnulphi. Lectio quam ego ſubſtitui melius mihi convenire videtur cum ſtilo & cum ſententia ſancti martyris. Inveni autem illam in quinque antiquis exemplaribus.

10 *Metallur. natura converſa*] Rufinus lib. 11. cap. 6. *Per idem tempus eccleſia, velut perſecutionis igne conflante, purior auri metalla refulgebat*.

11 *Dicatis Deo hominib.*] Hunc locum illuſtrant ea quæ in ſimili argumento notavit Cotelerius in epiſtolam ſancti Ignatii ad Epheſios.

12 *Pedes copulant*] Seneca cap. 11. de tranquillitate animi, *vinctas ad ſodalitium manus copulatas intercidit*.

13 *Traverſarus*] Ita editio Morellii & duodecim libri veteres. Alii quinque & editio Manutii habent *tranſverſariis*. Vide gloſſarium Latinum Cangii.

14 *Semitonſi capitis*] Infra epiſt. 78. *Semitonſis capitis capillaturam adæquaſti*. Annotat vir doctiſſimus Joannes Morinus in exercitatione 15. de tonſura clericali cap. 5. §. 9. tonderi & radi ignominioſum ſervitutiſque inſigne fuiſſe. id quod probat pluribus exemplis. Honorius & Theodoſius AA. l. 4. Codicis Theodoſiani *De habitu quo uti oportet intra urbem* ajunt: *Majores crines, indumenta pellium etiam in ſervis, inter urbem ſacratiſſimam præcipimus inhiberi*. Vide concilium Epaonenſe can. 39. Romani enim toſa barba & capite incedere ſolebant, ut annotavit Baronius in tomo primo annalium eccleſiaſticorum.

15 *Sacrificia divina*] In codice Flori, *ſacrificia*. *Vos divina celebratis*. In codice vero Lamonii, *ſacrificandi officia divina*.

16 *Placentem Deo*] Codex Veronenſis addit, *rationabile miniſterium veſtrum*.

17 *Gaudebundus*] Ita veteres libri & editiones. Alii habent *gaudibundus*, quod idem eſt. Apulejus lib. 8. metamorphoſeon, *ſoboli novorum maritorum gaudibundus*. In libro de paſſione Maximiani & Iſaac martyrum Donatiſtarum, qui editus eſt a doctiſſimo viro Ludovico Ellies Du-Pin, legitur: *Hoc illi miraculum gaudebundus cunctis præſentibus demonſtravit*. Ex eo fonte orta ſunt plurima ſimilia vocabula, ut *nudabundus* in epiſtola Cypriani ad Donatum, *cruciabundus* in epiſtola 15. ad Cornelium. *turbinabundus* & *lurchabundus* apud Quintilianum, apud Svetonium *ludibundus*, *gratulabundus*, *oſculabundus*, apud Senecam *reptabundus*, apud A. Gellium *amorabundus*, *ſtomachabundus*, & *errabundus*, Apud Apulejum *bacchabundus*. *murmurabundus*, *imaginabundus*. *munerabundus*. Abundat autem hic auctor ſimilibus vocabulis, quæ neceſſe non eſt commemorare. Apud Q. Curtium *bacchabundus*. Apud Nonium Marcellum *vitabundus*.

18 *Conſtitutos*] Tres libri veteres exegerunt ut adderemus hoc vocabulum. Sed tamen puto non eſſe neceſſarium.

19 *Gemina*] Ita veteres editiones, quatuordecim libri noſtri, & ſeptem Anglicani. Alia lectio, quæ habet *geminata*, quam Eraſmus invexit, Manutius & Morellius retinuerunt, exſtat in quinque codicibus antiquis.

20 *In pueris quoque*] Infra epiſt. 81. *Pueros etiam vobis glorioſa confeſſione ſociavit divina dignatio*. Multa virtutis ac fidei puerorum exempla nobis ſubminiſtrat antiquitas. Ex multis quæ proferri poſſent offeram tantum nonnulla illuſtriora. Apud Euſebium videmus Ponticum quindecim annorum puerum martyrio affectum cum Blandina martyre Lugdunenſi, & Dioſcorum quindecim quoque annorum puerum ſub Decio multa paſſum apud Alexandriam pro nomine Chriſti. Prudentius in carmine de ſancto Romano martyre Antiocheno celebrat incredibilem fere conſtantiam pueri adhuc lactentis. In actis martyrum Donatiſtarum editis in libro ſecundo miſcellaneorum noſtrorum pag. 70. cap. 15. mentio eſt Hilariani parvuli fortiter paſſi pro nomine Chriſti. Victor Vitenſis commemorat filium cujuſdam nobilis Carthaginenſis annorum circiter ſeptem poſt multos cruciatus demerſum in gurgite. In paſſione vero beatiſſimorum martyrum qui VI. Nonas Julii paſſi ſunt apud Carthaginem ſub Hunerico rege Vandalorum nominatur infantulus nomine Maximus cum illis excruciatus & exſtinctus. Sufficiunt hæc exempla.

21 *Exſultantia*] Quinque libri veteres præferunt *exſultatio*.

22 *De judicio Dei*] Quamvis hanc lectionem non invenerim niſi in tribus libris veteribus, non dubito tamen quin ſit melior quam ea quæ habet *de judicii die*. Et tamen illa exſtat in pluribus antiquis codicibus. Quod ideo annoto ut ſi quis illam præferat, ſciat ſe poſſe facere cum auctoritate.

23 *In metallis*] Ita veteres editiones & XXVII. libri veteres. Rufinus lib. 7. cap. 7. *in metalla deſtinatos*. & lib. 4. cap. 23. *per metalla fratribus relegatis*. Manutius poſuit *in metallo*.

EPISTOLA LXXVIII.

Nemeſiani, Dativi, Felicis, & Victoris reſponſum ad Cyprianum.

CYPRIANO fratri Nemeſianus, Dativus, A
Felix, & Victor in Domino æternam ſalutem. Semper magnis ſenſibus pro temporis conditione litteris tuis locutus es, Cypriane dilectiſſime; quibus aſſidue lectis & pravi corriguntur & bonæ fidei homines corroborantur. Dum enim non deſinis tractatibus tuis ſacramenta occulta nudare, ſic nos in fide facis creſcere & de ſæculo homines ad credulitatem accedere. Nam quæcumque bona in multis libris tuis intuliſti, neſcius ipſum te nobis deſignaſti. Es enim omnibus hominibus in tractatu major, in ſermone facundior, in conſilio ſapientior, in patientia ſimplicior, in operibus largior, in abſtinentia ſanctior, in obſequio humilior, & in actu bono innocentior. Scis & ipſe, cariſſime, noſtrum optabile votum eſſe quod te videamus doctorem & amatorem

noſtrum

Digitized by Google

noſtrum ad coronam magnæ confeſſionis per-
veniſſe. Nam quaſi boous & verus doctor quid
nos diſcipuli ſecuti apud præſidem dicere debe-
remus prior apud acta proconſulis pronuntia-
ſti, & tuba canens Dei milites cæleſtibus ar-
mis inſtructos ad congreſſionis prœlium excita-
ſti, & in acie prima pugnans ſpiritali gladio
diabolum ioterfeciſti, agmina qnoque fratrum
hinc & inde verbis tuis compoſuiſti, ut inſi-
diæ inimico undique tenderentur, & [2] cadave-
ris ipſius publici hoſtis nervi conciſi calcaren-
tur. Crede nobis, cariſſime, quoniam non eſt
a centeſimo præmio minor tua innocens ani-
ma; quæ nec ſæculi primos impetus timuit,
nec ire in exſilium recuſavit, oec relinquere
civitatem dubitavit, nec in deſerto loco com-
morari horruit, & quoniam multis documen-
tum confeſſionis dedit, ipſa martyrium prior
duxit. Alios enim ad martyria facienda exem-
plo ſuo provocavit; & non tantum martyrum
de ſæculo jam excedentium ſocia eſſe cœpit,
ſed & cum futuris cæleſtem amicitiam copula-

A vit. Aguot ergo tibi nobiſcum damnati maxi-
mas apud Deum gratias, Cypriane dilectiſſi-
me, quod litteris tuis laboraotia pectora re-
creaſti, fuſtibus vuloerata membra curaſti,
compedibus pedes ligatos reſolviſti, ſemitonſis
capitis capillaturam adæquaſti, tenebras carce-
ris illuminaſti, montes metalli in planum de-
duxiſti, oaribus etiam fragrantes flores impo-
ſuiſti, & tetrum odorem fumi excluſiſti. Fe-
B cit autem & proſecutum miniſtetium tuum &
Quirini dilectiſſimi noſtri quod [3] per Heren-
nianum hypodiaconum & Lucianum & Maxi-
mum & Amaotium acolythos diſtribuendum
miſiſti quæcumque neceſſitatibus corporum de-
fuerant expediri. Simus ergo orationibus no-
ſtris alterutrum adjutores, & rogemus, ſicut
mandaſti, ut Deum & Chriſtum & angelos
in omnibus actibus noſtris habeamus fautores.
C Optamus te, Domine frater, ſemper bene va-
lere & noſtri meminiſſe. Saluta omnes qui te-
cum ſunt. Omnes ooſtri qui nobiſcum ſunt te
amant & ſalutant & videre deſideraot.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXVIII.

1 ET *amatorem*] Iſta duo vocabula non habentur in editione Manutii, qui primus hanc epiſtolam edidit. Deſunt etiam in codice Moyſſiacenſi, in Fuxenſi, & in Lamoniano. Exſtant autem in pluribus aliis antiquis, etiam in Veronenſi, & in editione Morelliana. Emendabo autem, data occaſione, locum valde mendoſum in epiſtola 35. Aviti epiſcopi Viennenſis, qui ſic habet: *Nam per majorem domus Tullii, qui amorem tuum Dominum meum Sigiſmundum a patre tuo &c.* Multum torſit hic locus virum præſtantiſſimum Jacobum Sirmondum. Neque id hercle injuria. At ſi Sirmondus vidiſſet veterem librum Petri Marnæſii ſenatoris Gratianopolitani, nullum in explicatione hujus loci laborem habuiſſet. Sic enim ſcriptum eſt in libro illo veteri: *Nam per majorem domus tuæ, qui damnatorem dominum meum Sigiſmundum a patre tuo &c.* Ubi tamen reponendum eſt *amatorem* pro *damnatorem*. Similis emendatio fortaſſis adhibenda eſt epiſtolæ XI. Nicolai Papæ I. in qua legitur, *apparet te minus ſaluti communi quam forti privatæ intendere*. Nam in veteri codice MS. monaſterii Sancti Remigii Remenſis ſcriptum eſt *quam amori privato*.

2 *Cadaveris*] Duo libri veteres habent *cadavera ipſius publici hoſtis & nervi conciſi calcarentur*. Sic etiam tres Anglicani. Ita quoque habuiſſe Veronenſem omnium antiquiſſimum mihi compertum eſt. His auctoritatibus fultus conſtitui veram lectionem. Nam præterea certum eſt non eſſe plura cadavera in uno hoſte.

3 *Per Herennianum*] Codex Remenſis ſancti Dionyſii, *per Felicem Herennianum hypodiaconum & Lucianum & Maximum & Auguſtum & Amandum preſbyterum diſtribuendam &c.* Sic etiam ferme in duobus Anglicanis. Hunc Herennianum Baronius putat illum eſſe per quem Cyprianus, cum eſſet exſul, pecuniarum ſubſidia miſit ad confeſſores ad metalla damnatos.

---

[1] EPISTOLA LXXIX.

Ad eumdem Lucii & ceterorum martyrum reſponſum.

CYPRIANO fratri & collegæ Lucius & qui
mecum ſunt fratres omnes in Domino ſa-
lutem. Exſultantibus nobis & lætantibus in Deo
quod nos ad congreſſiooem armaverit & in prœ-
lio victores ſua dignatione fecerit, ſupervene-
runt litteræ tuæ, frater cariſſime, quas per
Herennianum hypodiaconum & Lucianum &
Maximum & Amantium acolythos miſiſti oo-
bis; quibus lectis recepimus in vinculis laxa-
mentum, in preſſura ſolatium, & io neceſſi-
tate præſidium, & excitati ſumus & robuſtius
animati ad ſi quid amplius fuerit pœnarum.
Nam ante paſſionem a te ſumus ad gloriam
provocati, qui prior nobis ducatum ad confeſ-
ſionem nomiois Chriſti præbuiſti. Nos vero
ſecuti veſtigia confeſſionis tuæ [2] parem gratiam
tecum ſperamus. Nam qui prior eſt in curſu
prior eſt & ad præminm; & qui prior occu-
paſti, de quo cœpiſti, inde hoc nobis com-
municaſti, demonſtraos ſcilicet individuam ca-
ritatem qua ſemper oos dilexiſti; ut quibus
unus fuit ſpiritus in conjunctione pacis, eſſet
precum tuarum gratia & una corona confeſ-

D ſionis. Acceſſit autem tibi, frater cariſſime,
ad confeſſionis coronam retributio operum,
abundant menſura quam accipies a Domino in
die remunerationis, qui & te nobis litteris tuis
repræſentaſti, ut pectus illud tuum candidum
& beatum, quod ſemper novimus, manifeſta-
res & ſecundum latitudioem ejus nobiſcum lau-
des Deo diceres, oon quantum nos meremur
audire, ſed quantum tu potes dicere. Tuis
eoim vocibus & quæ minus io nobis ioſtructa
E erant exornaſti & confirmaſti ad ſuſtentatio-
oem earumdem paſſionum [3] quas patimur ſe-
curi de præmio cæleſti & de corona martyrii
& de regno Dei ex prophetia quam litteris
tuis ſpiritu ſancto plenus ſpopondiſti. Hoc to-
tum fiet, dilectiſſime, ſi oos orationibus tuis
in mente habueris, quod te facere coofido,
ſicut & nos utique facimus. Accepimus itaque,
frater deſiderantiſſime, id quod a Quirino &
F a te ipſo miſiſti ſacrificium ex omoi opere
muodo. Sicut & Noe obtulit Deo, & dele- *Gen. 5.*
ctatus eſt Deus in odorem ſuavitatis, & re-
ſpexit in ſacrificinm ejus, ita & in veſtrum re-
ſpiciat

ſpiciat & delectetur reddere vobis hujus tam boni operis mercedem. Peto antem ut litteras quas ad Quirinum fecimus transmitti præci-
A pias. Opto te, frater cariſſime ac deſiderantiſſime, ſemper beoe valere & noſtri meminiſſe. Saluta omnes qui tecum ſunt. Vale.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXIX.

1 Difficile eſt certo definire an hæc epiſtola Cypriani ſit, an vero Lucii, quamvis videatur eſſe Cypriani potius quam Lucii. In tribus enim antiquis codicibus dicitur ſcripta a Cypriano ad Lucium & qui cum eo ſunt, in aliis vero Lucii ad Cyprianum. Duo autem tribuunt Lucio epiſcopo Romano. Exiſtimat tamen Pamelius hunc Lucium eſſe diverſum ab eo qui fuit epiſcopus Romanus. Ea vero Pamelii opinio hinc confirmari poſſe videtur quod ſi epiſtola iſta eſt Cypriani, cum miſſa ſit per eoſdem qui attulerant eam quæ ſcripta eſt ad Nemeſianum, miſſa videtur in Africam ad quemdam Lucium. Certe in epiſtola 77. Cypriani ad martyres in metallo conſtitutos Lucius nominatur inter epiſcopos Afros ad quos ea ſcripta eſt.

2 *Parem gratiam*] Duo libri veteres habent *parem gloriam*.

3 *Quas patimur*] Codex Veronenſis, octo libri noſtri, & duo Anglicani præferunt uti nos edidimus. Antea legebatur *quas patienter ferimus*. Sed eam lectionem ego puto ortam eſſe ex prurigine corrigendi.

[1] EPISTOLA LXXX.

Felicis, Jaderis, Poliani, & ceterorum martyrum reſponſum ad Cyprianum.

CYPRIANO cariſſimo & dilectiſſimo Felix, Jader, Polianus, una cum presbyteris & omnibus oobiſcum commorantibus apud metallum [2] Sigueoſe æteroam in Domino ſalutem. Reſalutamus te, frater cariſſime, per Herenniaoum hypodiaconum, Luciaoum, & Maximum fratres noſtros fortes & incolumes adjuvantibus orationibus tuis; a quibus accepimus oblationis nomine oon minimam quantitatem una cum litteris tuis [3] quas ſcripſiſti, in quibus dignatus es de verbis cæleſtibus nos [4] tamquam
B filios coofortare. Et Deo patri omnipoteoti per Chriſtum ejus gratias egimus & agimus quod ſic confortati & corroborati ſumus per tuam adlocutionem, petentes de animi tui candore ut nos adſiduis orationibus tuis in mente habere digoeris, ut confeſſionem veſtram & noſtram, quam Domious in oobis conferre dignatus eſt, ſuppleat. Saluta omnes qui tecum commorantur. Optamus te, frater cariſſime, in Deo ſemper be-
C ne valere. [5] Felix ſcripſi. Jader ſubſcripſi. Polianus legi. Dominum meum Eutychiaoum ſaluto.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXX.

1 Hujus epiſtolæ prima editio facta eſt in officina typographica Manutii. Ea autem editio Victorium Herenniano præponit. Sed nomen Victorii non comparet in ullo veterum codicum eum quibus ego contuli opera ſancti Cypriani neque in editionibus quæ poſtea ſecutæ ſunt, una excepta Rigaltiana & ea quam procuravit Reinhartus.

2 *Siguenſe*] Ita libri duo veteres. Alii ſex habent *Singuenſe*, Manutius *Sibuenſe*. Vir clariſſimus Domnus Bernardus a Montefalcone in tomo ſecundo novæ ſuæ collectionis patrum Græcorum edidit Coſmæ Indicopleuſtæ librum de chriſtianorum opinione de mundo, ubi lib. 2. pag. 142. Coſmas loquens de veteri tabula Ptolemæi Evergetæ commemorat illum in Ægyptum profectum ſubegiſſe Agamen & Siguen. Unde fortaſſis colligi poſſet confeſſores fuiſſe projectos in ſolitudines Ægypti. At Baronius anno 260. putat intelligendum eſſe de metallo Sigenſi in Mauritania Tingitana. Quod fortaſſe melius eſt.

3 *Quas ſcripſiſti*] Quinque libri veteres, quinque item Anglicani, & editiones Manutii & Morellii habent *quas miſiſti*, eodem ſenſu.

4 *Tamquam filios*] Tres libri veteres addunt *tuos*.

5 *Felix ſcripſi*] Illud additum eſt ex editione Anglicana. Non inveni enim in aliis editionibus neque in libris noſtris. Itaque ſi vera eſt lectio, uti eam puto veram, epiſtolam ſcripſit hic Felix qui priore loco nominatur inter epiſcopos a quibus epiſtola ſcripta eſt. Jader, qui ſecundo loco nominatur, ſubſcipſit, Polianus, qui tertio, legit.

EPISTOLA LXXXI.

Cypriani ad Sergium & Rogatianum & ceteros confeſſores in carcere conſtitutos.

CYPRIANUS [1] Sergio & Rogatiano & ceteris confeſſoribus in Domino perpetuam ſalutem. Saluto vos, fratres cariſſimi ac beatiſſimi, optans ipſe quoque conſpectu veſtro frui, ſi me ad vos pervenire loci cooditio permitteret. Quid eoim mihi optatius & lætius poſſet accidere quam ounc vobis inhærere, ut [2] complecteremini me maoibus illis quæ puræ & innocentes & dominicam fidem ſervantes ſacrilega obſequia reſpueruot? Quid jucundius & ſublimius quam oſculari nunc ora veſtra,
D quæ glorioſa voce [3] Dominum confeſſa ſunt, conſpici etiam præſentem ab oculis veſtris, qui, deſpecto ſæculo, conſpiciendo Deo digni exſtiterunt? Sed quoniam huic lætitiæ intereſſe facultas non datur, has pro me ad aures & ad oculos veſtros vicarias litteras mitto, quibus gratulor pariter & exhortor ut in confeſſione cæleſtis gloriæ fortes & ſtabiles perſeveretis, & ingreſſi viam domioicæ dignationis,
E ad accipiendam coronam ſpiritali virtute pergatis, habeotes Dominum protectorem & ducem,

Matt. 28. cem, qui dixit : *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus*
diebus uſque ad conſummationem mundi . [4] O bea-
tum carcerem quem illuſtravit veſtra præſen-
tia . O beatum carcerem qui homines [5] Dei
mittit ad cælum . O tenebras lucidiores ſole i-
pſo & luce hac mundi clariores , ubi modo
conſtituta ſunt Dei templa & ſanctificanda di-
vinis confeſſionibus membra veſtra . Nec quid-
quam nunc verſetur in cordibus & mentibus
veſtris quam divina præcepta & mandata cæle-
ſtia , quibus vos ad [6] tolerantiam paſſionis ſpi-
ritus ſanctus ſemper animavit . Nemo mortem
cogitet , ſed immortalitatem , nec temporariam
pœnam , ſed gloriam ſempiternam , cum ſcri-
Pſ. 115. ptum ſit : *Pretioſa eſt in conſpectu Domini mors*
Pſal. 50. *juſtorum ejus* . Et iterum : *Sacrificium Deo ſpi-*
ritus contribulatus , cor contritum & humiliatum
Deus non deſpicit . Et iterum ubi loquitur ſcri-
ptura divina de tormentis quæ martyres Dei
conſecrant & in ipſa paſſionis probatione ſan-
Sap. 3. ctificant : *Et ſi coram hominibus tormenta paſſi*
ſunt , ſpes eorum immortalitate plena eſt . Et in
paucis vexati , in multis bene diſponentur , quo-
niam Deus tentavit illos , & invenit illos dignos
ſe . Tamquam aurum in fornace probavit illos ,
& quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos , & in
tempore erit reſpectus illorum . [7] *Fulgebunt juſti ,*
& tamquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent . Ju-
dicabunt nationes & dominabuntur populis , & re-
gnabit eorum dominus in pepetuum . Quando ergo
judicaturos vos & regnaturos cum Chriſto Do-
mino cogitatis , exſultetis neceſſe eſt & futuro-
rum gaudio præſentia ſupplicia calcetis , ſcien-
tes ab initio mundi ſic inſtitutum ut laboret
iſtic in ſæculari conflictatione juſtitia , quando
Gen. 4. in origine ſtatim prima Abel juſtus occiditur ,
& exinde juſti quique & prophetæ & apoſtoli
miſſi . Quibus omnibus Dominus quoque in ſe
ipſo conſtituit exemplum , docens ad ſuum re-
gnum non niſi eos qui ſe per viam ſuam ſecu-
Joan. 12. ti ſint pervenire dicens : *Qui amat animam*
ſuam in iſto ſæculo , perdet illam . Et qui odit
animam ſuam in iſto ſæculo , in vitam æternam
Matt. 10 *conſervabit illam* . Et iterum : *Nolite timere eos*
qui occidunt corpus , animam vero non poſſunt oc-
cidere . Magis autem metuite eum qui poteſt &
animam & corpus occidere [8] *in gehennam* . Paulus
etiam nos adhortatur ut qui ad Domini pro-
miſſa venire cupimus , imitari Dominum in
Rom. 8. omnibus debeamus . *Sumus* , inquit , *filii Dei .*
Si autem filii , & heredes , heredes quidem Dei ,
coheredes autem Chriſti , ſiquidem compatiamur ut
& commagnificemur . Addidit etiam comparatio-
nem præſentis temporis & futuræ claritatis di-
cens : *Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis*
ad ſuperventuram [9] *claritatem quæ revelabitur in*
nobis . Cujus claritatis gloriam cogitantes , preſ-
ſuras omnes & perſecutiones tolerare nos con-
venit ; quia etſi ſunt multæ preſſuræ juſtorum ,

A ex omnibus tamen liberantur qui in Deum fi-
dunt . Beatas etiam feminas quæ vobiſcum ſunt
in eadem confeſſionis gloria conſtitutæ , quæ
dominicam fidem tenentes & [10] ſexu ſuo for-
tiores non ſolum ipſæ ad gloriæ coronam pro-
ximæ ſunt , ſed & ceteris quoque feminis e-
xemplum de ſua conſtantia præbuerunt . Ac
ne quid deeſſet ad gloriam numeri veſtri , ut
omnis vobiſcum & ſexus & ætas eſſet in hono-
re , pueros etiam vobis glorioſa confeſſione ſo-
ciavit divina dignatio , repræſentans nobis tale
B aliquid quale Ananias , Azarias , & Miſahel il- Dan. 3.
luſtres pueri aliquando fecerunt ; quibus inclu-
ſis in caminum ceſſerunt ignes & [11] refrigerium
flammæ dederunt , præſente cum illis Domino
& probante quod in confeſſores & martyres
ejus nihil poſſet gehennæ ardor operari , ſed
quod qui in Deum crederent , incolumes ſem-
per & tuti in omnibus perſeverarent . Et con-
ſideretis diligentius peto pro veſtra religione
quæ apud pueros fides fuerit , quæ promereri
Dominum plenius potuit . Ad omnia enim pa-
C rati , ſicut omnes eſſe debemus , ajunt regi :
Nabuchodonoſor rex , non opus eſt nobis [12] *de hoc*
verbo reſpondere tibi . Eſt enim Deus , cui nos
ſervimus , potens eripere nos de camino ignis ar-
dentis , & de manibus tuis , rex , liberabit nos .
Et ſi non , notum tibi ſit quoniam diis tuis non
ſervimus & imaginem auream quam ſtatuiſti non
adoramus . Cum ſe crederent & pro fide ſua
ſcirent poſſe etiam de præſenti ſupplicio libe-
rari , jactare hoc tamen & vindicare ſibi no-
luerunt dicentes , *Et ſi non* , ne minor eſſet
D confeſſionis virtus ſine teſtimonio paſſionis .
Addiderunt poſſe omnia Deum facere , ſed
tamen non in hoc fidere ut liberari in præ-
ſentia vellent , ſed illam libertatis & ſecurita-
tis æternæ gloriam cogitarent . Quam fidem
vos quoque retinentes & die ac nocte medi-
tantes toto corde ad Deum prompti , contem-
ptu præſentium futura tantummodo [13] cogita-
tis , ut ad fructum regni æterni & ad com-
plexum & oſculum Domini & conſpectum ve-
nire poſſitis , ut ſequamini in omnibus Roga-
E tianum presbyterum glorioſum ſenem viam vo-
bis ad gloriam temporis noſtri religioſa virtu-
te & divina dignatione facientem , qui cum
Feliciſſimo fratre noſtro quieto ſemper & ſo-
brio excipiens ferocientis populi impetum , pri-
mum hoſpitium vobis in carcere præparavit ,
& [14] metator quodam modo veſter , nunc quo-
que vos [15] antecedit . Quod ut conſummetur
in vobis aſſiduis orationibus Dominum depre-
camur , ut initiis ad ſumma pergentibus , quos
confiteri fecit , faciat & coronari . Opto vos ,
F fratres cariſſimi ac beatiſſimi , in Domino ſem-
per bene valere & ad coronam cæleſtis gloriæ
pervenire . [16] Victor diaconus & qui mecum
ſunt vos ſalutant .

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXXI.

a SErgio] Ita edidit Pamelius & alii poſt eum ; eam-que lectionem exhibent tria vetera exemplaria. Alia habent *Seagrio* vel *Seugeio*. In Remigiano vetere : *Cyprianus Sergio & Rogatiano & Victori & Feliciſſimo & ceteris confeſſoribus*. Quod autem nonnulli veteres libri & editiones habent *ad Rogatianum juniorem*, id male poſitum eſſe recte cenſuerunt Angli, qui hanc ſuam ſententiam multis rationibus oſtenderunt eſſe veram. Sergii porro nomen non habetur in codice Vaticano 195. neque in Gratianopolitano neque demum in Lamoniano. Non exſtitiſſe etiam in veteri codice optimo liquet ex annotatione Nicolai Fabri poſita in exemplari editionis Pamelianæ, ubi vir doctiſſimus monuit in eo codice legi ſimpliciter *Rogatiano & ceteris confeſſoribus*, uti etiam habetur in codice ſancti Arnulphi.

2 *Complecteremini me*] Hæc eſt vera lectio , quam confirmant omnes fere libri veteres & omnes editiones antiquæ. Pamelius tamen , ea auctoritate inſuperhabita , muta-

mutavit & edidit, *ut complecterer manus illas*, tantum quia ſectionem illam invenerat adjectam ad marginem codicis Aſt.igemenſis. Eam quam nos revocamus præferunt octodecim libri noſtri & decem Anglicani. Pamelio favent duo tantum.

3 *Dominum confeſſa*] Codex Burgundicus, *nomen Domini confeſſu*.

4 *O beatum carcerem*] Tertullianus in libro ad martyras loquens de eorum carcere ait: *Si enim recogitemus ipſum magis mundum carcerem eſſe, exiſſe vos e carcere quam in carcerem introiſſe intelligemus*. Et mox addit de carcere: *Habet tenebras, ſed lumen eſtis ipſi. Habet vincula, ſed vos Deo ſoluti eſtis*. Arator lib. 2. actuum apoſtolicorum:

O felix de clade locus, cui clara refulgent
Lumina pro tenebris.

5 *Dei mittit*] Duo libri veteres, *homines dimittit ad cælum*. Vetus Remigianus, *homines Dei dimittit ad cælum*.

6 *Tolerantium*] Illuſtrat hunc locum Holſtenius in notis ad paſſionem ſanctarum Perpetuæ & Felicitatis, ubi auctor ponit ſufferentiam pro eo quod Cyprianus dixit tolerantiam. Vox eſt Africana; quæ reperitur etiam in actis martyrum Donatiſtarum in libro ſecundo miſcellaneorum noſtrorum pag. 60. & ſequentibus. Vide gloſſarium Latinum Cangii.

7 *Fulgebant.... diſcurrent*] Hæc deſunt in undecim codicibus manuſcriptis & in editione Manutii. Deerant etiam in capite 12. epiſtolæ ad Fortunatum de exhortatione martyrii. Nos repoſuimus.

8 *In gehennam*] Reliqua iſtius epiſtolæ deſunt in codice ſancti Arnulphi, & in eorum quæ deſunt loco ſubſtituta eſt conſequenter magna pars epiſtolæ ad Antonianum, incipiendo ab his verbis *exomologeſis apud inferos non eſt &c.* uſque ad finem epiſtolæ ad Antonianum, & in calce ſcriptum eſt: *Ad Antonianum de Cornelio & Novatiano explicit*. Sic etiam in Thuano. Porro epiſtolæ ad Antonianum prima pars deſideratur in utroque codice, & incipit uterque ab his verbis *exomologeſis apud inferos non eſt &c.*

9 *Claritatem*] Codex Fuxenſis, *gloriæ coronam*.

10 *Sexu ſuo fortiores*] Infra in libro de habitu virginum, *fortior feminu viris torquentibus invenitur*. Lactantius lib. 5. cap. 13. *Ecce ſexus infirmus & fragilis ætas dilacerari & toto corpore urique perpetitur*. Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis: *Beata martyr Agnes & ætatem vicit & tyrannum & titulum caſtitatis martyrio conſecravit*. Idem in epiſtola de muliere ſepties icta: *Mulier ſexu infirmior, virtute fortior*. Euſebius lib. 6. cap. 41. refert hiſtoriam ſanctæ Apolloniæ, Rufinus eam quoque referens lib. 6. cap. 31. cum dixiſſet illam ſponte proſiliiſſe in ignem quem perſecutores minabantur, addit, *ita ut perterrerentur etiam ipſi crudelitatis auctores quod promptior inventa eſt ad mortem femina quam perſecutor ad pœnam*. Vide etiam hiſtoriam Blandinæ martyris apud eumdem Euſebium. Florus lib. 2. cap. 15. meminit cujuſdam feminæ Carthaginenſis quæ in excidio urbis Carthaginenſis a culmine ſe domus in medium miſit incendium eo tempore quo ſe quadraginta millia virorum dediderunt duce Aſdrubale. Ait ergo Florus: *quanto fortius femina*. Ælius Spartianus de Zenobia oxore Odenati ait, *quæ multorum ſententia fortior marito fuiſſe perhibetur*. Statius lib. 9. Thebaidos: *Ipſa nihil metuens, ſexuſque oblita minoris*.

11 *Refrigerium*] Ita veteres editiones & quatuor libri veteres. Manutius edidit *refrigerii locum*. Quo etiam modo legitur in undecim codicibus & in editione Morellii.

12 *De hoc verbo*] Codex Pithœanus, *de hoc ſermone*. Et tamen Cyprianus epiſt. 55. ad Thibaritanos, in capite undecimo epiſtolæ ad Fortunatum de exhortatione martyrii, & lib. 3. teſtimoniorum cap. 10. ſemper ponit *de hoc verbo*. Itaque mutandum iſtic non fuit. Vide annotationes Eraſmi ad caput primum evangelii ſecundum Joannem.

13 *Cogitatis*] Hunc locum nos emendavimus ex fide duorum veterum exemplarium.

14 *Metator veſter*] Vocabulum hoc, quod diverſas habet ſignificationes, ortum eſt ex agricolarum arte. Sic enim vocantur qui arbores in ſeminario vel arbuſto diſponunt & ordine quodam digerunt, origine ducta a meta, id eſt agrorum termino ſeu linea a qua incipit menſura ad diſponendas arbores. Iſtic accipitur de eo qui præcedens milites caſtra locat, hoſpitia præparat. Vegetius lib. 2. cap. 7. *Metatores, qui præcedentes locum eligunt caſtris*. Nonius Marcellus: *Metari, parare. Unde & metatores*. Præfatio Celſi in altercationem Jaſonis & Papiſci: *Frequentatur ubique aut manifeſtat prophetatio cunctorum qui functo ſpiritu præmonente adventus Domini metatores eſſe ſoliti ſunt*. Victor Vitenſis lib. 5. cap. 12. *vel ſuperare poſſet aqua mendax tanta voluntatis propoſitum, quod jam homo Dei metantibus lacrimis miſerat legutum in cœlum*. Iidem vocantur menſores in titulo Codicis Theodoſiani de metatis. Lucianus in epiſtola ad Celerinum vocat Decium metatorem antichriſti. Quem locum male Rigaltius tranſtulit ad artem agricolarum, tamquam ſi Lucianus ita ſcribens reſpexiſſet ad lineam ſive funiculum metatoris arbores ſuas diſponentis.

15 *Antecedit*] Certum eſt metatores vocatos fuiſſe anteceſſores, quia antecedunt milites ut eis hoſpitia præparent. Itaque caſtrenſi vocabulo uſus eſt ſanctus Cyprianus. Vide Vegetium.

16 *Victor diaconus*] Hæc addita ſunt ex vetuſto codice Remigiano.

[1] EPISTOLA LXXXII.

Ad Succeſſum de nuntiis Roma reverſis perſecutionem nuntiantibus.

CYPRIANUS [2] Succeſſo fratri ſalutem. Ut non vobis in continenti ſcriberem, frater cariſſime, [3] illa res fecit quod univerſi [4] clerici [5] ſub ictu agonis conſtituti recedere iſtinc omnino non poterant, [6] parati omnes pro animi ſui devotione ad divinam & cæleſtem gloriam. Sciatis autem eos veniſſe quos ad Urbem propter hoc miſeram, ut quomodocumque de nobis reſcriptum fuiſſet, exploratam ſibi veritatem ad nos perferrent. Multa enim varia & incerta opinionibus ventilantur. Quæ autem ſunt in vero ita ſe habent. Reſcripſiſſe [7] Valerianum ad ſenatum ut epiſcopi & presbyteri & diacones in continenti animadvertantur, ſenatores vero & egregii viri & equites Romani, dignitate amiſſa, etiam bonis ſpolientur, & ſi ademptis facultatibus chriſtiani eſſe perſeveraverint, capite quoque [8] multentur, matronæ A vero ademptis bonis in exſilium relegentur, Cæſariani autem quicumque vel prius confeſſi fuerant vel nunc confeſſi fuerint confiſcentur & vincti in Cæſarianas poſſeſſiones deſcripti mittantur. Subjecit etiam Valerianus Imperator orationi ſuæ exemplum litterarum quas ad præſides provinciarum de nobis fecit: quas litteras quotidie ſperamus venire, ſtantes ſecundum fidei firmitatem ad paſſionis tolerantiam, & exſpectantes de ope & indulgentia Domini vitæ æternæ coronam. [9] Xiſtum autem in cœmiterio animadverſum ſciatis [10] octavo iduum B Auguſtarum die, & cum eo [11] diacones quatuor. Sed & huic perſecutioni quotidie inſiſtunt præfecti in Urbe; ut ſi qui ſibi oblati fuerint animadvertantur, & bona eorum fiſco vindicentur. Hæc peto per vos & ceteris collegis noſtris innoteſcant, ut ubique hortatu eorum

rum poſſit fraternitas corroborati & ad agonem ſpiritalem præparari, ut ſinguli ex noſtris non magis mortem cogitent quam immortalitatem, & plena fide ac tota virtute Domino dicati A gaudeant magis quam timeant in hac confeſſione; in qua ſciunt Dei & Chriſti milites non perimi, ſed coronari. Opto te, frater cariſſime, ſemper in Domino bene valete.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXXII.

1 HUjus epiſtolæ, cujus prima editio debetur Manutio, habui decem vetera exemplaria. Pamelius habuit duo. Angli nullum habuerunt.

2 *Succeſſo*] epiſcopo ab Abbir Germanielana, qui interfuit concilio Carthaginenſi ſub Cypriano. Martyrio vitam finiſſe docent acta paſſionis ſanctorum Montani, Lucii, & aliorum edita a ſociis Bollandianis & Theoderico Ruinarto.

3 *Illa res fecit*] Sic legendum apud Ruricium lib. 2. epiſt. 14. Apud Cæſarium Arelatenſem in exhortatione ad caritatem, *illa vel maxime res facit*.

4 *Clerici*] per quos mitti conſueverant epiſtolæ eccleſiaſticæ, ut alii animadverterunt & ſatis notum eſt vel ex unico Cypriano. Hieronymus in epitaphio Paulæ: *Miſit tibi per clericum ſuum epiſtolam*.

5 *Sub ictu agonis*] Acta ſanctorum martyrum quæ mox citavimus: *Negavit eſſe in paſſionis ictu dolorem*. Vide quæ dicta ſunt ſupra ad epiſtolam 26. *in ipſo interitu*.

6 *Parati omnes*] editio Morelliana & quinque libri veteres, *parati omnes pro animatione divina & cæleſti corona*.

7 *Valerianum*] Vide notas noſtras ad caput quintum Lactantii de mortibus perſecutorum.

8 *Multentur*] Tres libri veteres habent *puniantur*, duo *plectantur*.

9 *Xiſtum*] Pontius diaconus in vita ſancti Cypriani: *Jam de Xiſto bono & pacifico ſacerdote ac propterea beatiſſimo martyre ab Urbe nuntius venerat*. Vide annales Cyprianicos & diſſertationem undecimam Cyprianicam Dodvvelli. Hieronymus in epiſtola ad Cteſiphontem adverſus Pelagianos: *Evagrius Ponticus confudit Xiſtum Pythagoreum cum Sixto martyre & epiſcopo Romanæ eccleſiæ*.

10 *Octavo iduum*] Quinque libri veteres præferunt *quinto*. Sed in martyrologiis ſcriptum eſt *octavo*, in geſtis pontificalibus *ſexto*.

11 *Diacones quatuor*] Scio iſtic legi in quibuſdam veteribus libris & in poſterioribus editionibus *& cum eodem Quartum*. At ego præfero lectionem Manutii & Morellii, & puto veterum librorum lectionem qui habent *Quartum* ortam eſſe ex prava lectione hujus loci Cyprianici. Error autem ortus eſt, ut opinor, ex eo quod in quodam libro veteri ſcriptum erat in compendio *& cum eo d. IIII.* quemadmodum ego quoque vidi ſcriptum IIII. in uno veteri libro. Ex quo ſequentes librarii fecerunt *& cum eodem quartum*. Nam ſunt aliqui libri veteres qui habent tantum *& cum eodem quatuor*, omiſſa voce *diacones*. Certum eſt porro nullam Quarti mentionem alibi reperiri quam apud martyrologos, qui citant epiſtolam Cypriani. Certum quoque eſt Feliciſſimum & Agapitum diaconos decollatos fuiſſe cum Xiſto. Quare puto falſam eſſe animadverſionem Pamelii cenſentis nullo modo defendi poſſe lectionem Manutii & Morellii. Sane iſtic commemorantur quatuor diaconi cum Xiſto paſſi. Et tamen duo tantum cum eo decollati dicuntur in actis ejus. In geſtis vero pontificalibus, quæ citantur etiam in antiquis martyrologiis, ſcriptum eſt ſex cum illo paſſos eſſe. Sed iſta repugnantia nullius eſt momenti. Feliciſſimus & Agapitus mortem obierunt cum Xiſto, reliqui aliquo ex diebus ſequentibus.

EPISTOLA LXXXIII.

Ad clerum & plebem de ſuo ſeceſſu paulo ante paſſionem.

CYPRIANUS presbyteris & diaconibus & B plebi univerſæ ſalutem. Cum perlatum ad nos fuiſſet, fratres cariſſimi, [1] commentarios eſſe miſſos qui me Uticam perducerent, & conſilio cariſſimorum perſuaſum eſſet ut [2] de hortis noſtris interim ſecederemus, juſta interveniente cauſa conſenſi, eo quod congruat epiſcopum in ea civitate in qua eccleſiæ dominicæ præeſt illic Dominum confiteri & plebem univerſam præpoſiti præſentis confeſſione clari- C ficari. Quodcumque enim ſub illo confeſſionis momento confeſſor epiſcopus loquitur aſpirante Deo ore omnium loquitur. Ceterum mutilabitur honor eccleſiæ noſtræ tam glorioſæ, ſi ego epiſcopus alterius eccleſiæ præpoſitus, accepta apud Uticam ſuper confeſſione ſententia, exinde martyr ad Dominum proficiſcar, quandoquidem ego & pro me & pro vobis apud vos confiteri & ibi pati & exinde ad Dominum pro- D ficiſci orationibus continuis deprecer & votis omnibus exoptem & debeam. Exſpectamus ergo hic in ſeceſſu abdito conſtituti adventum proconſulis Carthaginem redeuntis, audituri ab eo quid Imperatores ſuper chriſtianorum laicorum & epiſcoporum nomine mandaverint, & dicturi quod ad horam Dominus dici voluerit. Vos autem, fratres cariſſimi, pro diſciplina quam de mandatis dominicis a me ſemper accepiſtis, & ſecundum quod me tractante ſæpiſſime didiciſtis, quietem & tranquillitatem tenete, nec quiſquam veſtrum aliquem tumultum fratribus moveat, aut ultro ſe gentilibus offerat. Apprehenſus enim & traditus loqui debet. Siquidem in nobis Dominus poſitus illa hora loquatur, qui nos confiteri magis voluit quam profiteri. Quid autem de cetero nos obſervare conveniat antequam in me ſuper confeſſione nominis Dei [3] proconſul ſententiam ferat, inſtruente Domino [4] in commune diſponemus. Incolumes vos, fratres cariſſimi, Dominus noſter in eccleſia ſua permanere faciat & conſervare dignetur. [5] Ita fiat per ſuam miſericordiam.

NOTÆ AD EPISTOLAM LXXXIII.

1 COmmentarios] Manutius, cui prima epiſtolæ iſtius editio debetur, & Morellius poſuerunt *frumentarios*. quam lectionem præfert etiam codex Remenſis ſancti Dionyſii. Omnes alii & duo laudati a Pamelio habent *commentarios*. Iſtam lectionem ſibi magis probari dixit Pamelius, & tamen edidit *frumentarios*. Commentarii ſive commentarienſes, quorum multa mentio in Codice Theodoſiano, ubi vocantur nequiſſimi, ii erant, ut ait Julius Firmicus in libro de inſtitutione matheſeos, quibus damnatorum cura committebatur, vel carcerum cuſtodes, quos nos vocamus geolarios, *geoliers*. Sic enim recte explicantur in actis primi ingreſſus Joannis d'Orleans epiſcopi Aurelianenſis in urbem ſuam anno 1522. *epiſcopatus Aurelianenſis carcerum commentarienſes ſive geolarios*. Iiſdem, ut ait idem Firmicus, publicarum catenarum cura demandabatur; de

quibus vide etiam Ludovicum Cælium Rhodiginum lib. 9. cap. 34. Recte ergo Cyprianus ait miſſos eſſe commentarios qui eum Uticam perducerent. Iidem lictores vocantur in epiſtola Hieronymi de muliere ſepties icta: *Turbatur tali nuntio urbs propinqua, & tota lictorum caterva glomeratur, e quibus medius, ad quem damnatorum cura pertinebat, erumpens &c.* De frumentariis vide notas Andreæ Schotti ad Aurelium Victorem, Henricum Valeſium ad librum 6. cap. 30. hiſt. eccleſ. Euſebii, & gloſſarium Latinum Cangii. Alio ſenſu Jacobus Billius in ſcholiis ad orationem Gregorii Nazianzeni de plaga grandinis frumentarios eos vocat qui iccirco frumentum emunt ut fratres ſuos opprimant.

2 *De hortis noſtris*] Vide quæ de hortis iſtis dicta ſunt ad epiſtolam ſextam.

3 *Proconſ. ſen. ferat*] Quinque libri veteres, *proconſulis ſententia feriat*.

4 *In commune*] Quamquam iſta lectio ſit optima, non diſplicet tamen ea quam codex 2442. bibliothecæ Colbertinæ & Fuxenſis exhibent. Exhibent autem *in comminus*, id eſt cum ſimul erimus, cum in unum convenerimus. Cum autem frequenter obſervaverim codices Veronenſem & Fuxenſem præferre eaſdem lectiones, hæc mea obſervatio fulcitur etiam teſtimonio iſtius loci. Veronenſis enim habebat *comminus*. Quo etiam modo ſcriptum vidi apud Svetonium in vita Cæſaris. Apollonius apud Rufinum lib. 5. hiſt. eccleſ. cap. 18. *aut ſi confidunt, in comminus veniant*.

5 *Ita fiat*] Iſtud addidimus ex libro Fuxenſi.

Tres epiſtolæ quæ ſequuntur inter epiſtolas Cypriani reperiuntur in quibuſdam libris antiquis.

Epiſtola Cornelii Papæ ad Cyprianum.

DILECTIONIS tuæ non delectabilia & A contra fidei regulam ſcripta ſuſcepi, in quibus nauſeas recognovi, & venena ſermonum adverſus catholicam per totum orbem diffuſam eccleſiam horribilibus a te ſuperſeri zizaniis non laudavi. Quæ peto velociter tollas ac prædamnes. Quod prius quidem te facere oportebat quam in mundo letale virus aſperſum ſimplicium & innocentium interficeret mentes. Non ergo dignum eſt rebaptizare. Ergo eradica & extrica, ut diximus, florulentis ſermonibus atque dignis per poſteriorem epiſtolam priora ſcripta, quæ contra catholicam fidem ſervare cenſuerunt genimina viperarum. Non enim decet tantæ urbis antiſtitem excellentiſſimumque doctorem, ut dum potas hæreſis baptiſma prædamnandum, verum baptiſma ſermonibus maculare audias quæ doles contra apoſtolum ſcilicet repugnare dicentem: *Unus Deus, una fides, unum baptiſma*.

Ad plebem Carthaginis.

CYPRIANUS plebi Carthagini conſiſtenti æternam in Domino ſalutem. Gratias quidem agimus Deo patri & Domino Jeſu Chriſto, qui vos adunatos atque in conventicula reſtituit. Propter quam rem memoravimus & ſcriptum beatiſſimorum martyrum atque confeſſorum voluimus ad conſilium noſtrum ſervare. Jubet deſuper majeſtas atque ſpiritus ſanctus, cujus in nobis gratia teſtis eſt ſalutaris. Nam cum tractaret de traditoribus,
Joan. 5. jubet tam in evangelio quam in apoſtolo, tam in pſalmis quam in prophetis & ceteris ſcripturis: *Scrutamini*. Quo ſcrutato a nobis, * inventis ab iis qui ſcripturas ſanctas tradiderunt non mereri eos congredi conſilium noſtrum, id eſt, conſilium habitare. Nemo eſt enim qui hoc conſilium congrediatur non cæleſtem ſpectet. Ac propterea memoravimus ut ii qui taliter ſcripturas tractaverunt ad ſtatum plebis & judicium ab ipſis porrectum, nec aliqua actio ab ipſis promi, ſed nec etiam ad ſtatum ſacrificii neque plebis eſſe proximi; qui utique jam dudum derelicta plebe, nudata altaria, prompta ſacrificia. Merito hæc memorantes cum mœſtitia atque dolore animi profici teſte ad Dominum quod debuimus ſtatuere quam omnes diſceptationes & diſſenſiones & hæreſes & ſcandala hauſerant ne ulterius provorent ſe homines ſeu minus fidei ſeu ſcripturis leves ſint & lectores id ſtatuimus atque ſtatuto noſtro recedi nolumus, ut ſi qui tra- B didit præpoſitus huic plebi mereantur antiſtitem adminiſtrantem altari ac corpore integro. Iis vero juſſimus a quibus & ſacrificium offerri jubemus, merito præceptis iis obtemperari debet, nec aliud fiet quam ſtatim evangelica vox ſincera cata Joannem loquitur: *Nolo*, inquit, *de manibus veſtris ſacrificia, quia non veniſtis ad me cum hoſtia munda*. Qui utique hoſtiam mundam non offert, hoſtia de manibus ejus non aſcendit. Nam iterum legimus: *In principio erat verbum, & verbum erat* Joan. 1. C *apud Deum, & Deus erat verbum*. Qui per verbum finctionem finxerint dare res inhabitabiles apud illos ſeu veras ſcripturas ſanctas ſeu finctas qui dat vocem & qui dat deſideria proxima, qui utique finget tradere ſupplebit traditionem. Merito negantes volumus interim veniam habere confitentes patres. Nam qui dicit ſe ſcripturas non habere, utique paratus fuit & torqueri, quorum exempla habemus. Tertio negaverunt, & ſacramentum non tradiderunt. Hi autem qui nec interrogati obtulerunt inte- D rim uſque ad ſtatum conſilii laici communicabunt. Verumtamen in ſtatum conſilii quod ſcriptura ſancta promoverit ſecundum ſententiam fixam ſanctis & amicis Dei ſuppleri volumus, cum jam teſtes & proximi aliquid jam dudum ſtatuerant noſtri anteceſſores. Ob quam rem neceſſe eſt nos teſtibus conſentire complecti & ſupplere. Opto vos in Domino ſemper bene valere. Amen. Deo gratias.

* f. inventum eſt.

Ad

Ad Turaſium presbyterum.

CYPRIANUS benedicto & dilectiſſimo parenti Turaſio in Domino æternam ſalutem. Caritatis tuæ ſcripta percepi, quibus animum tuum dolore commotum de filiæ dormitione cognovi. Non aliud principaliter admiratus ſum quam chriſtiani pectoris in te jactatam fuiſſe virtutem ut animum flecteres ad dolorem. Stupeo murum fidei penetratum vulneribus orbitatis, quem ſepire debuerat ſpes reſurrectionis & regni cæleſtis. Numquam ſpes cum dolore concordat, nec fides aliquando ſentit quamcumque jacturam. Reſurgere credimus mortuos, & plangimus. Quid faceremus, ſi mori tantummodo ſine reſurrectione præciperet Deus? Voluntas utique ejus ſola ſufficeret ad ſolatium, cui nullum præponendum ſcimus affectum. Quod dederat abſtulit qui creaverat. Quid certas plangere quod ad tempus acceperas. Commodaverat ut haberes quantocumque tempore voluiſſet & cum vellet rurſus auferret. Nihil abſtulit tuum qui recipere dignatus eſt proprium. Creditum ſuum recipere decuerat creditorem, & nihil aliud decet quam creditori ſuo gratias agere mutuantem. Sic Job legimus quam ſequamur devotiſſimam vocem. Job. 1. *Dominus*, inquit, *dedit*, *Dominus abſtulit. Sicut Domino placuit, ita factum eſt. Sit nomen Domini benedictum.* Parum ergo non erat hæc ſola conſolatio contra luctum quod nemo lugere debeat cum aliquid reddiderit alienum, quia fas non erat apud alium detineri quod domino ſuo fuerat neceſſarium. Additur conſolationis alia providentia, quæ jaculis occurrat orbitatis. Gaudere debuimus de ſæculo recedentibus, ſi ſæculi contra nos inimicitias ſentiremus, & plangimus beneficia Domini, qui nobis quod præſtat infirmitati noſtræ præſtat. Periclitari volebat adhuc qui dolet aliquem dormientem, & inter fluctus vitæ præſentis videre cupiebat miſerum laborare. Ad quid chriſtianum & fidelem animam putas intra carcerem mundi remorari debuiſſe cui totus mundus naufragium eſt. Tantis & talibus tempeſtatibus vitæ tot impugnationes diaboli, tot corporis bella, tot clades ſæculi, tot calamitates evaſit. Et lacrimas fundis, quaſi neſcias quid in te ipſe quotidie patiaris. Propter quod Dominus ſic admonet apoſtolos ſuos dicens: Joan. 14. *Si me diligeretis, gauderetis, quoniam vado ad patrem.* Joan. 11. Plane mortuum Lazarum flevit, ſed non tuis lacrimis. Reſurrectionis promiſſor dolere non poterat, ne fidem perfidiam faceret quam docebat. Doluit Lazarum non dormientem, ſed potius reſurgentem, & flebat quem cogebatur propter ſalvandos alios & confundendos incredulos ad ſæculum revocare. Hanc vitam dans Dominus ingemiſcebat, quam tu doles eſſe ſublatam. Contra lacrimas ejus pugnant lacrimæ tuæ, & amor tuus amori ejus non convenit. Fletus ejus non habet parem. Ille nolebat reddere laboribus quem dilexerat, & tu amare te credis cui laborum volebas adhuc reſtare tormenta. Ceterum ſi putas eum mortuum Lazarum doluiſſe, ante non permiſiſſet exire qui repellere poterat mortem, aut certe non fleret qui mortuum reſuſcitandi poſtmodum habuerat poteſtatem. Unde apparet cum ſola ea cauſa fuiſſe commotum quod ad hoſtilem vitam cariſſimum ſuum revocare denuo propter credituros aliquos vel confundendos incredulos urgebatur. Denique ſic ſubſecutus eſt Dominus dicens, *Ergo, pater, ut credant quia tu me miſiſti*, ait clara voce: *Lazare prodi foras*. Et factum eſt. Gaudere ergo debes unde ille coactus eſt flere, ne videaris dormientis felicitatibus invidere. Ab alieno mundo ad proprium tranſivit, tranſivit ad Dominum, & de hoſtili patria ad paternam patriam migravit ad cælum, dicente apoſtolo: *Scimus*, inquit, *quoniam ſi terrena domus noſtra hujus corporis reſolvatur, quod habitationem habemus non manu factam æternam in cælis.* 2. Cor. 5. Caruit ergo domo, quam nec noſſe debuerat. Caruit malis civibus, quorum odia ſuſtinebat, ne adhuc peregrinaretur in terra contraria, ſicut apoſtolus memorat dicens: *Quamdiu ſumus in hoc ſæculo peregrinamur a Domino.* 2. Cor. 4. Non nobis ergo debet luctus incumbere, quiſquis a peregrinatione redire meruerit ad propriam regionem, maxime cum non inanis & vacuus redire noſcatur qui chriſtianitatis mercatus eſt lucrum, propter quod venit ad mundi commercium. Negotium explicavit, rediit, & Deo debitum ſulvit. Comparavit propter quam deſcenderat emptionem, & ad Dominum regredi properavit, cui offerat mercem, ut comparatæ mercis tam ſecuritatem accipiat quam honorem. Et ego, inquies, nulla promiſſorum cæleſtium dubitatione conturbor, ſed ſola ſeparatione morientis æſtuans deſolatus ſolatio pii pignoris jactor. Excuſatio hæc eſt ſine dubio fragilitatis humanæ, quæ patrocinari non poteſt diffidentiæ. Si enim deſolationem homines ferre non valerent, numquam prorſus a ſe ſua pignora dimiſiſſent. Deſtitutos ſe a morientibus conqueruntur, & vivos filios aut propter litteras aut propter honores aut propter negotia peregrinis regionibus credunt; & gaudent tota vita ſine affectibus commorari, dummodo capiant quod de ſuis cupiunt pignoribus adipiſci; & ut ad palatia pergant peregrinantur. Ad ſtudia dignitatis navigant acquirenda, vel cauſas patrimonii explicandas per labores & pericula proficiſcentes impellunt, nec ſecum vacare quos diligunt patiuntur. Et ut ad palatium cæli, ad ſtudia Chriſti, ad honorem vitæ perpetuæ, ad patrimonium poſſeſſionis æternæ cum ſecuritate valeant pervenire, nemo filios ſuos libenter a ſe gratulatur abſcedere. Propter incerta per incerta filium vel fratrem vel parentem peregrinari unuſquiſque compellit, & propter certa per certa ſuorum aliquem proficiſci nullus admittit. Ad comparanda peccata gaudent tam parentes a filiis quam filii a parentibus ſeparari provocante diabolo, ad indulgentiam percipiendam nolunt ab invicem Deo vocante diſcerni, ut appareat non pro noſtra ratione nos dolere quemcumque

que videmur amittere, ſed indicium magis oſten- A
dere diffidentiæ, qui nou ſuſtinemus noſtrorum
profectiones ad Dominum, quorum peregrina-
tiones in ſæculo gratulamur. Qnia credimus mun-
di lucris, toleramus diviſa noſtri corporis mem-
bra. Si crederemus Dei promiſſis, poſt abſceſſio-
nem noſtrorum nihil aliud quam gratias debue-
rant reſonare noſtrl pectoris gaudia. Mihi cre-
de, ſemper in omnibus incredulitas mœret, &
ſicut non poteſt noſſe fides quod doleat, ſic diſ-
fidentia ſola doloribus tenetur ancilla. Nam ſi
dormientes dicimus, dormientes utiqne credere B
debemus, non mortuos, ſed requieſcentes inte-
rim ſecundum vocem Domini fideliter loquen-
Joan. 11 tis: *Omnis*, inquit, *qui credit in me, licet moria-
tur, vivet*. Si cui medicus homo promitteret
quidquam, ſine dubio promiſſioni ejus negare
non poterit omnino lætitiam. Nunc quia Do-
minus Chriſtus fabricator & reſuſcitator promit-
tit, non times plangere, ut fideliorem Chriſto
pariter & potentiorem medicum videaris in pro-
miſſionibus judicare. Sed deſtitutam, dicis, do-
leo ſenectutem, quia debueram meos liberos po- C
tius antecedere, ne in laboribus remanerem.
Quando de ſpiritnalibus bonis quodcumque tra-
ctatur, nihil eſt omnino de carnalibus ante ocu-
los reponendum. Ego tibi melius profiteor eve-
niſſe, quoniam non carnalem ſed ſpiritualem
circa te conſidero fidelitatem. Tu te dicis de
alicujus pignoris obitu in ſenectute confectum.
Ego contra comprobo ſublevatam ſenectutem
tuam. Amputavit Dominus ſollicitudinem quæ
te torquebat de viva filia ne periret. Melius u-
tique nunc mortuam ſæculo rediſſe ad Dominum D
vivam quam vivam ſæculo doleres forſitan apud
Dominum mortuam. Gaude tibi quod chriſtia-
nam mereberis ſequi, quam ſecutus in cælo gau-
deas rurſus amplecti. Non te deſeruit, ſed præ-
ceſſit; & ne doleret excedentem patrem ſuſci-
pere feſtinavit. Non amiſiſti tua nutrimenta.
Si luctum horrueris & ſenex tuum obtuliſſe pi-
gnus Domino deputare poteris, potes ſecundum
votum habere poſt Abraham, ſi non potes pri-
mum, ut quod ille non trepidavit offerte, tu
ſaltem videaris de ſublato gaudere. Ab illo Do- E
minus poſtulavit, a te tulit. Ille juſſioni pa-
ruit, tu voluntati conſenſiſti. Ille per illicitam
legem naturæ quem Dominus ſibi probavit de-
votum, te ſaltem per licitam conditionem reli-
gionis annotet religioſum, advocet religioſum.
Nam ſive voluntate nec neceſſitate compelletis
devotionis Domino aliquid exhibere, in qua par-
te te chriſtianum poteris approbare. Erubeſcat
incredulitas noſtra cum gentilibus, ſi Domino
vult eſſe ſubjecta. Communis eſt nobis cum il-
lis exitus mortis, & dolores illorum ſuperamus F
doloribus noſtris. Quid ageremus ſi peculiariter
aliquid exigeretur a nobis quod ad dedecus no-
ſtrum pertineret? Gentiles dolores ſæpe conte-
mnunt, cum non ad promiſſa cæleſtia ſed ad pœ-
nas tartari rapiantur. Et nos plangimus euntes
ad cælum. Conſideret chriſtianus talis quid de-
inceps mereatur qui nec imitari contendit exem-
pla ſanctorum nec contemtum habere gentilium.

A Illi luctus deſperando deſpiciunt, & nos ſperan-
do deſpicere conamur. Denique vendere liberos
ſæpe non dubitant, ut vivos, quod pejus eſt,
ſpernant. Et nos nec deſunctorum obitus ſuble-
vant. Et nos ſublatos captivitati & libertate do-
natos volumus ſervire. Filios ſuos intrepide mor-
talibus tradunt, & nos de noſtro ſimul & ſuos
liberos & noſtros liberandos dimittere ſacrilega
mente cunctamur, quaſi tutius apud homines ju-
dicemus magis quam penes Dominum commen-
dari aliquem filiorum. Pudendum neſcio qnid
B chriſtianus eſt apud gentiles opprobrii; quibus
pejores ſine dubio judicantur quos pares habere
non dicam meliores fuerat putare criminoſum.
Chriſtiani nolunt vel gratulatione ſuos deducere
ad bona, gentiles tradere non cunctantur ad ma-
la. Poſtremo vel cum ipſa felicitate noſtrorum
morientium cogamur animum flectere, & deſi-
deriis eorum deſideria noſtra incipiant repugna-
re. Lætantur illi qui exeunt venientes ad re-
quiem. Lætemur & nos cum ipſis, ſaltem com-
putantes noſtrorum exeuntinm beatitudinem.
C Si religioſus vel novitius qui evaſit, ſi non po-
tes vel exſulta quia placuiſſe cognoſcis partici-
pium tui ſanguinis Chriſto, maxime quod vel
de occaſione debeas tolerare Domini volunta-
tem, cui non potes contradicere. Et cum ſit
omnibus communis hic caſus, vanus dolor eſt,
qui nec primus videtur eſſe nec ſolus. Sed di-
cis: Nullus me de mea deſolatione mentis an-
gor exulcerat, ſed pro delictis parvuli morien-
tis humanitatis affectus impulſat. Nec hoc licet
commovere animum chriſtianum, ne contra
D Chriſti imperia luctetur. Quid eſt inter quoſ-
cumque & qualeſcumque filios dimiſiſſe, quos
jubeamur a Domino pro cauſa devotionis odiſ-
ſe. Melius nunc ſalvat animam ſuam moriens.
Relinquit in pace, ne perſecutionem dimitte-
re cum ſuo interitu non valeret, ipſe illi au-
xiliatur in mundo quorum mater habitat in
cælo, & qui matri ſubvenit, & filiis pro cer-
to ſuccurrit. Poſtremo vide ſi habeat aliquia
dolore concidi, ubi ſine aliquo remedio poteſt
aliquis fatigari. Sapienter debet dolere qui do-
E let, ne perdat ſine cauſa quod dolet. Nunc
autem contra luctum ſumenda ſunt arma, ut
ſpes noſtra poſſit habere victoriam. Principali-
ter quod Dominus voluit ſuſcipere gratulemur.
Denique quia hoc omnibus in mundo commu-
ne additur, privatum particulare noſtrum quod
ad requiem revocamur. Sequitur conſummatio
omnium gaudiorum, quæ in reſurrectione in-
vicem nobis Domino reformante reddetur, ſic-
ut apoſtolus pollicetur: *Nolumus igitur ignora-* 1. Theſ 4.
re vos, fratres, de dormientibus ut non contriſte-
F *mini ſicut & ceteri qui ſpem non habent. Si enim
credimus quod Jeſus mortuus eſt & reſurrexit, ſic
& eos qui dormierunt in Jeſu adducet cum eo.*
Hæc tibi, benedicte, pro caritate mutua tranſ-
miſi. Ceterum ſcio te bene valere alios con-
ſolari. Tunc te orbitas non inveniet penetra-
bilem, ſi alios contra illam non ceſſabis arma-
re. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene va-
lere & noſtri meminiſſe.

QUamvis nolim præſtare has tres epiſtolas eſſe Cypriani, putavi tamen debere me illas edere in hoc loco, quia referuntur in quibuſdam veteribus libris epiſtolarum ſancti Cypriani. Viri docti illas examinabunt. Prima, quæ eſt Cornelii Papæ, inventa eſt, ut ad epiſtolam 70. dictum eſt, in duobus libris veteribus, ſecunda in codice Fuxenſi bibliothecæ Colbertinæ, tertia in eodem codice Fuxenſi & in eo qui ſervatur Remis in abbatia ſancti Dionyſii.

OPUSCULA
SANCTI
CYPRIANI.

Digitized by Google

[1] LIBER DE HABITU VIRGINUM.

[2] DISCIPLINA cuſtos
ſpei, retinaculum fi-
dei, dux itineris ſalu-
taris, ſomes ac nutri-
mentum bonæ indolis,
magiſtra virtutis, facit
in Chriſto manere ſem-
per ac jugiter Deo vi-
vere & ad promiſſa cæ-
leſtia & ad divina præmia pervenire. Hanc &
ſectari ſalubre eſt, & [3] averſari ac negligere le-
Pſal. 2. tale. In pſalmis loquitur ſpiritus ſanctus: *Con-
tinete diſciplinam, ne forte iraſcatur Dominus, &
pereatis [4] a via recta, cum exarſerit cito ira ejus
Pſal. 49. ſuper vos*. Et iterum: *Peccatori autem dixit
Deus. [5] Ad quid exponis juſtificationes meas, &
aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu autem
odiſti diſciplinam, & abjeciſti ſermones meos re-
Sap. 3. tro*. Et denuo legimus: *Diſciplinam qui abjicit
infelix eſt*. Et de Salomone mandata ſapientiæ
Prov. 3 monentis accepimus: *Fili, ne neglexeris diſci-
plinam Domini, nec defeceris ab eo correptus.
Quem enim diligit Deus corripit*. Si autem Deus
quem diligit corripit, & ad hoc corripit ut e-
mendet, fratres quoque, & maxime ſacerdo-
tes, non oderunt ſed diligunt eos qnos corri-
piunt ut emendent, quando & Deus per Hie-
remiam ante predixerit & tempora noſtra ſi-
Hier. 3. gnificaverit dicens: *Et dabo vobis paſtores ſe-
cundum cor meum, & paſcent vos paſcentes cum
diſciplina*. Quod ſi in [6] ſcripturis ſanctis fre-
quenter & ubique diſciplina præcipitur, & fun-
damentum omne religionis ac fidei de obſerva-
tione ac timore proficiſcitur, quid cupidius ap-
petere, quid magis velle ac tenere nos conve-
nit quam ut radicibus fortius fixis, & domici-
liis noſtris ſuper petram robuſta mole ſolidatis,
inconcuſſi ad procellas & turbines ſæculi ſte-
mus, ut ad [7] Dei munera per divina præce-
pta veniamus, conſiderantes pariter ac ſcientes
quod templa Dei ſint membra noſtra, ab o-
mni fæce contagionis antiquæ lavacri vitalis ſan-
ctificatione purgata, nec violari ea aut pollui
fas ſit, quando qui violat, & ipſe violetur.
Eorum nos templorum cultores & antiſtites
ſumus. Serviamus illi cujus eſſe jam cœpimus.
Paulus in epiſtolis ſuis dicit [8] quibus nos ad
curricula vivendi per divina magiſteria forma-
1. Cor. 6. vit: *Non eſtis veſtri. Empti enim eſtis pretio ma-
gno [9] Clarificate & portate Deum in corpore ve-
ſtro*. Clarificemus & portemus Deum puro &
[10] mundo corpore & obſervatione meliore; &
qni per ſanguinem Chriſti. redempti ſumus,
per omnia ſervitutis obſequia redemptoris im-
perio pareamus, [11] demuſque operam ne quid
immundum & prophanum templo Dei infera-
tur, ne offenſus ſedem quam inhabitat dere-
linquat. Soſpitantis Domini verba ſunt & do-
Joan. 5. centis, curantis pariter & monentis: *Ecce*,
inquit, *ſanus factus es, jam noli peccare, ne*
A *quid tibi deterius fiat*. Dat vivendi [12] tenorem,
dat innocentiæ legem poſtquam contulit ſani-
tatem; nec habenis liberis & ſolutis vagari poſt-
modum patitur, ſed ipſis potius quibus ſana-
tus fuerat mancipato gravius comminatur, quod
ſit ſcilicet minor culpa deliquiſſe ante cum
necdum noſſes diſciplinam Dei, nulla ſit venia
ultra delinquere poſtquam Deum noſſe cœpi-
ſti. Et quidem hoc tam viri quam mulieres,
tam pueri quam puellæ, ſexus omnis atqne
omnis ætas obſervet & curet pro religione &
B fide quam Deo debet ne quod ſanctum & pu-
rum de Domini dignatione percipitur [13] minus
ſollicito timore [14] teneatur. [15] Nunc nobis ad
virgines ſermo eſt; quarum quo ſublimior glo-
ria eſt, major & cura eſt. Flos eſt ille eccle-
ſiaſtici germinis, decus atque ornamentum gra-
tiæ ſpiritalis, læta indoles, laudis & honoris
opus integrum atque incorruptum, Dei ima-
go reſpondens ad [16] ſanctimoniam Domini, il-
luſtrior portio gregis Chriſti. Gaudet per illas
atque in illis largiter floret eccleſiæ matris glo-
C rioſa fecunditas; quantoque plus [17] copioſa vir-
ginitas numero ſuo addit, tanto plus gaudium
matris augeſcit. Ad has loquimur, has adhor-
tamur affectione potius quam poteſtate; non
quod extremi & minimi & humilitatis noſtræ
admodum conſcii aliquid ad cenſuram licentiæ
vindicemus, ſed quod ad ſollicitudinem magis
cauti, plus de diaboli infeſtatione timeamus.
Neque enim inanis hæc cautio eſt & vana for-
mido quæ ad ſalutis viam conſulit, quæ do-
minica & vitalia præcepta cuſtodit, ut quæ ſe
D Chriſto dicaverint, & a carnali concupiſcentia
recedentes tam carne quam mente ſe Deo vo-
verint, conſumment opus ſuum magno præ-
mio deſtinatum, nec ornari jam aut placere
cuiquam niſi domino ſuo ſtudeant, a quo &
mercedem virginitatis exſpectant, dicente ipſo:
Non omnes capiunt verbum, ſed illi quibus datum Matt. 19.
*eſt. Sunt enim [18] ſpadones qui ex utero matris ſic
nati ſunt, & ſunt ſpadones qui coacti ſunt ab ho-
minibus, & ſunt ſpadones qui ſe ipſos caſtrave-
runt propter regnum cælorum*. Denuo quoque per
E hanc [19] angeli vocem continentiæ munus oſten-
ditur, virginitas prædicatur: *Hi ſunt qui cum* Apoc. 14.
*mulieribus ſe non coinquinaverunt. Virgines enim
permanſerunt. Hi ſunt qui ſequuntur agnum quo-
cumque ierit*. Neque enim tantum maſculis con-
tineutiæ gratiam Dominus repromittit, & fe-
minas præterit, ſed quoniam femina viri por-
tio eſt, & ex eo ſumpta atque formata eſt,
in ſcripturis fere omnibus ad protoplaſtum Deus
loqnitur quia ſunt duo in carne una, & in ma-
ſculo ſimul ſignificatur & femina. Quod ſi
F Chriſtum continentia ſequitur, & regno Dei
virginitas deſtinatur, quid eſt illis cum terre-
no cultu & cum ornamentis, quibus dum ho-
minibus placere geſtiunt, Deum offendunt,
non cogitantes eſſe prædictum, *Qui hominibus* Pſal. 52
placent

placent confuſi ſunt, quoniam Deus nihil fecit il-
los, & Paulum quoque glorioſe & ſublimiter
Gal. 1. prædicaſſe: *Si hominibus placere vellem, Chriſti*
ſervus non eſſem. [10] Continentia vero & pudici-
tia non in ſola carnis integritate conſiſtit, ſed
etiam in cultus & ornatus honore pariter ac
pudore, ut ſecundum apoſtolum quæ innupta
eſt ſancta ſit & corpore & ſpiritu. Inſtruit nos
1. Cor. 7. Paulus & docet dicens: [11] *Cælebs cogitat ea quæ*
ſunt Domini quomodo placeat Deo. Qui autem
matrimonium contraxit, cogitat ea quæ ſunt mundi
hujus, quomodo placeat uxori. [12] *Sic & virgo &*
mulier innupta cogitat ea quæ ſunt Domini, ut ſit
ſancta & corpore & ſpiritu. Virgo non eſſe tan-
tum ſed & intelligi debet & credi. Nemo cum
virginem viderit [13] dubitet an virgo ſit. [14] Pa-
rem ſe integritas in omnibus præſtet, nec bo-
num mentis corporis cultus infamet. Quid or-
nata, quid compta procedit, quaſi maritum aut
habeat aut quærat? Timeat potius placere, ſi
virgo eſt, nec periculum ſui appetat quæ ad
meliora & divina ſe ſervat. Quæ virum non
habent, cui placere ſe ſimulent, integræ & pu-
ræ [15] non tantum corpore ſed etiam ſpiritu per-
ſeverent. Neque enim fas eſt virginem ad ſpe-
ciem formæ ſuæ [16] comi aut de carne & de ejus
pulcritudine gloriari, cum nulla ſit illi ma-
gis quam adverſus carnem colluctatio & vincen-
di corporis ac domandi obſtinata certatio. Pau-
Gal. 6. lus forti ac ſublimi voce proclamat: *Mihi au-*
tem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Jeſu
Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, &
ego mundo. Et virgo in eccleſia de ſpecie car-
nis ac de corporis pulcritudine gloriatur. Ad-
Gal. 5. dit Paulus & dicit: *Qui enim ſunt Chriſti, car-*
nem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcen-
tiis. Et quæ ſe concupiſcentiis carnis, & vi-
tiis renuntiaſſe profitetur in iiſdem quibus re-
nuntiaverat invenitur. Deprehenderis virgo,
detegeris. Aliud eſſe te jactas, & aliud affe-
ctas. Maculis te concupiſcentiæ carnalis aſper-
gis, [17] cum integritatis [18] candidata ſis & pu-
Iſa. 40. doris. *Clama*, inquit Eſaiæ Deus, *Omnis caro*
fœnum, & omnis claritas ejus ut flos fœni. Aruit
fœnum, & flos decidit. [19] *Sermo autem Domini*
manet in æternum. Neminem chriſtianum decet,
& maxime virginem non decet claritatem ullam
computare carnis & honorem, ſed ſolum ap-
petere ſermonem Dei, bona in æternum man-
ſura complecti. Aut ſi in carne ſit gloriandum,
tunc plane quando in nominis confeſſione cru-
ciatur, quando fortior femina viris torquenti-
bus invenitur, quando ignes aut cruces aut fer-
rum aut beſtias patitur ut coronetur. Illa ſunt
carnis pretioſa monilia, illa corporis orna-
menta meliora. Sed ſunt aliquæ divites & fa-
cultatum ubertate locupletes, quæ opes ſuas
præferant, & ſe bonis ſuis uti debere conten-
dant. Sciant primo illam divitem eſſe quæ in
Deo dives eſt, illam eſſe locupletem quæ lo-
cuples in Chriſto eſt, bona illa eſſe quæ ſunt
ſpiritalia, divina, cæleſtia, quæ nos ad Deum
ducant, quæ nobiſcum apud Deum perpetua
[20] poſſeſſione permaneant. Ceterum quæcum-
que terrena ſunt in ſæculo accepta, & hic cum
ſæculo remanſura, tam contemni debent quam
mundus ipſe contemnitur, cujus pompis & de-
liciis jam tunc renuntiavimus cum meliore tranſ-
greſſu ad Deum venimus. Joannes nos excitat

A & hortatur ſpiritali & cæleſti voce [21] conteſtans.
Nolite, ait, *diligere mundum neque ea quæ in* 1. Joan. 2.
mundo ſunt. Si quis dilexerit mundum, non eſt
caritas patris in illo: quoniam omne quod in mun-
do eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia
oculorum, & ambitio ſæculi, quæ non eſt a patre,
ſed ex concupiſcentia ſæculi. Et mundus tranſibit
& concupiſcentia ejus. Qui autem fecerit volunta-
tem Dei manet in æternum, quomodo & Deus
manet in æternum. Æterna igitur & divina ſe-
ctanda ſunt, & omnia de Dei voluntate fa-
cienda ſunt, ut Domini noſtri veſtigia & ma-
B giſteria divina ſectemur, qui monuit & dixit:
Non deſcendi de cælo ut faciam voluntatem meam, Joan. 6.
ſed voluntatem ejus qui me miſit. Quod ſi non
eſt major domino ſuo ſervus, & liberatori de-
bet obſequium liberatus, qui eſſe cupimus chri-
ſtiani, debemus quod [22] Chriſtus dixit & fecit
imitari. Scriptum eſt & legitur & auditur &
in exemplum noſtri eccleſiæ ore celebratur:
Qui dicit ſe in Chriſto manere debet quomodo ille 1. Joan. 2.
ambulavit & ipſe ambulare. Ambulandum eſt
igitur veſtigiis paribus, æmula ingreſſione ni-
C tendum eſt. Tunc reſpondet ad fidem nomi-
nis ſectatio veritatis, & credenti præmium da-
tur, ſi quod creditur & geratur. Locupletem
te dicis & divitem. Sed divitiis tuis Paulus oc-
currit, & ad cultum atque ornatum tuum [23]
juſto fine moderandum ſua voce præſcribit.
Sint, inquit, *mulieres cum verecundia & pudici-* 1. Tim. 2.
tia componentes ſe, non in tortis crinibus, neque
auro, neque margaritis, aut veſte pretioſa, ſed
ut decet mulieres promittentes caſtitatem per bo-
nam converſationem. Item Petrus ad hæc eadem
præcepta conſentit & dicit: *Sit in muliere non* 1. Pet. 3.
D *exterior ornamenti aut auri aut veſtis cultus, ſed*
cultus cordis. Quod ſi illi mulieres quoque ad-
monent coercendas & ad eccleſiaſticam diſci-
plinam religioſa obſervatione moderandas quæ
excuſare cultus ſuos ſoleant per maritum, quan-
to id magis obſervare virginem fas eſt, cui nul-
la ornatus ſui competat venia, nec derivari in al-
terum poſſit mendacium culpæ, ſed ſola ipſa re-
maneat in crimine. Locupletem te dicis & divi-
tem. Sed non omne quod poteſt debet & fieri, nec
deſideria prolixa & de ſæculi ambitione naſcentia
E ultra honorem ac pudorem virginitatis extendi,
cum ſcriptum ſit: *Omnia licent, ſed non omnia ex-* 1. Cor. 6.
pediunt. Omnia licent, ſed non omnia ædificant. Ce-
terum [24] ſi tu te ſumptuoſius comas, & per pu-
blicum notabiliter incedas, [25] oculos in te juven-
tutis illicias, ſuſpiria adoleſcentium poſt te tra-
has, concupiſcendi libidinem nutrias, [26] ſuſpi-
randi fomenta ſuccendas, ut etſi ipſa non per-
eas, alios tamen perdas, & [27] velut gladium te &
venenum videntibus præbeas, excuſari non po-
tes quaſi mente caſta ſis & pudica. Redarguit
te cultus improbus & impudicus ornatus, nec
F computari jam potes inter puellas & virgines
Chriſti quæ ſic vivis ut poſſis adamari. Locu-
pletem te dicis & divitem. Sed jactare divitias
ſuas virginem non decet, cum dicat ſcriptura
divina, *Quid nobis profuit ſuperbia, aut quid di-* Sap. 5.
vitiarum jactatio contulit nobis? tranſierunt omnia
illa tamquam umbra, & apoſtolus rurſum mo-
neat & dicat: *Et qui emunt ſic ſint quaſi* [28] *non* 1. Cor. 7.
ementes, & qui poſſident quaſi non poſſidentes, &
qui hoc mundo utuntur quaſi non utantur. Præterit
enim figura hujus mundi. Petrus etiam, cui oves
ſuas

ſuas Dominus paſcendas tuendaſque commendat, ſuper quem poſuit & fundavit eccleſiam, *Act. 3.* aurum quidem ſibi eſſe & argentum negat, ſed eſſe ſe dicit Chriſti gratia divitem, eſſe fide ejus & virtute locupletem, quibus multa magnalia cum miraculo faceret, quibus ad gratiam gloriæ bonis ſpiritalibus abundaret. Has opes, has divitias poſſidere non poteſt quæ ſe divitem ſæculo mavult eſſe quam Chriſto. Locupletem te dicis & divitem, & utendum putas iis quæ poſſidere te Deus voluit. Utere, ſed ad res ſalutares; utere, ſed ad bonas artes; utere, ſed ad illa quæ Deus præcepit, quæ Dominus oſtendit. Divitem te ſentiant pauperes, locupletem te ſentiant indigentes. [39] Patrimonium tuum Deo fenera, Chriſtum ciba. Ut virginitatis perferre gloriam liceat, ut ad Domini præmia venire contingat, multorum precibus exora. Commenda illic theſauros tuos ubi fur nullus effodiat, quo nullus inſidians graſſator irrumpat. Poſſeſſiones tibi ſed cæleſtes magis compara, ubi fructus tuos juges ac perennes & ab omni contactu injuriæ ſæcularis immunes nec rubigo atterat, nec grando cædat, nec ſol urat, nec pluvia corrumpat. Nam delinquis & hoc ipſo in Deum, ſi ad hoc tibi ab illo divitias datas credis ut illis non ſalubriter perfruaris. Nam & vocem Deus homini dedit, & tamen non ſunt iccirco [40] amatoria cantanda nec turpia; & [41] ferrum eſſe ad culturam terræ Deus voluit, nec homicidia ſunt iccirco facienda; aut quia tura & merum & ignem Deus inſtituit, ſacrificandum eſt inde idolis; vel quia abundant pecudum greges in agris tuis, victimas & hoſtias diis immolare debebis. Alioqui tentatio eſt patrimonium grande, niſi ad uſus bonos cenſus operetur, ut patrimonio ſuo unuſquiſque locupletior magis redimere debeat quam augere delicta. Ornamentorum ac veſtium inſignia & lenocinia formarum non niſi proſtitutis & impudicis feminis congruunt, & nullarum fere pretioſior cultus eſt quam quarum pudor vilis eſt. Sic in ſcripturis ſanctis, quibus nos inſtrui Dominus voluit & moneri, deſcribitur [42] civitas meretrix, compta pulcrius & ornata, & cum ornamentis ſuis ac propter ipſa potius ornamenta peritura. *Apoc. 17* *Et veni*, inquit, *unus ex ſeptem angelis habentibus phialas ſeptem, & aggreſſus eſt me dicens: Veni, oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ ſedentis ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt reges terræ. Et duxit me in ſpiritu. Et vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam; & mulier illa amicta erat pallio purpureo & coccinco, & adornata erat auro & lapidibus pretioſis & margaritis, tenens poculum aureum in manu ſua plenum execrationum & immunditiæ & fornicationis totius terræ.* Fugiant caſtæ virgines & pudicæ inceſtarum cultus, habitus impudicarum, lupanarium inſignia, [43] ornamenta meretricum. Clamat etiam ſpiritu ſancto plenus Eſaias, & filias Sion auro & argento ac [44] veſte corruptas increpat & objurgat pernicioſis opibus affluentes & a Deo per [45] ſæculi delicias recedentes. *Iſa. 3.* *Exaltatæ ſunt*, ait, *filiæ Sion, & ambulaverunt alto collo & nutu oculorum & inceſſu pedum trahentes tunicas, & pedibus ſimul ludentes. Et humiliabit Deus principales filias Sion, & revelabit Dominus habitum earum, & auferet Dominus gloriam veſtis illarum & ornamenta earum & crines & cincinnos & [46] lunulas & [47] diſcriminalia & [48] armillas & [49] botronatum & [50] dextralia & annulos & [51] inaures & ſerica contexta cum auro & hyacintho. Et erit pro odore ſuavitatis pulvis, & pro cingulo reſte cingeris, & pro ornamento capitis aureo calvitium habebis.* Hoc Deus culpat, hoc denotat. Hinc corruptas eſſe virgines, hinc a cultu vero atque divino deſciviſſe pronuntiat. Exaltatæ ceciderunt, comptæ turpitudinem fœditatemque meruerunt. Sericum & purpuram indutæ Chriſtum induere non poſſunt. Auro & margaritis & monilibus adornatæ ornamenta cordis ac pectoris perdiderunt. Quis non id execretur & fugiat quod alii fuerit exitio? Quis id appetat & aſſumat quod ad necem alterius pro gladio fuerit & telo? Si hauſto poculo moreretur ille qui biberat, venenum ſcires eſſe quod ille potavit. Si accepto cibo qui acceperat interiret, ſcires eſſe letale quod acceptum potuit occidere, nec ederes inde nec biberes unde interiiſſe alios ante conſpiceres. Nunc quanta ignorantia veri eſt, animi quanta dementia, id velle quod & nocuerit ſemper & noceat & putare quod inde ipſa non pereas unde alios periiſſe cognoſcas? Neque enim Deus coccineas aut purpureas oves fecit, aut herbarum ſuccis & conchyliis tingere & [52] colorare lanas docuit, nec diſtinctis auro [53] lapillis & margaritis contexta ſerie & numeroſa compage digeſtis monilia inſtituit, quibus cervicem quam fecit [54] abſconderes, ut operiatur illud quod Deus in homine formavit, & conſpiciatur id deſuper quod diabolus adinvenit. An vulnera inſerri auribus Deus voluit, quibus innocens adhuc infantia & mali ſæcularis ignara crucietur, ut poſtea de aurium cicatricibus & cavernis pretioſa grana dependeant, gravia etſi non ſuo pondere, mercium tamen quantitate? Quæ omnia peccatores & apoſtatæ angeli *Gen. 6.* ſuis artibus prodiderunt, quando ad terrena contagia devoluti, a cæleſti vigore receſſerunt. Illi & oculos [55] circumducto nigrore fucare & [56] genas mendacio ruboris inficere & mutare adulterinis coloribus crinem & expugnare omnem oris & capitis veritatem [57] corruptelæ ſuæ impugnatione docuerunt. Et quidem iſto in loco pro timore quem nobis fides ſuggerit, pro dilectione quam fraternitas exigit, non virgines tantum aut viduas, ſed & nuptas puto & omnes omnino feminas admonendas quod opus Dei & factura ejus & [58] plaſtica adulterari nullo modo debeat adhibito [59] flavo colore, vel nigro pulvere, vel rubore, aut quolibet denique liniamenta nativa corrumpente medicamine. Dicit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* *Gen. 1.* Et audet quiſquam mutare & convertere quod Deus fecit? [60] Manus Deo inferunt quando id quod ille formavit reformare & transfigurare contendunt, neſcientes quia [61] opus Dei eſt omne quod naſcitur, diaboli quodcumque mutatur. [62] Si quis pingendi artifex vultum alicujus & ſpeciem & corporis qualitatem æmulo colore ſignaſſet, & ſignato jam conſummatoque ſimulacro,

manus alius inſerret, nt jam formata jam pi-
ƈta quaſi peritior reformaret, gravis prioris ar-
tificis injuria & juſta indignatio videretur. Tu
te exiſtimas impune laturam tam improbæ te-
meritatis audaciam, Dei artificis offenſam?
Ut enim impudica circa homines & inceſta
fucis lenocinantibus non ſis, corruptis violatiſ-
que quæ Dei ſunt, pejor adultera detineris.
Quod ornari te putas, quod putas comi, im-
pugnatio eſt iſta divini operis, prævaricatio
1. Cor. 5. eſt veritatis. Monentis apoſtoli vox eſt: *Ex-*
purgate vetus fermentam, ut ſitis nova conſperſio,
ſicut eſtis azymi. Nam & paſcha noſtrum immo-
latus eſt Chriſtus. Itaque feſta celebremus, non
in fermento vetere, neque in fermento malitiæ &
neqaitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis.
Num ſinceritas perſeverat & veritas quando
quæ ſincera ſunt polluuntur colorum adulte-
riis, & adulterinis medicaminnm fucis in men-
dacium vera mutantur? Dominus tuus dicit:
Matth. 5. *Non potes facere capillum unum album aut ni-*
grum. Et tu ad vincendam Domini tui vocem
vis te eſſe potiorem? Audaci conatu & ſacri-
lego contemtu crines tuos inficis, malo præ-
ſagio futurorum [63] capillos jam tibi flammeos
anſpicaris, & peccas, proh neſas, capite, id
eſt corporis parte meliore. Et cum ſcriptum
Apoc. 2. ſit de Domino, *Caput autem ejus & [64] capilli*
erant albi velut lana aut nix, tu execraris cani-
tiem, deteſtaris alborem, qui ſit ad Domini
caput ſimilis. Non metuis oro quæ talis es ne
cum reſurrectionis dies venerit, artifex tuus [65]
te non recognoſcat, ad ſua præmia & promiſ-
ſa venientem removeat & excludat, increpans
vigore cenſoris & judicis dicat: Opus hoc meum
non eſt, nec imago noſtra eſt. Cutem falſo
medicamine polluiſti, crinem adultero colore
mutaſti, expugnata eſt mendacio facies, figu-
ra corrupta eſt, vultus alienus eſt. Deum vi-
dere non poteris, quando oculi tui non ſunt
quos Deus fecit, ſed quos diabolus infecit. Il-
lum tu ſectata es, rutilos atque [66] depictos o-
culos ſerpentis imitata es, de inimico tuo com-
pta, cum illo pariter & arſura. Hæc oro
cogitanda non ſunt Dei ſervis, non die ſem-
per ac nocte [67] metuenda? Viderint quid ſibi
nuptæ per placendi ſtudium de conjugum ſo-
latio blandiantur; quos dum in excuſationem
ſuam proferunt, ad ſocietatem criminoſæ con-
ſenſionis adſciſcunt. Virgines certe, quibus hic
ſermo nunc conſulit, quæ ſe ejuſmodi artibus
compſerint, inter virgines non putem debere
numerari, ſed tamquam contactas oves & mor-
bidas pecudes a ſancto & puro grege virginita-
tis arceri, ne contagio ſuo ceteras polluant
dum ſimul degunt, ne perdant alias quæcum-
que perierunt. Et quoniam continentiæ bo-
num quærimus, perniciosa quæque & infeſta
vitemus. Nec illa prætereo quæ dum negligen-
tia in uſum veniunt, contra pudicos & ſo-
brios mores licentiam ſibi de uſurpatione fece-
runt. Quaſdam non pudet [68] nubentibus inter-
eſſe & [69] in illa laſcivientium libertate ſermo-
num colloquia inceſta miſcere, audire quod
non decet, quod non licet dicere, obſervari
& eſſe præſentes inter verba turpia & temulen-
ta convivia quibus libidinum fomes accenditur,
ſponſa ad patientiam ſtupri, [70] ad audaciam
ſponſus animatur. Quis illi in nuptiis locus eſt

A cui animus ad nuptias non eſt, aut voluptaria
illic & læta eſſe quæ poſſunt ubi & ſtudia &
vota diverſa ſunt? Quid illic diſcitur, quid
videtur? Quantum a propoſito ſuo virgo de-
ficit, [71] quando pudica quæ venerat impudica
diſcedit? Corpore licet virgo ac mente perma-
neat, oculis, auribus, lingua minuit illa quæ
habebat. Quid vero quæ [72] promiſcuas balneas
adeunt, quæ oculis ad libidinem curioſis pu-
dori ac pudicitiæ corpora dicata proſtituunt,
quæ cum viros atque a viris nudæ vident tur-
B piter ac videntur, nonne ipſæ illecebram vi-
tiis præſtant, nonne ad corruptelam & inju-
riam ſuam deſideria præſentium ſollicitant &
invitant? Viderit, inquis, qua illuc mente
quis veniat, mihi tantum reficiendi corpuſcu-
li cura eſt & lavandi. Non te purgat iſta de-
fenſio, nec laſciviæ & petulantiæ crimen ex-
cuſat. Sordidat lavatio iſta, non abluit, nec
emundat membra, ſed maculat. Impudice tu
neminem conſpicis, ſed ipſa conſpiceris im-
pudice. Oculos tuos turpi oblectatione non
polluis; ſed dum oblectas alios, ipſa pollue-
C ris. Spectaculum de lavacro facis. Theatro
ſunt fœdiora quo convenis. [73] Verecundia il-
lic omnis exuitur, ſimul cum amictu veſtis
honor corporis ac [74] pudor ponitur, [75] deno-
tanda & [76] contrectanda virginitas revelatur.
Jam nunc conſidera an cum veſtita es, [77] ve-
recunda ſis inter viros talis cui ad inverecun-
diam proficit audacia nuditatis. Sic ergo fre-
quenter eccleſia virgines ſuas plangit, ſic ad
infames earum ac deteſtabiles fabulas ingemi-
ſcit, ſic flos virginum exſtinguitur, honor
D continentiæ ac pudor cæditur, gloria omnis
ac dignitas prophanatur. Sic ſe [78] expugna-
tor inimicus per artes ſuas inſerit. Sic inſi-
diis per occulta fallentibus diabolus obrepit.
Sic dum ornari cultius, dum liberius evagari
virgines volunt, eſſe virgines deſinunt, fur-
tivo dedecore corruptæ, [79] viduæ antequam
nuptæ, non mariti ſed Chriſti adulteræ,
quam fuerant præmiis ingentibus virgines de-
ſtinatæ, tam magna ſupplicia pro amiſſa vir-
ginitate ſenſuræ. Audite itaque me virgines
ut parentem, audite quæſo vos [80] timentem
E pariter ac monentem, audite utilitatibus &
commodis veſtris fideliter conſulentem. Eſto-
te tales quales vos Deus artifex fecit. Eſtote
tales quales vos manus patris inſtituit. Ma-
neat in vobis facies incorrupta, cervix pura,
forma ſincera. Non inſerantur auribus vulne-
ra, nec brachia includat aut colla de armil-
lis & monilibus catena pretioſa; ſint a com-
pedibus aureis pedes liberi, crines nullo colo-
re fucati, oculi conſpiciendo Deo digni. Ce-
lebrentur lavacra cum feminis, quarum inter
F vos pudica lavatio eſt. Nuptiarum feſta im-
proba & convivia laſciva vitentur, quorum pe-
riculoſa contagio eſt. Vince veſtem [81] quæ vir-
go es. Vince aurum quæ carnem vincis & ſæ-
culum. Non eſt ejuſdem non poſſe a majori-
bus vinci & imparem minoribus inveniri. Ar-
cta & anguſta eſt via quæ ducit ad vitam, du- Matth. 7.
rus & arduus eſt limes qui tendit ad gloriam.
Per hunc viæ limitem martyres pergunt, eunt
virgines, juſti quique gradiuntur. Lata &
ſpatioſa itinera vitate. Letales illic illecebræ
& mortiferæ voluptates. Illic diabolus blandi-
tur

tat ut fallat, arridet ut noceat, illicit ut occidat. [Matt. 13] Primus [82] cum centeno martyrum fructus eſt, ſecundus [83] ſexagenarius veſter eſt. Ut apud martyres non eſt carnis & ſæculi [84] cogitatio, nec parva & levis & delicata congreſſio, ſic & in vobis, quarum ad [85] gratiam merces ſecunda eſt, ſit & virtus ad tolerantiam proxima. Non eſt ad magna facilis aſcenſus. Quem ſudorem perpetimur, quem laborem, cum conamur aſcendere colles & vertices montium? Quid ut aſcendamus ad cælum? Si præmium pollicitationis attendas, minus eſt quod laboras. Immortalitas perſeveranti datur, perpetua vita promittitur, regnum Dominus pollicetur. Servate virgines, ſervate quod eſſe cœpiſtis, ſervate quod eritis. Magna vos merces manet, præmium grande virtutis, munus maximum caſtitatis. Vultis ſcire quo malo careat & quid boni teneat continentiæ virtus? [Gen. 3.] *Multiplicabo*, inquit mulieri Deus, *triſtitias tuas & gemitus tuos, & in triſtitia paries filios, & converſio tua ad virum tuum, & ipſe tui dominabitur*. Vos ab hac ſententia liberæ eſtis, vos mulierum triſtitias & gemitus non timetis. Nullus vobis de partu circa filios metus eſt, nec maritus eſt dominus, ſed dominus veſter & caput Chriſtus eſt ad inſtar & vicem maſculi. Sors vobis & conditio communis eſt. Domini [Luc. 20.] vox eſt illa dicentis: *Filii ſæculi hujus generant & generantur. Qui autem habuerint dignationem ſæculi illius & reſurrectionis a mortuis,* [86] *non nubunt, neque matrimonium faciunt. Neque enim incipient mori. Æquales enim ſunt angelis Dei, cum ſint filii reſurrectionis*. Quod futuri ſumus [87] jam vos eſſe cœpiſtis. Vos reſurrectionis gloriam in iſto ſæculo jam tenetis, per ſæculum ſine ſæculi contagione tranſitis. Cum [88] caſtæ perſeveratis & virgines, angelis Dei eſtis æquales. Tantum maneat & duret ſolida & illæſa virginitas, & ut cœpit fortiter, jugiter perſeveret, nec monilium aut veſtium quærat ornamenta, ſed morum. Deum ſpectet & cælum, neque oculos ad ſublime porrectos ad carnis & mundi concupiſcentiam deprimat aut ad terrena de- [Gen. 3.] ponat. Prima ſententia creſcere & generare præcepit, ſecunda continentiam ſuaſit. Cum adhuc rudis mundus & inanis eſt, copiam fecunditate generantes propagamur, & creſcimus ad humani generis augmentum. Cum jam repletus eſt orbis & mundus impletus, qui capere continentiam poſſunt, ſpadonum more viventes, caſtrantur ad regnum. [Matt. 19.] Nec hoc jubet Dominus, ſed hortatur; nec jugum neceſſitatis imponit, quando maneat voluntatis arbitrium liberum. Sed cum [89] habitationes multas apud patrem ſuum dicat, [Joan. 14.] melioris habitaculi hoſpitia demonſtrat. Habitacula iſta meliora vos petitis, carnis deſideria caſtrantes majoris gratiæ præmium in cæleſtibus obtinetis. Omnes quidem qui [90] ad divinum lavacrum baptiſmi ſanctificatione perveniunt, hominem illic veterem gratia lavacri ſalutaris exponunt, & innovati ſpiritu ſancto a ſordibus contagionis antiquæ iterata nativitate purgantur. Sed nativitatis iteratæ vobis major ſanctitas & veritas competit, quibus deſideria jam carnis & corporis nulla ſunt. Sola in vobis quæ ſunt virtutis & ſpiritus ad gloriam remanſerunt. Apoſtoli vox eſt, quem Dominus vas electionis ſuæ dixit, quem ad promenda mandata cæleſtia Deus miſit. *Primus homo*, inquit, *de terræ limo, ſecundus homo de cælo. Qualis ille de limo, tales & qui de limo; & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes.* [1. Cor. 15.] [91] *Quomodo portavimus imaginem ejus qui de limo eſt, portemus & imaginem ejus qui de cælo eſt*. Hanc imaginem virginitas portat, portat integritas, ſanctitas portat & veritas. Portant diſciplinæ Dei memores, juſtitiam cum religione retinentes, ſtabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad ſuſtinendam injuriam mites, ad faciendam miſericordiam faciles, fraterna pace unanimes atque concordes. Quæ vos ſingula, o bonæ virgines, obſervare, diligere, implere debetis; quæ Deo & Chriſto vacantes, ad Dominum, cui vos dicaſtis, & majore & meliore parte præceditis. Provectæ annis, junioribus facite magiſterium. Minores [92] natu præbete comparibus incitamentum. Hortamentis vos mutuis excitate, æmulis de virtute documentis ad gloriam provocate. Durate fortiter, ſpiritaliter pergite, pervenite feliciter. Tantum mementote tunc noſtri cum incipiet in vobis [93] virginitas honorari.

NOTÆ AD LIBRUM DE HABITU VIRGINUM.

1 ANtea legebatur *De diſciplina & habitu virginum*. Coactus ſum mutare propter auctoritatem veterum exemplarium, in primis vero Seguieriani omnium antiquiſſimi, & quia eo modo librum iſtum citat ſanctus Auguſtinus lib. 4. de doctrina chriſtiana cap. 21. De illo ita ſcribit Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis: *Legas Tertullianum ad amicum philoſophum & de virginitate alios libellos & beati Cypriani volumen egregium*. Idem in epiſtola ad Demetriadem de virginitate ſervanda: *Certe & beatus Cyprianus egregium de virginitate volumen edidit*. Quæ etiam reperiuntur in epiſtola 79. Hildeberti. Hanc noſtram mutationem in titulo iſtius libri confirmari poſſe puto auctoritate Caſſiani, qui libros quos edidit de Inſtitutione monachorum vocavit de habitu monachorum. Sic enim legitur in codice Corbejenſi: *Incipit liber primus de habitu monachorum*. Et in fine: *De habitu monachorum liber primus explicit*. Sic etiam in codice 782. bibliothecæ Colbertinæ. Immo in editione Antverpienſi Chriſtophori Plantini legitur in initio: *Liber primus de habitu monachi*. Exſtat inſignis liber ſancti Joannis Chryſoſtomi de virginitate.

2 *Diſciplina cuſtos ſpei*] T. Livius lib. 34. *Diſciplina cuſtos infirmitatis*. Cyprianus in epiſtola ad Donatum, *timor innocentiæ cuſtos*. Cicero in oratione in L. Calpurnium Piſonem: *Vetus illa magiſtra pudoris & modeſtiæ ſeveritas cenſoria*. Apulejus lib. 9. metamorphoſeon, *inimica fidei, hoſtis pudicitiæ*. Pulcra pudicitiæ commendatio exſtat apud Ludovicum Cælium Rhodiginum lib. 7. cap. 27.

3 *Averſari*] Codex ſancti Arnulphi & Beccenſis itemque editio Morellii habent *adverſari*. Ita etiam Thuanus & Foſſatenſis, ut recte annotatum eſt in editione Anglicana.

4 *A via recta*] In codice ſancti Arnulphi ſcriptum eſt *juſta* & ſupra lineam *vel recta*.

5 *Ad quid exponis*] Idem codex & Beccenſis *Ut quid*. Ita etiam editio Morelliana.

6 *Scripturis ſanctis*] In editione Eraſmi & in iis quæ poſtea ſecutæ ſunt additur conſequenter *tam veteribus quam novis*. quam additionem Rigaltius ait eſſe ſuperfluam. Sane non exſtat in antiquis editionibus; idque verum eſſe annotat Pamelius, ſed tamen monet codices manuſcriptos eam habere. Ego vero teſtari poſſum me illam in tanto numero veterum exemplarium cum quibus opera ſancti Cypriani contuli non reperiſſe niſi in uno recentiore ſancti Victoris Pariſienſis. Certe non exſtat in Seguieriano neque in epiſtola Pelagii II. ad epiſco-

epiſcopos Iſtriæ, ubi hoc fragmentum refertur. Editio profecto quæ dicitur Gravii illam habet, ſed minutiore charactere, & in margine notatur ea verba alibi non haberi, id eſt alibi quam in editione Eraſmi, quæ emerſit ante illam quæ dicitur Gravii. Lombertus, qui Gallice vertit opera ſancti martyris, illam omiſit in ſua verſione. Angli etiam expunxerunt.

7 *Dei munera*] Antea ſcriptum erat *Chriſti munera*; Quæ ſane lectio bona eſt. Verumquoniam editio Morelliana & omnes libri veteres quos ego vidi, duobus dumtaxat exceptis, legunt *Dei munera*, arbitratus ſum cedendum eſſe auctoritati tot veterum exemplarium, præſertim cum infra in libro adverſus Demetrianum ita etiam ſcriptum ſit. Et licet in libro de unitate eccleſiæ legatur *Chriſti præmia*, non inde colligi poteſt in iſto loco retinendam eſſe vocem *Chriſti*, quamvis ea quoque lectio bona ſit.

8 *Quibus nos*] In tribus antiquis codicibus legitur *quibus nos ſucceſſimus*. Sed verbum *ſucceſſimus*, quod certe non eſt hujus loci, deeſt in omnibus aliis.

9 *Clarificate*] Ita ſeptemdecim libri veteres, & mox *clarificemus*. Non monuiſſem me ita ſcripſiſſe, niſi alia lectio, quæ habet *glorificate* & *glorificemus*, prævaluiſſet in omnibus editionibus, excepta Morelliana. Prætuli porro iſtam propter auctoritatem veterum exemplarium, & quia ita loqui amat ſanctus Cyprianus.

10 *Munda corpore*] In libro Flori ſcriptum erat *munda pectore*.

11 *Demuſq. operam*] Hæc deſunt in codice ſancti Arnulphi.

12 *Tenorem*] Ita emendavimus ex fide codicis Burgundici pro eo quod veteres editiones habent *morem*, tredecim libri noſtri & quinque Anglicani *timorem*. Quo præjudicio freti Angli *timorem* poſuerunt. Sed ego eam lectionem puto eſſe falſiſſimam, eam vero quam præfert codex Burgundicus veriſſimam. Confirmare illam videtur Plinius in panegyrico, ubi loquens de uxore & ſorore Trajani ait: *Idem utrique propoſitum, idem vitæ tenor*. Cyprianus ipſe epiſt. 64. ait *teneant integri ſalutis ſuæ perpetuum tenorem*, uti nos emendavimus ope libri Fuxenſis. Statius in lacrimis Hetruſci, *atque ævi ſine labe tenor*. Tacitus in vita Agricolæ: *Idem præturæ tenor*. Item Cyprianus epiſt. 25. ſcripſit *diſciplinæ tenor*, epiſt. 52. *tenorem gloriæ*, epiſt. 51. & epiſt 77. *cuſtodito fidei tenore*. Arnobius lib. 2. *virtutum omnium ſervamus atque integramus tenorem*. Lactantius lib. 5. cap. 9. *pietas in ſummo regulam tenens tenorem ſuum ſervat*. Dido in epiſtola ad Æneam apud Ovidium:

Durat in extremum vitæque noviſſima noſtri
Proſequitur fati qui fuit ante tenor.

Sunt alia multa exempla iſtiuſmodi apud eumdem Ovidium, Svetonium, Valerium Flaccum, Lucretium, Virgilium, & alios, a quibus referendis abſtineo. Addam tamen locum Pontii diaconi in vita Cypriani prout legitur in codice Bodlejano, *concupiſcentiam ſanctimoniæ tenore calcaret* pro eo quod editiones habent *vigore*.

13 *Minus ſollicito*] Codex Turonenſis, *minus caute & ſollicita timore*.

14 *Teneatur*] Poſt iſta Pamelius adjecit ex codice Cambronenſi, *quia ſcriptum eſt: Qui perſeveraverit uſque in finem hic ſalvus erit*. At ego additamentum illud delevi, quia illud nuſpiam inveni in codicibus antiquis cum quibus contuli opera ſancti martyris, & deeſt etiam in novem Anglicanis.

15 *Nunc nobis ad virgines*] Refert hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. de doctrina chriſtiana cap. 21.

16 *Sanctimoniam*] Codex ſancti Arnulphi *ſanctimonium*. Vide notas ad epiſt. 20. pag. 74.

17 *Copioſa*] Apud Auguſtinum *glorioſa*, in codice Floriacenſi illic citato *generoſa*. Sic etiam legit Morellius in veteri codice.

18 *Spadones*] Vide annotationes Eraſmi in caput 19. Matthæi.

19 *Angeli vocem*] Duo libri veteres habent *archangeli*, novem *evangelii*. Sic etiam vidit Morellius in veteri codice.

20 *Continentia vero*] Vide quæ de continentia diximus ſupra ad epiſtolam 52.

21 *Cælebs cogitat*] Ita etiam lib. 3. teſtimoniorum cap. 32. At Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de virginitate ſervanda aliter refert hunc locum ex quadam veteri verſione hoc modo: *Qui ſine uxore eſt ſollicitus eſt ea quæ Domini ſunt quomodo placeat Domino. Qui autem cum uxore eſt ſollicitus eſt ea quæ ſunt hujus mundi quomodo placeat uxori. Diviſa eſt mulier & virgo. Quæ non eſt nupta cogitat quæ ſunt Domini, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu*. Verum idem Hieronymus in libro primo adverſus Jovinianum improbat hanc verſionem & ait illam non eſſe apoſtolicæ veritatis. Et tamen in libro adverſus Helvidium referens eumdem locum ait: *Quid oblatras, quid repugnas? Vas electionis loquitur, Diviſa eſt, dicens, mulier & virgo*. Eadem verſione uſum eſſe Tertullianum liquet ex libro ejus de virginibus velandis.

22 *Sic & virgo*] In codice ſancti Arnulphi, in Beccenſi, & in editione Morellii legitur: *Sic & mulier & virgo innupta*.

23 *Dubitet an virgo ſit*] In codice Gratianopolitano legitur, *dubitet an nupta aut virgo ſit*. Tertullianus in libro de virginibus velandis: *Difficile mulier ſemel ſit quæ non timet fieri quæque jam facta poteſt virginem mentiri ſub Deo*. Apud Dionem Caſſium lib. 37. legimus Cæſarem uxorem ſuam ſuſpectam adulterii repudiaſſe, non quod crederet quæ de ea ferebantur, ſed quod diceret non poſſe ſe eam conjugem habere quæ ſemel adulterii commiſſi ſuſpecta haberetur, pudicæ enim eſſe non modo ut ne quid peccet, ſed ne ſuſpicionem quidem ullam turpem de ſe præbeat.

24 *Parem*] Codex Seguierianus, *Talem te integritas*.

25 *Non tan. corpore*] Diſſimulare non debeo decem & novem vetera exemplaria, & in his Seguierianum, habere *non ſolum corporaliter ſed ſpiritaliter*. Lectionem vulgatam non reperi niſi in antiquis editionibus & in duobus libris veteribus. Retinui tamen eam, quia eſt elegantior, quamvis ſciam in libro de oratione dominica pro eo quod illic ſcriptum eſt *magis ſpiritalis*, quoſdam veteres libros habere *ſpiritalior*.

26 *Comi*] Ita pleriſque libri veteres. Sic etiam apud Aldelmum in libro de laude virginitatis. Non diſplicet tamen alia lectio, *comam nutrire*. Infra in hoc ipſo libro: *Quod ornari te putas, quod putas comi, impugnatio eſt iſta divini operis*.

27 *Cum integritatis*] Duo libri veteres, *cum affectu integritatis*. Alii tres, *cum integritate candida ſis & pudore*.

28 *Candidata*] Ita editio Eraſmi, cum antea legeretur *candida*: quam lectionem ego deprehendi in undecim libris veteribus. Aliam reperi in editionibus Manutii & Morellii & in aliis octo codicibus. Tertullianus in libro ſecundo ad uxorem dixit: *Ipſe Dei candidatus eſt timore*. & in libro de baptiſmo: *Agebatur itaque baptiſmus pænitentiæ quaſi candidatus remiſſionis & ſanctificationis in Chriſto ſubſecuturæ*.

29 *Sermo*] Pleriſque libri veteres, ut frequenter alibi, habent *verbum*. Vide nota ad epiſt. 56. pag. 203. & notas ad epiſt. 81. pag. 340.

30 *Poſſeſſione*] Veteres editiones & decem libri veteres *manſione*.

31 *Conteſtans*] Ita ſcriptum vidi in pleriſque codicibus manuſcriptis. Quidam tamen & veteres editiones præferunt *corroborans*. Infra in libro de lapſis, *Dei ſervos cæleſti voce corroborans*.

32 *Chriſtus dixit*] Ita omnes libri veteres, uno Thuano excepto, in quo legitur *fecit*. Ita etiam Eraſmus. Melior eſt autem lectio veterum librorum. Reſpicit enim iſtic Cyprianus ad verba Chriſti paulo ante deſcripta.

33 *Juſto fine*] Codex Thuanus, *juſtificatione*. Ita etiam codex ſancti Arnulphi.

34 *Si te ſumptuoſius*] Hieronymus in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ: *Cave ne aures ejus perfores, ne ceruſſa & purpuriſſo conſecrata Chriſto ora depingas &c.* Idem in epiſtola ad Furiam de viduitate ſervanda: *Quid facit in facie chriſtianæ purpuriſſus & ceruſſa?* Vide in libro quarto T. Livii hiſtoriam de virgine Veſtali accuſata propter cultum amœniorem. In noctibus Feſulanis Matthæi Boſſi exſtat ejus exhortatio ad Beſſarionem ne feminea ornamenta Bononienſibus reſtituantur. Vide etiam epiſtolam ſextam ejuſdem Matthæi.

35 *Oculos in te*] Tertullianus in libro de virginibus velandis: *Ejuſdem libidinis eſt videre & videri*. Sulpitius Severus dial. 2. cap. 12. *Mulieris prima virtus eſt non videri*. Valerius Maximus lib. 4. cap. 5. tradit Spurinnam excellentia pulchritudinis adoleſcentem, cum mira ſpecie complurium feminarum illuſtrium ſollicitaret oculos, oris decorem vulneribus confudiſſe, quia nolebat formam ſuam eſſe irritamentum alienæ libidinis. Idem lib. 6. cap. 3. ait C. Sulpitium Gallum dimiſiſſe uxorem quod eam capite aperto foris verſatam cognoverat. *Lex enim, inquit, tibi tantum meos præfinit oculos quibus formam tuam approbes. Ulterior tui conſpectus ſupervacua irritatione acceſſitus in ſuſpicione & crimine ſubhæreat neceſſe eſt.*

Digitized by Google

36 *Suſpirandi fomenta*] Mirum eſt quanta ſit in hoc loco diſcrepantia in codicibus manuſcriptis. Duo habent *ſuſpirandi*, octo & editio Manutii *ſperandi*, unus *pereundi*, item unus *ſtupandi*, alius *ſtuprandi*, alius denique *peccandi*. Apud Aldelmum in libro de laude virginitatis *ſpirandi*, forte pro *ſuſpirandi*. Tertullianus in libro de cultu feminarum, *ſuſpiria adoleſcentium poſt ſe trahat*. Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de virginitate ſervanda: *Hæ ſunt quæ per publicum notabiliter incedunt & furtivis oculorum nutibus adoleſcentium greges poſt ſe trahunt*. Idem in epiſtola ad Geruntiam de monogamia: *Ne propoſitum viduæ exquiſitior cultus infamet. Ne oculorum nutibus & hilaritate vultus juvenum poſt ſe greges trahat*.

37 *Velut gladium*] Tertullianus lib. 2. de cultu feminarum: *Perit enim ille ſimul at tuam formam concupierit, & facta es tu gladius illi*. Vide homiliam ſancti Joannis Chryſoſtomi quod regulares feminæ viris cohabitare non debeant.

38 *Non ementes*] Quamvis ſciam hoc ſegmentum non exſtare in prima epiſtola Pauli ad Corinthios, ex qua ſumptus eſt hic locus, quamvis ſciam illud raro reperiri in antiquis codicibus operum ſancti Cypriani, tamen addidi, quia illud inveni in Pithœano, cui conſentit Camberonenſis a Pamelio laudatus, & quia Cyprianus lib. 3. teſtimoniorum cap. 11. eumdem locum deſcribens etiam hoc ſegmentum refert. Ego enim, ut antea dixi, in emendandis ſancti martiris operibus non quæro quid reperiatur in codicibus ſacrorum bibliorum, ſed quid Cyprianus ſcripſerit. Videtur autem ille voluiſſe ſenſum facere integrum cum iſta addidit.

39 *Patrimonio tuo*] Pamelius & poſt eum Rigaltius poſuerunt *patrimonium tuum Deo fenera*. quam lectionem inveni in quatuor exemplaribus antiquis. Veteres editiones & undecim vetera exemplaria habent: *Patrimonia tua Deo fenera*. Lectionem autem quam ego retinui præferunt duodecim libri veteres & editio Manutiana, itemque Anglicana.

40 *Amatoria cantandu*] Seneca rhetor in præfatione controverſiarum: *Cantandi ſaltandique nunc obſcœna ſtudia effeminatos tenent*. Quintilianus lib. 1. cap. 8. *Omne convivium obſcœnis cantibus ſtrepit, pudenda dicta ſpectantur*. Concilium Veneticum can. 11. *Preſbyteri, diaconi, atque ſubdiaconi nuptiarum evitent convivia, nec iis admiſceantur ubi amatoria cantantur & turpia*. Sic etiam in canone 37. concilii Agathenſis. Burchardus lib. 2. cap. 134. hoc decretum ſynodi Agathenſis refert *ex dictis Auguſtini*. Sic etiam Ivo Carnotenſis parte 6. cap. 209. At Gratianus recte ex concilio Agathenſi. In concilio Troslejano cap. 11. prohibentur turpia cantica. Hieronymus in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ: *Turpia verba non intelligat, cantica mundi ignoret*. Ælius Spartianus tradit Adrianum imperatorem ſcripſiſſe cantica amatoria.

41 *Ferrum ad culturam*] Ovidius lib. 2. triſtium:

Et latro & cautus præcingitur enſe viator.
Ille ſed inſidias, hic ſibi portat opem.

Quintilianus lib. 2. cap. 16. *Non fabricetur militi gladius. Poteſt uti eodem ferro latro*. Tertullianus in libro de ſpectaculis: *Ferrum Dei res eſt. Numquid tamen in hominis necem auctor iſta providit?*

42 *Civitas meretrix*] Neſcio quid hic faciat vox *civitas*. Non enim agitur de civitate aliqua in apocalypſi, ſed de meretrice magna. Videtur igitur Cyprianus accepiſſe ex libro ſecundo Tertulliani de cultu feminarum, ubi legitur: *Illa civitas valida quæ ſuper montes ſeptem & plurimas aquas præſidet*. Idem civitatem etiam proſtitutam vocat in libro de reſurrectione carnis. In capite primo Iſaiæ legitur: *Quomodo facta eſt meretrix civitas fidelis*. Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis: *Ne fiat obſecro civitas meretrix fidelis Sion*. Vide Eſtium in caput illud apocalypſis.

43 *Ornamenta meretricum*] Vide Nicolai Abrami notas ad orationem Ciceronis pro M. Cælio pag. 491. & commentarium Joannis Bourdelotii ad Petronium pag. 277.

44 *Veſte corruptas*] Ita omnes veteres libri & editiones. Et tamen Eraſmus putabat vocem *corruptas* eſſe male poſitam, & conjecerat legendum eſſe *comptas*. Paulo poſt Cyprianus dicet *hinc corruptas eſſe virgines*, & mox *corrupta turpitudinem fœditatemque meruerunt*.

45 *Sæculi delicias*] Quatuor libri noſtri & unus Anglicanus habent *divitias*.

46 *Lunulas*] Etiam maſculi lunulas geſtabant, non ſane in capite, ſed in calceis, ut docet Plutarchus in quæſtionibus Romanis. Nos quoque in juventute noſtra portavimus lunulas in calceis. Vide Ludovicum Cælium Rhodiginum lib. 11. cap. 28.

47 *Diſcriminalia*] Hieronymus in apologia adverſus Rufinum, *linguam veriloquam diſcriminali acu confodiebat*. In apologia Apuleii *capilli diſcriminandi*. Ovidius lib. 3. de arte amandi: *Longa probat facies capitis diſcrimina puri*. Quærit Plutarchus in libro de quæſtionibus Romanis cur Romani nuptarum comam diſcriminant haſtæ cuſpide. Vide lexicon Martinii & gloſſarium Latinum Cangii.

48 *Armillas*] Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de acceptis ab ea munuſculis, *armillæ ſunt brachiorum*. Sic etiam Diodorus Siculus lib. 5. agens de Gallis. Tertullianus lib. 2. de cultu feminarum, *circulos ex auro, quibus brachia artantur*. Idem Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem de virginitate ſervanda, *aſtrictas habent manicas*. Vide Cotelerii notas ad librum primum conſtitutionum apoſtolicarum cap. 3.

49 *Botronatum*] Si Cyprianus reddidiſſet verba Iſaiæ ſecundum ordinem quem tenent in libro Iſaiæ, facile hinc eſſet intelligere quid ſignificet hoc vocabulum. Verum alia verſione, ut apparet, uſus eſt, aut verborum ordinem turbavit. Vide Salmaſium in exercitationibus Plinianis pag. 763. & in notis ad ſcriptores hiſtoriæ auguſtæ pag. 339. & lexicon Martinii. Vide etiam etymologicum Voſſii in verbo *botrus*.

50 *Dextralia*] Numerorum cap. 31. *annulos & dextralia ac murenulas*. Lucifer Calaritanus in libro de non parcendo delinquentibus in Deum: *Debemus vereri regni tui diadema, inaurem etiam & dextrocherium*. Ubi Joannes Tilius epiſcopus Meldenſis, cui debemus primam editionem operum Luciferi, dixit dextrocherium ſibi videri eſſe dictionem ex Latino & Græco compoſitam pro ornamento quodam in manu dextra. Vide Salmaſium ad ſcriptores hiſtoriæ auguſtæ pag. 251. & lexicon Martinii & gloſſarium Latinum Cangii. Vide etiam Ludovicum Cælium Rhodiginum lib 5. cap. 13.

51 *Inaures*] Infra in hoc ipſo libro, *Aut vulnera inferri auribus Deus voluit*. Et iterum infra, *Non inferantur auribus vulnera*. Tertullianus lib. 2. de cultu feminarum: *Scrupuloſa Deus auribus vulnera intulit, & tanti habuit vexationem operis ſui & cruciatus infantiæ innocentis tunc primum dolentis ut ex illis ad ferinum nati corporis cicatricibus grana neſcio quæ penderent*. Hieronymus in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ: *Cave ne aures ejus perfores*. Idem in epitaphio Marcellæ, *auribus perforatis rubri maris pretioſiſſima grana ſuſpendere*. Plinius lib. 12. cap. 1. *Ad hæc excogitata ſunt aurium vulnera, nimirum quoniam parum eſt collo crinibuſque geſtari niſi infererentur etiam corpori*. Gregorius Nazianzenus in carmine ad Olympiadem eam monet ne aurium ornatum ponat in margaritis. Vide Diodorum Siculum lib. 5. ubi agit de Panchalia.

52 *Colorare lanas*] Tertullianus in libro primo de cultu feminarum, *medicamenta ex fuco quibus lanæ colorantur*. Virgilius ecloga 4. *Nec varios diſcet mentiri lana colores*. Horatius lib. 3. od. 5. *neque amiſſos colores lana refert medicata fuco*. Hieronymus in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ: *Lanarum conchylia quis in priſtinum candorem revocet?*

53 *Lapillis*] Quamvis codices antiqui & editiones ita habeant, ego puto ſcribendum eſſe *capillis*. Solebant antiqui miſcere auri ramenta cum capillis ut magis flavi apparerent. Quippe flavus color, ut liquet etiam ex teſtimonio Virgilii in libro quarto Æneidos, in pretio erat ad pulcritudinem oris & capitis. Docet illud Julius Capitolinus in Vero: *Dicitur ſane tantam habuiſſe curam flaventium capillorum ut capiti auri ramenta reſpergeret quo magis coma illuminata flaveſceret*. Idem in Commodo: *Fuit forma quidem corporis juſta, capite ſemper fucato & auri ramentis illuminato*. Trebellius Pollio in Gallieno: *Crinibus ſuis auri ſcobem aſperſit*. Auctor epiſtolæ ad Demetriadem editæ inter opera Hieronymi: *Hæc eſt illis per dies ſingulos cura præcipua, implicare auro crinem & ardentes concharum lapides capitis honorem facere*. Martianus Capella lib. 1. *Juno quoque expurgatioris auri ſplendente venæ addiderat crinibus ſociale vinculum*. Idem paulo poſt ait Phœbum vocari auricomum. *Nam ſolis auguſtum caput*, inquit, *radiis perfuſum circumactuumque flammantibus velut auratam cæſariem rutili verticis imitatur*. Hinc apud Tacitum lib. 4. hiſtor. *crinis rutilatus*. Virgilius lib. 12. Æneidos, *pro crinali auro*. Ovidius lib. 3 amorum eleg. 12. *Virginei crines auro gemmaque premuntur*. Ibidem eleg. 14.

Nec tamen ater erat, nec erat color aureus illis.
Sed quamvis neuter, mistus uterque color.

Item in epiſtola Cydippes ad Acontium: *Ipſe dedit gemmas digitis & crinibus aurum*. Virgilius lib. 4. Æneidos

Digitized by Google

neidos : *Fraude premit crinem fingens atque implicat auro*. Tibullus lib. 1. eleg. 10. *Auro ne pollue formam*. Plinius lib. 3. cap. 5. *virorum crinibus aurum implexum*. Seneca Medea, *gemmarum nitor* ——— *diſtinguit aurum quo ſolent cingi comæ*. Idem Hercule Oeteo : *Quid nudus auro crinis & gemma jacet*. Prudentius in hamartigenia, *aureoliſque riget coma texta catenis*. Apud Apulejum lib. 5. metamorphoſeon Venus irata adverſus filium ait : *Tunc injuria mea litatum crediderim cum comas ejus, quas iſtis manibus meis ſubinde aureo nitore perſtrinxi, deraſerim*. Et libro decimo : *Adeſt luculentus puer nudus, flavis crinibus uſquequaque conſpicuus, & inter comas ejus aurea pinnulæ cognatione ſimili ſociata prominebant*. Vide Bourdelotii notas ad Petronium pag. 241.

Poſt edita a nobis opera Cypriani, poſt emendationem hujus loci a me tentatam, inveni tandem veram lectionem in veteri & optimo codice monaſterii Beccenſis, in quo diſerte ſcriptum eſt *capillis*. Itaque emendatio certa eſt. Illam porro poſuiſſem in contextu hujus operis Cyprianici, ſi codicem Beccenſem, qui ſero venit in manus meas, habuiſſem eo tempore quo locus iſte cudebatur a typographo.

Alia fraude, ut in capite primo libri ſui ſecundi ait Valerius Maximus, utebantur mulieres Romanæ, quæ, quo formam ſuam concinniorem efficerent, ſumma cum diligentia capillos cinere rutilabant. Soſipater Chariſius lib. 1. *Muliebre miniſterium cinerarius dicitur. Nam Cato in originibus, Mulieres, inquit, noſtræ capillum cinere ungitabant ut rutilus eſſet crinis*. Concilium Eliberitanum canone 67. *Prohibendum eſt ne qua fidelis vel catecumina aut comatos aut viros cinerarios habeant*. Hæc ſynodi verba refero uti ſcripta ſunt in tribus antiquiſſimis & optimis codicibus manuſcriptis & in editione Garſiæ Loaiſæ. Quod iden annoto quia Ferdinandus de Mendoza hanc lectionem ſibi non probari ait quia ratio & reliqui codices manuſcripti congruunt cum editione vulgata, in qua ſcriptum eſt *comicos aut viros ſcenicos*. Vide quæ Joannes Ludovicus de la Cerda notavit ad librum ſecundum Tertulliani ad uxorem pag. 642. Contra in capite ſecundo threnorum Hieremiæ legimus filias Sion ſqualidas & deſolatas conſperſiſſe cinere capita ſua, nimirum ut dedecorarent formam ſuam, & ſic oſtendederent miſerabilem ſtatum ſuum.

Ex his quæ annotavi de capillis auro mixtis puto ſumi poſſe conjecturam ut emendetur locus Juvenalis ex ſatyra in qua depingit pravos mores Meſſallinæ, quam ait nudam papillis auratis conſtitiſſe in lupanari. Pro quo facile crederem legendum eſſe *capillis*. Non video enim quid dicere voluiſſet Juvenalis, ſi ſcripſiſſet papillas fuiſſe auratas. Quid enim facit aurum in papillis ad libidinem? Conjecturam porro illam adjuvari poſſe puto ex eo quod Juvenalis paulo ante dixit illam nigrum flavo crinem abſcondiſſe galero. Recte enim flavus color convenit cum auro, ut oſtendunt loca veterum relata ſupra. Et Ovidius lib. 15. metamorphoſeon dixit capillus auro ſimiles, id eſt flavos.

54 *Abſconderes*] Tres libri veteres habent *abſconderet*. Sic etiam Morellius.

55 *Circumducto nigrore*] Codex ſancti Albini, *circumducto nigrore pulveris*. Tertullianus in libro primo de cultu feminarum, *illum ipſum nigrum pulverem quo oculorum exordia producuntur*. Apud Commodianum instructione 60. legitur *oculos fuligine relinitis*.

56 *Genas mendacio*] Origenes homilia prima in canticum canticorum : *Pulcritudo quippe mulierum in genis dicitur eſſe quamplurimum*. Plinius lib. 11. cap. 37. loquens de genis : *Pudoris hæc ſedes. Ibi maxime oſtenditur rubor*. Ovidius in libro de medicamine faciei : *Nec cerussa tibi nec nitri ſpuma rubentis deſit*. Seneca lib. 5. controv. 6. *Muliebrem veſtem ſumpſit, capillos in feminæ habitum compoſuit, oculos puellari lenocinio circumdedit, coloravit genas*. Apulejus in apologia ſua dixit *purpuriſſatas genas*. Commodianus inſtruct. 59. *Nec non & inducis malis medicamina falſa*. & inſtruct. 60. *Malas medicatis quodam ſuperducto rubore*. Hodie nihil vulgatius. Id vero ab Italis ad nos perveniſſe adnotatum eſt in Theſauro linguæ Latinæ ; ubi legitur purpuriſſo olim uſas fuiſſe mulieres ad labra & genas tingendas, *quemadmodum hodie plerumque apud Italos fieri videmus*.

57 *Corruptela impugnatione*] Eraſmus mallet *impigmatione, unde pigmenta dicta videntur*, ut ille ait. Sed ego impigmationem alibi non legi.

58 *Plaſtica adulterari*] Tertullianus lib. 2. de cultu feminarum : *Diſplicet nimirum illis plaſtica Dei*. Et paulo ante dixerat : *Nam etſi accuſandus decor non eſt ut felicitas corporis, ut divinæ plaſticæ acceſſio*. Et in libro de ſpectaculis, *plaſticam Dei ſupergreſſa*.

59 *Flavo colore*] Juvenalis ſatyra ſexta : *Et nigrum flavo crinem abſcondente galero*. Dio Chryſoſtomus orat. 21. ait Achillis comam fuiſſe flavam. Apulejus lib. 2. de aſino aureo, *rubor temperatus, flavum & inaffectatum capillitium*. Idem lib. 5. *per iſtos cinnameos & undique pendulos crines tuos*. Ovidius lib. 3. de arte amandi :

Femina canitiem germanis inficit herbis,
Et melior vero quæritur arte color.

60 *Manus Deo inferunt*] Tertullianus ibidem : *Ille indubitate hujuſmodi ingenia concinnavit ut in vobis pareat manus vos quodam modo Deo inferre*.

61 *Opus Dei eſt*] Imitatus eſt magiſtrum ſuum Cyprianus. Tertullianus enim in libro ſecundo de cultu feminarum ait : *Quod naſcitur opus Dei eſt. Ergo quod fingitur diaboli negotium eſt*.

62 *Si quis pingendi*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. de doctrina chriſtiana cap. 21.

63 *Capillos flammes*] Tertullianus ibidem, *male ac peſſime ſibi auſpicantur flammeo capite*. Vide lib. 3. obſervationum Cuperi cap. 14.

64 *Capilli erant albi*] Paſſio ſanctarum Perpetuæ & Felicitatis : *Et vidimus in eodem loco ſedentem quaſi hominem canum niveos habentem capillos*.

65 *Te non recognoſcat*] Julius Firmicus in libro de errore prophanarum religionum : *Cum cohors veſtra ad tribunal judicantis Dei acceſſerit, nihil vobiſcum afferetis quod Deus qui vos fecit agnoſcat*. Hieronymus in epiſtola ad Furiam de viduitate ſervanda : *Qua fiducia erigit ad cælum vultus quos conditor non agnoſcit*. Apud Victorem Vitenſem lib. 5. cap. 9. exſtat objurgatio Muritæ diaconi Carthaginenſis ad Elpidoforum olim chriſtianum, cui fuerat delegatum membra confeſſorum Chriſti ſuppliciis graſſantibus laniare. Ad illum ergo ait inter cetera Muritta Deum non agniturum illum cum venerit dies extremus & dicturum : *Non conſpicio vultum ſignaculi mei, characterem non video trinitatis*. Imperator Conſtantinus in titulo Codicis Theodoſiani de pœnis : *Si quis in ludum fuerit vel in metallum pro criminum deprehenſorum qualitate damnatus, minime in ejus facie ſcribetur, dum & in manibus & in ſuris poſſis pœna damnationis una ſcriptione comprehendi, quo facies, quæ ad ſimilitudinem pulcritudinis cæleſtis eſt figurata, minime maculetur*.

66 *Depictos oculos*] Plinius lib. 11. cap 37. *Palpebræ in genis homini utrimque. Mulieribus etiam infecta quodam modo. Tanta eſt decoris affectatio ut tinguantur oculi quoque*. Hieronymus in epiſtola ad Furiam de viduitate ſervanda ait, *nec orbes*, id eſt oculos, *ſtibio fuliginatos*.

67 *Metuenda*] Eraſmus monuit alibi legi *meditanda*. quam lectionem ego reperi in libro Fuxenſi.

68 *Nubentibus intereſſe*] Damnat virgines chriſtianas quæ nuptiis intererant, ubi ſane multa etiam inconvenientibus honeſtioribus fiunt quæ non videntur congruere profeſſis virginitatem. Nam feſcennina quæ cantabantur in nuptiis maximam licentiam & laſciviam exhibebant. Iſta fortiter in hoc loco exſequitur ſanctus martyr. Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem de virginitate ſervanda : *Stridor Punicæ linguæ procacia tibi feſcennina cantabit*. Sed de feſcenninis vide Muretum ad Catullum. Immo ſanctus Gregorius Nazianzenus hortatur Olympiadem, quæ maritata erat, ne ad nuptiale convivium eat, ubi & perpotatur & denique infacetis facetiis indulgetur. Omne enim convivium, ut lib. 1. cap. 2. ait Quintilianus, obſcœnis cantibus ſtrepit, pudenda dictu ſpectantur. Et Prudentius in hamartigenia dixit *convivale calentis carmen nequitiæ*.

69 *In illa laſciv.*] Ita habent undecim libri veteres & editio Manutii. Non diſplicet tamen lectio veterum editionum, in quibus ſcriptum eſt *inter illam laſcivientem libertatem*. Habetur autem illa in quinque libris veteribus. Codex Beccenſis habet *in illa libertate convivantium*. Laſcivam licentiam dixit Horatius lib. 1. od. 19.

70 *Ad audaciam ſponſus*] Hildebertus epiſt. 36. *Neſciunt virgines quid ex maritali licentia muliebris ſuſtineat infirmitas*. Deſcriptio licentiæ maritalis exſtat in veteri epigrammate quod exſtat inter notas Salmaſii ad ſcriptores hiſtoriæ auguſtæ pag. 285.

71 *Quando pudica*] Hic locus in exemplaribus manuſcriptis & in vulgatis editionibus diverſo modo legitur. Etenim nonnulla eorum habent *quomodo pudica quæ venerat impudica diſcedit*. Alia contrario ſenſu, *quando impudicior quæ venerat impudica diſcedit*. Ego præfero priorem lectionem, eam etiam ob cauſam quod Cyprianus in ſimili

Digitized by Google

ſimili argumento ſcribit ad Donatum, *quæ pudica fortaſſe ad ſpectaculum matrona proceſſerat de ſpectaculo revertitur impudica*. Sic Martialis lib. 1. epigr. 30. loquens de Levina caſta & ad balneas adultera ait: *Penelope venit, abit Helena*. Alia Rigaltio mens fuit. Nam tametſi in contextu poſuerit lectionem quam ego præfero, in obſervationibus ſuis eam magis probat quæ habet *impudicior quæ venerat pudica diſcedit*. Hieronymus in epiſtola ad Salvinam de ſervanda viduitate: *Tenera res in feminis fama pudicitiæ eſt*. In epiſtola Oenonis ad Paridem apud Ovidium:

Nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia eſt. Deperit illa ſemel.

Quid enim, inquit Lucretia apud T. Livium, *ſalvi eſt mulieri amiſſa pudicitia?* Seneca Hippolyto: *Mens impudicam facere non cauſas ſolet.*

72 *Promiſcuas balneas*] Olim feminas lavari cum viris ſignum eſſe adulteræ putabant, ut videre eſt apud Quintilianum lib. 5. cap. 9. Hieronymus in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ: *Mihi omnino in adulta virgine lavacra diſplicent, quæ ſe ipſam debet erubeſcere & nudam videri non poſſe*. Et paulo poſt ait illam e contrario balnearum fomentis ſopitos ignes ſuſcitare. Balnearum enim calor, ut idem ſcribit in epiſtola ad Furiam de viduitate ſervanda, novum adoleſcentulæ ſanguinem incendit. Idem in epiſtola ad Ruſticum monachum: *Balnearum fomenta non quærat qui calorem ſanguinis jejuniorum cupit frigore extinguere*. Ælius Spartianus tradit Adrianum Imperatorem lavacra pro ſexibus ſeparaviſſe. Et Julius Capitolinus ſcribit M. Antoninum philoſophum lavacra miſta ſubmoviſſe. Ælius vero Lampridius docet Alexandrum Severum balnea miſta Romæ exhiberi prohibuiſſe, & eunuchos nihil in palatio curare voluiſſe niſi balneas feminarum. Concilium Laodicenum canone 30. *Quod non oporteat ſacris officiis deditos aut clericos aut continentes vel omnem laicum chriſtianum lavacra cum mulieribus celebrare, quia hæc apud gentes reprehenſio prima eſt*. Recte profecto. Nam, ut ait Ovidius in libro tertio de arte amandi, *celant furtivos balnea multa jocos*. ubi puto legendum *miſta*. Vide Petavii animadverſiones ad Epiphanium in hæreſi 30. quæ eſt Ebionitarum, Cotelerium in notis ad conſtitutiones apoſtolicas pag. 131. editionis Pariſienſis, & Beveregium in annotationibus ad canonem 77. Trullanum.

73 *Verecundia exuitur*] Herodotus lib. 1. *Mulier exuta tunica verecundiam exuit*. Hieronymus lib. 1. adverſus Jovinianum: *Scribit Herodotus quod mulier cum veſte deponit & verecundiam*. Rufinus lib. 1. in Oſeam: *a vultu ſuo verecundiam, quæ ſolet obſcœnitati impedimentum eſſe, depulerat*. Plinius lib. 35. cap. 10. mentionem facit novæ nuptæ verecundia notabilis. Juſtinus lib. 14. tradit Olympiadem matrem Alexandri M. exſpirantem capillis & veſte crura contexiſſe ne quid poſſet in corpore ejus indecorum videri. Et Q. Curtius lib. 5. ait feminarum Babyloniæ convivia ineuntium in principio fuiſſe modeſtum habitum, deinde ſumma quæque amicula exuiſſe paulatimque pudorem prophanaſſe, ad ultimum ima corporum. Qua de re vide Ludovicum Cælium Rhodiginum lib. 5. cap. 11. A. Gellius lib. 15. cap. 10. ſcribit ex Plutarcho Mileſios virgines Mileſias quæ ſine ulla evidenti cauſa vitam ſuſpendio amitterent decreviſſe ut quæ corporibus ſuſpenſis demortuæ forent, eæ omnes nudæ cum eodem laqueo quo eſſent præcinctæ efferrentur, & poſt id decretum virgines voluntariam mortem non petiſſe pudore ſolo deterritas tam inhoneſti funeris. Claudam notas iſtas inſigni loco Valerii Maximi, qui lib. 4. cap. 5. ait verecundiam eſſe parentem omnis honeſti conſilii, tutelam ſolemnium officiorum, magiſtram innocentiæ, eamque omni tempore favorabilem præ ſe ferre vultum. Idem lib. 6. cap. 1. pudicitiam ait eſſe virorum pariter ac feminarum præcipuum firmamentum. At non ſolum in feminis vituperabatur nuditas, ſed etiam in viris. Narrat enim Maſſurius Sabinus apud A. Gellium lib. 10. cap. 15. flaminem dialem non potuiſſe tunicam intimam exuere niſi in locis tectis, ne ſub cælo tamquam in oculis Jovis nudus eſſet.

74 *Pudor ponitur*] Quamvis ita ſcriptum ſit in omnibus fere libris manuſcriptis & in editionibus, mallem tamen ſcriptum fuiſſe *caditur*; uti legitur in uno codice Remigiano & in Beccenſi, & uti ſe legiſſe in veteribus aliquot libris teſtantur Morellius & Pamelius. Nam paulo poſt iſtic video ſcriptum, *honor continentiæ ac pudor caditur*. Hanc lectionem confirmare videtur etiam codex Camberonenſis apud Pamelium, itemque alius Neapolitanus in margine exemplaris mei Manutianæ editionis notatus, in quibus ſcriptum erat *læditur*. Et tamen, quamquam ea vera ſint, non ſum auſus mutare contra tot veterum codicum & editionum auctoritatem. Gregorius Nazianzenus in carmine ad Olympiadem ait pudoris jacturam flagitioſorum omnium certiſſimam eſſe parentem.

75 *Denotanda*] id eſt denudanda. Vide notas ad epiſtolam 63. pag. 231.

76 *Contrectanda*] Diſſimulandum non eſt *conſpectanda* ſcriptum eſſe in uno libro vetere laudato in margine editionis Lugdunenſis anni 1544. in quo deſcriptæ ſunt variæ lectiones ex pluribus antiquis codicibus manuſcriptis.

77 *Verecunda ſis*] Codex Burgundicus, *verecunda ſit virginitas inter viros*.

78 *Expugnator*] Veteres editiones & quinque libri veteres habent *expugnatus*. Quæ lectio poteſt eſſe bona. Ego tamen aliam præfero, tum quia habetur in editionibus Manutii & Morellii & in duodecim antiquis codicibus, tum etiam quia infra in libro de lapſis legitur *hoſtem nunc & expugnatorem domeſticum non haberent*.

79 *Vidua ant. nupta*] Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de ſervanda virginitate: *Videas plerasque viduas antequam nuptas infelicem conſcientiam mentita tantum veſte protegere*. In apologia Apuleii, *fortaſſe adhuc vidua antequam nupta domi ſediſſet*. Ovidius lib. 2. faſtorum, *vidua ceſſate puellæ*.

80 *Timentem*] Hanc lectionem præferunt omnes fere veteres libri & editiones. Pamelius poſuit *docentem*. quam lectionem ego reperi in ſex codicibus antiquis, in quorum uno primo ſcriptum fuit *timentem*, ſed poſtea id deletum eſt ut ſcriberetur *docentem*. Alii numero viginti habent *timentem*. Ait ergo Cyprianus timere ſe pro virginibus Deo dicatis, ſi non obſervaverint vitam propoſito ſuo congruentem; adeoque illas admonet ut in incepto perſeverent.

81 *Quæ virgo es*] Poſtea ſequitur in editione Eraſmi, ex qua aliæ acceperunt, *quæ Deo ſervis*. At ego, cum iſtud non invenerim niſi in uno veteri libro, deſit autem in omnibus aliis, id eſt viginti, in primis vero in Seguieriano, exiſtimavi non eſſe Cypriani & additum fuiſſe a quodam ſtudioſo, fortaſſis in margine, per ſpeciem interpretationis. Itaque expunxi.

82 *Cum centeno*] Retinui hanc lectionem, quia exſtat in omnibus antiquis codicibus, etiam in Seguieriano, & in editionibus quæ Manutianam anteceſſerunt. Prudentius in carmine de ſancta Agnete ait:

Cingit coronis interea Deus
Frontem duabus martyris innubæ.
Unam decemplex edita ſepties
Merces perenni lumine conficit.
Centenos extat fructus in altera.

In codice Pithœano & in Veronenſi legitur iſtic, *primus cum centeſimo*. Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de ſervanda virginitate: *Centeſimus & ſexageſimus fructus de uno ſunt ſemine caſtitatis*. Joannes Sareſberienſis lib. 8. policratici cap. 11. *non tamen quod conjugali detraham caſtitati, ſed centeſimum aut ſexageſimum fructum, licet de radice triceſimi oriatur, minime arbitror triceſimo comparandum*.

83 *Sexagenarias*] Prudentius lib. 2. adverſus Symmachum: *Sunt & virginibus pulcherrima præmia noſtris*. Et mox: *Hic decies ſeni redeguntur in horrea fructus*.

84 *Cogitatio*] Ita omnes fere libri veteres. Duo tamen habent *collactatio*. In Veronenſi ſcriptum primo fuit *collactatio*. ſed ſupra lineam ſcriptum eſt *cogitatio*.

85 *Gratiam*] Hanc lectionem præferunt omnes ferè libri veteres & veteres editiones. Manutius maluit *gloriam*. Hinc acceperunt poſteriores editiones. Ego tot veterum exemplarium & editionum contra ſcribentium auctoritatem contemnere non audeo. Si quis tamen mavult *gloriam*, judicio ſuo fruatur.

86 *Non nubunt*] Codex Fuxenſis, *non nubent neque nubentur*. Seguierianus & unus alius vetus *non nubuntur* tantum. Nubendi vocabulum ſæpe reperitur in obſcœnis, ut poſt Lipſium annotavit vir doctiſſimus Joannes Seldenus lib. 5. cap. 4. de jure naturali & gentium, & nos quoque alibi monuimus. Et ita videtur etiam ſenſiſſe Servius grammaticus in ſecundum Æneidos: *INNUPTÆ, quæ numquam nubit. Nam virgo poteſt eſſe & nubere*. Tertullianus lib. 4. adverſus Marcionem: *Manente matrimonio nubere adulterium eſt*. Idem in apologetico agens de incarnatione Chriſti ait Dei filium nullam de impudicitia habere matrem, *etiam quam videbatur habere non nupſerat*. Ubi manifeſtum eſt vocem *nupſerat* poſitam eſſe pro coitione mulieris cum viro. Alioqui falſum eſſet quod ait Ter-

Digitized by Google

guilianua, eum certum ſia Mariam matrem Chriſti ductam fuiſſe a Joſepho, nuptam fuiſſe Joſepho, uaoram ejus fuiſſe, & propterea Chriſtum axiſtimatum filium fabri, quia filius ajus mulieris erat quæ fabri uxor eraa, quia filiua eſt quem nuptiæ demonſtrant. Hinc in ſcholiis ſancti Cyrilli de incarnatione Domini cap. 25. legitur: *Natus sſt enim ex virgine, & ſolus habet matrem innuptam*, id eſt virginem, quæ non congreſſa erat cum marito. Nam & Ruſinus lib. 1. cap. 6. hiſt. eccleſ. innuptam dixit pro virgina. Pro quo Hieronymus in initio libri adverſus Helvidium dixit Mariam fuiſſe matrem antequam nuptam, quia nimirum conceperat aa ſpiritu ſancto antequam ex ſponſa fieret uxor Joſephi. Et ſanctus Ambroſiua in epiſtola de Bonoſo epiſcopo accuſato in ſynodo Capuenſi quod diceret Mariam virginem habuiſſe plurea liberos: *Neque enim elegiſſet Dominus Jeſus naſci per virginem, ſi cam judicaſſet tam incontinentem fore ut illud genitale dominici corporis, illam aulam regis æterni concubitus humani ſemine coinquinaſſet*. Ceterum, ut id quoque obiter dicam, Rigaltius arbitratus aſt hunc locum ea apologetico Tertulliani ſic ſcribendum eſſa ut dicatur Chriſtum nullam *de pudicitia* habere matrem, quia videbat Latinum Latinium & Pamelium ita legiſſe in quibuſdam vetuſtia exemplaribus. Ego contra puto retinendam eſſe lectionem vulgatam, quæ vetuſtiſſimorum & optimorum codicum auctoritate nititur, ut ſenſus ſit Chriſti matrem nullam impudicitiæ labem, non quidem obſcœnæ attrectationis injuriam, ut Ruſini verbis utar, paſſam eſſe, quippe quæ numquam cum marito axercuerit conjugale commercium, ſive, ut loquar cum Lactantio, numquam per voluptatis illecebras copulata aſt cum marito. Vide Eraſmi annotationea in hunc locum Matthæi.

87 *Jam vos eſſe cœpiſtis*] Hieronymus in expoſitione pſalmi 44. ad Principiam: *Sexus devoratur a virgine. Chriſtum portat in pectore. Jam poſſidet quod futura eſt*. Idem in apiſtola ad Euſtochium da cuſtodia virginitatis: *Gaude ſoror, gaude filia, gaude mi virgo, quia quod aliæ ſimulant tu vere eſſe cœpiſti*.

88 *Caſta perſ & virgines*] Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium da cuſtodia virginitatis: *& quia maritorum experta ſunt dominatum, caſtæ vocantur & nonnæ*. Quid ſint nonnæ quæra in gloſſario Latino Cangii.

89 *Habitationes*] Codax Fuxenſis *manſiones*. Quod fortaſſe melius eſt. Nam in capite 14. evangelii ſecundum Joannem, ad quod iſtie reſpicit Cyprianus, legitur in editione vulgata: *In domo patris mei manſiones multa ſunt*. Sed hic meminiſſe oportet Cyprianum alia verſione uſum eſſe quam ea qua nos utimur.

90 *Ad divinum lavacrum*] Ita poſui ſecutus fidam unius libri mei veteris. Atque ea lectio mihi videtur optima. Nam alia eſt admodum intricata, quæ ita habet: *omnes quidem qui ad divinum munus & patrium baptiſmi ſanctificatione perveniunt*. Quid enim hic facit vox *patrium*? Et taman illa habetur in codice Seguieriano & in ſea aliia. Alii ſeptem & veterea editiones præferunt *patrimonium*, Beccenſis *patriam*. Sed nullum horum vocabulorum congruit huic loco, mea quidem ſententia. Si quis tamen horum alterutrum retinere voluerit, non repugno.

91 *Quomodo portavimus*] Refert hanc poſtremam libri iſtius partem ſanctus Auguſtinus lib. 4. da doctrina chriſtiana cap. 21.

92 *Natu prabete*] Poſt iſta Pamelius, cui præiverat editio quæ dicitur Gravii, adjecit ex codice Affligemenſi & ea Colonienſi, *majoribus miniſterium*; idque optime quadrare ait. Ego non diſputo an optime quadret. Illud tantum ajo, ma ideo expunxiſſa hæc duo vocabula quia illa non inveni in antiquis editionibus neque in ullo eorum veterum examplarium quibus uſus ſum, id eſt viginti ſeptem.

93 *Virginitas honorari*] id eſt, cum in vobia Dominus martyrium cœperit honorare, ut ſcriptum eſt in libro de laude martyrii, quando ignes aut cruces, ut ait in hoc ipſo libro de habitu virginum ſanctus martyr, aut ferrum vel beſtias patiemini ut coronam martyrii accipiatis. Prudentius in carmine de ſancto Fructuoſo epiſcopo Tarraconenſi: *Carcer chriſticolis gradus coronæ eſt*. Hieronymus in quæſtione undecima ad Hedibiam: *Triumphus Dei eſt paſſio martyrum & pro Chriſti nomine cruoris effuſio & inter tormenta lætitia*. Virginitas igitur incipit honorari cum virgo chriſtiana incipit pati pro nomine Chriſti. Cyprianus in libro de unitate eccleſiæ: *Confeſſio exordium gloriæ eſt, non meritum jam coronæ, nec perficit laudem, ſed initiat dignitatem*. & apiſt. 77. ad martyres: *Fuſtibus caſi prius graviter & affl. per ejuſmodi pœnas initiaſtis confeſſionis veſtræ glorioſa primordia*. Inde illa querela Secundæ virginia & martyris, quæ cum videret Ruſinam ſororem ſuam flagellar, clamavit ad judicem: *Cur ſororem meam gloria afficis, me vero ejus gloria non pateris eſſe participem?* Celerinus in epiſtola ad Lucianum: *Sic coronet te cujus nomen confeſſus es*.

---

[1]LIBER DE LAPSIS.

[2] PAX ecce, dilectiſſimi fratres, eccleſiæ reddita eſt, & quod difficile nuper incredulis ac perfidis impoſſibile videbatur, ope atque ultione divina ſecuritas noſtra reparata eſt. In lætitiam mentes redeunt, & tempeſtate preſſuræ ac [3] nube diſcuſſa tranquillitaa ac ſerenitas refulſerunt. Dandæ laudes Deo, & beneficia ejus ac munera cum gratiarum actione celebranda, quamvis agere gratias noſtra vox nec in' perſecutione ceſſaverit. Neque enim tantum inimico licere poteſt ut non qui Dominum toto corde & anima & virtute diligimus, benedictiones ejus & laudes ſemper & ubique cum gloria prædicemus. Exoptatus [4] vocis omnium dies venit, & poſt longæ noctis horribilem tetramque caliginem Domini luce radiatus mundua eluxit. Confeſſores præconio boni nominis claros & virtutis ac fidei laudibus glorioſos lætis conſpectibus intuemur, ſanctis oſculis adhærentes, deſideratos diu inexplebili cupiditate complectimur. Adeſt militum Chriſti [5] cohors candida, qui perſecutionis urgentis ferociam turbulentam ſtabili congreſſione fregerunt, parati ad patientiam carceris, armati ad tolerantiam mortia. Repugnaſtis for-

A titer ſæculo, ſpectaculum glorioſum præbuiſtis Deo, ſecuturis fratribus fuiſtis exemplo. Religioſa vox Chriſtum locuta eſt, in quem ſe ſemel crediſſe confeſſa eſt. Illuſtres manus, quæ non niſi divinis operibus aſſueverant, [6] ſacrificiis ſacrilegis reſtiterunt. Sanctificata ora cæleſtibus cibis poſt corpus & ſanguinem Domini prophana contagia & idolorum reliquias reſpuerunt. Ab impio ſceleratoque velamine,
B quo illic velabantur ſacrificantium capita captiva, caput veſtrum liberum manſit. Frons cum ſigno Dei pura diaboli coronam ferre non potuit, coronæ ſe Domini [7] reſervavit. Quam vos læte ſinu ſuo excipit mater eccleſia de prœlio revertentes! Quam beata, quam gaudens portas ſuas aperit, ut adunatis agminibus intretis, de hoſte proſtrato tropæa referentes! Cum triumphantibus viris & feminæ veniunt,
C quæ cum ſæculo dimicantes, [8] ſexum quoque vicerunt. Veniunt & geminata militiæ ſuæ gloria virgines, & pueri [9] annos ſuos virtutibus tranſeuntes. Necnon & cetera [10] ſtantium multitudo veſtram gloriam ſequitur, proximis & pæne conjunctis laudis inſignibus veſtigia veſtra comitatur. Eadem & in illis ſinceritas cordis, eadem fidei tenacis integritas. Inconcuſſis præ-

Digitized by Google

præceptorum cæleſtium radicibus nixos & evangelicis traditionibus roboratos non præſcripta exſilia, non deſtinata tormenta, non rei familiaris [11] damna, non corporis ſupplicia terruerunt. [12] Explorandæ fidei præfiniebantur dies: Sed qui ſæculo renuntiaſſe ſe meminit, nullum ſæculi diem novit; nec tempora terrena jam computat qui æternitatem de Deo ſperat. Nemo, fratres dilectiſſimi, nemo hanc gloriam mutilet, nemo incorruptam ſtantium firmitatem maligna obtrectatione debilitet. Cum dies negaotibus præſtitutus exceſſit, quiſquis profeſſus intra diem non eſt Chriſtianum ſe eſſe confeſſus eſt. Primus eſt victoriæ titulus, gentilium manibus apprehenſum Dominum confiteri. Secundus ad gloriam gradus eſt, [13] canta ſeceſſione ſubtractum Domino reſervari. Illa publica, hæc privata confeſſio eſt. Ille judicem ſæculi vincit, hic contentus Deo ſuo judice conſcientiam puram cordis integritate cuſtodit. Illic fortitudo promptior, hic ſollicitudo ſecurior. Ille appropinquante hora ſua jam maturus inventus eſt. Hic fortaſſe dilatus eſt qui, patrimonio derelicto, iccirco ſeceſſit, quia non erat negaturus. Confiteretur utique, ſi fuiſſet & ipſe detentus. Has martyrum cæleſtes coronas, has confeſſorum glorias ſpiritales, has ſtantium fratrum maximas eximiaſque virtutes mœſtitia una contriſtat, quod avulſam noſtrorum viſcerum partem violentus inimicus populationis ſuæ ſtrage dejecit. Quid hoc loco faciam, dilectiſſimi fratres? Fluctuans vario mentis æſtu quid ant qnomodo dicam? Lacrimis magis quam verbis opus eſt ad exprimendum dolorem quo corporis noſtri plaga deflenda eſt, quo populi aliquando numeroſi multiplex lamentanda jactura eſt. Quis enim ſic [14] durus aut ferreus, quis ſic fraternæ caritatis oblitus, qui inter ſuorum multiformes ruinas & lugubres ac multo ſqualore deformes reliquias conſtitutus ſiccos oculos tenere prævaleat, nec erumpente ſtatim fletu, prius gemitus ſuos lacrimis quam voce depromat? Doleo, fratres, doleo vobiſcum, nec mihi ad leniendos dolores meos integritas propria & ſanitas privata blanditur, quando plus paſtor in gregis ſui vulnere vulneretur. Cum ſingulis pectus meum copulo, mœroris & funeris poodera luctuoſa participo. Cum plangentibus plango, cum deflentibus defleo, cum jacentibus jacere me credo. Jaculis illis graſſantis inimici mea ſimul membra percuſſa ſunt, ſævientes gladii per mea viſcera tranſierunt. Immunis & liber a perſecutionis [15] incurſu fuiſſe non poteſt animus. [16] In proſtratis fratribus & me proſtravit affectus. Habenda tamen eſt, fratres dilectiſſimi, ratio veritatis, nec ſic mentem debet & ſenſum perſecutionis infeſtæ tenebroſa caligo cæcaſſe ut nihil remanſerit lucis & luminis unde divina præcepta perſpici poſſint. Si cladis cauſa cognoſcitur, & medela vulneris invenitur. Dominus probari familiam ſuam voluit; & quia traditam nobis divinitus diſciplinam [17] pax longa corruperat, jacentem fidem & pene, ut ita dixerim, dormientem cenſura cæleſtis erexit; cumque nos peccatis noſtris [18] amplius mereremur, clementiſſimus Dominus ſic cuncta moderatus eſt ut hoc omne quod geſtum eſt exploratio potius quam perſecutio videretur. Studebant

A augendo patrimonio ſinguli; & obliti quid credentes aut ſub apoſtolis ante feciſſent aut ſemper facere deberent, inſatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant. Non in ſacerdotibus religio devota, non [19] in miniſtris fides integra, non in operibus miſericordia, non in moribus diſciplina. Corrupta barba in viris, in feminis forma fucata. Adulterati poſt Dei manus oculi, [20] capilli mendacio colorati. Ad decipienda corda ſimplicium callidæ fraudes, circumveniendis fratribus ſubdolæ voluntates. [21] Jungere cum infidelibus B vinculum matrimonii, proſtituere gentilibus membra Chriſti. Non jurare tantum temere, ſed adhuc etiam pejerare, præpoſitos ſuperbo tumore contemnere, venenaro ſibi ore maledicere, odiis pertinacibus invicem diſſidere. Epiſcopi plurimi, quos & [22] hortamento eſſe oportet ceteris & exemplo, divina procuratione contemta, [23] procuratores rerum ſæcularium fieri, [24] derelicta cathedra, plebe deſerta, per alienas provincias oberrantes, negotiationis quæſtuoſæ nundinas aucupari, eſurientibus [25] in eccleſia C fratribus, habere argentum largiter velle, [26] fundos inſidioſis fraudibus rapere, uſuris multiplicaotibus fenus augere. Quid non perpeti tales pro peccatis ejuſmodi mereremur, cum jam pridem præmonuerit ac dixerit cenſura divina: *Si dereliquerint legem meam, & in judiciis* Pſal. 88.
meis non ambulaverint, ſi [27] juſtificationes meas prophanaverint, & præcepta mea non obſervaverint, viſitabo in virga facinora eorum & in flagellis delicta eorum. Prænuntiata ſunt iſta nobis & ante prædicta. Sed nos datæ legis & obſervationis immemores id egimus per noſtra peccata D ut dum Domini mandata contemnimus, ad correctionem delicti & probationem fidei remediis ſeverioribus veniremus. Nec ſaltem ſero converſi ad Domini timorem ſumus ut hanc correptionem noſtram probationemque divinam patienter & fortiter ſubiremus. Ad prima ſtatim verba minantis inimici maximus fratrum numerus fidem ſuam prodidit; nec proſtratus eſt perſecutionis impetu, ſed voluntario lapſu ſe ipſe proſtravit. Quid oro inanditum, quid novum venerat ut velut incognitis atque ino- E pinatis rebus exortis Chriſti ſacramentum temeritate præcipiti ſolveretur? Nonne hæc & prophetæ ante & apoſtoli poſtmodum nuntiaverunt? Nonne juſtorum preſſuras & gentilium ſemper injurias pleni ſancto ſpiritu prædicaverunt? Nonne fidem noſtram ſemper armans & Dei ſervos cæleſti voce corroborans dicit ſcriptura divina: *Dominum Deum tuum* Deut. 6.
adorabis, & illi ſoli ſervies? Nonne iram divinæ Matt. 4.
indignationis oſtendens & pœnæ metum præmonens denuo dicit: *Adoraverunt eos quos fe-* Iſa. 2.
cerunt digiti eorum; & curvatus eſt homo, & F *humiliatus eſt vir, & non laxabo illis?* Et iterum Deus loquitur dicens: *Sacrificans diis e-* Exo. 22.
radicabitur, niſi Domino ſoli. In evangelio quoque poſtmodum Dominus in verbis doctor & conſummaror in factis, docens quid fieret, & faciens quodcumque docuiſſet, quidquid nunc geritur & geretur nonne ante præmonuit? Nonne & negantibus æterna ſupplicia & ſalutaria confitentibus præmia ante conſtituit? Exciderunt quibuſdam, pro nefas, omnia & de memoria receſſerunt. Non exſpectaverunt

 ſal-

A ſaltem ut [18] aſcenderent apprehenſi, ut interrogati [19] negarent. Ante aciem multi victi, ſine congreſſione proſtrati, nec hoc ſibi reliquerunt ut ſacrificare idolis viderentur inviti. Ultro [20] ad forum currere, ad mortem ſponte properare, quaſi hoc olim cuperent, quaſi amplecterentur occaſionem datam [21] quam ſemper optaſſent. Quot illic a magiſtratibus veſpera urgente dilati ſunt, [22] quot ne eorum differretur interitus etiam rogaverunt? Quam vim poteſt talis obtendere qua crimen ſuum purget, cum vim magis ipſe fecerit ut periret? B Nonne quando ad Capitolium ſponte ventum eſt, quando ultro ad obſequium diri facinoris acceſſum eſt, labavit greſſus, caligavit aſpectus, tremuerunt viſcera, [23] brachia conciderunt? Nonne ſenſus obſtupuit, lingua hæſit, ſermo defecit? Stare illic potuit Dei ſervus & loqui & renuntiare Chriſto, qui jam diabolo renuntiaverat & ſæculo? Nonne ara illa quo moriturus acceſſit rogus illi fuit? Nonne diaboli altare, quod fœtore tetro fumare ac redolere conſpexerat, velut funus & buſtum vitæ ſuæ horrere ac fugere debebat? C Quid hoſtiam tecum, miſer, quid victimam [24] immolaturus imponis? Ipſe ad aram hoſtia, victima ipſe veniſti. Immolaſti illic ſalutem tuam, ſpem tuam, fidem tuam funeſtis illis ignibus concremaſti. Ac multis proprius interitus ſatis non fuit. Hortamentis mutuis in exitium populus impulſus eſt, mors invicem letali poculo propinata eſt. Ac ne quid deeſſet ad criminis cumulum, [25] infantes quoque parentum manibus vel impoſiti vel attracti [26] amiſerunt parvuli quod in primo ſtatim nativitatis exordio fuerant conſecuti. D Nonne illi cum judicii dies venerit dicent: Nos nihil mali fecimus, nec derelicto cibo & poculo Domini ad prophana contagia ſponte properavimus. Perdidit nos aliena perfidia, parentes ſenſimus parricidas. Illi nobis eccleſiam matrem, illi patrem Deum negaverunt; ut dum parvi & improvidi & tanti facinoris ignari per alios ad conſortium criminum jungimur, [27] aliena fraude caperemur. Nec eſt, pro dolor, juſta aliqua & gravis cauſa quæ tantum facinus excuſet. E Relinquenda erat patria, & patrimonii facienda jactura. Cui enim naſcenti atque morienti non relinquenda quandoque patria & patrimonii ſui facienda jactura eſt? Chriſtus non relinquatur, ſalutis ac ſedis æternæ jactura timeatur. Clamat ecce per prophetam ſpiritus
Iſa. 52. ſanctus: *Diſcedite, diſcedite, exite inde, & immundum nolite tangere. Exite de medio ejus, ſeparamini qui fertis vaſa Domini.* Et qui vaſa ſunt Domini ac templum Dei, ne immundum tangere & fetalibus cibis pollui violarique cogantur, non exeunt de medio, nec F recedunt. Alibi quoque vox auditur e cælo præmonens quid Dei ſervos facere conveniat di-
Apoc. 18. cens: *Exi de ea populus meus, ne particeps ſis delictorum ejus, & ne perſtringaris plagis ejus.* Qui exit & cedit, delicti particeps non fit. Plagis vero & ipſe perſtringitur qui ſocius criminis invenitur. Et ideo Dominus in perſecutione ſecedere & fugere mandavit, atque ut id fieret & docuit & fecit. Nam cum corona de Dei dignatione deſcendat, nec poſſit accipi niſi fuerit hora ſumendi, quiſquis in Chriſto manens interim cedit, non fidem negat, ſed tempus exſpectat. Qui autem cum non ſecederet cecidit, negaturus remanſit. Diſſimulanda, fratres dilectiſſimi, veritas non eſt, nec vulneris noſtri materia & cauſa reticenda. Decepit multos patrimonii ſui amor cæcus, nec ad recedendum parati aut expediti eſſe potuerunt quos facultates ſuæ velut compedes ligaverunt. Illa fuerunt remanentibus vincula, [38] illæ catenæ, quibus & virtus retardata eſt, & fides preſſa, & mens vincta, & anima præcluſa, ut ſerpenti terram ſecundum Dei ſententiam devoranti præda & cibus fierent [39] qui terreſtribus inhærerent. Et iccirco Dominus bonorum magiſter & præmonens in futurum:
Si vis, inquit, *perfectus eſſe, vade, vende o-* Matt. 19.
mnia tua, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælis; & veni, ſequere me. Si hoc divites facerent, per divitias ſuas non perirent, theſaurum in cælo reponentes hoſtem nunc & expugnatorem domeſticum non haberent. Eſſet in cælo cor & animus & ſenſus, ſi theſaurus eſſet in cælo. Nec vinci a ſæculo poſſet qui unde vinceretur in ſæculo non haberet. Sequeretur Dominum ſolutus & liber, ut apoſtoli & ſub apoſtolis multi & nonnulli ſæpe fecerunt, qui & rebus ſuis & parentibus derelictis, individuis Chriſto nexibus adhæſerunt. Sequi autem Chriſtum quomodo poſſunt qui patrimonii vinculo detinentur? Aut quomodo cælum petunt & ad ſublimia & alta conſcendunt qui terrenis cupiditatibus degravantur? [40] Poſſidere ſe credunt qui potius poſſidentur, cenſus ſui ſervi, [41] nec ad pecuniam ſuam domini, ſed magis pecuniæ mancipati. Hoc tempus, hos homines apoſtolus denotat
dicens: *Qui autem volunt divites fieri, incidunt* 1. Tim. 6.
in tentationem & muſcipulam & deſideria multa inutilia & nocentia, quæ mergunt hominem in perditionem & in interitum. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes [42] *erraverunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.* Dominus autem quibus nos præmiis ad contemtum rei familiaris invitat? Parva hæc & exigua hujus temporis damna quibus merce-
dibus penſat? *Nemo eſt*, inquit, *qui relinquat do-* Marc. 10.
mum aut agrum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum Dei & non recipiat [43] *ſepties tantum in iſto tempore, in ſæculo autem venturo vitam æternam.* Quibus cognitis & de Domini pollicentis veritate compertis, non tantum timenda non eſt ejuſmodi ſed & optanda jactura, ipſo denuo Domino prædicante &
monente: *Beati eritis cum perſecuti vos fuerint,* Luc. 6.
& ſeparaverint vos, & expulerint, & maledixerint nomini veſtro ut nequam propter filium hominis. Gaudete in illa die & exſultate. Ecce enim merces veſtra multa eſt in cælis. Sed tormenta poſtmodum [44] venerant, & cruciatus graves [45] reluctantibus imminebant. Queri de tormentis poteſt qui per tormenta ſuperatus eſt. Poteſt excuſationem doloris obtendere qui victus eſt [46] in dolore. Poteſt rogare talis & dicere: Certare quidem fortiter volui, & ſacramenti mei memor devotionis ac fidei arma ſuſcepi, ſed me in [47] congreſſione pugnantem cruciamenta varia & ſupplicia longa vicerunt. Stetit mens ſtabilis & fides fortis, & cum torquentibus pœnis immobilis diu anima luctata eſt. Sed cum

duriſſimi

duriſſimi judicis recrudeſcente ſævitia jam [48] fatigatum nunc flagella ſcinderent, nunc contunderent fuſtes, nunc equuleus extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret, caro me in colluctatione deſeruit, infirmitas viſcerum ceſſit, nec animus ſed corpus [49] in dolore defecit. Poteſt cito proficere ad veniam cauſa talis. Poteſt ejuſmodi excuſatio eſſe miſerabilis. Sic hic [50] Caſto & Æmilio aliquando Dominus ignovit. Sic in prima congreſſione devictos [51] victores in ſecundo prœlio reddidit, ut fortiores ignibus fierent qui ignibus ante ceſſiſſent, & unde ſuperati eſſent, inde ſuperarent. Deprecabantur illi non lacrimarum miſeratione, ſed vulnerum, nec ſola lamentabili voce, ſed laceratione corporis & dolore. Manabat pro fletibus ſanguis, & pro lacrimis cruor [52] ſeminſtulatis viſceribus defluebat. Nunc vero quæ vulnera oſtendere victi poſſunt, [53] quas plagas hiantium viſcerum, quæ tormenta membrorum, ubi non fides congreſſa cecidit, ſed congreſſionem perfidia prævenit? Nec excuſat oppreſſum neceſſitas criminis ubi crimen eſt voluntatis. Nec hoc ideo dico ut fratrum cauſas onerem, ſed ut magis fratres ad precem ſatisfactionis inſtigem. Nam cum ſcriptum ſit, *Iſa. 3.* *Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & ſemitas pedum veſtrorum turbant*, qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccandi fomitem ſubminiſtrat; nec comprimit delicta *Apoc. 3.* ille, ſed nutrit. At qui conſiliis fortioribus redarguit ſimul atque inſtruit fratrem, promovet *Prov. 3.* ad ſalutem. *Quos diligo*, inquit Dominus, *redarguo & caſtigo*. Sic oportet & Dei ſacerdotem non obſequiis decipientibus fallere, ſed remediis ſalutaribus providere. [54] Imperitus eſt medicus qui timentes vulnerum ſinus manu parcente contrectat, & in altis receſſibus viſcerum virus incluſum dum ſervat exaggerat. Aperiendum vulnus eſt & ſecandum & putraminibus amputatis medela fortiore curandum. [55] Vociferetur & clamet licet & conqueratur [56] æger impatiens per dolorem, gratias aget poſtmodum [57] cum ſenſerit ſanitatem. Emerſit enim, fratres dilectiſſimi, novum genus cladis; & quaſi parum perſecutionis procella ſævierit, acceſſit ad cumulum ſub miſericordiæ titulo malum fallens & blanda pernicies. Contra evangelii vigorem, contra Domini ac Dei legem temeritate quorumdam laxatur incautis communicatio, [58] irrita & falſa pax, periculoſa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Non quærunt [59] ſanitatis patientiam, nec veram de ſatisfactione medicinam. Pœnitentia de pectoribus [60] excuſſa eſt, graviſſimi extremique delicti memoria ſublata eſt. Operiuntur morientium vulnera, & plaga letalis altis & profundis viſceribus infixa diſſimulato dolore contegitur. A diaboli aris revertentes ad ſanctum Domini ſordidis & infectis nidore manibus accedunt. Mortiferos idolorum cibos adhuc pæne ructantes, exhalantibus etiam nunc ſcelus ſuum faucibus & contagia funeſta redolentibus, Domini corpus invadunt, quando occurrat ſcriptura divi*Levit. 7.* na & clamet & dicat: *Omnis mundus manducabit carnem, & anima quæcumque manducaverit ex carne ſacrificii ſalutaris, quod eſt Domini, &* [61] *immunditia ipſius ſuper ipſum eſt, peribit anima illa de populo ſuo*. Apoſtolus item teſtatur &

A dicat: *Non poteſtis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum, non poteſtis menſæ Domini communicare & menſæ dæmoniorum*. *1. Cor. 10.* Idem contumacibus & pervicacibus comminatur & denuntiat dicens: *Quicumque ederit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini*. *1. Cor. 11.* [62] Spretis his omnibus atque contemtis, ante expiata delicta, [63] ante exomologeſin factam criminis, ante purgatam conſcientiam ſacrificio & manu ſacerdotis, ante offenſam placatam indignantis Domini & minantis, vis infertur corpori ejus & ſanguini, & B plus modo in Dominum manibus atque ore delinquunt quam cum Dominum negaverunt. Pacem putant eſſe quam quidam [64] verbis fallacibus venditant. Non eſt pax illa, ſed bellum; nec eccleſiæ jungitur qui ab evangelio ſeparatur. Quid injuriam beneficium vocant? Quid impietatem vocabulo pietatis appellant? Quid eis qui flere jugiter & rogare Dominum ſuum debent intercepta pœnitentiæ lamentatione communicare ſe ſimulant? Hoc ſunt ejuſmodi lapſis quod grando frugibus, quod turbidum C ſidus arboribus, quod armentis peſtilens vaſtitas, quod navigiis ſæva tempeſtas. Solatium æternæ ſpei adimunt, [65] arborem a radice ſubvertunt, ſermone morbido ad letale contagium ſerpunt, navem ſcopulis, ne in portum perveniat, illidunt. Non concedit pacem facilitas iſta, ſed tollit; nec communicationem tribuit, ſed impedit ad ſalutem. Perſecutio eſt hæc alia & alia tentatio, per quam ſubtilis inimicus impugnandis adhuc lapſis occulta populatione graſſatur, ut lamentatio conD quieſcat, ut dolor ſileat, ut delicti memoria evaneſcat, ut comprimatur pectorum gemitus, ſtatuatur fletus oculorum, nec Dominum graviter offenſum longa & plena pœnitentia deprecetur, cum ſcriptum ſit: *Memento unde cecideris, & age pœnitentiam*. *Apoc. 2.* Nemo ſe fallat, nemo ſe decipiat. [66] Solus Dominus miſereri poteſt. Veniam peccatis quæ in ipſum commiſſa ſunt ſolus poteſt ille largiri qui peccata noſtra portavit, qui pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro peccatis noſtris. Homo Deo eſſe non poteſt major; nec remittere aut donaE re indulgentia ſua ſervus poteſt quod in Dominum delicto graviore commiſſum eſt; ne adhuc lapſo & hoc accedat ad crimen, ſi neſciat eſſe prædictum: *Maledictus homo qui ſpem habet in homine*. *Hier. 17.* Dominus orandus eſt, Dominus noſtra ſatisfactione placandus eſt; qui negantem negare ſe dixit, qui omne judicium de patre ſolus accepit. Credimus quidem poſſe apud judicem [67] plurimum martyrum merita & opera juſtorum, ſed cum judicii dies venerit, cum poſt occaſum ſæculi hujus & mundi ante tribunal Chriſti populus ejus adſtiterit. Ceterum ſi F quis præpropera feſtinatione temerarius remiſſionem peccatorum dare ſe cunctis putat poſſe, aut audet Domini præcepta reſcindere, non tantum nihil prodeſt ſed & obeſt lapſis. Provocaſſe eſt iram non ſervaſſe ſententiam, nec miſericordiam prius Dei deprecandam putare, ſed contemto Domino de ſua [68] facultate præſumere. Sub ara Dei animæ occiſorum martyrum clamant magna voce dicentes: *Quouſque Domine ſanctus & verus non judicas & vindicas ſanguinem noſtrum de his qui in terris inhabitant?* *Apoc. 6.*

& re-

& requieſcere ac patientiam tenere adhuc jubentur. Et quemquam poſſe aliquis exiſtimat remittendis paſſim donandiſque peccatis [69] bonum fieri contra judicem velle, aut prius quam [70] vindicetur ipſe alios poſſe defendere? Mandant martyres aliquid fieri, ſed ſi juſta, ſi licita, [71] ſi non contra ipſum Dominum a Dei ſacerdote facienda, ſi obtemperantis facilis & prona conſenſio, ſi petentis fuerit religioſa moderatio. Mandant aliquid martyres fiari; ſed ſi ſcripta non ſint in Domini lege quæ mandant, ante eſt ut ſciamus illos de Deo impetraſſe quod poſtulant, tunc facere quod mandant. Neque enim ſtatim videri poteſt de divina majeſtate conceſſum quod fuerit humana pollicitatione promiſſum. Nam & Moyſes pro peccatis populi petiit, nec tamen peccantibus
Exod. 32. veniam cum petiſſet accepit. *Precor*, ait, *Domine, deliquit populus hic delictum grande, &* [72] *fecerunt ſibi deos aureos; & nunc ſi dimittis eis, delictum dimitte; ſin autem, dele me de libro quem ſcripſiſti. Et dixit Dominus ad Moyſen: Si quis deliquerit ante me, deleam eum de libro meo.* Ille amicus Dei, ille facie ad faciem locutus ſæpe cum Domino, quod petiit impetrare non potuit, nec Dei indignantis offenſam ſua depretatione placavit. Hieremiam Deus
Hier. 1. laudat & prædicat dicens: *Prius quam te formarem in utero novi te, & prius quam exires de vulva ſanctificavi te, & prophetam in gentibus poſui te*; & eidem pro peccatis populi deprecan-
Hier. 7. ti frequentius & oranti, *Noli*, ait, *orare pro populo hoc, & noli poſtulare pro eis in prece & oratione, quia non exaudiam in tempore in quo invocabunt me, in tempore afflictionis ſuæ.* Quid
Gen. 6. vero juſtius Noe, qui cum repleta eſſet terra peccatis, ſolus inventus eſt juſtus in terris?
Dan. 3. & 14. Quid glorioſius Daniele? Quid illo ad facienda martyria in fidei firmitate robuſtius, in Dei dignatione felicius, qui toties & cum confligeret vicit, & cum vinceret ſupervixit? Quid
Job 1. Job in operibus promptius, in tentationibus fortius, in dolore patientius, in timore ſubmiſſius, in fide verius? Nec his tamen, ſi rogarent, conceſſurum ſe Deus dixit. Cum propheta Ezechiel pro delicto populi deprecare-
Ezec. 14. tur, *Terra*, inquit, *quæcumque peccaverit mihi ut delinquat delictum, extendam manum meam ſuper eam, & obteram ſtabilimentum panis, & immittam in eam famem, & auferam ab ea hominem & pecora. Et ſi fuerint tres viri hi in medio ejus, Noe, & Daniel, & Job, non liberabunt filios neque filias, ipſi ſoli ſalvi erunt.* Adeo non omne quod petitur in præjudicio petentis ſed in dantis arbitrio eſt; nec quidquam ſibi uſurpat & vindicat humana ſententia, niſi annuat & cenſura divina. In evangelio Domi-
Luc. 12. nus loquitur dicens: *Qui confeſſus me fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo qui in cælis eſt. Qui autem me negaverit, & ego negabo eum.* Si negantem non negat, nec confitentem confitetur. Non poteſt evangelium in parte conſiſtere & in parte nutare. Aut utrumque oportet valeat, aut utrumque vim veritatis amittat. Si negantes rei criminis non erunt, nec confitentes præmium virtutis accipient. Porro ſi fides quæ vicerit coronatur, neceſſe eſt ut victa perfidia puniatur. Ita martyres aut nihil poſſunt, ſi evangelium ſolvi

A poteſt; aut ſi evangelium non poteſt ſolvi, contra evangelium facere non poſſunt qui de evangelio martyres fiunt. Nemo, fratres [73] dilectiſſimi, nemo infamet martyrum dignitatem, nemo eorum glorias deſtruat & coronas. Manet incorruptæ fidei robur incolume, nec dicere aliquid aut facere contra Chriſtum poteſt cujus & ſpes & fides & virtus & gloria omnis in Chriſto eſt. Ut ab epiſcopis contra mandatum Dei fiat auctores eſſe non poſſunt qui ipſi Dei mandata fecerunt. An quiſquam major Deo aut divina bonitate clementior, B qui aut infectum velit quod paſſus eſt Deus fieri, aut quaſi illi minus poteſtatis ad protegendam eccleſiam ſuam fuerit, auxilio nos ſuo putet poſſe ſervari? Niſi ſi hæc ignaro Deo geſta ſunt, aut non permittente illo omnia iſta venerunt, cum doceat indociles & admoneat immemores ſcriptura divina, quæ loqui-
tur dicens: *Quis dedit in direptionem Jacob &* Iſa. 42.
Iſrael iis qui prædabantur illum? Nonne Deus, cui peccaverunt, & noluerunt in viis ejus ambulare neque audire legem ejus? Et ſuperduxit ſuper C *eos iram animationis ſuæ.* Et alibi teſtatur ac di-
cit: *Numquid non valet manus Dei ut ſalvos fa-* Iſa. 59.
ciat, aut gravavit aurem ut non exaudiat? Sed peccata veſtra inter vos & Deum ſeparant, & propter delicta veſtra avertit faciem a vobis ne miſereatur. Delicta potius noſtra reputemus, actus noſtros & animi ſecreta revolventes, conſcientiæ merita ponderemus. Redeat in cor noſtrum non ambulaſſe nos in viis Domini & abjeciſſe legem Dei, præcepta ejus & monita ſalutaria numquam ſervare voluiſſe. Quid de eo boni ſentias, quem timorem fuiſſe apud eum, D quam fidem credas quem corrigere nec metus potuit, quem perſecutio ipſa non reformavit? Alta & erecta cervix nec quia cecidit inflexa eſt. Tumens animus & ſuperbus nec quia victus eſt fractus eſt. Jacens ſtantibus & integris vulneratus minatur; & quod non ſtatim Domini corpus inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto Domini ſanguinem bibat, ſacerdotibus ſacrilegus iraſcitur. Atque o tuam nimiam, furioſe, dementiam. Iraſceris ei qui abs te avertere iram Dei nititur; ei minaris E qui pro te Domini miſericordiam deprecatur, qui vulnus tuum ſentit quod ipſe non ſentis, qui pro te lacrimas fundit, quas forſitan ipſe non fundis. Oneras adhuc crimen & cumulas; & cum ſis ipſe implacabilis ad antiſtites & ſacerdotes Dei, putas circa te Dominum poſſe placari? Accipe potius & admitte quæ loquimur. Quid ſurdæ aures ſalutaria præcepta non audiunt quæ monemus? Quid cæci oculi pœnitentiæ iter non vident quod oſtendimus? Quid perculſa & alienata mens remedia vitalia non percipit quæ de ſcripturis cæleſtibus & F diſcimus & docemus? Aut ſi incredulis quibuſdam minor fides eſt futurorum, vel præſentibus terreantur. Ecce eorum qui negaverunt quæ ſupplicia conſpicimus, quos eorum triſtes exitus [74] flemus? Nec hic eſſe ſine pœna poſſunt, quamvis necdum [75] dies venerit pœnæ. Plectuntur interim quidam, quo ceteri [76] corrigantur. Exempla ſunt omnium tormenta paucorum. Unus ex his qui ſponte Capitolium negaturus aſcendit, poſtquam Chriſtum negavit obmutuit. Pœna inde cœpit unde cœ-

pit &

pit & crimen ; ut nec rogare jam poſſet qui
verba ad [77] precum miſericordiam non habe-
ret . Alia in balneis conſtituta (hoc enim cri-
mini ejus & malis deerat ut & ad balneas ſta-
tim pergeret quæ lavacri vitalis gratiam perdi-
diſſet) illic ab immundo ſpiritu immunda [78]
correpta laniavit dentibus linguam qua fuerat
vel paſta impie vel locuta . Poſtquam ſcelera-
tus cibus ſumptus eſt , in perniciem ſuam ra-
bies oris armata eſt. Ipſa ſui carnifex exſtitit ,
nec diu ſupereſſe poſtmodum potuit . Dolori-
bus ventris & viſcerum cruciata defecit . Præ-
ſente ac teſte me ipſo accipite quid evenerit .
Parentes forte fugientes dum trepidi [79] minus
conſulunt , ſub nutricis alimento parvulam fi-
liam reliquerunt , relictam nutrix detulit ad
magiſtratus . Illi ei apud idolum quo populus
confluebat , quod carnem necdum poſſet edere
per ætatem , [80] panem mero mixtum , quod
tamen & ipſum de immolatione pereuntium
ſupererat , tradiderunt . Recepit filiam poſt-
modum mater . Sed facinus puella commiſſum
tam loqui & indicare non potuit quam nec
intelligere prius potuit nec [81] arcere . Ignora-
tione igitur obreptum eſt ut ſacrificantibus no-
bis eam ſecum mater inſerret . Sed enim puel-
la mixta cum ſanctis , precis noſtræ & oratio-
nis impatiens , nunc ploratu concuti , nunc
mentis æſtu cœpit fluctuabunda jactari , & vel-
ut tortore cogente , quibus poterat indiciis
conſcientiam facti in ſimplicibus adhuc annis
[82] rudis anima [83] fatebatur . Ubi vero ſolemni-
bus adimpletis [84] calicem diaconus offerre præ-
ſentibus cœpit , & accipientibus ceteris locus
ejus advenit , faciem ſuam parvula inſtinctu di-
vinæ majeſtatis avertere , os labiis [85] obturanti-
bus premere , calicem recuſare . Perſtitit tamen
diaconus , & reluctanti licet de ſacramento ca-
licis infudit . Tunc ſequitur ſingultus & vomi-
tus . In corpore atque ore violato euchariſtia
permanere non potuit . Sanctificatus in Domi-
ni ſanguine potus de pollutis viſceribus eru-
pit . Tanta eſt poteſtas Domini , tanta maje-
ſtas . Secreta tenebrarum ſub ejus luce detecta
ſunt , ſacerdotem Dei nec occulta crimina fe-
fellerunt . Hoc circa infantem quæ ad eloquen-
dum alienum circa ſe crimen necdum habuit æ-
tatem . At vero ea quæ ætate provecta & in
annis adultioribus conſtituta [86] ſacrificantibus
nobis latenter obrepſit , non cibum ſed gla-
dium ſibi ſumens , & velut quædam venena
letalia [87] intra fauces & [88] pectus admittens ,
angi & anima exæſtuante concludi poſtmodum
cœpit . Et preſſuram non jam perſecutionis ſed
delicti ſui paſſa , palpitans & tremens conci-
dit . Impunitum diu non fuit nec occultum
diſſimulatæ conſcientiæ crimen . Quæ fefellerat
hominem , Deum ſenſit ultorem . Et cum quæ-
dam [89] arcam ſuam , in qua [90] Domini ſan-
ctum fuit , [91] manibus indignis tentaſſet aperi-
re , igne inde ſurgente deterrita eſt ne aude-
ret attingere . Et quidam alius , quia & ipſe
maculatus ſacrificio a ſacerdote celebrato par-
tem cum ceteris auſus eſt latenter accipere ,
ſanctum Domini edere & contrectare non po-
tuit , cinerem ferre ſe apertis manibus inve-
nit . Documento unius oſtenſum eſt Domi-
num recedere cum negatur , nec immerenti-
bus ad ſalutem prodeſſe quod ſumitur , quan-

A do gratia ſalutaris in cinerem [92] ſanctitate fu-
giente mutatur . Quam multi quotidie [93] pœ-
nitentiam non agentes , nec delicti ſui conſcien-
tiam confitentes , immundis ſpiritibus adimplen-
tur , quam multi uſque ad inſaniam mentis ex-
cordes dementiæ furore quatiuntur ? Nec ne-
ceſſe eſt ire per exitus ſingulorum , cum per
orbis multiformes ruinas tam delictorum pœna
ſit varia quam delinquentium multitudo nu-
meroſa . Unuſquiſque conſideret , non quid
alius paſſus ſit , ſed quid pati & ipſe merea-
tur . Nec evaſiſſe ſe credat , ſi eum interim pœ-
B na diſtulerit , cum timere plus debeat [94] quam
ſibi Dei judicis [95] ira ſervavit . Nec ſibi quo
minus agant pœnitentiam blandiantur qui etſi
nefandis ſacrificiis manus non contaminaverunt ,
libellis tamen conſcientiam polluerunt . Et illa
profeſſio denegantis conteſtatio eſt chriſtiani
quod fuerat abnuentis . Feciſſe ſe dixit quid-
quid alius faciendo commiſit . Cumque ſcri-
ptum ſit , *Non poteſtis duobus dominis ſervire* , Matth. 6.
ſervivit ſæculari domino qui obtemperavit ejus
edicto ; magis obaudivit humano imperio quam
C Deo . Viderit an minore vel dedecore vel cri-
mine apud homines publicaverit quod admiſit .
Deum tamen judicem [96] fugere & vitare non
poterit , cum dicat ſpiritus ſanctus in pſalmis :
*Quod eſt imperfectum meum viderunt oculi tui , & Pſal. 138.
in libro tuo omnes ſcribentur* . Et iterum : *Homo* 1. Reg. 16.
videt in facie , Deus autem in corde . Ipſe quo-
que Dominus præmoneat & præſtruat dicens :
Et ſcient omnes eccleſiæ quia ego ſum ſcrutator re- Apoc. 2.
nis & cordis . Perſpicit ille abdita , & ſecreta
atque occulta conſiderat . Nec Dei oculos po-
teſt aliquis evadere dicentis : *Ego Deus approxi-* Hier. 23.
D *mans , & non Deus de longinquo . Si abſconditus
fuerit homo in [97] abſconditis , ego ergo non videbo
eum ? [98] Nonne cælum & terram ego impleo ?* Vi-
det ille corda & pectora ſingulorum , & judi-
caturus eſt , non tantum de factis , ſed & de
verbis & de cogitationibus noſtris , omnium
mentes voluntateſque [99] conceptas in ipſis ad-
huc clauſi pectoris latebris intuetur . Denique
quanto & [100] fide majores & timore meliores
ſunt qui quamvis nullo ſacrificii aut libelli fa-
cinore conſtricti , quoniam tamen de hoc vel
E cogitaverunt , hoc ipſum apud ſacerdotes Dei
dolenter & ſimpliciter confitentes , exomologe-
ſin conſcientiæ faciunt , animi ſui pondus ex-
ponunt , ſalutarem medelam parvis licet &
modicis vulneribus exquirunt , ſcientes ſcri-
ptum eſſe : *Deus non deridetur* . Derideri & Gal. 6.
circumveniri Deus non poteſt nec aſtutia ali-
qua fallente deludi . Plus immo delinquit qui
ſecundum hominem Deum cogitans evadere ſe
pœnam criminis credit , ſi non palam crimen
admiſit . Chriſtus in præceptis ſuis dicit : [101]
Qui confuſus me fuerit , confundet eum filius ho- Marc. 8.
F *minis* . Et Chriſtianum ſe putat qui Chriſtia-
nus eſſe aut confunditur aut veretur ? Quomo-
do poteſt eſſe cum Chriſto qui ad Chriſtum
pertinere aut erubeſcit aut metuit ? Minus pla-
ne peccaverit non videndo idola , nec ſub ocu-
lis circumſtantis atque inſultantis populi ſan-
ctitatem fidei prophanando , non polluendo
manus ſuas funeſtis ſacrificiis , nec ſceleratis
cibis ora maculando . Hoc eo proficit ut ſit
minor culpa , non ut innocens conſcientia .
Facilius poteſt ad veniam criminis pervenire .
Non

Non eſt tamen immunis a crimine . Nec ceſ- A
ſet in agenda pœnitentia atque in Domini mi-
ſericordia deprecanda , ne quod minus eſſe in
qualitate delicti videtur in neglecta ſatisfactione
cumuletur . Confiteantur ſinguli , [102] quæſo vos,
fratres dilectiſſimi , delictum ſuum dum adhuc
qui deliquit in ſæculo eſt , [103] dum admitti
confeſſio ejus poteſt , dum ſatisfactio & remiſ-
ſio facta per ſacerdotes apud Dominum grata
eſt . Convertamur ad Dominum mente tota ;
& pœnitentiam criminis veris doloribus expri-
mentes , Dei miſericordiam deprecemur . Illi B
ſe anima proſternat , illi mœſtitia ſatisfaciat ,
illi ſpes omnis incumbat . Rogare qualiter de-
beamus dicit ipſe . *Revertimini* , inquit , *ad me*
ex [104] *tota corde veſtro , ſimulque & jejunio & fle-*
tu & planctu ; & ſcindite corda veſtra , & non
veſtimenta veſtra . Ad Dominum toto corde re-
deamus . Iram & offenſam ejus jejuniis , fleti-
bus , planctibus , ſicut admonet ipſe , place-
mus . Lamentari eum putamus ex toto corde ,
jejuniis , fletibus , planctibus Dominum depre-
cari qui ex primo criminis die lavacra quoti-
die [105] cum feminis celebrat , qui epulis af- C
fluentibus paſtus & ſagina largiore diſtentus
eruditates ſuas poſtridie ructat , nec cibos &
potus ſuos cum pauperum neceſſitate commu-
nicat ? Qui hilaris ac lætus incedit quomodo
mortem ſuam deflet ? Cumque ſcriptum ſit ,
Levit. 19. *Non corrumpetis effigiem barbæ veſtræ* , [106] bar-
bam vellit & faciem ſuam comit ? Et placere
nunc cuiquam ſtudet qui Deo diſplicet ? An
illa ingemiſcit & plangit cui vacat cultum pre-
tioſæ veſtis induere nec indumentum Chriſti
quod perdidit cogitare , accipere pretioſa orna- D
menta & monilia elaborata , nec divini & cæ-
leſtis ornatus damna deflere ? Tu licet indu-
menta peregrina & veſtes ſericas induas , nuda
es . Auro te licet & margaritis gemmiſque con-
decores , ſine Chriſti decore deformis es . Et
quæ capillos tuos inficis , vel nunc in dolori-
bus deſine ; & quæ nigri pulveris ductu oculo-
rum liniamenta depingis , vel nunc lacrimis o-
culos tuos ablue . Si quem de tuis carum mor-
talitatis exitu perdidiſſes , ingemiſceres dolen-
ter & fleres , facie inculta , veſte mutata , ne-
glecto capillo , vultu nubilo , ore dejecto indi- E
cia mœroris oſtenderes . Animam tuam , miſe-
ra , perdidiſti , ſpiritaliter mortua ſupervivere
hic tibi & ipſa ambulans funus tuum portare
cœpiſti ; & non acriter plangis , non jugiter
ingemiſcis , non te vel pudore criminis vel
continuatione lamentationis abſcondis . Ecce pe-
jora adhuc [107] peccandi vulnera , ecce majora
delicta , [108] peccaſſe nec ſatisfacere , deliquiſſe
nec delicta deflere . Ananias , Azarias , Miſa-
hel illuſtres ac nobiles pueri quo minus exo-
mologeſin Deo facerent nec inter flammas & F
camini exæſtuantis incendia quieverunt . Bene
ſibi licet conſcii , & Dominum fidei ac timoris
obſequio ſæpe promeriti , humilitatem tamen
tenere & Domino ſatisfacere nec inter ipſa
glorioſa virtutum ſuarum martyria deſtiterunt .
Dan. 3. Loquitur ſcriptura divina : *Stans* , inquit , *A-*
zarias precatus eſt , & aperuit os ſuum , & exo-
mologeſin faciebat Deo ſimul cum ſodalibus ſuis in
medio ignis . Daniel quoque poſt fidei atque
innocentiæ ſuæ multiplicem gratiam , poſt di-
gnationem Domini circa virtutes ac laudes ſuas

A ſæpe repetitam , jejuniis adhuc promereri Deum
nititur , [109] in ſacco & in cinere volutatur , ex-
omologeſin faciens dolenter & dicens : *Domi-* Dan. 9.
nus Deus magnus & fortis & metuendus , [110] *qui*
ſervas teſtamentum tuum & miſerationes eis qui te
diligunt & conſervant imperia tua , peccavimus ,
facinus admiſimus , impii fuimus , tranſgreſſi ſu-
mus , ac deſeruimus præcepta tua & judicia tua ,
non audivimus verba puerorum tuorum propheta-
rum quæ locuti ſunt in nomine tuo ſuper reges no-
ſtros & omnes gentes & ſuper omnem terram . [111]
B *Tibi , Domine , juſtitia , nobis autem confuſio* .
Hæc mites , hæc ſimplices , hæc innocentes in
promerenda Dei majeſtate fecerunt ; & nunc
ſatisfacere & Dominum rogare detrectant qui
Dominum negaverunt . Quæſo vos , fratres ,
acquieſcite ſalubribus remediis , conſiliis obedi-
te melioribus ; cum lacrimis noſtris veſtras la-
crimas jungite , cum noſtro gemitu veſtros ge-
mitus copulate . Rogamus vos ut pro vobis
Deum rogare poſſimus . Preces ipſas ad vos
prius vertimus , quibus Deum pro vobis ut
miſereatur oramus . Agite pœnitentiam ple-
C nam , dolentis ac lamentantis animi probate
mœſtitiam . Nec vos quorumdam moveat aut
error improvidus aut ſtupor vanus , qui cum
teneantur in tam [112] gravi crimine , percuſſi
ſunt animi cæcitate , ut nec intelligant delicta
nec plangant . Indignantis Dei major hæc pla-
ga eſt , ſicut ſcriptum eſt : *Et dedit illis Deus* Iſa. 29.
ſpiritum tranſpunctionis . Et iterum : *Dilectum ve-* 2.Theſ.2.
ritatis non receperunt ut ſalvi fierent ; ac propter-
ea mittet illis Deus operationem erroris , ut cre-
dant mendacio , ut judicentur omnes qui non credi-
D *derunt veritati , ſed ſibi placent in injuſtitia* . In-
juſte ſibi placentes & tranſpunctæ mentis alie-
natione dementes Domini præcepta conte-
mnunt , medelam vulneris negligunt , agere pœ-
nitentiam nolunt . Ante admiſſum facinus im-
providi , poſt facinus obſtinati , nec prius ſta-
biles , nec poſtmodum ſupplices . Quando de-
buerant ſtare , jacuerunt ; quando jacere &
proſternere ſe Deo debent , ſtare ſe opinan-
tur . Pacem ſibi ultro nemine dante ſumpſe-
runt . Falſa pollicitatione ſeducti , & apoſtatis
ac perfidis juncti , errorem pro veritate ſuſci-
E piunt . Communicationem non communican-
tium ratam ducunt ; hominibus contra Deum
credunt , qui contra homines Deo non credi-
derunt . Ejuſmodi homines quantum poteſtis
effugite , pernicioſis contactibus adhærentes ſa-
lubri cautione vitate . Sermo eorum ſicut can- 2.Tim.2.
cer ſerpit , colloquium velut contagium [113] tran-
ſilit , noxia & venenata perſuaſio perſecutione
ipſa pejus interficit . [114] Illic ſupereſt pœniten-
tia quæ ſatisfaciat . Qui autem pœnitentiam
criminis tollunt , ſatisfactionis viam claudunt .
F Ita fit ut dum temeritate quorumdam vel pro-
mittitur ſalus falſa vel creditur , ſpes veræ ſa-
lutis adimatur . Vos vero , fratres dilectiſſimi ,
quorum timor in Deum pronus eſt , & in
ruina licet animus conſtitutus , mali ſui me-
mor eſt , pœnitentes ac dolentes peccata veſtra
perſpicite , graviſſimum conſcientiæ crimen a-
gnoſcite , ad intelligentiam delicti veſtri ocu-
los cordis aperite , nec deſperantes miſericor-
diam Domini , nec tamen jam veniam vindi-
cantes . Deus quantum patris pietate indul-
gens ſemper & bonus eſt , tantum judicis ma-
jeſtate

jeſtate metuendus eſt. Quam magna deliquimus, tam granditer defleamus. Alto vulneri diligens & longa medicina non deſit. Pœnitentia crimine minor non ſit. Putaſne tu Dominum cito poſſe placari, quem verbis perfidis abnuiſti, cui patrimonium præponere maluiſti, cujus templum ſacrilega contagione violaſti? Potas facile eum miſereri tui, quem tuum non eſſe dixiſti? [115] Orare oportet impenſius & rogare, diem luctu tranſigere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lacrimoſis lamentationibus occupare, ſtratos ſolo adhærere, in cinere & cilicio & ſordibus volutari, poſt indumentum Chriſti perditum nullum jam velle veſtitum, poſt diaboli cibum malle jejunium, juſtis operibus incumbere, quibus peccata purgantur, eleemoſynis frequenter inſiſtere, quibus a morte animæ liberantur. [116] Quod adverſarius auferebat Chriſtus accipiat. Nec teneri jam nec amari patrimonium debet, quo quis & deceptus & victus eſt. Pro hoſte vitanda res, pro latrone fugienda, pro gladio metuenda poſſidentibus & [117] veneno. Ad hoc tantum profuerit quod remanſit ut inde crimen & culpa redimatur. Incunctanter & largiter fiat operatio, cenſus omnis in medelam vulneris erogetur, opibus & facultatibus noſtris qui de nobis judicaturus eſt [118] Domino feneretur. Sic ſub apoſtolis fides viguit. Sic primus credentium populus Chriſti mandata ſervavit. Prompti erant, largi erant, diſtribuendum per apoſtolos totum dabant, & non

A talia delicta redimebant. Si precem toto corde quis faciat, ſi veris pœnitentiæ lamentationibus & lacrimis ingemiſcat, ſi ad veniam delicti ſui Dominum juſtis & continuis operibus inflectat, miſereri talium poteſt qui & miſericordiam ſuam protulit dicens: *Cum converſus* Ezec. 18.
ingemueris, tunc ſalvaberis, & ſcies ubi fueris. & 33.
Et iterum: *Nolo mortem morientis, dicit Dominus, quantum ut revertatur & vivat.* Et Johel
B propheta pietatem Domini Domino ipſo monente declarat: *Revertimini*, inquit, *ad Dominum* Joel. 2.
Deum veſtrum, quoniam miſericors & pius eſt & patiens & multæ miſerationis, & qui ſententiam flectat adverſus malitias irrogatas. Poteſt ille indulgentiam dare, ſententiam ſuam poteſt ille [119] deflectere. Pœnitenti, operanti, roganti poteſt clementer ignoſcere, poteſt in acceptum referre quidquid pro talibus & petierint martyres & fe-
C cerint ſacerdotes. Vel ſi quis plus cum ſuis ſatisfactionibus moverit, ſi ejus iram, ſi indignantis offenſam juſta deprecatione placaverit, [120] dat ille & arma rurſum quibus victus armetur, reparat & corroborat vires quibus fides inſtaurata vegetetur. Repetet certamen ſuum miles, iterabit aciem, provocabit hoſtem, & quidem factus ad prœlium fortior per dolorem. Qui ſic Deo ſatisfecerit, qui pœnitentia facti ſui, qui
D pudore delicti, plus & virtutis & fidei de ipſo lapſus ſui dolore conceperit, exauditus & adjutus a Domino quam contriſtaverat nuper lætam faciet eccleſiam; nec jam ſolam [121] Dei veniam merebitur, ſed & coronam.

NOTÆ AD LIBRUM DE LAPSIS.

1 Libri iſtius, ut ab aliis jam obſervatum eſt, mentionem facit ipſe Cyprianus epiſt. 51. & Pontius diaconus in vita ejus, tum etiam ſanctus Auguſtinus & ſanctus Fulgentius in locis infra notatis. Addunt aliqui Euſebium Cæſarienſem, ſed falſo. Decepit eos indiligentia. Cum enim Rufinus Latine verteſit hiſtoriam eccleſiaſticam Euſebii, credentes illum eam vertiſſe ſimpliciter & nihil addidiſſe de ſuo, ſibi perſuaſerunt ea quæ in interprete leguntur de hoc Cypriani libro exſtare etiam apud Euſebium. Quod verum non eſt. Hæc ſunt verba Rufini: *Cyprianus de his*, id eſt de lapſis, *librum magnificentiſſime ſcriptum edidit, in quo & lapſos ad pœnitentiam cohortandos & contradicentes alienos eſſe a Chriſti viſceribus ſtatuit.* Hunc porro librum & librum de unitate eccleſiæ frequenter citat Venericus Vercellenſis epiſcopus.

2 *Pax eccleſiæ reddita*] poſt obitum Decii, ut oſtendit Pearſonius in annalibus Cyprianicis.

3 *Nube*] Rigaltius addidit *& caligine*. Sed hanc additionem, quæ haud dubie eſt ex gloſſemate, non agnoſcunt aliæ editiones nec libri veteres. Reperta eſt in duobus tantum, in uno nimirum regio, ex quo puto Rigaltium accepiſſe, & in Moyſſiacenſi.

4 *Votis omnium*] Codex Fuxenſis, *vocibus & votis omnibus*.

5 *Cohors candida*] Tertullianus in libro primo ad uxorem: *Tota illa eccleſia candida de ſanctitate conſcribitur.* Ubi vide Rigaltium. Idem Tertullianus in libro de corona, *& de martyrii corona laurea melius coronandus.* Vide notas Joannis Ludovici de la Cerda pag. 649. De maſſa candida vide Baronium an. 261. & 303.

6 *Sacrificus ſacr.*] Septem libri veteres habent *ſacrificiis ac ſacrilegus*.

7 *Reſervavit*] Duo libri veteres *mancipavit*.

8 *Sexum vicerunt*] Supra epiſt. 31. *ſexu ſuo fortiores.* Ubi vide notas.

9 *Annos ſuos virtut.*] Ita veteres editiones, viginti & tres libri noſtri, & quatuor Anglicani. In uno regio & in Moyſſiacenſi legitur *annos ſuos continentiæ virtutibus*. Cum autem vox *continentiæ* deſit in tam multis antiquis codicibus, cum non conveniat huic loco, ut ait Latinius, nobis viſum eſt illam eſſe delendam. Sane Pamelius illam adjecit ex editione quæ dicitur Gravii & ex quodam veteri libro. Verum idem Latinius jampridem pronuntiavit eam auctoritatem tanti non eſſe ut perſuadere poſſit vocem hanc eſſe retinendam.

10 *Stantium*] Veteres editiones, codex Seguierianus, Gratianopolitanus, recentior Victorinus, & unus Vaticanus habent *circumſtantium*. Sed hæc lectio bona non eſt. Lamonianus habet *adſtantium*.

11 *Damna*] Hæc vox deeſt in antiquis editionibus & in tredecim libris veteribus. Eraſmus adjecit. Non reperi autem illam niſi in quinque codicibus. Retinui tamen, quia videtur neceſſaria.

12 *Exploranda*] Hanc lectionem exhibent ſexdecim vetera exemplaria. Codex Remenſis ſancti Dionyſii habet: *Expugnandæ fidei præfigebantur dies.* Burgundicus, *prænuntiabantur*. Veteres editiones, *pertimebantur*.

13 *Cauſa ſeceſſione*] De hac ſeceſſione ſancti martyris ſic ſcribit inter alia Pontius diaconus: *Sequitur ut probemus ſeceſſum illum non hominis puſillanimitate conceptum, ſed, ſicuti eſt, vere fuiſſe divinum.* Sic de Paulo eremita ait Hieronymus: *Cum perſecutionis procella detonaret, in villam remotiorem & ſecretiorem receſſit.* Vide librum Tertulliani de fuga in perſecutione.

14 *Durus aut ferreus*] Cicero actione ſecunda in Verrem: *Quis tam fuit illo tempore durus ac ferreus, quis tam inhumanus.* Juvenalis ſatyra prima:

— *Nam quis iniquæ*
Tam patiens urbis tam ferreus ut teneat ſe?

15 *Incurſu*] Codex Fuxenſis *impetu*. Paulo poſt in hoc ipſo libro, *nec proſtratus eſt perſecutionis impetu.* Vide quæ de incurſu notavimus ad epiſtolam 33.

16 *In proſtratis*] Optatus lib. 1. *nonnullos funeſtam proſtravit in mortem.*

17 *Pax longa corruperat*] Sanctus Auguſtinus in epiſtola ad Bonifacium comitem: *Decuit enim eos ſollicitudo quos negligentes ſecuritas fecerat.* Sulpitius Severus lib. 2. ſacræ hiſtoriæ: *Pleríque eorum longa rurſum pace corrupti.* Et infra: *Rurſum corrupti longa pacis malo idolis libaverunt.* Vellejus Paterculus lib. 2. *Pannonia inſolens longæ pacis bonis.* Et Tacitus lib. 4. annalium tradit Piſonem fuiſſe pace incurioſum. Juvenalis ſat. 6. *Nunc patimur longæ pacis mala.* Lucanus lib. 5. *longa-*

que in pace quietos bellorum primus ſparſit furor. Modeſtus in libro de vocabulis rei militaris: *Longa ſecuritas pacis homines partim ad delectationem otii, partim ad civilia traduxit officia*. Cæſar lib. 2. de bello civili: *Multitudo inſolens diuturnitate otii*. Caſſianus lib. 5. cap. 19. *Scilicet ne pacis otio miles Chriſti lenteſcens incipiat obliviſci conſtitutionum ſuarum glorioſa certamina, ac ſecuritatis inertia diſſolutus præmiorum ſtipendiis ac triumphorum meritis defraudetur*. Sanctus Leo Papa ſermone ſecundo in ſolemnitate epiphaniæ: *Vigilanter cavenda ſunt illa diſcrimina quæ de otio ipſius pacis oriuntur*. Vide notas noſtras ad librum ſextum Salviani.

18 *Amplius mereremur*] Ita antiquæ editiones. Eraſmus ſcripſit *amplius pati mereremur*, quod ego reperi in quatuor antiquis exemplaribus. Gravii quæ dicitur editio id quoque habuit, ſed minutiore charactere ſcriptum, ut intelligi daretur dubium videri an eſſet Cypriani. Vox autem *pati* non invenitur in octodecim exemplaribus noſtris neque in quinque Anglicanis, neque in editionibus Manutii & Morellii. Ego ſuppoſitam arbitror a quodam ſciolo qui putaret ſenſum non eſſe integrum abſque illo vocabulo, ſicut Freinshemius ad librum ſecundum hiſtoriarum Taciti, ubi legitur *incipi victoriam ratus*, exiſtimat vocem *ratus* adjectam eſſe ab aliquo extraneo, qui deeſſe aliquid hic putabat. Eraſmi tamen editio poſſet adjuvari ex eo quod paulo poſt ſequitur, *quid non perpeti tales pro peccatis ejuſmodi mereremur*.

19 *In miniſtris*] Duo libri veteres habent *miniſteriis*.

20 *Capilli mend. colorati*] Infra in hoc libro *&* *quæ capillos tuos inficis*. Ovidius lib. 3. de arte amandi: *Femina canitiem germanis inficit herbis*. Martialis lib. 6. epigr. 57. *Mentiris fictos unguento Phœbe capillos*. Columella in præfatione librorum de re ruſtica: *Capitum & capillorum concinnatores non ſolum ipſe audita, ſed & ipſe vidi*. Vide notas ad librum de habitu virginum in verbo *capillis*.

21 *Jungere cum infidelibus*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 1. de conjugiis adulterinis cap. 21. *Quamvis beatiſſimus Cyprianus inde non dubites nec in levibus peccatis conſtituat jungere cum infidelibus vinculum matrimonii, atque id eſſe dicat proſtituere gentilibus membra Chriſti*. Item in libro de fide & operibus cap. 19. ubi hinc colligit quædam uno ſæculo tolerata eſſe quæ in alio non licebant. Sane Tertullianus docet unam fidei regulam eſſe immutabilem, cetera vero correctionis & diſciplinæ admittere novitatem correctionis. Vide rurſum ſanctum Auguſtinum in epiſtola ad Bonifacium de variis conſuetudinibus eccleſiarum & provinciarum. Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum, *junguntur gentilibus & templa Chriſti idolis proſtituunt*. Idem in epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis: *Si autem & illæ quæ virgines ſunt ob alias tamen culpas virginitate corporum non ſalvantur, quid fiet illis quæ proſtituerunt membra Chriſti?* Concilium Arelatenſe primum canone 11. *De puellis fidelibus quæ gentilibus junguntur placuit ut aliquanto tempore a communione ſeparentur*. Vide Rigaltii obſervationes in librum ſecundum Tertulliani ad uxorem. In titulo Codicis Theodoſiani de nuptiis gentilium præcipitur ut nulli provincialium, cujuſcumque ordinis aut loci fuerit, cum barbara ſit uxore conjugium, nec ulli gentilium provincialis femina copuletur, & ſi contra factum fuerit, capitaliter expietur. Gentiles iſtic, ut recte obſervat Jacobus Gothofredus, non dicuntur reſpecto fidei ſeu religionis, verum reſpectu Romanorum, barbari, & ſpeciatim ii qui ex variis gentibus felicitatem Romanam ſequentes ſe ad imperium contulerant. Itaque provincialibus opponuntur, id eſt Romanis, non etiam chriſtianis.

22 *Hortamenta*] Hæc eſt editio Manutii, cum ſuperiores editiones haberent *ornamenta*. Lectionem Manutianam inveni in duodecim vetuſtis codicibus. Alia exſtat in aliis ſeptem, in editione Morelliana, & apud ſanctum Auguſtinum lib. 3. contra Creſconium cap. 36. Vide quæ in ſimili caſu adnotavi ad epiſtolam 25. pag. 63. In Concilio Toletano III. canone 10. legitur *hortamenta concilii* & alibi *ornamento*.

23 *Procuratores*] Vetitum iſtud ſemper in eccleſia Dei. Inſignis eſt in ea cauſa locus in canone 16. concilii Carthaginenſis habiti P. C. Honorii XII. & Theodoſii VIII. exſtatque apud Gratianum 21. q. 2. *Placuit ut epiſcopi*. Vide epitomen juris pontificii Antonii Auguſtini lib. 4. tit. 73. & notas noſtras ad librum Agobardi de modo regiminis eccleſiaſtici. Vide etiam invectivam Jacobi Cardinalis Papienſis adverſus Joannem Cardinalem Attrebatenſem. Sulpitius Severus lib. 1. hiſtoriæ ſacræ, cum dixiſſet levitis nullam poteſtatem datam, quo liberius ſervirent Deo, addit: *Equidem hoc exemplum non tacitus præterierim, legendumque miniſtris eccleſiarum libenter ingeſſerim. Etenim præcepti hujus non ſolum immemores ſed etiam ignari mihi videntur. Tanta hoc tempore animos eorum habendi cupido, veluti tabes, inceſſit. Inhiant poſſeſſionibus, prædia excolunt, auro incubant, emunt venduntque, quæſtui per omnia ſtudent*. Vide ſanctum Gregorium lib. 8. epiſt. 11. adverſus Baſilium epiſcopum Capuanum. Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum: *Procuratores & diſpenſatores domorum alienarum quomodo poſſunt eſſe clerici qui proprias jubentur contemnere facultates?* Quo referri etiam poſſunt ea quæ diximus in notis ad Capitularia pag. 1169.

24 *Derelicta cathedra*] contra regulas eccleſiaſticæ diſciplinæ. Vide concilia Africana.

25 *In eccleſia frat.*] In editione Pamelii adjectum eſt *non ſubvenire*. Sed ego additamentum illud non reperi in veteribus libris a me viſis neque in Anglicanis. Sane Pithœanus habet *nihil tribuere*. Quo etiam modo ſcriptum quoque fuiſſe in Camberonenſi teſtatur Pamelius. Et tamen minime neceſſarium mihi videtur hoc additamentum. Reprehendit Cyprianus epiſcopos qui cum viderent fratres in eccleſia eſurientes, aurum & argentum ſitiebant. Dixi aurum & argentum, quia in uno libro meo veteri ſcriptum eſt *Eſurientibus in eccleſia fratribus aurum habere largiter velle*, & in alio *argentum* pro *aurum*. Sed, quod jugulum petit, ſanctus Auguſtinus hunc eumdem locum referens in epiſtola ad Macrobium, lib. 3. adverſus Creſconium cap. 36. & lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 9. non habet hoc additamentum. Deeſt etiam apud Veneticum epiſcopum Vercellenſem in libro de unitate eccleſiæ & apud Thomam Valdenſem in doctrina decima de ſacramentalibus. Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum: *Gloria epiſcopi eſt pauperum inopiæ providere. Ignominia omnium ſacerdotum eſt propriis ſtudere divitiis*. Vide Proſperum ſive Julianum Pomerium lib. 3. de vita contemplativa cap. 24.

26 *Fundos rapere*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 10. & in epiſtola ad Macrobium. Julianus Pomerius lib. 1. de vita contemplativa cap. 13. loquens de epiſcopis: *Fundorum terminos ſine termino cupiditatis extendunt, & ſe paſſim exquiſitis deliciis dedunt quæ animum corpuſque debilitant*. De Potamio Odyſſiponæ epiſcopo ita legitur in libello precum Marcellini & Fauſtini: *Sed & Potamio non fuit inulta ſacræ fidei prævaricatio. Denique cum ad fundum properat quem pro impia fidei ſubſcriptione ab Imperatore meruerat impetrare, dans novas pœnas linguæ per quam blaſphemaverat, in via moritur, nullos fructus fundi vel viſione percipiens*. Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum: *Turpe eſt ante fores ſacerdotis Chriſti crucifixi & pauperis, & qui cibo quoque veſcebatur alieno, lictores conſulum & milites excubare, judicemque provinciæ melius apud te prandere quam in palatio*. Cui loco recte adjungi poſſunt ea quæ Ammianus Marcellinus lib. 27. dicit de conviviis epiſcoporum Romanorum ſui temporis, quos ait epulas curaſſe profuſas adeo ut eorum convivia regales ſuperarent menſas. Vide ſupra pag. 163.

27 *Juſtificationes*] Novem libri noſtri & ſex Anglicani & editio Morelliana præferunt *juſtitias*.

28 *Aſcenderent apprehenſi*] Hæc eſt lectio editionis Anglicanæ, quam confirmant vetera exemplaria, quam vero Rigaltius in obſervationibus ſuis ait eſſe veriſſimam. Ceterum Manutius & Morellius non fuere primi qui eam induxerunt, ut putaſſe videtur Rigaltius. Habetur enim in antiquis editionibus. Vide quæ notamus ad epiſtolam ſextam pag. 39.

29 *Negarent*] Poſt hæc Manutius & Pamelius addunt *ut tus accenderent*, Sed hanc lectionem merito reprobat Rigaltius, quamvis eam retinuerit. Quippe nuſpiam reperitur in antiquis exemplaribus, niſi quod Angli unum citant ex bibliotheca Vaticana.

30 *Ad forum*] & hinc in capitolium. Nam ſupra pag. 73. adnotatum eſt forum fuiſſe juxta capitolium.

31 *Quam ſemper*] Sexdecim libri veteres & editio Morellii habent *libenter*.

32 *Quos ne eor.*] Codex Seguierianus, *quod ut interrogati negarent, ne eorum differretur interitus & rogaverunt*.

33 *Brachia conciderant*] Codex Seguierianus, *membra conciderant*.

34 *Immolaturus*] Quidam libri veteres & veteres editiones habent *immolaturus vel ſupplicaturus*. Itaque quidam librarius antiquus ſcripſit *immolaturus*. Alius ſupra

Digitized by Google

pra lineam; ut tum ſolebat, ſcripſit *vel ſupplicaturus*. Ex his duabus lectionibus ii qui poſtea ſecuti ſunt eam elegerunt quæ illis magis placebat. Ego præfero eam quæ habet *immolaturas*, quam non dubito fuiſſe primam. Nam & mox ſequitur: *Immolaſti hic ſalutem tuam*. Aliam lectionem adjuvare poſſunt hæc verba Tertulliani ex libro de jejuniis: *Saccis voluti & cinere conſperſi idolis ſuis invidiam ſupplicem objiciunt*.

35 *Infantes quoque*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus in epiſtola ad Bonifacium epiſcopum. Optatus lib. 3. *Omnibus locis templum erat aut ſcelus. Inquinabantur prope morientes ſenes, ignorans polluebatur infantia, manibus parvi pueri portabantur ad nefas, parentes incruenta parricidia facere cogebantur*.

36 *Amiſerunt parvuli*] Hunc quoque locum refert ſanctus Auguſtinus in epiſtola ad Bonifacium epiſcopum ut Cypriani teſtimonio probet parvulis apud Deum non officere parentum perfidiam.

37 *Ali. fraude cap.*] Ita ſex libri veteres & ſanctus Auguſtinus. Plerique tamen libri habent *morerentur*, quinque *aliera morte morerentur*.

38 *Illæ catenæ*] Sanctus Auguſtinus tractatu decimo in evangelium Joannis: *Erit tibi avaritia catena pedum*.

39 *Qui terreſtribus*] Pamelius adjecit *cupiditatibus*, parum firmis teſtimoniis. Idem paulo poſt ſimili auctoritate addidit *& conſulens* poſt vocem *præmonens*. Sed iſta non exſtant in antiquis codicibus neque in antiquis editionibus. Angli tamen ea retinuerunt, quamvis his carerent eorum libri. Vox *cupiditatibus* addita haud dubie eſt a quodam ſtudioſo qui infra legebat *qui terrenis cupiditatibus prægravantur*.

40 *Poſſidere ſe credunt*] Vide ſupra pag. 23.

41 *Nec ad pecuniam*] Quinque libri veteres habent *nec pecunia ſua*. Alii duo, *nec ad pecuniam domini, ſed ipſi potius pecuniæ*.

42 *Erraverunt*] Revocavimus neceſſario hanc lectionem, quam Manutius eliminaverat ponens *naufragaverunt*. Quamquam illius mutationis primus auctor non eſt Manutius, cum ea lectio jam exſtaret in margine editionis quæ dicitur eſſe Gravii. Ea quam nos repoſuimus exſtat in antiquis editionibus & in decem & novem vetuſtis exemplaribus. Manutianam non inveni niſi in quinque. Pamelius, quamvis eam retinuerit in contextu, magis aliam probat in obſervationibus ſuis. In uno vero libro ex more veterum librariorum ſcriptum eſt *naufragaverunt & erraverunt*. Et tamen Cyprianus in libro de oratione dominica, in libro de opere & eleemoſynis, & lib. 3. teſtimoniorum cap. 61. habet *naufragaverunt a fide*.

43 *Septies*] Quatuor libri veteres & editio Manutiana habent *centies*.

44 *Venerant*] Ita veteres editiones & XXVII. libri veteres, in quibus pono Veronenſem & Seguierianum, niſi quod eorum tres habent *venerunt*. Eraſmus ſcripſit *ventura erant*.

45 *Reluctantibus*] Quatuor libri veteres præferunt *in luctationibus*, alius *in luctaminibus*.

46 *In dolore*] Codex Lamonii *per dolorem*. Quod fortaſſe melius eſt. Vide epiſtolam tertiam Baſilii ad Amphilochium, ubi tractat de iis qui non ferentes dolores ad negationem Chriſti tracti ſunt.

47 *Congreſſione*] Codex Fuxenſis *colluctatione*.

48 *Fatigatam*] Morellius & Pamelius addunt *jam laſſum corpus*. Sed ego delevi, quia non reperi in ullo veteri libro quam in Beccenſi. Sed tamen in variis lectionibus poſitis ab erudito quodam in marginibus editionis Lugdunenſis anni 1544. adnotatum vidi contra hunc locum *jam laſſum*. Cæſar lib. 5. de bello Gallico dixit *verberibus exanimatum corpus*.

49 *In dolore defecit*] Hieronymus in caput primum epiſtolæ Pauli apoſtoli ad Galatas: *In martyrio non eadem pœna plectitur qui abſque colluctatione & tormentis ſtatim proſiluit ad negandum & ille qui inter eculeos, fidiculas, ignesque diſtortus compulſus eſt quod credebat negare*. Et in caput ſextum: *Si quis pro Chriſti nominis confeſſione cruciatus alium in tormentis viderit denegaſſe, compatiatur vulneribus negatoris, & non tam illum victum quam ſe viciſſe miretur*.

50 *Caſto & Æmilio*] Kalendarium vetus eccleſiæ Carthaginenſis editum a Mabillonio: *XI. Kal. Junias ſanctorum Caſti & Æmilii*. In martyrologiis Bedæ & aliorum legitur eadem die: *In Africa Caſti & Æmilii, qui per ignem paſſionis martyrium conſummaverunt. Scribit Cyprianus in libro de lapſis*. Exſtat inter ſermones ſancti Auguſtini ſermo in natali plurimorum martyrum incipiens *Sanctorum martyrum*, quem nuperi editores operum ſancti Auguſtini collegerunt ex indiculo Poſſidii dictum eſſe in natali ſanctorum Caſti & Æmilii.

51 *Victores in ſecundo*] Sic ſanctus Joannes Chryſoſtomus in initio ſecundæ parænesis ad Theodorum lapſum ait multos qui vi tormentorum fracti Chriſtum negaverant redintegrato certamine martyrii coronam reportaſſe.

52 *Semiuſtulatis*] Codex Lamonii *ſemiuſti lateris*.

53 *Quas plagas*] Codex Seguierianus, *quam vim, quas plagas*.

54 *Imperitus eſt medicus*] Tertullianus in libro de pœnitentia: *Miſerum eſt ſecari & cauterio exuri & pulveris alicujus mordacitate cruciari. Tamen quæ per inſuavitatem medentur, ea & emolumento curationis offenſam ſui excuſant & præſentem injuriam ſuperventuræ utilitatis gratia commendant*. Idem in Scorpiace: *Et eſt plane quaſi ſævitia medicinæ de ſcalpello deque cauterio, de ſinapis incendio; non tamen ſecari & inuri & extendi idcirco malum, quia dolores utiles affert*. Et infra: *Ululans denique ille & gemens & mugiens inter manus medici poſtmodum eadem mercede cumulabit, & artifices optimos prædicabit & ſævos jam negabit*. Lucifer Calaritanus in libro de moriendo pro Dei filio: *Quod enim licet ferro medicus ſecet, cauterio urat, ſinapis incendio ad omnem dolorem ægrum deducat, tamen nec ſecari, exuri, exedi, morderique eſſet inimicum, quippe quod idcirco bonum ſit quia dolores inutiles auferat per adhibitos ſalutis cauſa dolores*. Caſſianus collat. 6. cap. 6. *Etenim ſectio vel uſtio ſalutaris quæ illis qui ulcerum contagione putrefacti ſunt pie infertur a medico mala a tolerantibus creditur*. Pacianus in parænesi ad pœnitentiam: *Prudentes ægri medicos non verentur ne in occultis quidem corporum partibus etiam ſecaturos, etiam peruſturos. Meminimus quoſdam remota etiam & verecunda membrorum non erubeſcentes in ferro & cauterio & graviſſima illa pulveris mordacitate duraſſe*. Iſtud Fulgentius Placiades lib. 5. mythol. vocat chirurgicæ lanienam. Hieronymus in epiſtola ad Marcellam de Oniaſo: *Medici quos vocant chirurgicos crudeles putantur & miſeri ſunt. Annon eſt miſeria alienis non dolere vulneribus & mortuas carnes inclementi ſecare ferro?* Idem in epiſtola ad Amandum presbyterum: *Putridæ carnes ferro indigent & cauterio; nec eſt medicinæ culpa, ſed vulneris, cum crudelitate clementi non parcit medicus ut parcat, ſævit ut miſereatur*. Idem in epiſtola ad matrem & filiam: *Putridæ carnes ferro curantur & cauterio*. Siricius Papa in epiſtola ad Himerium: *Ferro neceſſe eſt exſcindantur vulnera quæ fomentorum non ſenſerint medicinam*. Ennodius in vita Epiphanii: *Numquam a medico ad pleniſſima curationum æger adductus eſt ab illo qui primum putrita ferro membra deſecuit & latentem penitus a ſinu viſcerum produxit illuviem*. Xenophon in libro quinto de pædia Cyri ait medicos eos qui gravius laborant urere & ſecare ut eos curent. Prudentius in carmine de Romano martyre:

Putate ferrum triſte chirurgos meis
Inferre coſtis quod ſecat ſalubriter.
Non eſt amarum quo reformatur ſalus.

Ovidius lib. 1. metamorphoſeon:

Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Idem lib. 1. de remedio amoris: *Ut corpus redimas ferrum patiaris & ignes*.

55 *Vociferetur*] Tertullianus lib. 2. adverſus Marcionem: *Quid enim ſi medicum dicas eſſe debere, ferramenta vero ejus accuſes quod ſecent & inurant & amputent & conſtringant, quando ſine inſtrumentis artis medicus eſſe non poſſit?* Hieronymi nomine epiſtola ſcripta ad amicum ægrotum: *Manus medici multa cædendo conferunt ſanitatem non ſine murmure patientis*.

56 *Æger impatiens*] Supra epiſt. 26. *Non eſt niſi patientia morbis neceſſaria*.

57 *Cum ſenſerit ſanitatem*] Julius Firmicus in libro de errore prophanarum religionum: *Sic homo recepta ſanitate & ſalute ſibi reddita quidquid ægrotantis corporis vitio invitus paſſus eſt, hoc totum pro utilitate ſua factum eſſe ſtantis animi judicio confitetur*. Innocentius Papa III. lib. 11. epiſt. 211. *Ideoque ſi morbum tuum, quod abſit, invenerimus induratum, violentiori nos coges inſiſtere medicinæ, juxta quod neceſſaria cura depoſcet; cujus aſperitatem etſi forſan in præſenti refugias, ſanitate tamen recepta, ipſius collaudabis effectum, ac peritum quoque medicum benedices*. Seneca lib. 5. de beneficiis cap. 20. *Non eſt ſpectandum an doleat aliquis beneficio accepto, ſed an dolere debeat*.

58 *Irrita & falſa pax*] Cicero lib. 10. epiſtolarum ad Atticum epiſt. 1. *De pace idem ſentio quod tu, ſimulationem eſſe apertam, parari autem bellum acerrimum*. Vide ſupra pag. 191.

Digitized by Google

59 *Sanitatis patientiam*] Liber Flori *pœnitentiam*. Et mox pro *medicina* codex Lamonianus habet *pœnitentiam*.

60 *Excuſsa*] Ita duodecim libri veteres. Alii ondecim & veteres editiones *excluſa*. Utraque lectio bona eſt. Codex Foſſatenſis: *Pœnitentia de peccatoribus excluſa eſt vel excuſſa*. Utramque lectionem protulit librarius ut lector intelligeret liberum ſibi eſſe eam præferre quæ ſibi magis arrideret, ut ſæpe accidit in libris veteribus.

61 *Immunditia ipſius*] Ita etiam lib. 3. teſtimoniorum cap. 94. At Caſſianus lib. 6. cap. 8. collat. 12. cap. 2. & collat. 22. cap. 5. legit, *in quo eſt immunditia, peribit coram Domino*.

62 *Spretis his omnibus*] Reſtituimus hunc locum uti reperitur in antiquis exemplaribus, in editione Morelliana, & in ea quæ dicitur Gravii. In quo ſecuti ſumus conſilium Rigaltii; qui quamvis retinuerit in contextu veterem lectionem, pronuntiat in obſervationibus ſuis illam quam nos revocavimos eſſe veriſſimam.

63 *Ante exomol. factam*] nimirum apud ſacerdotes Dei, ut ait infra Cyprianus in hoc libro. Rufinus in pſal. 31. *Licet autem Deus dimittat peccata ex quo homo in voluntate pœnitet, tamen confitendum eſt miniſtris eccleſiæ*. Vide Socratem lib. 5. cap. 19. cum annotationibus Henrici Valeſii. Vide etiam infra in notis ad paginam 394. *peccaſſe nec ſatisfacere*.

64 *Verbis fallacib.*] Codex Seguierianus *fallentibus*.

65 *Arborem*] Hæc vox deeſt in ſexdecim codicibus antiquis & in antiquioribus editionibus. Deerat etiam in alio veteri, ſed addita eſt poſtea ſupra lineam. Epiſtola nomine Hieronymi ſcripta ad amicum ægrotum: *Non enim eſt arbor ſolida nec robuſta niſi quæ aſſidui turbinis incurſione ſtipitibus concuſſis huc atque illuc inclinata tentatur, in quam ſæpe ventorum turbinum flamen incurrat. Ipſis enim vexationibus conſtringitur, premitur, fixiſque radicibus citius roboratur*.

66 *Solus D. miſereri poteſt*] Tertullianus in libro de baptiſmo: *Sed neque peccatum dimittit neque ſpiritum indulget niſi ſolus Deus*. Item in libro de pudicitia: *Quis enim dimittit delicta niſi ſolus Deus?* Sanctus Joannes Chryſoſtomus homilia quarta in caput primum Matthæi ait neminem poſſe peccata dimittere niſi ſolummodo divinam naturam. Guido de Perpiniano ſcribens adverſus errores Armenorum ait: *Dicunt etiam quod homo non remittere poteſt peccata niſi ſolus Deus*. Ruricius lib. 2. epiſt. 41. *Praſtabit, ut credimus, miſericordia ipſius ut qui pœnitendi vobis animum inſpirare dignatus eſt, qui ſolus poteſt & ſanare corrupta & reparare collapſa & delere commiſſa*. Vide Maldonati tractatum de ſacramentis pag. 255. ſecundæ editionis.

67 *Plurimum martyrum*] Veteres editiones & octo libri veteres habent *plurimum valere martyrum*. Sed vox *valere* non exſtat in aliis antiquis.

68 *Facultate*] Veteres editiones & novem libri veteres, etiam Seguierianus, præferunt *facilitate*. Alii quatuor *felicitate*, nimirum, ut opinor, pro *facilitate*.

69 *Bonum*] Pamelius poſuit *dignum*, neſcio qua auctoritate. Ego ſane *bonum* vidi ſcriptum in omnibus antiquis editionibus & in omnibus libris veteribus.

70 *Vindicetur*] Falluntur profecto qui putant hanc vocem iſtic accipiendam eſſe eo ſenſu quo accipitur apud Optatum cum loquitur de oſſibus cujuſdam martyris nondum vindicati. Iſtic enim vox illa referri per conſequentiam neceſſariam debet ad ea quæ antecedunt, ex quibus liquet exiſtimaſſe Cyprianum plurimum poſſe apud judicem merita martyrum & opera juſtorum, ſed cum judicii dies venerit, cum poſt occaſum ſæculi hujus & mundi ante tribunal Chriſti populus ejus adſtiterit. Et mox Cyprianus affert locum ex apocalypſi in quo animæ martyrum occiſorum ſub ara Dei conſtitutæ poſtulant a Deo vindictam de perſecutoribus ſuis. Alia erat cauſa martyrum nondum occiſorum, quos Cyprianus ait non poſſe remittere neque donare peccata neque ipſos poſſe alios defendere ante quam ipſi vindicentur, uti poſtulabant animæ martyrum occiſorum. Eodem ſenſu epiſt. 56 ait Dominum paſſiones noſtras & vulnera vindicaturum. Vide etiam extremam partem libri de bono patientiæ. Tertullianus in libro de fuga in perſecutione: *Potes itaque te martyrem vindicare, ſcientes eſſe magnum vindicari ab eo*. Lucifer Calaritanus in apologia prima pro ſancto Athanaſio: *Talis mos eſt Dei cultoribus ut totum reſervent Deo ſcientes eſſe magnum vindicari ab eo*. Vide Rigaltii obſervationes ad librum Tertulliani de oratione. Julius Capitolinus in Pertinace dixit: *Aliquos etiam mortuos vindicavit*. Quod tamen referri non poteſt ad mortuos vindicatos in ſenſu Optati.

71 *Si non contra*] Rigaltius iſtic ait iſta ſic uno tractu perducenda. *ſi non contra ipſum Dominum a Dei ſacerdote facienda ſit obtemperantis facilis & prona conſenſio*, hancque ſcripturam putat eſſe veriſſimam. Laudat autem codicem Veronenſem, in quo ſcriptum erat *ſit* pro *ſunt*. Sic etiam in editione Morelliana. At in Seguieriano legitur: *Mandant aliquid martyres fieri, ſi juſta, ſi licita, ſi non contra ipſum Dominum a Dei ſacerdote facienda. Sit obtemperantis facilis & prona conſenſio, ſi petentis fuerit religioſa moderatio*. Ita etiam ferme codex ſancti Arnulphi.

72 *Fecerunt ſ. d. aureos*] Hæc deſunt in antiquis editionibus & in quatuordecim codicibus manuſcriptis. Exſtant tamen in aliis ſeptem, & in quibuſdam additur *& argenteos*. quod deeſt in Foxenſi & in editione Morellii. In capite quarto epiſtolæ ad Fortunatum de exhortatione martyrii legitur, *fecerunt ſibi deos aureos*. In libro vero primo teſtimoniorum cap. 1. *fecerunt ſibi deos aureos & argenteos*. In capite 32. Exodi, *feceruntque ſibi deos aureos*.

73 *Dilectiſſimi*] Tres libri veteres: *Nemo, fratres dilectiſſimi, nemo hanc gloriam mutilet neque infamet*.

74 *Flemus*] Codex Burgundicus addit *& dolemus*. Sic etiam in Vaticano ſcriptum eſſe inveni adnotatum in editione Anglicana.

75 *Dies venerit pœnæ*] Codex Seguierianus, *judicii dies venerit*.

76 *Corrigantur*] Sic Eraſmus & alii poſt eum. Quæ lectio ſane bona eſt. Et tamen antiquæ editiones & tredecim libri noſtri itemque tres Anglicani præferunt *dirigantur*.

77 *Precum*] Iſtud quoque mutare oportuit propter auctoritatem veterum exemplarium & editionis Spirenſis. Eraſmus primus poſuit *precandum*. Sed ego lectionem illam non reperi niſi in codice Turonenſi. Ceterum pro *miſericordiam* Fuxenſis habet *medelam*.

78 *Correpta laniavit*] Eraſmus ſcripſit *correpta cecidit laniavit*. At vocem *cecidit* nullus veterum librorum noſtrorum agnoſcit, niſi quod duo ex illis habent *concidit*. Non exſtare etiam in Veronenſi & in Beneventano itemque in Seguieriano mihi compertum eſt.

79 *Minus*] Pamelius poſtea vocem *ſibi* poſuit ex conjectura Cauchii, faſſus eam non reperiri in aliis exemplaribus. Ego ſane nuſpiam illam inveni in iis quibus uſus ſum.

80 *Panem mero*] Ita omnes libri veteres & editiones. Pithœanus tamen habet *panem mordidit mixtum*.

81 *Arcere*] Quatuor libri veteres præferunt *cavere*. In uno tamen ſcriptum eſt *arcere* & ſupra lineam *vel cavere*.

82 *Rudis anima*] Infra in libro de bono patientiæ, *ploratu & gemitu rudis anima teſtatur*. Tertullianus in apologetico: *Fugientem animam novam exſpecta, excipe rudem ſanguinem*. Hieronymus in epiſtola ad Cteſiphontem adverſus Pelagianos: *Aſſeris poſſe hominem eſſe ſine peccato, ſi velit, & poſt graviſſimum ſomnum ad decipiendas rudes animas fruſtra conaris adjungere non abſque Dei gratia*.

83 *Fatebatur*] Duo libri veteres *teſtabatur*.

84 *Calicem diaconus*] Vide Beveregium ad canonem ſecundum ſynodi Ancyranæ.

Similem ferme hiſtoriam de quadam juvencula Araba natione narrat Proſper in libro inſcripto *Dimidium temporis* cap. 6.

85 *Obturantibus*] Ita quindecim libri veteres & editiones Manutii & Morellii. Veteres & octo vetera exemplaria habent *obdurantibus*. Quæ diſcrepantia orta eſt ex commutatione litterarum.

86 *Sacrificantibus nobis*] Hanc lectionem exhibent octo codices antiqui & editio Morellii. Sed veteres editiones, etiam Manutiana, & tredecim libri veteres non habent vocem *nobis*, quam ego arbitror non eſſe neceſſariam. Non ſum tamen auſus expungere, quia non officit ſententiæ ſancti martyris. Simile quid habetur in libro Lactantii de moribus perſecutorum cap. 10. ubi *quidam miniſtrorum ſcientes Dominum, cum adſiſterent immolanti, impoſuerunt frontibus immortale ſignum*. Qui locus nullam habet difficultatem. Quippe miniſtri ſcientes Dominum non poſſunt eſſe alii quam chriſtiani, præſertim cum ſtatim Lactantius dicat illos impoſuiſſe frontibus ſuis ſignum crucis. Et tamen fuit nuper qui exiſtimaret hunc loquendi modum eſſe ambiguum, dubium enim eſſe an miniſtri illi fuerint miniſtri Diocletiani aut chriſtiani. Chriſtianos porro fuiſſe oſtendunt etiam ea quæ ſequuntur in hoc loco Lactantii, tum etiam alius locus ejus ex libro quarto divinarum inſtitutionum cap. 27. ubi de hac ipſa re agens

agens ſcribit, *quidam miniſtrorum noſtrorum ſacrificantibus dominis adſiſterent*.

87 *Intra*] Non admonerem me mutaſſe pro eo quod Pamelius poſuit *inter*, niſi ita me facere coegiſſet auctoritas veterum exemplarium. Quippe omnia, ſi duo tantum excipias, habent *intra*. Ita etiam habet editio Morellii.

88 *Pectus admittens*] Pamelius ſecutus auctoritatem codicis Camberonenſis poſuit *pectus ſanguinem admittens*. Eam lectionem retinuit Rigaltius, Angli expunxerunt. Recte. Non exſtat enim in libris noſtris neque in duobus Petavianis ab Albertino citatis.

89 *Arcam ſuam*] Hoſpinianus lib. 2. cap. 5. de templis afferens hunc locum ſancti Cypriani multum diſputat adverſum nos propterea quod euchariſtiam concludimus in arca ſive theca vel armario, & ait nullum de includenda euchariſtia mandatum exſtare vel Chriſti vel apoſtolorum. Inutiliter profecto ſcripta illa ſunt ab Hoſpiniano. Nam nos id facile concedimus. In illa eccleſiæ novitate, cum illa inter perſecutores ſuos degeret, & in occulto chriſtiani peragerent divina myſteria, locus non erat totus & certus in quo concludi poſſet euchariſtia. Itaque diſtribuebatur fidelibus a miniſtris, & unuſquiſque partem ſuam deferebat domum ut communionem acciperet. At poſtea, cum totus orbis facta fuiſſet chriſtianus, decens & congruens viſum eſt in loco certo & tuto eam reponere ut ea ſtatim diſtribueretur ſumere volentibus, non in occulto, ut in primis eccleſiæ ſæculis, ſed palam & publice & ſtatim cum quis cuperet.

90 *Domini ſanctum*] id eſt euchariſtia, quam in initiis chriſtianæ religionis unuſquiſque domum ferebat ut ſibi ipſe libere communionem corporis Chriſti impertiretur. Tertullianus in libro ſecundo ad uxorem: *Non ſciet maritus quid ſecreto ante omnem cibum guſtes*. Vide quæ notamus ad librum de bono patientiæ.

91 *Manibus indignis*] Codex Veronenſis, unus meus, & duo Anglicani habent *iniquitatis*.

92 *Sanctitate fugiente*] Codex Seguierianus, *ſancto inde fugiente*. Paulo ante dixit, *in qua Domini ſanctum fuit*. Itaque iſta lectio videtur eſſe melior. Sed non ſum auſus mutare, quia reliqui libri præferunt *ſanctitate*. Ea quippe lectio bonum quoque ſenſum conſtituit. Captabo autem hanc occaſionem ut emendem extremam partem epiſtolæ tertiæ Pelagii II. ad epiſcopos Iſtriæ, ubi legitur *ſanctitate ſervante*. Pro quo ſcribendum eſſe *ſervatum* docet vetus codex ex quo illa edita eſt. Ibidem paulo ante addenda ſunt tria vocabula quæ exciderunt veteri librario. Legendum igitur, *qui de iterando baptiſmate ſcripſerat, in unitate catholica defunctum perhibuit*. Ita Auguſtinus in libro de unico baptiſmo cap. 12.

93 *Pœnit. n. ag. ... confitentes*] Iſta primum emerſere e typographia Manutii. Inveni in tribus antiquis codicibus. Deſunt autem in ſexdecim & in editione Morellii.

94 *Quam ſibi*] Antea in omnibus editionibus & in omnibus fere codicibus manuſcriptis legebatur *quem*. Facile erat exiſtimare reponendum eſſe *quam*. Et tamen eam lectionem, quam puto eſſe veriſſimam, nuſpiam reperi niſi in codice Remenſi ſancti Dionyſii. Unus Anglicanus præfert *quæ*.

95 *Ira*] Hæc eſt ſcriptura viginti veterum exemplarium noſtrorum & octo Anglicanorum. Eorum auctoritas mihi perſuaſit ut ita ponerem pro eo quod editiones habent *cenſura*, quamvis hæc quoque lectio bona ſit & reperiatur in quibuſdam libris veteribus.

96 *Fugere*] Antea legebatur *ſubterfugere*. quam lectionem ego arbitror eſſe optimam. Verum auctoritas veterum librorum exegit ut mutarem. Sunt autem numero XVI. comprobantes hanc mutationem.

97 *Abſconditis*] Duæ ſunt hujus loci lectiones in codicibus manuſcriptis. Quidam enim habent *abſconditis*, alii *abditis*. Utraque lectio bona eſt.

98 *Nonne cæl....impleo*] Hæc deſunt in antiquis editionibus & in quindecim codicibus antiquis.

99 *Conceptas*] Codex Fuxenſis, *contemplans*. Quæ lectio non eſt mala.

100 *Fide majores*] Veteres editiones, decem libri noſtri, & ſex Anglicani præferunt *fide majore & timore meliore*. Alii ſexdecim ita quoque habent, niſi quod in illis ſcriptum eſt *meliores*. Quatuor habent *majores*. Epitome Lactantii cap. 43. *ingrato populo ab hereditate ſummoto, aliam ſibi plebem fideliorem de exteris gentibus congregaret*.

101 *Qui confuſus*] Ita veteres editiones & tredecim libri veteres. Tres alii habent: *Qui confuſus me fuerit, confundam & ego eum coram patre meo qui in cælis eſt*. Beccenſis, *Qui confuſus fuerit me coram hominibus, confundet*. Contra in aliis duobus ſcriptum eſt: *Qui me confeſſus fuerit, confitebitur eum filius hominis*. Sic etiam ſupra epiſt. 9. At lectio quæ habet *Qui confuſus* exſtat etiam ſupra epiſt. 63. Ego puto hanc diſcrepantiam eſſe imputandam temeritati librariorum.

102 *Quæſo vos fratres*] Poſt iſta ſequebatur in libro Veronenſi, *confiteatur unuſquiſque delictum ſuum*.

103 *Dum admitti confeſſio*] Poſt mortem enim non admittitur. Exomologeſis apud inferos non eſt, ut ait Cyprianus. Vide Pamelium.

104 *Corde veſtro*] Codex Pithœanus addit *& ex tota anima veſtra*.

105 *Cum feminis*] Ita omnes editiones ante Pamellianam. Pamelius itaque expunxit has voces, tum quia illas non reperiebat in ſuis codicibus manuſcriptis, tum quia iis opus non eſſe credebat. Sane deſunt in tredecim noſtris. Verum exſtant in aliis quindecim & in uno Anglicano. Non video autem cur expungi debeant, cum videam ſupra in libro de habitu virginum balnea promiſcua cum viris & feminis interdici virginibus. Hinc enim colligitur feminas lavari conſueviſſe cum viris. Vide notas ad librum de habitu virginum pag. 369.

106 *Barbam vellit*] Vide lib. 3. teſtimoniorum cap. 84. Savaronem & Sirmondum ad Sidonium lib. 4. epiſt. 24. Vide etiam Franciſcum Georgium Venetum in libro de harmonia mundi cantico 2. cap. 6. & notas noſtras ad Gratianum diſt. 22. cap. *Prohibete* pag. 453.

107 *Peccandi vulnera*] Codex Lamonii habet *genera*.

108 *Peccaſſe nec ſatisfacere*] Quintilianus lib. 11. cap. 1. *Tutiſſimum erga pœnitentiæ confeſſio & ſatisfactio culpæ*. Tertullianus in libro de pœnitentia: *Confeſſio enim ſatisfactionis conſilium eſt*. Vide ſupra pag. 391. *ante exomol. factam*.

109 *In ſacco*] Quinque libri veteres præferunt *in cilicio & ſacco*, Seguierianus *in cinere in cilicio*. Infra in fine hujus libri, *ſtrato ſacco adhærere in cinere & cilicio & ſordibus*. Tertullianus in libro de pœnitentia dixit *ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare*. & *in aſperitudine ſacci & horrore cineris*. Saccus, ut ait Hieronymus in epiſtola ad Marcellam de muneribus acceptis, eſt ſignum orationis atque jejunii.

110 *Qui ſervas*] Veteres editiones & quatuor libri veteres addunt *& diſponis*. Alii tres habent quidem *diſponis*, ſed non habent *ſervas*.

111 *Tibi D. juſtitia*] Eraſmus edidit: *Tibi Domine gloria, tibi juſtitia*. Sed ego vocem *gloria* nuſpiam reperi in codicibus manuſcriptis. Non exſtat autem in capite tertio prophetiæ Danielis, ex quo iſta ſumpta ſunt.

112 *Gravi crimine*] Quatuordecim libri noſtri & octo Anglicani præferunt hanc lectionem pro eo quod alibi ſcriptum eſt *grandi*.

113 *Transfilis*] Ita vulgo libri veteres & editiones. Quidam tamen aliter habent. In duobus enim legitur *transfigit*, in alio demum *transcingit*.

114 *Illic ſupereſt*] Pamelius poſuit *illic ſola ſupereſt* ex manuſcriptis & veteri excuſo. At vox *ſola*, quæ inutilis eſt, deeſt in omnibus libris noſtris præter unum Gratianopolitanum & in ſeptem Anglicanis.

115 *Orare oportet*] Beatus Rhenanus, cum multa de pœnitentia & confeſſione dixiſſet in argumento libri Tertulliani de pœnitentia, demum velut complementum obſervationum ſuarum deſcribit hunc Cypriani locum. Interim admoneo argumentum illud Beati Rhenani deeſſe in poſterioribus editionibus operum Tertullianicorum.

116 *Quod adv. auferebat*] Infra in libro de opere & eleemoſynis: *Patrimonium Deo creditum nec reſpublica eripit nec fiſcus invadit*. Sanctus Auguſtinus in libro quinquaginta homiliarum homilia 48. *Hoc tollit fiſcus quod non accipit Chriſtus*. Vide eumdem enarratione in pſal. 146. Lactantius cap. 8. de mortibus perſecutorum: *Cruentiſſimus fiſcus male partis opibus affluebat*. Plinius in panegyrico Trajani: *Sæpius vincitur fiſcus, cujus mala cauſa numquam eſt niſi ſub bono principe*. In epitome Victoris legitur Trajanum fiſcum vocaſſe lienem, quod eo creſcente artus reliqui tabeſcant. Symmachus in relatione pro ara Victoriæ: *Fiſcus bonorum principum non ſacerdotum damnis ſed hoſtium ſpoliis augetur*. Novella Anthemii A. de bonis vacantibus: *Neque enim aliud imperatoriæ majeſtati videtur accommodum quam commune jus omnibus reſervare ſubjectis & nihil amplius bonis licere principibus niſi quod liceat privatis*. Ammianus Marcellinus lib. 28. agens de præfectura Olybrii ait: *Calumniarum acerrimus inſectator, fiſci lucra unde poterat intercidens*.

117 V e-

Digitized by Google

117 *Veneno*] Quædam editiones habent *vendenda*, eamque lectionem magis probat Pamelius. Noſtram probant ſexdecim libri noſtri & undecim Anglicani. Neque dubium eſſe poteſt quin ſit veriſſima. Eamdem præferunt omnes veteres editiones, etiam Manutiana & Moreliiana.

118 *Domino feneretur*] Ita ſcribere placuit ideo quia ita loquitur Cyprianus in libro de habitu virginum. Sic etiam habent quidam libri veteres & editio Spirenſis, tum etiam Veneta vetus. Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos: *Deo fenerat*. Martialis lib. 1. epig. 44. *Hæc omnis fenerat una deos*.

119 *Deflectere*] Codex Moyſſiacenſis addit *delicta remittere*.

120 *Dat ille arma*] Codex Lamonii: *Dat ille arma juſtitiæ quibus juſtus armetur*.

121 *Dei veniam merebitur*] Id eſt conſequetur, ut ait Lactantius lib. 4. cap. 17.

[1] L I B E R
D E
UNITATE ECCLESIÆ.

Matt. 5. CUM moneat Dominus & dicat, *Vos eſtis* A
Matt. 10. *ſal terræ*, cumque eſſe nos jubeat ad innocentiam ſimplices, & tamen cum ſimplicitate prudentes, quid aliud, fratres dilectiſſimi, quam providere nos convenit & ſollicito corde vigilantes ſubdoli hoſtis inſidias intelligere pariter & cavere, ne qui Chriſtum ſapientiam Dei patris [2] induimus minus ſapere in tuenda ſalute videamur? Neque enim perſecutio ſola metuenda eſt & ea quæ ſubruendis ac dejiciendis Dei ſervis aperta impugoatione graſſantur. [3] Facilior cautio eſt ubi [4] manifeſta formido B eſt, & ad certamen animus ante præſtruitur quando ſe adverſarius [5] confitetur. Plus metuendus eſt & cavendus inimicus cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens, occultis acceſſibus ſerpit, unde & nomen ſerpentis accepit. Ea eſt ejus ſemper aſtutia, ea eſt [6] circumveniendi hominis cæca & [7] latebroſa fallacia. Sic ab initio ſtatim mundi ſefellit & verbis mendacibus blandiens rudes animas incanta credulitate decepit. Dominum ipſum tentare conatus, quaſi obreperet rurſus & falle- C ret, latenter acceſſit. Intellectus tamen eſt & retuſus; & ideo proſtratus, quia agnitus atque detectus. Uode nobis exemplum datum eſt veteris hominis viam fugere, veſtigiis Chriſti viventis inſiſtere; ne denuo incauti in mortis laqueum revolvamur, ſed ad periculum providi accepta immortalitate potiamur. Immortalitate autem potiri quomodo poſſumus, niſi ea quibus mors expugnatur & vincitur Chriſti mandata ſervemus, ipſo monente & dicente:
Matt. 19. *Si vis ad vitam venire, ſerva mandata*. Et ite- D
Joan. 15. rum: *Si feceritis quæ mando vobis, jam non* [8] *dico vos ſervos, ſed amicos*. Hos denique fortes dicit & ſtabiles, hos [9] ſuper petram robuſta mole fundatos, hos contra omnes tempeſtates & turbines ſæculi immobili & inconcuſ-
Matt. 7. ſa firmitate ſolidatos. *Qui audit*, inquit, *verba mea & facit ea, ſimilabo eum viro ſapienti qui ædificavit domum ſuam ſupra petram. Deſcendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim fuit ſuper petram*. Verbis igitur E ejus inſiſtere, quæcumque & docuit & fecit diſcere & facere debemus. Ceterum credere ſe in Chriſtum quomodo dicit qui non facit quod Chriſtus facere præcepit? Aut nnde perveniet ad præmium fidei qui fidem non vult ſervare mandati? Nutet neceſſe eſt & vagetur & ſpiritu erroris abreptus velut pulvis quem ventus excutit ventiletur; nec ambulando proficiet ad ſalutem qui ſalutaris viæ non tenet veritatem. Cavenda ſunt autem, fratres dilectiſſimi, non ſolum quæ ſunt aperta atque manifeſta, ſed & aſtutæ fraudis ſubtilitate ſallentia. Quid vero aſtutius quidve ſubtilius quam ut Chriſti adventu detectus ac proſtratus inimicus, poſtquam lux geotibus venit & ſoſpitandis hominibus ſalutare lumen effulſit, ut ſurdi auditum gratiæ ſpiritalis admitterent, aperirent ad Deum oculos ſuos cæci, infirmi æterna ſanitate revaleſcerent, claudi ad eccleſiam curterent, muti claris vocibus & precibus orarent, videns ille idola derelicta & per niminm credentium populum ſedes ſuas ac templa deſerta, excogitaverit novam fraudem, ut ſub ipſo chriſtiani nominis titulo fallat incautos? Hæreſes invenit & ſchiſmata, qnibus ſubverteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet unitatem. Quos detinere non poteſt in viæ veteris cæcitate circumſcribit & decipit novi itineris errore. Rapit de ipſa eccleſia homines; & dum ſibi appropinquaſſe jam lumini atque evaſiſſe ſæculi noctem videotur, alias neſcientibus tenebras rurſus infundit, nt cum evangelio Chriſti & cum obſervatione ejus & lege non ſtaotes chriſtianos ſe vocent, & ambulantes in teoebris habere ſe lumen exiſtiment, blandiente adverſario atque fallente, qoi ſecundum apoſtoli vocem transfigurat ſe velut angelum lucis, & 2. Cor. 11.
miniſtros ſuos ſubornat velut miniſtros juſtitiæ, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, antichriſtum ſub vocabulo Chriſti, ut dum veriſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur. Hoc eo fit, fratres dilectiſſimi, dum [10] ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec magiſtri cæleſtis doctrina ſervatur. Quæ ſi quis conſideret & examinet, tractatu longo atque argumentis opus non eſt. Probatio eſt ad fidem facilis compendio veritatis. [11] Loquitur Dominus ad Petrum. *Ego tibi dico*, inquit, Matt. 16.
quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Et tibi dabo claves regni cælorum; & quæ ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis; & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Et iterum eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit: *Paſce oves meas*. Super Joan. 21.
illum

Digitized by Google

illnm unum ædificat ecclefiam ſuam, & illi
paſcendas mandat oves ſnas. Et quamvis apo-
ſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem
Joan. 20. poteſtatem tribuat & dicat, *ſicut miſit me pa-*
ter, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum,
ſi cujus remiſeritis peccata, remittentur illi, ſi cu-
jus tenueritis, tenebuntur, tamen ut unitatem
meniſeſtaret, unitatis ejuſdem originem ab uno
incipientem ſua auctoritate diſpoſuit. Hoc erant
utique & ceteri apoſtoli quod fuit Petrus, pa-
ri conſortio præditi & honoris & poteſtatis,
ſed exordium ab unitate proficiſcitur, & [12]
B
Epiſt. 2. primatus Petro datur ut una Chriſti eccleſia
Pelagii & cathedre una monſtretur. Et [13] paſtores ſunt
II. ad E- omnes, & grex unus oſtenditur, qui ab apo-
piſcopos ſtolis omnibus unanimi conſenſione paſcatur,
Iſtriæ.
Vide No- ut eccleſia Chriſti una monſtretur. Quam unam
tas num. eccleſiam etiam in cantico canticorum Spiritus
21. ſanctus ex perſona Domini deſignet & dicit:
Cant. 6. *Una eſt columba mea, perfecta mea, una eſt ma-*
tri ſuæ, electa genitrici ſuæ. [14] Hanc eccleſiæ
unitatem qui non tenet, tenere ſe fidem cre-
dit? Qui eccleſiæ renititur & [15] reſiſtit, qui
cathedram Petri, ſuper quem fundata eſt ec-
C
cleſia, deſerit, in eccleſia ſe eſſe confidit?
quando & beatus apoſtolns Paulns hoc idem
doceat & ſacramentum unitatis oſtendat di-
Ephes. 4. cens: [16] *Unum corpus & unus ſpiritus, una ſpes*
vocationis veſtræ, unus Dominus, una fides, unum
baptiſma, unus Deus. Quam unitatem firmiter
tenere & vindicare debemus, maxime epiſco-
pi, qui in eccleſia præſidemus, ut epiſcopa-
tum quoque ipſum unum atque indiviſum pro-
bemus. [17] Nemo fraternitatem mendacio fal-
let, nemo fidei veritatem perfida prævaricatio-
D
ne corrumpat. [18] Epiſcopatus unus eſt, cujus
a ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia
quoque una eſt, quæ in multitudinem latius
incremento fecunditatis extenditur. [19] Quo-
modo ſolis multi radii, ſed lumen unnm, &
rami arboris multi, ſed robur unum tenaci ra-
dice fundatum, & cum de fonte uno rivi plu-
rimi defluunt, nnmeroſitas licet diffuſa videe-
tur exundentis copiæ largitate, unitas tamen
ſervetur in origine. Avelle radium ſolis a cor-
pore, diviſionem lucis unitas non capit. [20] Ab
E
arbore frange ramum, fractus germinare non
poterit. A fonte præcide rivum, [21] præciſus
areſcit. Sic & eccleſia Domini luce perfuſa
per orbem totum redios ſuos porrigit. Unum
temen lumen eſt, quod ubique diffunditur,
nec unites corporis ſeparatur. Ramos ſuos in
univerſem terram copia ubertatis extendit, pro-
fluentes largiter rivos latius expandit. Unum
tamen caput eſt, & origo una, & una mater
fecunditetis ſucceſſibus copioſa. Illius fetu na-
ſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu ejus eni-
mamur. [22] Adulterari non poteſt ſponſa Chri-
F
ſti, incorrupta eſt & pudica. Unam domum
novit, unius cubiculi ſanctitetem caſto pudore
cuſtodit. Hæc nos Deo ſervat, hæc filios re-
gno quos generevit eſſignat. Quiſquis ab eccle-
ſia ſegregetus adulteræ jungitur, e promiſſis ec-
cleſiæ ſeparatur. Nec perveniet ad Chriſti præ-
mia qui relinquit eccleſiam Chriſti. Alienus
eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt. Habere jam
non poteſt Deum patrem qni eccleſiam non
habet matrem. [23] Si potuit evadere quiſqnam
qui extra arcam Noe fuit, & qui extra eccle-

A
ſiam foris fuerit evadit. Monet Dominus &
dicit: *Qui non eſt mecum, adverſus me eſt; &* *Matt.* 12.
qui non mecum colligit, ſpargit. Qui pacem Chri-
ſti & concordiam rumpit adverſus Chriſtum fa-
cit. Qui alibi præter eccleſiam colligit Chriſti
eccleſiam ſpargit. Dicit Dominus: *Ego & pa-* *Joan.* 10.
ter unum ſumus. Et iterum de patre & filio &
ſpiritu ſencto ſcriptum eſt: [24] *Et hi tres unum* 1 *Joan.* 5.
ſunt. Et quiſquam credit hanc unitatem de di-
vina firmitate venientem, ſacramentis cæleſti-
bus cohærentem, ſcindi in eccleſia poſſe & vo-
luntatum collidentium divortio ſeperari? Hanc
B
unitatem qui non tenet, Dei legem non tenet,
non tenet patris & filii fidem, vitam non tenet
& ſalutem. Hoc nnitatis ſacrementum, hoc vin-
culum concordiæ inſeparabiliter cohærentis o-
ſtenditur qusndo in evangelio tunica Domini
Jeſu Chriſti non dividitur omnino nec ſcindi-
tur, ſed ſortientibus de veſte Chriſti [25] quis
Chriſtum indueret, integra veſtis eccipitur &
incorrupta atque [26] indiviſa tunica poſſidetur.
Loquitur ec dicit Scriptura divina: *De tunica* *Joan.* 19.
autem, quia de ſuperiore parte non conſutilis, ſed
C
per totum textilis fuerat, dixerunt ad invicem:
Non ſcindamus illam, ſed ſortiamur de ea cujus
ſit. Unitatem illa portabat de ſnperiore parte
venientem, id eſt de cælo & a patre venien-
tem quæ ab eccipiente ac poſſidente ſcindi o-
mnino non poterat, ſed totam ſimul & ſoli-
dam firmitetem inſeparabiliter obtinebat. Poſ-
ſidere non poteſt indumentum Chriſti qui ſcin-
dit & dividit eccleſiam Chriſti. Contra deni-
que cum, Salomone moriente, regnum ejus &
populus ſcinderetur, Achias propheta Jeroboam
regi obvius factus in campo, in dnodecim ſciſ-
D
ſuras veſtimentum ſuum diſcidit dicens: *Sume* 3. *Reg.*
tibi decem ſciſſuras, quia hæc dicit Dominus: Ec- 11.
ce ſcindo regnum de manu Salomonis, & dabo ti-
bi decem ſceptra, & duo ſceptra erunt ei propter
ſervum meum David & propter Hieruſalem civita-
tem quam elegi ut ponam nomen meum illic. Cum
duodecim tribus Iſrael ſcinderentur, veſtimen-
tum ſuum propheta Achias diſcidit. At vero quia
Chriſti populus non poteſt ſcindi, tunica ejus
per totum textilis & cohærens diviſa a poſſi-
dentibus non eſt. Individua, copuleta, con-
E
nexa oſtendit popnli noſtri, qui Chriſtum in-
duimus, concordiam cohærentem. Secramento
veſtis & ſigno declaravit eccleſiæ unitatem. Quis
ergo ſic eſt ſceleratus & perfidus, quis ſic diſ-
cordiæ furore veſanus ut aut credat ſcindi poſ-
ſe ant audeat ſcindere nnitatem Dei, veſtem
Domini, eccleſiam Chriſti? Monet ipſe in e-
vengelio ſuo & docet dicens: [27] *Et erit unus* *Joan.* 10.
grex & unus paſtor. Et eſſe poſſe uno in loco
eliquis exiſtimat eut multos paſtores ant plu-
res greges? Apoſtolus item Peulus henc eam-
dem nobis inſinuans unitatem obſecrat & hor-
F
tatur dicens: *Obſecro*, inquit, *vos fratres, per* 1. *Cor.* 11.
nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti ut id ipſum dica-
tis omnes, & non ſint in vobis [28] *ſchiſmata. Sitis*
autem compoſiti in eodem ſenſu & in eadem ſenten-
tia. Et iterum dicit: *Suſtinentes invicem in dilectio-* *Ephes.* 4.
ne, ſatis agentes ſervare unitatem ſpiritus in conjun-
ctione pacis. Stare tu & vivere putas poſſe de ec-
cleſia recedentem, ſedes ſibi alias & diverſe do-
micilia condentem, cum dictum ſit ad Rehab, in
qua præformabatur eccleſia: *Patrem tuum & ma-* *Joſ.* c 2.
trem tuam & fratres tuos & [29] *totam domum patris*
tui

[9]*ui colliges ad te ipſam in domum tuam, & omnis* A
qui exierit oſtium domus tuæ foras reus ſibi erit.
Item ſacramentum Paſchæ nihil aliud in Exo-
di lege contineat quam ut agnus, qui in fi-
gura Chriſti occiditur, in domo una edatur.
Exod. 12. Loquitur Deus dicens: *In domo una comedetur,*
non ejicietis de domo carnem foras. Caro Chriſti
& [10] ſanctum Domini ejici foras non poteſt,
nec alia nlla credentibus præter unam eccleſiam
domus eſt. Hanc domum, hoc unanimitatis ho-
ſpitium deſignat & denuntiat Spiritus ſanctus
Pſal. 67. in pſalmis dicens: *Deus qui inhabitare facit una-* B
nimes in domo. In domo Dei, in eccleſia Chri-
ſti, unanimes habitant, concordes & ſimpli-
ces perſeverant. Iccirco & in columba venit
Spiritus ſanctus, [11] ſimplex animal & lætum,
non felle amarum, non morſibus ſævum, non
unguium laceratione violentum, hoſpitia hu-
mana diligere, unius domus conſortium noſſe,
cum generant, ſimul filios edere, cum com-
meant, volatibus invicem cohærere, commu-
ni converſatione vitam ſuam degere, oris oſcu-
lo concordiam pacis agnoſcere, legem circa o-
mnia unanimitatis implere. Hæc eſt in eccle- C
ſia noſcenda ſimplicitas, hæc caritas obtinenda,
ut columbas dilectio fraternitatis imitetur, ut
manſuetudo & lenitas agnis & ovibus æquetur.
Quid facit in pectore chriſtiano luporum feri-
tas & canum rabies & venenum letale ſerpen-
tum & cruenta ſævitia beſtiarum? Gratulan-
dum eſt cum tales de eccleſia ſeparantur, [12]
ne columbas, ne oves Chriſti ſæva ſua & ve-
nenata contagione prædentur. Cohærere &
conjungi non poteſt [13] amaritudo cum dulcedi-
ne, caligo cum lumine, pluvia cum ſerenita- D
te, pugna cum pace, cum fecunditate ſterili-
tas, cum fontibus ſiccitas, cum tranquillitate
tempeſtas. Nemo exiſtimet bonos de eccleſia
poſſe diſcedere. Triticum non rapit ventus,
nec arborem ſolida radice fundatam procella
ſubvertit. Inanes paleæ tempeſtate jactantur,
invalidæ arbores turbinis incurſione evertuntur.
Hos execratur & percutit Joannes apoſtolus di-
1. Joa. 2. cens: *Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex no-*
bis. Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique
nobiſcum. Hinc hæreſes & factæ ſunt frequen-
ter & fiunt, dum perverſa mens non habet pa- E
cem, dum perfidia diſcordans non tenet unita-
tem. Fieri vero hæc Dominus permittit & pa-
titur, manente propriæ libertatis arbitrio; ut
dum corda noſtra & mentes noſtras veritatis
diſcrimen examinat, probatorum fides integra
manifeſta luce clareſcat. Per apoſtolum præ-
1. Cor. 11. monet Spiritus ſanctus & dicit: *Oportet hæreſes*
eſſe, ut probati manifeſti ſint in vobis. Sic pro-
bantur fideles, ſic perfidi deteguntur. Sic &
ante judicii diem hic quoque jam juſtorum at-
que injuſtorum animæ dividuntur, & a fru- F
mento paleæ ſeparantur. Hi ſunt qui ſe ultro
apud temerarios convenas [14] ſine divina diſpo-
ſitione præficiunt, qui ſe præpoſitos ſine ulla
ordinationis lege conſtituunt, qui nemine epi-
ſcopatum dante, epiſcopi ſibi nomen aſſumunt;
Pſal. 1. quos deſignat in pſalmis Spiritus ſanctus ſeden-
tes in peſtilentiæ cathedra, peſtes & lues fi-
dei, ſerpentis ore fallentes, & corrumpendæ
veritatis artifices, venena letalia linguis peſti-
2. Tim. 2. feris evomentes: quorum ſermo ut cancer ſer-
pit, quorum [15] tractatus pectoribus & cordibus

A ſingulorum mortale virus infundit. Contra e-
juſmodi clamat Dominus, ab his refrenat &
revocat errantem plebem ſuam dicens: *Nolite* Hier. 23.
audire ſermones pſeudoprophetarum; quoniam viſio-
nes cordis eorum fruſtrantur eos. Loquuntur, ſed
non ab ore Domini. Dicunt eis qui abjiciunt ver-
bum Dei: Pax erit vobis & omnibus ambulanti-
bus in voluntatibus ſuis. Omnis qui ambulat in er-
rore cordis ſui, non venient ſuper eum mala. Non
locutus ſum ad eos, & ipſi prophetaverunt. Si ſte-
tiſſent in ſubſtantia mea, & audiſſent verba mea,
B *& ſi docuiſſent populum meum, convertiſſem eos a*
malis cogitationibus eorum. Hos eoſdem denuo Do-
minus deſignat & denotat dicens: *Me dereli-* Hier. 2.
querunt fontem aquæ vivæ, & effoderunt ſibi la-
cus detritos, qui non poſſunt aquam portare. Quan-
do aliud baptiſma præter unum eſſe non poſ-
ſit, baptizare ſe poſſe opinantur. Vitæ fonte
deſerto, vitalis & ſalutaris aquæ gratiam pol-
licentur. Non abluuntur illic homines, ſed
potius ſordidantur; nec purgantur delicta, ſed
immo cumulantur. Non Deo nativitas illa ſed
diabolo filios generat. Per mendacium nati ve-
C ritatis promiſſa non capiunt. De perfidia pro-
creati fidei gratiam perdunt. Ad pacis præmium
venire non poſſunt qui pacem Domini diſcor-
diæ furore ruperunt. Nec ſe quidam vana in-
terpretatione decipiant quod dixerit Dominus:
Ubicumque fuerint duo aut tres collecti in nomine Matt. 18.
meo, ego cum eis ſum. [16] Corruptores evangelii
atque interpretes falſi extrema ponunt & ſupe-
riora prætereunt, partis memores, & partem
ſubdole comprimentes. Ut ipſi ab eccleſia ſciſ-
ſi ſunt, ita capituli unius ſententiam ſcindunt.
D Dominus enim cum diſcipulis ſuis unanimita-
tem ſuaderet & pacem, *Dico*, inquit, *vobis*
quoniam ſi duobus ex vobis convenerit in terra, de
omni re quamcumque petieritis continget vobis a pa-
tre meo qui in cælis eſt. Ubicumque enim fuerint duo
aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum,
oſtendens non multitudini ſed unanimitati de-
precantium plurimum tribui. *Si duobus*, in-
quit, *ex vobis convenerit in terra*, unanimitatem
prius poſuit, concordiam pacis ante præmiſit,
ut conveniat nobis fideliter & firmiter docuit.
Quomodo autem poteſt ei cum aliquo conve-
E nire cui cum corpore ipſius eccleſiæ & cum u-
niverſa fraternitate non convenit? Quomodo
poſſunt duo aut tres in nomine Chriſti colligi
quos conſtat a Chriſto & ab ejus evangelio ſe-
parari? Non enim nos ab illis, ſed illi a no-
bis receſſerunt. Et cum hæreſes & ſchiſmata
poſtmodum nata ſint, dum conventicula ſibi di-
verſa conſtituunt, veritatis caput atque origi-
nem reliquerunt. Dominus autem de eccleſia
ſua loquitur, & ad hos qui ſunt in eccleſia lo-
quitur, ut ſi ipſi concordes fuerint, ſi ſecun-
dum quod mandavit & monuit, duo aut tres
F licet, collecti unanimiter oraverint, duo aut
tres licet ſint, impetrare poſſint de Dei maje-
ſtate quod poſtulant. *Ubicumque fuerint duo aut*
tres collecti in nomine meo, ego, inquit, *cum eis*
ſum, cum ſimplicibus ſcilicet atque pacatis,
cum Deum timentibus & Dei præcepta ſervan-
tibus. Cum his duobus vel tribus licet eſſe ſe
dixit, quomodo & cum tribus pueris in cami- Dan. 3.
no ignis fuit, & quia in Deum ſimplices at-
que inter ſe unanimes permanebant, flammis
ambientibus medios ſpiritu roris animavit. Quo-
modo

Act. 5. modo apoſtolis duobus in cuſtodia clauſis, quia
ſimplices, quia unanimes erant, ipſe adfuit,
ipſe reſolutis carceris clauſtris, ut verbum qnod
fideliter prædicabant multitudini traderent ad
forum ſurſus impoſuit. Quando ergo in præ-
ceptis ſuis pouit & dicit, *Ubi fuerint duo aut
tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum*, non
homines ab eccleſia dividit qui inſtituit & fecit
eccleſiam, ſed exprobrans diſcordiam perfidis,
& fidelibus pacem ſua voce commendans, o-
ſtendit magis eſſe ſe cum duobus aut tribus una-
nimiter orantibus quam cum diſſidentibus plu-
rimis, pluſque impetrari poſſe pancorum con-
cordi prece quam diſcordioſa oratione multo-
rum. Ideo & cum orandi legem daret, addi-
Marc. 11. dit dicens: *Et cum ſteteritis ad orationem, re-
mittite ſi quid habetis adverſus aliquem, ut &
pater veſter qui in cælis eſt remittat vobis pecca-
Matth. 5. ta*. Et ad ſacrificium cum diſſenſione venien-
tem revocat ab altari, & jubet prius concorda-
re cum fratre, tunc cum pace redeuntem Deo
Gen. 4. munus offerre, quia nec ad Cain munera re-
ſpexit Deus. Neqne enim [37] pacatum habere
Deum poterat qui cum fratre pacem per zeli
diſcordiam non habebat. Quam ſibi igitur pa-
cem promittunt inimici fratrum, quæ ſacrificia
celebrare ſe credunt æmuli ſacerdotum? An ſe-
cum eſſe Chriſtum cum collecti fuerint opinao-
tur qui extra Chriſti eccleſiam colliguntur? [38]
Tales etiamſi occiſi in confeſſione nominis fue-
rint, macula iſta nec ſanguine abluitur. Inex-
piabilis & gravis culpa diſcordiæ nec paſſione
purgatur. Eſſe martyr non poteſt qui in eccle-
ſia non eſt. Ad regnum pervenire non pote-
rit qui eam quæ regnatura eſt derelinquit. Pa-
cem nobis Chriſtus dedit, concordes atque u-
nanimes eſſe præcepit, dilectionis & caritatis
fœdera incorrupta atque inviolata ſervari man-
davit. Exhibere ſe non poteſt martyrem qui
fraternam noo tenuit caritatem. Docet hoc &
1. Cor. 13. conteſtatur Paulus apoſtolus dicens: *Et ſi ha-
buero fidem ita ut montes tranſferam, caritatem
autem non habeam, nihil ſum. Et ſi in cibos pau-
perum diſtribuero omnia mea, & ſi tradidero cor-
pus meum* [39] *ut ardeam, caritatem autem non ha-
beam, nihil proficio.* [40] *Caritas magnanima eſt,
caritàs benigna eſt, caritas non æmulatur, non a-
git perperam, non inflatur, non irritatur, non co-
gitat malum, omnia diligit, omnia credit, omnia
ſperat, omnia ſuſtinet. Caritas numquam excidit.*
Numquam, inquit, excidit caritas. Hæc enim
ſemper in regno erit, hæc in æternum frater-
nitatis ſibi cohærentis unitate durabit. Ad re-
gnum cælorum non poteſt pervenire diſcordia.
Joan. 15. Ad præmia Chriſti, qni dixit, *Hoc eſt manda-
tum meum ut diligatis invicem, quemadmodum di-
lexi vos*, [41] pertinere non poterit qui dilectio-
nem Chriſti perfida diſſenſione violavit. Qui
caritatem non habet, Deum non habet. Jo-
1. Joa. 4. annis beati apoſtoli vox eſt: *Deus*, inquit,
*dilectio eſt, & qui manet in dilectione, in Deo
manet, & Deus in illo manet*. Cum Deo mane-
re non poſſuot qui eſſe in eccleſia Dei unani-
mes noluerunt. Ardeant licet flammis & igni-
bus traditi, vel objecti beſtiis animas ſuas po-
nant, non erit illa fidei corona, ſed pœna per-
fidiæ, nec religioſæ virtutis exitus glorioſus,
ſed deſperationis interitus. Occidi talis poteſt,
coronari non poteſt. Sic ſe chriſtianum eſſe

A profiteuur quomodo & Chriſtum diabolus ſæpe
mentitur, ipſo Domino præmonente & dicen-
te: *Multi venient in nomine meo dicentes, Ego* Marc. 13.
ſum Chriſtus, & multos fallent. Sicut ille Chri-
ſtus non eſt, quamvis fallat in nomine, ita
nec chriſtianus videri poteſt qui non permanet
in evangelii ejus & fidei veritate. Nam & pro-
phetare & dæmonia excludere & [42] virtutes ma-
gnas in terris facere ſublimis utique & admi-
rabilis res eſt, non tamen regnum cæleſte con-
ſequitur quiſquis in his omnibus invenitur, ni-
B ſi recti & juſti itineris obſervatione gradiatur.
Denuntiat Dominus & dicit: *Multi mihi di-* Matt. 7.
*cent in illo die: Domine, Domine, nonne in tuo
nomine prophetavimus, & in tuo nomine dæmonia
excluſimus, & in nomine tuo virtutes magnas feci-
mus? Et tunc dicam illis: Numquam vos cogno-
vi, recedite a me qui operamini iniquitatem.* Ju-
ſtitia opus eſt ut promereri quis poſſit Deum
judicem. Præceptis ejus & monitis obtempe-
randum eſt ut accipiant merita noſtra merce-
dem. Dominus in evangelio ſuo cum ſpei &
fidei noſtræ viam compendio breviante dirige-
C ret, *Dominus Deus tuus*, inquit, *Deus unus* Marc. 12.
eſt. & : *Diliges Dominum Deum tuum de toto cor-
de tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute
tua. Hoc eſt primum mandatum; & ſecundum ſi-
mile huic: Diliges proximum tuum tamquam te.
In his duobus præceptis tota lex pendet & prophe-
tæ*. Unitatem ſimul & dilectionem magiſterio
ſuo docuit, prophetas omnes & legem præce-
ptis duobus incluſit. Quam vero unitatem ſer-
vat, quam dilectionem cuſtodit aut cogitat qui
diſcordiæ furore veſanus eccleſiam ſcindit, fi-
D dem deſtruit, pacem turbat, caritatem diſſipat,
ſacramentum prophanat? Malum hoc, [43] fide-
liſſimi fratres, jam pridem cœperat; ſed nunc
erevit ejuſdem mali infeſta clades, & exſurgere
ac pullulare plus cœpit hæreticæ perverſitatis
& ſchiſmatum venenata pernicies: quia & ſic
in occaſu mundi fieri oportebat, prænuntiante
per apoſtolum nobis & præmonente ſpiritu
ſancto: *In noviſſimis*, inquit, *diebus aderunt tem-* 2. Tim. 3.
*pora moleſta, & erunt homines ſibi placentes, ſu-
perbi, tumidi, cupidi, blaſphemi,* [44] *parentibus
inobedientes, ingrati, impii, ſine affectu, ſine fœ-
E dere, delatores, incontinentes, immites, bonum
non amantes, proditores, procaces, ſtupore inflati,
voluptates magis quam Deum diligentes, habentes
deformationem religionis, virtutem autem ejus ab-
negantes. Ex iis ſunt qui repunt in domos, &
prædantur mulierculas oneratas peccatis, quæ du-
cuntur variis deſideriis, ſemper diſcentes, & num-
quam ad ſcientiam veritatis pervenientes. Et quo-
modo Jamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ſic &
hi* [45] *reſiſtunt veritati, ſed non proficient plurimum.
Imperitia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſic-
F ut & illorum fuit*. Adimplentur quæcumque
prædicta ſunt, & appropinquanre jam ſæculi
fine, hominum pariter ac temporum probatio-
ne venerunt. Magis ac magis adverſario ſæ-
viente error fallit, extollit ſtupor, livor incen-
dit, cupiditas excæcat, depravat impietas, ſu-
perbia inflat, diſcordia exaſperat, ira præcipi-
tat. Non tamen nos moveat aut turbet multo-
rum nimia & abrupta perfidia, ſed potius fi-
dem noſtram prænuntiante rei veritate corro-
boret. Ut quidam tales eſſe cœperunt, quia
hæc ante prædicta ſunt, ita ceteri fratres ab

ejuſmodi caveant, quia & hæc ante prædicta A
Marc. 13. ſunt, inſtruente Domino & dicente: *Vos au-*
tem cavete, ecce prædixi vobis omnia. Vitate,
quæſo vos, fratres, ejuſmodi homines, & a latere
atque auribus veſtris pernicioſa colloquia velut
contagium mortis arcete, ſicut ſcriptum eſt:
Eccl. 28. *Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam ne-*
1. Cor. 15. *quam*. Et iterum: *Corrumpunt ingenia bona con-*
fabulationes peſſimæ. Docet Dominus & admo-
Matt. 15. net a talibus recedendum. *Cæci ſunt*, inquit,
duces cæcorum. Cæcus autem cæcum ducens ſimul
in foveam cadunt. Averſandus eſt talis atque fu-
giendus quiſquis fuerit ab eccleſia ſeparatus. B
Tit. 3. Perverſus eſt hujuſmodi & peccat, & eſt [46] a
ſemetipſo damnatus. An eſſe ſibi cum Chriſto
videtur qui adverſus ſacerdotes Chriſti facit,
qui ſe [47] a cleri ejus & plebis ſocietate ſecernit?
Arma ille contra eccleſiam portat, contra Dei
diſpoſitionem repugnat. Hoſtis altaris, adver-
ſus ſacrificium Chriſti rebellis, pro fide perfi-
dus, pro religione ſacrilegus, inobſequens ſer-
vus, filius impius, frater inimicus, contemtis
epiſcopis, & Dei ſacerdotibus derelictis, con-
ſtituere audet aliud altare, precem alteram il- C
licitis vocibus facere, dominicæ hoſtiæ verita-
tem per falſa ſacrificia prophanare, [48] nec ſci-
re quoniam qui contra ordinationem Dei niti-
tur, ob temeritatis audaciam divina animadver-
Num. 16. ſione punitur. Sic Chore & Dathan & Abi-
ron, qui ſibi contra Moyſen & Aaron ſacerdo-
tem ſacrificandi licentiam vindicare conati ſunt,
pœnas pro ſuis ſtatim conatibus pependerunt.
Terra compagibus ruptis in profundum ſinum
patuit, ſtantes atque viventes recedentis ſoli
hiatus abſorbuit. Nec tantum eos qui auctores D
fuerant Dei indignantis ira percuſſit, ſed &
ceteros ducentos quinquaginta participes ejuſ-
dem furoris & comites, qui coagulati cum iiſ-
dem ſimul ad audaciam fuerant, exiens a Do-
mino ignis properata ultione conſumpſit, ad-
monens ſcilicet & oſtendens contra Deum fie-
ri quidquid improbi fuerint ad deſtruendam or-
dinationem Dei humana voluntate conati. Sic
2. Paral. 26. & Ozias rex, cum turibulum ferens, & con-
tra legem Dei ſacrificium ſibi violenter aſſu-
4. Reg. 5. mens, reſiſtente ſibi Azaria ſacerdote, ob-
temperare nollet & [49] cedere, divina indigna- E
tione confuſus & lepræ varietate in fronte ma-
culatus eſt, ea parte corporis notatus offenſo
Domino [50] ubi ſignantur qui Dominum pro-
Levit. 10 merentur. Et filii Aaron, qui impoſuerunt al-
tari ignem alienum, quem non præceperat Do-
minus, in conſpectu ſtatim Domini vindicantis
exſtincti ſunt. Quos imitantur ſcilicet atque ſe-
ctantur qui Dei traditione contemta alienas
doctrinas appetunt & magiſteria humanæ inſti-
tutionis inducunt; quos increpat Dominus &
Marc. 7. objurgat in evangelio ſuo dicens: *Rejicitis man-*
datum Dei, ut traditionem veſtram ſtatuatis. [51] F
Pejus hoc crimen eſt quam quod admiſiſſe la-
pſi videntur; qui tamen in pœnitentia criminis
conſtituti Deum plenis ſatisfactionibus depre-
cantur. Hic eccleſia quæritur & rogatur, illic
eccleſiæ repugnatur. Hic poteſt neceſſitas fuiſ-
ſe, illic voluntas tenetur in ſcelere. Hic qui
lapſus eſt ſibi tantum nocuit, illic qui hære-
ſim vel ſchiſma facere conatus eſt multos ſe-
cum trahendo decepit. Hic animæ unius eſt
damnum, illic periculum plurimorum. Certe
peccaſſe ſe hic & intelligit & lamentatur &
plangit; ille tumens [52] in pectore ſuo, & in
ipſis ſibi delictis placens, a matre filios ſegre-
gat, oves a paſtore ſollicitat, Dei ſacramenta
diſturbat. Et cum lapſus ſemel peccaverit, il-
le quotidie peccat. Poſtremo lapſus martyrium
[53] poſtmodum conſecutus poteſt regni promiſſa
percipere; ille ſi extra eccleſiam fuerit occiſus,
ad eccleſiæ non poteſt præmia pervenire. Nec
quiſquam miretur, dilectiſſimi fratres, etiam
de confeſſoribus quoſdam ad iſta procedere, in-
de quoque aliquos tam nefanda quam gravia
peccare. Neque enim confeſſio immunem facit
ab inſidiis diaboli, aut contra tentationes & pe-
ricula & incurſus atque impetus ſæculares ad-
huc in ſæculo poſitum perpetua ſecuritate de-
fendit. Ceterum numquam in confeſſoribus
fraudes & ſtupra & adulteria poſtmodum vide-
remus quæ nunc in quibuſdam videntes inge-
miſcimus & dolemus. Quiſquis ille confeſſor eſt,
Salomone major aut melior aut Deo carior non
eſt: qui tamen quamdiu in viis Domini ambu-
lavit tamdiu gratiam quam de Domino fuerat
conſecutus obtinuit; poſtquam dereliquit Do-
mini viam, perdidit & [54] gratiam Domini. Et
ideo ſcriptum eſt: *Tene quod habes, ne alius* Apoc. 3.
accipiat coronam tuam. Quod utique Dominus
non minaretur auferri poſſe coronam juſtitiæ,
niſi quia recedente juſtitia, recedat neceſſe eſt
& corona. Confeſſio exordium gloriæ eſt, non
meritum jam coronæ; nec perficit laudem, ſed
initiat dignitatem. Cumque ſcriptum ſit, *Qui* Matt. 10.
perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit, quid-
quid ante finem fuerit gradus eſt quo ad faſti-
gium ſalutis [55] aſcenditur, non terminus quo
jam culminis ſumma teneatur. Confeſſor eſt;
ſed poſt confeſſionem periculum majus eſt,
quia plus adverſarius provocatus eſt. [56] Confeſ-
ſor eſt; hoc magis ſtare debet cum Domini e-
vangelio per evangelium gloriam conſecutus a
Domino. Ait enim Dominus: *Cui multum da-* Luc. 18.
tur, multum quæritur ab eo; & cui plus dignita-
tis adſcribitur, plus de illo exigitur ſervitutis.
Nemo per confeſſoris exemplum pereat, ne-
mo injuſtitiam, nemo inſolentiam, nemo per-
fidiam de confeſſoris moribus diſcat. Confeſ-
ſor eſt. Sit humilis & quietus, ſit in actu ſuo
cum diſciplina modeſtus; ut qui Chriſti con-
feſſor dicitur, Chriſtum quem confitetur imi-
tetur. Nam cum dicat ille, *Qui ſe extollit hu-* Luc. 18.
miliabitur, & qui humiliat ſe exaltabitur, & ipſe
a patre exaltatus ſit, quia ſe in terris ſermo &
virtus & ſapientia Dei patris humiliavit, quo-
modo poteſt extollentiam diligere qui & nobis
humilitatem ſua lege mandavit, & ipſe a pa-
tre ampliſſimum nomen præmio humilitatis
accepit? Confeſſor eſt Chriſti, ſed ſi non
poſtea blaſphemetur per ipſum majeſtas & di-
gnitas Chriſti. Lingua Chriſtum confeſſa non
ſit maledica, non ſit turbulenta, non convi-
ciis & litibus perſtrepens audiatur, non con-
tra fratres & Dei ſacerdotes poſt verba laudis
ſerpentis venena jaculetur. Ceterum ſi culpa-
bilis & deteſtabilis poſtmodum fuerit, ſi con-
feſſionem ſuam mala converſatione [57] prodege-
rit, ſi vitam ſuam turpi fœditate maculaverit,
ſi eccleſiam denique, ubi confeſſor factus eſt,
derelinquens & unitatis concordiam ſcindens
fidem primam perfidia poſteriore mutaverit,
blandi-

blandiri ſibi per confeſſionem non poteſt, qua-
ſi ſit electus ad gloriæ præmium, quando ex
hoc ipſo magis creverint merita pœnarum.
Nam & Judam inter apoſtolos Dominus ele-
git, & tamen Dominum Judas poſtmodum
prodidit. Non tamen iccirco apoſtolorum fides
& firmitas cecidit, quia proditor Judas ab eo-
rum ſocietate defecit. Sic & hic non ſtatim
confeſſorum ſanctitas & dignitas comminuta
eſt, quia quorumdam fides fracta eſt. Beatus
Rom. 3. Paulus apoſtolus in epiſtola ſua loquitur: *Quid
enim ſi exciderunt a fide quidam illorum, num-
quid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Ab-
ſit. Eſt enim Deus verax, omnis autem homo
mendax*. Stat confeſſorum pars major & me-
lior in fidei ſuæ robore & in legis ac diſcipli-
næ dominicæ veritate; nec ab eccleſiæ pace
diſcedunt qui ſe in eccleſia gratiam conſecu-
tos de Dei dignatione meminerunt; atque hoc
ipſo ampliorem conſequuntur fidei ſuæ laudem
quod ab eorum perfidia ſegregati qui juncti
confeſſionis conſortio fuerunt, a contagio cri-
minis receſſerunt, vero illuminati evangelii
lumine, pura & candida Domini luce radia-
ti, tam ſunt in conſervanda Chriſti pace lau-
dabiles quam fuerunt in diaboli congreſſione
victores. Opto equidem, dilectiſſimi fratres,
& conſulo pariter & ſuadeo ut, ſi fieri poteſt,
nemo de fratribus pereat & conſentientis po-
puli corpus unum gremio ſuo gaudens mater
includat. Si tamen quoſdam ſchiſmatum du-
ces & diſſenſionis auctores in cæca & obſtina-
ta dementia permanentes non potuerit ad ſa-
lutis viam conſilium ſalubre revocare, ceteri
tamen vel ſimplicitate capti, vel errore indu-
cti, vel aliqua fallentis aſtutiæ calliditate de-
cepti, a fallaciæ vos laqueis ſolvite, vagantes
greſſus ab erroribus liberate, iter rectum viæ
cæleſtis agnoſcite. Conteſtantis apoſtoli vox
2. Theſſ. 3. eſt: *Præcipimus vobis*, inquit, *in nomine Domi-
ni noſtri Jeſu Chriſti ut recedatis ab omnibus fra-
tribus ambulantibus inordinate & non ſecundum tra-
ditionem quam acceperunt a nobis*. Et iterum di-
Epheſ. 5. cit: *Nemo vos decipiat inanibus verbis. Propter-
ea enim venit ira Dei ſuper filios contumaciæ.
Nolite ergo eſſe participes eorum*. Recedendum
eſt a delinquentibus, vel immo fugiendum,
ne dum quis male ambulantibus jungitur, &
per itinera erroris & criminis graditur, a via
veri itineris exerrans, pari crimine & ipſe te-
neatur. Deus unus eſt, & Chriſtus unus, &
una eccleſia ejus, & fides una, & plebs una
in ſolidam corporis unitatem concordiæ gluti-
no copulata. Scindi unitas non poteſt, nec
corpus unum diſcidio compaginis ſeparari, di-
vulſis laceratione viſceribus in fruſta diſcerpi.
Quidquid a matrice diſceſſerit, ſeorſum vivere
& ſpirare non poterit, ſubſtantiam ſalutis amit-
Pſal. 33. tit. Monet nos Spiritus ſanctus & dicit: *Quis
eſt homo qui vult vitam & amat videre dies o-
ptimos? Contine linguam tuam a malo, & labia
tua ne loquantur [18] inſidioſe. Declina a malo &
fac bonum, quære pacem & ſequere eam*. Pacem
quærere debet & ſequi filius pacis, a diſſen-
ſionis malo continere linguam ſuam debet qui

A novit & diligit vinculum caritatis. Inter ſua
divina mandata & magiſteria ſalutaria paſſioni
jam proximus Dominus addidit dicens: *Pacem* Joan. 14.
dimitto vobis, pacem meam do vobis. Hanc no-
bis [19] hereditatem dedit, dona omnia ſuæ pol-
licitationis & præmia in pacis conſervatione
promiſit. Si [60] coheredes Chriſti ſumus, in
Chriſti pace maneamus. Si filii Dei ſumus,
pacifici eſſe debemus. *Beati*, inquit, *pacifici*, Matt. 5.
quoniam ipſi filii Dei vocabuntur. Pacificos eſſe
oportet Dei filios, corde mites, ſermone ſim-
B plices, affectione concordes, fideliter ſibi una-
nimitatis nexibus cohærentes. Hæc unanimitas
ſub apoſtolis olim fuit. Sic novus credentium
populus Domini mandata cuſtodiens caritatem
ſuam tenuit. Probat ſcriptura divina quæ di-
cit: *Turba autem eorum qui crediderant anima &* Act. 4.
mente una agebant. Et iterum: *Et erant perſe-* Act. 1.
*verantes omnes unanimes in oratione cum mulieri-
bus & Maria [61] quæ fuerat mater Jeſu & fra-
tribus ejus*. Et ideo quia efficacibus precibus
orabant, ideo impetrare cum fiducia poterant
C quodcumque de Domini miſericordia poſtula-
bant. In nobis vero ſic unanimitas diminuta
eſt ut & largitas operationis infracta eſt. Do-
mos tunc & fundos venumdabant, & theſau-
ros ſibi in cælo reponentes, diſtribuenda in
uſus indigentium pretia apoſtolis offerebant.
At nunc de patrimonio nec decimas damus;
& cum vendere jubeat Dominus, emimus po-
tius & augemus. Sic in nobis emarcuit vigor
fidei, ſic credentium robur elanguit. Et iccir-
co Dominus tempora noſtra reſpiciens in evan-
D gelio ſuo dicit: *Filius hominis cum venerit, pu-* Luc. 18.
tas inveniet fidem in terra? Videmus fieri quod
ille prædixit. In Dei timore, in lege juſti-
tiæ, in dilectione, in opere fides nulla eſt.
Nemo futurorum metum cogitat, diem Domi-
ni & iram Dei & incredulis ventura ſupplicia
& ſtatuta perfidis æterna tormenta nemo con-
ſiderat. Quod metueret conſcientia noſtra, ſi
crederet. Quia non credit omnino, nec me-
tuit. Si autem crederet, & caveret. Si cave-
ret, evaderet. Excitemus nos quantum poſſu-
E mus, dilectiſſimi fratres, & ſomno inertiæ ve-
teris abrupto ad obſervanda & gerenda Domi-
ni præcepta vigilemus. Simus tales quales eſſe
nos ipſe præcepit dicens: *Sint lumbi veſtri ac-* Luc. 12.
*cincti & lucernæ ardentes in manibus veſtris, &
vos ſimiles hominibus exſpectantibus dominum ſuum
quando veniat a nuptiis, ut cum venerit & pulſa-
verit aperiant ei. Beati ſervi quos adveniens Do-
minus invenerit vigilantes*. Accinctos nos eſſe o-
portet, ne cum expeditionis dies venerit, [62]
impeditos nos & implicitos apprehendat. Lu-
F ceat in bonis operibus noſtrum lumen & ful-
geat, ut ipſum nos ad lucem claritatis æternæ
de hac ſæculi nocte perducat. Exſpectemus ſol-
liciti ſemper & cauti adventum Domini repen-
tinum, ut quando ille pulſaverit, evigilet fi-
des noſtra, vigilantiæ præmium de Domino
receptura. Si hæc mandata ſerventur, ſi hæc
monita & præcepta teneantur, opprimi dor-
mientes diabolo fallente non poſſumus, ſervi
vigiles Chriſto dominante regnabimus.

NOTÆ AD LIBRUM DE UNITATE ECCLESIÆ.

1 CUM in editione Anglicana præclare oſtenſum ſit & probatum verum hujus libri titulum eſſe *DE UNITATE ECCLESIÆ*, uti citatur ab antiquis, & uti præferunt omnes fere veteres libri, etiam Seguierianus, eam ſententiam, quæ mihi videtur eſſe optima, ſequi placuit. Illud tantum addam, Franciſcum Balduinum in epiſtola ad Lucanium ſive Calvinum præfixa ejus annotationibus in Optatum teſtari ſe, dum Tridenti eſſet, id ipſum legiſſe in codice Apulo Antonii Auguſtini.

2 *Induimus*] Ita duodecim libri noſtri & unus Voſſianus. Quæ ſane lectio melior eſt quam alia quæ habet *induamur*. Infra in hoc ipſo libro, *tunica connexa oſtendit populi noſtri, qui Chriſtum induimus, concordiam cohærentem*. Sic pro eo quod in veteri interpretatione Irenæi in præfatione libri primi legebatur *& in barbarum ſermonem plerumque vacamur*, quæ lectio certe falſa eſt, ut oſtendit vir doctiſſimus Domnus Renatus Maſſuetus, ille repoſuit *vacamus*, adnotans hunc errorem fuiſſe facilem propter affinitatem litterarum *s* & *r*, & propterea proclive fuiſſe feſtinantibus ſcribis poſteriorem pro priori ſcribere.

3 *Facilior cautio*] Demoſthenes in prima Philippica ſcribit nihil eſſe formidabile præcaventibus. Cicero lib. 1 Officiorum leviora eſſe quæ repentino aliquo modo accidunt quam ea quæ meditata & præparata inferuntur. Et lib. 3. Tuſculanarum quæſtionum: *Ergo id quidem non eſt dubium quin omnia quæ mala putantur ſint improviſa graviora*. Rufinus in pſal. 45. *Gravius feriunt tela quæ prævisa non ſunt*. Vide librum de zelo & livore. Vide etiam ſupra pag. 206.

4 *Manifeſta*] Manutius poſuit *manifeſtior*, neſcio qua auctoritate. Nam & veteres editiones & xxi. libri noſtri, in quibus nomino Seguierianum, & octo Anglicani præferunt *manifeſta*. Ego vero arbitror eam lectionem eſſe meliorem. Paulo poſt legitur, *Cavenda ſunt autem non ſolum quæ ſunt aperte manifeſta*.

5 *Confitetur*] Ita omnes editiones Pameliana antiquiores, viginti ſex exemplaria noſtra, & quinque Anglicana. Pamelius ex fide codicis Cameronenſis ſcripſit *profitetur*. Cui ego non poſſum aſſentiri. Notum eſt illud Petronii: *Habes confitentem reum*. & illud Ciceronis in quadam epiſtola ad Atticum, *cum homines nefarii de patrio parricidio confiterentur*.

6 *Circumveniendi hom.*] In uno veteri codice Colbertino legitur *circumveniendis hominibus*. Sic etiam in duobus Anglicanis.

7 *Latebroſa*] Unus codex regius & unus Anglicanus habent *tenebroſa*.

8 *Dico*] Pamelius ſcripſit *dicam*, eamque lectionem ait eſſe meliorem. Idem tamen ſupra epiſt. 63. ad Cæcilium, in qua idem locus eſt deſcriptus, edidit *dico*. Quo etiam modo ſcriptum eſt in omnibus fere libris antiquis & in editionibus quæ Pamelianam anteceſſerunt. Fatendum tamen eſt quinque libros veteres habere *dicam*.

9 *Super petram*] Id eſt ſuper Chriſtum & fidem quæ in eum eſt. Hieronymus in explanatione pſalmi 44. ad Principiam: *Super petram Chriſtum ſtabili ratione fundata eſt eccleſia*. Vide ſanctum Auguſtinum ſermone 76. de verbis Evangelii ſecundum Matthæum, ſermone 295. in natali apoſtolorum Petri & Pauli, & lib. 1. retract. cap. 1. tum etiam Hincmarum Remenſem in epiſtola ad Laudunenſem cap. 5. pag. 402.

10 *Ad veritatis originem*] Quamvis hæc lectio bona ſit, ego tamen mallem *unitatis*, uti ſcriptum eſt paulo poſt *unitatis ejuſdem originem*. quam unitatem ſtatim fortiſſime urget ſanctus martyr. Tertullianus in libro de præſcriptionibus adverſus hæreticos: *Omne genus ad originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt*. Etiam pro eo quod vulgo legitur in initio epiſtolæ 42. *ſanctitas ac veritas pariter exigebat* codex Remenſis ſancti Dionyſii habet *unitas*. Et *vinculo unitatis* legimus in epiſtola Firmiliani. Arnulphus epiſcopus Lexovienſis dixit in concilio Turonenſi: *Niſi eccleſia habuerit unitatem, non erit una. Si una non fuerit, non erit*. Sed hanc unitatem ita interpretatur Joannes de Turre cremata in ſumma de eccleſia lib. 3. cap. 30. ut attendenda ſit ad unam ſupremam poteſtatem regitivam totius eccleſiæ quæ eſt in Papa. Ego malo loqui cum ſancto Cypriano, quam vanas illas & detortas theologorum ſcolaſticorum interpretationes ſequi quæ antiquitati ignotæ fuere.

11 *Loquitur Dominus*] Quoniam locus iſte, ut interpolatus eſt, fundamentum eſt maximæ inter nos & adverſarios noſtros controverſiæ, neceſſarium mihi videtur ut cum illum ſic interpolatum non poſuerim in contextu ubi eſſe non debet, referam uti eſt in editione Manutiana & in Rigaltiana. Sic ergo habet:

Loquitur Dominus ad Petrum. *Ego tibi dico*, inquit, *quia tu es Petrus, & ſuper iſtam petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non vincent eam. Et tibi dabo claves regni cælorum, & quæ ligaveris ſuper terram erunt ligata & in cælis, & quæcumque ſolveris ſuper terram erunt ſoluta & in cælis*. Et eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit: *Paſce oves meas*. Et quamvis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem parem poteſtatem tribuat & dicat, *ſicut miſit me pater & ego mitto vos, accipite ſpiritum ſanctum, ſi cui remiſeritis peccata remittentur illi, ſi cujus tenueritis tenebuntur*, tamen ut unitatem manifeſtaret, unam cathedram conſtituit, & unitatis ejuſdem originem ab uno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit. Hoc erant utique & ceteri apoſtoli quod fuit Petrus pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis. Sed exordium ab unitate proficiſcitur, & primatus Petro datur ut una Chriſti eccleſia & cathedra una monſtretur. Et paſtores ſunt omnes, & grex unus oſtenditur, qui ab apoſtolis omnibus unanimi conſenſione paſcatur, ut eccleſia Chriſti una monſtretur &c. *Et paulo poſt*: Hanc eccleſiæ unitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit? Qui eccleſiæ renititur & reſiſtit, qui cathedram Petri, ſuper quem fundata eſt eccleſia, deſerit, in eccleſia ſe eſſe confidit?

Fatendum eſt hunc locum ſic exſtare non ſolum in antiquo codice Marcelli II. quo uſus eſt Onuphrius Panvinius, ſed etiam, quod eſt majoris auctoritatis, & momenti, in epiſtola ſecunda Pelagii papæ II. ad epiſcopos Iſtriæ: ut merito hinc colligi debere videatur hæc quæ mihi videntur hodie non eſſe Cypriani, eſſe antiqua & ea vere eſſe Cypriani creditum eſſe ævo Pelagii, id eſt, ante mille annos. Sed tamen ſcriptura quam in contextu ſequimur, non ſolum editionibus Manutiana antiquioribus, ſed etiam codicum manuſcriptorum auctoritate confirmatur. Duo in primis memorabiles Veronenſis & Seguierianus. De Veronenſi teſtati ſunt jamdudum Latinius & Aldus Manutius Pauli filius, ſcriptum fuiſſe ante mille annos: Seguierianum quoque, quo ego utor, conſtat omnium qui eum viderunt judicio & conſenſu ſcriptum quoque eſſe ante mille annos. Latinius ait hoc additamentum, quod e textu expunximus, non reperiri in ſeptem codicibus Vaticanis. Ego vidi ſeptem & viginti in quibus pariter deeſt. Verba Cypriani ſine additamento relata & citata fuerunt a Callixto II. ſcribente ad Humbaldum archiepiſcopum Lugdunenſem, a Cardinalibus in oppido Liburno congregatis anno 1408. & a correctoribus Romanis, qui in ſua editione hunc locum ediderunt eo modo quo relatus eſt a Gratiano, quamvis ſcirent alium aliter habere in editione Manutiana. His addendum puto codicem epiſtolarum Pelagii ad epiſcopos Iſtriæ, qui unicus eſt, non eſſe ſcriptum ævo Pelagii, ſed poſt quingentos ad minus annos ab ejus exceſſu. Ex quo ſequitur codices operum ſancti Cypriani, qui clauſulam illam non habent, ejuſdem ſaltem auctoritatis eſſe ac codicem epiſtolarum Pelagii. Addo veriſimile videri codices Germanorum illam non habuiſſe ævo Venerici Vercellenſis epiſcopi.

[*Hæc rationum momenta, de quibus Critici judicabunt, Baluzium adduxerant, ut nonnulla ex hoc teſtimonio expungeret. Sed repoſita fuere in textu, propterea quod ſervata fuerunt in omnibus editionibus, quæ in Gallia ab annis centum & quinquaginta prodierunt, etiam in Rigaltiana. Quinetiam neceſſe fuit in Baluzii Notis non pauca mutare, ac plura eſſent mutata, id ſi commode fieri potuiſſet.*]

12 *Primatus Petro datur*] Ait Latinius quæcumque hic ſunt addita omnia eſſe ex marginalibus ſummulis in contextum non ſemel, ſed diverſis temporibus tandem relata, apparere autem ex eo varietatem quod quæ exſtant vetuſtiſſima exemplaria, ea pauciſſimas vel nullas ejuſmodi ſummulas inſertas habent. quod facile videtur ex codice Veronenſi, quem Latinius contendebat ævo ſuo ſcriptum fuiſſe ante mille annos, cum in eo nihil iſtiuſmodi appareat, & in ſeptem aliis Vaticanis deſint omnia. Addit ſummulas illas marginales fuiſſe & ex Cypriani verbis collectas eſſe cuivis facile eſſe intelligere, vel ex ea tantum ſummula quam in manuſcripto codice Cardinalis Hoſii fuiſſe docet Pamelius, in quo ſcriptum erat conſequenter in contextu: *Hic Petro primatus*

Digitized by Google

matus datur. Quod enim ex Cypriano, ſubdit Latinius, diligens & ſtudioſus lector collegerat ad locum ſtatim faciliuſque inveniendum, id in margine paucis verbis adnotarat, ut fortaſſis etiam indicem eorum tamquam capitum & locorum communium texeret: Ex quibus collegit idem vir doctiſſimus & emunctæ naris criticus retinendam in contextu fuiſſe lectionem vetuſtiorum & plurium codicum, & indicari tamen oportuiſſe quæ in recentioribus reperta erant, ſed non ſtatim in Cypriani contextum referri. Similem obſervationem reperi in annotationibus Dionyſii Lambini in Cluentinam Ciceronis & in ſecundam Catilinariam.

13 *Paſtores ſunt omnes*] id eſt epiſcopi omnes ſunt paſtores gregis Chriſti. Hinc videmus apud Cyprianum & alibi illos ſe invicem vocare fratres & collegas. Poſtea humilitas, quæ præcipua debet eſſe in epiſcopo virtus, ut patet ex epiſtola 69. Cypriani, effecit ut epiſcopi ſe vocarent ſervos ſervorum Dei, etiam ſanctus Papa Gregorius & alii aliquot epiſcopi Romani poſt eum, ſed non omnes donec ad ultima tempora ventum eſt. Vide Joannem Sariſberienſem lib. 8. policratici cap. 23.

14 *Hanc eccl. unitatem*] Ivo par. 5. cap. 361. poſuit: *Petri unitatem qui non tenet*. Imitatum ex gloſſemate.

15 *Reſiſtit*] Pamelius addidit, *qui cathedram Petri, ſuper quem fundata eſt eccleſia*, quæ exſtant etiam in epiſtola ſecunda Pelagii II. ad epiſcopos Iſtriæ & in actis Alexandri III. apud Baronium, tum etiam apud Ivonem in loco paulo ante laudato & apud Gratianum diſt. 93. ubi correctores Romani adnotant verba hæc quæ a Gratiano & Ivone referuntur exſtare in uno codice Vaticano operum ſancti Cypriani itemque in altero monaſterii ſancti Salvatoris Bononiæ. Verum non habentur in antiquis editionibus neque in libris noſtris antiquis. Sane adnotatum eſt in editione Anglicana exſtare in quatuor vetuſtis codicibus Anglicanis. Pamelius teſtatur ſe inveniſſe in Camberonenſi. Cyprianus epiſt. 40. *Cathedra una ſuper petram Domini voce fundata*.

16 *Unum corpus*] Deſcripſit hunc locum, citans Cyprianum, Paulus Papa II. in epiſtola ſcripta ad archiepiſcopum Colocenſem anno 1460. 14. Kal. Auguſti: *quia unum corpus & unus ſpiritus omnes ſumus, qui unum Dominum, unum Deum, unam fidem prædicamus & colimus. Unde & unitatem firmiter tenere & vindicare debemus omnes epiſcopi, ut epiſcopatum quoque, ut beatus inquit Cyprianus, unum & individuum comprobemus*. Illud interim hic admoneo, ſcriptum quoque eſſe *individuum comprobemus* in codice Burgundico. Ex quo apparet Paulum Papam uſum eſſe quodam ſimili exemplari.

17 *Nemo fraternitatem*] Iſtis verbis, ſed paululum mutatis & mutilatis, tamquam ſuis uſus eſt Pius Papa II. in conventu Mantuano, ut videre eſt in tomo nono ſpicilegii Dacheriani pag. 312.

18 *Epiſcopatus unus eſt*] Hanc pericopen omiſit Pius II. in conventu Mantuano. Poterat tamen ea non inutiliter uti ſecundum eorum ſententiam qui epiſcopum unum interpretantur de epiſcopo Romano, qui ex illorum opinione eſt ſponſus eccleſiæ catholicæ id eſt univerſalis, ut notavimus ſupra pag. 138. Vide Bellarminum lib. 2. de Romano pontifice cap. 16. & epiſtolam 73. Staniſlai Hoſii Cardinalis, qui unum ſacerdotem interpretatur eum quem vocare ſolemus vicarium Chriſti.

19 *Quomodo ſolis*] Iſta & alia plura loca iſtius operis Cyprianici Hildebertus epiſcopus Cenomanenſis tamquam ſua, nulla Cypriani mentione, poſuit in ſermone de pace in nova editione pag. 709.

20 *Ab arbore frange*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus ſermone 281. cap. 20. & lib. 3. contra Creſconium cap. 33.

21 *Præciſus areſcit*] In tomo nono ſpicilegii Dacheriani legitur *decreſcit*. At in vetuſtis ſchedis ex quibus edita eſt hæc oratio Pii diſerte ſcriptum eſt *areſcit*. Sic etiam in nova editione Hildeberti pag. 710.

22 *Adulterari non poteſt*] Refert hunc locum ſanctus Fulgentius lib. 1. cap. 1. de remiſſione peccatorum. Ego cum viderem in hoc Cypriani loco & in aliorum veterum ſcriptorum lucubrationibus eccleſiam vocari ſponſam Chriſti, Chriſtum vero ſponſum, & quidem unicum, legerem autem in eodem loco Cypriani ſponſam Chriſti, quam ille non dereliquit, non derelinquit, neque derelinquet, aut a ſe abjiciet vel alienabit, quam ei deſponſavit pater, ut in libro 9. epiſtola 11. ait Petrus abbas Cellenſis, quam Innocentius Papa III. lib. 5. epiſt. 4. ait a Chriſto deſponſatam fuiſſe, cum legerem inquam in hoc Cypriani loco ſponſam Chriſti adulterari non poſſe, ipſoſque etiam Romanos pontifices, Bonifacium iſtius nominis primum, Leonem quoque iſtius nominis primum in epiſtola ad Anatolium, Leonem IX. in epiſtola ad Robertum abbatem Caſæ-Dei in Arvernia, Alexandrum III. in epiſtola ad Bononienſes, æmulum ejus Octavianum in epiſtola encyclica de electione ſua, Innocentium III. in plurimis epiſtolis ſuis, Honorium III. in epiſtola ad regem Portugalenſem, Clementem V. in concilio Viennenſi, Cardinales ad Imperatorem Fridericum ſcribentes apud Baronium an. 1159. §. 63. & alios vocare eccleſiam unius viri Chriſti ſponſam, Chriſtum verum & unicum ſanctæ eccleſiæ ſponſum, putabam hinc colligi non immerito poſſe eccleſiam eſſe univiram, uti dictum a me eſt olim in notis ad Agobardum. Videbam præterea eam, quam Tertullianus in ipſo initio libri ad martyras vocat dominam matrem eccleſiam, vocatam fuiſſe matrem & dominam Romani pontificis a Paſchali II. in concilio Lateranenſi & a Clemente V. in concilio Viennenſi. Unde recte, ut mihi videbatur, colligebam illam non poſſe eſſe ſponſam ejus cujus mater eſſet & domina. Et tamen inventi ſunt poſtea, qui dicerent Papam quoque eſſe ſponſum eccleſiæ, non ſolum Romanæ, quod eſt extra controverſiam, ſed etiam totius ſeu univerſalis eccleſiæ. Quod ſenſiſſe Gregorium Papam X. liquet ex decretis ejus editis in concilio Lugdonenſi. Poſtea Joannes Monachi Cardinalis in cap. *Felicis* de pœnis in Sexto, cum dixiſſet unam eſſe eccleſiam, extra quam nullus ſalvatur, ſtatim addit: *Et iſtius eſt ſponſus Papa*. Deinde Joannes Andreæ in cap. *Pia conſideratione* de exceſſibus in Sexto ait Papam eſſe generalem ſponſum eccleſiæ. Eugenius Papa IV. ſcribens ad Carolum VII. regem Francorum apud Odoricum Raynaldum an. 1437. §. 24. ait ſe eſſe verum vicarium Jeſu Chriſti atque unicum eccleſiæ ſuæ ſponſum. Ægidius Cardinalis Viterbienſis in oratione ad Julium Papam II. habita in concilio Lateranenſi anno 1511. V. Non. Maii: *Appello ergo te, Juli, pontifex maxime. Summus ille te appellat Deus, qui ſuam te gerere in terris vicem voluit, qui a tanto jampridem ſenatu te unum delegit, qui nonum uſque in annum eccleſia ſua te ſponſum defendit*. Sic Odoricus Raynaldus in epiſtola dedicatoria tomi XIII. annalium eccleſiaſticorum ad Innocentium X. ait eccleſiam toto orbe diffuſam eſſe illius ſponſam. Vitit Alexander a Turre magnam eſſe in ea re difficultatem, magnum periculum, ſi diceretur eccleſiam non eſſe univiram, item ſi negaretur Papam eſſe ſponſum eccleſiæ univerſalis. Itaque cum in libro quarto cap. 14. de fulgenti radio eccleſiaſticæ hierarchiæ dixiſſet Chriſtum eſſe unicum ac ſingularem eccleſiæ ſponſum, quod eſſe videtur veriſſimum, vellet tamen Papam quoque, quem vocat œcumenicum eccleſiæ epiſcopum, eſſe etiam ſponſum eccleſiæ univerſalis, confugit ad ſophiſtarum argutias & ſubtilitates, & ex ſenſu illorum dixit duos eſſe ſponſos eccleſiæ, unum inviſibilem, id eſt Chriſtum, & alium viſibilem, id eſt Papam. Quo nihil fingi poteſt ineptius. Quid enim fingi poteſt ineptius quam dicere mulierem duobus viris eſſe matrimonio junctam, uni vero, alteri imaginario. Et tamen Bellarminus lib. 2. cap. 31. de Romano pontifice auſus eſt ita exiſtimare, inquiens illum ita dici ſponſum eccleſiæ loco Chriſti ut Chriſti vicarium & miniſtrum. Non bene profecto merentur de Romano pontifice qui vanas illas & futiles opiniones comminiſcuntur. Contentus eſt ille ſua ſuprema dignitate, qua nulla excelſior, excellentior, eminentior, atque ſublimior eſt in orbe terrarum, cui nulla poteſtas æquari poteſt, ut ait Pius Papa II. ad Carolum VII. regem Francorum ſcribens apud Bzovium an. 1461. §. 9. Chriſtus eſt ſponſus, eccleſia ſponſa, pontifex Romanus amicus ſponſi. Eam Chriſtus aſcenſurus in cælum, ut ait ſanctus Auguſtinus, commendavit diſcipulis ſuis, non ut amet aliquem ipſorum, ſed ipſum tamquam ſponſum, illos tamquam ſponſi amicos. Præclare ergo ſanctus Bernardus in epiſtola 191. in editione Mabillonii ſcribens nomine epiſcoporum ad Innocentium Papam ait: *Tibi commiſſa eſt ſponſa Chriſti, amice ſponſi. Tuum eſt tandem uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*. Idem Eugenium Papam III. monuit non debere illum, ſi amicus ſponſi eſſet, vocare eccleſiam principem ſuam, ſed principem, ſicut Hieronymus Euſtochium, quæ virginitatem ſuam Chriſto dicaverat, ideo ait ſe vocare dominam, quippe ſponſam domini ſui. Virgines enim quæ ſe Chriſto conſecrarunt eccleſia vocare ſolet ſponſas Chriſti, ut etiam olim ſcribebat ſanctus Fulgentius epiſcopus Ruſpenſis ad Probam de virginitate: *Unus omnium ſacrarum virginum ſponſus*. Rectiſſime Innocentius Papa III. in ſermone tertio de conſecratione pontificis, cum diſſeruiſſet de unione ſacramentali Chriſti & eccleſiæ, Chriſtum autem vocaſſet ſponſum, ſe vero dixiſſet amicum ſponſi, ſubjunxit

junxie

junxit ſe eſſe ſponſum Romanæ eccleſiæ. Addo etiam Alypium & Auguſtinum ſcribentes ad Julianum diſerte vocare Chriſtum *univerſæ eccleſiæ unicum ſponſum*.

23 *Si potuit evadere*] Hoc loco uſus eſt Alexander III. adverſus Imperatorem Fridericum, ut patet ex ejus actis apud Baronium an. 1164. §. 41.

24 *Et hi tres unum ſunt*] Vide Eraſmum in caput quintum epiſtolæ primæ Joannis, notas Anglorum ad hunc locum, & Richardum Simonem in hiſtoria critica novi teſtamenti to. 1. cap. 18. pag. 212. Vide etiam itinerarium R. P. Edmundi Martene parte 2. pag. 79.

25 *Quis Chriſtum*] Scio Manutium & alios poſt eum, uno Morellio excepto, poſuiſſe *ipſam* pro *Chriſtum*, uti etiam ego vidi ſcriptum in uno veteri libro, & *eam* in aliis duobus veteribus. At ego, qui video libros noſtros veteres XXV. & quatuor Anglicanus itemque omnes veteres editiones habere *Chriſtum*, arbitratus ſum eam lectionem, quæ bonum ſenſum conſtituere poteſt, eſſe retinendam, ut ſenſus ſit voluiſſe Cyprianum dicere ſortitos fuiſſe milites quis Chriſtum indueret, id eſt veſtem qua Chriſtus fuerat indutus, improprio ſane uſu, ſed tamen vero. Eodem fere modo Paulus apoſtolus eos qui in Chriſto baptizati ſunt Chriſtum ſcribit induiſſe, id eſt habuiſſe indumentum Chriſti, ut interpretatur Hieronymus. Quo etiam loquendi modo utitur Cyprianus in libro de lapſis. Hic error apud Cyprianum haud dubie ortus eſt ex eo quod in antiquo quodam exemplari, cui ego vidi ſimile, ſcriptum erat XPM, & is qui ex illo codice deſcripſit opera ſancti martyris, cum legere neſciret has notas, imperite poſuit *ipſam*, reſpiciens ad tunicam. Alii deinde poſuerunt *eam*, putantes haud dubie hanc vocem melius huic loco congruere quam *ipſam*. Nam certum eſt veteres librarios qui ſancti martyris opera deſcripſerunt per licentiam ſæpe ſuam mutaſſe verba Cypriani & alia ſimilia ſuppoſuiſſe, quemadmodum pluribus exemplis oſtendimus in his notis. Hinc orta tot ſynonyma quæ apud Cyprianum occurrunt in veteribus libris.

26 *Indiviſa*] Ita undecim libri noſtri & ſeptem Anglicani, melius profecto quam alii, in quibus ſcriptum eſt *individua*. Individuum eſt quod non poteſt dividi, indiviſum quod non eſt diviſum. Certum eſt autem veſtem Chriſti potuiſſe dividi & non fuiſſe diviſam. Tamen poſtea Cyprianus eamdem tunicam appellat individuam, ratione nimirum argumenti quod tractabat, ut oſtenderet concordiam populi chriſtiani individuam & perpetuam eſſe debere. Rufinus in pſal. 21. *Quod vero inconſutilem & meliorem non diviſerunt, eccleſiæ concordiam figuraverunt*. Tertullianus in extremo libro de patientia: *Cum ergo ſpiritus Dei deſcendit, individua patientia comitatur eum*. Dubitare autem licet an vera ſit narratio Ruperti, ſancti Antonini, & aliorum quorumdam ſcribentium tunicam inconſutilem factam fuiſſe a beata virgine Maria.

27 *Et erit unus*] Omnes fere libri veteres habent *& erunt*.

28 *Schiſmata*] Tres libri veteres, *diſſenſiones*. Sic etiam in veteri libro legiſſe ſe monet Morellius.

29 *Totam domum patris*] Codex Beccenſis, *totam familiam tuam colliges*.

30 *Sanctum Domini*] id eſt euchariſtia, ut antea diximus pag. 393.

31 *Simplex animal*] Tertullianus in libro de anima: *Spiritus figura columbæ delapſus in hominem, ut natura ſpiritus ſancti declararetur per animal ſimplicitatis & innocentiæ, quod etiam corporaliter ipſa felle careat columba*. Rufinus in pſal. 67. *Sancta eccleſia merito dicitur columba, quia fel amaritudinis non habet, & quia virtute ſimplicitatis pollet*.

32 *Ne columbas ne oves*] Supra epiſt. 57. dixit de diabolo: *Unum primo aggreſſus, ut lupus ovem ſecernere a grege, ut accipiter columbam ab agmine volantium ſeparare tentaverat*. Crudeliter inimicus fuiſſe videtur epiſcopis ſui temporis Joannes Rusbrochius in cap. 135. commentarii ſui in tabernaculum fœderis, comparans eos accipitri, ajens illos populum Domini non ut paſtores ſed ſæcularium more regere ac moderari. Et addit: *Et ut accipiter pullos ſuos, dum valent, ad captandam prædam volare compellit, & eſt ferus ac crudelis, ita perverſi prælati pullos ſuos, id eſt eos qui ipſorum funguntur munere, prædas ubicumque poſſint agere compellunt. Semper enim ubi rerum temporalium lucra ſperant, verſuti, rigidi, ac crudeles ſunt, cum tamen Deus omnipotens prælatis eccleſiæ haud ſecus omni interdixerit inclementia ac crudelitate quam Judæis omni accipitrum genere*. Vide etiam Nicolaum de Cuſa lib. 3. de concordantia catholica cap. 29.

33 *Amaritudo cum dulcedine*] Cornelius Celſus lib. 4. cap. 9. *Dulcia omnia inimica ſunt*. Arnobius lib. 7. *Neque enim in dulcedinem vertere amaritudo ſe poteſt*. Hieronymus in præfatione epiſtolæ ad Algaſiam: *Aliis dulcia placent, nonnullos ſubamara delectant. Horum ſtomachum acida renovant, illorum ſalſa ſuſtentant*. Vide notas noſtras ad librum quintum Salviani.

34 *Sine divina*] ut Novatianus Romæ adverſus Cornelium. Vide quæ de Luciano notamus ad epiſtolam 16.

35 *Tractatus*] Antea legebatur *tractus* in antiquis editionibus. Remboltus edidit *tactus*. Quæ lectio magis arriſit Eraſmo, Manutio, Pamelio, & Rigaltio, ſed non Morellio, qui poſuit *tractatus*. Quæ eſt vera lectio, quam confirmant XXVI. libri noſtri & decem Anglicani, tum etiam editio Veneta anni 1547. Hanc vero lectionem tametſi Rigaltius non poſuerit in contextu ait tamen in obſervationibus ſuis ita ſcribi omnino debeſe. Hoc judicium ſecuta eſt editio Anglicana.

36 *Corruptores evangelii*] Rufinus in pſal. 110. explicans adverſus hæreticos hæc verba, *quoniam ecce peccatores incenderunt arcam*, ait, *id eſt ſanctam ſcripturam ſuis erroribus & ſuis ſenſibus applicaverunt*. Idem lib. 5. hiſt. eccleſ. cap. 28. *ſcripturas autem divinas abſque ulla timoris Dei reverentia corruperunt*.

37 *Pacatum*] Tres libri veteres habent *placatum*. Alii tres & vetuſtiores editiones addunt *vel pacem apud Deum*. Sed ea deſunt in aliis editionibus & in quindecim antiquis exemplaribus. Recte autem Pamelius exiſtimat irrepſiſſe in textum ex margine. Ego facilius crediderim addita fuiſſe ſupra lineam in codicibus antiquis, uti ſæpe factum fuiſſe monuimus ſupra. Codex Turonenſis habet: *Neque enim habere pacem apud Deum poteras*. Fuxenſis: *Neque enim pacem Domini habere poterat*. In epiſtola ſecunda Pelagii II. ad epiſcopos Iſtriæ legitur: *Neque enim habere pacatum Dominum poterat*. Aliter hunc Cypriani locum expreſſit Ludovicus Romanus in ſermone quem habuit in concilio Baſileenſi. Sic enim poſuit: *Neque enim Deum habere pacatum poterit qui cum fratre pacem non habet ſed zeli diſcordiam*.

38 *Tales etiamſi*] Ad hunc locum vir doctiſſimus Joannes Pearſonius epiſcopus Ceſtrenſis in vindiciis epiſtolarum ſancti Ignatii cap. 9. cenſet reſpexiſſe ſanctum Joannem Chryſoſtomum homilia undecima in epiſtolam ad Epheſios cum ait virum quemdam ſanctum dixiſſe ne martyrii quidem ſanguinem poſſe peccatum ſchiſmatis eluere.

39 *Ut ardeam*] Ita etiam lib. 3. teſtimoniorum cap. 3. At Hieronymus in caput quintum epiſtolæ ad Galatas refert in veteri verſione pro *ardeam* legi *glorier*. Et videtur Hieronymus preferre eam lectionem, cum paulo poſt dicat illam quæ habet *ardeam* eſſe errorem qui apud noſtros inolevit.

40 *Caritas magnanima*] Ita etiam in libro de zelo & livore, in libro de bono patientiæ, & lib. 3. teſtimoniorum cap. 3. Vide annotationes Eraſmi in hunc locum epiſtolæ primæ Pauli ad Corinthios.

41 *Pertinere non poterat*] Plerique libri veteres præferunt, *ad Chriſtum pertinere non poterit qui dilectionem*. Retinuimus eorum lectionem qui plures numero ſunt.

42 *Virtutes magnas facere*] Vide notas noſtras ad librum Agobardi de privilegio & jure ſacerdotii.

43 *Fideliſſimi*] Ita omnes veteres editiones, viginti libri noſtri, & ſeptem Anglicani. Morellius poſuit *dilectiſſimi*. Sed hanc lectionem ego non inveni niſi in tribus antiquis codicibus. Et tamen Pamelius eam retinuit, tum quia illam invenit in margine editionis quæ dicitur Gravii & in codice Cambronenſi, tum etiam quia vocem *fideliſſimi* incognitam eſſe ait Cypriano. Quod verum non eſt. Quippe in pluribus antiquis exemplaribus ſcriptum in pluribus locis animadverti *fideliſſimi* pro eo quod in aliis legitur *dilectiſſimi*.

44 *Par. inob.*] Codex Thuanus: *Parentibus in dicto inobedientes*. Ita etiam codex ſancti Arnulphi & Carnotenſis. At Beccenſis habet *parentibus in dicto non audientes*. Sex libri noſtri & duo Anglicani præferunt *inaudientes*, quidam *obaudientes*. Apud Tertullianum in libro de exhortatione caſtitatis lego *obaudientiam*. Vide Gronovium cap. 14. obſervationum ſuarum in ſcriptoribus eccleſiaſticis.

45 *Reſiſtunt veritati*] Poſtea additur in editione quæ dicitur Gravii, *homines corrupti ſenſu, reprobi circa fidem*. Sed ego illa in nullo eorum veterum exemplarium reperi quibus utor. Deſunt etiam in quibuſdam Anglicanis & in antiquis editionibus; eaque deſiderari in manuſcri-

Digitized by Google

nuſcriptis, excepto Colonienſi, & in excuſis omnibus teſtatur Pamelius, qui addit ea omitti potuiſſe a Cypriano. Scio ſane illa haberi in epiſtola ſecunda Pauli ad Timotheum. Sed non ideo neceſſe eſt ut ponantur in contextu Cypriani, cum non exſtent in antiquis exemplaribus lucubrationum ejus. Neque enim ille ſemper deſcribit integra loca quæ accipit ex epiſtolis Pauli, & interdum quædam addit quæ in illis non exſtant, ut ſupra obſervatum eſt pag. 365.

46 *A ſem. damnatus*] In codice Burgundico conſequenter additur: *A ſemetipſis damnati ſunt qui ſe ab eccleſia Chriſti ſeparant*. Et mox poſt hæc verba *adverſus ſacerdotes Chriſti* ſubjungitur in eodem veteri codice: *Cum Chriſto eſſe non videbitur qui contra ſacerdotem Chriſti facit*. Verum nemo non videt hæc eſſe mera gloſſemata quæ ex ora libri irrepſerunt in textum. Ceterum ea in nullo alio libro reperiuntur quam in Burgundico, & nulla editio ea habet. Unde interim colligitur non ſtatim transferenda eſſe in textum quæ in antiquis codicibus reperiuntur inſerta lucubrationibus veterum ſcriptorum & decocto judicio in iis utendum eſſe. Vide annotationes Eraſmi in caput tertium epiſtolæ Pauli ad Titum.

47 *A cleri*] Codex Veronenſis, *ab eccleſia ejus & plebe*. Lamonianus, *qui ſe a clericis ejus & plebe*.

48 *Nec ſcire*] Hæc ſcriptura habetur in omnibus antiquis codicibus & editionibus, niſi quod in codice Burgundico ſcriptum eſt: *Neſcit quoniam*. Quidam vero, ſed pauci, *ne ſcire*. Manutius edidit *nec dignatur ſcire*. Quod ab eo recte factum ait Pamelius ad vitandum hyperbaton, admonens interim vocem *dignatur* non exſtare in manuſcriptis. Sane ego illam in nullo eorum veterum exemplarium quibus utor reperi. Deeſt etiam in ſeptem Anglicanis, ut minime dubitandum ſit quin expungi debeat.

49 *Cedere*] Editio Manutiana habet *credere*. Quæ lectio poteſt eſſe bona. Verum cum illa non inveniatur niſi in quinque codicibus antiquis, alia exſtet in antiquis editionibus & in XXI. libris veteribus, placuit ſequi exemplum editionis Anglicanæ, in qua ſcriptum eſt *cedere*.

50 *Ubi ſignantur*] id eſt in fronte, uti dictum eſt paulo ante. Hieronymus in præfatione in librum Job: *Ego chriſtianus, & de parentibus chriſtianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans*. Vide Hoſpinianum lib. 2. de templis cap. 10. pag. 164. & notas noſtras ad librum Lactantii de mortibus perſecutorum.

51 *Pejus hoc crimen eſt*] Codex Gratianopolitanus: *Pejus hoc crimen eſt quam quod hi qui ſacrificaverunt admiſiſſe lapſi videntur*. Verum iſtud gloſſema eſt quod ex ora libri irrepſit in textum. Auctor epiſtolæ ſecundæ Pelagii II. ad epiſcopos Iſtriæ, ut iſta quadrarent cum ſuo propoſito, ſcripſit: *Pejus ſchiſmatis crimen eſt*.

52 *In peccato ſuo*] Codex Flori, *in pectore ſuo*. Iſtic errore typographi ſcriptum eſt *peccatore*. Emendandum eſt.

53 *Poſtmodum*] Ita omnes libri veteres. Editiones antiquæ habent *primitionem*, etiam Eraſmica. Quod ideo adnoto quia valde mirum eſt hunc hominem, peritiſſimum videlicet linguæ Latinæ, qui non potuit ignorare hanc vocem non eſſe Latinam & nihil ſignificare, qui præterea ſciebat alibi legi *poſtmodum*, mirum eſt inquam illum pravam lectionem retinuiſſe in contextu, bonam poſuiſſe in margine. Editio quæ dicitur Gravii præfert eam quæ bona eſt. Inde exortæ ſunt aliæ editiones.

54 *Gratiam Domini*] Poſt hæc verba Manutius addidit, *ſicut ſcriptum eſt: Et excitavit Dominus ſatanan ipſi Salomoni; & ideo in apocalypſi Dominus ad Joannem graviter comminatur*. Quæ Rigaltius ait eſſe in veteri libro Veronenſi. Pamelio non placuit hæc additio Manutii, nimirum quia, ut ille ait, Dominus in illo loco non loquitur ad Joannem, ſed ad angelum Philadelphiæ. Itaque Pamelius retinuit quidem eam additionem, ſed delevit ea quæ referuntur ex apocalypſi. Ita etiam Rigaltius. Ego vero omnia ſupprimo, quia illa non inveni in ullo veterum exemplarium noſtrorum, quia deſunt in undecim Anglicanis & in editionibus Manutiana antiquioribus.

55 *Aſcenditur*] Codex ſancti Dionyſii Remenſis *extenditur*. Pro quo fortaſſis legendum eſt *eſcenditur*, ut apud Tacitum lib. 13. annalium *eſcendere ſuggeſtum imperatoris* & lib. 15. *poſtea eſcendere*.

56 *Confeſſor .... per evang.*] Supra epiſt. 30. *Si non illam de evangelii conſervatione inveniantur conſecuti unde martyres fiunt*. Ubi vide notas noſtras pag. 95.

57 *Prodegerit*] Hanc lectionem habent codex Veronenſis & ſexdecim libri noſtri. Eam primus invexit Pamelius, editionem Gravii, ut ipſe ait, ſecutus. Ego tamen in illa editione legi *prodiderit*. Hæc vero poſtrema lectio habetur in omnibus editionibus quæ Pamelianam anteceſſerunt & in decem codicibus antiquis. Puto autem illam eſſe meliorem. Supra epiſt. 74. *Proditores fidei & eccleſiæ catholicæ impugnatores*. Retinui ergo lectionem quæ plurium veterum librorum auctoritate nititur. Nam & illa quoque bona eſt.

58 *Inſidioſe*] Codex Compendienſis habet *doloſe*, quatuor alii *dolum*, Burgundicus *iniquitatem*, Eligianus *mendacium*.

59 *Hereditatem dedit*] Manutius, *hereditatem Chriſtus dedit*. Sed vocem *Chriſtus*, quæ ſane neceſſaria non eſt, non agnoſcunt libri veteres, neque veteres editiones.

60 *Coheredes*] Fatendum eſt majorem veterum librorum partem habere ſimpliciter *heredes* & lectionem quam ego retineo exſtare in ſeptem tantum & in vetuſtis editionibus, inter quas pono Morellianam. Quamvis vero major veterum librorum pars habeat *heredes*, ego aliam lectionem præfero, quia in capite octavo epiſtolæ Pauli ad Romanos, ex quo ſumptus eſt hic locus, legitur: *Si autem filii & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti*. Sic etiam refertur hic locus epiſt. 56. & epiſt. 81. & in epiſtola ad Fortunatum de exhortatione martyrii cap. 2. & lib. 3. teſtimoniorum cap. 16.

61 *Qua fuerat*] Revocavi hanc lectionem, quam & omnes fere libri veteres & editiones Pamelianæ antiquiores habent. Pamelius poſuit *fuit* ex codice MS. & quia ita legebat in libro de oratione dominica. At ego lectionem illam non reperi niſi in codice Remenſi ſancti Dionyſii. Poſtea videbimus in notis, Pamelium poſuiſſe *fuit* in libro de oratione dominica.

62 *Impeditos & implicitos*] Pamelius ſcripſit *impeditos nos & implicitos*. Quam ſane lectionem reperi in tribus antiquis exemplaribus. Sed vocem *nos* non agnoſcunt reliqui neque veteres editiones. Et alioqui ſenſus eſt integer abſque illo vocabulo. Itaque delevi.

[1] LIBER
DE ORATIONE DOMINICA.

EVANGELICA præcepta, fratres dilectiſſimi, nihil aliud ſunt quam magiſteria divina, fundamenta ædificandæ ſpei, firmamenta corroborandæ fidei, nutrimenta fovendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, præſidia obtinendæ ſalutis: quæ dum dociles credentium mentes in terris inſtruunt, ad cæleſtia regna perducunt. Multa & per prophetas ſervos ſuos dici Deus voluit & audiri; ſed quanto majora quæ filius loquitur, quæ Dei ſermo qui in prophetis fuit propria voce teſtatur, A non jam mandans ut paretur venienti via, ſed ipſe veniens, & viam nobis aperiens & oſtendens; ut qui in tenebris mortis errantes improvidi & cæci prius fuimus, luce gratiæ illuminati iter vitæ duce & rectore Domino teneremus, qui inter cetera ſalutaria ſua monita & præcepta divina quibus populo ſuo conſulit ad ſalutem, etiam orandi ipſe formam dedit, ipſe quid precaremur monuit & inſtruxit. Qui fecit vivere, docuit & orare, benignitate ea ſcilicet qua & cetera dare & conferre dignatus eſt

eſt, ut dum prece & oratione quam filius docuit apud patrem loquimur facilius audiamur. A *Joan. 4.* Jam prædixerat horam venire quando veri adoratores adorarent patrem in ſpiritu & veritate, & implevit quod ante promiſit; ut qui ſpiritum & veritatem de ejus ſanctificatione percepimus, de traditione quoque ejus vere & ſpiritaliter adoremus. Quæ enim poteſt eſſe [2] magis ſpiritalis oratio quam [3] quæ a Chriſto nobis data eſt, a quo nobis & ſpiritus ſanctus miſſus eſt? Quæ vera magis apud patrem precatio quam quæ a filio, qui eſt veritas, de B ejus ore prolata eſt? Ut aliter orare quam docuit non ignorantia ſola ſit, ſed & culpa, *Marc. 7.* quando ipſe poſuerit & dixerit: *Rejicitis mandatum Dei, ut traditionem veſtram ſtatuatis*. Oremus itaque, fratres dilectiſſimi, ſicut magiſter Deus docuit. Amica & familiaris oratio eſt [4] Deum de ſuo rogare, ad aures ejus aſcendere [5] Chriſti oratione. Agnoſcat pater filii ſui verba cum precem facimus. Qui habitat intus *1. Joan. 2.* in pectore, ipſe ſit & in voce. Et cum ipſum habeamus apud patrem advocatum pro peccatis noſtris, quando peccatores pro delictis no- C ſtris petimus, advocati noſtri verba promamus. *Joan. 16.* Nam cum dicat quia quodcumque petierimus a patre in nomine ejus dabit nobis, quanto efficacius impetramus quod petimus in Chriſti nomine, ſi petamus ipſius oratione? Sit autem orantibus ſermo & precatio cum diſciplina, quietem continens & pudorem. Cogitemus nos ſub conſpectu Dei ſtare. Placendum eſt divinis oculis & habitu corporis & modo vocis. Nam ut impudentis eſt clamoribus ſtrepere, ita contra congruit verecundo modeſtis precibus orare. D [6] Denique magiſterio ſuo Dominus ſecreto orare nos præcepit, in [7] abditis & ſemotis locis, in cubiculis ipſis, quod magis convenit fidei; ut ſciamus Deum ubique eſſe præſentem, audire omnes & videre, & majeſtatis ſuæ plenitudine in abdita quoque & occulta *Hier. 23.* penetrare, ſicut ſcriptum eſt: *Ego Deus approximans, & non Deus de longinquo. Si abſconditus fuerit homo in abſconditis, ego ergo non videbo eum? Nonne cælum & terram ego impleo?* Et ite- *Prov. 15.* rum: *In omni loco oculi Dei ſpeculantur bonos & malos*. E Et quando in unum cum fratribus convenimus, & ſacrificia divina cum Dei ſacerdote celebramus, verecundiæ & diſciplinæ memores eſſe debemus, non paſſim ventilare preces noſtras inconditis vocibus, nec petitionem commendandam modeſte Deo tumultuoſa loquacitate jactare, quia Deus non vocis ſed cordis auditor eſt. Nec admonendus eſt clamoribus qui [8] cogitationes hominum videt, pro- *Luc. 15.* bante Domino & dicente: *Quid cogitatis ne-* *Apoc. 2.* *quam in cordibus veſtris?* Et alio loco: *Et ſcient omnes eccleſiæ quia ego ſum ſcrutator renis & cordis*. F Quod Anna in primo regnorum libro eccleſiæ typum portans cuſtodit & ſervat; quæ Dominum non clamoſa petitione, ſed tacite & modeſte intra ipſas pectoris latebras precabatur. Loquebatur prece occulta, ſed manifeſta fide. Loquebatur, non voce, ſed corde, quia ſic Deum ſciebat audire; & impetravit efficaciter quod petiit, quia fideliter poſtulavit. Decla- *1. Reg. 1.* rat ſcriptura divina quæ dicit: *Loquebatur in corde ſuo, & [9] labia ejus movebantur, & vox ejus non audiebatur, & exaudivit eam Deus*.

A Item legimus in pſalmis: [10] *Dicite in cordibus & in ſtratis veſtris, & tranſpungimini*. *Pſal. 4.* Per Hieremiam quoque hæc eadem ſpiritus ſanctus ſuggerit & docet dicens: *In ſenſu autem tibi debet adorari Deus*. *Baruch 6.* Adorans autem, fratres dilectiſſimi, nec illud ignoret quemadmodum in templo cum pharisæo publicanus oraverit, non allevatis in cælum impudenter oculis, nec manibus inſolenter erectis, ſed pectus ſuum pulſans, & peccata intus incluſa conteſtans, divinæ miſericordiæ implorabat auxilium. Et cum ſibi phariſæus placeret, [11] ſanctificari hic ma- B gis meruit qui ſic rogavit, qui ſpem ſalutis non in fiducia innocentiæ ſuæ poſuit, cum innocens nemo ſit, ſed peccata confeſſus humiliter oravit, & exaudivit orantem [12] qui humilibus ignoſcit. Quæ Dominus in evangelio ſuo ponit & dicit: *Homines duo aſcenderunt in tem-* *Luc. 18.* *plum orare, unus phariſæus, & unus publicanus. Phariſæus cum ſtetiſſet, talia apud ſe precabatur: Deus, gratias tibi ago quia non ſum ſicut ceteri homines, injuſti, raptores, adulteri, quomodo & publicanus iſte. Jejuno bis in ſabbato,* C *decimas do omnium quæcumque poſſideo. Publicanus autem de longinquo ſtabat, & neque oculos* [13] *volebat ad cælum levare, ſed percutiebat pectus ſuum dicens: Deus, propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis, deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam magis quam ille phariſæus. Quia omnis qui ſe extollit humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur*. Quæ nos, fratres dilectiſſimi, de divina lectione diſcentes, poſtquam cognovimus qualiter ad orationem accedere debeamus, cognoſcamus docente Domino & quid oremus. *Sic*, inquit, *orate: Pater noſter qui* *Matt. 6.* D *es in cælis, ſanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & remitte nobis debita noſtra ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris, & ne nos patiaris induci in tentationem, ſed libera nos a malo. Amen*. Ante omnia pacis doctor atque [14] unitatis magiſter [15] ſingillatim noluit & privatim precem fieri, ut quis cum precatur, non pro ſe tantum precetur. Non enim dicimus, *Pater meus qui es in cælis*, nec *Panem meum da mihi ho-* E *die*; nec dimitti ſibi tantum unuſquiſque debitum poſtulat, aut ut in tentationem non inducatur, atque a malo liberetur, [16] pro ſe ſolo rogat. Publica eſt nobis & communis oratio; & quando oramus, non pro uno ſed pro toto populo oramus, quia totus populus unum ſumus. Deus pacis & concordiæ magiſter, qui docuit unitatem, ſic orare unum pro omnibus voluit quomodo in uno omnes ipſe portavit. Hanc orationis legem ſervaverunt tres pueri in camino ignis incluſi, conſonantes in prece, & ſpiritus conſenſione concordes. Quod decla- F rat ſcripturæ divinæ fides, & dum docet quomodo oraverint tales, dat exemplum quod imitari in precibus debeamus, ut tales eſſe poſſimus. *Tunc illi tres*, inquit, *quaſi ex uno ore* *Dan. 3.* *hymnum canebant & benedicebant Dominum*. Loquebantur quaſi ex uno ore, & nondum illos [17] Chriſtus docuerat orare. Et iccirco orantibus fuit impetrabilis & efficax ſermo, quia promerebatur Dominum pacifica & ſimplex & ſpiritalis oratio. Sic & apoſtolos cum diſcipulis poſt [18] aſcenſum Domini invenimus oraſſe.

Erant,

Act. 1. *Erant*, inquit, *perſeverantes omnes unanimes in*
oratione cum mulieribus & Maria [19] *quæ fuerat*
mater Jeſu & fratribus ejus. Perſeverabant in
oratione nnanimes, orationis ſuæ & inſtan-
tiam ſimul & concordiam declarantes: quia
Pſal. 67. Deus, qni inhabitare facit unanimes in domo,
non admittit in divinam & æternam domum
niſi eos apud quos eſt unanimis oratio. Qua-
lia autem ſunt, fratres dilectiſſimi, orationis
dominicæ ſacramenta, quam multa, quam ma-
gna, breviter in ſermone collecta, ſed in vir-
tute ſpiritaliter copioſa, ut nihil omnino præ-
termiſſum ſit quod non in precibus atque ora-
tionibus noſtris cæleſtis doctrinæ compendio
comprehendatur. *Sic*, ait, *orate: Pater noſter*
qui es in cælis. Homo novus, renatus, & Deo
ſuo per gratiam ejus reſtitutus *Pater* primo in
Joan. 1. loco dieit, quia filius eſſe jam cœpit. *In ſua*,
inquit, *propria venit, & ſui eum non receperunt.*
Quotquot autem eum receperunt, dedit illis pote-
ſtatem ut filii Dei fierent bis qui credunt in nomi-
ne ejus. Qui ergo credidit in nomine ejus, &
factus eſt Dei filius, hine debet incipere nt &
gratias agat & profiteatur ſe Dei filium, dum
nominat patrem ſibi eſſe in cælis Deum, con-
reſtetur quoque inter prima ſtatim nativitatis
ſuæ verba renuntiaſſe ſe terreno & carnali pa-
tri, & patrem ſolum noſſe ſe & habere cœ-
Deut. 33. piſſe qni ſit in cælis, ſicut ſcriptum eſt: *Qui*
dicunt patri & matri, non novi te, & filios ſuos
non agnoverunt, hi cuſtodierunt præcepta tua, &
teſtamentum tuum ſervaverunt. Item Dominus
Matt. 23. in evangelio ſuo præcepit ne vocemus nobis
patrem in terra, quod ſit ſcilicet nobis unus
pater qui eſt in cælis. Et diſcipulo qui men-
Matt. 8. rionem defuncti patris fecerat reſpondit: *Sine*
mortui mortuos ſuos ſepeliant. Dixerat enim pa-
trem ſnum moriuum, cum ſit credentium pa-
ter vivus. Nee hoc ſolum, fratres dilectiſſimi,
animadvertere & intelligere debemus quod ap-
pellemus patrem qui ſit in cælis, ſed conjun-
gimus & dicimus, *Pater noſter*, id eſt eorum
qui credunt, eorum qni per eum ſanctificati &
gratiæ ſpiritalis nativitate reparati filii Dei eſſe
cœperunt. Quæ vox etiam Judæos perſtringit
& percutit, qui Chriſtum ſibi per prophetas
annuntiatum & ad ſe prius miſſum non tan-
tum infideliter ſpreverunt, ſed & crudeliter
necaverunt: qui jam non poſſunt patrem Deum
vocare, cum Dominus eos confundat & redar-
Joan. 8. guat dicens: *Vos de diabolo patre nati eſtis, &*
concupiſcentias patris veſtri facere vultis. Ille enim
homicida fuit ab initio, & in veritate non ſtetit,
quia veritas non eſt in illo. Et per Eſaiam pro-
phetam Deus clamat indignans: [10] *Filios gene-*
Iſa. 1. *ravi & exaltavi, ipſi autem me ſpreverunt. A-*
gnovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe do-
mini ſui; Iſrael autem me non cognovit, & popu-
lus meus me non intellexit. [11] *Væ gens peccatrix,*
populus plenus peccatis, [12] *ſemen nequam, filii ſce-*
leſti. Dereliquiſtis Dominum, & in indignationem
miſiſtis illum ſanctum Iſrael. In quorum expro-
brationem chriſtiani, quando oramus, *Pater*
noſter dicimus, quia noſter eſſe cœpit, & Ju-
dæorum, qui eum reliquerunt, eſſe deſiit. Nec
peccator populus poteſt eſſe filius; ſed quibus
remiſſa peccatorum datur, eis filiorum nomen
adſcribitur, & eis æternitas repromittitur, Do-
Joan. 8. mino ipſo dicente: *Omnis qui facit peccatum ſer-*

A *vus eſt peccati. Servus autem non manet in domo*
in æternum, filius autem manet in æternum. Quan-
ta autem Domini indulgentia, quanta circa
nos dignationis ejus & bonitatis ubertas; qui
ſic nos voluerit orationem celebrare in conſpe-
ctu Dei ut Deum patrem vocemus, & ut eſt
Chriſtus Dei filius, ſic & nos Dei filios nun-
cupemus? Quod nomen nemo noſtrum in ora-
tione auderet attingere, niſi ipſe nobis ſic per-
miſiſſet orare. Meminiſſe itaque, fratres dile-
ctiſſimi, & ſcire debemus quia quando patrem
B Deum dicimus, quaſi filii Dei agere debemus,
ut quomodo nos nobis placemus de Deo patre,
ſic ſibi placeat & ille de nobis. Converſemur
quaſi Dei templa, ut Deum in nobis conſtet
habitare. Nec ſit degener actus noſter a ſpiri-
tu, ut qni cæleſtes & ſpiritales eſſe cœpimus,
non niſi ſpiritalia & cæleſtia cogitemus & aga-
mus, quia & ipſe Dominus Deus dixit: *Eos* 1. Reg. 2.
qui clarificant me clarificabo; & qui me ſpernit,
ſpernetur. Beatus quoque apoſtolus in epiſtola
ſua poſuit: *Non eſtis veſtri. Empti enim eſtis* 1. Cor. 6.
pretio magno. [13] *Clarificate & portate Deum in*
C *corpore veſtro*. Poſt hoc dicimus: [14] *Sanctifice-*
tur nomen tuum. Non quod optemus Deo ut
ſanctificetur orationibus noſtris, ſed quod pe-
tamus ab eo ut nomen ejus ſanctificetur in no-
bis. Ceterum a quo Deus ſanctificatur, qui i-
pſe ſanctificat? Sed quia ipſe dixit, *Sancti eſto-* Levit. 20.
te, quoniam & ego ſanctus ſum, id petimus &
rogamus ut qui in baptiſmo ſanctificati ſnmus,
in eo quod eſſe cœpimus perſeveremus. Et hoc
quotidie deprecamur. Opus eſt enim nobis quo-
tidiana ſanctificatione, ut qui quotidie delin-
D quimus, delicta noſtra ſanctificatione aſſidua
repurgemus. Quæ autem ſit ſanctificatio quæ
nobis de Dei dignatione confertur apoſtolus
prædicat dicens: *Neque fornicarii, neque idolis* 1. Cor. 6.
ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque
maſculorum [15] *appetitores, neque fures, neque* [16]
fraudulenti, neque ebrioſi, neque maledici, neque
raptores regnum Dei conſequentur. Et hæc qui-
dem fuiſtis; ſed abluti eſtis, ſed juſtificati eſtis,
ſed ſanctificati eſtis in nomine Domini noſtri Jeſu
Chriſti & in ſpiritu Dei noſtri. Sanctificatos nos
dicit in nomine Domini Jeſn Chriſti & in ſpi-
E ritu Dei noſtri. Hæc ſanctificatio ut in nobis
permaneat oramus. Et quia Dominus & ju-
dex noſter ſanato a ſe & [17] vivificato commi-
natur jam non delinquere, ne quid ei dete-
rius fiat, hanc continuis orationibus precem
facimus, hoc diebus ac noctibus poſtulamus,
nt ſanctificatio & vivificatio quæ de Dei gra-
tia ſumitur ipſius protectione ſervetur. Sequi-
tur in oratione: *Adveniat regnum tuum*. Re-
gnum etiam Dei repræſentari nobis petimus,
ſicuti & nomen ejus ut in nobis ſanctificetur
poſtulamus. Nam Deus quando non regnat,
F ant apud eum quando incipit quod & ſemper
fuit & eſſe non deſinit? Noſtrum regnum pe-
timus advenire a Deo nobis repromiſſum, Chri-
ſti ſanguine & paſſione quæſitum; ut qui in
ſæculo ante ſervivimus, poſtmodum Chriſto do-
minante regnemus, ſicut ipſe pollicetur & di-
cit: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum* Matt. 25.
quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Poteſt
vero, fratres dilectiſſimi, & ipſe Chriſtus eſſe
regnum Dei, quem venire quotidie cupimus,
cujus adventus nt cito nobis repræſentetur o-
ptamus.

Digitized by Google

ptamus. Nam cum [18] reſurrectio ipſe noſtra ſit, quia in ipſo reſurgimus, ſic & regnum Dei poteſt ipſe intelligi, quia in illo regnaturi ſumus. Bene autem regnum Dei petimus, id eſt, regnum cæleſte, quia eſt & terreſtre regnum. Sed qui renuntiavit jam ſæculo major eſt & honoribus ejus & regno. Et ideo qui ſe Deo & Chriſto dedicat, non terrena ſed cæleſtia regna deſiderat. Continua autem oratione & prece opus eſt ne excidamus a regno cæleſti, ſicut Judæi, quibus hoc prius promiſſum fuerat, exciderunt, Domino manifeſtante & probante: *Multi*, inquit, *venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Jacob in regno cælorum. Filii autem regni* [19] *expellentur in tenebras exteriores. Illic erit ploratio & ſtridor dentium.* (Matth. 8) Oſtendit quia ante filii regni Judæi erant, quando & filii Dei eſſe perſeverabant. Poſtquam ceſſavit circa illos nomen paternum, ceſſavit & regnum. Et ideo chriſtiani, qui in oratione appellare patrem Deum cœpimus, nos & ut regnum Dei nobis veniat oramus. [20] Addimus quoque & dicimus, *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra*, non ut Deus faciat quod vult, ſed ut nos facere poſſimus quod Deus vult. Nam Deo quis obſiſtit quo minus quod velit faciat? Sed quia nobis a diabolo obſiſtitur quo minus per omnia noſter animus atque actus Deo obſequatur, oramus & petimus ut fiat in nobis voluntas Dei, quæ ut fiat in nobis opus eſt Dei voluntate, id eſt, ope ejus & protectione; quia nemo ſuis viribus fortis eſt, ſed Dei indulgentia & miſericordia tutus eſt. Denique & Dominus infirmitatem hominis quem portabat oſtendens ait: *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte.* (Matt. 26.) Et exemplum diſcipulis ſuis tribuens ut non voluntatem ſuam ſed Dei faciant addidit dicens: *Veruntamen non quod ego volo, ſed quod tu.* Et alio loco dicit: *Non deſcendi de cælo ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me.* (Joan. 6.) Quod ſi filius obaudivit ut faceret patris voluntatem, quanto magis ſervus obaudire debet ut faciat domini voluntatem, ſicut in epiſtola ſua Joannes quoque ad faciendam Dei voluntatem hortatur & inſtruit dicens: *Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis dilexerit mundum, non eſt caritas patris in illo: quia omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſæculi, quæ non eſt a patre, ſed ex concupiſcentia mundi, & mundus tranſibit & concupiſcentia ejus: qui autem fecerit voluntatem Dei manet in æternum, quomodo & Deus manet in æternum.* (1. Joa. 2.) Qui in æternum manere volumus, Dei, qui æternus eſt, voluntatem facere debemus. Voluntas autem Dei eſt quam Chriſtus & fecit & docuit. Humilitas in converſatione, ſtabilitas in fide, verecundia in verbis, in factis juſtitia, in operibus miſericordia, in moribus diſciplina, injuriam facere non noſſe, & factam poſſe tolerare, cum fratribus pacem tenere, Deum toto corde diligere, amare in illo quod pater eſt, timere quod Deus eſt, Chriſto nihil omnino præponere, quia nec nobis quidquam ille præpoſuit, caritati ejus inſeparabiliter adhærere, cruci ejus fortiter ac fidenter aſſiſtere, quando de ejus nomine & honore certamen eſt, exhibere in ſermone conſtantiam, qua confitemur, [21] in quæſtione fiduciam, qua congredimur, in morte patientiam, qua coronamur. Hoc eſt coheredem Chriſti eſſe velle, hoc eſt præceptum Dei facere, hoc eſt voluntatem patris adimplere. [22] Fieri autem petimus voluntatem Dei in cælo & in terra. quod utrumque ad conſummationem noſtræ incolumitatis pertinet & ſalutis. Nam cum corpus e terra & ſpiritum poſſideamus e cælo, ipſi terra & cælum ſumus; & in utroque, id eſt, & corpore & ſpiritu, ut Dei voluntas fiat oramus. Eſt enim inter carnem & ſpiritum colluctatio, & diſcordantibus adverſus ſe invicem quotidiana congreſſio, ut non quæ volumus ipſa faciamus, dum ſpiritus cæleſtia & divina quærit, caro terrena & ſæcularia concupiſcit. Et ideo petimus [23] impenſe inter duo iſta ope & auxilio Dei concordiam fieri; ut dum & in ſpiritu & in carne voluntas Dei geritur, quæ per eum renata eſt anima ſervetur. Quod aperte atque manifeſte apoſtolus Paulus ſua voce declarat: *Caro*, inquit, *concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem. Hæc enim invicem adverſantur ſibi, ut non quæ vultis ipſa faciatis. Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt adulteria, fornicationes, immunditiæ, ſpurcitiæ, idololatria, veneficia, homicidia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animoſitates, provocationes, ſimultates, diſſenſiones, hæreſes, invidiæ, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non poſſidebunt. Fructus autem ſpiritus eſt caritas, gaudium, pax, magnanimitas, bonitas, fides, manſuetudo, continentia, caſtitas.* (Gal. 5.) Et idcirco quotidianis immo continuis orationibus hoc precamur & in cælo & in terra voluntatem circa nos Dei fieri; quia hæc eſt voluntas Dei ut terrena cæleſtibus cedant, ſpiritalia & divina prævaleant. [24] Poteſt & ſic intelligi, fratres dilectiſſimi, ut quoniam mandat & monet Dominus etiam inimicos diligere & [25] pro iis quoque qui nos perſequuntur orare, petamus & pro illis qui adhuc terra ſunt & necdum cæleſtes eſſe cœperunt, ut & circa illos voluntas Dei fiat, quam Chriſtus hominem conſervando & redintegrando perfecit. Nam cum diſcipuli ab eo non jam terra appellentur, ſed ſal terræ, (Matt. 5.) & apoſtolus primum hominem vocet de terræ limo, ſecundum vero de cælo, (1. Cor. 15.) merito & nos, qui eſſe debemus patri Deo ſimiles, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos & pluit ſuper juſtos & injuſtos, (Matth. 5.) ſic Chriſto monente oramus & petimus ut precem pro omnium ſalute faciamus; ut quomodo in cælo, id eſt, in nobis, per fidem noſtram voluntas Dei facta eſt ut eſſemus e cælo, ita & in terra, hoc eſt, [26] in illis non credentibus, fiat voluntas Dei, ut qui adhuc ſunt prima nativitate terreni, incipiant eſſe cæleſtes ex aqua & ſpiritu nati. Procedente oratione poſtulamus & dicimus: [27] *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Quod poteſt & ſpiritaliter & ſimpliciter intelligi, quia & uterque intellectus utilitate divina proficit ad ſalutem. Nam panis vitæ Chriſtus eſt, & panis hic omnium non eſt, ſed noſter eſt. Et quomodo dicimus *Pater noſter*, quia intelligentium & credentium pater eſt, ſic & panem noſtrum vocamus, quia Chri-

[38] Chriſtus eorum qui corpus ejus contingunt pa- A
nis eſt. [39] Hunc autem panem dari nobis quo-
tidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, &
euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipi-
mus, intercedente aliquo graviore delicto, dum
[40] abſtenti & non communicantes a cæleſti pa-
ne prohibemur, a Chriſti corpore ſeparemur,
Joan. 6. ipſo prædicante & monente: *Ego ſum panis
vitæ qui de cælo deſcendi. Si quis ederit de meo
pane, vivet in æternum.* [41] *Panis autem quem ego
dedero caro mea eſt pro ſæculi vita.* Quando er-
go dicit in æternum vivere ſi quis ederit de e- B
jus pane, ut manifeſtum eſt eos vivere qui cor-
pus ejus attingunt & euchariſtiam jure com-
municationis accipiunt, ita contra timendum
eſt [42] & orandum ne dum quis abſtentus ſepa-
ratur a Chriſti corpore [43] procul remaneat a
Joan. 6. ſalute, comminante ipſo & dicente: *Niſi ede-
ritis carnem filii hominis & biberitis ſanguinem ejus,
non habebitis vitam in vobis.* Et ideo [44] panem
noſtrum, id eſt, Chriſtum, dari nobis quoti-
die petimus, ut qui in Chriſto manemus &
vivimus, a ſanctificatione ejus & corpore non
recedamus. Poteſt vero & ſic intelligi, ut qui C
ſæculo renuntiavimus, & divitias ejus & pom-
pas fide gratiæ ſpiritalis abjecimus, cibum no-
bis tantum petamus & victum, quando inſtru-
Luc. 14. at Dominus & dicat: *Qui non renuntiat omnibus
quæ ſunt ejus, non poteſt meus diſcipulus eſſe.*
Qui autem Chriſti cœpit eſſe diſcipulus, ſe-
cundum magiſtri ſui vocem renuntians omni-
bus, diurnum debet cibum petere nec in lon-
gum deſideria petitionis extendere, ipſo ite-
Matth. 6. rum Domino præſcribente & dicente: *Nolite
in craſtinum* [45] *cogitare. Craſtinus enim ipſe cogi-
tabit ſibi. Sufficit diei malitia ſua.* Merito ergo D
Chriſti diſcipulus victum ſibi in diem poſtulat,
qui de craſtino cogitare prohibetur; quia &
contrarium ſibi fit & repugnans ut quæramus
in ſæculo diu vivere qui petimus regnum Dei
velociter advenire. Sic & beatus apoſtolus mo-
net formans & corroborans ſpei noſtræ ac fi-
1. Tim. 6. dei firmitatem. *Nihil*, inquit, *intulimus in hunc
mundum, verum nec auferre poſſumus. Haben-
tes itaque* [46] *exhibitionem & tegumentum, his
contenti ſimus. Qui autem volunt divites fieri,
incidunt in tentationem & muſcipulam & deſideria* E
*multa & nocentia, quæ mergunt hominem in per-
ditionem & in interitum. Radix enim omnium ma-
lorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes nau-
fragaverunt a fide & inſeruerunt ſe doloribus mul-
tis.* Docet non tantum contemnendas, ſed &
periculoſas eſſe divitias, illic eſſe radicem ma-
lorum blandientium, cæcitatem mentis huma-
næ occulta deceptione fallentium. Unde & di-
vitem ſtultum ſæculares copias cogitantem &
ſe exuberantium fructuum largitate jactantem re-
Luc. 11. darguit Deus dicens: *Stulte, hac nocte expoſtu-* F
latur anima tua. Quæ ergo paraſti cujus erunt?
Lætabatur ſtultus in fructibus ipſa nocte mori-
turus; & cui vita jam deerat, victus abundan-
tiam cogitabat. Contra autem Dominus perfe-
ctum & conſummatum docet fieri qui, omni-
bus ſuis venditis atque in uſum pauperum diſ-
Matt. 19. tributis, theſaurum ſibi condat in cælo. Eum
dicit poſſe ſe ſequi & gloriam dominicæ paſ-
ſionis imitari qui expeditus & ſuccinctus nul-
lis laqueis rei familiaris involvitur, ſed ſolu-
tus ac liber facultates ſuas ad Deum ante præ-

A miſſas ipſe quoque comitatur. Ad quod ut poſ-
ſit unuſquiſque noſtrum parare ſe ſic diſcat o-
rare & de orationis lege qualis eſſe debeat no-
ſcere. Neque enim deeſſe quotidianus cibus
poteſt juſto, cum ſcriptum ſit: *Non occidet Do-* Prov. 10.
minus fame animam juſtam. Et iterum: *Junior* Pſal. 36.
*fui, & ſenui; & non vidi juſtum derelictum, ne-
que ſemen ejus quærens panem.* Item Dominus
promittat & dicat: *Nolite cogitare dicentes:* Matth. 6.
*Quid edemus, aut quid bibemus, aut quid veſtie-
mur? Hæc enim nationes quærunt. Scit autem pa-
B ter veſter quia horum omnium indigetis. Quærite
primum regnum Dei & juſtitiam ejus, & hæc o-
mnia apponentur vobis.* [47] Quærentibus regnum
& juſtitiam Dei omnia promittit apponi. Nam
cum Dei ſint omnia, habenti Deum nihil
deerit, ſi Deo ipſe non deſit. Sic Danieli in Dan. 14.
leonum lacu juſſu regis incluſo prandium di-
vinitus procuratur, & inter feras eſurientes &
parcentes homo Dei paſcitur. Sic alitur He- 3. Reg.
lias in fuga; & in ſolitudine corvis miniſtran- 17.
tibus, & volucribus cibum ſibi apportantibus,
in perſecutione nutritur. Atque, o humanæ
C malitiæ deteſtanda crudelitas, feræ parcunt, a-
ves paſcunt, & homines inſidiantur & ſæviunt.
Poſt hæc & pro peccatis noſtris deprecamur
dicentes: *Et remitte nobis* [48] *debita noſtra ſicut*
[49] *& nos remittimus debitoribus noſtris.* Poſt ſubſi-
dium cibi petitur & venia delicti; ut qui a
Deo paſcitur, in Deo vivat, nec tantum præ-
ſenti & temporali vitæ ſed & æternæ conſula-
tur; ad quam veniri poteſt, ſi peccata donen-
tur: quæ debita Dominus appellat, ſicut in
evangelio ſuo dicit: *Dimiſi tibi omne debitum,* Matt. 18.
D *quia me rogaſti.* [50] Quam neceſſarie autem, quam
providenter & ſalutariter admonemur quod pec-
catores ſumus, qui pro peccatis rogare com-
pellimur, ut dum indulgentia de Deo petitur,
conſcientiæ ſuæ animus recordetur. Ne quis ſi-
bi quaſi [51] innocens placeat & ſe extollendo
plus pereat, inſtruitur & docetur peccare ſe quo-
tidie, dum quotidie pro peccatis jubetur orare.
Sic denique & Joannes in epiſtola ſua monet
dicens: *Si dixerimus quia peccatum non habemus,* 1. Joa. 8.
[52] *nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt.
Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis
E & juſtus eſt Dominus qui nobis peccata dimittat.*
In epiſtola ſua utrumque complexus eſt, quod
& rogare pro peccatis debeamus, & impetre-
mus indulgentiam cum rogamus. Ideo & fide-
lem dixit Dominum ad dimittenda peccata,
fidem pollicitationis ſuæ reſervantem. Quia qui
orare nos pro debitis & peccatis docuit, pater-
nam miſericordiam promiſit & veniam ſecutu-
ram. Adjunxit plane & addidit legem certa
nos conditione & ſponſione conſtringens ut ſic
nobis dimitti debita poſtulemus ſecundum quod
F & ipſi debitoribus noſtris dimittimus, ſcientes
impetrari non poſſe quod pro peccatis peti-
mus, niſi & ipſi [53] circa debitores noſtros pa-
ria fecerimus. Iccirco & alio in loco dicit: *In* Matth. 7.
*qua menſura menſi fueritis, in ea remetietur vo-
bis.* Et qui ſervus poſt dimiſſum ſibi a domi- Matt. 18.
no omne debitum conſervo ſuo noluit ipſe di-
mittere, in carcerem [54] religatur. Quia indul-
gere conſervo ſuo noluit, quod ſibi a Domino
indultum fuerat amiſit. Quæ adhuc fortius Chri-
ſtus in præceptis ſuis majore cenſuræ ſuæ vigo-
re proponit. *Cum ſteteritis*, inquit, *ad orationem,* Marc. 11.

remittite ſi quid habetis adverſus aliquem, ut & pater veſter qui in cælis eſt remittat peccata veſtra vobis. Si autem vos non remiſeritis, neque pater veſter qui in cælis eſt remittet vobis peccata veſtra. Excuſatio tibi nulla in die judicii ſupereſt, cum ſecundum tuam ſententiam judiceris, & qnod feceris hoc & ipſe patiaris. Pacificos enim & concordes atque unanimes eſſe in domo ſua Deus præcipit, & quales nos fecit ſecunda nativitate, tales vult renatos perſeverare; ut qui filii Dei eſſe cœpimus, in Dei pace maneamus, & quibus ſpiritus unus eſt, unus ſit & animus & ſenſus. Sic nec ſacrifi-
Matt. 5. cium Deus recipit diſſidentis, & ab altari revertentem prius fratri reconciliari jubet, ut pacificis precibus & Deus poſſit eſſe pacatus. Sacrificium Deo majus eſt pax noſtra & fraterna concordia & de unitate patris & filii & ſpiritus
Gen. 4. ſancti plebs adunata. Neque enim in ſacrificiis quæ Abel & Cain primi obtulerunt munera eorum Deus ſed corda intuebatur, ut ille placeret in munere qui placebat in corde. Abel pacificus & juſtus, dum Deo ſacrificat [55] innocenter, docuit & ceteros quando ad altare munus offerunt ſic venire cum Dei timore, cum ſimplici corde, cum lege juſtitiæ, cum concordiæ pace. Merito ille dum in ſacrificio Dei talis eſt, ipſe poſtmodum ſacrificium Deo factus eſt, ut martyrium primus oſtendens initiaret ſanguinis ſui gloria dominicam paſſionem qui & juſtitiam Domini habuerat & pacem. Tales denique a Domino coronantur, tales in die judicii cum Domino [56] judicabunt. Ceterum diſcordans & diſſidens & pacem cum fratribus non habens, ſecundum quod beatus apoſtolus & ſcriptura ſancta teſtatur, nec ſi pro nomine Chriſti occiſus fuerit, crimen diſſenſionis fraternæ poterit evadere,
1. Joa. 3. quia ſicut ſcriptum eſt, *Qui fratrem ſuum odit, homicida eſt, nec ad regnum cælorum pervenit aut cum Deo vivit homicida*, non poteſt eſſe cum Chriſto qui imitator Judæ maluit eſſe quam Chriſti. Quale delictum eſt quod nec baptiſmo ſanguinis poteſt ablui? Quale crimen eſt quod martyrio non poteſt expiari? Illud quoque neceſſarie admonet Dominus ut in oratione dicamus: *Et ne nos patiaris induci in tentationem.* Qua in parte oſtenditur nihil contra nos adverſarium poſſe, niſi Deus ante permiſerit; ut omnis timor noſter & devotio atque obſervatio ad Deum convertatur, quando in tentationibus noſtris nihil malo liceat, niſi poteſtas inde tribuatur. Probat ſcriptura divina quæ di-
4. Reg. 24. cit: *Venit Nabuchodonoſor rex Babyloniæ in Hieruſalem, & expugnabat eum, & dedit eam Dominus in manu ejus.* Datur autem poteſtas adverſus nos malo ſecundum noſtra peccata, ſic-
Iſa. 42. ut ſcriptum eſt: *Quis dedit in direptionem Jacob & Iſrael eis qui prædantur illum? Nonne Deus cui peccaverunt, & nolebant in viis ejus ambulare neque audire legem ejus, & ſuperduxit ſuper eos iram animationis ſuæ?* Et iterum Salomone peccante & a præceptis atque a viis
3. Reg. 11. Domini recedente poſitum eſt: *Et excitavit Dominus ſatanan ipſi Salomoni.* Poteſtas vero dupliciter adverſus nos datur, vel ad pœnam, cum delinquimus, vel ad gloriam, cum probamur; ſicuti de Job factum videmus, mani-
Job 1. feſtante Deo & dicente: *Ecce omnia quæcum-*

A *que habet in manus tuas do; ſed ipſum cave* [57] *ne tangas.* Et Dominus in evangelio ſuo loquitur [58] tempore paſſionis: *Nullam haberes adverſum me poteſtatem, niſi datum eſſet tibi deſuper.* Joan. 19. [59] Quaudo autem rogamus ne in tentationem veniamus, admonemur infirmitatis & imbecillitatis noſtræ dum ſic rogamus, ne quis ſe inſolenter extollat, ne quis ſibi ſuperbe atque arroganter aliquid aſſumat, ne quis ſibi aut confeſſionis aut paſſionis gloriam ſuam ducat, cum Dominus ipſe humilitatem docens
B dixerit: *Vigilate, & orate ne veniatis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma;* Marc. 14. ut dum præcedit humilis & ſummiſſa confeſſio, & datur totum Deo, quidquid ſuppliciter cum timore & honore Dei petitur ipſius pietate præſtetur. Poſt iſta omnia in conſummatione orationis [60] venit clauſula univerſas petitiones & preces noſtras collecta brevitate concludens. In noviſſimo enim ponimus, [61] *ſed libera nos a malo*, comprehendentes adverſa cuncta quæ contra nos in hoc mundo molitur inimicus; a quibus poteſt eſſe fida
C & firma tutela, ſi nos Deus liberet, ſi deprecantibus atque implorantibus opem ſuam præſtet. Quando autem dicimus, *libera nos a malo*, nihil remanet quod ultra adhuc debeat poſtulari, quando ſemel protectionem Dei adverſus malum petamus; qua impetrata, contra omnia quæ diabolus & mundus operantur ſecuri ſtamus & tuti. Quis enim ei de ſæculo metus eſt cui in ſæculo Deus tutor eſt? Quid mirum, fratres dilectiſſimi, ſi oratio talis eſt quam Deus docuit, qui magiſterio ſuo omnem
D precem noſtram ſalutari ſermone breviavit? Hoc jam per Eſaiam prophetam fuerat ante prædictum, cum plenus ſpiritu ſancto de Dei majeſtate ac pietate loqueretur. *Verbum conſummans*, Iſa. 10. inquit, *& brevians in juſtitia, quoniam ſermonem breviatum faciet Deus in toto orbe terræ.* Nam cum Dei ſermo Dominus noſter Jeſus Chriſtus omnibus venerit, & colligens doctos pariter & indoctos omni ſexui atque ætati præcepta ſalutis ediderit, præceptorum ſuorum fecit grande compendium, ut in diſciplina cæleſti diſcentium memoria non laboraret,
E ſed quod eſſet ſimplici fidei neceſſarinm velociter diſceret. Sic cum doceret quid ſit vita æterna, ſacramentum vitæ magna & divina brevitate complexus eſt dicens: *Hæc eſt autem vi-* Joan. 17. *ta æterna, ut cognoſcant te ſolum & verum Deum & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.* Item cum de lege & prophetis præcepta prima & majora decerperet: *Audi*, inquit, *Iſrael. Dominus Deus* Deut. 6. *tuus Deus unus eſt. Et diliges Dominum Deum* Marc. 12. *tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua. Hoc eſt primum manda-*
F *tum. Et ſecundum ſimile eſt huic: Diliges proximum tibi tamquam te ipſum. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ.* Et iterum: *Quæcumque volueritis ut faciant vobis homines bo-* Matt. 7. *na, ita & vos facite illis. Hæc eſt enim lex & prophetæ.* Nec verbis tantum, ſed & factis Dominus orare nos docuit, ipſe orans frequenter & deprecans, & quid facere nos oporteret exempli ſui conteſtatione demonſtrans, ſicut ſcriptnm eſt: *Ipſe autem fuit ſecedens in ſolitu-* Marc. 1. *dinem & adorans.* Et iterum: *Exivit in mon-* Luc. 6. *tem orare, & fuit pernoctans in oratione Dei.*

Quod

Quod ſi ille orabat qui ſine peccato erat, quan-
to magis peccatores oportet orare? Et ſi ille
per totam noctem jugiter vigilans continuis pre-
cibus orabat, quanto nos magis in frequentan-
da oratione debemus nocte vigilare? Orabat an-
tem Dominus & rogabat, non pro ſe, quid
enim pro ſe innocens precaretur, ſed pro de-
lictis noſtris, ſicut & ipſe declarat cum dicit
Luc. 22. ad Petrum: *Ecce ſatanas " poſtulavit ut vos "
vexaret quomodo triticum. Ego autem rogavi pro
te ne deficiat fides tua*. Et poſtmodum pro o-
Joa. 17. mnibus patrem deprecatur dicens: *Non pro his
autem rogo ſolis, ſed & pro illis qui credituri ſunt
per verbum ipſorum in me, ut omnes unum ſint,
ſicut tu pater in me & ego in te, ut & ipſi in
nobis unum ſint*. Magna Domini propter ſalu-
tem noſtram benignitas pariter & pietas, ut
non contentus quod nos ſanguine ſuo redime-
ret, adhuc pro nobis amplius & rogaret. Ro-
gantis autem deſiderium videte quod fuerit, ut
quomodo unum ſunt pater & filius, ſic & nos
in ipſa unitate maneamus. Ut hinc quoque
poſſit intelligi quantum delinquat qui unitatem
ſcindit & pacem, cum pro hoc & rogaverit Do-
minus, volens ſcilicet ſic plebem ſuam ſalvam
fieri & in pace vivere, cum ſciret ad regnum
Dei diſcordiam non venire. Quando autem ſta-
mus ad orationem, fratres dilectiſſimi, vigila-
re & incumbere ad preces toto corde debemus.
Cogitatio omnis carnalis & ſæcularis abſcedat,
nec quidquam tunc animus quam id ſolum co-
gitet quod precatur. Ideo & ſacerdos ante o-
rationem præfatione præmiſſa parat fratrum
mentes dicendo, " *Surſum corda*; ut dum re-
ſpondet plebs, *habemus ad Dominum*, admo-
neatur nihil aliud ſe quam Dominum cogita-
re debere. Claudatur contra adverſarium pe-
ctus, & ſoli Deo pateat, nec ad ſe hoſtem
Dei tempore orationis adire patiatur. Obrepit
enim frequenter & penetrat, & ſubtiliter fal-
lens preces noſtras a Deo avocat, ut aliud ha-
beamus in corde, aliud in voce, quando in-
tentione ſincera Dominum debeat non vocis
ſonus, ſed animus & ſenſus, orare. Quæ au-
tem ſegnitia eſt alienari & rapi ineptis cogi-
tationibus & prophanis cum Dominum depre-
caris, quaſi ſit aliud quod magis debeas cogi-
tare quam quod cum Deo loqueris? Quomo-
do te audiri a Deo poſtulas, cum te ipſe non
audias? Vis eſſe Deum memorem tui cum ro-
gas, quando tu ipſe memor tui non ſis? Hoc
eſt ab hoſte in totum non cavere. Hoc eſt,
quando oras Deum, majeſtatem Dei negli-
gentia orationis offendere. Hoc eſt vigilare o-
culis & corde dormire, cum debeat chriſtia-
nus & cum dormit oculis corde vigilare, ſicut
ſcriptum eſt ex perſona eccleſiæ loquentis in
Cant. 5. cantico canticorum: *Ego dormio, & cor meum
vigilat*. Quapropter ſollicite & caute apoſtolus
Coloſſ. 4. admonet dicens, *Inſtate orationi vigilantes in ea*,
docens ſcilicet & oſtendens eos impetrare quod
poſtulant de Deo poſſe quos Deus videat in
oratione vigilare. Orantes autem non infru-
ctuoſis nec nudis precibus ad Deum veniant.
Inefficax petitio eſt cum precatur Deum ſteri-
lis oratio. Nam cum omnis arbor non faciens
fructum excidatur & in ignem mittatur, uti-
que & ſermo non habens fructum promereri
Deum non poteſt, quia nulla eſt operatione

A ſecundus. Et ideo ſcriptura divina inſtruit di-
cens: *Bona eſt oratio cum jejunio & eleemoſyna*. Tob. 12.
Nam qui in die judicii præmium pro operibus
& eleemoſynis redditurus eſt, hodie quoque ad
orationem cum operatione venienti benignus
auditor eſt. Sic denique Cornelius centurio
cum oraret, meruit audiri. Fuit enim faciens
multas eleemoſynas in plebem & ſemper orans
Deum. Huic circa horam nonam oranti aſtitit
angelus teſtimonium reddens ſui operis & di-
cens: *Corneli, orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ a-* Act. 10.
B *ſcenderunt ad memoriam coram Deo*. Cito ora-
tiones ad Deum aſcendunt quas ad Deum me-
rita noſtri operis imponunt. Sic & Raphael
angelus Tobiæ oranti ſemper & ſemper ope-
ranti teſtis fuit dicens: *Opera Dei revelare &* Tob. 12.
*confiteri honorificum eſt. Nam quando orabas tu
& Sarra, ego obtuli memoriam orationis veſtræ in
conſpectu claritatis Dei. Et cum ſepelires tu mor-
tuos ſimpliciter, & quia non es cunctatus exſurge-
re & derelinquere prandium tuum, ſed abiſti &
condidiſti mortuum, miſſus ſum tentare te; & ite-
rum me miſit Deus curare te & Sarram nurum
C tuam. Ego enim ſum Raphael, unus ex ſeptem
" angelis juſtis qui aſſiſtimus & converſamur ante
claritatem Dei*. Per Eſaiam quoque Dominus
admonet & docet ſimilia conteſtans: *Solve*, in- Iſa. 58.
quit, *omnem nodum injuſtitiæ, reſolve ſuffocatio-
nes impotentium commerciorum. Dimitte quaſſatos
in requiem, & omnem conſignationem injuſtam diſ-
ſipa. Frange eſurienti panem tuum, & egenos ſi-
ne tecta induc in domum tuam. Si videris nudum,
veſti; & domeſticos ſeminis tui non deſpicies.
Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & veſti-
menta tua cito orientur, & præibit ante te juſti-
D tia, & claritas Dei circumdabit te. Tunc excla-
mabis, & Deus exaudiet te, & dum adhuc lo-
queris dicet: Ecce adſum*. Adeſſe ſe repromit-
tit & audire ac protegere ſe eos dicit qui inju-
ſtitiæ nodos de corde ſolventes & eleemoſynas
circa domeſticos Dei ſecundum ejus præcepta
facientes, dum audiunt quod Deus præcipit
fieri, ipſi quoque a Deo merentur audiri.
Beatus apoſtolus Paulus in neceſſitate preſſuræ
adjutus a fratribus opera bona quæ fiunt ſacri-
ficia Dei dixit eſſe. *Saturatus ſum*, inquit, *re-* Phil. 4.
E *cipiens ab Epaphrodita ea quæ a vobis miſſa ſunt,
odorem ſuavitatis, ſacrificium acceptum & placi-
tum Deo*. Nam quando quis miſeretur paupe-
ris, Deum fenerat; & qui dat minimis, Deo
donat, ſpiritaliter Deo ſuavitatis odorem ſacri-
ficat. In orationibus vero celebrandis inveni-
mus obſervaſſe cum Daniele tres pueros in fi-
de fortes & in captivitate victores horam ter-
tiam, ſextam, nonam, ſacramento ſcilicet tri-
nitatis, quæ in noviſſimis temporibus manife-
ſtari habebat. Nam & prima hora in tertiam
veniens conſummatum numerum trinitatis o-
F ſtendit. Itemque ad ſextam quarta procedens
declarat alteram trinitatem. Et quando a ſe-
ptima nona completur, per ternas horas tri-
nitas perfecta numeratur. Quæ horarum ſpatia
jampridem ſpiritaliter determinantes adoratores
Dei ſtatutis & legitimis ad precem temporibus
ſervabant. Et manifeſtata poſtmodum res eſt
ſacramenta olim fuiſſe quod ante ſic juſti pre-
cabantur. Nam ſuper diſcipulos hora tertia Act. 2.
deſcendit ſpiritus ſanctus, qui gratiam domi-
nicæ repromiſſionis implevit. Item " Petrus Act. 10.
hora

A hora ſexta in tectum ſuperius aſcendens ſigno pariter & voce Dei monentia inſtructus eſt ut omnes ad gratiam ſalutis admitteret, cum de emundandis gentilibus ante dubitaret. Et Dominus hora ſexta crucifixus ad nonam peccata noſtra ſanguine ſuo abluit, & ut redimere & vivificare nos poſſet, tunc victoriam ſuam paſſione perfecit. Sed nobis, fratres dilectiſſimi, præter horas antiquitus [67] obſervatas orandi nunc & ſpatia & ſacramenta creverunt. Nam & mane orandum eſt, ut reſurrectio Domini matu- B tina oratione celebretur. Quod olim ſpiritus ſanctus deſignabat in pſalmis dicens: *Rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine; mane exaudies vocem meam, [68] mane aſſiſtam tibi, & contemplabor te*. (*Pſal. 5.*) Et iterum per prophetam loquitur Dominus: *Diluculo vigilabunt ad me dicentes: Eamus & revertamur ad Dominum Deum noſtrum*. (*Oſee 6.*) Recedente item ſole ac die ceſſante neceſſario rurſus orandum eſt. Nam quia Chriſtus ſol verus & dies eſt verus, ſole ac die C ſæculi recedente, quando oramus & petimus ut ſuper nos lux denuo veniat, Chriſti precamur adventum lucis æternæ gratiam præbiturum. Chriſtum autem diem dictum declarat in pſalmis ſpiritus ſanctus. *Lapis*, inquit, *quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino factus eſt iſte, & eſt admirabilis in oculis noſtris. Iſte eſt dies quem fecit Dominus, [69] ambulemus & jucundemur in eo*. (*Pſalm. 117.*) Item D quod ſol appellatus ſit [70] Malachias propheta teſtatur dicens: *Vobis autem, qui timetis nomen Domini, orietur ſol juſtitiæ, & in alis ejus curatio eſt*. (*Malach. 4.*) Quod ſi in ſcripturis ſanctis ſol verus & A dies verus eſt Chriſtus, hora nulla a chriſtianis excipitur quo minus frequenter ac ſemper Deus debeat adorari; ut qui in Chriſto hoc eſt in ſole & in die vero ſumus, inſiſtamus per totum diem precibus & oremus, & quando mundi lege decurrens vicibus alternis nox revoluta ſuccedit, nullum de nocturnis tenebris eſſe orantibus damnum poteſt, quia filiis lucis & in noctibus dies eſt. Quando enim ſine lumine eſt cui lumen in corde eſt? Aut quando B ſol ei & dies non eſt cui ſol & dies Chriſtus eſt? Qui autem in Chriſto, hoc eſt in lumine, ſemper ſumus, nec noctibus ab oratione ceſſemus. Sic Anna vidua ſine intermiſſione rogans ſemper & vigilans perſeverabat in promerendo Deo, ſicut in evangelio ſcriptum eſt. *Non recedebat*, inquit, *de templo, jejuniis & orationibus ſerviens nocte ac die*. (*Luc. 2.*) Viderint vel gentiles, qui necdum illuminati ſunt, vel Judæi, qui [71] deſerto lumine in tenebris remanſerunt. C Nos, fratres dilectiſſimi, qui in Domini luce ſemper ſumus, qui meminimus & tenemus quid eſſe accepta gratia cœperimus, computemus noctem pro die. Ambulare nos credamus ſemper in lumine, non impediamur a tenebris quas evaſimus. Nulla ſint horis nocturnis precum damna, nulla orationum pigra & ignava diſpendia. Per Dei indulgentiam recreati ſpiritaliter & renati imitemur quod futuri D ſumus. Habituri in regno ſine interventu noctis ſolum diem ſic nocte quaſi in lumine vigilemus. Oraturi ſemper & acturi gratias Deo hic quoque orare & gratias agere non deſinamus.

NOTÆ AD LIBRUM DE ORATIONE DOMINICA.

1 SAnctus Hilarius epiſcopus Pictavienſis cap. 5. commentarii in Matthæum ſic loquitur de libro iſto: *De orationis autem ſacramento neceſſitate nos commentandi Cyprianus ſanctæ memoriæ liberavit*. Sanctus Auguſtinus in epiſtola ad Valerianum: *Legimus eis etiam librum beatiſſimi martyris Cypriani de oratione dominica, & oſtendimus quemadmodum docuerit omnia quæ ad mores noſtros pertinent, quibus recte vivimus, a patre noſtro qui in cælis eſt expoſcenda, ne de libero præſumentes arbitrio a divina gratia decidamus*. Ejuſdem argumenti librum habemus apud Tertullianum. In concilio Gerundenſi ſtatutum eſt ut omnibus diebus poſt matutinas & veſperas oratio dominica proferatur. Et tamen poſtea nonnulli ſacerdotes, ut in canone decimo concilii Toletani quarti legitur, inventi ſunt qui dominicam orationem non quotidie ſed die tantum dominica dicerent. Vide VVeſeli Ganſfortii Groningenſis tractatum de oratione.

2 *Magis ſpiritalis*] Pamelius monuit ſcriptum eſſe *ſpiritalior* in quatuor antiquis codicibus. Ego quoque ita repperi in ſex. Vide notas ad librum de habitu virginum pag. 364.

3 *Quæ a Chriſto*] Manutius poſuit *quæ vere a Chriſto*. Sed ego vocem *vere*, quæ non habetur in antiquis editionibus neque in veteribus libris noſtris, & inutilis eſt, abjeci. Nemo quippe dubitare poteſt quin oratio dominica compoſita ſit a Chriſto. Editio quoque Anglicana eam vocem rejecit.

4 *Deum de ſuo rogare*] Seneca epiſt. 10. *Audacter Deum roga, nihil de alieno rogaturus*.

5 *Chriſti oratione*] Secuti in hoc loco ſumus editionem Rigaltii, quam ipſe veram eſſe probat ratione & exemplo. Nititur autem ea plurium veterum librorum auctoritate.

6 *Denique magiſterio*] Citat hunc locum ſanctus Fulgentius lib. 2. ad Traſimundum cap. 16.

7 *Abditis & ſemotis*] Veteres editiones & tres libri veteres præferunt *abditis & ſecretis vel ſemotis*, ut lector eam lectionem acciperet quam mallet. Itaque quidam habebant *in abditis & ſecretis*, alii *in abditis vel ſemotis*.

8 *Cogitationes hominum*] Vox *hominum* deeſt in antiquiſſima editione hujus libri quam habeo, in quibuſdam editionibus, & in quibuſdam codicibus antiquis. Certe non eſt neceſſaria.

9 *Labia ejus movebantur*] Horatius lib. 1. epiſt. 16. *Labra movet metuens audiri*. Perſius ſat. 5. *Labra moves tacitus*, id eſt, *clam bene precando*, ut ait Volſeus interpretans hunc locum. Sic Judith commemoratus quod oraret cum lacrimis & labiorum motu in ſilentio. Auguſtinus in libro quinquaginta homiliarum homilia 23. *Tacita loquebatur, non ſermone rogabat, ſed devotionem oſtendebat*. Alio ſenſu apud Petronium Quartilla *commovebat vulgiter labra*.

10 *Dicite in cordibus*] Quatuor libri veteres, & in his Seguierianus, habent: *Dicite in cordibus veſtris & in cubilibus veſtris compungimini*. Quod congruit cum verſione vulgata pſalmi quarti.

11 *Sanctificari hic*] Pamelius auctoritate codicis Cambronenſis poſuit *ſanctificari publicanus hic*. Verum vox *publicanus*, quæ valde ſuperflua & inutilis eſt in hoc loco, non reperitur in antiquis exemplaribus noſtris neque in Anglicanis, neque demum in editionibus antiquis. Recte ergo fecerunt Angli dum eam expunxerunt. Gronovius cap. 14. ſuarum obſervationum in ſcriptoribus eccleſiaſticis jam dixerat additamentum eſſe ex interpretatione.

12 *Qui humilibus*] Pamelius ex eodem codice Cambronenſi ſcripſit, *qui ſemper humilibus ignoſcit*. Vocem *ſemper* non habent veteres editiones nec libri veteres. Et tamen Angli eam retinuerunt, quamvis octo eorum libri illam non habeant.

13 *Vel. ad cælum levare*] Codex Seguierianus, *levabat ad cælum*. Sic etiam in alio veteri libro. In evangelio ſecundum Lucam, *nolebat nec oculos ad cælum levare*. Ubi vide annotationes Eraſmi.

14 *Unitatis magiſter*] Codex Fuxenſis, *unitatis amator & magiſter*.

15 *Singillatim*] Ita ſeptemdecim libri veteres. At antiquæ editiones, etiam Manutiana & Morelliana, & undecim vetera exemplaria præferunt *ſingulatim*. Sic etiam

etiam in nova noſtra conciliorum editione pag. 1097. monuimos veteres concilii Chalcedonenſis codices habere *ſingillatim* pro eo quod editiones habent *ſingulatim*.

16 *Pro ſe ſolo*] Codex Turonenſis, *non pro ſe ſolo*. Hanc lectionem confirmare videtur unus vetus meus, in quo ſcriptum eſt *ne ut quis cum precatur pro ſe tantum precetur*.

17 *Chriſtus docuerat*] Pamelius ex codice Camberonenſi poſuit, *Chriſtus in carne viſus docuerat*. Pamelii editionem ſecuti ſunt Rigaltius & Angli. Sed cum eam additionem, quæ maxime ſuperflua eſt, neque libri veteres habeant neque veteres editiones, delevi.

18 *Aſcenſum*] Duæ veteres editiones & tres libri manuſcripti habent *aſcenſam*, duo *aſcenſionem*. Ego præferrem *aſcenſam*, niſi omnes fere libri veteres repugnarent. Nam Tertullianus & Cyprianus ſcribere ſolent remiſſam pro remiſſione. Vide gloſſarium Latinum Cangii.

19 *Qua fueras*] Ita omnes veteres editiones & omnia vetera exemplaria. Pamelius ex unico codice Camberonenſi poſuit *qua fuit*. Vide notas ad extremam partem libri de unitate eccleſiæ. Non video autem cur iſtud mutari debuerit, cum utriuſque lectionis idem ſit ſenſus.

20 *Filios generavi*] Hanc lectionem inveni in decem libris veteribus & in editione Manutiana. At in aliis editionibus & in ſeptemdecim vetuſtis exemplaribus legitur *genui*.

21 *Væ gens peccatrix*] Secutus ſum editionem Anglicanam, quia eam vidi confirmatam auctoritate veterum editionum & quatuordecim veterum librorum. Nam & Tertullianus in libro adverſus Judæos hoc eodem modo refere hunc locum, ut notavit etiam Pamelius. Aliam lectionem, quæ habet *Væ genti peccatrici populo pleno peccatis*, inveni in tredecim vetuſtis exemplaribus. In uno meo, *populo gravi iniquitate*. Quo etiam modo ſcriptum eſt in capite primo Iſaiæ in editione vulgata. Obſervat autem Arnobius lib. 1. ethnicos nobis exprobraſſe quod res noſtræ barbariſmis & ſolœciſmis obſitæ eſſent & vitiorum deformitate pollutæ. Vide lib. 3. teſtimoniorum cap. 3.

22 *Semen nequam*] Septuaginta, ut ait Hieronymus, verterunt *ſemen peſſimum*. Quo etiam modo habent tres libri noſtri veteres.

23 *Clarificate*] Codex Monaſterienſis, *glorificate vel clarificate*. Hinc factum ut quidam libri veteres habeant *glorificate*, alii *clarificate*. Vide notas ad librum de habitu virginum pag. 363.

24 *Sanct. nomen tuum*] Refert hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap 9. Hieronymus in epiſtola ad Sunium & Fretelam: *Sanctificetur nomen tuum, non quod nobis orantibus ſanctificetur quod per ſe ſanctum eſt, ſed quo petamus ut quod per naturam ſui ſanctum eſt ſanctificetur in nobis*. Rufinus in pſal. 75. *Sanctificetur nomen tuum. Quod non ſic petitur quaſi non ſit nomen ſanctum Dei, ſed ut ſanctum habeatur ab hominibus, id eſt ita illis innoteſcat Deus ut non exiſtiment aliquid ſanctius quod magis offendere timeant*. Vide Tertullianum in libro de oratione.

25 *Appetitores*] Quinque libri veteres habent *concubitores*. Sic etiam ſe in antiquiſſimo codice legiſſe teſtatur Morellius, in uno codice Bodlejano editio Anglicana. Sic etiam editio vulgata epiſtolarum ſancti Pauli.

26 *Fraudulenti*] Codex Fuxenſis *fraudatores vel fraudulenti*, ut arbitrium eſſet integrum lectori retinendæ lectionis quæ ſibi magis arrideret. Ego præfero ultimam, quia eam reperi in xxv. libris veteribus. Aliam raro reperi.

27 *Vivificato*] Ita omnes libri veteres & omnes antiquæ editiones. Manutiana habet *juſtificato*. Morellius retinuit veterem lectionem. Pamelius & Rigaltius maluerunt *juſtificato*. Sic etiam Angli, quamvis haberent auctoritatem plurium veterum exemplarium contra ſententiam. Vide concilium Carthaginenſe Cypriani in allocutione Felicis a Bagai.

28 *Reſurrectio ipſe ſit*] Omnes editiones, ſi Morellianam excipias, habent *reſurrectio noſtra ipſe ſit*. At vox *noſtra* deeſt in omnibus exemplaribus noſtris & in octo Anglicanis. Certe videtur non eſſe neceſſaria. Ceterum vocabulo reſurrectionis uti nollent Ciceroniani & qui nihil ſcribere volunt quod non ſit puræ Latinitatis. At chriſtiani, homines ſimplices & rerum magis quam verborum curioſi, crediderunt ſibi licere uti vocabulo quo unico ſignificarent reditum Chriſti ad vitam. Itaque dixerunt reſurrectionem. Nihil vulgatius in libris veterum ſcriptorum eccleſiaſticorum.

29 *Expellentur*] Codex Gratianopolitanus, *eicientur*. Lamonianus, *mittentur*.

30 *Addimus quoque*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum, cap. 9.

31 *In quæſtione*] Vide notas ad epiſtolam 11. pag. 76.

32 *Fieri autem petimus*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus in libro mox laudato & lib. 2. contra Julianum Pelagianum cap. 3.

33 *Impenſe*] Adverbium hoc deeſt in viginti & uno codicibus antiquis & in excerptis Flori. In editione quæ dicitur Gravii ſcriptum eſt minutiori charactere, ut daretur intelligi dubium eſſe an retineri deberet. Ego retinui quia exſtat in codice Seguieriano.

34 *Poteſt & ſic intelligi*] Et hunc quoque locum citat ſanctus Auguſtinus in epiſtola ad Valentinum.

35 *Pro iis qui nos*] id eſt *pro inimicis noſtris qui nondum in Chriſtum crediderunt*, ut explicat Auguſtinus in eodem libro quarto contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 10.

36 *In illis non cred.*] Negatio deeſt in omnibus fere libris noſtris & in Anglicanis, tum etiam in antiquis editionibus. Exſtat autem in ea quæ dicitur Gravii & in Morelliana. Eam habuiſſe codicem quo ſanctus Auguſtinus utebatur clare colligi poſſe videtur ex libro ejus de prædeſtinatione ſanctorum cap. 8.

37 *Panem n. quotid.*] Vide Hieronymum in caput ſecundum epiſtolæ ad Titum & Maldonati commentarium in caput quintum Matthæi in prima editione. Nam poſteriores non ſunt conſentaneæ. Huic malo medicinam attulit is qui anno 1677. nova editione donavit tractatum Maldonati de ſacramentis. Poſuit enim in præfatione ſua verba ejus qualia habentur in prima editione commentariorum in evangelia.

38 *Chriſtus eorum*] Ita emendavimus hunc locum ex fide octodecim librorum noſtrorum, in quibus eſt Seguierianus, & decem Anglicanorum, in quibus etiam legitur *contingunt*. Confirmant hanc emendationem hæc verba quæ paulo poſt ſequuntur, *manifeſtum eſt eos vivere qui corpus ejus contingunt*.

39 *Hunc autem panem*] Citatur hic locus a ſancto Auguſtino lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 9. & in concilio Toletano IV. can. 10. & ab Adrevaldo in libro de corpore & ſanguine Domini in tomo XII. ſpicilegii Dacheriani pag. 36.

40 *Abſtenti*] Codex Gratianopolitanus habet *abſtinentes*, Lamonianus *abſentes*. Et paulo poſt in Gratianopolitano ſcriptum eſt, *qui abſtinet ſeparetur*. Ex quo fortaſſis colligi poſſet legendum eſſe apud Auguſtinum in loco mox citato & lib. 2. de dono perſeverantiæ cap. 4. *abſtinentes* pro eo quod veteres editiones habebant *abſentes*. Verum in nova operum ſancti Auguſtini editione annotatum eſt *abſtenti* ſemper ſcriptum eſſe in manuſcriptis Gallicanis & Vaticanis.

41 *Panis autem quem*] Vide Gronovium cap. 14. obſervationum in ſcriptoribus eccleſiaſticis.

42 *Et orandum*] Hæc deſunt in duobus antiquis exemplaribus. Et quamvis exſtent in multis aliis & in editionibus, puto eſſe ſuperflua. Non ſum tamen auſus delere contra tot veterum librorum ſcripturam.

43 *Procul remaneat*] Cum vocem *procul* in nullo veterum librorum noſtrorum reperirem quam in Thuano, huc valde inclinabam ut delerem. Senſus enim integer eſt abſque illo vocabulo. Codex Seguierianus pro *procul* habet *extraneus*, unus meus & alius vetus *ſeparatus maneat*, octo libri noſtri & quatuor Anglicani *alienus*. Quæ variæ lectiones introductæ videntur ab iis qui neſciebant vocem *remaneat* ſolam conſtituere optimum ſenſum, ut in ſimili argumento dixi olim in capite 37. præfationis meæ in concilium Chalcedonenſe. Rufinus lib. 8. cap. 9. *ſed hoc ſolum ſinguli paveſcebant ne forte dum properum ſol urgens clauderet diem, ſeparatus a conſortio martyrum remaneret*. Sanctus Ambroſius lib. 1. officiorum cap. 41. agens de ſancto Laurentio: *Cum videret Xiſtum epiſcopum ſuum ad martyrium duci, flere cœpit, non paſſionem illius, ſed ſuam remanſionem*. Sic Pontius diaconus in libro quem ſcripſit de vita ſancti Cypriani ait: *Quid hoc loco faciam inter gaudium paſſionis & remanendi dolorem?*

44 *Pan. n. id eſt Chriſtum*] Citatur hic locus in canone decimo concilii Toletani IV.

45 *Cogitare*] Poſtea ſequebatur in duobus libris noſtris & in tribus Anglicanis *quid manducatis aut quid bibitis*. Quæ lectio confirmari poſſe videtur ex his verbis Matthæi 2. *Nolite cogitare dicentes, Quid edemus vel quid bibemus*. Quæ verba referuntur in ſequenti pagina. Seneca epiſt. 12. *Ille beatiſſimus eſt & ſecurus qui craſtinum ſine ſollicitudine exſpectat*.

46 *Exhibitionem*] Ita etiam infra in libro de opere &

Digitized by Google

re & eleemoſynis. Libri veteres & quædam veteres editiones præferunt *victum*. Tertullianus in libro de idololatria, *ſi ita neceſſitas exhibitionis obtenditur*. Et infra: *Male nobis de neceſſitatibus humanæ exhibitionis applaudimus*. Idem in libro de monogamia: *Quid ſi inopiam quis cauſetur, ut carnem ſuam apeſte proſtitutam profiteatur, exhibitionis cauſa nubentem, oblitus de victu & veſtitu non eſſe cogitandum?* Caſſianus lib. 1. cap. 3. dixit alimenta & operimenta, damnans interpretes qui veſtimenta poſuerunt pro operimentis.

47 *Quærentibus regnum*] In codice Gratianopolitano ſic habetur: *Quæri regnum Dei & juſtitiam ejus*.

48 *Debita*] quæ poſtea vocat peccata. Et tamen ſunt quidam qui putant eſſe diſcrimen inter debita & peccata, inter delicta & peccata. Vide annotationes Eraſmi in hunc locum Lucæ. Vide paulo poſt *circa debitores*.

49 *Et remittimus*] Vide Eraſmum ad hunc locum Matthæi & ad caput undecimum Lucæ.

50 *Quam neceſſarie*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 9.

51 *Innocens placeat*] Poſt hæc Pamelius adjecit ex codice Camberonenſi, *cum innocens nemo ſit*. Sed hoc additamentum non habetur in antiquis editionibus, neque in libris noſtris veteribus, uno Pithœano excepto, nec in decem Anglicanis. Et tamen Angli illud retinuerunt in editione ſua. Repetitio eſt cujuſdam ſtudioſi ex initio iſtius libri de oratione dominica.

52 *Nos ipſos decipimus*] Codex Gratianopolitanus, *ſeducimus*.

53 *Circa debitores*] Tres libri veteres habent *peccatores*.

54 *Religatur*] ita omnes fere libri veteres. Nam quod in Moyſſiacenſi & in Gratianopolitano ſcriptum eſt *relegatur*, iſtud profectum eſt ex permutatione litterarum. Qui vero poſtea retinuerunt hanc lectionem, id eſt Manutius & alii, putarunt vocem *relegatur* melius conjungi cum accuſativo quam *religatur*, non animadvertentes Tertullianum & Cyprianum ſæpe ſcripſiſſe *in carcerem*, ut legitur in antiquis codicibus, pro *in carcere*.

55 *Innocenter*] Codex Fuxenſis habet pro hac voce *mutones*, id eſt verveces. Quod videtur melius convenire cum hiſtoria.

56 *Judicabunt*] Quamvis ſciam omnes editiones, præter Morellianam, & quatuordecim antiqua exemplaria habere *vindicabuntur*, ego præfero lectionem editionis Morellianæ, quam adſtruunt ſeptem vetera exemplaria, quia in evangelio ſecundum Matthæum cap. 19. & ſecundum Lucam cap. 22. Chriſtus ait diſcipulos ſuos in regeneratione, cum venerit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, cum ipſo judicaturos duodecim tribus Iſrael. *In quo numero judicantium*, inquit ſanctus Auguſtinus in ſermone 351. de pœnitentia, *omnes intelliguntur qui propter evangelium omnia ſua dimiſerunt & ſecuti ſunt Dominum*. Vide Creſollium decade prima anthologiæ ſacræ cap. 1. ſect. 9. Itaque Cyprianus in epiſtola 81. ad confeſſores ait illos judicaturos nationes & regnaturos cum Chriſto. Lactantius cap. 57. epitomes: *Nos judicium Dei exſpectare debemus, ut eos poſtmodum qui de nobis judicaverint judicemus*. Ita vulgatæ editiones, melius profecto quam in editione Pfaffii, in qua ſcriptum eſt *qui de nobis judicant*. Porro in uno ex illis ſeptem codicibus antiquis quos commemoravimus & in Metenſi ſancti Arnulphi ſcriptum eſt *judicabuntur*. Ex quo alii haud dubie fecerunt *vindicabuntur*, ut in Carnotenſi. Error enim eſt conſtans. Eodem errore ſcriptum eſt in apologetico Tertulliani in quibuſdam veteribus libris & editionibus *Æſculapius fulmine judicatur*, cum in editione Pamelii recte poſitum ſit *vindicatur*, ut dicemus alibi. Vide annotationes Henrici Valeſii ad Euſebium lib. 6. cap. 42.

57 *Ne tangas*] Poſt iſta additum eſt in libro Fuxenſi: *Et alio loco dicit: Ecce trado illum tibi. Tantum animam illius cuſtodi*. Quod ſumptum eſt ex capite ſecundo libri Job, ut citatur a Tertulliano in libro de fuga in perſecutione.

58 *Tempore paſſionis*] Pamelius adjecit ex codice Camberonenſi *ad Pilatum*. Sed ego iſtud non reperi in libris noſtris, & manifeſtum eſt deeſſe in editionibus quæ Pamelianam anteceſſerunt.

59 *Quando an. rogamus*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 9.

60 *Venit clauſula*] Tertullianus in libro de oratione: *Et reſpondet clauſula interpretans quid ſit Ne nos inducas in tentationem*.

61 *Sed libera nos a malo*] Vide annotationes Eraſmi in caput undecimum Lucæ.

62 *Poſtulavit*] Vulgatæ editiones, Hilarius in libro decimo de Trinitate cap. 38. & Hieronymus lib. 2. adverſus Pelagium habent *expetivit*, uti legitur in capite ſecundo evangelii ſecundum Lucam. Gravii tamen quæ dicitur editio præfert *poſtulavit*. Cum ergo lectionem illam ego invenerim in XXVII. libris noſtris & in novem Anglicanis, tum etiam in libro Tertulliani de fuga in perſecutione, apud ſanctum Auguſtinum enarratione in pſalmum 100. & in editione Morelliana, non dubitavi quin ita reponendum eſſet, etiam quia ita ſcriptum eſt ſupra in epiſtola ſeptima.

63 *Vexaret*] In evangelio Lucæ & in uno codice Vaticano, tum etiam in libro ſecundo ſancti Auguſtini adverſus Pelagium legitur *cribraret*. At tres libri noſtri habent *ventilaret*. Quo etiam modo ſcriptum eſſe in vetuſtis exemplaribus libri decimi ſancti Hilarii de Trinitate adnotatum eſt in editione viri optimi & doctiſſimi Petri Couſtant, cui debemus egregiam editionem operum illius ſancti. Tertullianus in libro de fuga in perſecutione & Hilarius in libro mox laudato habent *cerneret*.

64 *Surſum corda*] Commodianus inſtructione 76. *Sacerdos Domini cum ſuſum corda præcipit*. Antiqui enim ſæpe ſcribebant *ſuſum* pro *ſurſum*, uti diximus ad caput 19. libri Lactantii de mortibus perſecutorum. Addo nunc Vitruvium, apud quem lib. 10. cap. 8. legitur *ab imo ſuſum* in veteri codice MS. Petri Pithœi. Vide onomaſticon Roſvvrydi ad vitas patrum & notationes ejus ad martyrologium Adonis.

65 *Angelis juſtis*] Plerique libri veteres habent *ſanctis*, ut in libro de mortalitate, ubi idem locus refertur.

66 *Petrus hora ſexta*] Vide Tertullianum in initio libri de jejuniis, Hieronymum in epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, & Danielis Heinſii annotationes in Clementem Alexandrinum pag. 77.

67 *Obſervatas*] Quædam vetera exemplaria habent *obſervandas*, unum meum *conſtitutas*.

68 *Mane aſſiſtam*] Codex Seguierianus, *mane adſtabo tibi & videbo te*. Alii tres, *mane adſtabo tibi & exaudies me*.

69 *Ambulemus*] Tres libri veteres, *exſultemus & lætemur*. Alii quatuor & editio Morelliana, *exſultemus & jocundemur*. Seguierianus, *lætemur & epulemur in eum*.

70 *Malachias*] Veteres editiones & tredecim libri veteres habent *Malachim*, Fuxenſis *Malachil*, Veronenſis *Malachiel*.

71 *Deſerto lumine*] Ita ferme omnes libri veteres. Quatuor tamen habent *deſerti a lumine*. Alii tres, *derelicti a lumine*.

[1] LIBER

[2] AD DEMETRIANUM.

OBLATRANTEM te & adverſus Deum, qui unus & verus eſt, ore ſacrilego & verbis impiis obſtrepentem frequenter, Demetriane, contemſeram, verecundius ac melius exiſtimans errantis imperitiam ſilentio ſpernere quam loquendo dementis inſaniam provocare. [3] Nec hoc ſine magiſterii divini auctoritate faciebam, cum ſcriptum ſit; *In aures imprudentis noli quidquam dicere; ne quando audierit, irrideat ſenſatos ſermones tuos*. Et iterum: *Noli reſpondere imprudenti ad imprudentiam ejus, ne ſimilis fias illi*. Et ſanctum quoque jubeamur

A

Prov. 23.

Prov. 26.

mur intra conſcientiam noſtram tenere nec inculcandum porcis & canibus exponere, loquente Domino & dicente: *Ne dederitis ſanctum canibus, neque miſeritis margaritas veſtras ante porcos, ne* [4] *inculcent eas pedibus,* [5] *& converſi elidant vos.* Matt. 7. Nam cum ad me ſæpe ſtudio magis contradicendi quam voto diſcendi venires, & clamoſis vocibus perſonans malles tua impudenter ingerere quam noſtra patienter audire, ineptum videbatur congredi tecum, quando facilius eſſet & levius turbulenti maris concitos fluctus clamoribus retundere quam tuam rabiem tractatibus coercere. Certe & labor irritus & nullus effectus, offerre lumen cæco, ſermonem ſurdo, ſapientiam bruto; cum nec ſentire brutus poſſit, nec cæcus lumen admittere, nec ſurdus audire. Hæc conſiderans ſæpe conticui, & impatientem [6] patientia vici, cum nec docere indocilem poſſem, nec impium religione comprimere, nec furentem lenitate cohibere. Sed enim cum dicas plurimos conqueri [7] quod bella crebrius ſurgant, quod lues, quod fames ſæviant, quodque [8] imbres & pluvias [9] ſerena longa ſuſpendant nobis imputari, tacere ultra non oportet; ne jam non [10] verecundiæ ſed diſſidentiæ eſſe incipiat quod tacemus, & dum criminationes falſas contemnimus refutare, videamur crimen agnoſcere. [11] Reſpondeo igitur & tibi, Demetriane, pariter & ceteris quos tu forſitan concitaſti, & adverſum nos odia tuis maledicis vocibus ſeminando, comites tibi plures radicis atque originis tuæ pullulatione feciſti; quos tamen ſermonis noſtri admittere credo rationem. Nam qui ad malum motus eſt mendacio fallente, multo magis ad bonum movebitur veritate cogente. Dixiſti per nos fieri & quod nobis debeant imputari omnia iſta quibus nunc mundus quatitur & urgetur, [12] quod dii veſtri a nobis non colantur. Qua in parte, quia ignarus divinæ cognitionis & veritatis alienus es, illud primo in loco ſcire debes, ſenuiſſe jam mundum, non illis viribus ſtare quibus prius ſteterat, nec vigore & robore eo valere quo antea prævalebat. Hoc etiam nobis tacentibus & nulla de ſcripturis ſanctis prædicationibuſque divinis documenta promentibus, mundus ipſe jam loquitur & occaſum ſui rerum labentium probatione teſtatur. Non hieme nutriendis ſeminibus tanta imbrium copia eſt, non frugibus æſtate torrendis ſolis tanta flagrantia eſt, nec ſic [13] vernante temperie ſata læta ſunt, nec adeo arboreis fetibus autumna fecunda ſunt. Minus de effoſſis & fatigatis montibus eruuntur marmorum cruſtæ, minus argenti & auri opes ſuggerunt exhauſta jam metalla, & pauperes venæ breviantur in dies ſingulos & decreſcunt, deficit in [14] arvis agricola, in mari nauta, miles in caſtris, innocentia in foro, juſtitia in judicio, in amicitiis concordia, in artibus peritia, in moribus diſciplina. Putaſne tu tantam poſſe ſubſtantiam rei ſeneſcentis exſiſtere quantum prius potuit novella adhuc & vegeta [15] juventa pollere? Minuatur neceſſe eſt quidquid fine jam proximo in occidua & extrema devergit. Sic ſol in occaſu ſuo radios minus claro & igneo ſplendore jaculatur, ſic declinante jam curſu, exoletis cornibus luna tenuatur, & arbor quæ fuerat ante viridis & fertilis; areſcentibus ramis fit poſtmodum ſterili

A ſenectute deformis, & fons qui exundantibus prius venis largiter profluebat, ſenectute deficiens, vix modico ſudore diſtillat. Hæc ſententia mundo data eſt, hæc Dei lex eſt ut omnia orta occidant & aucta ſeneſcant, & infirmentur fortia, & magna minuantur, & cum infirmata & diminuta fuerint finiantur. Chriſtianis imputas [16] quod minuantur ſingula mundo ſeneſcente. Quid ſi & ſenes imputent chriſtianis quod minus valeant in ſenectute, quod non perinde ut prius vigeant auditu aurium, B curſu pedum, oculorum acie, virium robore, ſucco viſcerum, mole membrorum, & cum olim ultra octingentos & nongentos annos vita hominum longæva procederet, vix nunc poſſit ad centenarium numerum perveniri? Canos videmus in pueris, capilli deficiunt antequam creſcant; nec [17] ætas in ſenectute deſinit, ſed incipit a ſenectute. Sic in ortu adhuc ſuo ad finem nativitas properat, ſic quodcumque nunc naſcitur mundi ipſius ſenectute degenerat. Ut nemo mirari debeat ſingula in mundo cœpiſſe deficere quando totus ipſe jam C mundus in defectione ſit & in fine. Quod autem crebrius bella continuant, quod ſterilitas & fames ſollicitudinem cumulant, quod ſævientibus morbis valetudo frangitur, quod humanum genus luis populatione vaſtatur, & hoc ſcias eſſe prædictum, in noviſſimis temporibus multiplicari mala & adverſa variari, & appropinquante jam judicii die magis ac magis in plagas generis humani cenſuram Dei indignantis accendi. Non enim, ſicut tua falſa querimonia & imperitia veritatis ignara jactat D & clamitat, iſta accidunt quod dii veſtri a nobis non colantur, ſed quod a vobis non colatur Deus. Nam cum ipſe ſit mundi dominus & rector, & cuncta arbitrio ejus & nutu gerantur, nec quidquam fieri poſſit niſi quod aut fecerit aut fieri ipſe permiſerit, utique quando ea fiunt quæ iram Dei indignantis oſtendunt, non propter nos fiunt, a quibus Deus colitur, ſed delictis & meritis veſtris irrogantur, a quibus [18] Deus omnino nec quæritur nec timetur, nec relictis vanis ſuperſtitionibus religio vera cognoſcitur; ut qui Deus unus eſt omnibus, E unus colatur ab omnibus & rogetur. Ipſum denique audi loquentem, ipſum voce divina inſtruentem nos pariter ac monentem: *Dominum Deum tuum adorabis*, inquit, *& illi ſoli ſervies.* Luc. 4. Et iterum: *Non erunt tibi dii alii abſque me.* Exo. 20. Et iterum: *Nolite ambulare poſt deos alienos ut ſerviatis eis, & ne adoraveritis eos; & ne incitetis me in operibus manuum veſtrarum ad diſperdendos vos.* Hier. 25. Propheta item ſpiritu ſancto plenus conteſtatur & denuntiat iram Dei dicens: *Hæc dicit Dominus omnipotens: Eo quod* Aggæi 1. F *domus mea deſerta eſt, vos autem feſtinatis unuſquiſque in domum ſuam, propterea abſtinebit cælum a rore, & terra ſubtrahet procreationes ſuas, & inducam gladium ſuper terram & ſuper frumentum & ſuper vinum & ſuper oleum & ſuper homines & ſuper pecora & ſuper omnes labores manuum eorum.* Item propheta alius repetit & dicit: *Et pluam ſuper unam civitatem, & ſuper aliam non pluam. Pars una conpluetur, & pars ſuper quam non pluero areſiet. Et congregabuntur duæ & tres civitates in unam civitatem potandæ aquæ cauſa, nec ſatiabuntur; & non convertimini* Amos 4.

ad me, dicit Dominus. Indignatur ecce Dominus & iraſcitur, & quod ad eum non convertamini comminatur; & tu miraris aut quereris in hac obſtinatione & contemtu veſtro ſi rara deſuper pluvia deſcendat, ſi terra ſitu pulveris ſqualeat, ſi vix jejunas & pallidas herbas ſterilis gleba producat, ſi vineam debilitet grando cædens, ſi oleam detruncet turbo ſubvertens, ſi fontem ſiccitas ſtatuat, aerem peſtilens aura corrumpat, hominem morbida valetudo conſumat, cum omnia iſta peccatis provocantibus veniant, & plus exacerbetur Deus quando nihil talia & tanta proficiant. Fieri enim iſta vel ad diſciplinam contumacium vel ad pœnam malorum declarat in ſcripturis ſanctis idem Deus dicens: *Sine cauſa percuſſi filios veſtros, diſciplinam non exceperunt*. (Hier. 2.) Et propheta devotus ac dicatus Deo ad hæc eadem reſpondet & dicit: *Verberaſti eos, nec doluerunt; flagellaſti eos,* [19] *nec voluerunt accipere diſciplinam*. (Hier. 5.) Ecce irrogantur divinitus plagæ, & nullus Dei metus eſt. Ecce verbera deſuper & flagella non deſunt, & trepidatio nulla, nulla formido eſt. Quid ſi non intercederet rebus humanis vel iſta cenſura, quanto adhuc major in hominibus eſſet audacia, [20] facinorum impunitate ſecura? Quereris quod minus nunc tibi uberes fontes & auræ ſalubres & frequens pluvia & fertilis terra obſequium præbeant, quod non ita utilitatibus tuis & voluptatibus elementa deſerviant. [21] Tu enim Deo ſervis, per quem tibi cuncta deſerviunt, [22] famularis illi cujus nutu tibi univerſa famulantur. Ipſe de ſervo tuo exigis ſervitutem, & homo hominem parere tibi & obedire compellis. Et cum ſit vobis eadem ſors naſcendi, conditio una moriendi, corporum materia conſimilis, [23] animarum ratio communis, æquali jure & pari lege vel veniatur in iſtum mundum vel de mundo poſtmodum recedatur, tamen niſi tibi pro arbitrio tuo ſerviatur, niſi ad voluntatis obſequium pareatur, imperioſus & nimius ſervitutis exactor, flagellas, verberas, fame, ſiti, nuditate, ferro etiam frequenter & carcere affligis & crucias; & non agnoſcis miſer Dominum Deum tuum, cum ſic exerceas [24] Ipſe dominatum? Merito ergo incurſantibus plagis non deſunt Dei flagella nec verbera: quæ cum nihil iſtic promoveant, nec ad Deum ſingulos tanto cladium terrore convertant, [25] manet poſtmodum carcer æternus & jugis flamma & pœna perpetua; nec audietur illic rogantium gemitus, quia nec hic Dei indignantis terror auditus eſt, qui per prophetam clamat & dicit: *Audite ſermonem Domini, filii Iſrael, quia judicium eſt Domini adverſus incolas terræ, eo quod neque miſericordia, neque veritas, neque agnitio Dei ſit ſuper terram, ſed execratio, & mendacium, & cædes, & furtum, & adulterium diffuſum eſt ſuper terram, ſanguinem ſanguini ſupermiſcent. Iccirco terra lugebit cum univerſis incolis ſuis, cum beſtiis agri, cum ſerpentibus terræ,* [26] *cum volucribus cæli, & deficient piſces maris, ut nemo judicet, nemo revincat*. (Oſee 4.) Indignari ſe Deus dicit [27] & iraſci quod agnitio Dei non ſit in terris, & Deus non agnoſcitur nec timetur. Delicta mendaciorum, libidinum, fraudium, crudelitatis, impietatis, furoris Deus increpat & incuſat, & ad innocentiam nemo convertitur. Fiunt ecce quæ verbis Dei ante

A prædicta ſunt, nec quiſquam fide præſentium ut in futurum conſulat admonetur. Inter ipſa adverſa quibus vix coartata & concluſa anima reſpirat vacat malos eſſe & in periculis tantis non de ſe magis ſed de altero judicare. Indignamini indignari Deum, quaſi aliquid boni male vivendo mereamini, quaſi non omnia iſta quæ accidunt minora adhuc ſint & leviora peccatis veſtris. Qui alios judicas, aliquando & tu eſto tui judex, conſcientiæ tuæ latebras intuere, immo (quia nullus jam delinquendi

B [18] metus vel pudor eſt, & ſic peccatur quaſi magis per ipſa peccata placeatur) qui perſpicuus & nudus videris a cunctis, & ipſe te reſpice. Aut enim ſuperbia inflatus es, aut avaritia rapax, aut iracundia ſævus, aut alea prodigus, aut vinolentia temulentus, aut livore invidus, aut libidine inceſtus, aut crudelitate violentus; & miraris [19] in pœnas generis humani iram Dei creſcere, cum creſcat quotidie quod puniatur. Hoſtem quereris exſurgero, quaſi, etſi hoſtis deſit, eſſe pax inter ipſas togas poſſit. Hoſtem quereris exſurgere, quaſi non etſi

C externa de barbaris arma & pericula comprimantur, ferocius intus & gravius de calumniis & injuriis potentium civium domeſticæ impugnationis tela graſſentur. De [20] ſterilitate & fame quereris, quaſi famem majorem ſiccitas quam rapacitas faciat, quaſi non de captatis annonarum incrementis & pretiorum cumulis flagrantior inopiæ ardor excreſcat. Quereris claudi imbribus cælum, cum ſic horrea claudantur in terris. Quereris nunc minus naſci, quaſi quæ nata ſunt indigentibus præbeantur. Pe-

D ſtem & luem criminaris, cum peſte ipſa & lue vel detecta ſint vel aucta crimina ſingulorum, dum nec infirmis exhibetur miſericordia, & defunctis avaritia inhiat ac rapina. Iidem ad pietatis obſequium timidi, ad impia lucra temerarii, fugientes morientium funera, & appetentes ſpolia mortuorum, ut appareat in ægritudine ſua miſeros ad hoc forſitan derelictos eſſe ne poſſint, dum curantur, evadere. Nam perire ægrum voluit qui cenſum pereuntis invadit. Tantus cladium terror dare non poteſt innocentiæ diſciplinam, & inter populum fre-

E quenti ſtrage morientem nemo conſiderat ſe eſſe mortalem. Paſſim diſcurritur, rapitur, occupatur. Prædandi diſſimulatio nulla, [21] nulla cunctatio. Quaſi liceat, quaſi oporteat, quaſi ille qui non rapit damnum & diſpendium proprium ſentiat, ſic unuſquiſque rapere feſtinat. In latronibus eſt utcumque aliqua ſcelerum verecundia, avias fauces & deſertas ſolitudines diligunt, & ſic illic delinquitur ut tamen delinquentium facinus tenebris & nocte veletur. Avaritia palam ſævit, & ipſa audacia ſua tuta

F in fori luce abruptæ cupiditatis arma proſtituit. Inde falſarii, inde venefici, inde in media civitate ſicarii, tam ad peccandum præcipites quam impune peccantes. A nocente crimen admittitur, nec innocens qui vindicet invenitur. De accuſatore vel judice metus nullus. Impunitatem conſequuntur mali, dum modeſti tacent, timent conſcii, [22] veneunt judicaturi. Et iccirco per prophetam divino ſpiritu & inſtinctu rei veritas promitur, certa & manifeſta ratione monſtratur Deum poſſe adverſa prohibere, ſed ne ille ſubveniat merita peccantium facere.

Nam-

Iſa. 59. *Numquid*, ait, *non valet manus Domini ut ſalvos vos faciat, aut gravavit aurem ut non exaudiat? Sed peccata veſtra inter vos & Deum ſeparant, & propter delicta veſtra avertit faciem ſuam a nobis, ne miſereatur*. Peccata itaque & delicta reputentur, conſcientiæ vulnera cogitentur; & deſinet unuſquiſque de Deo vel de nobis conqueri, ſi quod patitur intelligat ſe mereri. Ecce id ipſum quale eſt [33] unde nobis vobiſcum maxime ſermo eſt, quod nos infeſtatis innoxios, quod in contumeliam Dei impugnatis atque opprimitis Dei ſervos. Parum eſt quod (B) furentium varietate vitiorum, quod iniquitate feralium criminum, quod cruentatum compendio rapinatum vita veſtra maculatur, quod ſuperſtitionibus falſis religio vera ſubvertitur, quod Deus omnino nec quæritur nec timetur. Adhuc inſuper Dei ſervos & majeſtati ac nomini ejus dicatos injuſtis [34] perſecutionibus fatigatis. Satis non eſt quod ipſe tu Deum non colis; adhuc inſuper eos qui colunt ſacrilega infeſtatione perſequeris. Deum nec colis, nec coli omnino permittis, & cum ceteri, qui non tantum iſta inepta idola & manu hominis (C) facta ſimulacra, ſed & portenta quædam & monſtra venerantur, tibi placeant, ſolus tibi diſplicet Dei cultor. Fumant ubique in templis veſtris hoſtiarum buſta & rogi pecorum, & Dei altaria vel nulla ſunt vel occulta. Crocodili & cynocephali & lapides & ſerpentes a vobis coluntur, & Deus ſolus in terris aut non colitur, aut non eſt impune quod colitur. Innoxios, juſtos, Deo caros domo privas, patrimonio ſpolias, catenis premis, carcere includis, gladio, beſtiis, ignibus punis. Nec ſaltem contentus es (D) dolorum noſtrorum compendio & ſimplici ac veloci brevitate pœnarum. Admoves laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas lacerandis viſceribus numeroſa ſupplicia, nec feritas atque immanitas tua uſitatis poteſt contenta eſſe tormentis; excogitat novas pœnas ingenioſa crudelitas. Quæ hæc eſt inſatiabilis carnificinæ rabies, quæ inexplebilis libido ſævitiæ? Quin potius elige tibi alterum de duobus. Chriſtianum eſſe aut eſt crimen, aut non eſt. Si crimen eſt, quid non interficis confitentem? Si crimen non eſt, quid perſequeris (E) innocentem? Torqueri enim debui, ſi negarem. Si pœnam tuam metuens id quod prius fueram, & quod deos tuos non colueram, mendacio fallente celarem, tunc torquendus fuiſſem, tunc ad confeſſionem criminis vi doloris adigendus, ſicut in ceteris quæſtionibus torquentur rei qui ſe negant crimine quo accuſantur teneri, ut facinoris veritas, quæ indice voce non promitur, [35] dolore corporis exprimatur. Nunc vero [36] cum ſponte confitear & clamem & crebris ac repetitis idemtidem vocibus (F) chriſtianum me eſſe conteſter, quid tormenta admoves confitenti & deos tuos non in abditis & ſecretis locis, ſed palam, ſed publice, ſed in foro ipſo, magiſtratibus & præſidibus audientibus, deſtruenti; ut etſi parum fuerat quod in me prius criminabaris, creverit quod & odiſſe & punire plus debeas, quod dum me chriſtianum celebri loco & populo circumſtante pronuntio, & vos & deos veſtros clara & publica [37] prædicatione confundo. Quid te ad infirmitatem corporis vertis, quid cum terrenæ

(A) carnis imbecillitate contendis? Cum animi vigore congredere, virtutem mentis infringe; fidem deſtrue, diſceptatione, ſi potes, vince, vince ratione. Vel ſi quid diis tuis numinis & poteſtatis eſt, ipſi in ultionem ſuam ſurgant, ipſi ſe ſua majeſtate defendant. Aut quid præſtare ſe colentibus poſſunt qui ſe de non colentibus vindicare non poſſunt. Nam ſi eo qui vindicatur pluris eſt ille qui vindicat, tu diis tuis major es. Si autem iis quos colis major es, non tu illos colere, ſed ab ipſis potius coli debes & [38] timeri ut dominus. (B) Sic illos læſus ultio veſtra defendit quomodo & clauſos, ne pereant, tutela veſtra cuſtodit. Pudeat te eos colere quos ipſe defendis, pudeat tutelam de iis ſperare quos tu ipſe tueris. O ſi audire eos velles & videre quando a nobis adjurantur & torquentur ſpiritalibus flagris, & [39] verborum tormentis de obſeſſis corporibus ejiciuntur, quando ejulantes & gementes voce humana, & poteſtate divina flagella & verbera ſentientes venturum judicium confitentur. Veni & cognoſce vera eſſe quæ dicimus. Et quia ſic deos colere (C) te dicis, vel ipſis quos colis crede; aut ſi volueris & tibi credere, de te ipſo loquetur, audiente te, qui nunc tuum pectus obſedit, qui nunc mentem tuam ignorantiæ nocte cæcavit. Videbis nos rogari ab eis quos tu rogas, timeri ab eis [40] quos tu times, quos tu adoras. Videbis ſub manu noſtra ſtare vinctos & tremare captivos quos tu ſuſpicis & veneraris ut dominos. Certe vel ſic confundi in iſtis erroribus tuis poteris, quando conſpexeris & audieris deos tuos quid ſint interrogatione noſtra ſtatim pro(D)dere &, præſentibus licet vobis, præſtigias illas & fallacias ſuas non poſſe celare. Quæ ergo mentis ignavia eſt, immo quæ deſipientium cæca & ſtulta dementia, ad lucem de tenebris nolle venire & mortis æternæ laqueis vinctos ſpem nolle immortalitatis excipere, non metuere Deum comminantem & dicentem: *Sacrificans diis eradicabitur niſi Domino ſoli*. Exod. 22. Et iterum: *Adoraverunt eos quos fecerunt digiti eorum, & incurvatus eſt homo, & humiliatus eſt vir, & non laxabo illis*. Iſa. 2. [41] Quid te ad falſos deos humilias & inclinas? Quid ante inepta ſimulacra (E) & figmenta terrena [42] captivum corpus [43] incurvas? Rectum te Deus fecit; & cum cetera [44] animalia prona & ad terram ſitu vergente depreſſa ſint, tibi ſublimis ſtatus & ad cælum atque ad Deum ſurſum vultus erectus eſt. Illuc intuere, illuc oculos tuos erige, in ſupernis Deum quære. Ut carere inferis poſſis, ad alta & cæleſtia ſuſpenſum pectus attolle. Quid te in lapſum mortis cum ſerpente quem colis ſternis? Quid in ruinam diaboli per ipſam & cum ipſo cadis? Sublimitatem ſerva qua natus es. (F) Perſevera talis qualis a Deo factus es. Cum ſtatu oris & corporis animum tuum ſtatue. Ut cognoſcere Deum poſſis, te ante cognoſce. Relinque idola quæ humanus error invenit. Ad Deum convertere; quem ſi imploraveris, ſubvenit. Chriſto crede, quem vivificandis ac reparandis nobis [45] pater miſit. Lædere ſervos Dei & Chriſti perſecutionibus tuis deſine, quos læſos ultio divina defendit. Inde eſt quod nemo noſtrum, quando apprehenditur, reluctatur, nec ſe adverſus injuſtam violentiam veſtram, quamvis nimius & copioſus noſter ſit popu-

lus, ulciſcitur. Patientes facit de ſecutura ul-
tione ſecuritas. Iunocentes nocentibus cedunt.
Inſontes pœnis & cruciatibus acquieſcunt, cer-
ti & fidentes quod inultum non remaneat quod-
cumque perpetimur, quantoque major fuerit
perſecutionis injuria, tanto & juſtior fiat &
gravior pro perſecutione vindicta, nec umquam
impiorum ſcelere in noſtrum nomen exſurgi-
tur ut non ſtatim divinitus vindicta comitetur.
Ut memorias taceamus antiquas & ultiones pro
cultoribus Dei ſæpe repetitas nullo vocis præ-
conio revolvamus, documentum recentis rei ſa-
tis eſt quod ſic celeriter quodque in tanta ce-
leritate ſic granditer nuper ſecuta defenſio eſt,
[46] ruinis rerum, jacturis opum, diſpendio mi-
litum, diminutione caſtrorum. Nec hoc caſu
accidiſſe aliquis exiſtimet aut fuiſſe fortuitum
putet, cum jam pridem ſcriptura divina po-
Deut. 32. ſuerit & dixerit: *Mihi vindictam, ego retri-*
buam, dicit Dominus. & iterum ſpiritus ſanctus
Prov. 20. præmoneat & dicat: *Ne dixeris, ulciſcar me de*
inimico meo, ſed exſpecta Dominum, ut tibi au-
xilio ſit. Unde clarum eſt atque manifeſtum
quia non per nos ſed pro nobis accidunt cun-
cta iſta quæ de Dei indignatione deſcendunt.
Nec ideo quis putet chriſtianos iis quæ acci-
dunt non vindicari quod & ipſi videantur ac-
cidentium incurſione perſtringi. Pœnam de ad-
verſis mundi ille ſentit cui & lætitia & gloria
omnis in mundo eſt. Ille mœret & deflet, ſi
ſibi male ſit in ſæculo, cui bene non poteſt
eſſe poſt ſæculum, cujus vivendi fructus omnis
hic capitur, cujus hic ſolatium omne finitur,
cujus caduca & brevis vita hic aliquam dulcedi-
nem computat & voluptatem, quando iſtinc
exceſſerit, pœna jam ſola ſupereſt ad dolorem.
Ceterum nullus iis dolor eſt de incurſione ma-
lorum præſentium quibus fiducia eſt futurorum
bonorum. Denique nec conſternimur adverſis,
nec frangimur, nec dolemus, neque in ulla
aut rerum clade aut corporum valetudine [47]
muſſitamus. Spiritu magis quam carne viven-
tes, firmitate animi infirmitatem corporis vin-
cimus. Per ipſa quæ nos cruciant & fatigant
probari & corroborari nos ſcimus & fidimus.
Putatis nos adverſa vobiſcum æqualiter perpe-
ti, cum eadem adverſa videatis a nobis & vo-
bis non æqualiter ſuſtineri? Apud vos impa-
tientia clamoſa ſemper & querula eſt; apud
nos fortis & religioſa patientia quieta ſemper
& ſemper in Deum grata eſt, nec quidquam
iſtic lætum aut proſperum ſibi vindicat, ſed
mitis & lenis & contra omnes fluctuantis mun-
di turbines ſtabilis divinæ pollicitationis tem-
pus exſpectat. Quamdiu enim corpus hoc per-
manet, commune cum ceteris ſit neceſſe eſt
& corporalis conditio communis; nec ſapa-
rari generi humano ab invicem datur, niſi ſi
iſtinc de ſæculo recedatur. Intra unam domum
boni & mali interim continemur. Quidquid
intra domum evenerit pari ſorte perpetimur,
donec ævi temporalis fine completo, ad æter-
næ vel mortis vel immortalitatis hoſpitia divi-
damur. Non ergo iccirco compares vobis & æ-
quales ſumus, quia in iſto adhuc mundo &
carne hac conſtituti mundi & carnis incommo-
da vobiſcum pariter incurrimus. Nam cum in
ſenſu doloris ſit omne quod punit, manife-
ſtum eſt eum non eſſe participem pœnæ tuæ

A quem tecum [48] videas æqualiter non dolere.
Viget apud nos ſpei robur & firmitas fidei,
inter ipſas ſæculi labentis ruinas erecta mens
eſt & immobilis virtus, & numquam non læ-
ta patientia, & de Deo ſuo ſemper anima ſe-
cura, ſicut per prophetam ſpiritus ſanctus lo-
quitur & hortatur ſpei ac fidei noſtræ firmita-
tem cæleſti voce corroborans. *Ficus, inquit,* Abacuc
non afferet fructum, & [49] non erunt naſcentia in 3.
vineis. Mentietur opus olivæ, & campi non præ-
ſtabunt [50] cibum. Deficient a pabulo oves, & non
B *erunt in præſepibus boves. Ego autem in Domino*
exſultabo, & gaudebo in Deo ſalutari meo. Dei
hominem & cultorem Dei ſubnixum ſpei veri-
tate & fidei ſtabilitate fundatum negat mundi
hujus & ſæculi infeſtationibus commoveri. Vi-
nea licet fallat, & olea decipiat, & herbis
ſiccitate morientibus æſtuans campus areſcat,
quid hoc ad chriſtianos, quid ad Dei ſervos,
quos paradiſus invitat, quos gratia omnis &
copia regni cæleſtis exſpectat? Exſultant ſem-
per in Domino, & lætantur & gaudent in
Deo ſuo, & mala atque adverſa mundi forti-
C ter tolerant, dum dona & proſpera futura pro-
ſpectant. Nam qui expoſita nativitate terrena,
ſpiritu recreati & renati ſumus, nec jam mun-
do ſed Deo vivimus, non niſi cum ad Deum
venerimus Dei munera & promiſſa capiemus.
Et tamen pro arcendis hoſtibus & imbribus im-
petrandis, & vel auferendis vel temperandis
adverſis, rogamus ſemper & preces fundimus,
& pro pace ac ſalute veſtra propitiantes ac pla-
cantes Deum diebus ac noctibus jugiter atque
inſtanter oramus. Nemo itaque ſibi blandiatur
D quod nobis & prophanis Dei cultoribus & Deo
adverſantibus ſit interim per æqualitatem car-
nis & corporis laborum ſæcularium conditio
communis, ut ex hoc opinetur non omnia
iſta quæ accidunt vobis irrogari, cum Dei i-
pſius prædicatione & prophetica conteſtatione
ante prædictum ſit venturam ſuper injuſtos iram
Dei & perſecutiones quæ nos humanitus læde-
rent non defuturas, ſed & ultiones quæ læſos
divinitus defenderent ſecuturas. Et quanta ſunt
quæ iſtic pro nobis interim fiunt? In exem-
plum aliquid datur ut Dei vindicis ira noſca-
E tur. Ceterum retro eſt judicii dies, quem ſcri-
ptura ſancta denuntiat dicens: *Ululate. Proxi-* Iſa. 13.
mus eſt enim dies Domini, & obtritio a Deo ade-
rit. Ecce enim dies Domini venit inſanabilis indi-
gnationis & iræ, ponere orbem terræ deſertum,
& peccatores perdere ex eo. Et iterum: *Ecce* Malach.
dies Domini venit ardens velut clibanus, erunt- 4.
que omnes alienigenæ & omnes iniqui ſtipula; &
ſuccendet illos adveniens dies, dicit Dominus.
Succendi & cremari alienigenas præcinit Do-
minus, id eſt, alienos a divino genere & pro-
F phanos, ſpiritaliter non renatos, nec Dei fi-
lios factos. Evadere enim eos ſolos poſſe qui
renati & ſigno Chriſti ſignati fuerint alio in
loco Deus loquitur, quando ad vaſtationem
mundi & interitum generis humani angelos
ſuos mittens gravius in ultimo comminatur di-
cens: *Vadite & cædite, & nolite parcere oculis* Ezech. 9.
veſtris. Nolite miſereri [51] ſenioris aut juvenis, &
virgines & parvulos & mulieres interficite, ut per-
deleantur. Omnem autem ſuper quem ſignum ſcri-
ptum eſt ne tetigeritis. Quod autem ſit hoc ſi-
gnum, & qua in parte corporis poſitum, mani-
feſtat

festat alio in loco Deus dicens :
Ezech. 9. *Tranſi per mediam Hieruſalem , & notabis ſignum ſuper frontes virorum qui ingemunt & mœrent ob iniquitates quæ fiunt in medio ipſorum* . Et quod ad paſſionem & ſanguinem Chriſti pertineat hoc ſignum , & ille ſalvus atque incolumis reſervetur quiſqnis in hoc ſigno Invenitur , item Dei teſtimonio
Exo. 12. comprobatur dicentis : *Et erit ſanguis in ſigno vobis ſuper domos in quibus vos eritis , & videbo ſanguinem , & protegam vos , & non erit in vobis plaga diminutionis cum percutiam terram Ægypti* . Quod anre occiſo agno præcedit in imagine impletur in Chriſto , ſecuta poſtmodum veritate. Ut illic percuſſa Ægypto Judaicus populus evadere non niſi ſanguine & ſigno agni potuit , ita & cum vaſtari cœperit mundus & percuti , quiſquis in ſanguine & ſigno Chriſti inventus fuerit , ſolus evadet . Reſpicite itaque dum tempus eſt ad veram & æternam ſalutem ; & q ia jam mnndi finis in proximo eſt , ad Deum mentes veſtras Dei timore convertite . Nec vos delectet in ſæculo inter juſtos & mites impotens illa & vana dominatio , quando & in agro inter cultas & fertiles ſegetes lolium & avena dominetur . Nec dicatis mala accidere quia dii veſtri a nobis non colantur , ſed ſciatis hanc iræ Dei eſſe cenſuram ut qui beneficiis non intelligitur , vel plagis intelligatut . Deum vel ſero quærite , quia jam pridem pet prophetam Deus præmonens hortatur & dicit:
Amos 5. *Quærite Deum , & vivet anima veſtra* . Deum vel ſero cognoſcite , quia Chriſtus adveniens
Joa. 17. hoc admonet & docet dicens : *Hæc eſt autem vita æterna ut cognoſcant te ſolum verum Deum & quem miſiſti Jeſum Chriſtum*. Credite illi qui omnino non fallit . Credite illi qui hæc omnia futura prædixit . Credite illi qui credentibus præmium vitæ æternæ dabit . Credite illi qui incredulis æterna ſupplicia gehennæ ardoribus irrogabit . Quæ tunc erit fidei gloria , qnæ pœna perfidiæ , cum judicii dies venerit , quæ lætitia credentium , quæ mœſtitia perfidorum , noluiſſe iſtic prius credere , & ut credant jam redire non poſſe ? Cremabit [12] addictos ardens ſemper gehenna , & vivacibus flammis vorax pœna ; nec erit unde habere tormenta vel requiem poſſint aliquando vel finem . [13] Servabuntur cum cotporibus ſuis animæ infinitis cruciatibus ad dolorem . Spectabitur illic a nobis ſempet qui hic nos ſpectavit ad tempus , & in perſecutionibus factis oculorum crudelium brevis fructus perpetua viſione penſabitur , ſecun-
Marc. 9. dum ſcripturæ ſanctæ fidem dicentis : *Vermis eorum non morietur , & ignis eorum non exſtinguetur* ;
Sap. 5. *& erunt ad viſionem univerſæ carni* . Et iterum : *Tunc ſtabunt juſti in magna conſtantia adverſus eos qui ſe anguſtiaverunt & qui abſtulerunt labores eorum . Videntes turbabuntur timore horribili , & mirabuntur in* [14] *ſubitatione inſperatæ ſalutis , dicentes inter ſe ,* [15] *pœnitentiam habentes & præ anguſtia ſpiritus gementes . Hi ſunt quos ha-*

A *buimus aliquando in deriſum & in ſimilitudinem improperii . Nos inſenſati viam illorum æſtimabamus inſaniam & finem illorum ſine honore . Quomodo computati ſunt inter filios Dei , & inter ſanctos ſors eorum eſt ? Ergo erravimus a via veritatis , & juſtitiæ lumen non luxit nobis , & ſol non ortus eſt nobis . Laſſati ſumus in iniquitatis via & perditionis , ambulavimus ſolitudines difficiles , viam autem Domini ignoravimus . Quid nobis profuit ſuperbia , aut quid divitiarum jactatio contulit nobis ? Tranſierunt omnia illa tamquam um-*
B *bra* . Erit tunc ſine fructu pœnitentiæ dolor pœnæ , inanis ploratio , & inefficax deprecatio . In æternam pœnam ſero ctedent qui in vitam æternam credere noluerunt . Securitati igitur & vitæ , dum licet , providete . Offerimus vobis animi & conſilii noſtri ſalutare munus . Et quia odiſſe non licet nobis , & ſic Deo plus placemus dum nullam pro injuria vicem reddimus , hortamur dum facultas adeſt , dum adhuc aliquid de ſæculo ſupereſt , Deo ſatisfacere & ad veræ religionis candidam lucem [16] de pro-
C fundo tenebroſæ ſuperſtitionis emergere . Non invidemus commodis veſtris , nec beneficia divina celamus . [17] Odiis veſtris benevolentiam reddimus , & pro tormentis ac ſuppliciis quæ nobis inſeruntur [18] ſalutis itinera monſtramus . Credite & vivite ; & qui nos ad tempus perſequimini , in æternum gaudere nobiſcum . Quando iſtinc exceſſum fuerit , nullus jam pœnitentiæ locus eſt , nullus ſatisfactionis effectus . Hic vita ant amittitur aut tenetur . Hic ſaluti æternæ cultu Dei & fructu fidei providetur . Nec quiſ-
D quam aut peccatis retardetur aut annis quo minus veniat ad conſequendam ſalutem . In iſto adhuc mundo manenti [19] pœnitentia nnlla ſera eſt . Patet ad indulgentiam Dei aditus , & quærentibus atque intelligentibus veritatem facilis acceſſus eſt . Tu ſub ipſo licet exitu & vitæ temporalis occaſu pro delictis roges & Deum , qui unus & verus eſt , confeſſione & fide agnitionis ejus implores , venia confitenti datur , & credenti indnlgentia ſalutaris de divina pietate conceditur , & ad immortalitatem ſnb ipſa mor-
E te tranſitur . Hanc gratism Chriſtus impertit , hoc munus miſericordiæ ſuæ tribuit ſubigendo mortem tropæo crucis , redimendo credentem pretio ſanguinis ſui , reconciliando hominem Deo patri , vivificando mortalem regeneratione cæleſti . Hunc , ſi fieri poteſt , ſequamur omnes , hujus ſacramento & ſigno cenſeamur . Hic nobis viam vitæ aperit , hic ad paradiſum reduces facit , hic ad cælorum regna perducit . Cum ipſo ſemper vivemus , facti per ipſum filii Dei . Cum ipſo ſemper exſultabimus , ipſius cruore re-
F parati . Erimus chriſtiani cum Chriſto ſimul glorioſi , de Deo patre beati , de perpetua voluptate lætantes ſemper in conſpectu Dei , & agentes Deo gratias ſemper . Neque enim poterit niſi lætus eſſe ſemper & gratus qui cum morti fuiſſet obnoxius , [20] factus eſt immortalitate ſecurus .

NOTÆ IN LIBRUM AD DEMETRIANUM.

1 Nihil eſt facilius, nihil magis obvium quam reprehendere ſtudia aliorum , cum ingenia humana , ut lib. 4. epiſt. 22. ait Symmachus, prompta ad arguendum eſſe omnibus liqueat. Cujus rei exemplum ex Auguſtino retulimus in initio notarum noſtrarum ad Cyprianum. Lactantius lib. 5. cap. 4. reprehendit ſeu potius , ut Hieronymi verbo utar , mordet Cyprianum quod in hac oratione, quæ ſcripta eſt adverſus inimicum chriſtianæ religionis , utatur teſtimoniis ſacræ ſcripturæ , quam ille utique vanam , fictam , commentitiamque putabat , cum potius argumentis & ratione refellendus fuiſſet , id eſt humanis teſtimoniis , philoſophorum vide-

licet

licet & hiſtoricorum, ut ſuis potiſſimum refutaretur auctoribus. Contra Tertullianus in initio libri de teſtimonio animæ ait: *Magna curioſitate & majore longe memoria opus eſt ad ſtudendum, ſi qui velit ex litteris receptiſſimis quibuſque philoſophorum vel poetarum vel quorumlibet doctrinæ ac ſapientiæ ſæcularis magiſtrorum teſtimonia excerpere chriſtianæ veritatis, ut æmuli perſecutoreſque ejus de ſuo proprio inſtrumento & erroris in ſe & iniquitatis in nos rei revincantur.* Extitere qui crederent ſanctum quoque Hieronymum in eadem cum Lactantio ſententia fuiſſe, quia is in epiſtola ad Magnum refert iſtud judicium Lactantii de hoc opere ſancti Cypriani adverſus Demetrianum. Verum illi vehementer, meo quidem judicio, erraverunt. Hieronymus enim non refert illud Lactantii judicium tamquam approbans, ſed ut oſtenderet Lactantium putaſſe melius facturum fuiſſe Cyprianum, ſi in refellendo Demetriano uſus eſſet teſtimoniis philoſophorum & poetarum quam eum uſus eſt teſtimoniis ſacræ ſcripturæ adverſus hominem ethnicum. Id vero Hieronymus ita faciebat ut etiam teſtimonio Lactantii oſtenderet poſſe ſcriptores eccleſiaſticos uti teſtimoniis ſæcularium litterarum in lucubrationibus ſuis. Idem in epiſtola ad Cteſiphontem adverſus Pelagianos ait poſſe cum paucis ſententiolis ſcripturarum hæreticorum & per eos philoſophorum argumenta convinci. Luciferianus apud eumdem Hieronymum ait: *Oro te ut philoſophorum argumentatione depoſita, chriſtiana mecum ſimplicitate loquaris.* Ceterum Baronius anno 256. optimis argumentis oſtendit cenſuram Lactantii non eſſe legitimam.

2 *Ad Demetrianum*] In codice Corbejenſi ſic inſcriptus eſt hic liber: *Incipit epiſtola ſancti Cypriani ad Demetrium paganum epiſcopum.* Proconſulem Africæ fuiſſe cenſuit Nicolaus Vignierius in ſua hiſtoria eccleſiaſtica. Quis autem ille fuerit recte diſputatum eſt in notis editionis Anglicanæ, ubi ſcriptum eſt veriſimilius eſſe illum fuiſſe judicem in civitate Carthaginenſi aut aliquem e conſiliariis qui præſidi ſolebant in judiciis aſſiſtere.

3 *Nec hoc ſi. mag. divini*] Poſt hæc Pamelius adjecit *& nominis*. quod additamentum ego reperi in tribus antiquis codicibus. Deeſt autem in antiquis editionibus, in xxi. libris noſtris, & in quatuor Anglicanis. In aliis duobus noſtris legitur, *ſine magiſterio divinæ auctoritatis*. Quo etiam modo ſcriptum eſt in margine editionis quæ dicitur Gravii. Hanc vero lectionem magis probat Pamelius. Rigaltius & Angli retinuerunt in contextu additionem Pamelii. Ego delevi, quia ſuperfluus eſt, & major pars veterum exemplarium eam non habet.

4 *Inculcent*] Præfero hanc lectionem, quia illam inveni in antiquis editionibus & in ſeptemdecim codicibus manuſcriptis. Eam quoque prætulerunt Angli. Eo vocabulo frequenter utuntur Tertullianus & Cyprianus. Concilium Arelatenſe primum canone 17. *Ut nullus epiſcopus alium epiſcopum inculcet.* Vide Jacobi Gothofredi notas ad librum primum Tertulliani ad nationes cap. 10.

5 *Et con. elidant vos*] Quamvis iſta extent in omnibus editionibus & in quinque antiquis exemplaribus, facile delerem, cum deſint in quindecim libris noſtris & quatuor Anglicanis, tum etiam quia nullius momenti ſunt ad adſtruendum id quod Cyprianus inſinuare volebat.

6 *Patientia vici*] Sic Hieronymus in epiſtola ad Pammachium adverſus Joannem Hieroſolymitanum: *Noluimus tibi occaſionem dare. Videbamus enim ſtrophum dilectionis tuæ. Injuriam patientia vicimus.*

7 *Quod bella crebrius*] Prudentius lib. 2. adverſus Symmachum:

Et ſunt qui nobis bella exprobrare ſiniſtra
Non dubitant poſtquam templorum ſprevimus aras.

8 *Imbres & pluvias*] Novella Theodoſii de Judæis & Samaritanis: *An diutius perferimus mutari temporum vices, irata cæli temperie, quæ paganorum exacerbata perfidia neſcit naturæ libramenta ſervare? Unde enim ver ſolitam gratiam abjuravit, unde æſtas meſſe jejuna laborioſum agricolam in ſpe deſtituit ariſtarum, unde hiemis intemperata ferocitas ubertatem terrarum penetrabili frigore ſterilitatis læſione damnavit, niſi quia ad impietatis vindictam tranſit lege ſua naturæ decretum?*

9 *Serena longa*] Matthæi 16. *Serenum erit. Rubicundum eſt enim cælum.* Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos, *in ſereno patimur tempeſtatem.* Prudentius lib. 1. adverſus Symmachum: *Turbidus aer ponebat liquidum ex arce ſerenum.* Idem in hymno matutino: *Hæc lux ſerenum conferat.*

10 *Verecundia*] Hieronymus in epiſtola ad Theophilum Alexandrinum: *Macte virtute, macte zelo fidei. Oſtendiſti quod huc uſque taciturnitatis diſpenſatio fuit, non conſenſus.* Idem lib. 1. adverſus Rufinum: *Et oſtendam quod huc uſque ſilentium modeſtiæ fuerit, non malæ conſcientiæ.* Sanctus Ambroſius in epiſtola adverſus relationem Symmachi, *diſſimulationem pro conſenſu interpretantes.*

11 *Reſpondeo*] Codex ſancti Arnulphi & editio Morelliana *Reſpondemus.*

12 *Quod dii veſtri*] Lactantius lib. 5. cap. 8. *Diſcite igitur homines ideo malos eſſe quia dii coluntur.*

13 *Vernante temperie*] Antea legebatur *verna de temperie ſua ſata læta ſunt.* Veram lectionem invenimus in quatuor antiquis exemplaribus, eamque ſe in antiquo libro inveniſſe ſcribit Morelius. Etiam falſa oſtendit iſtam eſſe veram. Nam cum habeat *verna de temperie*, manifeſtum eſt errorem ortum eſſe ex voce *vernante*, quam librarius non intelligens poſuit *vernade* unico vocabulo pro *vernante*. Supra epiſt. 15. *Succeſſit hiemi verna temperies.*

14 *Arvis*] Tametſi ſciam lectionem vulgatam, quæ habet *agris*, eſſe optimam, iſtam præfero, quia illam inveni in quindecim libris noſtris, etiam in Seguieriano, & in quatuor Bodlejanis. Sic etiam habebat Veronenſis. Ita etiam editio Morelliana.

15 *Juventa*] Facile eſt præferre hanc lectionem, cum illam habeant viginti libri noſtri & ſex Anglicani, tum etiam omnes editiones Pameliana antiquiores. Pamelius poſuit *juventus*, profeſſus ſe ita inveniſſe in quatuor antiquis codicibus. Memoriæ autem lapſu factum eſt ut monuerit Morellium ita quoque poſuiſſe.

16 *Quod minuantur ſingula*] Et tamen eadem mala eveniſſe in imperio Romano ante quam chriſtiana religio in eo fundata eſſet certum eſt & facile probari poſſet. Utar tamen ad eam rem probandam teſtimonio unius Columellæ, qui vicinus erat noſtrorum temporum. Is ergo in præfatione librorum ſuorum de re ruſtica ait ſæpenumero civitatis Romanæ principes culpaſſe ſua ætate modo agrorum infecunditatem, modo cæli per multa jam tempora noxiam frugibus intemperiem, quoſdam etiam prædictas querimonias velut ratione certa mitigaſſe, quod exiſtimarent ubertate nimia prioris ævi defatigatum & effetum ſolum nequire priſtina benignitate præbere mortalibus alimoniam; idque lib. 2. cap. 1. ait non ex fatigatione terræ, quemadmodum plurimi crediderunt, ſed hominum inertia eveniſſe. Et hæc quidem ante fundatam religionem Chriſti; quæ cum introducta eſſet in rempublicam, & gravis odioſaque eſſet gentilibus, illi eas calamitates imputabant noſtris hominibus, ob eam rationem quod ab illis dii eorum non colerentur. Apud Rufinum lib. 4. cap. 13. refertur reſcriptum Antonini Pii ad Aſianos pro chriſtianis, in quo Imperator ait: *De motibus autem terræ qui vel facti ſunt vel etiam nunc fiunt abſurdum non erit mœrorem veſtrum juſta commonitione ſolari, quoniam quidem comperi quod in hujuſmodi rebus ad illorum invidiam communes caſus transfertis.* Poſtea cum deſiiſſet idololatria, ſuſcepta apud omnes ubique gentes Dei religio, & tota reſpublica facta eſſet chriſtiana, cum ea mala eveniebant quæ nobis gentiles imputare ſolebant, ut eſt humana natura prompta ad arguendum & accuſandum, ſequentibus ſæculis ea tranſlata ſunt alio, ut ævo Theodoſii A. imputabantur Judæis, Samaritis, & paganis, ut patet ex novella ejus tertia, & ævo Caroli M. tempeſtariis, adverſus quos extat liber Agobardi archiepiſcopi Lugdunenſis. At ſequentibus temporibus ea imputabantur culpis ſacerdotum in Dania. Hujus rei teſtis eſt Gregorius Papa VII. qui lib. 1. epiſt. 23. ſcribens ad regem & gentem Danorum ait: *Illud interim non prætereundum, ſed magnopere apoſtolica interdictione prohibendum videtur quod de gente veſtra nobis innotuit; ſcilicet vos intemperiem temporum, corruptiones aeris, quaſcumque moleſtias corporum ad ſacerdotum culpas transferre.*

17 *Ætas inc. a ſenectute*] Seneca epiſt. 13. *Quid eſt autem turpius quam ſenex vivere incipiens?* Item epiſt. 23. *Male vivunt qui ſemper vivere incipiunt. Quidam vivere incipiunt cum deſinendum eſt.* Item cap. 4. de brevitate vitæ: *Audio pleroſque dicentes, a quinquageſimo in otium ſecedam, ſexageſimus annus ab officiis me dimittet. Quam ſerum eſt tunc vivere incipere cum deſinendum eſt.* Cenſorinus cap. 14. ait anno ſexageſimo tunc primum ſeneſcere corpus incipere. Et Cicero in oratione pro Roſcio Amerino ait: *Senes ſexagenarii more majorum de ponte in Tyberim dejiciebantur.* Tacitus ait Agricolam, qui anno quinquageſimo ſexto ætatis

tis

Digitized by Google

tia ſuæ exſtinctus eſt ; medio in ſpatio integræ ætatis ereptum fuiſſe. Idem alibi ait quindecim annos eſſe grande mortalis ævi ſpatium.

18 *Dum a. n. quæritur*] In codice Seguieriano ſcriptum eſt *colitur*.

19 *Nec vol. accipere*] Veteres editiones, etiam Manutiana, & quatuor libri veteres addunt *nec voluerunt credere nec accipere diſciplinam*. Verum omnes alii libri veteres habent uti nos edidimus.

20 *Facinor. impunitate*] Cicero in oratione pro Milone : *Quid, quod caput audaciæ eſt, judices, quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem*. Vide notas noſtras ad Lupum Ferrarienſem pag. 472.

21 *Tu e. Deo ſervis*] Ita tredecim libri veteres. Alii & vetuſtiores editiones præferunt *Deo non ſervis*, Gratianopolitanus *Domino non ſervis*.

22 *Famularis*] Hæc eſt ſcriptura novemdecim veterum exemplarium. Eamdem habet editio Morelliana. Vetuſtiores & quinque vetera exemplaria, *Tu non famularis*.

23 *Anim. ratio communis*] Vide Vettii Prætextati diſſertationem de ſervis apud Macrobium lib. 1. ſaturnal. cap. 11.

24 *Ipſe dominatum*] Hæc tantum veteres editiones, viginti & duo libri noſtri, & decem Anglicani. Ita etiam legit Goulartius in libro epiſcopi Acconenſis. Manutius primus omnium invexit lectionem quæ habet *ipſe in homine dominatum*. Retinuit illam Pamelius, admonens tamen ſolum Manutium habere has voces *in homine*, & malle ſe legi *in hominem*. Joannes Sareſberienſis lib. 8. policratici cap. 12. *Domi enim nobis animos induimus tyrannorum, & non quantum decet, ſed quantum licet, exercere volumus in ſervos*. Juvenalis ſatyra ſexta :

Pone crucem ſervo. Meruit quo crimine ſervus
Supplicium? Quis teſtis adeſt, quis detulit? Audi.
Nulla umquam de morte hominis cunctatio longa eſt.
O demens, ita ſervus homo eſt? Nil fecerit, eſto.
Hoc volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas.

25 *Manet poſtmodum*] Tres libri veteres, *manet ergo neceſſe eſt poſtmodum*. Ita etiam legiſſe ſe in duobus libris antiquis tradit Morellius.

26 *Cum volucribus*] Veteres editiones & quinque vetera exemplaria legunt *cum volucribus & volatilibus*. Fuxenſe, *cum volatilibus*. Sed hæc deſiderantur in omnibus aliis veteribus & in iis quos Morellius vidit & in Oſee.

27 *Et iraſci*] Iſta exſtabant in antiquis editionibus. Manutiana ſuſtulit. Morelliana repoſuit. Rurſum Pamelius expunxit. Ego repono, quia quamvis deſint in multis libris veteribus, habentur tamen in ſeptemdecim. Nam Cyprianus paulo ante dixit : *Indignatur ecce Dominus & iraſcitur*.

28 *Metus*] Hanc vocem nos addidimus ex uno codice regio. Fuxenſis habet *locus vel pudor*. Morellius ait ſe in uno antiquo legiſſe *pavor*. Quamquam vero codex Fuxenſis diſſentiat a regio, indicat tamen deeſſe iſtic aliquid. In uno veteri legitur *metus vel pudor*. In codice ſancti Arnulphi *vel pudor* tantum abſque *metus*. Sic etiam editio Morelliana. Quod indicat deeſſe hic aliquid.

29 *In pœnas*] Editio quæ dicitur Gravii & duo libri veteres præferunt *in plagas*. Sic etiam habebat Veronenſis. Paulo ſupra ſcriptum eſt *magis & magis in plagas generis humani cenſuram Dei indignantis accendi*.

30 *Steril. ac fame*] Prudentius lib. 2. adverſus Symmachum :

Hinc ait & ſteriles frugeſcere rarius agros
Et triſtem ſævire famem, totumque per orbem
Mortales pallere inopes ac panis egenos.

Dixerat enim Symmachus : *Secuta eſt fames publica, & ſpem provinciarum omnium meſſis ægra decepit*. Contra cum ſub imperio Maximini magna fertilitas eveniſſet in republica, gentiles illam referebant ad deorum benignitatem teſtantium ſibi placere quæ fiebant adverſus chriſtianos. Hinc gloriam captans Maximinus conſtitutionem edidit qua hanc ubertatem *jactanter ſatis ac ſuperbe*, ut ait Rufinus, extollebat. Et mox ſævitum eſt atrociter in chriſtianos. Sed ſtatim Deus famem & peſtem vehementiſſimas & acerrimas immiſit in rempublicam, ut conſtaret bona quæ in ea eveniebant non ideo tribui a diis velut præmium perſecutionum, ſed contra Deum chriſtianorum vindicare eos qui pro nomine ejus injuſta patiebantur. Vide Euſebium lib. 9. cap. 7. 8.

31 *Nulla cunctatio*] Poſtea Pamelius adjecit ex codice Camberonenſi, *nulla formido eſt*. At ego delevi, quia additamentum hoc nuſpiam inveni niſi in codice Beccenſi. Qua in re ſecutus ſum exemplum Pamelii ; qui cum in editione quæ dicitur Gravii videret ſcriptum eſſe *nulla cunctatio* pro eo quod ipſe poſuit *trepidatio nulla*, id ſe expunxiſſe ait quia manuſcripti non habent. Sane hæc duo vocabula quæ a me expuncta ſunt exſtant in editione illa, ſed minutiore charactere cuſa, ut daretur intelligi dubitari poſſe an ſint Cypriani. Ceterum vetuſtiores editiones præferunt : *Prædandi ſimulatio nulla, nulla cunctatio eſt*. Pro quo in codice Pithœano & in quibuſdam aliis, in editione etiam Eraſmi & in Manutiana, legitur *diſſimulatio*. Vocem *trepidatio*, quam huic lectioni ſubſtituit Pamelius, nuſpiam inveni. Neque ipſe annotat ubi invenerit.

32 *Veneunt judicaturi*] Ita ediderunt Eraſmus, Manutius, & Morellius ; hancque lectionem inveni in undecim codicibus antiquis. Aliam, quæ habet *veniunt*, inveni in tredecim. Et in tribus iſtorum tredecim legitur *perverſi veniunt judicaturi*. In codice ſancti Arnulphi ſcriptum primo fuit *veneunt*. Sed manus recentior emendavit ut *veniunt* legeretur.

33 *Unde nobis vobiſcum*] Veteres editiones ante Pamelianam & tredecim libri veteres habent *unde nobiſcum maxime ſermo eſt*. Pamelius poſuit *unde nobis vobiſcum* ex quatuor manuſcriptis ſuis & uno Morelliano. Gronovius cap. 14. obſervationum ſuarum in ſcriptoribus eccleſiaſticis ait ita ſcribendum eſſe hunc locum *unde nobis cummaxime ſermo eſt*. Scio *cummaxime* apud veteres auctores qui Latine ſcripſerunt ſumi ſolere pro *valde*. Et tamen ego puto editionem Pamelii, quæ nititur auctoritate plurium veterum librorum, eſſe præferendam conjecturæ Gronovii.

34 *Perſec. fatigatis*] In quatuor antiquis exemplaribus ſcriptum eſt *flagitatis* & ſupra lineam *vel fatigatis*. Sed *fatigatis* tantum eſt in aliis ſeptem & in quibuſdam ex illis quæ Pamelius vidit. Ipſe edidit *agitatis* abſque ullius libri veteris mentione. In duobus veteribus legitur *flagitatis* tantum. Infra in hoc ipſo libro : *Per ipſa quæ nos cruciant & fatigant probari & corroborari nos ſcimus*.

35 *Dolore corpor. exprimatur*] Minutius Felix, *exercentes in his perverſam quæſtionem, non quæ verum erueret, ſed quæ mendacium cogeret*. Hieronymus in epiſtola de muliere ſepties icta, *dum dolor quæreret veritatem*. Cyprianus in extremo libro de vanitate idolorum : *Dolor, qui veritatis teſtis eſt, admovetur*. Quintilianus lib. 5. cap. 4. *Sicut in tormentis quoque, qui eſt locus frequentiſſimus, cum pars altera quæſtionem vera fatendi neceſſitatem vocet, altera ſæpe etiam cauſam falſa dicendi. quod aliis patientia facile mendacium faciat, aliis infirmitas neceſſarium*. Item cap. 10. *Mentietur in tormentis qui dolorem pati poteſt, mentietur qui non poteſt*. Apulejus lib. 3. metamorphoſeon : *Tormentis veritas eruenda, ut per quæſtionem ſceleris ſui participes indicet*. Q. Curtius lib. 7. *Si certiora oraculis credidi eſſe tormenta, ne hanc quidem exhibendæ veritatis fidem deprecor*. Ceterum tormenta interdum extorquere pro veritate mendacium pluribus exemplis oſtenſum a nobis eſt in notis ad vitas Paparum Avenionenſium pag. 599. & hujus rei exſtat aliud exemplum memorabile in capite decimo Matthæi Boſſi de gerendo magiſtratu, aliud etiam apud Petramellarium continuatorem Onuphrii Panvinii pag. 225. ubi agit de Paulo Aretio. Vide etiam Simonem Goulartium in theſauro hiſtoriarum memorabilium to. 1. pag. 293.

36 *Cum ſponte confitear*] Cicero in oratione pro Milone : *Id quod tormentis invenire vis id fateor*.

37 *Prædicatione*] Ita editiones Manutii & Morellii & ſexdecim libri veteres. Editiones antiquæ & octo alii præferunt *præconatione*, & unus *præconizatione*. Vide gloſſarium Latinum Cangii.

38 *Timeri ut dominus*] Iſta primus in contextum Cypriani intulit Pamelius ex obſervationibus Morellii, qui ita ſe inveniſſe ait in bono codice. Ego quoque idem additamentum inveni in quinque antiquis codicibus. Non exſtat tamen in Seguieriano. Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum : *Amare filiorum, timere ſervorum eſt*. Idem in epiſtola ad Ruſticum monachum : *Præpoſitum monaſterii timeas ut dominum, diligas ut parentem*. Rufinus in pſal. 27. *Servus eſt qui ſervit ex timore, filius eſt qui obedit ex amore*. Lactantius cap. 26. epitomes in antiquis editionibus : *Quid enim tam juſtum quam Deum agnoſcere ut parentem, eumque metuere ut dominum*. Pro quo Pfaffius edidit *metuere ut deum*, quia ita legebat in codice Taurinenſi. Sed præterquam quod neceſſe eſt retinere vocem *dominum* ut ſenſus conſtet, idem Lactantius in capite 59. ejuſdem epitomes ſcribit : *Primum autem inſtitue*

ſtitiæ officium eſt Deum agnoſcere ut parentem, metuere ut dominum. Recte profecto. Sic enim loqui amat Lactantius, ut patet ex libro 4. cap. 4. & lib. 5. cap. 19. Eucherius epiſcopus Lugdunenſis in epiſtola ad Valerianum: *Dominum, quia dominum vocas, metue, quia patrem, dilige*. Primaſius in epiſtolam Pauli ad Romanos: *Qui timet ſervus eſt, qui autem diligit filius*. Vettius Prætextatus apud Macrobium lib. 1. ſaturnal. cap. 11. *Colant ergo te potius ſervi quam timeant*. Joannes Sareſberienſis lib. 8. polleratici cap. 12. *Colant te potius ſervi tui quam timeant*. Ennodius in panegyrico ad Theodoricum: *Habes hanc Deo inſpirante manſuetudinem ut te plus credas poſſe diligentia quam timore. Excellentia bona ſunt gloriæ tua inſerta monumentis ut cum te reges metuant, ament famuli*. Adnotat Vellejus Paterculus Cæſarem dixiſſe amari ſe quam timeri malle. Cicero in libro de ſenectute ita ſcribit de Appio: *Metuebant eum ſervi, verebantur liberi*. Vide ſupra notas in epiſtolam ad Donatum pag. 24.

39 *Verbor. tormentis*] Sic apud Petronium lego *fabuloſum ſententiarum tormentum*.

40 *Quos tu times*] Neſcio cur hæc omiſſa ſint in poſterioribus editionibus. Nam licet deſint in pluribus antiquis exemplaribus, exſtant in pluribus aliis optimis, & præterea optimum ſenſum conſtituunt. Manutius primus expunxit. Angli repoſuerunt.

41 *Quid te ad fal. deos*] Iſta Claudius epiſcopus Taurinenſis tamquam ſua, alicubi tamen immutata, protulit ſcribens ad Theodemirum abbatem Caſinenſem. Nam pro eo quod Cyprianus dixit *falſos deos* Claudius inepte poſuit *falſas imagines*, quia contendebat nullum honorem deberi imaginibus ſanctorum. Quia vero ille hæc ſcripſerat tamquam ſua, nulla Cypriani mentione, Jonas epiſcopus Aurelianenſis illum monuit eſſe beatiſſimi Cypriani martyris.

42 *Captivum*] Ita omnes libri veteres, ſi Moyſſiacenſem excipias, in quo ſcriptum eſt *captiva*, & omnes veteres editiones. Pamelius, cujus editionem ſecutus eſt Rigaltius, poſuit *captiva*, quia videbat in libro Jonæ epiſcopi Aurelianenſis de cultu imaginum, ubi locus iſte refertur a Claudio Taurinenſi, legi *captiva*, per errorem videlicet. Nam apud Dungalum, ubi refertur etiam hic locus, recte ſcriptum eſt *captivum*.

43 *Incurvas*] Ita etiam in editione fragmentorum epiſtolæ Claudii. Sed in veteri libro legitur *inclinas*. Habeo enim exemplar horum fragmentorum cum codice MS. collatum manu viri clariſſimi Joannis Cordeſii, ubi legitur *inclinas*. Quo etiam modo ſcriptum eſt in codice Gratianopolitano.

44 *Animalia prona*] Notum eſt illud Ovidii ex libro primo metamorphoſeon:

Pronaque cum ſpectent animalia cetera terram,
Os homini ſublime dedit, cælumque tueri
Juſſit & erectos ad ſidera tollere vultus.

Cicero lib. 2. de legibus: *Nam cum ceteras animantes abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, ad cæluque quaſi cognationis domiciliique priſtini conſpectum excitavit*. Prudentius lib. 2. adverſus Symmachum:

Condideram perfectum hominem, ſpectare ſuperna
Mandaram, totis converſum ſenſibus in me,
Recto habitu, celſoque ſitu, & ſublime tuentem.

Poſſent plurima loca ſimilia proferri. Sed iſta ſufficiunt. Vide Maximum Tyrium diſſert. 38. & notas noſtras ad librum Lupi Ferrarienſis de tribus quæſtionibus.

45 *Pater miſit*] Pamelius interſerit *filium* ex quinque codicibus & ex uno quem laudat Morellius. Ego quoque ita inveni ſcriptum in quinque antiquis. Gloſſema certo eſt, quod deſideratur in viginti & uno libris noſtris & in octo Anglicanis.

46 *Ruinis rerum*] Ita omnia fere vetera exemplaria, etiam Veronenſe. Nonnulla tamen habent *regum*, manifeſto errore. Itaque ſupervacanea eſt eorum cura qui has regum ruinas referunt ad tempora Deciana. Similis error ſublatus olim a nobis eſt apud Agobardum in epiſtola Gregorii IV. Papæ. Sic in epiſtola ſancti Ambroſii ad Chromatium primo ſcriptum fuit in vetuſtiſſimo codice eccleſiæ Lugdunenſis *dat conſilium rei dicens*, ſed ſtatim emendatum eſt ſupra lineam & poſitum *regi*. Item pro eo quod in tomo quarto conciliorum Labbei pag. 920. in epiſtola epiſcoporum Phœniciæ maritimæ ad Leonem Imp. legitur *hujus rei gratia*, quæ eſt vera lectio, vetuſtiſſimi codices eccleſiæ Bellovacenſis & monaſterii Corbejenſis habent *hujus regi gratia*. Vide etiam notas ad Capitularia pag. 1060. 1105. Addam quoque alia loca ſimilia, ut ea uſui eſſe poſſint hominibus eruditis cum in libros inciderint in quibus iidem errores fuerint, & in quibus emendandis defuerit auctoritas librorum veterum. In epiſtola Cæleſtini Papæ ad clerum & plebem CP. pro eo quod editiones recte habent *cum a ſe commiſſa ſibi rei ratio requiretur* codex eccleſiæ Bellovacenſis habet *regi*. In eodem codice cum refertur epiſtola Papæ Vigilii ad Aurelianum epiſcopum Arelatenſem, & illic legitur *Dignum eſt & catholico rei conveniens*, cum legendum ſic *regi*, ut in editionibus. Ex eodem fonte fluxit quod in canone 40. concilii Meldenſis, ubi laudatur canon ſynodi Arvernenſis, *regiculam* ſcriptum eſt in veteri codice Aurelianenſi, cum legendum ſit *reiculam*. In capite octavo libri Agobardi contra legem Gundobaudi legebatur olim *reſculas* pro *reiculas*, ut illic monui. In tomo ſecundo Capitularium pag. 1426. in præcepto Ludovici Pii ſcriptum eſt *rex* pro *res*.

47 *Muſſitamus*] Veteres quidam libri & veteres editiones habent *muſitamus*. Atque ego putabam ita ſcribi debere, quia legebam apud Juvencum: *Nec inter ſeſe muſitanti voce volabant*. Sed poſtea deprehendi hoc vocabulum deſcendere ex verbo *muſſare*, adeoque ſcribendum eſſe credidi *muſſitamus*, uti ſcriptum eſt in codice Seguieriano. Nam & apud Sidonium lib. 6. epiſt. 16. reperitur verſus iſte ſapphicus: *Muſſitans quamquam chorus invidorum*. Grammatici præterea afferunt multas auctoritates quæ facile probant ita ſcribendum eſſe uti ego ſcripſi.

48 *Videas æqualiter*] Ita veteres editiones. Quo etiam modo legitur in novem codicibus antiquis. Manutius expunxit *æqualiter*. Ita etiam Morellius & editio Anglicana. Non video autem cur expungi debuerit. Sane videtur eam vocem non eſſe neceſſariam. Sed non eſt propterea tollenda. Nam Cyprianus dixit paulo ante: *Putatis nos adverſa vobiſcum æqualiter perpeti*. Et mox, *carnis incommoda vobiſcum pariter incurrimus*. Et tamen vox *æqualiter* deeſt iſtic in ſeptemdecim libris veteribus.

49 *Non erunt naſcentia*] Veteres editiones & ſex libri veteres habent *non erit generatio*. Lectionem ſumptam ex editione quæ dicitur Gravii, quam Manutius & alii poſt eum ſecuti ſunt, quam nos etiam retinuimus, præferunt novemdecim exemplaria manuſcripta. Morellius poſuit *naſcentiæ*, forte per errorem typographi. Nam hic ſcribendi modus non eſt Latinus. Et tamen ea ſcriptura multum placuit Pamelio. In libro Fuxenſi & in Lamoniano legitur, *non erit naſcentia*. Vide gloſſarium Latinum Cangii.

50 *Cibum*] Veteres editiones & novem libri veteres præferunt *frumentum*. Alii duo & quinque Anglicani *eſcam*. Sed major pars codicum manuſcriptorum habet lectionem quam ego retinui.

51 *Senioris aut juvenis*] Retinui hanc lectionem, quam inveni in aliquot antiquis exemplaribus, propter rationes allatas a Pamelio, qui vere adnotat mire variare codices. In quibuſdam enim legitur ut iſtic, alibi *ſeniori aut juveni*, alibi *ſenioribus atque junioribus*, alibi *ſeniores & juvenes*, denique alibi *ſeniorum neque juvenum & virginum*. Vide lib. 2. teſtimoniorum cap. 22.

52 *Addictos*] id eſt judicatos, damnatos. Apud Optatum lib. 1. addictus ſignificat ſubjectum, ſubditum, ſicut addictus glebæ in jure civili. Utar autem hac occaſione ut moneam videri mihi optimam emendationem fuiſſe tentatam a Guillelmo Fornerio lib. 7. epiſtola ultima Caſſiodori, ubi Mariangelus Accurſius edidit, *non dici poteſt proprium quod liberare dominum non videtur additum*; pro quo Fornerius conjecit ponendum eſſe *addictum*, monens interim ſe legiſſe in veteri manuſcripto *a debito*. Conjectura Fornerii hinc bona eſſe cenſeri poteſt quod bona debitoris addicta ſunt creditori, adeoque etiam ipſe debitor.

53 *Servab. c. corporibus*] Vide notas noſtras ad librum tertium Salviani de gubernatione Dei.

54 *Subitatione*] Sic etiam in eodem capite epiſtolæ ad Fortunatum. Pontius diaconus in vita ſancti Cypriani: *Proconſulis juſſu ad hoſtes ejus cum militibus ſuis princeps repente ſubitavit*. A. Gellius lib. 9. cap. 15. dixit ſubitariam dictionem. Quo verbo uſus eſt etiam T. Livius. Boetius lib. 2. de conſolatione philoſophiæ: *Verum omnis ſubita mutatio rerum non ſine quodam fluctu contigit animorum*. Vide notas ad epiſtolam 57. pag. 206.

55 *Panit. habentes*] Ita repoſuimus pro eo quod in vulgaris editionibus habetur *agentes*, quia ita invenimus ſcriptum in quindecim libris noſtris & in quatuor Anglicanis. Vide epiſtolam ad Fortunatum de exhortatione martyrii cap. 12.

56 *De profundo*] Coactus ſum ita ſcribere propter auctori-

Digitized by Google

ctoritatem veterum editionum. Pamelius poſuit *de profunda & tenebroſa nocte ſuperſtitionis*, quia videbat Morellium monuiſſe vetuſtum librum ita habere. At Morellius non poſuit hanc lectionem in editione ſua, ſed eam quam ego revocavi. Lectionem Pamelii non reperi niſi in tribus libris.

57 *Odiis veſtris*] Proſper in calce libri contra collatorem: *Nobis Deo adjuvante ſit ſtudium quieta modeſtaque patientia odiis dilectionem reddere.*

58 *Sal. itinera monſtr.*] Hieronymus in epiſtola ad Pammachium adverſus Joannem Hieroſolymitanum: *Blaſphemantibus Deum clementem porrigimus manum.*

59 *Pœnitentia nulla ſera*] Hieronymus in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ: *Numquam eſt ſera converſio.* Joannes Sareſberienſis lib. 7. policratici cap. 21. *Pœnitentia quoque numquam ſera eſt, ſi tamen vera.* Seneca Agamemnone: *Sera numquam eſt ad bonos mores via.* Q. Curtius lib. 9. *crudelitatem ſera pœnitentia ſecuta eſt.* Symmachus lib. 10. epiſt. 54. *Sera & contumelioſa eſt emendatio ſenectatis.* Sanctus Ambroſius in reſponſione ad relationem Symmachi: *Verum certe eſt quia nulla ætas ad perdiſcendum ſera eſt. Erubeſcat ſenectus, quæ emendare ſe non poteſt.* Cicero lib. 2. epiſtol. ad familiares epiſt. 7. ait ſeram gratulationem reprehendi non ſolere.

60 *Factus eſt*] Ita omnes libri veteres præter unum. Editio quæ dicitur Gravii habet, *factus eſt de immortalitate ſecurus*. Hoc ſecutus eſt Pamelius, & deinde Rigaltius.

[1] LIBER
DE IDOLORUM VANITATE.

QUOD idola dii non ſint, & quod Deus unus ſit, & quod per Chriſtum ſalus credentibus data ſit. Deos non eſſe quos colit vulgus hinc notum eſt. [2] Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriam coli apud ſuos poſtmodum etiam in morte cœperunt. Inde illis inſtituta templa, inde ad [3] defunctorum vultus per imaginem detinendos expreſſa ſimulacra; [4] & immolabant hoſtias, & dies feſtos dando, [5] honore celebrabant. [6] Inde poſteris facta ſunt ſacra quæ primis fuerant aſſumpta ſolatia. Et videamus an ſtet hæc apud ſingulos veritas. Melicertes & Leucothea præcipitantur in maria, & fiunt poſtmodum maris numina. [7] Caſtores alternis moriuntur ut vivant. [8] Æſculapius ut in deum ſurgat fulminatur. Hercules ut hominem exuat [9] Oeteis ignibus concrematur. Apollo [10] Admeti pecus pavit. Laomedonti muros Neptunus inſtituit, nec mercedem operis infelix ſtructor accepit. [11] Antrum Jovis in Creta [12] viſitur, & ſepulcrum ejus oſtenditur, & ab eo Saturnum fugatum eſſe manifeſtum eſt. Inde [13] Latium de latebra ejus nomen accepit. Hic litteras imprimere, [14] hic ſignare nummos in Italia primus inſtituit. Inde ærarium Saturni vocatur. Et ruſticitatis hic cultor fuit. Inde falcem ferens ſenex pingitur. Hunc fugatum hoſpitio Janus exceperat; de cujus nomine Janiculum dictum eſt, & menſis Januarius inſtitutus eſt. Ipſe bifrons exprimitur, quod in medio conſtitutus annum incipientem pariter & recedentem ſpectare videatur. [15] Mauri vero manifeſte reges colunt, nec ullo velamento hoc nomen obtexunt. Inde per gentes & provincias ſingulas varia deorum religio mutatur, dum non unus ab omnibus Deus colitur, ſed propria cuique majorum ſuorum cultura ſervatur. Hoc ita Alexander magnus inſigni volumine ad matrem ſuam ſcribit metu ſuæ poteſtatis proditum ſibi [16] de diis hominibus a ſacerdote ſecretum, quod majorum & regum memoria ſervata ſit, inde colendi & ſacrificandi ritus inoleverit. Si autem [17] aliquando dii nati ſunt, cur non hodieque naſcuntur? Niſi ſi forte Juppiter ſenuit, aut partus in Junone defecit. Cur vero deos putas pro Romanis poſſe, quos videas nihil [18] pro ſuis adverſus eorum arma valuiſſe? Romanorum enim [19] vernaculos deos novimus. Eſt Romulus pejerante Proculo deus factus, & [20] Picus,

A & Tiberinus, & Pilumnus, & Conſus, quem deum fraudis, velut [21] conſiliorum deum, coli Romulus voluit poſtquam in raptum Sabinarum perfidia provenit. Deam quoque [22] Cloacinam Tatius & invenit & coluit, [23] Pavorem Hoſtilius atque Pallorem. Mox a neſcio quo [24] Febris dedicata, & Acca & [25] Flora [26] meretrices. Hi dii Romani. Ceterum Mars Thracius, & Juppiter Creticus, & Juno vel Argiva vel Samia vel Pœna, & Diana Taurica, &
B deorum mater Idæa, & Ægyptia portenta, non numina: quæ utique ſi quid poteſtatis habuiſſent, ſua ac ſuorum regna ſervaſſent. Plane ſunt apud Romanos & victi penates, quos Æneas profugus advexit. Eſt & [27] Venus calva multo hic turpius calva quam apud Homerum vulnerata. Regna autem non merito accidunt, ſed ſorte variantur. Ceterum imperium ante tenuerunt & [28] Aſſyrii & Medi & Perſæ, & Græcos & Ægyptios regnaſſe cogno-
C vimus. Ita vicibus poteſtatum variantibus Romanis quoque ut & ceteris imperandi tempus obvenit. Ceterum ſi ad originem redeas, erubeſcas. Populus de ſceleratis & nocentibus congregatur, & aſylo conſtituto facit numerum impunitas criminum. Nunc ut rex ipſe principatum habeat ad crimina fit [29] Romulus parricida. Atque ut matrimonium faciat, rem concordiæ per diſcordias auſpicatur. Rapiunt, ferociunt, fallunt ad copiam civitatis augen-
D dam. Nuptiæ ſunt illis rupta hoſpitii fœdera & cum ſoceris bella crudelia. Eſt & gradus ſummus in Romanis honoribus conſulatus. Sic conſulatum cœpiſſe videmus ut regnum. Filios interficit Brutus ut creſcat de ſuffragio ſceleris commendatio dignitatis. Non ergo de religionibus ſanctis, nec de auſpiciis aut auguriis Romana regna creverunt, ſed acceptum tempus certo fine cuſtodiunt. Ceterum & [30] Regulus auſpicia ſervavit, & captus eſt [31] & victus; &
E Mancinus religionem tenuit, & ſub jugum miſſus eſt. [32] Pullos edaces Paulus habuit, & apud Cannas tamen cæſus eſt. C. Cæſar ne ante brumam in Africam navigia tranſmitteret auguriis & auſpiciis renitentibus ſprevit, eo facilius & navigavit & vicit. Horum autem omnium ratio eſt illa quæ fallit & decipit, & præſtigiis cæcantibus veritatem ſtultum & [33] credulum vulgus inducit. [34] Spiritus ſunt inſinceri & [35] vagi, qui poſtea quam terrenis vi-

tiis immerſi ſunt, & a vigore cæleſti terreno A contagio receſſerunt, non deſinunt perditi perdere & depravati errorem pravitatis infundere. Hos & poetæ dæmonas norunt; & Socrates inſtrui ſe & regi ad arbitrium dæmonis prædicabat, & magis inde eſt ad perniciosa vel ludicra potentatus; quorum tamen præcipuus [16] Hoſtanes & [17] formam veri Dei negat conſpici poſſe, & angelos veros ſedi ejus dicit aſſiſtere. In quo & Plato pari ratione conſentit, & unum Deum ſervans, ceteros angelos vel dæmonas dicit. Hermes quoque Triſmegiſtus u- B num Deum loquitur, eumque incomprehenſibilem atque inæſtimabilem confitetur. Hi ergo ſpiritus ſub ſtatuis atque imaginibus conſecrati deliteſcunt. Hi afflatu ſuo vatum pectora inſpirant, extorum fibras animant, avium volatus gubernant, ſortes regunt, oracula efficiunt, [18] falſa veris ſemper involvunt, nam & falluntur & fallunt, vitam turbant, ſomnos inquietant, [19] irrepentes etiam ſpiritus in corporibus occulte mentes terrent, membra diſtorquent, valetudinem frangunt, morbos laceſſunt ut ad cultum ſui cogant, ut nidore C altarium & rogis pecorum ſaginati, remiſſis quæ conſtrinxerant curaſſe videantur. Hæc eſt de illis medela cum [40] illorum ceſſat injuria; nec aliud illis ſtudium eſt quam a Deo homines avocare & ad ſuperſtitionem ſui ab intellectu veræ religionis avertere, & cum ſint ipſi pœnales, quærere ſibi ad pœnam comites quos ad crimen ſuum fecerint errore participes. Hi tamen adjurati per Deum verum a nobis ſtatim cedunt & fatentur & de obſeſſis corporibus exire coguntur. Videas illos [41] noſtra voce D & operatione majeſtatis occultæ flagris cædi, igne torreri, incremento pœnæ propagantis extendi, ejulare, gemere, deprecari, unde veniant & quando diſcedant ipſis etiam qui ſe colunt audientibus confiteri; & vel exſiliunt ſtatim, vel evaneſcunt gradatim, prout fides patientis adjuvat aut gratia curantis aſpirat. Hinc vulgus in odium noſtri nominis cogunt, ut nos odiſſe incipiant homines antequam noſſe, ne cognitos aut [42] imitari poſſint aut damnare non poſſint. Unus igitur omnium dominus eſt Deus. Neque enim illa ſublimitas poteſt ha- E bere conſortem, cum ſola omnem teneat poteſtatem. Ad divinum imperium etiam de terris mutuemur exemplum. Quando umquam regni ſocietas aut cum fide cœpit aut ſine cruore deſiit? Sic [43] Thebanorum germanitas rupta, & permanens rogis diſſidentibus etiam in morte diſcordia. Et Romanos geminos unum non capit regnum, quos unum uteri cepit hoſpitium. Pompejus & Cæſar affines fuerunt, nec tamen neceſſitudinis fœdus in æmula poteſtate tenuerunt. Nec hoc tu de homine mi- F reris, cum in hoc omnis natura conſentiat. [44] Rex unus eſt apibus, & dux unus in gregibus, & in armentis rector unus. Multo magis mundi unus eſt rector, qui univerſa quæcumque ſunt verbo jubet, ratione diſpenſat, virtute conſummat. Hic nec videri poteſt, viſu clarior eſt, nec comprehendi, tactu purior eſt, nec æſtimari, ſenſu major eſt. Et ideo ſic eum digne æſtimamus, dum inæſtimabilem dicimus. Quod vero templum habere poſſit Deus cujus templum totus eſt mundus; & cum homo latius maneat, intra unam ædiculam vim tantæ majeſtatis [45] includam. [46] In noſtra dedicandus eſt mente, in noſtro conſecrandus eſt pectore. Nec nomen Deo quæras. [47] Deus nomen eſt illi. Illic vocabulis opus eſt ubi propriis appellationum inſignibus multitudo dirimenda eſt. Deo, qui ſolus eſt, [48] Dei vocabulum totum eſt. Ergo unus eſt, & ubique totus diffuſus eſt. Nam & vulgus in multis Deum naturaliter confitetur, cum mens & anima ſui auctoris & principis admonetur. Dici frequenter audimus, *o Deus*, & *Deus videt*, & *Deo commendo*, & *Deus tibi reddat*, & *quod vult Deus*, & *ſi Deus dederit*. Atque hæc eſt ſumma delicti, nolle agnoſcere quem ignorare non poſſis. Quod vero Chriſtus ſit, & quomodo per ipſum nobis ſalus venerit, ſic eſt ordo, ſic eſt ratio. [49] Judæis primum erat apud Deum gratia. Sic olim juſti erant, ſic majores eorum religionibus obediebant. Inde illis & regni ſublimitas floruit, & generis magnitudo provenit. Sed illi [50] negligentes & indiſciplinati & ſuperbi poſtmodum facti, & fiducia patrum inflati, dum divina præcepta contemnunt, datam ſibi gratiam perdiderunt. Quam vero fuerit illis prophana vita, quæ contracta ſit violatæ religionis offenſa, ipſi quoque teſtantur, qui etſi voce tacent, exitu confitentur. Diſperſi & palabundi vagantur, ſoli & cæli ſui profugi per hoſpitia aliena jactantur. Necnon Deus ante prædixerat fore ut vergente ſæculo & mundi fine jam proximo ex omni gente & populo & loco cultores ſibi allegeret Deus [51] multo fideliores & melioris obſequii qui indulgentiam de divinis muneribus haurirent, [52] quam acceptam Judæi contemtis religionibus perdidiſſent. Hujus igitur gratiæ diſciplinæque arbiter & magiſter ſermo & filius Dei mittitur, qui per prophetas omnes retro [53] illuminator & doctor humani generis prædicabatur. Hic eſt virtus Dei, hic ratio, hic ſapientia ejus & gloria. Hic in virginem illabitur, [54] carnem ſpiritus ſanctus induitur, Deus cum homine miſcetur. Hic Deus noſter, hic Chriſtus eſt, qui mediator duorum, hominem induit, quem perducat ad patrem. Quod homo eſt eſſe Chriſtus voluit, ut & homo poſſit eſſe quod Chriſtus eſt. [55] Sciebant & Judæi Chriſtum eſſe venturum. Nam hic illis ſemper prophetis admonentibus adnuntiabatur. Sed ſignificato duplici ejus adventu, uno qui exercitio & exemplo hominis fungeretur, altero qui Deum fateretur, non intelligendo primum adventum, qui in paſſione præceſſit occultus, unum tantum credunt qui erit in poteſtate maniſeſtus. Quod autem hoc Judæorum populus intelligere non potuit, delictorum meritum fuit. Sic erant [56] ſapientiæ & intelligentiæ cæcitate multati ut qui vita indigni eſſent haberent vitam ante oculos nec viderent. Itaque cum Chriſtus Jeſus, ſecundum a prophetis ante prædicta, verbo & vocis imperio dæmonia de hominibus excuteret, paralyticos reſtringeret, leproſos purgaret, illuminaret cæcos, claudis greſſum daret, mortuos rurſus animaret, cogeret ſibi elementa famulari, ſervire ventos, maria obedire, inferos cedere, Judæi, qui illum [57] crediderant hominem tantum de humilitate carnis & corporis, exiſtimabant

mabant magnum de licentia poteſtatis. Hunc magiſtri eorum atque primores, hoc eſt, quos & doctrina ille & ſapientia revincebat, accenſi ira & indignatione provocati inſecuti ſunt, & poſtremo detentum Pontio Pilato, qui tunc ex parte Romana Syriam procurabat, tradiderunt, crucem ejus & mortem ſuffragiis violentis ac pertinacibus flagitantes. Hoc eos facturos & ipſe prædixerat, & prophetarum omnium teſtimonium ſic ante præceſſerat, oportere illum pati, non ut ſentiret mortem, ſed ut vinceret, & cum paſſus eſſet, ad ſuperos denuo regredi, ut vim divinæ majeſtatis oſtenderet. Fidem itaque rerum curſus implevit. Nam & crucifixus prævento carnificis officio ſpiritum ſponte dimiſit, & die tertio rurſus a mortuis ſponte ſurrexit. Apparuit diſcipulis ſuis talis qualis & fuerat, agnoſcendum ſe videntibus præbuit, ſimul [58] vinctus & ſubſtantiæ corporalis firmitate conſpicuus, [59] ad dies quadraginta remoratus eſt, ut de eo ad præcepta vitalia inſtrui poſſent, & diſcerent quæ docerent. Tunc [60] in cælum circumfuſa nube ſublatus eſt; ut hominem quem dilexit, quem induit, quem a morte protexit, ad patrem victor imponeret, jam venturus e cælo ad pœnam diaboli & ad cenſuram generis humani ultoris vigore & judicis poteſtate, per orbem vero diſcipuli magiſtro & Deo monente diffuſi præcepta in ſalutem darent, ab errore tenebrarum ad viam lucis adducerent, cæcos & ignaros ad agnitionem veritatis ocularent. Ac ne eſſet probatio minus ſolida & de Chriſto delicata confeſſio, per tormenta, per cruces, per multa pœnarum genera tentantur. [61] Dolor, qui veritatis teſtis eſt, admovetur ut Chriſtus Dei filius, qui hominibus ad vitam datus creditur, non tantum præconio vocis, ſed & paſſionis teſtimonio [62] prædicaretur. Hunc igitur comitamur, hunc ſequimur, hunc habemus itineris ducem, [63] lucis principem, ſalutis auctorem, cælum pariter & patrem quærentibus & credentibus pollicentem. Quod eſt Chriſtus erimus chriſtiani, [64] ſi Chriſtum fuerimus imitati.

NOTÆ AD LIBRUM DE IDOLORUM VANITATE.

1 Difficile eſt certo ſtatuere quid in titulo iſtius libri poſuerit Cyprianus, ſi quid tamen poſuit, præſertim ſi vera ſit opinio Eraſmi exiſtimantis eſſe tantum fragmentum majoris operis, quia incipit ex abrupto. Plures ſane libri veteres, & ii quidem optimi, initium operis conſtituunt in his verbis; *Deos non eſſe quos colit vulgus*. Apud Angelum Politianum cap. 34. miſcellaneorum vocatur liber de origine & generibus idolorum. Poſterorum diligentia titulum illi fecit DE IDOLORUM VANITATE, atque ita ſe inveniſſe in exemplaribus antiquis teſtatur Rigaltius. Ego, quamquam hunc titulum nuſpiam repererim in codicibus manuſcriptis, retinui tamen propter commoditatem ſtudiorum. In edendo autem initio ipſius libri ſecutus ſum ſcripturam veterum librorum & veterum editionum. Quamquam ſunt aliqui libri veteres qui incipiunt *Deos non eſſe*, priora non habent.

Pauca hujus libri mentio reperitur in ſcriptoribus antiquis, quippe quem nuſpiam reperio citatum quam apud Hieronymum & Auguſtinum. Et Auguſtinus quidem ita ſcribit in libro de unico baptiſmo adverſus Petilianum cap. 4. *Hujus regulæ apoſtolicæ ſectator epiſcopus Cyprianus de uno vero Deo adverſus multorum deorum falſorumque cultores diſputans multa profert teſtimonia de libris eorum quos præclaros auctores habent. hoc eſt ex illa veritate quam tu injuſtitiæ detinens*. Citat etiam lib. 6. de baptiſmo adverſus Donatiſtas cap. 44. Hieronymus autem in epiſtola ad Magnum, ponens in principio ſermonis materiam iſtius libri, tamquam ſi titulus eſſet, ſic ſcribit: *Cyprianus quod idola dii non ſint qua brevitate, qua hiſtoriarum omnium ſcientia, quorum verborum & ſenſuum ſplendore perſtrinxit*. Ad eumdem librum reſpexiſſe videtur quibuſdam Pontius diaconus in vita ſancti Cypriani ſcribens per illum gentiles, repercuſſis in ſe iis quæ nobis ingerunt, victos fuiſſe. Verum cum iſta Pontii verba convenire etiam poſſint libro ad Demetrianum, in quo ſanctus martyr adverſus gentiles ingerit querelas eorum de chriſtianis, non audeo affirmare verba Pontii intelligenda tantum eſſe de libro de vanitate idolorum. Potuit enim Pontius reſpexiſſe ad utrumque opus. Porro adverſus cultum idolorum nihil eſt elegantius Jove tragœdo Luciani.

2 *Reges olim fuerunt*] Lactantius lib. 6. cap. 8. *Quomodo ergo, inquiet aliquis, dii crediti ſunt? Nimirum quia reges maximi aut potentiſſimi fuerunt, ob merita virtutum ſuarum aut munerum aut artium repertarum, cum cari fuiſſent iis quibus imperitaverant, in memoriam ſunt conſecrati*. Idem in libro de ira Dei cap. 11. *Nimirum ii omnes qui coluntur ut dii homines fuerunt, & iidem primi & maximi reges, ſed eos aut ob virtutem, quia profuerant hominum generi, divinis honoribus affectos eſſe poſt mortem, aut ob beneficia & inventa quibus humanam vitam excoluerant, immortalem memoriam conſecutos quis ignorat?* Ita etiam in libro recognitionum D. Clementis. Cicero lib. 2. de natura deorum: *Perſeus Zenonis auditor eos dixit habitos deos a quibus magna utilitas ad vitæ cultum eſſet inventa, ipſaſque res utiles & ſalutares deorum eſſe vocabulis nuncupatas*. Et infra: *Suſcepit autem vita hominum conſuetudoque communis ut beneficiis excellentes viros in cælum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Caſtor & Pollux*. Horatius lib. 2. epiſt. 1.

Romulus & Liber pater & cum Caſtore Pollux
Poſt ingentia facta deorum in templa recepti.

Q. Curtius lib. 9. ſcribit Perſas non pie ſolum ſed etiam prudenter reges ſuos inter deos colere. majeſtatem enim imperii ſalutis eſſe tutelam. Julius Firmicus in libro de errore prophanarum religionum: *Amat enim Græcorum levitas eos qui ſibi aliquid contulerunt, vel qui conſilio aut virtute ſe juverunt, divinis appellare nominibus. Et ſic ab ipſis beneficiorum gratia repenſatur ut deos dicant & deos eſſe credant qui ſibi aliquando profuerint*. Cicero in oratione pro Milone: *Græci homines deorum honores tribuunt iis viris qui tyrannos necaverunt*. Lucianus in Toxari ſcribit Scythas ſacrificaſſe Oreſti & Pyladi, non tamquam diis, ſed tamquam viris bonis. Et Julius Firmicus ait Ægyptios Joſephum, qui conſuluerat eorum egeſtati per ſeptem annos, venerari & adorare ut deum. Epiphanius in prologo librorum adverſus hæreſes cap. 7. ait tyrannos & præſtigiatores, qui inventionibus ſuis ac fallaciis totum orbem deceperant, divinis honoribus conſecratos fuiſſe. Petrus a Valle in hiſtoria peregrinationum ſuarum teſtatur etiam nunc Indos gentiles colere ut deos reges ſuos & viros illuſtres qui præclaris actionibus ſuis meruerunt honores divinos.

3 *Defunctor. vultus*] Hic tantum annotabo me hoc loco uti ad reddendam hanc vocem Commodiano, apud quem inſtructione 2. legitur *defunctos deos orabant*, pro quo Rigaltius poſuit *morientes deos*. Sic etiam inſtructione 20. *Adoratis enim ſtulti malo letu defunctos*. Affero autem hæc loca Commodiani prout habentur in veteri codice MS. ſancti Albini Andegavenſis.

4 *Et immolabant*] Veteres editiones & quidam libri veteres habent: *Nam & immolabant*. Alii ſimpliciter *& immolabant*, quam lectionem reperi in quindecim codicibus antiquis. Ubi duo libri veteres habent *etiam* pro *et*. Non placuerunt Pamelio hæ duæ lectiones. Prætulit autem eam quam inveniſſe ſe ait apud Gravium & Coſterium, & ſcripſit *quibus & immolabant*. Verum vocem *quibus* ego non vidi in editione quæ dicitur Gravii neque in codicibus manuſcriptis.

5 *Honore*] Ita ſcriptum vidi in tredecim libris veteribus. Quidam alii habent *honores* vel *honorem*. Ego retinui lectionem quæ plurium veterum librorum auctoritate nititur, cum præſertim hoc ſegmentum invenerim ita diſtinctum in codice Tornacenſi bibliothecæ regiæ & in Beccenſi, tum etiam in Metenſi ſancti Arnulphi.

6 *Inde poſt. ſacra*] Minucius Felix: *Similiter ac vero erga*

ergo deos quoque majores noſtri improvidi, creduli, rudi ſimplicitate crediderunt, dum reges ſuos colunt religioſe, dum defunctos eos deſiderant in imaginibus videre, dum geſtiunt eorum memorias in ſtatuis detinere, ſacra facta fuerunt quæ fuerant adſumpta ſolatia. Vide Fulgentium Placiadem lib. 1. mytholog. ubi agit de filio Syrophanis Ægyptii.

7 *Caſtores*] Angli, qui poſt Morellium poſuerunt in ſua editione *Caſtor & Pollux*, admonent oportuiſſe hic reponi *Caſtores*, ſi tanti eſſet rem levis momenti mutare. Sed hæc ratio nullius eſt momenti. Nam & ipſi plures mutationes fecerunt in operibus ſancti Cypriani quæ non ſunt majoris momenti. Ego vero mutavi, quia oportet reddere Cypriano ſua verba, & quia apud Minucium Felicem, ex quo Cyprianus accepiſſe videtur, ſcriptum eſt: *Caſtores alternis moriuntur ut vivant*. Ita etiam ſcriptum eſt in omnibus libris veteribus tam noſtris quam Anglicanis, uno excepto Carnotenſi, qui habet ut editio Morellii. Et cum ageretur de emendando Cypriano ex auctoritate veterum librorum, neceſſe erat eam lectionem revocare quam fere omnes libri manuſcripti habent. Adnotat Dio Caſſius lib. 37. templum Caſtoris & Pollucis quod Romæ erat ſolius Caſtoris dici conſueviſſe. Vide annotationes Eraſmi in caput 28. actorum.

8 *Æſculapius fulminatur*] Lactantius lib. 1. cap. 10. loquens de Æſculapio, *a Deo meruit fulminari*. Plinius lib. 29. cap. 1. ſcribit illum fulmine ictum, quoniam Tyndaridam revocaſſet ad vitam. Cornelius Celſus in procemio librorum ſuorum de re medica ait Æſculapium relatum in deorum numerum quia hanc ſcientiam rudem & vulgarem paulo ſubtilius expoſuit. Tertullianus in apologetico ſcribit illum *fulmine vindicatum*, id eſt deum factum. Hæc enim lectio, quam præferunt editiones Beati Rhenani & Pamelii, mihi videtur eſſe melior quam ea quæ habet *judicatum*. Eodem ſenſu Plinius in panegyrico ait Nervam a diis cælo vindicatum. Sic Optatus lib. 1. vocat martyrem vindicatum, id eſt canonizatum, ut temporum noſtrorum verbo utamur, eum quem conſtabat pro nomine Chriſti tormenta perpeſſum & mortem ſubiiſſe. Aliud in libro de lapſis ſignificat vox *vindicatur*, ut illic annotavi. Paſſio ſancti Philippi epiſcopi in tomo quarto analectorum Mabillonii pag. 140. *Scolapium medicum in monte Cynuſuridos fulminatum conſecrationem mereri a gentibus fecit*. Vide Lilium Gregorium Gyraldum ſyntagmate ſeptimo hiſtoriæ deorum.

9 *Oeteis*] Novem libri veteres præferunt *athnæis*. Atque ita fere ſcriptum eſt apud Arnobium in codice regio. Quamvis autem non dubitem quin hæc lectio falſa ſit, puto tamen mihi licere ea uti ut emendem locum Paciani in libro de pœnitentibus, in quo legitur: *Æſtuant indefeſſis flammarum globulis Æthna & Lucanicalus & Veſuvius Campanus*. At in veteri libro Carthuſiæ majoris ſcriptum eſt: *Ethna Siculus & Veſevus Campanus*. Recte. Quippe Æthna eſt in Sicilia, & Veſevus in Campania. De Hercule exuſto vide Frontonis Ducæi notas in libros Theophili Antiocheni ad Autolycum. Feſtiva & elegans eſt hiſtoria Herculis Suffectani in epiſtola Auguſtini ad cives coloniæ Suffectanæ.

10 *Admeti pecus*] Apud Commodianum, prout editus eſt a Rigaltio, legitur inſtruct. 11. *Admeti quoque pecora paviſſe fertur*. At in libro ſancti Albini ſcriptum eſt *a primitia* pro *Admeti*. Ovidius lib. 2. de arte amandi:

Cynthius Admeti vaccas paviſſe per agros
Fertur & in parva delituiſſe caſa.

11 *Antrum Jovis*] Minucius Felix: *Adhuc antrum Jovis viſitur & ſepulcrum ejus oſtenditur*. Virgilius lib. 4. georgicon: *Dictæo cæli regem pavere ſub antro*. Ovidius lib. 3. amorum eleg. 9. *Cretes nutrito terra ſuperba Jove*. Vide Hieronymum in caput primum epiſtolæ ad Titum.

12 *Viſitur*] Apud Angelum Politianum cap. 34. miſcellaneorum ſcriptum eſt *nutitur*.

13 *Latium de latebra*] Minucius Felix: *Itaque latebram ſuam, quod tuto latuiſſet, vocari maluit Latium*. Virgilius lib. 8. Æneidos: *Latiumque vocari maluit his quoniam latuiſſet tutus in oris*. Ovidius lib. 1. faſtorum: *Dicta fuit Latium terra latente deo*. Vide Lactantium lib. 1. cap. 13. Hinc collis latiaris apud Varronem lib. 5. de lingua Latina.

14 *Hic ſignare*] Tertullianus in apologetico: *Ab ipſa primam tabulæ & imagine ſignatus nummus, & inde ærario præſidet*. Vide notas Pamelii.

15 *Mauri reges colunt*] Tertullianus in apologetico ait Mauritaniæ regulos a populis coli ut deos. Lactantius lib. 1. cap. 15. *Hac ſcilicet ratione Romani Cæſares ſuos conſecraverunt & Mauri reges ſuos*. Minucius Felix: *Juba Mauris volentibus deus eſt*. Valerius Maximus in præfatione: *Reliquos enim deos accepimus, Cæſares fecimus*. Herodianus lib. 4. ait moris eſſe Romanis conſecrare Imperatores qui ſuperſtitibus filiis vel ſucceſſoribus moriuntur, eoſque qui ſunt hoc honore affecti dici relatos inter divos.

16 *De diis*] Hic locus multum varie & implicite ſcriptum eſt in exemplaribus antiquis. In editione quæ dicitur Gravii legitur *de his omnibus*, in codice ſancti Eligii Attrebatenſis *ab his omnibus*, in Fuxenſi, Turonenſi, Corbejenſi, Lamoniano, & in editionibus Manutii & Morellii, tum etiam in variis lectionibus poſitis in margine libri quo Gravius uſus erat, *de diis hominibus*, in Sorbonico *ab his hominibus*, in uno regio, in Thuano, etiam in uno meo, *diis hominibus*, omiſſa præpoſitione *de*. In Carnotenſi & in Beccenſi *a piis hominibus*. Eligat lector ex his variis lectionibus eam quam æſtimabit eſſe meliorem. Ego facile crederem eam eſſe retinendam, uti retinui, quam editiones Manutii & Morellii præferunt, quam Rigaltius quoque ſervavit & Angli.

17 *Aliq. dii nati ſunt*] Cicero lib. 1. de natura deorum: *Si natum, nulli dii ante quam nati. Et ſi ortus eſt deorum, interitus ſit neceſſe eſt*.

18 *Pro ſuis*] Quidam libri veteres & editio Morelliana habent *prorſus*. Iſta lectio videtur eſſe bona. Viderint eruditi critici an præferenda ſit.

19 *Vernaculos deos*] Ita etiam Minucius Felix.

20 *Picus*] cujus corpus maculoſum eſſe dixit Prudentius in libro primo adverſus Symmachum. Plutarchus in quæſtionibus Romanis quærit cur Picum Romani venerentur.

21 *Conſilior. deum*] Hieronymus in vita Hilarionis: *Hoc ſiquidem in Romanis urbibus jam exinde ſervatur a Romulo ut propter felicem Sabinarum raptum ab ipſa quoque conſiliorum deo quadrigæ ſeptem currant circuitu*. Varro lib. 5. de lingua Latina: *Conſualia dicta a Conſo, quod tum feriæ publicæ ei deo & in circo ad aram ejus ab ſacerdotibus fiunt ludi illi quibus virgines Sabinæ raptæ*. Ovidius lib. 3. faſtorum: *Feſta parum Conſo, Conſus tibi cetera dicet*. Tertullianus in libro de ſpectaculis: *Exinde ludi conſualia dicti, qui ab initio Neptunum honorabant. Eumdem enim & Conſum vocant*. Et ſtatim: *Quamquam & conſualia Romulo defendunt, quod ea Conſo dicaverit deo, ut volunt, conſilii, ejus ſcilicet quo tunc Sabinarum virginum raptum militibus ſuis in matrimonia excogitavit*. Vide Dionyſium Halicarnaſſeum lib. 1. & Valerium Maximum lib. 2. cap. 4. & Plutarchum in libro de quæſtionibus Romanis. Narrat Lilius Gregorius Gyraldus in ſyntagmate quinto hiſtoriæ deorum meminiſſe ſe, cum ingratis Romæ ætatem tereret, ad palatii radices pone Anaſtaſiæ templum ſacellum effoſſum fuiſſe quod tum plerique Conſi putarunt, id eſt Neptuni, propter frequentes conchas marinas ibi repertas, ubi & effigies albæ aquilæ cum criſta rubra in ſacelli fornice ſeu teſtudine, quod tum plerique conſilii ſymbolum interpretabantur, & ædem Conſi ſubterraneam fuiſſe in ea regione probari ex P. Victore.

22 *Cloacinam*] Lactantius lib. 1. cap. 20. *Cloacinæ ſimulacrum in cloaca maxima repertum Tatius conſecravit, & quia cujus eſſet effigies ignorabat, ex loco illi nomen impoſuit*. De Cloacina & de deabus quæ ſequuntur vide epiſtolam Auguſtini ad Maximum Madaurenſem.

23 *Pavorem a. pallorem*] Lactantius ibidem: *Pavorem palloremque Tullus Hoſtilius figuravit & coluit*. Sanctus Auguſtinus lib. 20. contra Fauſtum cap. 9. *Nam & corporalium vitiorum ſimulacra Romani conſecraverunt, ſicut palloris & febris*.

24 *Febris*] Octavianus Horatianus lib. 4. cap. 1. *Hinc eſt & quod Romani febri ædem ſtatuerunt*. Prudentius in hamartigenia:

Par furor illorum quos tradit fama dicatis
Conſecraſſe deas febrem ſcabiemque ſacellis.

Cicero lib. 2. de legibus: *Araque vetus ſtat in palatio febris*. Vide Valerium Maximum lib. 2. cap. 5. & Lilium Gregorium Gyraldum ſyntagmate primo hiſtoriæ deorum.

25 *Flora*] In ejus honorem inſtituti ſunt ludi florales. Cicero actione quinta in Verrem dixit *Floram matrem populo plebique R. ludorum celebritate placandam*. Lactantius lib. 1. cap. 20. *Flora, cum magnas opes ex arte meretricia quæſiviſſet, populum ſcripſit heredem, certamque pecuniam reliquit cujus ex annuo fenore ſuus natalis dies celebraretur editione ludorum quos appellant flora-*

Digitized by Google

ſi alia. Ubi vide notas Joſephi Iſæi. Arnobius lib. 7. *Exiſtimatur tractari honorifice Flora, ſi quis in ludis flagitioſas conſpexerit res agi & migrari ab lupanaribus in theatra*. Sanctus Auguſtinus in una epiſtolarum quas de negotio Calamenſi ſcripſit ad Nectarium, quæ eſt 91. in nova editione: *Horum plane florum non terra fertilis, non aliqua opulens virtus, ſed illa dea Flora digna mater inventa eſt, cujus ludi ſcenici tam effuſiore & licentiore turpitudine celebrantur ut quivis intelligat quale dæmonium ſit quod placari aliter non poteſt niſi illic non aves, non quadrupedes, non denique ſanguis humanus, ſed multo ſceleſtius pudor humanus tanquam immolatus intereat*. Plinius lib. 18. cap. 29. tradit Numam inſtituiſſe floralia IV. Kal. Maii. Ovidius lib. 4. faſtorum: *Exit & in Majas feſtum florale Kalendas*. Svetonius in Galba: *Prætor commiſſione ludorum floralium novum ſpectaculi genus elephantos funambulos edidit*. Ubi vide commentarium Philippi Beroaldi. Tacitus lib. 2. annalium tradit ædem Floræ ab Lucio & Marco Publiciis ædilibus conſtitutam juxta circum maximum. Vide Juſtinum lib. 43. Vellejum Paterculum lib. 1. Martialem lib. 1. epigr. 92. & Lilium Gregorium Gyraldum ſyntagmate primo hiſtoriæ deorum. Fulgentius Placiades lib. 1. mytholog. dixit virgunculam laſcivientem florali petulantia. Vide quæ de ludis floralibus diximus in notis ad epiſtolam ad Donatum pag. 18.

26 *Meretrices*] Poſtea ſequitur in editione quæ dicitur Gravii, in Pameliana, Rigaltiana, & Anglicana: *Interdum vera deorum vocabula apud Romanos finguntur ut ſit apud illos Viduus deus, qui animam corpus viduet, qui quaſi feralis & funebris intra muros non habetur, ſed foris collocatur, & nihilominus, quia extorris factus, damnatur potius Romana religione quam colitur. Eſt & Scanſus ab aſcenſibus dictus, & Forculus a foribus, & a liminibus Limentinus, & Cardea a cardinibus, & ab orbitatibus Orbana*. Ea vero nos ſuſtulimus, quia ea in nullo veterum exemplarium reperimus quibus uſi ſumus, quia deſunt in pluribus Anglicanis, quia non extant in antiquis editionibus, neque in Minucio, & quia ſenſum, ut Rigaltius ait, abrumpunt.

27 *Venus calva*] Lactantius lib. 1. cap. 20. *Urbe a Gallis occupata, obſeſſi in capitolio Romani, cum ex muliebrum capillis tormenta feciſſent, ædem Veneri calvæ conſecrarunt*.

28 *Aſſyrii*] Ita veteres editiones & quidam libri veteres, tum etiam Minucius. Alii veteres præferunt *Syros*. Alii XXVI. omittunt mentionem Medorum. Sed aliiquatuor illam habent, itemque Minucius. Præterea codex Veronenſis & codex ſancti Eligii Attrebatenſis addunt Tyrios. Medorum regni mentio deeſt etiam in editionibus Manutii & Morellii. Aſſyrii qui primo dicti ſunt poſtea Syri ſunt appellati. Vide Renati Maſſueti diſſertationes ad Irenæum pag. 71. §. 142. Arbactus imperium ab Aſſyriis ad Medos tranſtulit, & poſtea tranſlatum eſt ad Perſas. Ita docet Juſtinus lib. 1. & 41.

29 *Romulus parricide*] Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum monachum: *Roma ut condita eſt duos fratres ſimul reges habere non potuit & parricidio dedicatur*. Lucanus lib. 1. *Fraterno primi maduerunt ſanguine muri*.

30 *Regulus*] Hæc & quæ ſequuntur ad verbum ferme ſumpta ſunt ex Minucio.

31 *Et victus*] Addidi iſtud ex libro Fuxenſi. Audaciam illam mihi fecit Minucius, apud quem ita legitur: *Mancinus religionem tenuit, & ſub jugum miſſus eſt & deditus*. Pro eo quod Minucius dixit *deditus* liber Fuxenſis habet *victus*.

32 *Pullos edaces*] Duo libri veteres habent *vulturet*. Sed ea lectio non convenit cum hiſtoria. Ea admodum feſtiva eſt. Referam autem illam ex Valerio Maximo lib. 1. cap. 4. *P. Claudius bello Punico primo, cum prælium navale committere vellet, auſpiciaque more majorum petiiſſet, & pullarius non exire cavea pullos nuntiaſſet, abjici eos in mare juſſit dicens: Quia eſſe nolunt, bibant*. Svetonius in Tiberio. *Claudius Pulcher apud Siciliam non paſcentibus in auſpicando pullis, ac per contemtum religionis mari demerſis ut biberent quando eſſe nollent, prælium navale iniit; ſuperatuſque, cum dictatorem dicere a ſenatu juberetur, lucium viatorem ſuum dedit*. Hinc joci Pauli apud Martialem lib. 1. epigr. 29. Similem ferme hiſtoriam de C. Flaminio conſule narrat Cicero in libro primo de divinatione. Hæc ſunt ejus verba: *Idem cum tripudio auſpicaretur, pullarius diem prælii committendi differebat. Tum Flaminius ex eo quæſivit, ſi ne poſtea quidem pulli paſcerentur, quid faciendum cenſeret, cum ille quieſcendum reſpondiſſet, Flaminius, præclara vero auſpicia, ſi eſurientibus pullis res geri poterit, ſaturis nihil geretur. Itaque ſigna convelli & ſe ſequi juſſit. Quo tempore cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet movere loco, nec quidquam proficeret, plures cum accederent. Flaminius renuntiata ſuo more neglexit. Itaque tribus horis conciſus exercitus, atque ipſe interfectus eſt*. Vide Valerium Maximum lib. 1. cap. 6. Iconem caveæ & pullorum ex antiquis monumentis refert Roſinus lib. 3. cap. 10. antiquitatum Romanarum.

33 *Credulum*] Ita ſcribendum eſſe arbitratus ſum, quia ita ſcriptum inveni in tribus codicibus & in editione quæ dicitur Gravii pro eo quod editiones & quidam libri veteres habent *prodigum*. Etiam falſa lectio libri Turonenſis, quæ habet *crudelem*, oſtendit iſtam eſſe veram. Vulgatiſſimum eſt inveniri frequenter in veteribus libris manuſcriptis crudelem pro credulo & e converſo, crudelitatem etiam pro credulitate & e converſo, ut monui jam pag. 242. Vide to. 2. Capitularium pag. 1119.

34 *Spiritus inſinceri*] Supra in epiſtola ad Donatum pag. 3. *immundi & erratici ſpiritus*. Minucius, *ſpiritus ſunt inſinceri, vagi, a cæleſti vigore terrenis labibus & cupiditatibus degravati*. Lactantius lib. 2. cap. 14 *ſpiritus contaminati ac perditi per omnem terram vagantur*.

35 *Vagi*] Commodianus inſtruct. 4. *Unde modo vagi ſubvertunt corpora multa*. Item inſtruct. 22. *dæmones in mundo vagi*. Ita in veteri codice ſancti Albini. Pro quo Rigaltius poſuit *vagari*. Prudentius in carmine de ſancto Vincentio: *Adſunt & illic ſpiritus vagi, impotentes, ſordidi*.

36 *Hoſtanes*] Veteres editiones & omnes fere libri veteres habent *Soſthenes*. Minutius poſuit *Oſtanes*, Pamelius *Hoſtanes*. At ego *Oſtanes* vidi ſcriptum in tribus antiquis codicibus, *Hoſtanes* in Turonenſi. In uno meo veteri ſcriptum primo fuerat *Oſtenes*, ſed poſtea ſic emendatum eſt antiquitus ut oſtenderetur ſcribendum eſſe *Saſtanes*. Quo modo ſcriptum eſt etiam in Gratianopolitano. In apologia Apuleii vocatur Hoſtanes. Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 6. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 44. Vide Seldenum lib. 5. cap. 11. de jure naturali & gentium.

37 *Formam veri Dei*] Plinius lib. 2. cap. 7. *Effigiem Dei formamque credere imbecillitatis humanæ reor*. Apulejus in apologia: *Deus paucis cogitabilis, nemini effabilis*. Attalus martyr apud Rufinum lib. 5. cap. 3. interrogatus quod nomen haberet Deus reſpondit *Qui plures ſunt nominibus diſcernuntur. Qui unus eſt non indiget nomine*. Marius Victorinus initio libri de generatione divina: *De Deo dicere ſupra hominem audacia eſt*. Cicero lib. 1. de natura deorum ait ſpeciem Dei perſpici cogitatione, non ſenſu. Lucretius lib. 1. *Deus animi vix mente videtur*. Lactantius in libro de ira Dei cap. 11. *Apud Xenophontem Socrates diſputans ait formam Dei non oportere conquiri*. Arnobius lib. 1. *Si veram vultis audire ſententiam, aut nullam habet Deus formam, aut ſi informatus eſt aliqua, ex qua ſit profecto neſcimus*. Dio Caſſius lib. 37. agens de deo Judæorum ait illos deum ſuum ineffabilem inviſibilemque exiſtimaſſe. Caſſianus collat. 10. cap. 4. diſputat adverſus eorum ſimplicitatem qui incomprehenſibilem veri numinis majeſtatem ſub circumſcriptione alicujus æſtimant adorandam. Vide eumdem lib. 8. de habitu monachorum cap. 4. Sulpitius Severus lib. 2. ſacræ hiſtoriæ, *reſponſum eſt formam Dei mortalibus oculis perſpici non poſſe*. Apud Juvencum lib. 2. hiſt. evangel. Chriſtus loquens de petra ait:

> *Hujus enim vocem numquam comprehendere quiſtis,*
> *Nec ſpeciem propriam conceſſit viſere vobis.*

Rufinus lib. 1. apologiarum: *Nec enim, ut quidam putant, natura Dei aliquibus viſibilis eſt & aliis inviſibilis*. Vide Tertulliani apologeticum & librum Novatiani de Trinitate. Vide etiam ſcholia Jacobi Billii in orationem Gregorii Nazianzeni de plaga grandinis.

38 *Falſa veris involvens*] Imitatum ex libro ſexto Æneidos, *obſcuris vera involvens*. Sanctus Ambroſius lib. 1. officior. cap. 16. *obſcuris vera involvere*. Comœdia Queroli: *Iſtud plane eſt quod ſæpe audivi, obſcuris vera involvere*. Minucius Felix: *Sortes regunt, oracula efficiunt falſis pluribus involuta*. Tertullianus lib. 1. ad nationes, *ut non falſa veris intexant*. Sulpitius Severus lib. 2. ſacræ hiſtoriæ loquens de Bagua ſpadone ait, *infamiata ab ore corrupto & falſis vera miſcente*.

39 *Irr. et. ſpiritus*] Ita veteres editiones ante Manutianam, in qua reſecta & omiſſa eſt vox *ſpiritus*. Eam tamen exhibent XXII. vetera exemplaria.

40 *Illor. ceſſat*] In duodecim libris antiquis legitur, *cum illorum cultorum ceſſat injuria vel inſania*.

41 *Noſtra*

Digitized by Google

41 *Naſtra voce*] Codex Veronenſis, *non noſtra voce ſed operatione*.

42 *Imitari poſſint*] Quamvis hæc lectio conſtans ſit in omnibus veteribus libris & in omnibus editionibus, etiam apud Minucium, puto tamen vocem *poſſint* non congruere huic loco & reponendam eſſe aliam quæ ſignificet paganos timuiſſe ne cogerentur vel impellerentur imitari chriſtianos. Niſi ſi vox illa tollenda eſt ab hoc loco, ut legatur ſimpliciter, *ne cognitas aut imitari aut damnare non poſſint*. Seneca epiſt. 7. *Neceſſe eſt aut imiteris aut oderis*.

43 *Thebanor. germanitas*] Vide Rigaltii obſervationes ad Minucium pag. 189.

44 *Rex n. e. apibus*] Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum monachum : *Etiam muta animalia & ferarum greges ductores ſequuntur ſuos. In apibus principes ſunt*. Varro lib. 3. cap. 16. de re ruſtica : *Regem ſuum ſequuntur quocumque it, & feſſum ſublevant, & ſi nequit volare, ſuccollant*. Vide Lactantium lib. 3. cap. 10. Senecam lib. 1. de clementia cap. 9. Ovidium lib. 3. faſtorum, & Dionem Chryſoſtomum orat. 4. & 48.

45 *Includat*] Ita omnes veteres editiones & omnia vetera exemplaria, Pithœano & Metenſi exceptis, in quibus ſcriptum eſt *includam*. Hanc lectionem prætulit Manotius, & alii poſt eum. In Beccenſi ſcriptum eſt *includatur*. In Fuxenſi, *intra unam adiculam vim tanta majeſtatis concludi aſtimas*. Sane apud Minucium legitur, *intra unam adiculam vim tanta majeſtatis includam*. Sed illic alia eſt conſtructio verborum. Novatianus in libro de Trinitate cap. 6. *nec tamen Deus intra tabernaculum cluſus continetur*. Cicero lib. 2. de legibus : *Patrum delubra eſſe in urbibus noſco; nec ſequor magos Perſarum, quibus auctoribus Xerxes inflammaſſe templa Gracia dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent eſſe patentia & libera, quorumque hic mundus omnis templum eſſet & domus*. Tacitus ita de Germanis ſeribit : *Ceterum nec cohibere parietibus deos neque in ullam humani oris ſpeciem aſſimulare ex magnitudine caleſtium arbitrantur*. Ælius Lampridius in Alexandro Severo : *Adrianus templa in omnibus civitatibus ſine ſimulacris juſſerat fieri*. Sanctus Auguſtinus lib. 8. confeſſ. cap. 2. *Ergo parietes faciunt chriſtianos*.

46 *In noſtra dedicandus*] Lactantius cap. 23. de ira Dei : *Sit nobis Deus non in templis ſed in corde noſtro conſecratus*. Idem lib. 5. inſtitut. cap. 8. ait Dei templum non eſſe in lapidibus aut luto, ſed hominem ipſum, qui figuram Dei geſtat.

47 *Deus nomen eſt illi*] Infra lib. 2. teſtimonior. cap. 7. ex Iſaia : *Ego Dominus Deus, hoc mihi nomen eſt*. Et in pſalmo 67. *Deus nomen illi*.

48 *Dei vocabulum*] Pamelius poſuit *Deus*. Sic etiam Rigaltius & editio Anglicana. At omnes fere libri veteres & editiones Manutii & Morellii habent *Dei*. Quod certe melius eſſe facile animadvertet qui eum attente conſideraverit.

49 *Judæis primum*] Tertullianus in apologetico : *Judæis erat apud Deum gratia ob inſignem juſtitiam & fidem originalium auctorum*.

50 *Negligentes*] Multum variant in hoc loco vetera exemplaria. Eorum nonnulla & veteres editiones habent *negligentes diſciplinæ ſuperbi poſtmodum facti*. Alia omittunt vocem *negligentes* & vocem *ſuperbi*, habent autem tantum *& indiſciplinati poſtmodum*. Fuxenſe, *ſed illi negligentes diſciplinam poſtmodum inobedientes facti*.

51 *Multo fideliores*] Tertullianus in apologetico loquens de Judæis, qui culpa ſua amiſerant gratiam Dei, cum cæli & ſoli ſui extorres eſſent, ait ſanctas voces illis prænuntiaſſe *uti ſub extremis curriculis ſæculi ex omni gente & populo & loco cultores ſibi adlegeret Deus multo fideliores*. Lactantius cap. 43. epitomes, *aliam ſibi plebem fideliorem de exteris gentibus congregaret*. Plures libri veteres & editiones hic apud Cyprianum præferont *multo meliores*. In Fuxenſi legitur, *multo meliores obſequio & fide fortiores*. In Burgundico, in Tornacenſi, & in Gratianopolitano, *multo melioris obſequii & fidei fortioris*. Atque ita ſe legiſſe in antiquo exemplari teſtatur Rigaltius in obſervationibus ſuis ad apologeticum Tertulliani. Alii tres antiqui, *multo fidelioris & melioris obſequii*. Turonenſis, *multo fidei fortiores*. Carnotenſis, *multo faciliores*. At *feliciores* pro *faciliores* ſcriptum eſt in codice ſancti Arnulphi.

52 *Quam acceptam*] Codex Fuxenſis, *qua & accepta Judæi & contemta majeſtate ejus perdiderunt indulgentiam. Igitur ob iſtius gratiæ diſciplinam arbiter &c.* In codice ſancti Arnulphi & in Beccenſi deſunt iſta, *quam acceptam Judæi contemtis religionibus perdidiſſent*.

53 *Illuminator & doctor*] Vide Tertullianum loco mox laudato.

54 *Carnem Spiritus*] Ita Rigaltius in prima ſuæ libri iſtius editione emiſſa cum Minucio Felice, atque ita habere ait vetuſtiora exemplaria. Nonnulli veterea libri & vulgatæ editiones habent, *carnem Spiritu ſancto cooperante induitur*. Deeſt illud *cooperante* in libro Beccenſi. Codices Remigianus, Divionenſis, recens Victorinus & onus Regius habent, *carne Spiritu ſancto induitur*. Sic etiam emendatum eſt ex libro veteri in margine editionis Lugdunenſis anni 1544. Sic etiam ſcriptum erat in libro Flori. Codex antiquus Sangermanenſis optimæ notæ ſic habet : *Carne Spiritus ſanctus induitur*. Quam ſcripturam Pamelius reperit in quatuor mſſ. Eraſmus retinuit vulgatam lectionem, ſed in margine poſuit, *carnem Spiritus ſanctus induitur*. Præferenda hæc lectio, tum quia nititur veteribus libris, tum quia vox illa *cooperante* videtur eſſe gloſſema. Eſt autem antiquis Patribus familiare Chriſtum vocare Spiritum ſanctum. Hermas lib. 3. ſimilit. 5. ſic loquitur de Chriſti corpore ; *Hoc ergo corpus, in quod inductus eſt Spiritus ſanctus*. Juſtinus apolog. 2. *Spiritum ergo ac virtutem Dei nefas eſt aliud intelligi niſi verbum, &c.* Irenæus lib. 5. cap. 1. poſtquam dixit, *Spiritus ſanctus deſcendit in Mariam*, ſtatim ſubjicit : *Verbum Patris & Spiritus Dei adunitus antiquæ ſubſtantia plaſmationis Ada viventem & perfectum effecit hominem*. Tertullianus lib. de carne Chriſti n. 18. *Sic demique homo cum Deo, dum caro hominis cum Spiritu Dei*. Plura vide apud doctiſſimum Petrum Couſtant monachum Benedictinum in præfatione ad opera ſancti Hilarii epiſcopi Pictavienſis §. 57. Ceterum hic addo theologos ſcholaſticos diſputare an Spiritus ſanctus dici poſſit pater Jeſu Chriſti. Vide Thomam de Argentina lib. 3. diſt. 4. art. 4.

55 *Sciebant & Judæi*] Iſta & quæ ſequuntur ferme ſumta ſunt omnia ex capite 12. apologetici Tertulliani.

56 *Sapientia*] In codice Burgundico ſcriptum eſt *inſipientia cæcitate multati*.

57 *Cred. ho. tantum*] Rufinus in pſal. 2. de Chriſto adverſum Judæos : *Quia hunc in carne humilem viderunt, ſuperbo corde & cæca contemſerunt*. Item in pſal. 13. *Contemſiſtis humilem adventum filii Dei*.

58 *Vinctus*] Hanc lectionem, quam puto eſſe meliorem, exhibent novem libri veteres. Alii quidam habent *junctus*. Unus vetus & quædam veteres editiones habent *victus*. Quod oſtendere poteſt ſcriptum fuiſſe *vinctus*; ſed poſtea emendatum eſt antiquitus ut legi deberet *victus*. Videtur itaque ea lectio melior eſſe quæ habet *vinctus*, tamquam ſi Chriſtus diſcipulis ſuis apparuiſſet cum faſciis & inſtitis in quibus corpus ejus poſitum fuerat in ſepulcro, cum ſindone in qua Joſeph ab Arimathæa corpus illius involverat. Nam & incredulis oſtendit manus ſuas & pedes in quibus impreſſa erant ſigna clavorum, quæ oſtendit etiam Thomæ incredulo, ut eſt in capite 20. evangelii ſecundum Joannem.

59 *Ad dies quadraginta*] Iſtud eſt certiſſimum ; & non admonerem, niſi vidiſſem in capite 47. epitomes Lactantii ſcriptum eſſe *quinquageſimo die* in editione Pfaffii. Nam & ipſe Lactantius lib. 4. cap. 21. poſuit *quadraginta*.

60 *In cælum ſublatus*] Nulla iſtic mentio deſcenſus Chriſti ad inferos. Sed Cyprianus in libro ſecundo teſtimoniorum hoc dogma commemorat, illudque probat ex teſtimoniis veteris & novi Teſtamenti. Sic enim habet caput vigeſimum quartum : *Quod a morte non vinceretur, nec apud inferos remanſurus eſſet*. Et caput vigeſimum quintum *Quod ab inferis tertio die reſurgeret*. Quamvis autem idem dogma ſcriptores Cypriano antiquiores ſimiliter prædicent, in nonnullis tamen ſymbolis non videtur conceptis verbis fuiſſe expreſſum, quia deſcenſus ad inferos ſatis videbatur indicari, cum Chriſtus ſepultus diceretur. Hinc Rufinus in expoſitione in ſymbolum : *Sciendum ſane eſt*, inquit, *quod in eccleſia Romana ſymbolo non habetur additum*, deſcendit ad inferna, *ſed neque in Orientis eccleſiis habetur hic ſermo; vis tamen verbi eadem videtur eſſe in eo quod ſepultus dicitur*. Ex quo facile colligitur non recte reprehenſum fuiſſe Rufinum ab Henrico Vito Ooſthovio in libro de deſcenſu Chriſti ad inferos. Rufinus enim, qui alibi non uno loco ſcribit Chriſtum deſcendiſſe ad inferna, non ait Chriſtum non deſcendiſſe ad inferos, ſed tantum *deſcendit ad inferna* non haberi in ſymbolo eccleſiæ Romanæ neque in Orientis eccleſiis. Etiam ævo Innocentii papæ IV. deerat in ſymbolo quod Catholicus Jacobitarum ad eum miſit ut probaret ſe tenere fidem eccle-

ſiæ

ſiæ Romanæ. Editum illud eſt ad annum 1247. ab Olorico Raynaldo. Vide Bellarminum lib. 2. de verbo Dei cap. 6. & Rigaltium ad librum Tertulliani de præſcriptionibus adverſus hæreticos. Vide etiam apologiam Joannis Pici Mirandulæ, ubi fuſe diſputat de deſcenſu Chriſti ad Inferos, & Petrum Fabrum Sanjorianum lib. 3. agoniſticon cap. 10. pag. 265.

61 *Dolor ver. teſtis*] Vide quæ in ſimili argumento diximus ſupra in epiſtolam ad Demetrianum pag. 446. Hieronymus in epiſtola apologetica ad Aſellam: *veritatem magis exprimunt tormenta quam riſum*.

62 *Prædicaretur*] Codex Veronenſis & alii ſeptem veteres habent *probaretur*.

63 *Lucis principem*] Codex Fuxenſis, *ſpei noſtræ principem*. Sanctus Ambroſius lib. 3. de Fide cap. 7. Chriſtum vocat principem humilitatis.

64 *Si Chr. ſuer. imitati*] Veteres editiones & plures libri veteres habent *ſecuti*. Aliam lectionem inveni in editione quæ dicitur Gravii & in aliquot vetuſtis exemplaribus. Libellus precum Marcellini & Fauſtini: *Perdit enim in ſe chriſtiani nominis appellationem qui Chriſti non ſequitur diſciplinam*.

[1] L I B E R

DE MORTALITATE.

ETSI apud plurimos veſtrum, fratres dilectiſſimi, mens ſolida eſt & fides firma & anima devota, quæ ad [2] præſentis mortalitatis copiam non movetur, ſed tamquam petra fortis & ſtabilis turbidos impetus mundi & violentos ſæculi fluctus frangit potius ipſa nec frangitur, & tentationibus non vincitur, ſed probatur, tamen quia animadverto in plebe quoſdam vel imbecillitate animi, vel fidei parvitate, vel dulcedine ſæcularis vitæ, vel ſexus mollitie, vel, quod majus eſt, veritatis errore minus ſtare fortiter nec pectoris ſui divinum atque [3] invictum robur exerere, diſſimulanda res non fuit nec tacenda quo minus, quantum noſtra mediocritas [4] ſufficit, vigore pleno & ſermone de dominica lectione concepto [5] delicatæ mentis ignavia comprimatur, & qui homo Dei & Chriſti eſſe jam cœpit, Deo & Chriſto dignus habeatur. Agnoſcere enim ſe debet, fratres dilectiſſimi, qui Deo militat, qui poſitus in cæleſtibus caſtris divina jam [6] ſperat, ut ad procellas & turbines mundi trepidatio nulla ſit in nobis, nulla [7] turbatio, quando hæc ventura prædixerit Dominus providæ vocis hortatu inſtruens & docens & præparans atque corroborans eccleſiæ ſuæ populum ad omnem [8] tolerantiam futurorum, bella & fames & terræ motus & peſtilentias per loca ſingula exſurgere prænuntiavit & [9] cecinit. Et ne inopinatus nos & novus rerum infeſtantium metus quateret, magis ac magis in noviſſimis temporibus adverſa crebreſcere ante præmonuit. Fiunt ecce quæ dicta ſunt; & quando fiunt quæ ante prædicta ſunt, ſequentur & quæcumque promiſſa ſunt, Domino ipſo pollicente & dicente: *Cum autem videritis* (Luc. 21.) *hæc omnia fieri, ſcitote quoniam in proximo eſt regnum Dei*. [10] Regnum Dei, fratres dilectiſſimi, eſſe cœpit in proximo. Præmium vitæ & gaudium ſalutis æternæ, & perpetua ſecuritas, & poſſeſſio paradiſi nuper amiſſa, mundo tranſeunte jam veniunt; jam terrenis cæleſtia & magna parvis & caducis æterna ſuccedunt. Quis hic anxietatis & ſollicitudinis locus eſt? Quis inter hæc trepidus & mœſtus eſt, niſi cui ſpes & fides deeſt? Ejus eſt enim mortem timere qui ad Chriſtum nolit ire. Ejus eſt ad Chriſtum nolle ire qui ſe non credat cum Chriſto (Rom. 1.) [11] incipere regnare. Scriptum eſt enim juſtum fide vivere. Si juſtus es, & fide vivis, ſi vere in Chriſtum credis, cur non cum Chriſto futurus & de Domini pollicitatione ſecurus

A quod ad Chriſtum voceris amplecteris, & quod diabolo careas gratulatis? Symeon denique ille juſtus, qui vere juſtus fuit, qui fide plena Dei præcepta ſervavit, cum ei divinitus reſponſum fuiſſet quod non ante moreretur quam Chriſtum vidiſſet, & Chriſtus infans in templum cum matre veniſſet, agnovit in ſpiritu natum eſſe jam Chriſtum, de quo ſibi fuerat ante prædictum; quo viſo, ſcivit ſe cito eſſe moriturum. Lætus itaque de morte jam proxima, & de vicina accerſitione ſecurus, accepit in ma-B nus puerum, & benedicens Dominum exclamavit & dixit: *Nunc dimittis ſervum tuum, Do-* (Luc. 2.) *mine, ſecundum verbum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum*. Probans ſcilicet atque conteſtans tunc eſſe ſervis Dei pacem, tunc liberam, tunc tranquillam quietem, quando de iſtis mundi turbinibus extracti ſedis & ſecuritatis æternæ portum petimus, quando [12] expuncta hac morte ad immortalitatem venimus. Illa eſt enim vera pax, illa fida tranquillitas, illa ſtabilis & firma & perpetua ſecuritas. Ce-C terum quid aliud in mundo quam pugna adverſus diabolum quotidie geritur, quam adverſus jacula ejus & tela conflictationibus aſſiduis dimicatur? [13] Cum avaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congreſſio eſt, cum [14] carnalibus vitiis, cum illecebris ſæcularibus [15] aſſidua & moleſta luctatio eſt. Obſeſſa mens hominis & undique diaboli infeſtatione vallata vix occurrit ſingulis, vix reſiſtit. Si avaritia proſtrata eſt, exſurgit libido. Si libido compreſſa eſt, ſuccedit ambitio. Si am-D bitio contemta eſt, ira exaſperat, inflat ſuperbia, vinolentia invitat, invidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abſcindit. Cogeris maledicere, quod divina lex prohibet. Compelleris jurare, quod non licet. Tot perſecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus urgetur; & delectat hic inter [16] diaboli gladios diu ſtare, cum magis concupiſcendum ſit & optandum ad Chriſtum, ſubveniente velocius morte, properare, ipſo inſtruente nos & dicente: *Amen amen dico vobis, quoniam vos plo-* (Joan. 16.) E *rabitis & plangetis, ſæculum autem gaudebit; vos triſtes eritis, ſed triſtitia veſtra in lætitiam veniet*. Quis non triſtitia carere optet, quis non ad lætitiam venire feſtinet? Quando autem in lætitiam veniat noſtra triſtitia Dominus denuo ipſe declarat dicens: *Iterum videbo vos, & gau-* (Ibid.) *debit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo auferet a vobis*. Cum ergo Chriſtum videre gaudere ſit,

re ſit, nec poſſit eſſe gaudium noſtrum niſi [17]
cum viderimus Chriſtum, quæ cæcitas animi
quæve dementia eſt amare preſſuras & pœnas
& lacrimas mundi, & non feſtinare potius ad
gaudium quod numquam poſſit auferri? Hoc
autem fit, fratres dilectiſſimi, quia fides deeſt,
quia nemo credit vera eſſe quæ promittit Deus,
qui verax eſt, cujus ſermo credentibus æter-
nus & firmus eſt. Si tibi vir gravis & lauda-
bilis aliquid polliceretur, haberes utique polli-
centi fidem, nec te falli aut decipi ab eo cre-
deres quem ſtare in ſermonibus atque in acti-
bus ſuis ſcires. Nunc Deus tecum loquitur;
& tu mente incredula perfidus fluctuas. Deus
tibi de hoc mundo recedenti immortalitatem
atque æternitatem pollicetur; & tu dubitas.
Hoc eſt Deum omnino non noſſe, hoc eſt
Chriſtum credentium dominum & magiſtrum
peccato incredulitatis offendere, hoc eſt in ec-
cleſia conſtitutum fidem in domo fidei non ha-
bere. Quantum proſit exire de ſæculo Chri-
ſtus ipſe ſalutis atque [18] utilitatis noſtræ magi-
ſter oſtendit; qui cum diſcipuli ejus contriſta-
rentur quod ſe jam diceret receſſurum, locu-
Joan 14. tus eſt ad eos dicens, *Si me dilexiſſetis, gaude-
retis utique, quoniam vado ad patrem*, docens
ſcilicet & oſtendens, cum cari quos diligimus
de ſæculo exeunt, gaudendum potius quam
dolendum. Cujus rei memor [19] beatus apoſto-
Philip. 1. lus Paulus in epiſtola ſua ponit & dicit, *Mihi
vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum*, lucrum ma-
ximum computans jam ſæculi laqueis non tene-
ri, jam nullis peccatis & vitiis carnis obnoxium
fieri, exemptum preſſuris angentibus, & ve-
nenatis diaboli faucibus liberatum, ad lætitiam
ſalutis æternæ Chriſto vocante proficiſci. At
enim quoſdam movet quod æqualiter cum gen-
tilibus noſtros morbi iſt us valitudo corripiat;
quaſi ad hoc crediderit chriſtianus ut immunis
a contactu malorum, mundo & ſæculo felici-
ter perfruatur, & non omnia hic adverſa per-
peſſus ad futuram lætitiam reſervetur. Movet
quoſdam quod ſit nobis cum ceteris mortalitas
iſta communis. Quid enim nobis in hoc mun-
do non commune cum ceteris quamdiu adhuc
ſecundum legem primæ nativitatis manet caro
iſta communis? Quoadusque iſtic in mundo ſu-
mus, cum genere humano carnis æqualitate
conjungimur, ſpiritu ſeparamur. Itaque donec
1. Cor. corruptivum iſtud induat incorruptionem, &
15. mortale hoc accipiat immortalitatem, & [20]
Chriſtus nos perducat ad Deum patrem, quæ-
cumque ſunt carnis incommoda ſunt nobis cum
humano genere communia. Sic cum fetu ſte-
rili terra jejuna eſt, neminem fames ſeparat.
Sic cum irruptione hoſtili civitas aliqua poſ-
ſeſſa eſt, omnes ſimul captivitas vaſtat. Et
quando imbrem nubila ſerena ſuſpendunt, o-
mnibus ſiccitas una eſt. Et cum navem ſcopu-
loſa ſaxa conſtringunt, navigantibus naufra-
gium ſine exceptione commune eſt. Et ocu-
lorum dolor, & impetus febrium, & omnium
valitudo membrorum cum ceteris communis eſt
nobis quamdiu portatur in ſæculo caro iſta com-
munis. Quinimmo ſi qua conditione, qua le-
ge crediderit chriſtianus noſcat & teneat, ſciet
plus ſibi quam ceteris in ſæculo laborandum,
cui magis ſit cum diaboli impugnatione luctan-
dum. Docet & præmonet ſcriptura divina di-

A cens: *Fili, accedens ad ſervitutem Dei, ſta in* Eccleſ. 2.
*juſtitia & timore, & præpara animam tuam ad
tentationem*. Et iterum: *In dolore ſuſtine, & in* Ibid.
*humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne
probatur aurum & argentum, homines vero rece-
ptibiles in camino humiliationis*. Sic Job poſt re-
rum damna, poſt pignorum funera, vulneri-
bus quoque & vermibus graviter afflictus, non
victus eſt, ſed probatus; qui in ipſis confli-
ctationibus & doloribus ſuis patientiam religio-
ſæ mentis oſtendens ait: *Nudus exivi de utero* Job 1.
B *matris*, [21] *nudus etiam ibo ſub terram. Dominus
dedit, Dominus abſtulit. Sicut Domino viſum eſt
ita factum eſt: Sit nomen Domini benedictum*. Et
cum eum uxor quoque compelleret ut vi do-
loris impatiens aliquid adverſus Deum querula
& invidioſa voce loqueretur, reſpondit & di-
xit: *Tamquam una ex* [22] *ineptis mulieribus locuta* Job 2.
*es. Si bona excepimus de manu Domini, mala
cur non tolerabimus? In his omnibus quæ contige-
runt ei nihil peccavit Job labiis ſuis in conſpectu
Domini*. Itaque illi Dominus Deus perhibet
teſtimonium dicens: *Animadvertiſti puerum meum
C Job.* [23] *Non enim eſt ſimilis illi quiſquam in ter-
ris, homo ſine querela, verus Dei cultor*. Et To-
bias poſt opera magnifica, poſt miſericordiæ
ſuæ multa & glorioſa præconia, cæcitatem lu-
minum paſſus, timens & benedicens in adver-
ſis Deum, per ipſam corporis ſui cladem cre-
vit ad laudem; quem & ipſum uxor ſua de-
pravare tentavit dicens: *Ubi ſunt juſtitiæ tuæ?* Tob. 2.
Ecce quæ pateris. At ille circa timorem Dei
ſtabilis & firmus, & ad omnem tolerantiam
paſſionis fide religionis armatus, tentationi u-
D xoris invalidæ in dolore non ceſſit, ſed magis
Deum patientia majore promeruit; quem poſt-
modum Raphael angelus collaudat & dicit: [24]
Opera Dei revelare & confiteri honorificum eſt. Tob. 12.
Nam quando orabas tu & Sarra [25] *nurus tua,
ego obtuli memoriam orationis veſtræ in conſpectu
claritatis Dei. Et cum ſepelires tu mortuos ſim-
pliciter, & quia non es cunctatus exſurgere & de-
relinquere prandium tuum, & abiſti, & condidi-
ſti mortuum, miſſus ſum tentare te, & iterum me
miſit Deus curare te & Sarram nurum tuam. Ego
enim ſum Raphael unus ex ſeptem angelis ſanctis
E qui aſſiſtimus & converſamur ante claritatem Dei*.
Hanc tolerantiam juſti ſemper habuerunt, hanc
apoſtoli diſciplinam de Domini lege tenuerunt,
non muſſitare in adverſis, ſed quæcumque in
ſæculo accidunt fortiter & patienter accipere,
cum Judæorum populus hinc ſemper offenderit
quod adverſus Deum frequentius murmuraret,
ſicut teſtatur in Numeris Dominus Deus di-
cens: *Deſinat murmuratio eorum a me, & non* Num.
morientur. [26] Murmurandum non eſt in adver- 20.
ſis, fratres dilectiſſimi, ſed patienter & forti-
F ter quidquid acciderit ſuſtinendum, cum ſcri-
ptum ſit: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus,* Pſal. 50.
cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit.
In Deuteronomio quoque moneat per Moyſen
ſpiritus ſanctus & dicat: *Dominus Deus tuus ve-* Deut. 3.
*xabit te, & famem injiciet tibi, & cognoſcetur
in corde tuo ſi bene cuſtodieris præcepta ejus, ſive
non*. Et iterum: [27] *Tentat vos Dominus Deus* Deut. 13.
*veſter, ut ſciat ſi diligitis Dominum Deum ve-
ſtrum ex toto corde veſtro & ex tota anima ve-
ſtra*. Sic Abraham Deo placuit, qui, ut pla- Gen. 22.
ceret Deo, nec amittere filium timuit, nec
gerere

gerere parricidium recuſavit. Qui filium non potes lege & ſorte mortalitatis amittere, quid faceres ſi filium jubereris occidere? Ad omnia te paratum facere timor Dei & fides debet. [18] Sit licet rei familiaris amiſſio, ſit de infeſtantibus morbis aſſidua membrorum & cruenta vexatio, ſit de uxore, de liberis, de excedentibus caris funebris & triſtis avulſio, non ſint tibi ſcandala iſta, ſed prœlia; nec debilitent aut frangant chriſtiani fidem, ſed potius oſtendant in colluctatione virtutem, cum contemnenda ſit omnis injuria malorum præſentium fiducia futurorum bonorum. Niſi præceſſerit pugna, non poteſt eſſe victoria. Cum fuerit in pugnæ congreſſione victoria, tunc datur vincentibus & corona. [19] Navis gubernator in tempeſtate dinoſcitur, in acie miles probatur. [30] Delicata jactatio eſt cum periculum non eſt. Conflictatio in adverſis probatio eſt veritatis. [31] Arbor quæ alta radice fundata eſt ventis incumbentibus non movetur; & navis quæ forti compage ſolida eſt pulſatur fluctibus, nec foratur; & quando area fruges terit, ventos grana fortia & robuſta contemnunt, inanes paleæ flatu portante rapiuntur. Sic & apoſtolus Paulus poſt naufragia, poſt flagella, poſt carnis & corporis multa & gravia tormenta, non vexari ſed emendari ſe dicit adverſis, ut dum gravius aſ-

2. Cor. 12. fligitur, verius probaretur. *Datus eſt mihi*, inquit, *ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ qui me colaphizet, ut non extollar. Propter quod ter Dominum rogavi ut diſcederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur*. Quando ergo infirmitas & imbecillitas & vaſtitas aliqua graſſatur, tunc virtus noſtra perficitur, tunc fides, ſi tentata perſti-

Eccli. 27 terit, coronatur, ſicut ſcriptum eſt: *Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis*. Hoc denique inter nos & ceteros intereſt qui Deum neſciunt quod illi in adverſis queruntur & murmurant, nos adverſa non avocant a virtutis & fidei veritate, ſed corroborant in dolore. Hoc quod nunc corporis vires ſolutus in fluxum venter eviſcerat, quod in faucium vulnera conceptus medullitus ignis exæſtuat, quod aſſiduo vomitu inteſtina quatiuntur, quod oculi vi ſanguinis inardeſcunt, quod quorumdam vel pedes vel aliquæ membrorum partes contagio morbidæ putredinis amputantur, quod per jacturas & damna corporum prorumpente languore vel debilitatur inceſſus, vel auditus obſtruitur, vel cæcatur aſpectus, ad documentum proficit fidei. Contra tot impetus [32] vaſtitatis & mortis [33] inconcuſſi animi virtutibus congredi quanta pectoris magnitudo eſt, quanta ſublimitas inter ruinas generis humani ſtare erectum, nec cum eis quibus ſpes in Deum nulla eſt jacere proſtratum? Gratulari magis [34] oportet & temporis munus amplecti quod dum noſtram fidem fortiter promimus, & labore tolerato ad Chriſtum per anguſtam Chriſti viam pergimus, præmium vitæ ejus & fidei ipſo judicante capiamus. Mori plane timeat, ſed qui ex aqua & ſpiritu non renatus, gehennæ ignibus mancipatur. Mori timeat qui non Chriſti cruce & paſſione cenſetur. Mori timeat qui ad ſecundam mortem de hac morte tranſibit. Mori timeat quem de ſæculo recedentem perennibus pœnis æterna

A flamma torquebit. Mori timeat cui hoc mora longiore confertur ut cruciatus ejus & gemitus interim differatur. Multi ex noſtris in hac mortalitate moriuntur, hoc eſt, multi ex noſtris de ſæculo liberantur. Mortalitas iſta ut Judæis & gentilibus & Chriſti hoſtibus peſtis eſt, ita Dei ſervis ſalutaris exceſſus eſt. Hoc quod ſine ullo diſcrimine generis humani cum injuſtis moriuntur & juſti, non eſt quod putetis bonis & malis interitum eſſe communem. Ad refrigerium juſti vocantur, ad ſupplicium rapiuntur injuſti. Datur velocius tutela [35] fi-

B dentibus, perfidis pœna. Improvidi & ingrati ſumus, fratres dilectiſſimi, ad divina beneficia, nec quid nobis conferatur agnoſcimus. Excedunt ecce in pace tutæ cum gloria ſua virgines, [36] venientis antichriſti minas & corruptelas & [37] lupanaria non timentes, pueri periculum lubricæ ætatis evadunt, ad continentiæ atque innocentiæ præmium feliciter perveniunt, tormenta jam non timet [38] delicata matrona metum perſecutionis & manus cruciatuſque carnificis moriendi celeritate lucrata. Pavore mor-

C talitatis & temporis accenduntur tepidi, conſtringuntur remiſſi, excitantur ignavi, deſertores compelluntur ut redeant, gentiles coguntur ut credant, vetus fidelium populus ad quietem vocatur, ad aciem recens & [39] copioſus exercitus robore fortiore colligitur, pugnaturus ſine metu mortis cum prœlium venerit, qui ad militiam tempore mortalitatis accedit. Quid deinde illud, fratres dilectiſſimi, quale eſt, quam pertinens, quam neceſſarium, quod peſtis iſta & lues, quæ horribilis & feralis videtur, explorat juſtitiam ſingulorum, & mentes

D humani generis examinat, an infirmis ſerviant ſani, an propinqui cognatos pie diligant, an miſereantur ſervorum languentium domini, an deprecantes ægros non deſerant medici, an feroces violentiam ſuam comprimant, an rapaces avaritiæ furentis inſatiabilem ſemper ardorem vel metu mortis exſtinguant, an cervicem flectant ſuperbi, an audaciam leniant improbi, an pereuntibus caris, vel ſic aliquid divites [40] indigentibus largiantur & donent ſine herede morituri. Ut nihil aliud mortalitas iſta

E contulerit, hoc chriſtianis & Dei ſervis plurimum præſtitit, quod martyrium cœpimus libenter appetere, dum mortem diſcimus non timere. Exercitia ſunt nobis iſta, non funera. Dant animo fortitudinis gloriam, contemtu mortis præparant ad coronam. Sed fortaſſe aliquis opponat & dicat: Hoc me ergo in præſenti mortalitate contriſtat quod qui paratus ad confeſſionem fueram, & ad tolerantiam paſſionis toto me corde & plena virtute devoveram, martyrio meo privor, dum morte prævenior. Primo in loco non eſt in tua poteſtate ſed in

F Dei dignatione martyrium, nec potes te dicere perdidiſſe quod neſcis an merearis accipere. Tunc deinde Deus ſcrutator renis & cordis & occultorum contemplator & cognitor videt te & laudat & comprobat, & qui perſpicit apud te paratam fuiſſe virtutem, reddet pro virtute mercedem. Numquid Cain cum Deo munus offerret jam peremerat fratrem? Et tamen parricidium mente conceptum Deus providus ante damnavit. Ut illic cogitatio mala & [41] pernicioſa conceptio Deo providente proſpecta eſt,

A ita & in Dei ſervis, apud quos confeſſio cogitatur & martyrium mente concipitur, animus ad bonum deditus Deo judice coronatur. [42] Aliud eſt martyrio animum deeſſe, aliud animo defuiſſe martyrium. Qualem te invenit Dominus cum vocat, talem pariter & judicat, quando ipſe teſtetur & dicat: *Et ſcient omnes eccleſiæ quia ego ſum ſcrutator renis & cordis.* (Apoc. 2.) Nec enim Deus ſanguinem noſtrum [43] deſiderat, ſed fidem quærit. Nam nec Abraham, nec Iſaac, nec Jacob occiſi ſunt, & tamen fidei ac juſtitiæ meritis honorati inter patriarchas primi eſſe meruerunt; B ad quorum convivium congregatur quiſquis fidelis & juſtus & laudabilis invenitur. Meminiſſe debemus voluntatem nos, non noſtram, ſed Dei facere debere, ſecundum quod nos Dominus quotidie juſſit orare. (Matt. 6.) [44] Quam præpoſterum eſt quamque perverſum ut cum Dei voluntatem fieri poſtulemus, quando evocat nos & accerſit de hoc mundo Deus, non ſtatim voluntatis ejus imperio pareamus. Obnitimur & reluctamur, & [45] pervicacium more ſervorum ad conſpectum Domini cum triſtitia & mœrore perducimur, C exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo, non obſequio voluntatis; & volumus ab eo præmiis cæleſtibus honorari, ad quem venimus inviti. Quid ergo oramus & petimus ut adveniat regnum cælorum, ſi captivitas terrena delectat? Quid precibus frequenter iteratis rogamus & poſcimus ut acceleret dies regni, ſi majora deſideria & vota potiora ſunt ſervire iſtic diabolo quam regnare cum Chriſto? Denique ut maniſeſtius divinæ providentiæ indicia clareſcerent quod Dominus præſcius futurorum ſuis conſulat ad veram ſalutem, D cum quidam de collegis & conſacerdotibus noſtris infirmitate defeſſus & de appropinquante jam morte ſollicitus commeatum ſibi precaretur, adſtitit deprecanti & jam pæne morienti juvenis honore & majeſtate venerabilis, ſtatu celſus, & clarus aſpectu, & quem aſſiſtentem ſibi vix poſſet humanus aſpectus oculis carnalibus intueri, niſi quod talem videre jam poterat de ſæculo receſſurus. Atque ille non ſine quadam animi & vocis indignatione infremuit & dixit: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis? E Increpantis vox eſt & monentis; qui de perſecutione ſollicitis, de accerſitione ſecuris non conſentit ad præſens deſiderium, ſed conſulit in futurum. Audivit frater noſter & collega moriturus quod ceteris diceret. Nam qui moriturus audivit, ad hoc [46] audivit ut diceret. Audivit non ſibi ille, ſed nobis. Nam quid ſibi diſceret jam receſſurus? Didicit immo nobis remanentibus; ut dum [47] ſacerdotem qui commeatum petebat increpitum eſſe comperimus, quid cunctis expediat agnoſceremus. F Nobis quoque ipſis minimis & extremis quoties revelatum eſt, quam frequenter atque manifeſte de Dei dignatione præceptum eſt ut conteſtarer aſſidue & publice prædicarem fratres noſtros non eſſe lugendos accerſitione dominica de ſæculo liberatos, cum ſciamus non eos amitti, ſed præmitti, recedentes præcedere, ut proficiſcentes, ut navigantes ſolent, deſiderari eos debere, non plangi, nec accipiendas eſſe hic [48] atras veſtes, quando illi ibi indumenta alba jam ſumpſerint, occaſionem

A dandam non eſſe gentilibus ut nos merito ac jure reprehendant quod quos vivere apud Deum dicimus, ut exſtinctos & perditos lugeamus, & fidem quam ſermone & voce depromimus cordis & pectoris teſtimonio non probemus. Spei noſtræ ac fidei prævaricatores ſumus; ſimulata, ficta, fucata videntur eſſe quæ dicimus. Nihil prodeſt verbis præferre virtutem & factis deſtruere veritatem. Increpat denique apoſtolus Paulus & objurgat & culpat ſi qui contriſtentur in exceſſu ſuorum. *Nolumus*, inquit, (1. Theſſ. 4.) *ignorare vos, fratres, de dormientibus, ut non* B *contriſtemini ſicut & ceteri qui ſpem non habent. Si enim credimus quia Jeſus mortuus eſt & reſurrexit, ſic & Deus eos qui dormierunt in Jeſu adducet cum illo.* Eos contriſtari dicit in exceſſu ſuorum qui ſpem non habent. Qui autem ſpe vivimus & in Deum credimus & Chriſtum paſſum eſſe pro nobis & reſurrexiſſe confidimus, in Chriſto manentes, & per ipſum atque in ipſo reſurgentes, quid aut ipſi recedere iſtinc de ſæculo nolumus, aut noſtros recedentes quaſi perditos [49] plangimus ac dolemus, ipſo C Chriſto Domino & Deo noſtro monente ac dicente: *Ego ſum reſurrectio & vita. Qui credit in me, licet moriatur, vivet; & omnis qui vivit & credit in me non morietur in æternum.* (Joan. 11.) [10] Si in Chriſtum credimus, ſi fidem verbis & promiſſis ejus habemus, & non morimur in æternum, ad Chriſtum, cum quo & victuri & regnaturi ſemper ſumus, læta ſecuritate veniamus. Quod interim morimur, ad immortalitatem morte tranſgredimur; nec poteſt vita æterna ſuccedere, niſi hinc contigerit exire. D Non eſt exitus iſte, ſed tranſitus & temporali itinere decurſo ad æterna tranſgreſſus. Quis non ad meliora venire feſtinet? Quis non mutari & transformari ad Chriſti ſpeciem & ad cæleſtis gloriæ [51] dignitatem venire citius exoptet, Paulo apoſtolo prædicante & dicente: [52] *Noſtra autem converſatio*, inquit, *in cælis eſt, unde & Dominum exſpectamus Jeſum Chriſtum, qui transformabit corpus humilitatis noſtræ* [53] *conformatum corpori claritatis ſuæ.* (Philip. 3.) Tales nos futuros & Chriſtus Dominus pollicetur, quando ut cum illo ſimus, & cum illo in æternis ſedibus vivamus, E atque in regnis cæleſtibus gaudeamus, patrem pro nobis precatur dicens: *Pater, quos mihi dediſti volo ut ubi ego fuero & ipſi ſint mecum & videant claritatem quam mihi dediſti prius quam mundus fieret.* (Joa. 17.) Venturus ad Chriſti ſedem, ad regnorum cæleſtium claritatem, lugere non debet nec plangere, ſed potius ſecundum pollicitationem Domini, [54] ſecundum fidem veri, in profectione hac ſua & translatione gaudere. Sic denique invenimus & Enoch translatum eſſe, qui Deo placuit, ſicut in Geneſi teſtatur & loquitur ſcriptura divina: F *Et placuit Enoch Deo, & non eſt inventus poſtmodum, quia Deus illum tranſtulit.* (Gen. 5.) Hoc fuit placuiſſe in conſpectu Dei, [55] de hoc contagio ſæculi meruiſſe transferri. [56] Sed & per Salomonem docet ſpiritus ſanctus eos qui Deo placeant maturius iſtinc eximi & citius liberari, ne dum in iſto mundo diutius immorantur, mundi contactibus polluantur. [57] *Raptus eſt*, inquit, *ne malitia mutaret intellectum illius. Placita enim erat Deo anima ejus. Propter hoc properavit educere eum de media iniquitate.* (Sap. 4.) Sic & in pſalmis ad Dominum properat

ſpiritali

ſpiritali fide [18] Deo ſuo anima devota dicens: *Psal. 83.* *Quam dilectiſſimæ habitationes tuæ, Deus virtutum. Deſiderat & properat anima mea ad atria Dei.* Ejus eſt in mundo diu velle remanere quem mundus oblectat, quem ſæculum blandiens atque decipiens illecebris terrenæ voluptatis invitat. Porro cum mundus oderit chriſtianum, quid amas eum qui te odit, & non magis ſequeris Chriſtum, qui te & redemit & diligit? Joannes in epiſtola ſua clamat & loquitur & ne carnalia deſideria ſectantes mundum *1 Joan. 2.* diligamus hortatur. *Nolite*, inquit, *diligere mundum neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis dilexerit mundum, non eſt caritas patris in illo: quia omne quod in mundo eſt concupiſcentia carnis eſt & concupiſcentia oculorum & ambitio ſæculi, quæ non eſt a patre, ſed ex concupiſcentia mundi, & mundus tranſibit & concupiſcentia ejus. Qui autem fecerit voluntatem Dei manet in æternum, quomodo & Deus manet in æternum.* Potius, [19] fratres dilectiſſimi, mente integra, fide firma, virtute robuſta, parati ad omnem voluntatem Dei ſimus, pavore mortis excluſo immortalitatem quæ ſequitur cogitemus. Hoc nos oſtendamus eſſe quod credimus, ut neque carorum lugeamus exceſſum, & cum accerſitionis propriæ dies venerit, incunctanter & libenter ad Dominum ipſo vocante veniamus. Quod cum ſemper faciendum fuerit Dei ſervis, nunc fieri multo magis debet, corruente jam mundo & malorum infeſtantium turbinibus obſeſſo; ut qui cernimus cœpiſſe jam gravia, & ſcimus imminere graviora, lucrum maximum computemus, ſi iſtinc velocius recedamus. *Si* in habitaculo tuo parietes vetuſtate nutarent, tecta deſuper tremerent, domus jam fatigata, jam laſſa, ædificiis ſenectute labentibus, ruinam proximam minaretur, nonne omni celeritate migrares? Si navigante te turbida & procelloſa tempeſtas fluctibus violentius excitatis prænuntiaret futura naufragia, nonne portum velociter peteres? Mundus ecce nutat & labitur, & ruinam ſui non jam ſenectute rerum ſed fine teſtatur; & tu non Deo gratias agis, non tibi gratularis quod exitu maturiore ſubtractus, ruinis & naufragiis & plagis imminentibus exuaris? Conſiderandum eſt, fratres dilectiſſimi, & identidem cogitandum renuntiaſſe nos mundo, & tamquam hoſpites & peregrinos iſtic interim degere. [60] Amplectamur diem qui aſſignat ſingulos domicilio ſuo, qui nos iſtinc ereptos & laqueis ſæcularibus exſolutos paradiſo reſtituit [61] & regno. Quis non peregre conſtitutus properaret in patriam regredi? Quis non ad ſuos navigare feſtinans ventum proſperum cupidius optaret, ut velociter caros liceret amplecti? Patriam noſtram paradiſum computamus. Parentes patriarchas habere jam cœpimus. Quid non properamus & currimus ut patriam noſtram videre, ut parentes ſalutare poſſimus? Magnus illic nos carorum numerus exſpectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copioſa turba deſiderat, jam [62] de ſua incolumitate ſecura, & adhuc de noſtra ſalute ſollicita. Ad horum conſpectum & complexum venire quanta & illis & nobis in commune lætitia eſt? Qualis illic cæleſtium regnorum voluptas ſine timore moriendi, & cum æternitate vivendi quam ſumma & perpetua felicitas? Illic apoſtolorum glorioſus chorus, illic prophetarum exſultantium numerus, illic martyrum innumerabilis populus ob certaminis & [63] paſſionis victoriam coronatus, triumphantes illic virgines, quæ concupiſcentiam carnis & corporis continentiæ robore ſubegerunt, remunerati miſericordes, qui alimentis & largitionibus pauperum juſtitiæ opera fecerunt, qui dominica præcepta ſervantes ad cæleſtes theſauros terrena patrimonia tranſtulerunt. Ad hos, fratres dilectiſſimi, avida cupiditate properemus, ut cum his cito eſſe, ut cito ad Chriſtum venire contingat optemus. Hanc cogitationem noſtram Deus videat, hoc propoſitum mentis & fidei Dominus Chriſtus aſpiciat, daturus eis [64] gloriæ ſuæ ampliora præmia quorum circa ſe fuerint deſideria majora.

NOTÆ AD LIBRUM DE MORTALITATE.

1 HUjus libri cum laude mentionem ſæpe facit ſanctus Auguſtinus, in primis vero in libro de prædeſtinatione ſanctorum c.14. inquiens illum multis ac pæne omnibus qui eccleſiaſticas litteras amant laudabiliter notum. Idem in epiſtola ad Vitalem ait Cypriani in hoc loco totam intentionem eſſe ut ſciamus bonis fidelibus gratulandum eſſe morientibus, quando vitæ tentationibus auferuntur, deinceps in beatiſſima ſecuritate manſuri. Ejuſdem libri meminit Euſebius in chronico. *Peſtilens morbus*, inquit, *multas totius orbis provincias occupavit, maximeque Alexandriam & Ægyptum, ut ſcribit Dionyſius, & Cypriani de mortalitate teſtis eſt liber.* Ubi vide notas Joſephi Scaligeri. Eadem habet etiam Jornandes in libro de rebus Geticis, ubi ſcribit hanc cladem lacrimabiliter expoſitam a Dionyſio, *quam &* noſter, inquit, *conſcripſit venerabilis martyr Chriſti epiſcopus Cyprianus in libro cui titulus eſt de mortalitate.* Eam peſtilentiam Euſebius ponit poſt mortem papæ Cornelii, Petavius lib. 13. de doctrina temporum anno ſuperiore. Et tamen Chriſtophorus Sandius hunc Cypriani tractatum reponit inter eos qui ſuppoſiti ſunt ſancto martyri. Egregie vero illum refutat clariſſimus Pearſonius in annalibus Cyprianicis. Nimia miſeria eſt audacem eſſe hominem nimis.

2 *Praſ. mortalitatis*] Deſcribit eleganter hanc miſeram cladem Pontius in vita ſancti Cypriani.

3 *Invictum*] Duo libri veteres *incorruptam*.

4 *Sufficit*] Sic ſcribendum eſſe arbitratus ſum propter auctoritatem codicis Veronenſis & Seguieriani, & quia eadem lectio reperitur in aliis viginti libris noſtris & in decem Anglicanis. Veteres editiones & quinque libri veteres habent *paſſit*.

5 *Delicata mentis*] Tertullianus in libro de ſpectaculis: *Delicatus es, chriſtiane, ſi & in ſæculo voluptatem concupiſcis*.

6 *Sperat*] Angli poſuerunt *ſpirat* auctoritate ſeptem veterum exemplarium. Quæ ſane lectio bona eſt, eamque confirmant duo noſtra vetera. Verum quia reliqua & aliæ editiones habent *ſperat*, quæ lectio quoque bona eſt, mutare noluimus.

7 *Turbatio*] Antea legebatur *cunctatio*. Sed ego hanc lectionem non reperi niſi in tribus codicibus antiquis. Eam quam retinui habent xxiv. libri noſtri & ſeptem Anglicani, & in primis Veronenſis.

8 *Tolerantiam futur.*] Citat hunc locum Hincmarus tom. 1. pag. 72. ex libro de mortalitate, ubi tamen Sirmondus monet in margine ſumtum eſſe ex libro de unitate eccleſiæ ſub finem.

9 *Cecinit*] Et iſtud quoque ponendum fuit propter auctoritatem veterum librorum & editionum. Eraſmus ſcripſit *docuit*, itemque Manutius. Hanc vero lectionem ego non reperi niſi in tribus codicibus antiquis. Aliam, quæ eſt noſtra, præferunt novemdecim libri noſtri & undecim Anglicani. Veronenſis ita etiam habebat.

10 *Regnum Dei fratres*] Refert hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum c.8.

11 *Incipere*] Codex Sorbonicus *in perpetuo*. Alius vetus, *cum Chriſto perpetuo regnaturum*. Hanc poſtremam lectionem accepi ex margine editionis Lugdunenſis anni 1544. ubi poſitæ ſunt ab aliquo viro erudito va-

riæ lectiones petitæ ex antiquis codicibus manuſcriptis. Cum eas allego, ut id quoque obiter dicam, moneo ſimpliciter me ſumpſiſſe ex uno veteri libro, ne quis exiſtimare poſſit me fallere quia non dico unde accepta ſit lectio.

12 *Expuncta*] Sex libri noſtri, quatuor item quos Pamelius laudat, unus Morellianus, & unus Anglicanus habent *expugnata*, aliiduo *exſtincta*, alius *expulſa*. Nos ſecuti ſumus meliores codices, qui habent *expuncta*.

13 *Cum avaritia*] Hunc locum refert ſanctus Auguſtinus lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 10. & lib. 2. contra Julianum cap. 8.

14 *Carnal. vitiis*] Auguſtinus lib. 6. operis imperfecti contra Julianum cap. 14. *Hic eſt ille conflictus quem memoratus martyr in libro quem de mortalitate conſcripſit diligenter & eloquenter explicat dicens inter cetera quod nobis ſit cum carnalibus vitiis atque illecebris ſæcularibus aſſidua & moleſta luctatio*.

15 *Aſſidua*] Veteres editiones & ſeptem libri veteres habent *aſſidua & jugis & moleſta*. Sic etiam quatuor Anglicani. Sed multo plures non habent *& jugis*. Quæ deſunt etiam apud Auguſtinum in locis mox adducendis. Et tamen in initio libri de opere & eleemoſynis legitur *aſſidua & jugis operatio*.

16 *Diaboli gladios*] In codice Lætienſi legitur *laqueos* & ſupra lineam *vel gladios*. Hinc orta diſcrepantia lectionum in libris veteribus. Quidam enim maluerunt *laqueos*, alii *gladios*. Unus meus habet *laqueos & gladios*. Admonet autem Pamelius ſe vidiſſe *laqueos* ſcriptum in quatuor libris veteribus, ſed aliam lectionem retinuiſſe quia exſtat apud Auguſtinum.

17 *Cum viderimus*] Viginti ſex antiqui codices habent *quis* vel *qui viderit*. Alii quatuordecim præferunt *credendi* vel *credere*.

18 *Utilitatis*] Dubium eſt an legi debeat *utilitatis* vel *humilitatis*. Nam quatuor libri præferunt *utilitatis* & ſupra lineam *vel humilitatis*. Duo alii *utilitatis* tantum. Alii duo *humilitatis* tantum. Itaque liberum fuit librariis ponere lectionem quam mallent. Ego lubenter præferrem *humilitatis*, quia certum eſt Chriſtum fuiſſe doctorem & magiſtrum humilitatis, ut ipſe Cyprianus eum vocat in epiſtola 56. ad Thibaritanos, Hieronymus in epiſtola ad Antonium, Auguſtinus cap. 31. 33. libri de virginitate & alibi, ſanctus Ambroſius lib. 3. cap. 7. de fide, & Cæſarius Arelatenſis in calce undecimæ homiliæ earum quæ a nobis editæ ſunt. Petrus Bleſenſis ſermone tertio eum vocat humilem magiſtrum & doctorem humilitatis. Huc facit quod Tertullianus in libro de virginibus velandis ait nihil eſſe Deo carius humilitate. Retinui tamen *utilitatis*, quia hæc lectio bona eſt & reperitur in libris emendatioribus.

19 *Beatus apoſtolus*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 10.

20 *Chriſtus nos perducat*] Sic ſcripſi ex fide quatuor veterum exemplarium pro eo quod antea legebatur *ſpiritus*. In duobus autem ex iis quatuor codicibus ſcriptum eſt *Chriſtus* eo modo quo per compendium quandoque ſolet ſcribi *ſpiritus*, & ſupra lineam ſcriptum eſt *vel ſpiritus*. Porro ſæpe in antiquis codicibus manuſcriptis operum ſancti Cypriani & aliorum veterum ſcriptorum eccleſiaſticorum vidi ſcriptum *ſpiritus* pro *Chriſtus* & e converſo, in primis vero apud auctorem libri de rebaptiſmate, qui referens locum ex epiſtola prima Joannis in quo legitur *Chriſtus eſt veritas* poſuit *ſpiritus eſt veritas*. Scio Chriſtum alibi vocari ſpiritum, etiam apud Cyprianum. Sed cum habeamus aliam lectionem faciliorem, neceſſe non eſt eam retinere quæ poteſt habere difficultatem & inducere obſcuritatem.

21 *Nudus ibo*] Vide Frontonis Ducæi notas in homiliam ſextam Chryſoſtomi ad populum Antiochenum. Vide etiam lib. 3. teſtimoniorum cap. 6.

22 *Ineptus*] Ego mutavi, cum antea legeretur *inſipientibus*, quia *ineptus* ſcriptum vidi in ſeptemdecim libris noſtris, in octo Anglicanis, & in editione Morellii.

23 *Non eſt ſimilis illi*] Ovidius lib. 1. metamorphoſeon loquens de Deucalione: *Non illo melior quiſquam nec amantior æqui vir fuit*.

24 *Opera Dei*] Ita etiam in libro de oratione dominica. Ante vero hæc verba ſcriptum eſt in codice Turonenſi & in Fuxenſi, *ſecretum regis celare bonum*. Quod videtur eſſe ex gloſſemate. Ideo non addidimus in contextu, quamvis in capite 12. Tobiæ ſcriptum ſit: *Secretum regis abſcondere bonum eſt*. Horatius epiſt. 18. *Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius umquam*.

25 *Nurus tua*] Hæ duæ voces deſunt in novemdecim libris noſtris & in undecim Anglicanis. Certe neceſſariæ non ſunt, cum ſatis ſit eas poſitas eſſe paulo poſt, ubi locus iſte ſacræ ſcripturæ refertur.

26 *Murmurand. non eſt*] Hieronymus in epiſtola ad Pammachium & Oceanum adverſus Rufinum: *Prudentis hominis eſt, etiamſi doleat, diſſimulare conſcientiam & cordis nubilum frontis ſerenitate diſcutere*. Inter mandata quæ ſanctus Ludovicus rex Francorum moriens dedit filio ſuo iſtud in primis repetitur: *Præterea ſi Dominus tibi aliquam tribulationem habere permiſerit, benigne & cum gratiarum actione debes ſuſcipere*. Fulgentius Placiades lib. 2. mythologicon: *Sapiens enim dolorem ſuum aut benignitati commendat aut oblivioni*. Idem ſupra dixerat oblivionem eſſe medicinam miſeriarum. Horatius lib. 2. od. 3. *Æquam memento rebus in arduis ſervare mentem*. Epiſtola Oenonis ad Paridem apud Ovidium:

Leniter ex merito quidquid patiare ferendum eſt.
Quæ venit indigno pœna, dolenda venit.

Vide A. Gellium lib. 13. cap. 26. & quæ ad erigendum animum Ciceronis exſulis & afflicti diſſerit Philiſcus apud Dionem Caſſium lib. 38.

27 *Tentat vos*] Ita etiam in libro de exhortatione martyrii cap. 9. & lib. 3. teſtimoniorum cap. 15. Vide notas noſtras ad Agobardum pag. 9.

28 *Sis l. r. f. amiſſis*] Rufinus in pſal. 95. *Turbetur terra, turbetur mare, turbentur omnia elementa, Dei ſervus intrepidus maneat*.

29 *Navis gubernator*] Hunc locum, antea mutilum, cum legeretur *Nam* pro *Navis*, nos ſupplevimus ope duorum veterum exemplarium. In tribus deeſt vocabulum *Nam*, quod alibi & in editionibus ponitur ante *gubernator*. Error eſt. Sed tamen error ille oſtendit veram eſſe lectionem quam nos afferimus. Lactantius lib. 3. cap. 13. *Navis ſine gubernatore abit peſſum*. Leo Papa I. in epiſtola ad Ruſticum: *Quis inter fluctus maris navem diriget, ſi gubernator abſcedat?* Seneca in libro de providentia cap. 4. *Gubernatorem in tempeſtate, in acie militem intelligas*. Idem epiſt. 108. *Non magis mihi poteſt quiſquam talis prodeſſe præceptor quam gubernator in tempeſtate nauſeabundus*. *Tenendum eſt rapiente fluctu gubernaculum, luctandum cum ipſo mari, eripienda ſunt vento vela*. Cicero lib. 2. de divinatione: *Medicus morbum ingraveſcentem ratione providet, inſidias imperator, tempeſtates gubernator*. Joannes Chryſoſtomus in epiſtola 182. ad Severium ait gubernatorem in tempeſtate cognoſci, medicum optimum graviores corporis morbos indicare. Sidonius lib. 8. epiſt. 10. *Medicus in deſperatione, gubernator in tempeſtate cognoſcitur*. Quintilianus lib. 4. cap. 1. *Peſſimus certe gubernator qui navem dum portum egreditur impegit*. Et cap. 10. *Bonus gubernator numquam fecit naufragium*. Vegetius lib. 4. cap. 15. dixit: *Quid enim ſalutis ſupereſt ei qui amiſerit clavum?* Cornelius Nepos in vita Attici: *Gubernator præcipua laude fertur qui navem ex hieme marique ſcopuloſo ſervat*. Seneca epiſt. 30. *Magnus gubernator & ſciſſo navigat velo, & ſi exarmavit, tamen reliquias navigii aptat ad curſum*. Theodoretus epiſt. 79. ſcribit maris agitationem prodere gubernatoris induſtriam. Nam, ut ait Hieronymus lib. 1. adverſus Rufinum, navem agere ignarus navita timet. Apud Avitum epiſt. 31. legitur: *Alias autem quæ ultio eſt ſi navis in magiſtrum ventis furentibus non ſine illorum periculo cedatur iſto diſcrimine*. Melius fortaſſis in codice Marnæſii, in quo ſcriptum eſt, *ſi nautæ ſine magiſtro fuerint. Non ſine illorum periculo ceditur iſti diſcrimini*. Hanc porro Aviti epiſtolam R. P. Harduinus to. 2. conciliorum pag. 981. edidit tamquam novam ex codice manuſcripto bibliothecæ regiæ. Et tamen edita fuerat a Sirmondo anno 1643.

30 *Delicata jactatio*] Tertullianus in libro de corona: *Novi paſtores eorum in pace leones, in prælio cervos*. Sidonius lib. 5. epiſt. 7. *cum ſint in prætoriis leones, in caſtris lepores*. Martinus Magiſtri in libro de fortitudine fol. 8. *Multi ſunt qui in abſentia periculorum multa proponunt, etiam ſine ulla animi fictione, qui oblatis periculis a recto & ſancto propoſito diſcedunt, quemadmodum in evangelio legimus de Petro, qui in abſentia periculi de prope tamen inſtantis dicebat Chriſto, Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo, cum autem vidiſſet Chriſtum vinctum, ad vocem ancillulæ dixit ſe non noviſſe eum*. Apud T. Livium lib. 4. Vectius Meſſius Volſcos increpans ait illos in otio tumultuoſos eſſe, in bello ſegnes. Tacitus in libro primo hiſtoriarum: *Ignaviſſimus quiſque &, ut res docuit, in periculo non auſurus, nimii verbis, lingua feroces*. Et infra: *Illi ante diſcrimen feroces, in periculo pavidi*. Dio Caſſius lib. 46. adnotat

Digitized by Google

adnotat ſolere pleroſque antequam in conſpectum atque experientiam periculi pervenerint audaces eſſe. Seneca Troade:

O tumide, rerum dum ſecundarum ſtatus
Extollit animos, timide cum increpuit metus.

Huc quoque referri poſſunt iſta ex capite primo threnorum Hieremiæ: *Facti ſunt principes ejus velut arietes non invenientes paſcua, & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis.*

31 *Arbor*] Supra in libro de unitate eccleſiæ: *Triticum non rapit ventus, nec arborem ſolida radice fundatam procella ſubvertit.* Seneca in libro de providentia cap. 4. *Non eſt arbor ſolida nec fortis niſi in quam frequens ventus incurſat. Ipſa etiam vexatione conſtringitur & radices altius figit. Fragiles ſunt quæ in aprica valle creverunt.*

32 *Vaſtitatis*] Ita ſexdecim libri veteres & editiones Manutii & Morellii. Aliam tamen lectionem, quæ habet *vaſtationis*, habent etiam ſeptem libri veteres. Ego eam præfero quam major librorum manuſcriptorum pars oſtendit eſſe magis receptam, præſertim cum vocabulo vaſtitatis uti ſoleat ſanctus martyr.

33 *Inconcuſſi*] Multum variant in hoc loco vetera exemplaria. Quædam habent *inconcuſſi*, alia *inconcuſſis*. Ego malo referre ad animum.

34 *Oportet*] Retinui hanc vocem, quamvis eam non repererim niſi in paucis veteribus libris, quia aut illa aut alia ſimilis neceſſaria eſt in hoc loco.

35 *Fidentibus*] Tres libri veteres *fidelibus*. Vide quæ notata ſunt ſupra ad epiſtolam quintam pag. 35.

36 *Venientis*] In duobus libris veteribus ſcriptum eſt *venientis* & ſupra lineam *vel ſævientis*. Sic etiam in uno ſuo veteri legiſſe ſe teſtatur Morellius.

37 *Lupanaria non timentes*] Adverſarii chriſtianæ religionis, qui ſæviebant in noſtros, virgines martyrio deſtinatas mittebant ad lupanaria, ſequentes videlicet inſtituta veterum Romanorum, qui nefas putabant ſi puellæ integræ exirent e vita. Tertullianus in calce apologetici: *Nam & proxime ad lenonem damnantes chriſtianam potius quam ad leonem confeſſi eſtis labem pudicitiæ apud nos atrociorem omni pœna & omni morte reputari.* Prudentius in carmine de ſancta Agnete: *Hanc in lupanar tradere certum eſt ad aram ni caput applicet.* Apud Rufinum lib. 8. cap. 12. legitur hiſtoria cujuſdam nobilis feminæ Antiochenæ, quæ cum videret ſe & filias ſuas cogi ad ſacrificandum idolis, & niſi facerent, tormenta & mortem intentari, timeret porro ne pudicitiæ ſuæ & filiarum vis inferretur, ſe cum illis projecit in fluvium in itinere poſitum. Inter cetera vero quæ dixit filiabus ſuis ut eis ſuaderet hunc exitum, ait: *Proſtituentur ergo in publicis lupanaribus membra quæ aer pæne ipſe publicus habuit incognita.* Hinc factum ut quia virgines chriſtianæ projiciebantur in lupanaria creditum ſit illis, quamvis vim paſſæ pudicitiam vere perdidiſſent, fuiſſe tamen virgines ſecundum evangelium, ut ex Hieronymo & Auguſtino probat Algerus ſcholaſticus Leodienſis in capite 76. libri de miſericordia & juſtitia. Ego vero ex eodem Auguſtino addo illum in epiſtola ad Victorianum ſcribere violentiam factam in virgine, ſi illa non conſenſerit, non pro corruptionis turpitudine ſed pro paſſionis vulnere deputandam, & in epiſtola ad Honoratum ſcribere pudicitiam non violari violentia, ſi mente ſervatur, quoniam nec in carne violatur quando voluntas patientis ſua turpiter carne non utitur, ſed ſine conſenſione tolerat quod alius operatur. Vide etiam Carolum Guyetum lib. 2. cap. 7. pag. 173. heortologiæ. Svetonius in Tiberio: *Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas eſſet virgines ſtrangulari, vitiatæ prius a carnifice, dein ſtrangulatæ.* De filia Sejani ita etiam teſtatur Dio Caſſius lib. 58. Vide Baronium ad diem 21. Januarii.

38 *Delicata matrona*] Victor Vitenſis lib. 5. cap. 8. *matrona nobilis ac delicata.* Hieronymus in epiſtola ad Pammachium adverſus errores Joannis Hieroſolymitani: *Dei filius unam morbidam ovem ſuis humeris portatam ad cælos bajulans & puticus delicatam peccatricem.*

39 *Copioſus*] Tres libri noſtri & unus a Morellio citatus exhibent *toroſus*, id eſt qui pulpam carnis maſculoſam habet, in quo eſt robur & fortitudo. Unde cervix toroſa apud Catullum in carmine de Berecynthia, colla toroſa boum apud Ovidium in libro ſecundo metamorphoſeon, & toroſa juventus in ſatyra tertia Perſii. Minucius Felix in ipſo ferme initio, *criſpis toroſiſque ibidem erroribus delectat.* In libro monaſterii Beccenſis ſcriptum eſt *corroſus* pro *toroſus*.

40 *Indigentibus*] Illud adjecimus ex fide duorum veterum librorum noſtrorum & duorum item Anglicanorum.

41 *Perniciosa conceptio*] Codex Seguierianus *periculoſa*.

42 *Aliud eſt enim*] Joannes Picus Mirandula aliter legebat in ſuo codice. Scripſit enim: *Aliud eſt enim martyrium deeſſe animo, aliud animum deeſſe martyrio.* Ita in apologia.

43 *Deſiderat*] Et iſtud quoque adjecimus ex quibuſdam codicibus noſtris & ex quibuſdam Anglicanis. Poteſt tamen eſſe gloſſema.

44 *Quam præpoſterum*] Iſta exſtant apud Gratianum 33. q. 2. & apud Guillelmum Durandi in tractatu de modo celebrandi concilii generalis par. 3. rubr. 6.

45 *Pervic. more ſervor.*] Tacitus lib. 1. hiſtoriarum: *Pervicax etiam adverſus tormenta ſervorum fides.* Vide Macrobium lib. 1. ſaturnal. cap. 11. Idem Tacitus lib. 4. annalium tradit Octaviam Neronis accuſatam de ſervili amore, & actas ob id de ancillis quæſtiones, ac vi tormentorum victis quibuſdam ut falſa annuerent, plures perſtitiſſe ſanctitatem dominæ tueri. Svetonius in Caligula: *Mulieri libertinæ octoginta donavit, quod excruciata graviſſimis tormentis de ſcelere patroni reticuiſſet.* Alterius libertinæ, cui Epicharis nomen erat, quæ tormentis dilacerata numquam fateri voluit ea quæ illi objiciebantur, quamvis vera eſſent, mentionem facit Tacitus in libro 15. annalium. Ammianus Marcellinus lib. 28. mentionem facit ancillæ, a qua contigua morti tormenta voces expreſſerunt obliquas in caput domini. Vide Plinium lib. 7. cap. 23. Juſtinum lib. 44. Senecam lib. 4. de beneficiis cap. 19. & epiſt. 6. ad illum locum, *in equuleo teneat*, id eſt, ut Muretus interpretatur, non indicet conſcios, nihil eorum prodat propter quæ torquetur. Vide etiam Valerium Maximum lib. 6. cap. 8. & lib. 8. cap. 4. Quintilianum lib. 2. cap. 20. Dionem Caſſium lib. 47. Victorem Vitenſem lib. 5. cap. 2. & Patricium Junium in notis ad epiſtolam Clementis ad Corinthios pag. 9.

46 *Audivit ut diceret*] Interpres præfationis in altercationem Jaſonis & Papiſci: *Ad hoc enim viderat ut referret.* Tertullianus in extremo libro de virginibus velandis: *Nobis Dominus etiam revelationibus velaminis ſpatia metatus eſt. Nam cuidam ſorori noſtræ angelus in ſomnis cervices quaſi applauderet verberans, Elegantes, inquit, cervices & merito nudæ. Bonum eſt uſque ad lumbos a capite veleris, ne & tibi cervicum libertas non proſit. Et utique quod uni dixeris omnibus dixeris.* Audivit ergo ut diceret. Idem in libro de idololatria: *Hoc in loco ex auctoritate Dei conteſtor quia nec tutum eſt ſubtrahere quodcumque mihi fuerit oſtenſum, utique omnium cauſa.* Auguſtinus lib. 8. confeſſ. cap. 5. *Sed ubi mihi homo tuus Simplicianus de Victorino iſta narravit, exarſi ad imitandum. Ad hoc enim & ille narraverat.*

47 *Sacerdotem*] Hæc tantum veteres editiones & omnes fere libri noſtri veteres & Anglicani. Pamelius ex editione quæ dicitur Gravii & ex veteri codice ſcripſit *ſacerdotem Dei*. Sed ego vocem *Dei* non inveni niſi in ſex codicibus antiquis. Seguierianus illam non habet.

48 *Atras veſtes*] Veteres enim eo colore utebantur in luctu. Vincentius Lirinenſis conqueritur viduas ſub Arrianorum perſecutione fuiſſe depulſatas, quia nimirum ferebant veſtes pullas id eſt nigras. Apud Paulum lib. 1. ſententiar. tit. 21. & hinc in lib. 7. Capitularium cap. 743. legitur: *Qui luget abſtinere debet a conviviis ac ornamentis & veſte alba.* Et tamen Herodianus lib. 3. notat mulieres Romanas in luctu indutas fuiſſe veſtibus albis exilibus, ut mœrentium ſpeciem præberent, cum contra viri veſtibus atris eſſent amicti. Vide etiam quæſtiones Romanas Plutarchi.

49 *Plangimus ac dolemus*] Ait Cyprianus nobis, qui ſpem reſurrectionis habemus, licitum non eſſe flere mortuos. Quod intelligendum eſt de immodico fletu. Alioqui enim Chriſtus lacrimandi uſum in mortibus amicorum ſuo exemplo comprobavit apud Bethaniam; ubi cum vidiſſet Mariam & Judæos flentes ob mortem Lazari, flevit & ipſe. Unde collegerunt Judæi illum valde amatum fuiſſe a Chriſto. Nam ſupremæ illæ lacrimæ, ut diximus ad librum ſextum Salviani, amantium magis ſunt quam mœrentium, quamvis etiam mœrentium ſint & amicos deſiderantium. Eleganter itaque Seneca dixit in epiſtola 63. *Nobis autem ignoſci poteſt prolapſis ad lacrimas, ſi non nimiæ decurrerunt, ſi ipſi illas repreſſimus. Nec ſicci ſint oculi amiſſo amico nec fluant. Lacrimandum eſt, non plorandum.* Vide ſancti Joannis Chryſoſtomi homiliam de mortuis non immoderate lugendis & Ruricium lib. 2. epiſt. 4. Vide etiam ſupra epiſtolam ad Tyraſium. Adde Dionem Chryſoſtomum, qui in oratione 29. docet defunctos memoria honorandos

Digitized by Google

dos eſſe, non lacrimis. Luctus tempus olim definitum erat apud Romanos. Seneca ait alicubi annum datum eſſe mulieribus ad luctum, non ut tamdiu lugerent, ſed ne diutius. Apud T. Livium lib. 2. funus Bruti conſulis magno apparatu legimus fuiſſe celebratum. *Sed multo magis morti decus*, inquit Livius, *publica fuit mæſtitia, eo ante omnia inſignis quod matronæ annum ut parentem eum luxerunt quod tam acer ultor violatæ pudicitiæ fuiſſet*. Sic P. Valerium poplicolam annum onum matronæ luxerunt, teſte Plutarcho. Sic Coriolanum, ut teſtatur idem auctor, matronæ quoque luxerunt. Dio lib. 55. memoriæ prodidit decretum eſſe ut mulieres anno integro lugerent poſt mortem Auguſti. Apud Spartanos, ut in Lycurgo tradit Plutarchus, luctus finiebatur duodecimo die.

50 *Si in Chr. credimus*] Ita ſcribendum & diſtinguendum eſſe cenſuimus, ſecuti auctoritatem ſex veterum exemplarium. Hæc enim lectio mihi videtur eſſe præferenda vulgatæ, quam hic ſubjicio in gratiam illorum qui illam fortaſſe putabunt fuiſſe retinendam. *Si in Christum credimus, fidem verbis & promiſſis ejus habeamus, & non morituri in æternum, ad Chriſtum, cum quo victuri & regnaturi ſemper ſumus, læta ſecuritate veniamus*. Ubi interim admonendum eſt vocem *morituri* non exſtare in illis ſex antiquis exemplaribus, *morimur* vero *vel moriemur* haberi in pluribus antiquis codicibus & editionibus.

51 *Dignitatem*] Duæ fuere antiquitus loci iſtius lectiones. Quidam enim codices præferunt *firmitatem* & ſupra lineam *vel dignitatem*. Alii *dignitatem* tantum. Et ſic legebat Florus. Hinc orta diſcrepantia quæ invenitur in antiquis exemplaribus. Ego legi *firmitatem* in tribus abſque ullo additamento.

52 *Noſtra converſatio*] Vide Frontonis Ducæi notas ad panegyricum ſancti Joannis Chryſoſtomi in ſanctum martyrem Lucianum.

53 *Conformatum*] Duæ quoque antiquitus fuere lectiones hujus loci. Duo quippe libri veteres habent *configuratum* & ſupra lineam *vel conformatum*. Veteres librarii poſuerunt eam lectionem quæ magis illis placuit. Pamelius maluit *configuratum*. Ego ſcribo *conformatum*, quia ita inveni ſcriptum in viginti & duobus exemplaribus noſtris, quorum unum eſt Seguierianum, & in quinque Anglicanis, tum etiam in excerptis Flori, & quia ſic etiam ſcriptum eſt lib. 3. teſtimoniorum cap. 11. Contra apud Reginonem lib. 2. cap. 208. de diſciplinis eccleſiaſticis legendum eſt *ſed hac ſententia canonicis atque apoſtolicis informatur documentis*, pro eo quod nos edidimus *informatur*. Apud ſanctum Gregorium lib. 1. epiſt. 71. vel 73. ad Petrum ſubdiaconum legitur *ut de æquitate ſervata præfati epiſcopi relationibus ipſe lauderis*. Pro quo tres optimi & antiquiſſimi libri habent *relationibus inſo memur*. Quod ego melius eſſe puto. Et fortaſſe legendum eſt *relationibus informemur & tu ipſe lauderis*.

54 *Secundum fidem veri*] Hæc lectio, quam exhibent undecim exemplaria, in quibus pono Seguierianum, eſt optima. In duobus aliis ſcriptum eſt *verbi*. Morellius adnotat ſe vidiſſe ſcriptum in antiquis *veri alias verbi*. Quod confirmat noſtram lectionem. in codice Beccenſi & in editione Morellii legitur *veritatis*.

55 *De hoc contagio*] Quamvis hanc lectionem præferat major pars veterum exemplarium, in aliis tamen pluribus & in antiquis editionibus legitur *de hac contagione*. Primus Manutius invexit eam quam nos ſtatuimus. Utraque bona eſt.

56 *Sed & per Salomonem*] Vide annotationem Pamelii ad hunc locum.

57 *Raptus eſt*] Vide ſanctum Auguſtinum cap. 14. de prædeſtinatione ſanctorum.

58 *Deo ſuo anima devota*] Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos, *ſimplicitas cordis & devota Deo ſuo anima*. Auctor epiſtolæ ad Oceanum de ferendis opprobriis edita ſub nomine Hieronymi: *Videat ergo anima Deo devota ne inſipientium riſus eam vel ſtultorum hominum vaniſſimus ſermo confundat*.

59 *Fratres dil.*] In codice Seguieriano & iſtic & alibi hæ duæ voces ſic ſcriptæ ſunt, FF. DD. Quod iccirco admoneo ut oſtendam exactam diligentiam viri doctiſſimi Joannis Tilii, qui cum ederet opera Paciani epiſcopi Barcinonenſis, & in parænesi ad pœnitentiam legeret in libro veteri, *ſcripta ſunt hæc FF. DD. & perpetuis caſa monumentis*, noluit extendere, quamvis poſſet, ſed in margine poſuit arbitrari ſe his notis ſignificari *dilectiſſimi fratres*. Quo modo ſcriptum eſt in veteri codice Carthuſiæ majoris. Galeſinius, quamvis non haberet hanc auctoritatem, ſic in ſua editione poſuit uti Tilius conjecerat eſſe ſcribendum.

60 *Amplectamur diem*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 8.

61 *Et regno*] Antea legebatur *& regno cæleſti*. Verum vox *cæleſti* gloſſema eſt hominis qui neſciebat Cyprianum uti ſimpliciter verbo regni ad ſignificandum regnum Chriſti, id eſt cæleſte. Ego ſane vocem *cæleſti* reperi in duobus codicibus antiquis. At deeſt in aliis quatuordecim noſtris & in octo Anglicanis.

62 *De ſua incolum.*] Hæc eſt lectio omnium veterum editionum, omnium librorum noſtrorum & decem Anglicanorum, atque ita referunt ſanctus Auguſtinus in libro de prædeſtinatione ſanctorum cap. 19. & auctor ſermonis in feſto ſanctorum omnium editus in appendice tomi quinti operum ejuſdem ſancti pag. 350. qui exſtat etiam in codice homiliarum qui tribuitur Alcuino. Ruricius epiſcopus Lemovicenſis lib. 2. epiſt. 4. *Credite mihi, fratres cariſſimi, quia illa jam de ſua quiete ſecura, de noſtra eſt ſalute ſollicita*. Vide diſſertationem 27. Maximi Tyrii. Primus Eraſmus poſuit *immortalitate*. Eam lectionem retinuit editio Manutii. Morellius rejecit & poſuit *incolumitate*. Pamelius, Rigaltius, & alii maluerunt *immortalitate*. Duo aut tria vetera exemplaria, *jam de ſua ſecuri, adhuc de noſtra incolumitate ſolliciti*. VVeſelus Groningenſis in epiſtola ad Bernardum Meppenſem: *Orant pro nobis defuncti ut in illorum felicem ſocietatem traducamur*. Vide ſupra pag. 208.

63 *Paſſionis victoriam*] Duo libri veteres *gloriam*.

64 *Gloria ſua*] Tredecim libri veteres habent *claritatis*, vocabulo frequentiſſimo apud Cyprianum. Alii quinque *caritatis*, errore videlicet librariorum pro *claritatis*. In tribus aliis ſcriptum eſt *daturus eis ampliſſima munera & claritatis ſuæ præmia*.

[1] L I B E R

DE OPERE ET ELEEMOSYNIS.

[2] MULTA & magna ſunt, fratres cariſ- A
ſimi, beneficia divina quibus in ſalutem noſtram Dei patris & Chriſti larga & copioſa clemeotia & nperata ſit & ſemper operetur, quod conſervandis ac vivificandis nobis pater [3] filium miſit, ut reparare nos poſſet, quodque filius miſſus eſſe & hominis filius fieri voluit ut nos Dei filios faceret. Humiliavit ſe, ut populum qui prius jacebat erigeret. Vulneratus eſt, ut vulnera noſtra [4] curaret. Servi- B
vit, ut ad libertatem ſervientes extraheret. Mori ſuſtinuit, ut immortalitatem mortalibus exhiberet. Multa hæc ſunt & magna divinæ miſericordiæ munera. Sed adhuc qualis providentia illa & quanta clementia eſt quod nobis ſalutari ratione proſpicitur, ut homini qui redemptus eſt reſervando plenius conſulatur. [5] Nam cum Dominus adveniens ſanaſſet illa quæ Adam portaverat vulnera, & venena ſerpentis [6] antiqua curaſſet, legem dedit ſano, & præcepit ne ultra jam peccaret, ne quid peccanti Joan. 5.
gravius eveniret. Coartati eramus & in anguſtum innocentiæ præſcriptione concluſi. Nec haberet quid fragilitatis humanæ infirmitas atque

que imbecillitas faceret, niſi iterum pietas divina ſubveniens, juſtitiæ & miſericordiæ operibus oſtenſis, viam quamdam tuendæ ſalutis aperiret, ut ſordes poſtmodum quaſcumque contrahimus eleemoſynis ablusmus. Loquitur in ſcripturis divinis ſpititus ſanctus & dicit: *Tob. 4.* *Eleemoſynis & fide delicta purgantur*. Non uti- *Prov. 15.* que illa delicta quæ fuerant ante contracta. Nam illa Chriſti ſanguine & ſanctificatione pur- *Eccleſ. 3.* gantur. Item denuo dicit: *Sicut aqua exſtinguit ignem, ſic eleemoſyna exſtinguit peccatum*. Hic quoque oſtenditur & probatur quia ſicut lavacro aquæ ſalutaris gehennæ ignis exſtinguitur, ita & eleemoſynis atque operationibus juſtis delictorum flamma ſopitur. Et quia ſemel in baptiſmo remiſſa peccatorum datur, aſſidua & jugis operatio baptiſmi inſtar imitata Dei rurſus indulgentiam largitur. Hoc & in evangelio Dominus docet. Nam cum denotarentur diſcipuli ejus quod ederent, nec prius manus ab- *Luc. 11.* luiſſent, reſpondit & dixit: *Qui fecit quod intus eſt fecit & quod foris eſt. Verum date eleemoſynam, & ecce vobis munda omnia*. Docens ſcilicet & oſtendens non manus lavandas eſſe, ſed pectus, & ſordes intrinſecus potius quam extrinſecus detrahendas, verum qui purgaverit quod eſt intus, eum quoque id quod foris eſt repurgaſſe, & emundata mente, cute quoque & corpore mundum eſſe cœpiſſe. Porro autem monens & oſtendens unde mundi & purgati eſſe poſſimus, addidit eleemoſynas eſſe faciendas. Miſericors docet & monet miſericordiam fieri; & quia ſervare quærit quos magno pretio redemit, poſt baptiſmi gratiam ſordidatos docet denuo poſſe purgari. [7] Agnoſcamus itaque, fratres cariſſimi, divinæ indulgentiæ munus ſalubre, & emundandis purgandiſque peccatis noſtris, qui ſine aliquo conſcientiæ vulnere eſſe non poſſumus, medelis ſpiritalibus vulnera noſtra curemus. [8] Nec quiſquam ſic ſibi de puro atque immaculato [9] pectore blandiatur ut innocentia ſua fretus medicinam non putet adhibendam eſſe vulneribus, cum ſcri- *Prov. 20.* ptum ſit: *Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe a peccatis?* Et iterum in epiſtola ſua Joannes ponat & di- *1. Joa. 1.* cat: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos decipimus, & [10] veritas in nobis non eſt*. Si autem nemo eſſe ſine peccato poteſt, & quiſquis inculpatum ſe eſſe dixerit aut ſuperbus aut ſtultus eſt, quam neceſſaria, quam benigna eſt divina clementia, quæ cum ſciat non deeſſe ſanatis quædam poſtmodum vulnera, dedit curandis denuo ſanandiſque vulneribus remedia ſalutaria. Numquam denique, fratres dilectiſſimi, admonitio divina ceſſavit & tacuit quo minus in ſcripturis ſanctis tam veteribus quam novis ſemper & ubique ad miſericordiæ opera Dei populus provocaretur; & canente atque exhortante ſpiritu ſancto quiſquis ad ſpem regni cæleſtis inſtituitur, facere eleemoſynas ju- *Iſa. 58.* betur. Mandat & præcipit Eſaiæ Deus: *Exclama*, inquit, *in fortitudine, & noli parcere. Sicut tuba exalta vocem tuam, & annuntia plebi meæ peccata ipſorum & domui Jacob facinora eorum*. Et cum peccata eis ſua exprobrari præcepiſſet, cumque eorum facinora pleno indignationis impetu protuliſſet, dixiſſetque eos nec ſi orationibus & precibus & jejuniis uterentur

A ſatisfacere pro delictis poſſe, nec ſi in cilicio & cinere volverentur, iram Dei poſſe lenire, in noviſſima tamen parte demonſtrans ſolis eleemoſynis Deum poſſe placari, addidit dicens: *Frange eſurienti panem tuum, & egenos ſine tecto* *Iſa. 58.* *induc in domum tuam. Si videris nudum, veſti eum, & domeſticos ſeminis tui non deſpicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & [11] veſtimenta tua cito orientur, & præibit ante te juſtitia, & claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamabis, & Deus exaudiet te. Dum adhuc loqueris dicet: Ecce adſum*. Remedia propitiando Deo ipſius B Dei verbis data ſunt, quid deberent facere peccantes magiſteria divina docuerunt, operationibus juſtis Deo ſatisfieri, miſericordiæ meritis peccata purgari. Et apud Salomonem legimus: *Conclude eleemoſynam [12] in corde pauperis, & hæc* *Prov. 21.* *pro te exorabit ab omni malo*. Et iterum: *Qui obturat aures ne audiat imbecillum, & ipſe invocabit Deum, & non erit qui exaudiat eum*. Neque enim promereri [13] miſericordiam Domini poterit qui miſericors ipſe non fuerit, aut impetrabit de divina pietate aliquid in precibus C qui ad precem pauperis non fuerit humanus. Quod item in pſalmis ſpiritus ſanctus declarat & probat dicens: *Beatus qui intelligit ſuper ege-* *Pſal. 40.* *num & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*. Quorum præceptorum memor Daniel, cum rex Nabuchodonoſor adverſo ſomnio territus æſtuaret, pro avertendis malis ad divinam opem impetrandam remedium dedit dicens: *Propterea, rex, conſilium meum placeat tibi, &* *Dan. 4.* *peccata tua eleemoſynis redime & injuſtitias tuas miſerationibus pauperum, & erit Deus [14] parcens* D *peccatis tuis*. Cui rex non obtemperans adverſa quæ viderat & infeſta perpeſſus eſt: quæ evadere & vitare potuiſſet, ſi peccata ſua eleemoſynis redemiſſet. Raphael quoque angelus paria teſtatur, & ut eleemoſyna libenter ac largiter fiat hortatur dicens: *Bona eſt oratio cum* *Tob. 12.* *jejunio & eleemoſyna: quia eleemoſyna a morte liberat, & ipſa purgat peccata*. Oſtendit orationes noſtras ac jejunia minus poſſe niſi eleemoſynis adjuventur, deprecationes ſolas parum ad impetrandum valere, niſi factorum & operum acceſſione [15] ſatientur. Revelat angelus & ma- E nifeſtat & firmat eleemoſynis petitiones noſtras efficaces fieri, eleemoſynis vitam de periculis redimi, eleemoſynis animas a morte liberari. Nec ſic, fratres cariſſimi, iſta proferimus ut non quod Raphael angelus dixit veritatis teſtimonio comprobemus. In actibus apoſtolorum facti fides poſita eſt, & quod eleemoſynis, non tantum a ſecunda, ſed a prima morte animæ liberentur geſtæ & impletæ rei probatione compertum eſt. Tabitha operationibus juſtis & eleemoſynis præſtandis plurimum dedita, cum infirmata eſſet & mortua, ad cadaver exanime F Petrus accitus eſt: qui cum impigre pro apoſtolica humanitate veniſſet, circumſteterunt eum viduæ flentes & rogantes, pallia & tunicas & omnia illa quæ prius ſumpſerant indumenta monſtrantes, nec pro defuncta ſuis vocibus, ſed ipſius operibus deprecantes. Senſit Petrus impetrari poſſe quod ſic petebatur, nec defuturum Chriſti auxilium viduis deprecantibus, quando eſſet in viduis ipſe veſtitus. Cum itaque genibus nixus oraſſet, viduarum ac pauperum idoneus advocatus legatas ſibi preces ad Domi-

Digitized by Google

Dominum pertuliſſet , converſus ad oorpus , A
Act. 9. quod in tabula jam lotum jacebat , *Tabitha* ,
inquit , *exſurge in nomine Jeſu Chriſti* . Nec defuit Petro quo minus ſtatim ferret auxilium
qui in evangelio dari dixerat quidquid fuiſſet
ejus nomine poſtulatum . Mors itaque ſuſpenditur , & ſpiritus redditur , & mirantibus ac
ſtupeotibus cunctis ad hanc mundi denuo lucem redivivum corpus animatur . Tantum potuerunt miſericordiæ merita , tantum opera juſta valuerunt ! Quæ laborantibus viduis largita
fuerat ſubſidia vivendi , meruit ad vitam viduarum petitione revocari . Itaque in evangelio B
Dominus , doctor vitæ ooſtræ , & magiſter ſalutis æternæ , vivificans credentium populum ,
& vivificatis conſulens in æternum , inter ſua
mandata divina & præcepta cæleſtia nihil crebrius mandat & præcipit quam ut inſiſtamus
eleemoſynis dandis , nec terrenis poſſeſſionibus
incubemus , ſed cæleſtes theſauros potius recon-
Luc. 12. damus . *Vendite* , inquit , *res veſtras* , *& date*
Matt. 6. *eleemoſynam* . Et iterum : *Nolite vobis condere
theſauros ſuper terram* , *ubi* [16] *tinea & comeſtura
exterminat* , *& ubi fures effodiunt & furantur* . C
Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo , *ubi
neque tinea neque comeſtura exterminat* , *& ubi fures non effodiunt nec furantur* . *Ubi enim fuerit theſaurus tuus* , *ibi erit & cor tuum* . Et cum obſervata lege perfectum & conſummatum vellet
Matt. 19. oſtendere , *Si vis* , inquit , *perfectus eſſe* , *vade
&* [17] *vende omnia tua* , *& da egenis* , *& habebis
theſaurum in cælo* , *& veni* , *ſequere me* . Item
alio loco negotiatorem cæleſtis gratiæ & comparatorem ſalutis æternæ , diſtractis omnibus rebus ſuis , pretioſam margaritam , hoc eſt , vitam æternam Chriſti cruore pretioſam , de quan- D
Matt. 13. titate patrimonii ſui dicit debere mercari . *Simile eſt* , inquit , *regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas* . [18] *Ubi autem invenit pretioſam margaritam* , *abiit* , *& vendidit omnia quæ habuit* , *& emit illam* . Eos denique
& Abrahæ filios dicit quos in juvandis alendiſque pauperibus operarios cernit . Nam cum Za-
Luc. 19. chæus dixiſſet , *Ecce dimidium ex ſubſtantia mea
do egenis* , *& ſi cui quid fraudavi* , *quadruplum
reddo* , reſpondit Jeſus & dixit *quia ſalus hodie
huic domui facta eſt* , *quoniam & hic filius eſt* E
Gen. 15. *Abrahæ* . Nam ſi Abraham credidit Deo , &
deputatum eſt ei ad juſtitiam , utique qui ſecundum præceptum Dei eleemoſynas facit ,
Deo credit , & qui habet fidei veritatem , ſervat Dei timorem ; qui autem Dei timorem
ſervat , in miſerationibus pauperum [19] Deum
Matth. 3. cogitat . Operatur eoim ideo quia credit , quia
ſcit vera eſſe quæ prædicta ſunt verbis Dei ,
nec ſcripturam ſanctam poſſe mentiri , arbores
infructuoſas , id eſt , ſteriles homines , excidi
& in ignem mitti , miſericordes autem ad regoum vocari . Qui & alio in loco operarios & F
fructuoſos fideles appellat , infructuoſis vero &
Luc. 16. ſterilibus fidem derogat dicens : *Si in injuſto* [20]
mammona fideles non fuiſtis , *quod eſt verum quis
credet vobis ? Et ſi in alieno fideles non fuiſtis* ,
quod eſt veſtrum quis dabit vobis ? Si vereris &
metuis ne ſi operari plurimum cœperis , patrimonio too larga operatione finito ad penuriam
forte redigaris , eſto in hac parte intrepidus ,
eſto ſecurus ; finiri non poteſt unde in uſus
Chriſti impenditur , unde opus cæleſte celebra-
A tur . Nec hoc tibi de meo ſpondeo , ſed de
ſanctarum ſcriptutarum fide & divinæ pollicitationis auctoritate promitto . Loquitur per Salomonem ſpiritus ſanctus & dicit , *Qui dat pau-* Prov. 28.
peribus , *numquam egebit* , *qui autem avertit oculum ſuum* , *in magna penuria erit* , oſtendens miſericordes atque operantes egere non poſſe ,
magis parcos & ſteriles ad inopiam poſtmodum
deveoire . Item beatus apoſtolus Paulus dominicæ inſpirationis gratia plenus : *Qui admini-* 2. Cor. 9.
ſtrat , inquit , *ſemen ſeminanti* , *& panem ad
B edendum præſtabit* , *& multiplicabit ſeminationem
veſtram* , *& augebit incrementa frugum juſtitiæ veſtræ* , *ut in omnibus locupletemini* . Et iterum :
Adminiſtratio hujus officii non tantum ſupplebit ea 2 Cor. 9.
quæ ſanctis deſunt , *ſed & abundabit per multam
gratiarum actionem in Deum* . Quoniam dum gratiarum actio ad Deum pro eleemoſynis atque
operationibus noſtris pauperum oratione dirigitur , cenſus operantis Dei retributione cumulatur . Et Dominus in evangelio jam tunc ejuſmodi hominum corda conſiderans , & perfidis
atque iocredulis præſcia voce denuntians , con-
C teſtatur & dicit : *Nolite cogitare dicentes : Quid* Matt. 6.
edemus , *aut quid bibemus* , *aut quid veſtiemur ?
Hæc enim nationes quærunt* . *Scit autem pater veſter quia omnium horum indigetis* . *Quærite primum
regnum Dei & juſtitiam ejus* , *& omnia iſta apponentur vobis* . Eis omnia apponi dicit & tradi
qui regnom & juſtitiam Dei quærunt . Eos
enim Dominus , cum judicii dies venerit , ad
percipiendum regnum dicit admitti qui fuerint
in eccleſia ejus operati . Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat , ſi operari ex eo lar-
D giter cœperis ; & neſcis , miſer , quia dum times ne res familiaris deficiat , vita ipſa & ſalus
deficit , & dum ne quid de rebus tuis minuatur attendis , non reſpicis quod ipſe minuaris ,
amator magis mammonæ quam animæ tuæ ;
ut dom times ne pro te patrimonium tuum
perdas , ipſe pro patrimonio tuo pereas . Et
ideo bene apoſtolus clamat & dicit : *Nihil intu-* 1. Tim. 6.
limus in hunc mundum , *verum nec auferre quid
poſſumus* . *Habentes itaque exhibitionem & tegumentum* , *his contenti ſimus* . *Qui autem volunt divites fieri* , *incidunt in tentationem & in* [21] *muſci-
E pulam & deſideria multa & nocentia* , *quæ mergunt hominem in perditionem & in interitum* . *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas* , *quam
quidam appetentes naufragaverunt a fide* , *& inſeruerunt ſe doloribus multis* . Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat , ſi operari ex eo largiter cœperis . Quando enim factum eſt ut juſto poſſent [22] deeſſe ſubſidia vitæ , cum ſcriptum
ſit : *Non occidet fame Dominus animam juſtam* . Prov. 10.
Helias in ſolitudine corvis miniſtrantibus paſci- 3. Reg.
tur , & Danieli in lacu ad leonum prædam 17.
F juſſu regis incluſo prandium divinitus appara- Dan. 14.
tur ; & tu metuis oe operanti tibi & Dominum promerenti deſit alimentum , quando ipſe
in evangelio ad exprobrationem eorum quibus
mens dubia eſt & fides parva conteſtetur & dicat : *Aſpicite volatilia cæli* , *quoniam non ſeminant* , Matt. 6.
neque metunt , *neque colligunt in horrea* , *& pater
veſter cæleſtis alit illa* . *Nonne vos pluris illis
eſtis ?* Volucres Deus paſcit , & paſſeribus alimenta diurna præſtantur ; & quibus nullus divinæ rei ſenſus eſt , eis nec potus nec cibus
deeſt . Tu chriſtiano , tu Dei ſervo , tu ope-

ribus

ribus bonis dedito, tu domino ſuo caro aliquid A
exiſtimas deſuturum? Niſi ſi putas qnia qui
Chriſtum paſcit, a Chriſto ipſe non paſcitur,
aut eis terrena deerunt quibus cæleſtia & divi-
na tribuuntur. Unde hæc incredula cogitatio,
unde impia & ſacrilega iſta meditatio? Quid
facit in domo fidei perfidum pectus? Quid qui
Chriſto omnino non credit appellatur & dici-
tur chriſtianus? Phariſæi tibi magis congruit
nomen. Nam cum Dominus in evangelio de
eleemoſynis diſputaret, & ut nobis amicos [13]
de terreſtribus lucris provida operatione face- B
remus, qui nos poſtmodum in tabernacula æ-
terna ſuſciperent, fideliter ac ſalubriter præ-
moneret, addidit poſt hæc ſcriptuta dicens:
Luc. 16. *Audiebant autem hæc omnia Phariſæi, qui erant
cupidiſſimi, & irridebant eum.* Quales nunc
quoſdam in eccleſia videmus, quorum præclu-
ſæ aures & corda cæcata nullum de ſpirituali-
bus ac ſalutaribus monitis lumen admittunt;
de quibus mirari non oportet quod contemnant
in tractatibus ſervum, quando a talibus ipſum
Dominum videamus eſſe contemtum. Quid ti-
bi in iſtis ineptis & ſtultis cogitationibus plau- C
dis, quaſi metu & ſollicitudine futurorum ab
operibus retarderis? Quid umbras & præſtigias
quaſdam vanæ excuſationis obtendis? Confite-
re immo quæ vera ſunt; & quia ſcientes non
potes fallere, ſecreta & abdita mentis expro-
me. Obſederunt animum tuum ſterilitatis te-
nebræ, & recedente inde lumine veritatis,
carnale pectus alta & profunda avaritiæ caligo
cæcavit. Pecuniæ tuæ captivus & ſervus es,
catenis cupiditatis & vinculis alligatus es, &
quem jam ſolverat Chriſtus, denuo vinctus es. D
Servas pecuniam, quæ te ſervata non ſervat.
Patrimonium cumulas, quod te [14] pondere ſuo
onerat; nec meminiſti quid Deus reſponderit
diviti exuberantium fructuum copiam ſtulta ex-
Luc. 12. ſultatione jactanti: *Stulte*, inquit, *hac nocte
expoſtulatur anima tua a te. Quæ ergo paraſti
cujus erunt?* Quid divitiis tuis ſolus incubas,
quid in pœnam tuam patrimonii tui pondus
exaggeras, ut quo locupletior ſæculo fueris,
pauperior Deo fias? [15] Redditus tuos divide
cum Domino Deo tuo, fructus tuos partire
cum Chriſto, fac tibi [16] poſſeſſionum terre- E
ſtrium Chriſtum participem, ut & ille te ſibi
faciat regnorum cæleſtium coheredem. Erras
& falleris quiſquis te in ſæculo divitem cre-
dis. Audi in apocalypſi Domini tui vocem
ejuſmodi homines juſtis objurgationibus incre-
Apoc. 3. pantem. *Dicis*, inquit, *dives ſum, & ditatus
ſum, & nullius rei egeo; & neſcis quoniam tu es
miſer*, [17] *& miſerabilis, & pauper, & cæcus,
& nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum
de igni, ut ſis dives, & veſtem albam, ut ve-
ſtiaris, & non appareat in te fœditas nuditatis F
tuæ, & collyrio inunge oculos tuos ut videas.* Qui
ergo locuples & dives es, eme tibi a Chriſto
aurum ignitum, ut ſordibus tuis tamquam i-
gne decoctis, eſſe aurum mundum poſſis, ſi
eleemoſynis & juſta operatione purgeris. Eme
tibi albam veſtem, ut qui ſecundum Adam nu-
dus fueras, & horrebas ante deformis, indu-
mento Chriſti candido veſtiaris. Et quæ ma-
trona [18] in eccleſia Chriſti locuples & dives
es, inunge oculos tuos, non ſtibio diaboli,
ſed collyrio Chriſti; ut pervenire ad videndum

A Deum poſſis, dum Deum & operibus & mo-
ribus promereris. Ceterum quæ talis es, nec
operari in eccleſia potes. Egentem enim &
pauperem non vident oculi tui ſuperfuſi nigro-
ris tenebris & nocte contecti. Locuples & di-
ves es, & dominicum celebrare te credis, quæ
[29] corban omnino non reſpicis, quæ [30] in do-
minicum ſine ſacrificio venis, quæ [31] partem de
ſacrificio quod pauper obtulit ſumis. Intuere
in evangelio viduam præceptorum cæleſtium
memorem inter ipſas preſſuras & anguſtias ege-
B ſtatis operantem, in gazophylacium duo quæ
ſola ſibi fuerant minuta mittentem: quam cum
animadverteret Dominus & videret, non de
patrimonio ſed de animo opus ejus examinans,
& conſiderans non quantum ſed ex quanto de-
diſſet, reſpondit & dixit: *Amen dico vobis*, *Luc. 21.*
*quoniam vidua iſta plus omnibus miſit in dona
Dei. Omnes enim iſti ex eo quod abundavit illis
miſerunt in dona Dei. Hæc autem de inopia ſua
omnem quemcumque habuit victum miſit.* Multum
beata mulier & glorioſa, quæ etiam ante diem
judicii [32] meruit judicis voce laudari. Pudeat
C divites ſterilitatis atque [33] infidelitatis ſuæ. Vi-
dua, [34] & vidua inops, rebus dives in opere
invenitur. Cumque univerſa quæ dantur pu-
pillis & viduis conferantur, dat illa quam o-
portebat accipere; ut ſciamus quæ pœna ſteri-
lem divitem maneat, quando hoc ipſo docu-
mento operari etiam pauperes debeant. Atque
ut intelligamus hæc opera Deo dari & eum
quiſquis hæc faciat Dominum promereri, Chri-
ſtus illud Dei dona appellat, & in dona Dei
viduam duos quadrantes miſiſſe ſignificat, ut
D magis ac magis poſſit eſſe manifeſtum quia qui
miſeretur pauperis Deum fenerat. Sed nec il-
la res, fratres cariſſimi, a bonis operibus &
juſtis refrenet & revocet chriſtianum quod ex-
cuſari ſe poſſe aliquis exiſtimet beneficio filio-
rum, quando in impenſis ſpiritalibus Chriſtum
cogitare qui accipere ſe profeſſus eſt debeamus,
[35] nec conſervos liberis noſtris ſed Dominum
præferamus, ipſo inſtruente & monente. *Qui* *Matt. 10.*
diligit, inquit, *patrem aut matrem ſuper me,
non eſt me dignus; & qui diligit filium aut filiam
ſuper me, non eſt me dignus.* Item in Deutero-
E nomio ad corroborationem fidei & dilectionem
Dei paria conſcripta ſunt. *Qui dicunt*, inquit, *Deut. 33.*
*patri aut matri, non novi te, & filios ſuos non
agnoverunt, hi cuſtodierunt præcepta tua, & te-
ſtamentum tuum ſervaverunt.* Nam ſi Deum to-
to corde diligimus, nec parentes nec filios Deo
præferre debemus. Quod & Joannes in epiſto-
la ſua ponit, caritatem Dei apud eos non eſ-
ſe quos videamus operari in pauperes nolle.
Qui habuerit, inquit, *ſubſtantiam mundi, &* *1. Joan. 3.*
*viderit fratrem ſuum deſiderantem, & clauſerit
F viſcera ſua, quomodo caritas Dei manet in illo?*
Si enim Deus eleemoſynis pauperum fenera-
tur, & cum datur minimis, Chriſto datur,
non eſt quod quis terrena cæleſtibus præferat
nec divinis humana præponat. Sic vidua illa *3. Reg.*
in tertio regnorum libro, cum in ſiccitate & *17.*
fame conſumptis omnibus de modico farre &
oleo quod ſuperfuerat feciſſet ſubcinericium pa-
nem, quo abſumpto moritura cum liberis eſ-
ſet, ſupervenit Helias, & petiit ſibi prius ad
edendum dari, tunc quod ſuperfuiſſet inde il-
lam cum filiis ſuis veſci. Nec obtemperare il-

la dubitavit, aut Heliæ filios mater in fame & egeſtate præpoſuit. Fit immo in conſpectu Dei quod Deo placeat; prompte ac libenter quod petebatur offertur; nec de abundaotia portio, ſed de modico totum datur, & eſurientibus liberis alter prius paſcitur, neque io penuria & fame cibus ante quam miſericordia cogitatur; ut dum in opere ſalutari carnaliter vita contemnitur, ſpiritaliter anima ſervetur. Helias itaque typum Chriſti gerens, & quod ille pro miſericordia vicem ſingulis reddat oſtendens, reſpondit & dixit: *Hæc dicit Dominus:* [36] *Fidelia farris non deficiet, &* [37] *capſaces olei non minuetur uſque in diem quo dabit Dominus imbrem ſuper terram.* Secundum divinæ pollicitstionis fidem multiplicata ſunt viduæ & cumulata quæ præſtitit, & operibus juſtis ac miſericordiæ meritis augmenta & incrementa ſumentibus, farris & olei vaſa completa ſunt. Nec filiis abſtulit mater quod Heliæ dedit, ſed magis contulit filiis quod benigne & pie fecit. Et illa nondum Chriſtum ſciebat, nondum præcepta ejus audierat, non cruce & paſſione ejus redempta cibum & potum pro ſanguine rependebat; ut ex hoc appareat quantum in eccleſia peccet qui ſe & filios Chriſto anteponens divitias ſuas ſervat, nec patrimonium copioſum cum iodigentium paupertate communicat. Sed enim multi ſunt in domo liberi, & retardat te numeroſitas filiorum quo minus largiter bonis operibus inſiſtas. Atqui hoc ipſo operari amplius debes quo multorum pignorum pater es. Plures ſunt pro quibus Dominum depreceris, multorum delicta redimenda ſuot, multorum purgandæ conſcientiæ, multorum [38] animæ liberandæ. Ut in hac vita ſæculari alendis ſuſtinendiſque pignoribus quo major eſt numerus, hoc major & ſumptus eſt, ita & in vita ſpiritali atque cæleſti, quo amplior fuerit pignorum copia, eſſe & operum debet major impenſa. Sic & Job ſacrificia numeroſa pro liberis offerebat; quantuſque erat in domo pignorum numerus, tantus dabatur Deo & numerus hoſtiarum. Et quoniam quotidie deeſſe non poteſt quod peccetur in conſpectu Dei, ſacrificia quotidiana non deerant, quibus poſſent peccata [39] tergeri. Probat ſcriptura divina dicens:
Job 1. *Job homo verus & juſtus habuit filios ſeptem & filias tres, & emundabat illos offerens pro eis hoſtias Dea ſecundum numerum illorum, & pro peccatis eorum vitulum unum.* Si ergo vere filios tuos diligis, ſi eis exhibes plenam & paternam dulcedinem caritatis, operari magis debes ut filios tuos Deo juſta operatione commendes. Nec eum liberis tuis cogites patrem qui & temporarius & infirmus eſt, ſed illum pares qui æternus & firmus filiorum ſpiritalium pater eſt. Illi aſſigna facultates tuas quas heredibus ſervas. Ille ſit liberis tuis tutor, ille curator, ille contra omnes injurias ſæculares divina majeſtate protector. Patrimonium Deo creditum nec reſpublica eripit, nec fiſcus invadit, nec calumnia aliqua forenſis evertit. In tuto hereditas ponitur quæ Deo cuſtode ſervatur. Hoc eſt caris pignoribus in poſterum providere, hoc eſt futuris heredibus paterna pietate conſulere ſe-
Pſal. 36. cundum fidem ſcripturæ ſanctæ dicentis: *Junior fui, & ſenui, & non vidi juſtum derelictum, neque ſemen ejus* [40] *egens pane. Tota die miſeretur*

A *&* [41] *feneras, & ſemen ejus in benedictione eſt.* Et iterum: *Qui converſatur ſine vituperatione in* Prov.
juſtitia, beatos poſt ſe filios relinquet. Prævarica- 20.
tor itaque & proditor pater es, niſi filiis tuis fideliter cooſulas, oiſi conſervandis eis religioſa & vera pietate proſpicias. Qui ſtudes terreoo magis quam cæleſti patrimonio, filios tuos diabolo magis commendare quam Chriſto, bis delinquis, & geminum ac duplex crimen admittis, & quod noo præparas filiis tuis Dei patris auxilium, & quod doces filios patrimonium plus amare quam Chriſtum. Eſto potius
B liberis tuis pater talis qualis Tobias exſtitit. Da utilia & ſalutaria præcepta pignoribus qualia ille filio dedit; manda filiis tuis quod &
ille filio mandavit dicens: *Et nunc, fili, mando* Tob. 4.
tibi, ſervi Deo in veritate, & fac coram illo quod illi placet, & filiis tuis manda ut faciant juſtitiam & eleemoſynas, & ſint memores Dei, & benedicant nomen ejus omni tempore. Et iterum: *Omnibus diebus vitæ tuæ, fili dilectiſſime, Deum in mente habe, & noli præterire præcepta ejus. Juſtitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, & noli*
C *ambulare viam iniquitatis; quoniam agente te ex veritate, erit reſpectus operum tuorum. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita fiet ut nec a te avertatur facies Dei. Prout habueris, fili, ſic fac. Si tibi fuerit copioſa ſubſtantia, plus ex illa fac eleemoſynam. Si exiguum habueris, ex hoc ipſo exiguo communica. Et ne timueris cum facis eleemoſynam. Præmium enim bonum reponis tibi in diem neceſſitatis, quia eleemoſyna a morte liberat, & non patitur ire in gehennam. Munus bonum eſt eleemoſyna omnibus qui faciunt eam coram ſummo*
D *Deo.* Quale muous eſt, fratres cariſſimi, cujus editio Deo ſpectante celebratur? Si in gentilium munere grande & glorioſum videtur proconſules vel [42] imperatores habere præſentes, & apparatus ac ſumptus apud munerarios major eſt ut poſſint placere majoribus, quanto illuſtrior muneris & major eſt gloria Deum & Chriſtum ſpectatores habere? Quanto iſtic & apparatus uberior & ſumptus largior exhibendus eſt ubi ad ſpectaculum conveniunt cælorum virtutes, cooveniunt angeli omnes, ubi mune-
E rario noo quadriga vel cooſulatus petitur, ſed vita æterna præſtatur, nec captatur inanis & temporarius favor vulgi, ſed perpetuum præmium regni cæleſtis accipitur? Atque ut pigros & ſteriles & cupiditate nummaria nihil circa fructum ſalutis operantes magis pudeat, ut plus conſcientiam ſordidam dedecoris ac turpitudinis ſuæ rubor cædat, [43] ponat unuſquiſque ante oculos ſuos diabolum cum ſervis ſuis, id eſt, cum populo perditionis ac mortis, in medium proſilire, plebem Chriſti, præſente & judicante ipſo, comparationis examine provocare di-
F centem: Ego pro iſtis quos mecum vides nec alapas accepi, nec flagella ſuſtinui, nec crucem pertuli, oec ſanguinem ſudi, nec familiam meam pretio paſſionis & cruoris redemi; ſed nec regnum illis cæleſte promitto, nec ad paradiſum reſtituta immortalitate denuo revoco; & munera mihi quam pretioſa, quam grandia, quam nimio & longo labore quæſita ſumptuoſiſſimis apparstibus comparant, rebus ſuis vel obligatis in muneris comparatione vel venditis; ac niſi editio honeſta ſucceſſerit, convi-

ciis ac

ciis ac ſibilis ejiciuntur, & furore populari nonnunquam pæne lapidantur? Tuos tales [44] munerarios, Chriſte, [45] demonſtra, illos divites, illos copioſis opibus affluentes, an in eccleſia præſidente & ſpectante te ejuſmodi munus edant, oppignoratis vel diſtractis rebus ſuis, immo ad cæleſtes theſauros mutata in melius poſſeſſione translatis. In iſtis mnneribus meis caducis atque terrenis nemo paſcitur, nemo veſtitur, nemo cibi alicujus aut potus ſolatio ſuſtinetur. Cuncta inter furorem edentis & ſpectantis errorem prodiga & ſtulta voluptatum ſruſtrantium vanitate depereunt. Illic in pauperibus tuis tu veſtiris & paſceris, tu æternam vitam operantibus polliceris; & vix tui meis percuntibus adæquantur, qui a te divinis mercedibus & præmiis cæleſtibus honorantur. Quid ad hæc reſpondemus, fratres cariſſimi? Sacrilega ſterilitate & quadam tenebrarum nocte copertas divitnm mentes qua ratione defendimus, qua excuſatione purgamus, qui diaboli ſervis minores ſumus, ut Chriſto pro pretio paſſionis & ſanguinis vicem nec in modicis rependamus? Præcepta ille nobis dedit, quid facere ſervos ſuos oporteret inſtruxit, operantibus præmium pollicitus, & ſupplicium ſterilibus comminatus, ſententiam ſuam protulit, quid judicaturus ſit ante prædixit. Quæ poteſt excuſatio eſſe ceſſanti, quæ defenſio ſterili, niſi quod non faciente ſervo quod præcipitur, Dominus faciet quod minatur, qui & dicit:
Matth. 25. *Cum venerit filius hominis in claritate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit in throno claritatis ſuæ, & colligentur ante eum omnes gentes, & ſegregabit eos ab invicem, quemadmodum paſtor ſegregat oves ab hædis, & ſtatuet oves ad dexteram ſuam, hædos autem ad ſiniſtram. Tunc dicet rex iis qui ad dexteram ſuam erunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare. Sitivi, & potaſtis me; hoſpes fui, & adduxiſtis me; nudus, & veſtiſtis me; infirmatus ſum, & viſitaſtis me; in carcere fui, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei juſti dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem & pavimus, ſitientem & potavimus? Quando te vidimus hoſpitem, & adduximus, nudum, & veſtivimus, quando autem te vidimus infirmari & in carcere, & venimus ad te? Tunc reſpondens rex dicet eis: Amen dico vobis, quamdiu feciſtis uni horum ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & illis qui ad ſiniſtram ejus erunt: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum quem paravit pater meus diabolo & angelis ejus. Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare; ſitivi, & non potaſtis me; hoſpes fui, & non adduxiſtis me; nudus, & non veſtiſtis me; infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt & ipſi dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem aut ſitientem aut hoſpitem aut nudum aut infirmum aut in carcere, & non miniſtravimus tibi? Et reſpondebit illis: Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis uni ex minimis his, neque mihi feciſtis. Et abibunt iſti in ambuſtionem æternam, juſti autem in vitam æternam.* Quid potuit nobis majus Chriſtus edicere? Quomodo magis potuit juſtitiæ ac miſericordiæ noſtræ opera provocare quam quod præſtari dixit ſibi quidquid egenti præſtatur &

A pauperi, & ſe dixit offendi niſi egenti præſtetur & pauperi; ut qui reſpectu fratris in eccleſia non movetur, vel Chriſti contemplatione moveatur, & qui non cogitat in labore atque in egeſtate conſervum, vel Dominum cogitet in ipſo illo quem deſpicit conſtitutum. Et idcirco, fratres cariſſimi, quibus metus in Deum pronus eſt, & ſpreto calcatoque jam mundo ad ſuperna & divina animus erectus eſt, fide plena, mente devota, operatione continua promerendo Domino obſequium præbeamus.
B Demus Chriſto veſtimenta terrena, indumenta cæleſtia recepturi. Demus cibum & potum ſæcularem, cum Abraham & Iſaac & Jacob ad convivium cæleſte venturi. Ne parum metamus, plurimum ſeminemus. Securitati ac ſaluti æternæ dum tempus eſt conſulamus, Paulo apoſtolo admonente & dicente: *Ergo* Gal. 6.
dum tempus habemus operemur quod bonum eſt ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. Bonum autem facientes non deficiamus. Tempore enim ſuo metemus. Cogitemus, fratres dilectiſſimi, quid ſub apoſtolis fecerit credentium po-
C pulus, quando inter ipſa primordia majoribus virtutibus mens vigebat, quando credentium fides novo adhuc fidei calore ſervebat. Domicilia tunc & prædia venumdabant, & diſpenſandam pauperibus quantitatem libenter ac largiter apoſtolis offerebant, terreno patrimonio vendito atque diſtracto fundos illuc transferentes ubi fructus caperent poſſeſſionis æternæ, illic comparantes domos ubi inciperent ſemper habitare. Talis tunc fuit in operationibus cumulus qualis in dilectione conſenſus,
D ſicut legimus in actis apoſtolorum: *Turba* Act. 4.
autem eorum qui crediderant anima ac mente una agebant; nec fuit inter illos diſcrimen ullum, nec quidquam ſuum judicabant ex bonis quæ eis erant, ſed fuerunt illis omnia communia. Hoc eſt nativitate ſpititali vere Dei filios fieri, hoc eſt lege cæleſti æquitatem Dei patris imitari. Quodcumque enim Dei eſt, in noſtra uſurpatione commune eſt, nec quiſquam a beneficiis ejus & muneribus arcetur quo minus omne humanum genus bonitate ac largitate divina æqualiter perfrua-
E tur. Sic æqualiter dies illuminat, ſol radiat, imber rigat, ventus aſpirat; & dormientibus ſomnus unus eſt, & ſtellarum ſplendor ac lunæ communis eſt. Quo [46] æqualitatis exemplo qui poſſeſſor in terris redditus ac fructus ſuos cum fraternitate partitur, dum largitionibus gratuitis [47] communis ac juſtus eſt, Dei patris imitator eſt. Quæ illa erit, fratres cariſſimi, operantium gloria, quam grandis & ſumma lætitia, cum populum ſnum Dominus cœperit recenſere, & meritis atque operibus noſtris præ-
F mia promiſſa contribuens, pro terrenis cæleſtia, pro temporalibus ſempiterna, pro modicis magna præſtare, offerre nos patri, cui nos ſua ſanctificatione reſtituit, æternitatem nobis immortalitatemque largiri, ad quam nos ſanguinis ſui vivificatione reparavit, reduces ad paradiſum denuo facere, regna cælorum fide & veritate ſuæ pollicitationis aperire. Hæc hæreant firmiter ſenſibus noſtris, hæc intelligantur plena fide, hæc corde toto diligantur, hæc indefinentinm operum magnanimitate redimantur. Præclara & divina res, fratres cariſſimi,

ſalutaris operatio, ſolatium grande credentium, ſecuritatis noſtræ ſalubre præſidium, munimentum ſpei, tutela fidei, medela peccati, res poſita in poteſtate facientis, res & grandis & facilis, ſine periculo perſecutionis, corona pacis, verum Dei munus & maximum, infirmis neceſſarium, fortibus glorioſum, quo chriſtianus adjutus perfert gratiam ſpiritalem, promeretur Chriſtum judicem, Deum computat debitorem. Ad hanc operum ſalutarium palmam libenter ac prompte certemus, omnes
A in agone juſtitiæ Deo & Chriſto ſpectante curramus, & qui ſæculo & mundo majores eſſe jam cœpimus, curſum noſtrum nulla ſæculi & mundi cupiditate tardemus. Si expeditos, ſi celeres, ſi in hoc operis agone currentes dies nos vel redditionis vel perſecutionis invenerit, nuſquam Dominus meritis noſtris ad præmium deerit. In pace vincentibus [48] coronam candidam pro operibus dabit,
B in perſecutione purpuream pro paſſione geminabit.

NOTÆ AD LIBRUM DE OPERE ET ELEEMOSYNIS.

1 DE hoc libro ſic loquitur ſanctus Hieronymus in epiſtola ad Pammachium de dormitione Paulinæ: *Quantas vires habeat miſericordia, & quibus donanda ſit præmiis, & beatus Cyprianus grandi volumine proſequitur, & Danielis conſilium probat, qui regem impiiſſimum, ſi audire voluiſſet, dicit pauperum ſuſtentatione ſalvandum.*

2 *Multa & magna*] Hic locus in Græcam linguam verſus prolatus eſt in concilio Epheſino inter teſtimonia patrum & martyrum adverſus hæreſim Neſtorii. Itaque in antiqua verſione iſtius concilii non deſcribuntur Cypriani verba, ſed alia tranſlata ex Græco ſermone. Exſtat ea verſio inter opera Marii Mercatoris pag. 180. editionis noſtræ. Hunc porro locum lectum fuiſſe in concilio teſtatur etiam Vincentius Lirinenſis.

3 *Filium miſit*] In editionibus poſterioribus & in tribus antiquis codicibus legitur *filium ſuum*. Sane vox *ſuum* exſtat in epiſtola Pauli ad Galatas, ex qua ſumptus eſt hic locus. Exſtat etiam lib. 2. teſtimoniorum cap. 8. Delevi tamen, quia deeſt in viginti libris veteribus, apud Marium Mercatorem, in editione Spirenſi, in antiqua Veneta, in Eraſmica. Addita primo fuit in editione Manutii. Morellius expunxit.

4 *Curaret*] Antea legebatur *ſanaret*. Mutare coactus ſum, quia omnes fere libri veteres habent lectionem quam profero.

5 *Nam cum Dominus*] Refert hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum c. 8.

6 *Antiqua*] Ita veteres libri fere omnes & veteres editiones. Pamelius poſuit *antiqui*. Quam lectionem inveni etiam in quibuſdam libris antiquis.

7 *Agnoſcamus itaque*] Hunc quoque locum refert ſanctus Auguſtinus ibidem cap. 10.

8 *Nec quiſquam*] Citat Auguſtinus ibidem & in libro ſecundo contra Julianum Pelagianum cap. 8.

9 *Pectore*] Antea legebatur *corde*. Neque dubitandum eſt quin hæc lectio ſit optima. Verum cum *pectore* ſcriptum ſit in viginti & duobus libris noſtris & in ſex Anglicanis, putavi debere me cedere eorum auctoritati, præſertim cum ita quoque ſcriptum ſit apud ſanctum Auguſtinum lib. 2. contra Julianum Pelagianum cap. 8.

10 *Veritas in nobis non eſt*] Poſtea additur in vulgatis editionibus: *Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis & juſtus eſt Dominus qui nobis peccata dimittat.* Verum tametſi ea exſtent in quibuſdam codicibus antiquis, cum deſiderentur in ſexdecim noſtris, in primis in Seguieriano, in ſex Anglicanis, & apud ſanctum Auguſtinum in locis ſupra laudatis, putavi ea non eſſe Cypriani, ſed a quodam ſtudioſo huc tranſlata ex epiſtola ſancti Joannis. Certe abſque his non minus conſtat ſenſus.

11 *Veſtimenta tua*] Neſcio unde orta ſit ſcriptura libri Fuxenſis, in quo legitur *& preces tua cito exaudientur*. In editione vulgata, *& ſanitas tua citius orietur*. Vide Hieronymum in caput 58. Iſaiæ.

12 *In corde*] In duobus libris antiquis legitur *ſinu* & ſupra lineam *vel corde*. Hinc orta eſt diſcrepantia lectionum in antiquis codicibus, quorum nonnulli habent *corde*, alii *ſinu*. Veteres editiones habent *ſinu*. Manutius poſuit *corde*, Morellius *ſinu*.

13 *Miſeric. Domini*] Jonas Aurelianenſis, qui refert hunc locum ex libro de oratione dominica in libro tertio cap. 10. de inſtitutione laicali, legit *Dei miſericordiam*. Codex Lamonii *Dei veniam*. Seguierianus *Deum* tantum.

14 *Parcens*] In codice Fuxenſi *vel parcens vel patiens*. Hinc orta eſt lectio diverſa quorumdam librorum in quibus ſcriptum eſt *patiens*. Ceterum legendum eſſe puto *parcens* eo in primis argumento quod, præter auctoritatem veterum librorum & editionum, ſcriptum eſt in libro Danielis, *forſitan ignoſcet delictis tuis*.

15 *Satientur*] Ita veteres editiones ante eam quæ dicitur eſſe Gravii. Sic etiam habet Morelliana. Conſentiunt autem viginti libri noſtri, etiam Seguierianus & Veronenſis omnium antiquiſſimi. Sunt tamen duo qui habent *ſacientur vel ſocientur*, alii ſex *ſocientur* tantum. Eam poſtremam lectionem præferunt ſeptem Anglicani, ſed non in hoc loco. Quippe vocem *ſocientur* ponunt in phraſi ſuperiore, *eleemoſynis ſocientur*. Pamelius contra tot auctoritates, abſque ullius libri veteris ſuffragio, tantum quia in editione illa quæ dicitur Gravii legitur *farciantur*, & quia in quodam libro Colonienſi, qui certe mutilus eſt in hoc loco, legitur *farcientur*, eo modo quo per errorem quoque ſcriptum eſt in Fuxenſi *facrentur*, Pamelius inquam ex lectione illius editionis & codicis Colonienſis fecit *farciantur*, minime dubitans quin hæc lectio eſſet optima. Quod certe non licet. Nam ſi conjecturis ita facile indulgere licitum eſſet, ego mallem ponere cum Goulartio *fulciantur*. quam lectionem ſcio probatam fuiſſe Nicolao Fabro. Eadem audacia Pamelius in epiſtola 76. poſuit *farat* pro *ſatiat*, ut illic monuimus. Apulejus lib. 2. metamorphoſeon: *Hæc autem noviſſima, quam fonte ſatiante poſtremus partus effudit.* Vide ſupra pag. 325.

16 *Tinea*] Vide Frontonis Ducæi notas in homilias ſancti Baſilii de jejunio pag. 29.

17 *Vende o. tua*] Codex Lamonii, *vende omnia quæ poſſides, & da egenis*. Alibi quoque ſcriptum vidi *egenis* pro *pauperibus*.

18 *Ubi aut. invenit*] Codex Lamonii: *Inventa autem pretioſa margarita*.

19 *Deum cogitat*] Codex ſancti Albini, *Deum fenerat*. Burgundicus & Lamonianus, *Deo fenerat*.

20 *Mammona*] Vide Cælium Calcagninum lib. 5. epiſt. 39.

21 *Muſcipulam*] Duo libri veteres addunt *diaboli*.

22 *Deeſſe ſubſidia*] Codex ſancti Albini, *poſſit deeſſe ſubſtantia*. Sic etiam ſcriptum erat in Veronenſi.

23 *De terr. lucris*] Vetus codex monaſterii Compendienſis, *& ut nobis de terreſtribus copiis lucra magna provida operatione faceremus*.

24 *Pondere ſuo onerat*] Ita omnes veteres editiones, omnes libri noſtri, & octo Anglicani. Pamelius ex editione Gravii, ut ipſe ait, adjecit *gravius*, cum tamen vox illa non exſtet in editione quæ dicitur Gravii.

25 *Redditus*] Ita ſcribendum eſt, non autem *reditus*. Vox enim *redditus* deſcendit a verbo *reddo*, non a *redeo*. Varro lib. 3. de re ruſtica cap. 3. *ut ſexaginta in anno reddiderit ea pars villa bis tantum quantum tuus fundus reddit*. Hieronymus lib. 2. adverſus Jovinianum, *pro magnis redditibus paterfamilias exigit*. Sanctus Leo Papa ſermone tertio de collectis: *Quanto enim major ſperetur redditus de majore ſemine, poteſt tamen de exigua ſatione fructus provenire juſtitiæ*. Et tamen Cujacius lib. 9. obſervat. cap. 15. ſcribit *reditus*, & ita ſcribendum eſſe contendit Salmaſius ad ſcriptores hiſtoriæ auguſtæ pag. 3. Iſtic apud Cyprianum codex Compendienſis habet *divitias*.

26 *Poſſeſſ. terreſtrium*] Non improbo lectionem veterum editionum, *fac tibi ex poſſeſſionum terreſtrium proventu Chriſtum participem*. Primus Manutius mutavit. Manutianam editionem confirmant veteres exemplaria.

27 *Et miſerabilis*] Hæc deſunt in ſeptemdecim libris noſtris & in tribus Anglicanis.

28 *In eccleſia Chriſti*] Valde puto iſta, quæ deſunt in antiquis editionibus, in decem codicibus noſtris, & in quinque Anglicanis, addita vero ſunt a Manutio, non debere eſſe in hoc loco. Non tamen auſus ſum expungere, quia ea reperi in undecim vetuſtis exemplaribus.

29 *Corban*] Ita ſcriptum vidi in novem codicibus manuſcriptis, etiam in Seguieriano. Alii habent *Corbonam* vel *Corbanam*. Fuxenſis, *Corban & Corbanam*. In capite ſeptimo evangelii ſecundum Marcum & in epiſtola Hieronymi ad Geruntiam de monogamia : *Corban, quod eſt donum*. Bona quoque poteſt eſſe lectio codicis Pithœani, in quo ſcriptum eſt, *qua ut orbis omnino non reſpicis*. Nam paulo ante Cyprianus dixit matris illius oculos ſuperfuſos eſſe nigroris tenebris & nocte contectos. Vide notas Cotelerii ad librum ſecundum conſtitutionum apoſtolicarum cap. 36. & Samuelis Baſnagli exercitationes in Baronium pag. 597.

30 *In dominicum*] id eſt in domom in quam chriſtiani conveniunt ad celebranda myſteria. Conſtitutio Galerii Maximini pro chriſtianis apud Rufinum lib. 9. cap. 9. *Sed & orationum domos id eſt dominica ſua ut inſtaurent pro voluntate ſua permittimus*. Et lib. 10. cap. 3. quidam confeſſor qui vicerat philoſophum ait: *Surge & ſequere me ad dominicum & hujus fidei ſignaculum ſuſcipe*. Hieronymus in chronico : *In Antiochia dominicum quod vocatur aureum ædificari cœptum*. Sanctus Hilarius in extremo libro ad Conſtantium qui incipit *Benignifica* ait de Arrianis: *Vereatur igitur populi judicium, a dominico ad palatium tranſeunt*. Vide Bevetegii annotationes in canonem 15. concilii Ancyrani & Joannem Stephanum Durantum lib. 1. cap. 1. de ritibus eccleſiæ catholicæ.

Quoniam vero mentio incidit viri clariſſimi & amantiſſimi patriæ civis, qui fuit perſona inſignis, ut verbis utar ſancti Cypriani, arripienda eſt iſta occaſio ad deſtruendam fabulam quæ de eo & Petro Daneſio epiſcopo Vaurenſi nuper emerſit in republica litteraria. Novus quidam ſcriptor, teſtis non ſatis idoneus, ſcribit Durantum non eſſe auctorem operis de ritibus eccleſiæ catholicæ, ſed Petrum Daneſium epiſcopum Vaurenſem, Durantum porro, qui illud invenerat in bibliotheca Daneſii, quam pretio comparaverat, ſuum feciſſe eo jure quo emptores ea ſua faciunt quæ emunt. Iſtud vero ſe accepiſſe ait hic auctor a Petro Berterio epiſcopo Montalbanenſi, qui ita fando, ut ille ait, audiverat a Joanne Berterio epiſcopo Rivenſi patruo ſuo intima familiaritate conjuncto cum Daneſio & Duranto. Mirum eſt quam avide hæc nova hiſtoria excepta eſt a nonnullis; quia, ut Cicero ait, vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat. Primum illud æquum & rationi prorſus conſentaneum eſſe videtur ut virum magnæ bonæque famæ nemo plagiarium audeat dicere abſque certis teſtimoniis. Iſtic vero tantum abeſt ut certa ſint teſtimonia quæ opus illud Duranto abjudicent ut contra omnia concurrant ad illud ei aſſerendum. Narrationem enim de epiſcopo Montalbanenſi, quæ nunc primum poſt tot annos ſe exerit, non poſſe eſſe veram certum eſt. Patruus enim ejus Joannes Berterius exceſſit e vivis anno MDCXX. menſe Julio. Tum vero epiſcopus Montalbanenſis erat puer duodecim tantum annorum. Quis vero facile in animum inducere queat puerum iſtius ætatis colloquia cum patruo miſcuiſſe de tam grandibus materiis & de rebus ita remotis ab uſu & ingenio puerorum ? Præterea certum eſt Daneſium, ætate gravem, duobus ante obitum annis ſeceſſiſſe in monaſterium ſancti Germani de pratis, ubi obiit & ſepultus eſt. Probabile porro non eſt voluiſſe virum doctum divelli ſe & ſeparari a bibliotheca ſua; adeoque exiſtimandum eſt illam tranſtuliſſe in eas ædes in quibus habitare decreverat & ubi re vera habitavit. Hæc mea opinio confirmatur teſtimonio Genebrardi, qui in oratione habita in funere Daneſii paucis diebus poſt illius abitionem in cælum ait libros ejus apud heredes tum fuiſſe & neque diſtractos neque venditos fuiſſe, tum etiam auctoritate Theveti, qui Daneſium familiariſſime noverat & ei ſupervixit. Is autem in elogio ejus ſic de lucubrationibus ejus loquitur ut dicat ſe ſperare eas reperiri inter libros ejus exſtantes apud propinquos ejus. Ego certe habeo in mea bibliotheca duos codices manuſcriptos quos certum eſt fuiſſe olim in bibliotheca Daneſii. Denique Jo. Ang. Papius, qui primus opus de ritibus eccleſiæ cahtolicæ edidit Romæ anno 1591. & Gregorio XIV. obtulit, teſtatur Durantum hoc opus appellaſſe *nocturnas lucubrationes ſuas*, illudque Romam miſiſſe ad Cardinalem Pelleveum ut illic excuderetur. Circumfertur præterea ejuſdem Duranti epiſtola ad amicum ſuum Joannem Birzeriam abbatem Fulienſem e carcere in quem vir optimus a perditis & factioſis hominibus conjectus fuerat ſcripta triduo ante miſerabilem ejus mortem, in qua eum, qui tum Romæ erat, rogat ut quandocumque ipſe rebus humanis exceſſerit, librum ſuum curet Romæ approbari ac deinde typis mandari. An fas eſt opinari virum gravem, bonum, ſapientem, tum morti deſtinatum & proximum, ita impudentem eſſe potuiſſe ut ſibi per ſummam audaciam & injuſtitiam tribueret opus quod ſciret a ſe non fuiſſe compoſitum. Abſit ut hæc cogitatio intrare poſſit in caput hominis cui mens ſana eſt. Opinionis hujus ſeu potius fabulæ commenta delebit dies, eamque libentibus animis remittent ſtudioſi veritatis & bonarum litterarum. Gloria Daneſii non indiget mendaciis hominum. Vivet in æternitate temporum, fama rerum. Fuit enim, ut ait illuſtriſſimus præſes Thuanus, *homo doctiſſimus, & qui, quamquam nullis editis ſcriptis, meruit ut inter doctrina & litteris politioribus præſtantes hujus ævi viros numeraretur*. Cui accedens Scævola Sammarthanus in elogiis Gallorum doctrina illuſtrium dolet *nulla jam ſupereſſe tanti ingenii tamque diuturni laboris monumenta*.

31 *Partem de ſacrificio*] Vide Petavii diatribam de pœnitentia & reconciliatione veteris eccleſiæ moribus recepta cap. 3.

32 *Meruit voce laudari*] Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem de virginitate ſervanda loquens de ſancto Joanne Baptiſta ait, *ante diem judicii judicis voce laudatus*.

33 *Infidelitatis*] Parum abfuit quin ponerem *infelicitatis* juxta lectionem veterum editionum, quam confirmant viginti & duo exemplaria noſtra & undecim Anglicana. Manutius poſuit *infidelitatis*. Aliter Pamelio viſum eſt.

34 *Et vidua inops*] Ita reſtitui hunc locum ex fide codicis Burgundici & ſancti Arnulphi. Ceterum mala non eſt lectio Gratianopolitani & unius mei, in quibus ſcriptum eſt : *Vidua & inops non vidua in opere invenitur*. Porro vox *larga*, quam Manutiana editio inſeruit, nuſpiam reperitur in antiquis exemplaribus noſtris neque in Anglicanis.

35 *Nec conſervos*] Codex Compendienſis, *nec ſervos aut liberos noſtros Domino præferamus*.

36 *Fidelia farris*] Codex Lamonii *ſiala*. Pithœanus, *hydria farina non deficiet & vas olei non minuetur*. Ita etiam ferme in capite 17. libri tertii regnorum. Vide ſanctum Ambroſium lib. 2. officiorum cap. 4. & lib. 3. cap. 1.

37 *Capſaces olei*] Proſper ſeu quis alius lib. 2. de promiſſionibus & prædictionibus Dei cap. 29. *Capſaces olei non minuetur*. Hieronymus in epiſtola ad Furiam de viduitate ſervanda, *Farina ſeritur, & olei capſaces invenitur*. Item in epiſtola ad Euſtochium de virginitate ſervanda, *mirum in modum capſace completo*. Sulpitius Severus lib. 1. ſacræ hiſtoriæ loquens de hiſtoria Heliæ : *Inde admonitus a Domino Sarepta oppidum petiit, ad mulierem viduam divertit. Cumque ab ea eſuriens cibum peteret, illa cauſari non eſſe ſibi niſi puſillum farris & puſillum olei, quo abſumpto una cum filiis mortem exſpectaret &c.*

38 *Anima liberanda*] Quidam libri veteres & quædam editiones habent *redimenda*.

39 *Tergeri*] Sic habent antiquæ editiones, etiam Manutiana, & omnes fere libri veteres. Et ſic omnino legendum eſſe monuit Eraſmus. Recte. Nam ſupra epiſt. 8. *Vos veſtra lacrima tergeatis*. Varro lib. 3. de re ruſtica cap. 5. *& eum potius per canales anguſtos ſerpere quo facile extergeri poſſint*. Cato cap. 2. de re ruſtica : *foſſas veteres tergeri*. Columella lib. 6. cap. 9. *Tum etiam convenit ſpongia labra detergeri*. Lucretius lib. 4. *Certe jaci & tergeri multa videmus*. Item lib. 6. *Aridus unde aures terget ſonus ille*. Horatius lib. 2. ſerm. ſat. 2. *Hoc potius quam gallina tergere palatum*. Idem lib. 1. carm. od. 7. *Albus ut obſcuro deterget nubila cælo ſæpe notus*. Juvenalis ſat. 5. *ſed & mox pocula torques ſaucius & rubra deterget vulnera mappa*. Et ſat. 14. *vaſa aſpera tergeat alter*. Silius Italicus lib. 2. *quoniam data copia longum detergere ſitum ferro*. Q. Curtius lib. 10. *abſtergerique invicem rumis*. Apulejus in apologia, *continuatio etiam itineris laboris omnem gratiam corpore deterget, habitudinem tenuat*. Symmachus lib. 6. epiſt. 73. *Lætitia tergeat nubem præſentis iracundiæ*. & alibi ſæpe apud hunc auctorem.

40 *Egens pane*] Plures libri veteres habent *quærens panem*. Ita etiam editio vulgata.

41 *Fenerat*] Ita poſteriores editiones & plerique libri veteres. Aliæ editiones & liber pſalmorum vulgatus *commodat*. Sic etiam editio Anglicana.

42 *Imp.*

42 *Imp. habere præſentes*] Supra epiſt. 8. Chriſtus dicitur adfuiſſe certamini martyrum. Caſſianus lib. 6. cap. 9. *Dominus pugnam certaminis noſtri jugiter ſpectat*. Auctor epiſtolæ ad Demetriadem inter opera ſancti Hieronymi: *Huic tanto ſpectaculo vide quem animum quam debeas afferre virtutem, & certaminis magnitudinem de ſpectantium dignitate metire.*

43 *Tonat unuſquiſque*] Hic locus refertur apud ſanctum Auguſtinum lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 8.

44 *Munerarius*] Hieronymus in epiſtola ad Pammachium de dormitione Paulinæ: *Munerarius pauperum & egentium candidatus*. Vide Senecam lib. 2. de beneficiis cap. 21. & Maximi Taurinenſis homiliam in vigiliis natalis Domini. Quintilianus lib. 8. cap. 3. tradit Auguſtum primum fuiſſe qui dixit munerarium.

45 *Demonſtra*] Poſtea ſequitur in editione Manutiana, *præceptis tuis munitos & pro terrenis cæleſtia recepturas*. At ego eum Morellio expungo; quia illa non inveni in antiquis editionibus neque in ullo eorum veterum exemplarium quibus uſus ſum, & deſunt etiam in novem Anglicanis.

46 *Æqualitatis*] Ita Eraſmus & alii poſt eum. Nolui autem mutare, quamvis in omnibus fere codicibus antiquis & in vetuſtioribus editionibus legatur *æquitatis*.

47 *Communis ac juſtus*] Commodianus inſtruct. 30. *Eſtote communes minimis dum tempus habetis*. Item inſtruct. 63.

48 *Coronam candidam*] Supra epiſt. 8. *Erat certe in operibus fratrum candida, nunc facta eſt in martyrum cruore purpurea*. Hieronymus in epitaphio Paulæ ad Euſtochium: *Non ſolum enim effuſio ſanguinis in confeſſione reputatur, ſed devotæ quoque mentis ſervitus immaculata quotidianum martyrium eſt. Illa corona de roſis & violis plectitur, iſta de liliis.*

---

[1] LIBER
DE BONO PATIENTIÆ.

DE patientia locuturus, fratres dilectiſſi- A
mi, & utilitates ejus & commoda prædicaturus, unde potius incipiam quam quod nunc quoque ad audientiam veſtram patientiam video eſſe neceſſariam, ut nec hoc ipſum quod auditis & diſcitis ſine patientia facere poſſitis. Tunc enim demum ſermo & ratio ſalutaris efficaciter diſcitur, ſi patienter quod dicitur audiatur. Nec invenio, fratres dilectiſſimi, inter ceteras cæleſtis diſciplinæ vias qui-
B bus ad conſequenda divinitus præmia ſpei ac [2] fidei noſtræ ſecta dirigitur quid magis ſit vel utilius ad vitam vel majus ad gloriam quam ut qui præceptis dominicis obſequio timoris ac devotionis innitimur, patientiam maxime tota obſervatione tueamur. Hanc ſe ſectari philoſophi quoque profitentur. Sed tam illic patientia falſa eſt quam & falſa ſapientia eſt. Unde enim vel ſapiens eſſe vel patiens poſſit qui nec ſapientiam nec patientiam Dei novit, quando
C ipſe de his qui ſibi ſapere in mundo videntur
Iſa. 29. moneat & dicat: *Perdam ſapientiam ſapientium & prudentiam prudentium reprobabo*. Item beatus apoſtolus Paulus plenus ſpiritu ſancto & vocandis formandiſque gentibus miſſus conteſte-
Coloſſ. 2. tur & inſtruat dicens: *Videte ne quis vos deprædetur per philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum, quia in ipſa habitat omnis plenitudo divinitatis*. Et alio
D 1. Cor. 3. loco: *Nemo ſe*, inquit, *decipiat. Si quis ſe putat ſapientem eſſe in vobis, mundo huic ſtultus fiat, ut fiat ſapiens.* [3] *Sapientia enim mundi hujus ſtultitia eſt apud Deum. Scriptum eſt enim:*
Job 5. *Reprehendam ſapientes in aſtutia ipſorum*. Et ite-
Pſal. 93. rum: *Cognovit Dominus cogitationes ſapientium quia ſunt ſtultæ*. Quare ſi ſapientia illic vera non eſt, eſſe non poteſt & vera patientia. Nam ſi ſapiens ille eſt qui eſt humilis & mitis, philoſophos autem nec humiles videmus eſſe nec
E mites, ſed ſibi multum placentes, & hoc ipſo quod ſibi placeant Deo diſplicentes, apparet illic veram non eſſe patientiam ubi ſit inſolens affectatæ libertatis audacia & exerti ac feminudi pectoris inverecunda jactantia. Nos autem, fratres dilectiſſimi, qui philoſophi non verbis

A ſed factis ſumus, nec veſtitu ſapientiam ſed veritate præferimus, qui virtutum conſcientiam magis quam jactantiam novimus, qui [4] non loquimur magna, ſed vivimus, quaſi ſervi & cultores Dei, patientiam quam magiſteriis cæleſtibus diſcimus obſequiis ſpiritalibus præbeamus. Eſt enim nobis cum Deo virtus iſta communis. Inde patientia incipit, inde claritas ejus & dignitas caput ſumit. Origo & magnitudo patientiæ Deo auctore procedit. Dili-
B genda res homini quæ Deo cara eſt. Bonum quod amat majeſtas divina commendat. Si dominus nobis & pater Deus eſt, ſectemur patientiam domini pariter & patris: quia & ſervos oportet eſſe obſequentes, & filios non decet eſſe degeneres. Qualis vero in Deo & quanta patientia quod in contumeliam ſuæ majeſtatis & honoris inſtituta ab hominibus prophana templa & terrena figmenta & ſacra ſacrilega patientiſſime ſuſtinens, ſuper bonos & malos
C æqualiter facit diem naſci & lumen ſolis oboriri, & cum imbribus terras rigat, nemo a beneficiis ejus excluditur quo minus juſtis ſimiliter & injuſtis indiſcretas pluvias largiatur. Videmus inſeparabili æqualitate patientiæ nocentibus & innoxiis, religioſis & impiis, gratias agentibus & ingratis, Dei nutu tempora obſequi, elementa famulari, ſpirare ventos, fontes fluere, grandeſcere copias meſſium, fructus [5] matureſcere vinearum, exuberare pomis
D arbuſta, nemora frondeſcere, prata florere. Et cum crebris immo continuis exacerbetur offenſis Deus, indignationem ſuam temperat, & præſtitutum ſemel retributionis diem patienter exſpectat. Cumque habeat in poteſtate vindictam, [6] mavult diu tenere patientiam, ſuſtinens ſcilicet clementer & differens, ut, ſi fieri poteſt, multum malitia protracta aliquando mutetur, & homo in errorum & ſcelerum contagione volutatus vel ſero ad Deum converta-
E tur, ipſo monente & dicente: *Nolo mortem morientis, quantum ut revertatur & vivat*. Et ite- Ezech. 18.
rum: [7] *Revertimini ad me, dicit Dominus*. Et Malach. 3.
iterum: *Revertimini ad Dominum Deum ve-* Johel. 2.
ſtrum, quoniam miſericors & pius & patiens & multæ miſerationis & qui ſententiam flectat adver-
ſus

ſus malitias irrogatas . Quod item beatus apoſtolus Paulus commemorans & peccatorem ad Rom. 8. pœnitentiam revocans proponit & dicit : *An numquid opulentiam bonitatis ejus & [8] ſuſtinentiam & patientiam contemnis , ignorans quoniam patientia & bonitas Dei ad pœnitentiam te adducit ? Tu autem ſecundum duritiam tuam & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ & revelationis juſti judicii Dei , qui reddet unicuique ſecundum opera ſua* . Juſtum judicium Dei dixit eſſe , quia ſerum eſt , quia diu multumque differtur , ut homini ad vitam longa Dei patientia conſulatur . Tunc repræſentatur pœna implo & peccatori , quando jam non poteſt pœnitentia prodeſſe peccati . Atque ut plenius intelligere poſſimus , fratres dilectiſſimi , quia patientia Dei res eſt , & quiſquis lenis & patiens & mitis eſt , Dei patris imitator eſt , cum in evangelio ſuo Dominus præcepta in ſalutem daret , & divina monita depromens ad perfectum diſcipulos eru- Matt. 5. diret , poſuit & dixit : *Audiſtis quia dictum eſt :* Levit. 19. *Diliges proximum tuum , & odio habebis inimicum tuum . Ego autem dico vobis : Diligite inimicos veſtros , & orate pro eis qui vos perſequuntur , ut ſitis filii patris veſtri qui in cælis eſt , qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos , & pluit ſuper juſtos & injuſtos . Si enim dilexeritis eos qui vos diligunt , quam mercedem habebitis ? Nonne ſic & [9] publicani faciunt ? Et ſi ſalutaveritis fratres veſtros tantum , quid amplius facitis ? Nonne & ethnici idipſum faciunt ? Eſtote itaque vos perfecti , ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt* . Sic perfectos dixit fieri Dei filios , ſic conſummari oſtendit & docuit cæleſti nativitate reparatos , ſi patientia Dei patris maneat in nobis , ſi ſimilitudo divina , quam peccato Adam perdiderat , manifeſtetur & luceat in actibus noſtris . Quæ gloria eſt ſimilem Deo fieri , qualis & quanta felicitas habere in virtutibus quod divinis laudibus poſſit æquari . Nec hoc , fratres dilectiſſimi , Jeſus Chriſtus Deus & Dominus noſter tantum verbis docuit , ſed implevit & factis . Et quia ad hoc deſcendiſſe ſe dixerat ut voluntatem patris faceret , inter cetera mirabilia virtutum ſuarum , quibus indicia divinæ majeſtatis expreſſit , paternam quoque patientiam tolerantiæ tenore ſervavit . Omnes denique actus ejus ab ipſo ſtatim adventu patientia comite ſignantur , quod primum de illa ſublimitate cæleſti ad terrena deſcendens non aſpernatur Dei filius carnem hominis induere , & cum peccator ipſe non eſſet , aliena peccata portare . Immortalitate interim poſita , fieri ſe & mortalem patitur , ut innocens pro nocentium ſalute perimatur . Dominus baptizatur a ſervo ; & remiſſam peccatorum daturus , ipſe non dedignatur lavacro regenerationis corpus abluere . Diebus quadraginta jejunat per quem ceteri ſaginantur . Eſurit & famem ſentit , ut qui in fame ſermonis & gratiæ fuerant cæleſti pane ſaturentur . Cum diabolo tentante congreditur , & inimicum tantum viciſſe contentus , nihil ultra verba conatur . Diſcipulis non ut ſervis dominica poteſtate præfuit , ſed benignus & mitis fraterna eos caritate dilexit . Dignatus eſt etiam Joa. 13. pedes apoſtolorum lavare ; ut dum circa ſervos talis eſt dominus , exemplo ſuo doceret qualis circa compares & æquales debeat eſſe conſervus . Nec mirandum quod circa compares obaudien-

A tes talis extiterit qui Judam potuit uſque ad Matth. 26. extremum longa patientia ſuſtinere , cibum cum inimico [10] capere , hoſtem domeſticum ſcire nec palam [11] oſtendere , traditoris oſculum non recuſare . In Judæis vero tolerandis æquanimitas quanta & quanta patientia , incredulos ad fidem ſuadendo flectere , obſequio ingratos fovere , contradicentibus reſpondere leniter , ſuperbos ſuſtinere clementer , humiliter perſequentibus cedere , prophetarum interfectores & adverſum Deum ſemper rebelles uſque ad crucis & paſ-

B ſionis horam velle colligere . Sub ipſa autem paſſione & cruce , priuſquam ad crudelitatem necis & effuſionem ſanguinis veniretur , quæ conviciorum probra patienter audita , quæ contumeliarum tolerata ludibria , ut inſultantium [12] ſputamina exciperet , qui ſputo ſuo cæci oculos paulo ante formaſſet , & in cujus nomine a Joan 9. ſervis nunc ejus diabolus cum angelis ſuis flagellatur , flagella ipſe pateretur , coronaretur Matth. 27. ſpinis qui martyres floribus coronat æternis , palmis in faciem verberaretur qui palmas veras vincentibus tribuit , ſpoliaretur veſte terrena qui

C indumento immortalitatis ceteros veſtit , cibaretur felle qui cibum cæleſtem dedit , aceto potaretur qui ſalutare poculum propinavit . Ille innocens , ille juſtus , immo innocentia [13] ipſa & ipſa juſtitia , inter facinoroſos deputatur , & teſtimoniis falſis veritas premitur , judicatur judicaturus , & Dei ſermo ad victimam tacens ducitur . Et cum ad crucem Domini confundantur ſidera , elementa turbentur , contremiſcat terra , nox diem claudat , ſol , ne Judæorum facinus aſpicere cogatur , & radios & oculos

D ſuos ſubtrahat , ille non loquitur , nec movetur , nec majeſtatem ſuam ſub ipſa ſaltem paſſione profitetur . Uſque ad finem perſeveranter ac jugiter tolerantur omnia , ut conſummetur in Chriſto plena & perfecta patientia . Et poſt iſta omnia , adhuc interfectores ſuos , ſi converſi ad eum venerint , ſuſcipit ; & patientia ſalutari ad conſervandum benignus & patiens , eccleſiam ſuam nemini claudit . Illos adverſarios , illos blaſphemos , illos nominis ſui ſemper inimicos , ſi pœnitentiam delicti agant , ſi admiſſum facinus agnoſcunt , non ſolum ad

E indulgentiam criminis , ſed & ad præmium regni cæleſtis admittit . Quid poteſt patientius , quid benignius dici ? Vivificatur Chriſti ſanguine etiam qui fudit ſanguinem Chriſti . Talis eſt Chriſti ac tanta patientia ; quæ niſi talis ac tanta exſiſteret , Paulum quoque apoſtolum eccleſia non haberet . Quod ſi & nos , fratres dilectiſſimi , in Chriſto ſumus , ſi ipſum induimus , ſi ipſe eſt ſalutis noſtræ via , qui Chriſtum veſtigiis ſalutaribus ſequimur , per Chriſti exempla gradiamur , ſicut Joannes apoſtolus inſtruit dicens : *Qui dicit ſe in Chriſto mane-* 1. Joa. 2.

F *re debet quomodo ille ambulavit & ipſe ambulare* . Item Petrus , ſuper quem eccleſia Domini dignatione fundata eſt , in epiſtola ſua ponit & dicit : *Chriſtus paſſus eſt pro nobis , relinquens vo-* 1. Pet. 2. *bis exemplum ut ſequamini veſtigia ejus , qui peccatum non fecit , nec dolus inventus eſt in ore ejus , qui cum malediceretur non remaledicebat , cum pateretur non comminabatur , tradebat autem ſe judicanti ſe injuſte* . Invenimus denique & patriarchas & prophetas & juſtos omnes , qui figuram Chriſti imagine præeunte portabant , nihil

hil magis cuſtodiſſe in laude virtutum ſuarum A
quam quod patientiam forti & ſtabili æquani-
Gen. 4 mitate tenuerunt. Sic Abel originem martyrii
& paſſionem juſti hominis initians primus &
dedicans adverſus fratrem [14] fratricidam non re-
ſiſtit nec reluctatur, ſed humilis & mitis pa-
Gen. 22. tienter occiditur. Sic Abraham Deo credens,
& radicem ac fundamentum fidei primus inſti-
tuens, tentatus in filio, non dubitat neque
cunctatur, ſed præceptis Dei tota patientia de-
Gen. 28. & 32. votionis obſequitur. Et Iſaac ad hoſtiæ domi-
nicæ ſimilitudinem præfiguratus, quando a pa-
tre immolandus offertur, patiens invenitur. B
Et Jacob fugatus a fratre de terra ſua patien-
ter excedit, & majore patientia poſtmodum
ſupplex adhuc magis impium & perſecutorem
muneribus pacificis ad concordiam redigit. Jo-
Gen. 37. ſeph venumdatus a fratribus & relegatus non
Gen. 45. tantum patienter ignoſcit, ſed & gratuita fru-
menta venientibus largiter & clementer imper-
Exo. 32. tit. Moyſes ab ingrato & perfido populo con-
temnitur frequenter & pæne lapidatur, & ta-
men lenis & patiens pro eiſdem Dominum de-
precatur. In David vero, ex quo ſecundum C
carnem Chriſti nativitas oritur, quam magna
& mira & chriſtiana patientia, habuiſſe in ma-
1. Reg. 20. & 24. nu ſæpe ut Saul regem perſequentem ſe & in-
terficere concupiſcentem poſſet occidere, & ta-
men ſubditum ſibi & traditum maluiſſe ſerva-
re, nec rependiſſe inimico vicem, ſed occiſum
adhuc inſuper & vindicaſſe. Tot denique pro-
phetæ interfecti, tot martyres glorioſis morti-
bus honorati, qui omnes ad cæleſtes coronas
patientiæ laude venerunt. Neque enim poteſt
accipi dolorum & paſſionum corona, niſi præ- D
cedat in dolore & paſſione patientia. Quam
ſit autem patientia utilis & neceſſaria, fratres
dilectiſſimi, ut manifeſtius poſſit & plenius no-
ſci, [n] Dei ſententia cogitetur, quam in origi-
ne ſtatim mundi & generis humani Adam præ-
cepti immemor & datæ legis transgreſſor acce-
pit. Tunc ſciemus quam patientes eſſe in iſto
ſæculo debeamus, qui ſic naſcimur ut preſſu-
Gen. 3. ris iſtic & conflictationibus laboremus. *Quia au-
diſti*, inquit, *vocem mulieris tuæ, & manducaſti
ex illa arbore de qua ſola præceperam tibi ne man-
ducares, maledicta terra erit in omnibus operibus* E
*tuis, in triſtitia & gemitu edes ex ea omnibus die-
bus vitæ tuæ, ſpinas & tribulos ejiciet tibi, &
edes pabulum agri, in ſudore vultus tui edes pa-
nem tuum donec revertaris in terram de qua ſum-
ptus es; quia terra es, & in terram ibis*. Hu-
jus ſententiæ vinculo colligati omnes & con-
ſtricti ſumus, donec expuncta morte de iſto
ſæculo recedamus. In triſtitia & gemitu ſimus
neceſſe eſt omnibus diebus vitæ noſtræ, eda-
mus panem neceſſe eſt cum ſudore & labore.
Unde unuſquiſque noſtrum cum naſcitur & ho-
ſpitio mundi hujus excipitur initium ſumit a F
lacrimis, & quamvis adhuc omnium neſcius
& ignarus, nihil aliud novit in illa ipſa pri-
ma nativitate quam flere. Providentia natura-
li lamentatur, vitæ mortalis anxietates & la-
bores & procellas mundi quas ingreditur in
exordio ſtatim ſuo ploratu & gemitu rudis ani-
ma teſtatur. Sudatur enim quamdiu iſtic vivi-
tur & laboratur. Nec ſudantibus & laboranti-
bus poſſunt alia magis quam patientiæ ſubve-
nire ſolatia: quæ cum apta ſint & neceſſaria

A in iſto mundo univerſis, tum magis nobis,
qui diabolo impugnante plus quatimur, qui
in acie quotidie ſtantes, inveterati & exerci-
tati hoſtis colluctationibus fatigamur, quibus,
præter varias & aſſiduas tentationum pugnas,
in perſecutionum quoque certamine patrimo-
nia relinquenda ſunt, ſubeundus carcer, por-
tandæ catenæ, animæ impendendæ, gladius,
beſtiæ, ignes, cruces, omnia denique tormen-
torum ac pœnarum genera fide & virtute pa-
tientiæ perferenda, Domino ipſo inſtruente &
B dicente: *Hæc locutus ſum vobis ut in me pacem* Joa. 16.
habeatis, [16] *in mundo autem preſſuram habebitis,
ſed fidite, quoniam ego vici mundum*. Si autem
qui diabolo & mundo renuntiavimus, preſſu-
ras & infeſtationes diaboli & mundi crebrius ac
violentius patimur, quanto magis patientiam
tenere debemus, qua adjutrice & comite omnia
infeſta toleremus? Domini & magiſtri noſtri
ſalutare præceptum eſt: *Qui toleraverit*, in- Matt. 10.
quit, *uſque ad finem, hic ſalvus erit*. Et ite-
rum: *Si permanſeritis*, inquit, *in verbo meo*, Joan. 8.
vere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem,
C *& veritas liberabit vos*. Tolerandum & perſe-
verandum eſt, fratres dilectiſſimi, ut ad ſpem
veritatis & libertatis admiſſi, ad veritatem &
libertatem ipſam pervenire poſſimus: quia hoc
ipſum quod chriſtiani ſumus, fidei & ſpei res
eſt. Ut autem ſpes & fides ad fructum ſui poſ-
ſint pervenire, patientia opus eſt. Non enim
præſentem gloriam ſequimur, ſed futuram, ſe-
cundum quod & Paulus apoſtolus monet dicens:
Spe ſalvati ſumus. Spes autem quæ videtur non Rom. 8.
eſt ſpes. Quod enim videt quis quid ſperat? Si
D *autem quod non videmus ſperamus, per patientiam
exſpectamus*. Propterea exſpectatio & patientia
neceſſaria eſt ut id quod cœpimus impleamus,
& quod credimus & ſperamus Deo [17] repræſen-
tante capiamus. Denique alio in loco idem a-
poſtolus juſtos & operantes & divini fenoris in-
cremento cæleſtes theſauros ſibi recondentes ut
patientes quoque ſint inſtruit & docet dicens:
Ergo dum tempus habemus operemur quod bonum Gal. 6.
*eſt ad omnes, maxime vero ad domeſticos fidei.
Bonum autem facientes non deficiamus. Tempore
enim ſuo metemus*. Admonet ne quis impatiens
E in operatione deficiat, ne quis tentationibus aut
avocatus aut victus in medio laudis & gloriæ iti-
nere deſiſtat, & pereant præterita, dum quæ
cœperant deſinunt eſſe perfecta, ſicut ſcriptum
eſt: *Juſtitia juſti non liberabit eum in quacumque* Ezech. 33.
die exerraverit. Et iterum: *Tene quod habes, ne*
alius accipiat coronam tuam. Quæ vox adhorta- Apoc. 3.
tur patienter & fortiter perſeverare; ut qui [18]
ad coronam laude jam proxima nititur, duran-
te patientia coronetur. Patientia autem, fra-
tres dilectiſſimi, non tantum bona cuſtodit,
ſed & repellit adverſa. Spiritui ſancto favens
F & cæleſtibus ac divinis cohærens contra facta
carnis & corporis, quibus anima expugnatur
& capitur, virtutum ſuarum propugnaculo re-
luctatur. Inſpiciamus denique pauca de mul-
tis, ut de paucis intelligantur & cetera. Adul-
terium, fraus, homicidium, mortale crimen
eſt. Sit fortis & ſtabilis in corde patientia; &
nec adulterio ſanctificatum corpus & Dei tem-
plum polluitur, nec juſtitiæ dicata innocentia
contagione fraudis inficitur, nec poſt [19] geſta-
tam euchariſtiam manus gladio & cruore ma-
culatur.

culatur. Caritas fraternitatis vinculum eſt, fun-
damentum pacis, tenacitas ac firmitas unitatis,
quæ & ſpe & fide major eſt, quæ & opera &
martyria præcedit, quæ nobiſcum ſemper æter-
na apud Deum in regnis cæleſtibus permane-
bit. Tolle illi patientiam, & deſolata non du-
rat. Tolle illi ſuſtinendi tolerandique ſubſtan-
tiam, & nullis radicibus ac viribus perſeverat.
Apoſtolus denique cum de caritate loqueretur,
1. Cor. 13. tolerantiam illi & patientiam junxit. *Caritas*,
inquit, *magnanima eſt, caritas benigna eſt, cari-
tas non æmulatur, non inflatur, non irritatur, non
cogitat malum, omnia diligit, omnia credit, omnia
ſperat, omnia ſuſtinet*. Oſtendit inde illam per-
ſeverare tenaciter poſſe quod noverit omnia ſuſ-
Epheſ. 4. tinere. Et alia in loco: *Suſtinentes*, inquit,
*invicem in dilectione, ſatis agentes ſervare unita-
tem ſpiritus in conjunctione pacis*. Probavit nec
unitatem ſervari poſſe nec pacem, niſi ſe in-
vicem fratres mutua tolerantia foveant & con-
cordiæ vinculum patientia intercedente cuſto-
Matt. 7. diant. Quid deinde, ut non jures, neque ma-
ledicas, ut tua ablata non repetas, ut accepta
alapa & alteram maxillam verberanti præbeas,
ut fratri in te peccanti [10] non tantum ſepties
ſed ſeptuagies ſepties, ſed & omnia omnino
Matt. 18. peccata dimittas, ut diligas inimicos tuos, ut
pro adverſariis & perſecutoribus precem facias.
Poteriſne iſta perficere niſi patientiæ & tole-
rantiæ teneas firmitatem? Quod factum vide-
mus in Stephano; qui cum a Judæis vi & la-
pidibus necaretur, non ſibi vindictam, ſed in-
Act. 7. terfectoribus veniam poſtulabat dicens: *Domi-
ne, ne ſtatuas illis hoc peccatum*. Sic eſſe opor-
tuit primum martyrem Chriſti, qui martyres
ſecuturos glorioſa morte præcurrens, non tan-
tum dominicæ paſſionis prædicator eſſet, ſed
& patientiſſimæ lenitatis imitator. Quid dicam
de ira, de diſcordia, de ſimultate, quæ in
chriſtiano eſſe non debent? Sit patientia in
pectore, & hæc illic locum habere non poſ-
ſunt; aut ſi adire tentaverint, cito excluſa di-
ſcedunt, ut domicilium pacificum perſeveret
in corde ubi Deum pacis delectet habitare.
Admonet denique apoſtolus & docet dicens:
Epheſ. 4. *Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei, in quo
ſignati eſtis in diem redemptionis. Omnis amaritu-
do & ira & indignatio & clamor & blaſphemia
auferatur a vobis*. Si enim chriſtianus a furore
& contentione carnali tamquam de maris tur-
binibus exceſſit, & tranquillus ac lenis in por-
tu Chriſti eſſe jam cœpit, nec iram nec diſ-
cordiam debet intra pectus admittere, cui nec
malum pro malo reddere liceat nec odiſſe.
Necnon ad varia quoque carnis incommoda &
crebros corporis duroſque cruciatus, quibus hu-
manum genus quotidie fatigatur & quatitur,
patientia neceſſaria eſt. Nam cum in illa pri-
ma tranſgreſſione præcepti firmitas corporis cum
immortalitate diſceſſerit, & cum morte infir-
mitas venerit, nec poſſit firmitas recipi niſi
cum recepta & immortalitas fuerit, oportet in
hac fragilitate atque infirmitate corporea lu-
ctari ſemper & congredi. Quæ luctatio & con-
greſſio non niſi patientiæ viribus poteſt ſuſti-
neri. Examinandis autem nobis atque explo-
randis diverſi importantur dolores, & multi-
plex tentationum qualitas irrogatur, de jactu-
ris facultatum, de ardoribus ſebrium, de cru-

A ciatibus vulnerum, de amiſſione carorum. Nec
aliud magis inter injuſtos diſcernit & juſtos
quam quod in adverſis per impatientiam que-
ritur & blaſphemat injuſtus, patientia juſtus
probatur, ſicut ſcriptum eſt: *In dolore ſuſtine,* Eccleſ. 2.
*& in humilitate tua patientiam habe, quoniam in
igne probatur aurum & argentum*. Sic Job exa- Job 1.
minatus eſt & probatus & ad ſummum faſti-
gium laudis patientiæ virtute provectus. Quan-
ta adverſus eum diaboli jacula emiſſa, quanta
admota tormenta. Jactura rei familiaris infli-
gitur, numeroſæ ſobolis orbitas irrogatur. Di-
B ves in cenſu dominus, & in liberis pater di-
tior, nec dominus repente nec pater eſt. Ac-
cedit vulnerum vaſtitas, & tabeſcentes ac fluen-
tes artus edax quoque vermium pœna conſu-
mit. Ac ne quid omnino remaneret quod non
Job in ſuis tentationibus experiretur, armat Job 2.
diabolus & uxorem, illo antiquo nequitiæ ſuæ
uſus ingenio, quaſi omnes per mulierem de-
cipere poſſet & fallere, quod fecit in mun-
di origine; nec tamen Job gravibus ac den-
ſis conflictationibus frangitur quo minus inter
C illas anguſtias & preſſuras ſuas [11] Dei benedi-
ctio victrice patientia prædicetur. Tobias quo- Tob. 2.
que poſt juſtitiæ & miſericordiæ ſuæ opera
magnifica luminum amiſſione tentatus, in
quantum patienter cæcitatem pertulit, in
tantum granditer Deum patientiæ laude pro-
meruit. Atque ut magis, fratres dilectiſſi-
mi, patientiæ bonum luceat, quid mali e
contrario impatientia importet conſideremus.
Nam ut patientia bonum Chriſti eſt, ſic e
contra [12] impatientia diaboli malum; & ſic-
ut in quo habitat & manet Chriſtus, pa-
D tiens invenitur, ita impatiens ſemper exſiſtit
cujus mentem diaboli nequitia poſſidet. Exor-
dia denique ipſa videamus. Diabolus homi-
nem ad imaginem Dei factum impatienter tu-
lit. Inde & [13] periit primus & perdidit. Adam Gen. 3.
contra cæleſte præceptum cibi letalis impatiens
in mortem cecidit, nec acceptam divinitus gra-
tiam patientia cuſtode ſervavit; & ut fratrem
Cain perimeret, ſacrificii ejus & muneris im- Gen. 4.
patiens fuit; & quod Eſau de majoribus ad Gen. .
minora deſcendit, primatus ſuos per impa-
E tientiam lentis amiſit. Quid Judaicus po-
pulus circa beneficia divina perfidus & ingratus,
nonne quod a Deo primum receſſit, impa-
tientiæ crimen fuit, dum Moyſi cum Deo Exo. 32.
conloquentis moras non poteſt ferre, pro-
phanos deos auſus eſt poſtulare, ut itineris
ſui duces nuncuparet caput bubulum & terre-
ſtre figmentum; nec umquam ab eadem impa-
tientia deſtitit quo minus ſemper docilitatis &
divinæ admonitionis impatiens prophetas ſuos
& juſtos quoſque perimendo, ad crucem quo-
que & ad ſanguinem Domini proſiliret. Im-
F patientia etiam in eccleſia hæreticos facit, &
ad Judæorum ſimilitudinem contra Chriſti pa-
cem & caritatem rebelles ad hoſtilia & furioſa
odia compellit. Et ne longum ſit ſingula re-
cenſere, omnia omnino quæ patientia operi-
bus ſuis ædificat ad gloriam impatientia de-
ſtruit ad ruinam. Quare, fratres dilectiſſimi,
& bonis patientiæ & impatientiæ malis dili-
genter expenſis, patientiam, per quam in
Chriſto manemus, ut venire cum Chriſto ad
Deum poſſimus, plena obſervatione teneamus;

quæ copioſa & multiplex non anguſta fine concluditur, nec brevibus terminis coercetur. Late patet patientiæ virtus; & ubertas ejus & largitas de unius quidem nominis fonte proficiſcitur, ſed exundantibus venis per multa gloriarum itinera diffunditur; nec proficere aliquid in actibus noſtris poteſt ad conſummandam laudem, niſi inde conſummationis accipiat firmitatem. Patientia eſt quæ nos Deo & commendat & ſervat. Ipſa eſt quæ iram temperat, quæ linguam frenat, mentem gubernat, pacem cuſtodit, diſciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit, incendium ſimultatis exſtinguit, coercet potentiam divitum, inopiam pauperum refovet, tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laborioſam caſtitatem, in conjunctis & maritatis individuam caritatem. Facit humiles in proſperis, in adverſis fortes, contra injurias & contumelias mites. Docet delinquentibus cito ignoſcere; ſi ipſe delinquas, diu & multum rogare. Tentationes expugnat, perſecutiones tolerat, paſſiones & martyria conſummat. Ipſa eſt quæ fidei noſtræ fuodamenta firmiter munit. Ipſa eſt quæ incrementa ſpei ſublimiter provehit. Ipſa actum dirigit, ut tenere poſſimus viam Chriſti, dum per ejus tolerantiam gradimur. Ipſa efficit ut perſeveremus filii Dei, dum patientiam patris imitamur. Sed quoniam plurimos ſcio, fratres dilectiſſimi, vel pondere injuriarum angentium vel dolore de iis qui adverſum ſe graſſantur & ſæviunt vindicari velociter cupere, [24] nec illud in extrema parte reticendum eſt, ut in iſtis fluctuantis mundi turbinibus & Judæorum ſive gentilium & hæreticorum quoque perſecutionibus conſtituti patienter exſpectemus ultinnis diem, nec ad vindictam doloris noſtri [25] querula feſtinatione properemus, cum ſcriptum ſit: (Soph. 3.) *Exſpecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ in teſtimonium, quoniam judicium meum ad congregationes gentium, ut excipiam reges & effundam ſuper eos iram meam.* Exſpectare nos jubet Dominus & futuræ ultinnis diem forti patientia ſuſtinere. Qui & in apocalypſi loquitur dicens: (Apoc. 22.) *Ne ſignaveris verba prophetiæ libri hujus, quia jam tempus in proximo eſt ut & ii qui perſeverant nocere noceant, & qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc, juſtus autem adhuc juſtiora faciat, ſimiliter & qui ſanctus eſt ſanctiora. Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere unicuique ſecundum facta ſua.* Unde etiam clamantes martyres & ad vindictam ſuam dolore erumpente properantes exſpectare adhuc jubentur & temporibus conſummandis implendiſque martyribus præbere patientiam. (Apoc. 6.) *Et cum aperuiſſet*, inquit, *quintum ſigillum, vidi ſub ara Dei animas occiſorum propter verbum Dei & martyrium ſuum, & clamaverunt voce magna dicentes: Quouſque, Domine ſanctus & verus, non judicas & vindicas ſanguinem noſtrum de iis qui in terris inhabitant? Et datæ ſunt eis ſingulæ [26] ſtolæ albæ, & dictum eſt eis ut requieſcerent brevi adhuc tempore, donec impleatur numerus conſervorum & fratrum eorum qui poſtea occidentur exemplo ipſorum.* Quando autem veniat ſanguinis juſti divina vindicta declarat per Malachiam prophetam ſpiritus ſanctus dicens: (Malach. 4.) *Ecce dies Domini venit ardens velut clibanus; eruntque omnes alienigenæ & omnes iniqui ſtipula, & ſuccendet illos adveniens dies, dicit Dominus.* Quod item legimus in pſalmis, ubi Dei judicis prædicatur adventus cenſuræ ſuæ majeſtate venerandus. (Pſal. 49.) *Deus manifeſtus veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Ignis ante eum ardebit, & in circuitu ejus procella nimia. Advocabit cælum ſurſum & terram deorſum, ut ſeparet populum ſuum. Colligite illi juſtos ejus, eos qui diſponunt teſtamentum ejus in ſacrificiis; & annuntiabunt cæli juſtitiam ejus, quoniam Deus judex eſt.* Et Eſaias eadem prænuntiat dicens: (Iſa. 66.) *Ecce enim Dominus ſicut ignis veniet, & ſicut procella currus ejus, retribuere in ira vindictam. In igne enim Domini judicabuntur, & in gladio ejus vulnerabuntur.* Et iterum: (Iſa. 42.) *Dominus Deus virtutum prodibit & comminuet bellum, excitabit certamen, & clamabit ſuper inimicos ſuos cum fortitudine. Tacui, numquid ſemper tacebo?* Quis autem eſt hic qui tacuiſſe ſe prius dicit & non ſemper tacebit? Utique ille qui ſicut ovis ad victimam ductus eſt, (Iſa. 53.) & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce non aperuit os ſuum. Utique ille qui non clamavit, (Iſa. 42.) neque in plateis vox ejus audita eſt. Utique ille qui non fuit contumax, (Iſa. 50.) neque contradixit, cum dorſum ſuum poneret ad flagella & maxillas ad palmas, faciem autem ſuam non avertit a fœditate ſputorum. Utique ille qui cum accuſaretur a ſacerdotibus & ſenioribus, (Matt. 27.) nihil reſpondit, & admirante Pilato patientiſſimum ſilcotium tenuit. Hic eſt qui cum in paſſione tacuerit, in ultione poſtmodum non tacebit. Hic eſt Deus noſter, id eſt, non omnium, ſed fidelium & credentium Deus, qui cum in ſecuodo adventu manifeſtus venerit non ſilebit. Nam cum in humilitate prius fuerit occultus, veniet in poteſtate manifeſtus. Hunc exſpectemus, fratres dilectiſſimi, judicem & vindicem noſtrum, eccleſiæ ſuæ populum & ab initio mundi [27] juſtorum omnium numerum ſecum pariter vindicaturum. Qui ad vindictam ſuam nimium feſtinat & properat, conſideret quia necdum vindicatus eſt ipſe qui vindicat. [28] Pater Deus præcepit filium ſuum adorari, & apoſtolus Paulus divini præcepti memor ponit & dicit: (Philip. 1.) *Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu [29] omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Et in apocalypſi aogelus Joanni volenti adorare ſe reſiſtit & dicit: (Apoc. 19.) *Vide ne feceris, quia conſervus tuus ſum & fratrum tuorum. Jeſum Dominum adora.* Qualis Dominus Jeſus & quanta patientia ejus, ut qui in cælis adoratur, necdum vindicetur in terris. Hujus patientiam, fratres dilectiſſimi, in perſecutionibus & paſſionibus noſtris cogitemus. Hujus adventui plenum exſpectationis obſequium præbeamus. Nec defendi aote Dominum ſervi irreligioſa & inverecunda feſtinatione properemus. Inſiſtamus potius & elaboremus & toto corde vigilantes atque ad omnem tolerantiam ſtabiles dominica præcepta ſervemus; ut cum ille iræ & vindictæ dies venerit, non cum impiis & peccatoribus puniamur, ſed cum juſtis & Deum timentibus honoremur.

NOTÆ

NOTÆ AD LIBRUM DE BONO PATIENTIÆ.

1 HUjus ſui operis mentionem facit Cyprianus in calce epiſtolæ ad Jubajanum. Ejuſdem argumenti librum ſcripſit Tertullianus. Item Auguſtinus. Etiam quidam Paulus epiſcopus olim ſcripſit, ut teſtatur Gennadius, librum de patientia.

2 *Fidei noſtræ ſecta*] Supra epiſt. 22. *humilitate ac timore ſectæ noſtræ verecundus*. Item in epiſtola ad Quirinum præfixa libris teſtimoniorum, *quædam capitula ad religioſam ſectæ noſtræ diſciplinam pertinentia*.

3 *Sap. h. mundi*] Hanc Pauli apoſtoli ſententiam Celſus malevolo adverſum chriſtianos animo vertebat in contrarium ſenſum, dicendo illos vulgo jactare malam rem eſſe in vita ſapientiam, bonam vero ſtultitiam. Quod Origenes adverſus eum ſcribens ait eſſe meram ſycophantiam, uti re vera eſt, cum ſit expreſſe contra verba apoſtoli.

4 *Non loquimur magna*] Minucius Felix: *Nos non habitu ſapientiam ſed mente præferimus. Non loquimur magna, ſed vivimus*.

5 *Matureſcere*] Ita veteres editiones & ſex libri veteres. Quæ lectio ſane optima eſt. Alia, quæ habet *miteſcere*, quam Eraſmus invexit, bona etiam eſt, & habet plures libros veteres conſentaneos.

6 *Mavult diu tenere*] Supra epiſt. 9. *Diu patientiam meam tenui*. Ruricius lib. 2. epiſt. 4. *Tenenda eſt in tentatione patientia*.

7 *Revertimini ad me*] Hoc ſegmentum, quod habetur in editionibus antiquis, Manutiana ſuſtulit. Morellius repoſuit. Recte ſane. Exſtat enim in octo libris veteribus.

8 *Saſtin. & patientiam*] Dubitari non poteſt quin hæc emendatio certa ſit, cum ita legatur in capite 35. libri tertii teſtimoniorum, in octodecim codicibus noſtris, in ſeptem Anglicanis, & in excerptis Flori. Sic etiam in Affligemenſi ſcriptum fuiſſe teſtatur Pamelius, & in Veronenſi & Beneventano Rigaltius. Infra in hoc ipſo libro: *Tolle ſuſtinendi tolerandique ſubſtantiam, & nullis radicibus ac viribus perſeverat*.

9 *Publicani*] *id eſt qui vectigalia redimentes*, inquit Eraſmus in hunc locum Matthæi, *unde & redemptores dicantur. Genus hominum olim infame apud Judæos, nunc apud chriſtianos cum primis honeſtum. Nec id ſane mirum, cum inſtitores ac menſarii omnibus pæne anteponantur apud utriaſque reipublicæ ſummates, quos nec Ariſtoteles nec Tullius inter honeſtos cives haberi vult*.

Publicani — ethnici] Vide Cotelerii notas ad librum quartum conſtitutionum apoſtolicarum cap. 6.

10 *Capere*] Antea legebatur *ſumere*. Nos maluimus lectionem quam præferunt viginti libri noſtri & quinque Anglicani.

11 *Oſtendere*] Tertullianus in libro de patientia: *Deum ipſum oſtendens patientiæ exemplum*.

12 *Sputamina exciperet*] Eraſmus ſcripſit *ſputamina patienter exciperet*. Mirum eſt quanto favore acceptum ſit hoc adverbium. Omnes editiones quæ prodiere poſt Eraſmicam illud retinuerunt. Et tamen ego illud nuſpiam reperi in tanto numero veterum exemplarium quibus uſus ſum quam in Lamoniano. Deeſt etiam in ſeptem Anglicanis. Itaque non arbitror quemquam me temeritatis inſimulare poſſe quod ſuſtulerim, præſertim cum certum ſit illud iſtic minime neceſſarium eſſe. Infra, *faciem ſuam non avertit a fœditate ſputorum*. Tertullianus in libro de fuga in perſecutione, *faciem non avertit a ſputaminibus*.

13 *Ipſa & ipſa*] Ita plerique libri veteres. Alii multi habent *ipſe & ipſe*. Utraque lectio bona eſt.

14 *Fratricidam*] Ego hanc lectionem præfero, tum quia vox eſt admodum Latina, & quia eam habent veteres editiones, etiam Morelliana, & aliquot libri veteres, tum etiam quia cum remota ſit ab uſu vulgari, puto eos qui poſuerunt *parricidam* exiſtimaſſe aliam lectionem non eſſe bonam. Cyprianus de hac ipſa re agens in libro de bono patientiæ Cain vocat fratricidam. Cicero in oratione pro domo ſua ad pontifices: *Extra ordinem ferri nihil placuit Clodio. Quid de me quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida, nonne iſta extra ordinem tuliſti?* Priſcianus lib. 1. *Pro parenticida per ſyncopen factum patricida, frater fratris fratricida, ſoror ſororis ſororicida*. Tertullianus in libro de patientia: *Cain ille primus homicida & primus fratricida*. Et in libro de ſpectaculis, *a fratricida inſtitutore*. Lucifer Calaritanus lib. 2. pro ſancto Athanaſio: *Cain quoque fratricidæ comparetur, in morte maneat deſignetur. Cur me hoc opus implere compellebas quod me ut Cain feciſſet fratricidam & filium diaboli?* Philaſtrius cap. 128. *Eſt hæreſis quæ non recte intelligit de Cain quod poſt fratricidium quod commiſerat rogat Dominum mori potius quam dimitti*. Salvianus lib. 1. de gubernatione Dei cap. 6. de hac ipſa re agens ſcripſit *fratricidium Deo teſte facturus*: Caſſianus lib. 9. cap. 9. *poſt fratricidium pœnitere*. & collat. 8. cap. 21. *a fratricida & impio*. Primaſius in epiſtolam Pauli ad Romanos: *Signum Chriſti portavit homicida, ſicut Cain fratricidii portavit*. Germanus epiſcopus Pariſienſis in epiſtola ad Brunechildem reginam: *Unus ex ipſis Cain fratricidium perpetravit*. Gregorius Turonenſis lib. 1. hiſt. cap. 2. *in fratrem ſanguinis effuſione novus fratricida conſurgens*. Concilium VVormacienſe cap. 30. *Statuimus ut parricidæ & fratricidæ*. Concilium Troslejanum cap. 13. loquens de crimine Cain, *& ipſe uſque ad ſeptimam generationem fratricidii & invidiæ ſuæ vagus profuguſque pœnas lueret*. Alcuinus ſive quis alius in libro de divinis officiis cap. 13. *Fratricida qui fratrem occidit*. Honorius Papa III. apud Odoricum Raynaldum an. 1225. §. 29. *Crudelior Cain fratricida*. Georgius Pogiebracius rex Bohemiæ in epiſtola apologetica ad regem Hungariæ Matthiam generum ſuum in tomo quarto ſpicilegii Dacheriani pag. 421. vocat *Cain fratricidam*. Parricidam tamen poſſe dici matris aut fratris interfectorem tradit Quintilianus lib. 8. cap. 6.

15 *Dei ſent. cogitetur*] Citat hunc locum ſanctus Auguſtinus lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 8.

16 *In mundo*] Duo libri veteres habent *in mundo* & ſupra lineam *vel ſæculo*. Hinc factum est cum nonnulli mallent *mundo*, alii *ſæculo*, alterutra earum lectionum poſita ſit in exemplaribus antiquis pro arbitrio librariorum.

17 *Repræſentante*] Ego non inficior quin vulgata lectio, quæ *præſtante* habet, ſit optima. At cum noſtra nitatur auctoritate novemdecim exemplarium noſtrorum & ſex Anglicanorum, tum etiam teſtimonio Flori, arbitratus ſum eam reddendam eſſe Cypriano.

18 *Ad coronam*] Multum variant in hoc loco vetera exemplaria. Quædam enim exhibent lectionem quam nos retinuimus. alia *ad coronam laudis*, alia & veteres editiones *ad coronam & laudem jam proximam*. Ex illis lector eam eliget quæ ſibi magis arriſerit.

19 *Geſtatam*] Omnes veteres editiones & ſexdecim libri veteres, etiam Seguierianus, habent *guſtatam*, octo, & in his Veronenſis, *geſtatam*. Iſtam vero lectionem Pamelius retulit in contextum, eam videlicet ob cauſam quod manu non guſtetur euchariſtia, ſed olim geſtari ſolita ſit in manu. Quod Rigaltius probavit. Itaque viſum eſt hanc lectionem, quæ præterea nititur auctoritate octo veterum exemplarium, eſſe retinendam. Nam Cyprianus in libro de lapſis ait *& quod non ſtatim Domini corpus inquinatis manibus accipiat*. Vide Joannem Stephanum Durantum lib. 1. cap. 16. de ritibus eccleſiæ catholicæ, Henrici Valeſii annotationes ad Euſebium lib. 6. cap. 43. & lib. 7. cap. 9. Cardinalem Bonam lib. 2. rerum liturgicarum cap. 17. & Hoſpinianum lib. 1. de templis cap. 5.

20 *Non tantum ſepties*] Ita veteres editiones, etiam Morelliana, & duo libri veteres. quod ſumptum eſt ex capite 18. Matthæi. Itaque hic locus videtur eſſe mutilus in antiquis codicibus qui non habent hanc particulam. Eam Manutius ſuſtulit. Morellius repoſuit: Pamelius rurſum ſuſtulit. Codex ſancti Arnulphi, *non tantum ſeptuagies & ſeptem*. Ea argumentatione & auctoritate uſus eſt Catholicus Armenorum anno 1247. ad Innocentium Papam IV. ſcribens ut ei ſuaderet parcendum eſſe Friderico Imperatori, adverſus quem vehementer exarſerat iracundia Papæ. Vide Odoricum Raynaldum an. 1247. §. 34. Vide ſupra pag. 201.

21 *Dei benedictio*] Quidam libri veteres præferunt *Dei benedictionem victrice patientia comitetur*. Seguierianus, *Dei benedictio victrice patientia prædicetur*. Sic etiam codex ſancti Arnulphi.

22 *Impat. dia. malum*] Vide librum Tertulliani de pœnitentia, qui totus in hoc argumento verſatur.

23 *Periit primus*] Siricii Papæ epiſtola ad univerſos epiſcopos: *Non patitur quietos nos ab incurſatione ſua vacare hoſtis antiquus, ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem ut deciperet ſe ante decepit*.

24 *Nec illud in extrema*] Reſtituimus lectionem veterum editionum, quam confirmant xxiii. libri noſtri & xii. Anglicani. Coacti ſumus delere ea quæ mutata & addita fuerant in editione Morellii, quamvis ea quoque reperiſſemus in tribus antiquis codicibus, quamvis ſciremus Pamelium ea quoque inveniſſe in quatuor antiquis. Hæc autem ſunt quæ nos delevimus, ſi qui tanti æſtiment ſcire quæ illa ſint, *nec in illum extremi judicii diem malorum retributionem differre, nobiſcum hortamur interim amplectimini patientia bonum, ut in iſtis &c.*

25 *Querula*] Pamelius ex codice Camberonenſi addit *& invidioſa*. At ego hoc additamentum nuſpiam reperi in libris antiquis neque in editionibus quæ Pamelianam anteceſſerunt.

26 *Stolæ albæ*] In undecim libris manuſcriptis legitur, *data eſt ſingulis ſtola alba*.

27 *Juſtor. omnium*] Codex Lætienſis, *juſtos omnes ſecum pariter vindicaturum*.

28 *Pater Deus ... infernor.*] Hæc deſunt in libro ſancti Arnulphi, per oſcitantiam nimirum, ut puto, librarii. Exſtant enim in aliis libris veteribus & in editionibus.

29 *Omne genu flectatur*] Septem libri veteres habent *curvetur*, ſeptem vero *omnes genu curvent*.

[1] LIBER
DE ZELO ET LIVORE.

ZELARE quod bonum videas & invidere A melioribus leve apud quoſdam & modicum crimen videtur, fratres dilectiſſimi; dumque exiſtimatur leve eſſe & modicum, non timetur; dum non timetur, contemnitur; dum contemnitur, [2] non facile vitatur, & fit cæca & occulta pernicies: quæ dum minus perſpicitur ut caveri a providentibus poſſit, improvidas mentes latenter affligit. Porro autem Dominus prudentes eſſe nos juſſit, & cauta ſollicitudine vigilare præcepit ne adverſarius vigilans ſemper & ſemper inſidians, [3] ubi in pectus obrepſerit, de ſcin- B tillis conflet incendia, de parvis maxima exaggeret, & dum remiſſis & incautis leniore aura & flatu molliore blanditur, procellis ac turbinibus excitatis, ruinas fidei & ſalutis ac vitæ naufragia moliatur. Excubandum eſt itaque, fratres dilectiſſimi, atque omnibus viribus elaborandum ut inimico ſævienti & jacula ſua in omnes corporis partes quibus percuti & vulnerari poſſumus dirigenti ſollicita & plena vigilantia repugnemus, ſecundum quod Petrus apoſtolus in epiſtola ſua præmonet & docet di- C
1.Pet.5. cens: *Sobrii eſtote & vigilate, quia adverſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens circuit aliquem devorare quærens.* [4] Circuit ille nos ſingulos, & tamquam hoſtis clauſos obſidens, muros explorat, & tentat an ſit pars aliqua [5] murorum minus ſtabilis & minus fida, cujus aditu ad interiora penetretur. Offert oculis formas illices & faciles voluptates, ut viſu deſtruat caſtitatem. Aures per [6] canora muſica tentat, ut ſoni dulcioris auditu ſolvat & molliat chriſtianum vigorem. Linguam convicio provocat, manum in- D juriis laceſſentibus ad petulantiam cædis inſtigat; ut fraudatorem faciat, lucra opponit injuſta; ut animam pecunia capiat, ingerit pernicioſa compendia; honores terrenos promittit ut cæleſtes adimat; [7] oſtentat falſa ut vera ſubripiat; & cum latenter non poteſt fallere, exerte atque aperte minatur, terrorem turbidæ perſecutionis intentans, ad debellandos Dei ſervos inquietus ſemper & ſemper infeſtus, in pace ſubdolus, in perſecutione violentus. Quamobrem, fratres dilectiſſimi, contra omnes dia- E boli fallaces inſidias vel apertas minas ſtare debet inſtructus animus & armatus, tam paratus ſemper ad repugnandum quam eſt ad impugnandum ſemper paratus inimicus. Et quoniam frequentiora ſunt [8] tela ejus quæ latenter obrepunt, magiſque occulta & clandeſtina jaculatio quo minus perſpicitur, hoc & gravius & crebrius in vulnera noſtra graſſatur, ad hæc quoque intelligenda & depellenda vigilemus ex quibus eſt zeli & livoris malum. Quod ſi quis penitus inſpiciat, inveniet nihil magis chriſtiano cavendum, nihil cautius providendum quam ne quis invidia & livore capiatur, ne quis fallentis inimici cæcis laqueis implicatus, dum zelo frater in fratris odia convertitur, gladio ſuo neſcius ipſe perimatur. Quod ut colligere plenius & manifeſtius perſpicere poſſimus, ad caput ejus atque originem recurramus. Videamus unde zelus, & quando, & quomodo cœperit. Facilius enim a nobis malum tam pernicioſum vitabitur, ſi ejuſdem mali & origo & magnitudo noſcatur. [9] Hinc diabolus inter initia ſtatim mundi & periit primus & perdidit. Ille angelica majeſtate ſubnixus, ille Deo acceptus & carus, poſtquam hominem ad imaginem Dei factum conſpexit, in zelum malivolo livore prorupit, non prius alterum dejiciens inſtinctu zeli quam ipſe zelo ante dejectus, captivus antequam capiens, perditus antequam perdens, dum ſtimulante livore homini gratiam datæ immortalitatis eripit, ipſe quoque id quod prius fuerat amiſit. Quale malum eſt, fratres dilectiſſimi, quo angelus cecidit, quo circumveniri & ſubverti alta illa & præclara ſublimitas potuit, quo deceptus eſt ipſe qui decepit? Exinde invidia graſſatur in terris, dum livore periturus magiſtro perditionis obſequitur, dum diabolum qui zelat imitatur, ſicut ſcriptum eſt: *Invidia autem diaboli mors* Sap. 2.
introivit in orbem terrarum. Imitantur ergo illum qui ſunt [10] ex parte ejus. Hinc denique [11] novæ fraternitatis prima odia, hinc parricidia neſanda cœperunt, dum [12] Abel juſtum Ca- Gen. 4.
in zelat injuſtus, dum bonum malus invidia & [13] livore perſequitur. Tantum valuit ad conſummationem facinoris æmulationis furor ut nec caritas fratris, nec ſceleris immanitas, nec timor Dei, nec pœna delicti cogitaretur. Injuſte oppreſſus eſt qui juſtitiam primus oſtenderat, odia perpeſſus eſt qui odiſſe non noverat, occiſus eſt impie qui moriens non repugnabat. Et quod Eſau fratri ſuo Jacob inimicus exſti- Gen.27.
tit, zelus fuit. Nam quia ille benedictionem patris acceperat, hic in odium perſecutionis facibus livoris exarſit. Et quod Joſeph fratres Gen.37.
ſui vendiderunt, cauſa vendendi de æmulatione deſcendit. Poſtquam id quod ſibi in viſionibus

nibus proſperum fuerat oſtenſum ſimpliciter ut
fratribus frater expoſuit, in invidiam malivo-
lus animus erupit. Saul quoque rex ut David
1. Reg. 18. odiſſet, ut perſecutionibus ſæpe repetitis inno-
centem, miſericordem, mitem, lenitate pa-
tientem necare cuperet, quid aliud quam zeli
1. Reg. 17. ſtimulus provocavit? Quia Goliath interfecto,
& ope ac dignatione divina tanto hoſte dele-
to, populus admirans in laudes David prædi-
cationis ſuffragio proſiliit, Saul ſimultatis atque
inſectationis furias de livore concepit. Et ne
longum faciam ſingulos recenſendo, pereuntis
[14] ſemel populi attendamus interitum. Judæi
nonne inde perierunt dum Chriſto malunt in-
videre quam credere? Obtrectantes magnalibus
quæ ille faciebat, zelo excæcante decepti ſunt,
nec ad divina noſcenda cordis oculos aperire
potuerunt. Quæ nos conſiderantes, fratres di-
lectiſſimi, contra tantam mali perniciem vigi-
lanter & fortiter dicata Deo pectora munia-
mus. Aliorum mors proficiat ad noſtram ſalu-
tem, imprudentium pœna providentibus confe-
rat ſanitatem. Non eſt autem quod aliquis exi-
ſtimet malum iſtud una ſpecie contineri aut
brevibus terminis & anguſto fine concludi. La-
te patet zeli multiplex & fecunda pernicies.
Radix eſt malorum omnium, fons cladium,
ſeminarium delictorum, materia culparum. [15]
Inde odium ſurgit, animoſitas inde procedit.
Avaritiam zelus inflammat, dum quis ſuo non
poteſt eſſe contentus, videns alterum ditiorem.
Ambitionem zelus excitat, dum cernit quis
alium in honoribus [16] altiorem. Zelo excæcan-
te ſenſus noſtros atque in ditionem ſuam men-
tis arcana redigente, Dei timor ſpernitur,
magiſterium Chriſti negligitur, judicii dies non
providetur. Inflat ſuperbia, exacerbat ſævitia,
perfidia prævaricatur, impatientia concutit, fu-
rit diſcordia, [17] ira ferveſcit; nec ſe jam po-
teſt cohibere vel regere qui factus eſt poteſtatis
alienæ. Hinc dominicæ pacis vinculum rumpi-
tur, hinc caritas fraterna violatur, hinc adul-
teratur veritas, unitas ſcinditur, ad hæreſes
atque ad ſchiſmata proſilitur, dum obtrectatur
ſacerdotibus, dum epiſcopis invidetur, dum
quis aut queritur non ſe potius ordinatum,
aut dedignatur alterum ferre præpoſitum. Hinc
recalcitrat, hinc rebellat de zelo ſuperbus, de
æmulatione perverſus, animoſitate & livore non
hominis, ſed honoris, inimicus. Qualis vero
eſt animæ tinea, quæ cogitationum tabes, pe-
ctoris quanta rubigo, zelare in altero vel vir-
tutem ejus vel felicitatem, id eſt, odiſſe in eo
vel merita propria vel beneficia divina, in ma-
lum proprium bona aliena convertere, illu-
ſtrium proſperitate torqueri, aliorum gloriam
facere ſuam pœnam, & velut quoſdam pectori
ſuo [18] admovere carnifices, cogitationibus & ſen-
ſibus ſuis adhibere tortores, qui ſe inteſtinis cru-
ciatibus lacerent, qui cordis ſecreta malivolen-
tiæ ungulis pulſent. Non cibus talibus lætus,
non potus poteſt eſſe jucundus. Suſpiratur ſem-
per & ingemiſcitur & doletur; dumque ab in-
vidis numquam livor exponitur, diebus ac no-
ctibus pectus obſeſſum ſine intermiſſione [19] la-
niatur. Mala cetera habent terminum; & quod-
cumque delinquitur, delicti conſummatione fi-
nitur. In adultero ceſſat facinus perpetrato ſtu-
pro, in latrone conquieſcit ſcelus homicidio

A admiſſo, & prædoni rapacitatem ſtatuit præda
poſſeſſa, & falſatio modum ponit impleta fal-
lacia. Zelus terminum non habet, permanens
jugiter malum & ſine fine peccatum; quanto-
que ille cui invidetur ſucceſſu meliore profece-
rit, tanto invidus in majus incendium livoris
ignibus inardeſcit. [20] Hinc vultus minax, tor-
vus aſpectus, pallor in facie, [21] in labiis tre-
mor, ſtridor in dentibus, verba rabida, effre-
nata convicia, manus ad cædis violentiam prom-
pta, etiamſi a gladio interim vacua, odio ta-
B men furiatæ mentis armata. Et iccirco ſpiritus
ſanctus dicit in pſalmis: *Noli zelare bene ambu-* Pſal. 36.
lantem in via ſua. Et iterum: *Obſervabit pec-*
cator juſtum, & ſtridebit ad eum dentibus ſuis.
Deus autem irridebit eum, quoniam providet quia
veniet dies ejus. Hos beatus apoſtolus Paulus
deſignat & denotat dicens: *Venenum aſpidum* Rom. 3.
ſub labiis eorum, & os eorum maledictione & ama-
ritudine plenum eſt. Veloces ad effundendum ſan-
guinem pedes eorum, contritio & calamitas in viis
eorum qui viam pacis non agnoverunt, nec eſt ti-
mor Dei ante oculos eorum. Multo malum levius
C & periculum minus eſt cum membra gladio vul-
nerantur. Facilis cura eſt ubi plaga perſpi-
cua eſt, & cito ad ſanitatem medela ſubvenien-
te [22] perducitur quod videtur. Zeli vulnera abſ-
truſa ſunt & occulta; nec remedium curæ me-
dentis admittunt quæ ſe intra conſcientiæ late-
bras cæco dolore clauſerunt. Quicumque es in-
vidus & malignus, videris quam ſis eis quos
odiſti inſidioſus, pernicioſus, infeſtus. Nullius
magis quam tuæ ſalutis inimicus es. Quiſquis
ille eſt quem zelo perſequeris, ſubterfugere &
D vitare te poterit. Tu te non potes fugere. Ubi-
cumque fueris, [23] adverſarius tuus tecum eſt,
hoſtis ſemper in pectore tuo eſt, pernicies in-
tus incluſa eſt, ineluctabili catenarum nexu li-
gatus & vinctus es, zelo dominante captivus
es, nec ſolatia tibi ulla ſubveniunt. Perſeve-
rans malum eſt hominem perſequi ad Dei gra-
tiam pertinentem. Calamitas ſine remedio eſt
odiſſe felicem. Et iccirco, fratres dilectiſſimi,
huic periculo conſulens Dominus, ne quis ze-
lo fratris in laqueum mortis incurreret, cum
eum diſcipuli interrogarent quis inter illos ma-
E jor eſſet, *Qui fuerit*, inquit, *minimus in omni-* Luc. 9.
bus vobis, hic erit magnus. Amputavit omnem
æmulationem reſponſo ſuo, omnem cauſam &
materiam mordacis invidiæ eruit & abſcidit.
Diſcipulo Chriſti zelare non licet, non licet
invidere. Exaltationis apud nos non poteſt
eſſe contentio. De humilitate ad ſumma cre-
ſcimus, didicimus unde placeamus. Denique
& apoſtolus Paulus inſtruens & monens ut qui
illuminati Chriſti lumine tenebras nocturnæ con-
verſationis evaſimus, in factis atque in operi-
bus luminis ambulemus, ſcribit & dicit: [24] *Nox* Rom. 13.
F *tranſivit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus*
ergo opera tenebrarum, & induamus arma lucis.
Tamquam in die decenter ambulemus, non in co-
meſſationibus & ebrietatibus, non in concupiſcen-
tiis & impudicitiis, non in certaminibus & ze-
lo. Si receſſerunt de pectore tuo tenebræ, ſi
nox inde diſcuſſa eſt, ſi caligo deterſa eſt, ſi
illuminavit ſenſus tuos ſplendor diei, ſi ho-
mo lucis eſſe cœpiſti; quæ ſunt Chriſti gere;
quia lux & dies Chriſtus eſt. Quid in zeli tene-
bras ruis, quid te nubilo livoris involvis, quid
invidiæ

invidiæ cæcitate omne pacis & caritatis lumen A
exſtinguis, quid ad diabolum cui renuntiaveras
redis, quid Cain ſimilis exſiſtis? Homicidii
namque ſacinore cnnſtringi eum qui zelaverit
& odio habuerit fratrem ſuum declarat
Joannes apoſtolus in epiſtola ſua dicens:
1. Joan. 3 *Qui* [21] *fratrem ſuum odit, homicida eſt; & ſcitis
quia omnis homicida non habet in ſe vitam*
1. Joan. 2. *manentem*. Et iterum: *Qui dicit ſe in luce eſſe,
& fratrem ſuum odit, in tenebris eſt uſque
adhuc, & in tenebris ambulat, & non ſcit quo
eat; quoniam tenebræ excæcaverunt oculos ejus*.
Qui odit, inqnit, fratrem ſuum, in tenebris B
ambulat, & non ſcit quo eat. It enim neſcius
in gehennam, ignarus & cæcus præcipitatur
in pœnam, recedens ſcilicet a Chriſti
Joan. 8. lumine monentis & dicentis: *Ego ſum lumen
mundi. Qui me ſecutus fuerit, non ambulabit
in tenebris, ſed habebit lumen vitæ*. Sequitur
autem Chriſtum qui præceptis ejus inſiſtit,
qui per magiſterii ejns viam graditur, qui veſtigia
ejus atque itinera ſectatur, qui id quod
Chriſtus & docuit & fecit imitatur, ſecundum
quod Petrus quoque hortatur & monet dicens: C
1. Pet. 2. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens vobis exemplum
ut ſequamini veſtigia ejus*. Meminiſſe debemus
quo vocabulo plebem ſuam Chriſtus appellet,
qno titulo gregem ſuum nuncupet. O-
Joan. 10. ves nominat, ut innocentia chriſtiana nvibus
Matth. 7. æquetur. Agnos vocat, ut agnorum naturam
ſimplicem ſimplicitas mentis imitetur. Quid
ſub veſtitu ovium lupus latitat, quid gregem
Chriſti qui ſe chriſtianum mentitur infamat?
Chriſti nomen induere & non per Chriſti viam
pergere quid aliud quam prævaricatin eſt divini D
nominis, quam deſectio itineris ſalutaris,
qnando ipſe doceat & dicat eum ad vitam ve-
Matt. 19. nire qui mandata ſervaverit & eum eſſe ſapientem
qui verba ejus audierit & ſecerit, doctorem
quoque eum maximum in regno cælorum
vocari qui fecerit & ſic docuerit, tunc prædicanti
profuturum quod bene atque utiliter præ-
Matth. 5 dicatum ſuerit, ſi id quod nre promitur factis
ſequentibus impleatur. Quid vern inſinuavit
crebrius diſcipulis ſuis Dominns, quid inter ſalntaria
monita & præcepta cæleſtia cuſtodiendum
magis ſervandumque mandavit quam ut E
Joan. 13. eadem dilectione qua diſcipulos ipſe dilexit nos
15. quoque invicem diligamus? Quomodo autem
vel pacem Domini vel caritatem tenet qui intercedente
zelo nec pacificus poteſt eſſe nec
carus? Ideo & apoſtolus Paulus cum pacis &
caritatis merita depromeret, cumque aſſeveraret
firmiter & doceret nec fidem ſibi nec eleemoſynas
nec paſſionem quoque ipſam [16] confeſſoris
& martyris profutnram, niſi caritatis
ſœdera integra atque inviolata ſervaſſet, adje-
1. Cor. 13 cit & dixit: *Caritas magnanima eſt, caritas benigna
eſt, caritas non zelat*. Docens ſcilicet & F
oſtendens enm poſſe caritatem tenere quiſquis
magnanimus fuerit & benignns & zeli ac livoris
alienus. Itom alio loco cum moneret ut homo
jam ſancto ſpiritu plenus & nativitate cæleſti
Dei filius factus non niſi ſpiritalia & di-
1. Cor. 3. vina ſectetur, ponit & dicit: *Et ego quidem,
fratres, non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus,
ſed quaſi* [17] *infantibus in Chriſto*. [18] *Lacte vos
potavi, non cibo. Nondum enim poteratis, ſed
neque nunc poteſtis. Adhuc enim eſtis carnales,*

A *Ubi enim in vobis zelus & contentio & diſſenſiones
ſunt, nonne carnales eſtis & ſecundum hominem
ambulatis?* Obterenda ſunt, fratres dilectiſſimi,
vitia & peccata carnalia, & terreni
corporis infeſta labes ſpiritali vigore calcanda;
ne dum iterum ad veteris hominis converſationem
revolvimur, letalibus laqueis implicemur,
apoſtolo hoc idem providenter & ſalubriter
præmonente. *Itaque*, inquit, *fratres, non ſe-* Rom. 8.
*cundum carnem vivamus. Si enim ſecundum carnem
vixeritis, incipietis mori. Si autem ſpiritu opera
carnis mortificaveritis, vivetis. Quotquot e-*
B *nim ſpiritu Dei aguntur, hi filii Dei ſunt*. Si filii
Dei ſumus, ſi templa ejus eſſe jam cœpimus,
ſi accepto ſpiritu ſancto ſancte & ſpiritaliter
vivimus, ſi de terris oculos ad cælum ſuſtulimus,
ſi ad ſuperna & divina plenum Deo
& Chriſto pectus ereximus, non niſi quæ ſunt
Deo & Chriſto digna faciamus, ſicut & apoſtolus
excitat & hortatur: *Si conſurrexiſtis*, in- Coloſſ. 3.
quit, *cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi
Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens; quæ ſurſum
ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim*
C *eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in
Deo. Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra,
tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria*. Qui
ergn in baptiſmo ſecundum hominis antiqui
peccata carnalia & mortui & ſepulti ſumus,
qui regeneratione cæleſti Chriſto conſurreximus,
quæ ſunt Chriſti & cogitemus pariter &
geramus, ſicut idem apoſtolus docet rurſus &
monet dicens: *Primus homo de terræ limo, ſecundus* 1. Cor. 15.
*homo de cælo. Qualis ille de limo, tales & qui de
limo; & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Quomodo
portavimus imaginem ejus qui de limo eſt, portemus*
D *& imaginem ejus qui de cælo eſt*. Imaginem autem
cæleſtem portare non poſſumus, niſi in
en quod eſſe jam cœpimus Chriſti ſimilitudinem
præbeamus. Hoc eſt enim mutaſſe quod
fueras & cœpiſſe eſſe quod nnn eras ut in te
divina nativitas luceat, ut ad patrem Deum
deifica diſciplina reſpondeat, ut honore & laude
vivendi Deus in homine clareſcat, ipſo exhortante
& monente & eis qui ſe clarificant
vicem mutuam pollicente. *Eos*, inquit, *qui* 1. Reg. 2.
clarificant me clarificabo; & qui ſpernit me ſper-
E *netur*. Ad quam clarificationem formans nos
ac præparans Dominus & filius Dei ſimilitudinem
Dei patris inſinuans in evangelio ſuo
dicit: *Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proxi-* Levit 19.
mum tibi, & odio habebis inimicum tibi. Ego au- Matth. 5.
*tem dico vobis, diligite inimicos veſtros, & orate
pro his qui vos perſequuntur, ut ſitis filii patris
veſtri qui in cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit
ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos*.
Si hominibus lætum eſt & glorioſum filios
habere conſimiles, & tunc magis generaſſe
delectat, ſi ad patrem lineamentis paribus
F ſoboles [19] ſubſiciva reſpondeat, quanto major
in Deo patre lætitia eſt cum quis [20] ſic ſpiritaliter
naſcitur ut in actibus ejus & laudibus divina
generoſitas prædicetur? Quæ juſtitiæ palma
eſt, quæ corona, eſſe ſe talem de quo Deus
non dicat: *Filios* [21] *generavi & exaltavi, ipſi* Iſa. 1.
autem ſpreverunt me. Collaudet te potius Chriſtus
& invitet ad præmium dicens: *Venite be-* Matt. 25.
*nedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum
eſt ab origine mundi*. His meditationibus
corroborandus eſt animus, fratres dilectiſſimi,
ejuſmo-

ejuſmodi exercitationibus contra omnia diaboli jacula firmandus. [32] Sit in manibus divina lectio, in ſenſibus dominica cogitatio. Oratio jugis omnino non ceſſet. Salutaris operatio perſeveret. Spiritalibus ſemper actibus occupemur, ut quotieſcumque inimicus acceſſerit, quoties adire tentaverit, & clauſum adverſum ſe pectus inveniat & armatum. Non enim chriſtiaoi hominis corona una eſt quæ tempore perſecutionis accipitur. [33] Habet & pax coronas ſuas, quibus de varia & multiplici congreſſiooe [34] victores proſtrato & ſubacto adverſario coronantur. [35] Libidinem ſubegiſſe continentiæ palma eſt. Contra iram, contra injuriam repugnaſſe corona patientiæ eſt. De avaritia triumphus eſt pecuniam ſpernere. Laus eſt fidei fiducia futurorum mundi adverſa tolerare. Et qui ſuperbus in proſperis non eſt, gloriam de humilitate conſequitur. Et qui ad pauperum fovendorum miſericordiam pronus eſt, retributionem theſauri cæleſtis adipiſcitur. Et qui zelare non novit, quique unanimis & mitis fratres ſuos diligit, dilectionis & pacis præmio honoratur. In hoc virtutum ſtadio quotidie currimus, ad has juſtitiæ palmas & coronas ſine intermiſſione temporis pervenimus; ad quas ut pervenire tu etiam poſſis, qui fueras zelo & livore poſſeſſus, omnem illam malitiam qua prius tenebaris abjice, ad viam vitæ æternæ veſtigiis ſalutaribus reformare. Evelle de pectore tuo ſpinas & tribulos, ut te dominicum ſemen fertili fruge locupletet, ut divina & ſpiritalis ſeges in copiam fecundæ meſſis exuberet. Venena fellis evome, diſcordiarum virus exclude, purgetur mens quam ſerpentinus livor inſecerat, amaritudo omnis quæ intus inſederat Chriſti dulcedine leniatur. Si de ſacramento crucis & cibum ſumis & potum, lignum quod apud [36] merrham profecit in imagine ad ſaporis dulcedinem tibi in veritate proficiat ad mulcendi pectoris lenitatem, nec ad medelam proſperandæ valitudinis laborabis. Unde vulneratus fueras, inde curare. Ama eos quos ante oderas, dilige illos quibus injuſtis obtrectationibus invidebas. [37] Bonos imitare, ſi ſectari potes. Si autem eos ſectari non potes, collætare certe & congratulare melioribus. Fac te illis adunata dilectione participem, fac te conſortio caritatis & fraternitatis vinculo [38] cohærentem. Dimittentur tibi debita, quando & ipſe dimiſeris; accipientur ſacrificia tua, cum pacificus ad Deum veneris. Senſus atque actus tui divinitus dirigentur, quando ea quæ divina & juſta ſunt cogitaveris, ſicut ſcriptum eſt: *Cor viri cogitet juſta, ut a Domino dirigantur greſſus ejus.* [Prov. 16.] Habes autem multa quæ cogites. Paradiſum cogita, quo [39] Cain non ingreditur, qui zelo fratrem peremit. Cogita cæleſte regnum, ad quod non niſi concordes atque unanimes Dominus admittit. Cogita quod filii Dei hi ſoli poſſint vocari qui ſint pacifici, [Gen. 4.] qui nativitate cæleſti & lege divina ad ſimilitudinem Dei patris & Chriſti reſpondeant adunati. Cogita ſub oculis Dei nos ſtare, ſpectante ac judicante ipſo converſationis ac vitæ noſtræ curricula decurrere, pervenire nos tunc demum poſſe ut eum videre contingat, ſi ipſum nunc videntem delectemus actibus noſtris, ſi nos dignos [40] gratia ejus & indulgeutia præbeamus, ſi placituri ſemper in regno, in hoc mundo ante placeamus.

NOTÆ AD LIBRUM DE ZELO ET LIVORE.

1 CUM ſanctus Auguſtinus initium & quædam alia hujus libri loca retuliſſet in libro quarto de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 8. poſtea ait: *Hæc verba Cypriani in epiſtola populis nota quam vera quam fortia ſint recognoſcimus. Vere decuit Cyprianum de zelo & livore & arguere graviter & monere, a quo tam mortifero malo cor ejus penitus alienum tanta caritatis abundantia comprobavit.* Idem in caput quintum epiſtolæ ad Galatas: *Scripſit & beatus Cyprianus librum de zelo & livore optimum, quem qui legerit, non dubitaverit annumerare operibus earius invidiam.* Vide Hiocmarum in libro 55. capitulorum cap. 47. pag. 566.

2 *Non facile vitatur*] Conſultationes Zachæi & Apollonii cap. 29. in tomo decimo ſpicilegii Dacheriani pag. 36. *& quod eſt ſævius, ſub ſpecie innocentiæ malum non cavetur, dum vitari poſſe non creditur.*

3 *Ubi in pectus obrepit*] Decem libri veteres *obrepſerit*. Ita etiam veteres editiones. Editio Morellii, *quando in pectus obrepat*.

4 *Circuit ille*] Auctor epiſtolæ ad Demetriadem inter opera Hieronymi: *Invidere non ceſſat auctor invidiæ, & qui ſemel a Deo ipſe projectus eſt, tanto majori livore torquetur quanto aliquem apud eum viderit clariorem.* Et mox: *More doloſi hoſtis univerſa perluſtrans explorat omnes aditus animæ ſuæ, an ſit aliquid infirmum & minus tutum per quod poſſit irrepere.*

5 *Murorum*] Antea legebatur *membrorum*. Veram lectionem invenimus in duobus vetuſtis exemplaribus, in Victorino nimirum vetere, & in Tornacenſi. In Victorino ſcriptum eſt *membrorum* & ſupra lineam *vel murorum*, in Tornacenſi vero *murorum* & ſupra lineam *vel membrorum*.

6 *Canora muſica*] Hanc lectionem, quam præferunt antiquæ editiones, etiam Morelliana, retinere placuit, quia illam exhibeot ſeptemdecim libri veteres, niſi quod in eorum uno ſcriptum eſt *ſonora* pro *canora*, & quia muſicam dici poſſe dubitabatur ævo Quintiliani, ut ipſe ait lib. 8. cap. 3. Et tamen quidam alii libri veteres & editio Anglicana præferunt *canoram muſicam*, codex Moyſſiacenſis & Rigaltius *canorem muſicam*. Sed hic error eſt. Canor enim eſt maſculini generis. Ovidius lib. 5. metamorphoſeon: *Non tamen ille canor mulcendas natus ad aures.* Sunt etiam alia exempla.

7 *Oſtentat falſa*] Citat hunc locum auctor Prædeſtinati editus a Sirmondo in prologo libri tertii: *Finitus eſt liber inimicus hominum, contra fidem catholicam conflictus, circumdatus fallaciis, adulter integræ diffinitionis, quique, ut ſanctus Cyprianus ait, falſa oſtentat ut vera ſurripiat.*

8 *Tela quæ latenter*] Supra in initio libri de unitate eccleſiæ: *Facilior cautio eſt ubi manifeſta formido eſt.* Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos: *Sagitta quæ contenta nervo dirigitur difficile vitatur. Antea enim ad eum ad quem jacta eſt pervenit quam obice clipei fruſtretur.*

9 *Hinc diabolus*] Refert & illuſtrat hunc locum S. Auguſt. lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 9. Vide Sirmondum in librum Rufini Palaſtini de fide pag. 91.

10 *Ex parte ejus*] Poſtea ſequitur in codice Pithoeano: *Juſtorum animæ in manu Dei ſunt.* Sed iſtud additamentum non reperi alibi.

11 *Novæ fraternitatis*] Vox *novæ* deeſt in duobus libris veteribus. Certe videtur ſuperfluus. Non delevi tamen, quia exſtat in multis exemplaribus manuſcriptis.

12 *Abel juſtum Cain zelat*] quem ideo Proſper lib. 2. de promiſſionibus & prædictionibus Dei cap. 6. vocat auctorem invidiæ. Irenæus lib. 1. loquens de generatione Cain ait, *ita ut & dum fratrem ſuum Abel occideret, primus zelum & mortem oſtenderit.*

13 *Livore perſequitur*] Poſtea ſequitur in tribus antiquis codicibus, *dum diabolum qui zelat imitatur.* Sed hæc videntur repetita a quodam ſtudioſo ex his quæ paulo ante dicta ſunt. Novatianus in libro de Trinitate, *non de maligno invidiæ livore deſcendit.*

14 *Semel*] In uno libro meo vetere ſcriptum eſt *ſemel* & ſupra lineam *vel ſimul*. Hinc ergo, uti jam non ſemel diximus, orta eſt diſcrepantia quæ iſtic reperitur in codicibus manuſcriptis, quorum nonnulli habent *ſemel*, alii *ſimul*.

15 *Inde*

15 *Inde odium ſurgit*] Prudentius in Hamartigenia : *Arſit enim ſcintilla odii de fomite zeli.*

16 *Altiorem*] Ita veteres editiones & ſexdecim libri veteres. Manutius poſuit *auctiorem*. Poſtea Morellius revocavit veterem lectionem. Pamelius repoſuit Manutianam, quam ego inveni in decem libris antiquis. Sed major numerus vincit. Et certe vetus editio multo melior eſt.

17 *Ira fervescit*] quam Caſſianus lib. 8. cap. 1. vocat mortiferum virus.

18 *Admovere carnifices*] Tacitus lib. 6. annalium : *Neque fruſtra præſtantiſſimus ſapientiæ firmare ſolitus eſt, ſi recludantur tyrannorum mentes, poſſe aſpici laniatus & ictus.* Seneca Hercule Oetæo :

O ſi pateant pectora divitum,
Quantos intus ſublimis agit
Fortuna motus.

Latinus Pacatus in panegyrico Theodoſii : *Habet neſcio quos internos mens ſcelerata carnifices.* Boetius lib. 4. de conſolatione philoſophiæ :

Quos vides ſedere celſo
Solii culmine reges,
Detrahit ſi quis ſuperbis
Vani tegmina cultus,
Jam videbit intus arctas
Dominos ferre catenas.
Hinc enim libido vexat
Avidis corda venenis.
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens,
Mœror aut captos fatigat,
Aut ſpes lubrica torquet.

Contra apud Senecam epiſt. 115. *Si nobis animum boni viri liceret inſpicere, o quam pulcram faciem, quam ſanctam, quam ex magnifico placidoque fulgentem videremus, illinc fortitudine, hinc temperantia prudentiaque lucentibus.*

19 *Laniatur*] Codex ſancti Arnulphi & Gratianopolitanus, *laceratur*.

20 *Hinc vultus minax*] In uno veteri libro ſcriptum eſt : *Hinc vultus eſt contumax.*

21 *In labiis tremor*] His verbis tamquam ſuis uſus eſt Robertus Gervaſii epiſcopus Senecenſis, deſcribens vitia Bartholomæi archiepiſcopi Barenſis, qui ſe nominabat Urbanum VI. in initio miſerabilis illius ſchiſmatis, quod eccleſiam diſtraxit poſt Gregorii Papæ XI. exceſſum, uti videre eſt in pagina 1271. notarum noſtrarum ad vitas Paparum Avenionenſium. Labiorum tremorem antiqui poſuerunt inter indicia malæ mentis. Lactantius enim in libro de ira Dei cap. 5. enumerans vitia animi perturbati, inter ea ponit oris id eſt labiorum tremorem. Hieronymus in caput primum epiſtolæ Pauli ad Titum : *Ille e diverſo torvo vultu, trementibus labiis, rugata fronte, effrenatis conviciis, facie inter pallorem ruboremque variata, clamore perſtrepat.* Item in epiſtola de vitando ſuſpecto contubernio : *Quid vultum infamia rubore ſuffundis & trementibus labiis impatientiam pectoris confiteris?* Item in epiſtola ad Pammachium contra Joannem Hieroſolymitanum, *reſupina cervice ac trementibus labiis conticuiſti.* Item in epiſtola ad Oceanum de unius uxoris viro : *Sudare tamen frons, pallere genæ, tremere labia, lingua ſaliva ſiccari, & plus ætate quam timore contrahi.* Sulpitius Severus dial. 3. cap. 20. loquens de Briccio nondum ſanæ mentis, *trementibus labiis incertoque vultu.* Fragmentum Petronii apud Diomedem lib. 3. *Anus recocta vino, trementibus labellis.* Seneca in initio libri de ira inter ſigna iræ ponit quod labia quatiuntur. Alibi eſt indicium timoris, ut apud Hieronymum in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum : *Pavent ad introitum medici, trementibuſque labiis an commodius habeant ſciſcitantur.* Silius Italicus lib. 8.

——— *Volvens vix murmur anhelum*
Inter ſingultus labriſque trementibus Anna.

Seneca epiſt. 97. *Proprium autem eſt nocentium trepidare.* Vide ſupra pag. 144.

22 *Perduc. q. videtur*] Ita vetuſtiores editiones & xxvi. vetera exemplaria. Eraſmus addidit vocem *vulnus* hoc modo, *perducitur vulnus quod videtur*, quam lectionem ego quoque inveni in quinque manuſcriptis codicibus. Suſtuli tamen eam propter auctoritatem tot veterum exemplarium, & quia ſine ea optime conſtat ſenſus.

23 *Adv. t. t. eſt*] Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis : *Facile aliis caremus vitiis. Hic hoſtis nobis incluſus eſt. Quocumque pergimus, nobiſcum portamus inimicum.*

24 *Nox tranſivit*] Vide Eraſmi annotationes in hunc locum Pauli.

25 *Fratrem ſ. odit*] Vide ſanctum Auguſtinum tractatu quinto in epiſtolam ſancti Joannis, & Caſſianum lib. 1. cap. 20. Vide etiam Hincmarum to. 1. pag. 72.

26 *Conſ. & martyris*] Ita ſcribendum eſſe exiſtimavi, pro eo quod antea legebatur, *confeſſionis & martyrii*, quia ita ſcriptum vidi in ſeptemdecim libris noſtris & in quatuor Anglicanis. Sic etiam legiſſe ſe in Camberonenſi teſtatur Pamelius. In editione quæ dicitur Gravii legitur *confeſſori & martyri*. Quæ lectio valde accedit ad eam quam ego ſubſtitui. Octo vetera exemplaria habent eam quam ejeci.

27 *Infantibus*] Tria vetera exemplaria habent *parvulis*. In libro tertio teſtimoniorum ſcriptum eſt *infantibus*.

28 *Lacte vos potavi*] Antea legebatur : *Lac vobis potum dedi, non cibum.* Quamvis ea lectio bona ſit, eam tamen præferri debere arbitratus ſum quam exhibent viginti libri noſtri & octo Anglicani, tum etiam Camberonenſis a Pamelio laudatus, & excerpta Flori. Aliam habent aliquot libri veteres & editiones. In libro tertio teſtimoniorum cap. 3. legitur : *Lac vobis potum dedi, non eſcam.*

29 *Subſiciva*] Rigaltius malebat *ſucceſſiva*. Quam lectionem ego deprehendi in aliquot vetuſtis exemplaribus. In codice Beccenſi ſcriptum eſt *ſuccidua*.

30 *Sic ſpiritaliter naſcitur*] Reliqua hujus libri deſunt in codice ſancti Arnulphi.

31 *Generavi*] Quamvis lectio quæ habet *genuit* bona ſit, iſtam tamen reducere placuit, quia exſtat in omnibus editionibus quæ Pamelianam anteceſſerunt, in xxiii. libris noſtris, & in tribus Anglicanis. Aliam non inveni niſi in tribus.

32 *Sit in manibus*] Miror hanc lectionem, quam præferunt omnes veteres editiones & omnes libri veteres, rejectam fuiſſe a Pamelio, qui eum putaret hunc locum eſſe mutilum, eum ſupplevit ex quatuor manuſcriptis & poſuit : *Sit ante oculos divina lectio, in manibus bona operatio, in ſenſibus dominica cogitatio.* Ego repoſui veterem lectionem.

33 *Habet & pax*] Supra epiſt. 8. *In cæleſtibus caſtris pax & acies habent flores ſuos.* Hilarius epiſcopus Arelatenſis in ſermone de ſancto Honorato : *Habet & pax martyres ſuos.* Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem de virginitate ſervanda : *Habet & pudicitia ſervata martyrium ſuum.* Vide homiliam ſancti Joannis Chryſoſtomi in laudationem ſancti protomartyris & apoſtolæ Theclæ. Commodianus inſtruct. 62. *Bellum abeſt, in pace martyres ibant.*

34 *Victores proſtrato*] Codex Gratianopolitanus, *congreſſione proſtrata & ſubacto adverſario victores coronantur.*

35 *Libidinem*] quam Fulgentius Placiades lib. 2. mythol. vocat honeſtatis novercam.

36 *Merrham*] Ita habent quatuor libri veteres optimi, etiam Veronenſis. Sic etiam ſcriptum eſt in verſione lxx. interpretum, apud Origenem homilia ſeptima in Exodum ; apud ſanctum Cyrillum Alexandrinum lib. 5. de adoratione in ſpiritu & veritate ; apud ſanctum Ambroſium cap. 5. de inſtitutione virginis, & apud ſanctum Auguſtinum lib. 2. quæſt. 55. in Exodum. Et ſic omnino ſcribendum recte oſtendit Cotelerius ad librum 6. cap. 19. conſtitutionum apoſtolicarum. Vide etiam notas Frontonis Ducæi ad poema 17. ſancti Paulini. Rufinus in pſal. 44. *Myrrha eſt ſpecies valde amara, de qua ungitur corpus mortui ut non putreſcat, & pellit vermes.*

37 *Bonos imitare*] Notum illud : *Tu vivenda bonos, ſcribenda ſequare peritos.* Ambroſius lib. 2. officior. cap. 20. *Plurimum itaque prodeſt unicuique bonis jungi. Adoleſcentibus quoque utile ut claros & ſapientes viros ſequantur.* Gregorius Nazianzenus in carmine ad Nicobulum ait prudentis & cordati viri eſſe magna menſura vitam ſuam metiri, atque ad excellentium virorum imitationem ſeſe componere. Quintilianus lib. 1. cap. 6. *Ergo conſuetudinem ſermonis vocabo conſenſum eruditorum, ſicut vivendi conſenſum bonorum.* Lactantius lib. 1. cap. 1. *quoniam bene dicere ad paucos pertinet, bene autem vivere ad omnes.* Ruricius lib. 2. epiſt. 4. *Sicut vivere commune eſt omnium, bene vero vivere & bene deſcendere de hac vita paucorum eſt.* Seneca epiſt. 7. *Cum his verſare qui te meliorem facturi ſunt.* Symmachus lib. 5. epiſt. 64. *Maximum lucrum eſt quærere familiaritatem bonorum.* Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum : *Inter clericos ſectare meliores.* Fecit Cyprianus quod ſuadebat. Bonos ſemper imitabatur. Sic enim ſcribit Pontius diaconus in vita ejus : *Et ſic per bonorum omnium documenta decurrens, dum meliores ſemper imita-*

Digitized by Google

imitatur, etiam ipſe ſe fecit imitandum. Ennodius lib. 5. epiſt. 20. *Totum te ſtudia honeſta ſuſcipiant. Feſtina ut ad meſſem patriam venias, linguam lectionis ſarculo, mores bonorum imitatione purgando*. Horatius lib. 1. epiſt. 18.

Inter multa leges & percunctabere doctos
Qua ratione queas traducere leniter ævum.

Tacitus laudat Agricolam quod ſtuderet *diſcere a peritis, ſequi optimos*.

38 *Cohærentem*] Hæc emendatio, quam inveni in tribus antiquis codicibus & in antiquis editionibus, mihi videtur certa. Et tamen omnes fere libri veteres præferunt *cohæredem*. Hæc diſcrepantia orta hinc eſt quod in quodam veteri libro, ut in Victorino, ſcriptum erat *cohærentem* & ſupra lineam *vel cohæredem*. Id ſæpe eveniſſe in exemplaribus antiquis operum ſancti Cypriani jam obſervatum a nobis eſt.

39 *Cain non ingreditur*] Hanc lectionem, quam habent tres libri veteres, puto eſſe optimam; aliam vero, quæ habet *redit*, falſam. Cain enim, qui natus eſt poſtquam parentes ejus ejecti fuerant e paradiſo, non poteſt dici non rediiſſe in paradiſum, cum in illo numquam fuerit. Itaque non dubitavi quin lectio horum trium librorum præferenda ſit.

40 *Gratia ejus*] Ita multi libri veteres. Alii habent *gratiæ ejus & indulgentiæ*.

[1] EPISTOLA AD FORTUNATUM
DE EXHORTATIONE MARTYRII.

DESIDERASTI, Fortunate cariſſime, ut quoniam perſecutionum & preſſurarum pondus incumbit, & in fine atque in conſummatione mundi antichriſti tempus infeſtum appropinquare [2] jam cœpit, ad præparandas & corroborandas fratrum mentes de divinis ſcripturis hortamenta componerem, quibus milites Chriſti ad cæleſte & ſpiritale certamen animarem. Obtemperandum fuit deſiderio tuo tam neceſſario, ut quantum ſufficit mediocritas noſtra auxilio divinæ inſpirationis inſtructa quaſi arma ac munimenta quædam pugnaturis fratribus de præceptis dominicis promerentur. Parum eſt enim quod Dei plebem claſſico noſtræ vocis erigimus, niſi credentium fidem & dicatam Deo devotamque virtutem divina lectione firmemus. Quid autem potius aut majus curæ noſtræ ac ſollicitudini congruit quam ut commiſſum nobis divinitus populum & exercitum in caſtris cæleſtibus conſtitutum adverſus diaboli tela & jacula exhortationibus aſſiduis præparemus? Neque enim idoneus poteſt eſſe miles ad bellum qui non exercitatus prius in campo fuerit, aut qui agoniſticam coronam quærit adipiſci in ſtadio coronabitur, niſi uſum & peritiam virium ante meditetur. Adverſarius vetus eſt & hoſtis antiquus cum quo prœlium gerimus. Sex millia annorum jam pæne complentur ex quo hominem diabolus impugnat. Omnia genera tentandi & artes atque inſidias dejiciendi uſu ipſo vetuſtatis edidicit. Si [3] imparatum invenerit militem Chriſti, ſi rudem, ſi non ſollicitum ac toto corde vigilantem, circumvenit neſcium, fallit incautum, decipit imperitum. Si vero quis dominica præcepta cuſtodiens & fortiter [4] Chriſto adhærens contra eum ſteterit, vincatur neceſſe eſt: quia Chriſtus, quem confitetur, invictus eſt. Ac ne in longum ſermonem meum extenderem, frater cariſſime, & audientem vel legentem ſtili latioris copia fatigarem, compendium feci; ut propoſitis titulis, quos quis & noſſe debeat & tenere, capitula dominica ſubnecterem & id [5] quod propoſueram divinæ lectionis auctoritate ſolidarem, ut non tam tractatum meum videar tibi miſiſſe quam materiam tractantibus præbuiſſe. Quæ res in uſum

A ſingulis proficit utilitate majore. Nam ſi confectam & paratam jam veſtem darem, veſtis eſſet mea, qua alius uteretur, & forſitan non pro habitudine ſtaturæ & corporis res alteri facta minus congruens haberetur. Nunc vero de agno, per quem redempti ac vivificati ſumus, lanam ipſam & purpuram miſi; quam cum acceperis, tunicam tibi pro voluntate conficies, & plus ut in domeſtica tua atque in propria veſte lætaberis, & ceteris quoque
B ut conficere & ipſi pro arbitrio ſuo poſſint quod miſimus exhibebis, ut vetere illa nuditate contecta, perferant omnes indumenta Chriſti, cæleſtis gratiæ ſanctificatione veſtiti. Necnon & illud conſilium, frater cariſſime, utile & ſalubre proſpexi, in exhortatione tam neceſſaria quæ martyres faciat amputandas eſſe verborum noſtrorum moras & tarditates, atque ambages ſermonis humani ſubtrahendas, ponenda ſola illa quæ Deus loquitur, quibus
C ſervos ſuos ad martyrium Chriſtus hortatur. Præcepta ipſa divina velut arma pugnantibus ſuggerenda ſunt. Illa ſint militaris tubæ hortamenta, illa pugnantibus claſſica. Inde aures erigantur, inde inſtruantur mentes, inde & animi & corporis vires ad omnem paſſionis tolerantiam roborentur. Nos tantum qui Domino permittente primum baptiſma credentibus dedimus, ad aliud quoque ſingulos præparemus, inſinuantes & docentes hoc eſſe [6] bapti-
D ſma in gratia majus, in poteſtate ſublimius, in honore pretioſius, baptiſma in quo angeli baptizant, baptiſma in quo Deus & Chriſtus ejus exſultant, baptiſma poſt quod nemo jam peccat, baptiſma quod fidei noſtræ incrementa conſummat, baptiſma quod nos de mundo recedentes ſtatim Deo copulat. In aquæ baptiſmo accipitur peccatorum remiſſa, in ſanguinis baptiſmo corona virtutum. Amplectenda res eſt & optanda & omnibus poſtulationum noſtra-
E rum precibus expetenda; ut qui ſervi Dei ſumus, ſimus & amici.

In exhortandis itaque ac præparandis fratribus noſtris & virtutis ac fidei firmitate ad præconium dominicæ confeſſionis atque ad prœlium perſecutionis & paſſionis armandis primo in loco dicendum eſt idola deos non eſſe quæ

homo ſibi ſecit. Neque enim quæ fiunt ſactore ſuo & fabricotore majora ſunt, aut protegere & ſervare quemquam poſſunt quæ ipſa de templis ſuis pereunt, niſi ab homine ſerventur. Sed nec [6] elementa colenda eſſe, quæ homini ſecundum diſpoſitionem & præceptum Dei ſerviunt. Deſtructis idolis, & elementorum ratione monſtrata, oſtendendum Deum ſolum colendum eſſe. Tunc addendum quæ comminotio Dei ſit adverſus eos qui idolis ſocrificant. Præterea docendum non ſocile ignoſcere Deum idololatris, & quod ſic idololatriæ indignetur Deus ut præceperit etiam eos interfici qui ſacrificare & ſervire idolis ſuoſerint. Subjungendum poſt hæc quod redempti ac vivificati Chriſti ſanguine nihil Chriſto præponere debeamus, quia nec ille quidquam nobis præpoſuerit, & ille propter nos mala bonis prætulerit, poupertatem divitiis, ſervitutem dominationi, mortem immortalitoti, nos contra in paſſionibus noſtris paupertati ſæculari paradiſi divitios & delitios præferomus, dominatum & regnum æternum temporariæ ſervituti, immortalitatem morti, Deum & Chriſtum diabolo & antichriſto. Inſinuandum quoque ne erepti de ſaucibus dioboli & de laqueis ſæculi liberati, ſi in anguſtiis & preſſuris eſſe cœperint, regredi denuo ad ſæculum velint & perdant quod evaſerint. Inſiſtendnm potius eſſe & perſeverandum in fide & virtute & cæleſtis ac ſpiritalis gratiæ conſummatione, ut ad palmam & coronam poſſit perveniri. Ad hoc enim preſſuras & perſecutiones fieri ut probemur. Nec timendas eſſe [7] injurias & pœnas perſecutionum, quia major eſt Dominus ad protegendum quam diabolus ad impugnandum. Ac ne expaveſcat quis & conturbetur ad preſſuras & perſecutiones quas patimur in iſto mundo probandum ante prædictum eſſe quod nos mundus odio habiturus eſſet, & quod perſecutiones adverſum nos excitaret, ut ex hoc ipſo quod hæc fiant monifeſta ſit fides divinæ pollicitationis in mercedibus & præmiis poſtmodum ſecuturis, nec novum quid accidat chriſtisnis, quando ab initio mundi boni laboraverint, & oppreſſi atque occiſi ſint ab injuſtis. In noviſſima parte ponendum eſt quæ ſpes & quæ merces maneat juſtos & martyres poſt conflictotiones hujus temporis & paſſiones, & quod plus accepturi ſimus in paſſionis remuneratione quam quod hic ſuſtinemus in ipſa paſſione.

CAP. I. [8] QUod idola dii non ſint & quod nec elementa vice deorum colenda ſint oſtenditur in pſolmo CXIII. *Idola gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquuntur, oculos habent & non vident, aures habent & non audiunt. Neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. Similes illis fiant qui faciunt ea.*

Sap. 15. Item in ſapientia Salomonis: *Omnia idola nationum æſtimaverunt deos; quibus neque oculorum uſus eſt ad videndum, neque nares ad percipiendum ſpiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti in manibus ad tractandum, ſed & pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, & qui ſpiritum mutuatus eſt finxit illos. Nemo autem ſibi ſimilem homo poterit deum fingere. Cum ſit enim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis.* A *Melior eſt autem ipſe iis quos colit, quoniam ipſe quidem vixit, illi autem numquam.* Item in Exodo: *Non facies tibi idolum nec cujuſquam ſimilitudinem.* Exo. 20. Item apud Solomonem de elementis: *Neque opera attendentes agnoverunt quis eſſet artifex, ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aerem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut ſolem* [9] *aut lunam deos putaverunt. Quorum ſi propter ſpeciem hoc æſtimaverunt, ſciant quanto iis Dominus ſit ſpecioſior. Aut ſi virtutes & opera eorum mirati ſunt, intelligant ab ipſis quoniam* B *qui hæc conſtituit fortia fortior eſt illis.* Sap. 13.

CAP. II. [10] Quod Deus ſolus colendus ſit, ſicut ſcriptum eſt: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Deut. 6. Item in Exodo: *Non erunt tibi dii alii abſque me.* Exo. 20. Item illic: *Videte, videte quia ego ſum, & non eſt Deus præter me. Ego interimam & vivere faciam, percutiam & ego ſanabo, & non eſt qui eripiat de manibus meis.* Item in apocalypſi: *Et vidi alium angelum volantem in medio cælo, habentem evangelium æternum, ut annuntiaret ſuper terram & ſuper omnes nationes & tribus & linguas & populos, dicentem* C *voce magna:* [11] *Metuite potius Deum, & date illi claritatem, quoniam venit hora judicii ejus; & adorate eum qui fecit cælum & terram & mare & omnia quæ in eis ſunt.* Apoc. 14. Sic & Dominus in evangelio commemorationem facit primi & ſecundi præcepti dicens: *Audi Iſrael. Dominus Deus tuus Deus unus eſt. Et diliges Dominum tuum de toto corde tuo & de tota anima tua & de tota virtute tua. Hoc primum, & ſecundum ſimile huic: Diliges proximum tuum tamquam te. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ.* Matt. 22. D Et iterum: *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum & verum Deum & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.* Joa. 17.

CAP. III. Quæ comminatio Dei ſit adverſus eos qui idolis ſacrificant. In Exodo: *Sacrificans diis eradicabitur, niſi Domino ſoli.* Exo. 22. Item in Deuteronomio: *Sacrificaverunt dæmoniis, & non Deo.* Deut. 32. Item apud Eſaiam: *Adoraverunt eos quos fecerunt digiti eorum, & curvatus eſt homo, & humiliatus eſt vir, & non laxabo illis.* Iſa. 2. Et iterum: *Illis fudiſtis libamina, & illis impoſuiſtis ſacrificia. Super hæc ergo non indignabor, dicit Domi-* E *nus?* Iſa. 57. Item apud Hieremism: *Nolite ambulare poſt deos alienos ut ſerviatis eis, & ne adoraveritis eos, & ne incitetis me in operibus manuum veſtrarum ad diſperdendos vos.* Hier. 25. Item in apocalypſi: *Si quis adorat beſtiam & imaginem ejus, & accipit notam in fronte ſua aut in manu, bibet & ipſe de vino iræ Dei mixto in poculo iræ ejus, & punietur igne & ſulphure ſub oculis ſanctorum angelorum & ſub oculis agni, & fumus de tormentis eorum in ſæcula ſæculorum aſcendet; nec habebunt requiem die ac nocte quicumque adorant* F *beſtiam & imaginem ejus.* Apoc. 14.

CAP. IV. Non facile ignoſcere Deum idololatris. Moyſes in Exodo pro populo rogat, nec impetrat. *Precor*, ait, *Domine, deliquit populus hic delictum grande. Fecerunt ſibi* [12] *deos aureos. Et nunc ſi dimittis illis delictum, dimitte. Sin autem, dele me de libro quem ſcripſiſti. Et dixit Dominus ad Moyſen: Si quis deliquit ante me, deleam eum de libro meo.* Exo. 32. Item cum Hieremias pro populo deprecaretur, Dominus ad eum loquitur dicens: *Et tu noli orare pro populo hoc, & noli poſtulare pro ipſis in prece & oratione; quia* Hier. 7.

non

non exaudiam in tempore quo invocabunt me, in
Ezech. 14. *tempore afflictionis ſuæ*. Ezechiel quoque hanc
eamdem denuntiat indignationem Dei his qui
in Deum delinquunt. *Et fuit*, inquit, *verbum
Domini ad me dicens: Fili hominis, terra quæ-
cumque peccaverit mihi ut delinquat delictum, ex-
tendam manum meum ſuper eam, & obteram ſta-
bilimentum panis, & immittam in eam famem,
& auferam de ea hominem & pecora. Et ſi fue-
rint tres viri hi in medio ejus, Noe, Daniel,
& Job, non liberabunt filios neque filias, ipſi ſoli*
1. Reg. 2. *ſalvi erunt*. Item in libro regnorum primo: *Si
delinquendo peccet vir adverſus virum, orabunt pro
eo Dominum. Si autem in Deum peccet homo,
quis orabit pro eo?*

CAP. V. Quod ſic idololatriæ indignetur Deus ut præ-
ceperit etiam eos interfici qui ſacrificare & ſer-
Deut. 13. vire idolis ſuaſerint. In Deuteronomio: *Quod
ſi rogaverit te frater tuus, aut filius tuus, aut
filia tua, aut uxor tua, quæ eſt in ſinu tuo, aut
amicus tuus, qui æqualis eſt animæ tuæ, latenter
dicens, Eamus & ſerviamus diis alienis, diis
gentium, non conſenties ei, & non exaudies eum,
& non parcet oculus tuus ſuper eum, & non ce-
labis eum, annuntians annuntiabis de illo. Manus
tua erit ſuper eum, in primis interficere eum, &
manus omnis populi poſtremo; & lapidabunt eum
& morietur, quoniam quæſivit avertere te a Do-
mino Deo tuo*. Et iterum loquitur Dominus &
dicit nec civitati parcendum, etiamſi univerſa
Deut. 13. conſenſerit ad idololatriam: *Aut [11] ſi audieris
in una ex civitatibus quas Dominus Deus tuus
dabit tibi inhabitare te illic dicentes, Eamus &
ſerviamus diis aliis quos non noſti, interficiens ne-
cabis omnes qui ſunt in civitate cæde gladii, &
incendes civitatem igni, & erit ſine habitacula in
æternum. Non reædificabitur etiam nunc, ut aver-
tatur Dominus ab indignatione iræ ſuæ. Et dabit
tibi miſericordiam, & miſerebitur tui, & multi-
plicabit te, ſi exaudieris vocem Domini Dei tui,
& obſervaveris præcepta ejus*. Cujus præcepti &
1. Mach. 2. vigoris memor Mathathias interfecit eum qui
ad aram ſacrificaturus acceſſerat. Quod ſi ante
adventum Chriſti circa Deum colendum & ido-
la ſpernenda hæc præcepta ſervata ſunt, quan-
to magis poſt adventum Chriſti circa Deum
colendum ſervanda ſunt, quando ille veniens
non verbis tantum nos hortatus ſit, ſed & fa-
ctis, poſt omnes injurias & contumelias paſ-
ſus quoque & crucifixus, ut nos pati & mo-
ri exemplo ſuo doceret, ut nulla ſit homini
excuſatio pro ſe non pati, cum paſſus ſit ille
pro nobis, & cum ille paſſus ſit pro alienis
peccatis, multo magis pro peccatis ſuis pati
unumquemque debere. Et ideo in evangelio
Matt. 10. comminatur & dicit: *Quicumque confeſſus fuerit
me coram hominibus, & ego confitebor eum coram
patre meo qui in cælis eſt. Qui autem negaverit
me coram hominibus, & ego negabo eum coram
patre meo qui in cælis eſt*. Item apoſtolus Pau-
2. Tim. 2. lus: *Si enim commorimur*, inquit, *& convive-
mus; ſi toleramus, & conregnabimus; ſi negave-*
1. Joan. 2. *rimus, & ipſe negabit nos*. Item Joannes: *Qui
negat filium, neque patrem habet. Qui confitetur
filium, & filium & patrem habet*. Unde nos
ad contemtum mortis hortatur Dominus &
Matt. 10. corroborat dicens: *Nolite timere eos qui occi-
dunt corpus; animam autem non poſſunt occidere.
Magis autem metuite eum qui poteſt animam &*

A *corpus occidere in gehennam*. Et iterum: *Qui* Joan. 12.
*amat animam ſuam, perdet eam; & qui odit
animam ſuam in iſto ſæculo, in vitam æternam [14]
conſervabit illam*.

Quod redempti & vivificati Chriſti ſanguine CAP. VI.
nihil Chriſto præponere debeamus. In evange-
lio Dominus loquitur & dicit: *Qui diligit pa-* Matt. 10.
*trem aut matrem ſuper me [15] non eſt me dignus,
& qui diligit filium aut filiam ſuper me non eſt me
dignus*. Sic & in Deuteronomio ſcriptum eſt:
Qui dicunt patri & matri, non novi te, & filios Deut. 33.
B *ſuos non agnoverunt, hi cuſtodierunt præcepta tua
& teſtamentum tuum ſervaverunt*. Item apoſto-
lus Paulus: *Quis nos*, inquit, *ſeparabit a ca-* Rom. 8.
*ritate Chriſti, preſſura, an anguſtia, an perſecu-
tio, an fames, an nuditas, an periculum, an
gladius, ſicut ſcriptum eſt: Quia propter te [16]* Pſal. 43.
*occidimur tota die, æſtimati ſumus ut oves victi-
mæ, ſed in his omnibus [17] ſuperamus propter eum
qui dilexit nos*. Et iterum: *Non eſtis veſtri. Em-* 1. Cor. 6.
*pti enim eſtis pretio magno. Clarificate & portate
Deum in corpore veſtro*. Et iterum: *Pro omnibus* 2. Cor. 5.
mortuus eſt Chriſtus, ut & qui vivunt, jam non
C *ſibi vivant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt &
reſurrexit*.

Ereptos de faucibus diaboli & de laqueis ſæ- CAP. VII.
culi liberatos non debere denuo ad ſæculum re-
verti, ne perdant quod evaſerint. In Exodo
Judaicus populus ad umbram noſtri & imagi-
nem præfiguratus, cum Deo tutore & vindice
evaſiſſet Pharaonis atque Ægypti, id eſt dia-
boli & ſæculi, duriſſimam ſervitutem, circa
Deum perfidus & ingratus, adverſus Moyſen
muſſitat, reſpiciens ſolitudinis ac laboris incom-
moda, & non intelligens libertatis ac ſalutis
D beneficia divina, & reverti quærit ad Ægypti
hoc eſt ad ſæculi ſervitutem unde fuerat exu-
tus, cum magis fidere deberet in Deum &
credere quoniam qui a diabolo & ſæculo libe-
rat populum ſuum protegit liberatum. *Quid* Exo. 14.
hoc nobis, inquiunt, *feciſti [18] in ejicienda nos de
Ægypto? Melius eſt nobis ſervire Ægyptiis quam
mori in ſolitudine hac. Et dixit Moyſes ad po-
pulum: Fidite & ſtate & cernite ſalutem quæ a
Domino eſt, quam vobis faciet hodie. Dominus
ipſe pugnabit pro vobis, & vos tacebitis*. Quod
E nos admonens in evangelio ſuo Dominus, &
docens ne ad diabolum rurſus & ad ſæculum
quibus renuntiavimus & unde evaſimus rever-
tamur, dicit: *Nemo retro attendens & ſuper-* Luc. 9.
ponens manum ſuam ſuper aratrum aptus eſt re- & 17.
gno Dei. Et iterum: *Et qui in agro eſt non
convertatur retro. Memores eſtote uxoris Loth*.
Ac ne quis aliqua vel cupiditate rerum vel
ſuorum dulcedine retardetur quo minus Chri-
ſtum ſequatur, addit & dicit: *Qui non renun-* Luc. 14.
tiat omnibus quæ ſunt ejus non poteſt meus eſſe
F *diſcipulus*.

Inſiſtendum eſſe & perſeverandum in fide & CAP. VIII.
virtute & cæleſtis ac ſpiritalis gratiæ conſum-
matione, ut ad palmam & coronam poſſit per-
veniri. In Paralipomenon: *Dominus vobiſcum* 2. Paral. 15.
*eſt quamdiu & vos eſtis cum ipſo. Si autem de-
reliqueritis eum, derelinquet vos*. Item apud
Ezechielem: *Juſtitia juſti non liberabit eum in* Ezech.
quacumque die exerraverit. Item in evangelio 33.
Dominus loquitur & dicit: *Qui perſeveraverit* Matt. 10.
uſque in finem, hic ſalvus erit. Et iterum: *Si* Joan. 8.
permanſeritis in verbo meo, vere diſcipuli mei

eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas libera- A
bit vos. Præmonens quoque nos paratos ſem-
per eſſe debere & expeditos in procinctu firmi-
Luc. 12. ter ſtare, addit & dicit: *Sint lumbi veſtri præ-*
cincti, & lucernæ ardentes, & vos ſimiles homi-
nibus exſpectantibus dominum ſuum quando rever-
tatur a nuptiis, ut cum venerit & pulſaverit ape-
riant ei. [19] *Felices ſervi illi quos adveniens domi-*
nus invenerit vigilantes. Item beatus apoſtolus
Paulus ut fides noſtra proficiat & creſcat & ad
1. Cor. 9. ſumma perveniat hortatur dicens: *Neſcitis quo-*
niam qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, B
unus tamen accipit palmam. Sic currite [20] *ut oc-*
cupetis. Et illi quidem ut corruptibilem coronam
accipiant, vos autem incorruptam. Et iterum:
2. Tim. 2. *Nemo militans Deo obligat ſe moleſtiis ſæculari-*
bus, ut poſſit placere cui ſe probavit. Sed & ſi
certaverit quis, non coronabitur, niſi legitime pu-
Rom. 12. *gnaverit*. Et iterum: *Oro autem vos, fratres,*
per miſericordiam Dei ut conſtituatis corpora ve-
ſtra hoſtiam viventem, ſanctam, placentem Deo;
nec configuremini ſæculo huic, ſed transformamini
in renovatione ſpiritus, ad probandum quæ ſit vo-
luntas Dei bona & placens & perfecta. Et ite- C
Rom. 8. rum: *Sumus filii Dei. Si autem filii, & here-*
des Dei, coheredes autem Chriſti, ſiquidem com-
patiamur, ut & commagnificemur. Et in apoca-
lypſi eadem loquitur divinæ prædicationis hor-
Apoc. 3. tatio dicens: *Tene quod habes, ne alius accipiat*
coronam tuam. Quod exemplum perſeverandi &
permanendi deſignatur in Exodo, ubi Moyſes
ad ſuperandum Amalech, qui figuram porta-
bat diaboli, in ſigno & ſacramento crucis ad-
levabat ſupinas manus, nec vincere adverſa-
rium potuit niſi poſtquam ſtabilis in ſigno ad- D
Exo. 17. levatis jugiter manibus perſeveravit. *Et factum*
eſt, inquit, *cum levabat Moyſes manus, præva-*
lebat Iſrael; ubi autem ſubmiſerat manus, inva-
leſcebat Amalech. Et accepto lapide ſuppoſuerunt
ſub eo, & ſedebat ſuper eum. Et Aaron & Ur
ſuſtentabant manus ejus hinc & inde; & factæ
ſunt manus Moyſi ſtabiles uſque in occaſum ſolis.
Et [21] *fugavit Jeſus Amalech & omnem populum*
ejus. Et dixit Dominus ad Moyſen: Scribe hoc
ut ſit memoria in libro, & da in aures Jeſu,
quoniam deletione deleam memoriam Amalech de
ſub cælo. E

CAP. IX.

Ad hoc preſſuras & perſecutiones fieri ut
probemur. In Deuteronomio: *Tentat vos Do-*
Deut. 13. *minus Deus veſter, ut ſciat ſi diligitis Dominum*
Deum veſtrum ex toto corde veſtro & ex tota ani-
ma veſtra & ex tota virtute veſtra. Et iterum
Eccli. 27. apud Salomonem: *Vaſa figuli probat fornax, &*
homines juſtos tentatio tribulationis. Paulus quo-
Rom. 5. que paria teſtatur ac loquitur dicens: *Gloria-*
mur in ſpe claritatis Dei. Non ſolum autem, ſed
& gloriamur in preſſuris, ſcientes quoniam preſſura
tolerantiam operatur, tolerantia autem probatio- F
nem, probatio autem ſpem, ſpes autem non confun-
dit, quia dilectio Dei infuſa eſt in cordibus noſtris
per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Et Pe-
1. Pet. 4. trus in epiſtola ſua ponit & dicit: *Cariſſimi,*
nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad
tentationem veſtram fit, nec excidatis tamquam
novum aliquid vobis contingat. Sed quotieſcumque
communicatis Chriſti paſſionibus, per omnia gaude-
te, ut & in revelatione facta claritatis ejus gau-
dentes exſultetis. Si improperatur vobis in nomine
Chriſti, beati eſtis, quia majeſtatis & virtutis
Domini nomen in vobis requieſcit: quod quidem ſe-
cundum illos blaſphematur, ſecundum nos autem
honoratur.

CAP. X.

[22] Timendas non eſſe injurias & pœnas per-
ſecutionum, [23] quia major eſt Dominus ad pro-
tegendum quam diabolus ad impugnandum.
Joannes in epiſtola ſua probat dicens: *Major* 1. Joa. 4.
eſt qui in vobis eſt quam qui in iſto mundo. Item
in pſalmo CXVII. *Non metuam quid mihi faciat*
homo, Dominus mihi auxiliator eſt. Et iterum:
Iſti in curribus & iſti in equis, nos autem in no- Pſal. 19.
mine Domini Dei noſtri magnificabimus. [24] *Ipſi*
obligati ſunt & ceciderunt, nos autem ſurreximus
& erecti ſumus. Et adhuc fortius docens & oſten-
dens ſpiritus ſanctus caſtra diaboli non timen-
da, & ſi bellum nobis hoſtis indixerit, in ipſo
magis bello ſpem noſtram conſiſtere, & [25] con-
greſſione illa juſtos ad divinæ ſedis & ſalutis æ-
ternæ præmium pervenire, in pſalmo XXVI.
ponit & dicit: *Si directa fuerint in me caſtra,*
non timebit cor meum; ſi exſurrexerit ſuper me
bellum, in illud ego ſperabo. Unam petii a Do-
mino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Do-
mini per omnes dies vitæ meæ. Item in Exodo
declarat ſcriptura divina preſſuris multiplicari
nos potius & augeri dicens: *Quantoque eos de-* Exo. 1.
primebant, tanto plures fiebant, & invaleſcebant
magis. Et in apocalypſi protectio divina pro-
mittitur paſſionibus noſtris. *Nihil*, inquit, *eo-* Apoc. 2.
rum timeas quæ paſſurus es. Nec alius ſecurita-
tem nobis & protectionem pollicetur quam qui
& per Eſaiam prophetam loquitur dicens: *No-* Iſa. 43.
li timere, quia te redemi, & vocavi te nomine
tuo, meus es tu. Et ſi tranſieris per aquam, te-
cum ſum, & flumina te non inundabunt. Et ſi
tranſieris per ignem, flamma te non comburet, quo-
niam ego Dominus Deus tuus ſanctus Iſrael, qui
te ſalvum facio. Qui & in evangelio promittit
auxilium divinum Dei ſervis in perſecutioni-
bus non defuturum dicens: *Cum autem vos tra-* Matt. 10.
diderint, nolite cogitare quomodo aut quid loqua-
mini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loqua-
mini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiri- Marc. 13.
tus patris veſtri qui loquitur in vobis. Et iterum:
Ponite in cordibus veſtris non præmeditari excuſa- Luc. 21.
re. Ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui
non poterunt reſiſtere adverſarii veſtri. Sicut in
Exodo ad Moyſen cunctantem & ad populum
ire trepidantem Deus loquitur dicens: *Quis* Exo. 4.
dedit os homini, & quis fecit [26] *mogilalum, &*
quis ſurdum, & quis videntem & cæcum? Non-
ne ego Dominus Deus? Et nunc perge, & ego
aperiam os tuum, & inſtruam te quid loquaris.
Nec difficile eſt Deo aperire os hominis devo-
ti ſibi & confeſſori ſuo inſpirare conſtantiam &
fiduciam loquendi, qui in Numeris adverſus Num. 22.
Balaam prophetam etiam aſinam fecerit loqui.
Quare in perſecutionibus nemo cogitet quod
periculum diabolus importet, ſed immo conſi-
deret quod auxilium Deus præſtet; nec men-
tem labefactet humana infeſtatio, ſed corrobo-
ret fidem divina protectio; quando unuſquiſque
ſecundum dominica promiſſa & fidei ſuæ meri-
ta tantum accipiat de Dei ope quantum ſe cre-
dat accipere nec ſit quod omnipotens præſtare
non poſſit, niſi ſi accipientis fides caduca de-
fecerit.

Ante

CAP. XI. Ante prædictum eſſe quod nos mundus odio
habiturus eſſet, & quod perſecutiones adver-
ſum nos excitaret, & quod nihil novum chri-
ſtianis accidat, quaodo ab initio mundi booi
laboraverint, & oppreſſi atqne occiſi ſint juſti
ab injuſtis. Dominus in evangelio præmonet
Joan. 15. & prænuntiat dicens: *Si mundus vos odit, ſci-
tote quoniam me primo odiit. Si de mundo eſſetis,
mundus quod ſuum eſſet amaret; ſed quia de mun-
do non eſtis, & ego elegi vos de mundo, propter-
ea odit vos mundus. Mementote ſermonis quem
dixi vobis: Non eſt ſervus major domino ſuo. Si
me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.* Et ite-
Joan. 16. rum: *Veniet hora ut omnis qui vos occiderit putet
ſe officium Deo facere; ſed hoc facient, quoniam
non cognoverunt patrem neque me. Hæc autem lo-
cutus ſum vobis ut cum venerit hora eorum* [17] *me-
Joan. 16. mores ſitis quia ego dixi vobis.* Et iterum: *Amen
amen dico vobis, quoniam vos plorabitis & plan-
getis, ſæculum autem gaudebit; vos triſtes eritis,
ſed triſtitia veſtra in lætitiam veniet.* Et iterum:
Joan. 16. *Hæc locutus ſum vobis ut in me pacem habeatis,*
[18] *in ſæculo autem preſſuram; ſed fidite, quonium
ego vici ſæculum.* Et cum a diſcipulis ſuis inter-
rogaretur de ſigno adventus ſui & conſumma-
Matt. 24. tionis mundi, reſpoodit & dixit: *Cavete ne
quis vos fallat. Multi enim venient in nomine meo
Marc. 13. dicentes, Ego ſum Chriſtus, & multos fallent.
Incipietis autem audire* [19] *bella & auditus bello-
rum. Videte, nolite tumultuari. Oportet enim hæc
Luc. 21. fieri. Sed nondum eſt finis. Exſurget enim gens ſu-
per gentem & regnum ſuper regnum, & erunt fa-
mes & terræ motus & peſtilentiæ per ſingula loca.
Omnia autem iſta initia parturitionum ſunt. Tunc
tradent vos in preſſuram, & interficient vos, &
eritis odibiles omnibus gentibus propter nomen meum.
Et tunc ſcandalizabuntur multi, & invicem tra-
dent, & odient invicem. Et multi pſeudoprophetæ
exſurgent & ſeducent multos; & eo quod facinus
abundet, refrigeſcet caritas multorum. Qui autem
toleraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Et
prædicabitur evangelium iſtud regni per totum or-
bem terræ in teſtimonium omnibus gentibus, &
tunc veniet finis. Cum ergo videritis abominatio-
Dan. 9. nem* [20] *vaſtationis quæ dicta eſt per Danielem pro-
phetam ſtantem in loco ſancto, (qui legit intelli-
gat) tunc qui in Judæa ſunt fugiant in montes, &
qui in tecto eſt non deſcendat tollere quidquam de
domo, & qui in agro eſt non convertatur retro au-
ferre veſtimentum ſuum. Væ autem prægnantibus
&* [21] *nutrientibus in illis diebus. Orate autem ne
fiat fuga veſtra hieme neque ſabbato. Erit enim
tunc preſſura magna, qualis non eſt facta ab ini-
tio mundi uſque nunc, ſed neque fiet; & niſi bre-
viati eſſent dies illi, non eſſet* [22] *ſalva omnis caro.
Propter electos autem breviabuntur illi dies. Tunc
ſi quis dixerit vobis, Ecce* [23] *hic eſt Chriſtus, aut
Ecce illic, nolite credere. Surgent enim pſeudo-
chriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna
&* [24] *prodigia ad errorem faciendum, ſi fieri po-
teſt, etiam electis. Vos autem cavete. Ecce præ-
dixi vobis omnia. Si ergo dixerint vobis, Ecce in
ſolitudine eſt, nolite exire; Ecce in cubiculis, no-
lite credere. Sicut enim coruſcatio exit ab oriente,
& apparet uſque ad occidentem, ita erit & adven-
tus filii hominis. Ubi fuerit* [25] *cadaver, illuc col-
ligentur aquilæ. Continuo autem poſt preſſuram die-
rum illorum ſol* [26] *tenebreſcet, & luna non dabit
lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & virtutes*

A *cælorum movebuntur. Et tunc apparebit ſignum fi-
lii hominis in cælo, & lamentabuntur omnes tribus
terræ, & videbunt filium hominis venientem in nu-
bibus cæli cum virtute magna & claritate. Et mit-
tet angelos ſuos* [27] *cum tuba magna. Et colligent
electos ejus a quatuor ventis, a ſummis cælorum
uſque ad ſummitates eorum.* Nec nova aut repen-
tina hæc ſunt quæ nunc accidunt chriſtianis,
cum boni ſemper & juſti & Deo innocentiæ
lege ac veræ religionis timore devoti per preſ-
ſuras & injurias & graves ac multiformes infe-
B ſtationum pœnas anguſti itineris difficultate gra-
diantur. Sic in origine ſtatim mundi Abel ju- Gen. 4.
ſtus a fratre primus occiditur, & Jacob fuga-
tur, & Joſeph venumdatur, & David miſeri- 1. Reg 23.
cordem Saul rex perſequitur, & Heliam ma- 3. Reg. 19
jeſtatem Dei conſtanter ac fortiter aſſerentem
rex Achab opprimere conatur. Zacharias ſa-
cerdos interficitur in medio templi & altaris,
ut illic hoſtia ipſe fiat ubi Deo hoſtias immo-
labat. Tot denique martyria juſtorum ſæpe ce-
lebrata, tot edita in poſterum fidei & virtutis
exempla. Tres pueri, Ananias, Azarias, Mi-
C ſahel, ætate compares, dilectione concordes,
fide ſtabiles, virtute conſtantes, flammia ac
pœnis urgentibus fortiores, ſoli ſe Deo ſervi-
re, ſolum noſſe, ſolum colere proclamant di-
centes: *Nabuchodonoſor rex, non opus eſt nobis* Dan. 3.
*de hoc verbo reſpondere tibi. Eſt enim Deus, cui
nos ſervimus, potens nos eripere de camino ignis
ardentis; & de manibus tuis, rex, liberabit nos.
Et ſi non, notum ſit tibi quia diis tuis non ſervi-
mus &* [28] *imaginem auream quam ſtatuiſti non a-
doramus.* Et Daniel Deo devotus & ſancto ſpi-
D ritu pleous exclamat & dicit: *Nihil colo ego* Dan. 14.
*niſi Dominum Deum meum, qui condidit cælum &
terram.* Tobias quoque ſub regali licet ac ty-
rannica ſervitute, ſenſu tamen ac ſpiritu liber,
confeſſionem ſuam Deo ſervat, & virtutem
majeſtatemque divinam ſublimiter prædicat di-
cens: *Ego in terra captivitatis meæ confiteor illi,* Tob. 13.
& oſtendo virtutem ejus in natione peccatrice. Quid
vero in Machabæis ſeptem fratres & natalium 2. Mach.
pariter & virtutum ſorte conſimiles ſeptena- 7.
rium numerum ſacramento perfectæ conſum-
mationis implentes? Sic ſeptem fratres in mar-
E tyrio cohærentes ut primi in diſpoſitione divi-
na ſeptem dies annorum ſeptem millia conti-
nentes, ut ſeptem ſpiritus & angeli ſeptem qui
aſſiſtunt & converſantur ante faciem Dei, &
lucerna ſeptiformis in tabernaculo martyrii, &
in apocalypſi ſeptem candelabra aurea, & apud Apoc. 1.
Salomonem columnæ ſeptem, ſuper quas ædi- Prov. 9.
ficavit domum ſapientia, ita & iſtic ſeptena-
rius fratrum numerus eccleſias ſeptem numeri
ſui quantitate complexus, ſecundum quod in
primo regnorum libro legimus ſterilem ſeptem 1. Reg. 2.
F peperiſſe. Et apud Eſaiam ſeptem mulieres Iſa. 4.
unum hominem apprehendnot, cujus iovocari
ſuper ſe nomen expoſcunt. Et apoſtolus Pau-
lus, qni hujus numeri legitimi & certi memi-
nit, ad ſeptem eccleſias ſcribit. Et in apoca- Apoc. 1.
lypſi Dominus mandata ſua divina & præcepta
cæleſtia ad ſeptem eccleſias & earum angelos
dirigit. Qui nunc iſtic numerus in ſeptem fra-
tribus invenitur, ut conſummatio legitima com-
pleatur. Cum ſeptem liberis plane copulatur &
mater origo & radix; quæ eccleſias ſeptem poſt-
modum peperit, ipſa prima & una [29] ſuper
Petrum

Petrum Domini voce ſundata. Nec vacat quod in paſſionibus ſola cum liberis mater eſt. Martyres enim qui ſe Dei filios in paſſione teſtantur, jam non niſi Deo patre cenſentur, ſicut *Matt. 23.* in evangelio Dominus docet dicens: *Ne vocaveritis vobis patrem ſuper terram. Unus eſt enim pater veſter qui in cælis eſt.* Quæ vero ediderunt confeſſionum præconia, quam præclara, quam *2. Mach. 7.* magna documenta fidei præbuerunt? Rex Antiochus infeſtus, immo in Antiocho antichriſtus expreſſus, ora martyrum glorioſa & ſpiritu confeſſionis invicta contagio ſuillæ carnis maculare quærebat, & cum flagellis graviter verberaſſet, ac nihil promovere potuiſſet, ſartagines juſſit igniri: quibus ignitis & accenſis, eum qui primus locutus fuerat & magis regem virtutis & fidei conſtantia provocaverat admoveri præcepit & frigi, producta & exſecta prius lingua quæ confeſſa Deum fuerat. Quod martyri glorioſius contigit. Lingua enim quæ confeſſa nomen Dei fuerat prior ad Deum debuit ipſa proficiſci. Poſt in ſecundo excogitatis acrioribus pœnis, antequam cetera membra torqueret, cutem capitis cum capillis detraxit, odio ſcilicet certo. Nam cum caput viri Chriſtus ſit, & caput Chriſti Deus, qui caput laniabat in martyre, Deum & Chriſtum perſequebatur in capite. At ille in martyrio ſuo fidens & reſurrectionis ſibi præmium de Dei remuneratione promittens exclamavit & dixit: *Tu quidem* [40] *impotens ex hac præſenti vita nos perdis; ſed mundi rex defunctos nos pro ſuis legibus in æternam vitæ reſurrectionem ſuſcitabit.* Tertius linguam poſtulatus cito protulit. Nam pœnam linguæ exſecandæ jam didicerat a fratre contemnere. Manus quoque amputandas conſtanter extendit, multum beatus genere iſto ſupplicii, cui contigit extenſis ad pœnam manibus paſſionis dominicæ inſtar imitari. Necnon & quartus pari virtute tormenta contemnens & ad retundendum regem cæleſti voce reſpondens exclamavit & dixit: *Potius eſt ab hominibus morti datos exſpectare ſpem a Deo iterum ab eo ſuſcitandos in vitam æternam. Tibi enim reſurrectio ad vitam non erit.* Quintus, præter quod carnificinam regis & duros varioſque cruciatus fidei vigore calcabat, ad præſcientiam quoque & notitiam futurorum ſpiritu divinitatis animatus prophetavit regi indignationem Dei & ultionem velociter ſecuturam. *Poteſtatem*, inquit, *inter homines habens, cum ſis corruptibilis, facis quod vis? Noli autem putare genus noſtrum a Deo derelictum eſſe. Suſtine & vide magnam poteſtatem ejus, qualiter te & ſemen tuum torquebit.* Quale illud levamentum fuit martyri, [41] quam magnum, quam grande ſolatium, in cruciatibus ſuis non tormenta propria cogitare, ſed tortoris ſui ſupplicia prædicare? In ſexto vero non virtus ſola, ſed & humilitas prædicanda eſt, nihil ſibi martyrem vindicaſſe, nec confeſſionis ſuæ honorem ſuperbis vocibus ventilaſſe, peccatis potius ſuis adſcripſiſſe quod perſecutionem a rege pateretur, Deo vero dediſſe quod poſtmodum vindicaretur. Docuit eſſe martyres verecundos, de ultione fidere, & nihil in paſſione jactare. *Noli*, inquit, *fruſtra errare. Nos enim propter noſmetipſas hæc patimur, peccantes in Deum noſtrum. Tu autem ne te exiſtimes* [41] *impunitum futurum, aggreſſus pugnare cum Deo.* Admirabilis

A quoque mater, quæ nec ſexus infirmitate fracta, nec multiplici orbitate commota, morientes liberos ſpectavit libenter, nec pœnas illas pignorum, ſed glorias computavit, tam grande martyrium Deo præbens virtute oculorum ſuorum quam præbuerant filii ejus tormentis & paſſione membrorum. Cum ſex punitis & occiſis ſupereſſet unus ex fratribus, cui rex divitias & potentatus & multa pollicebatur ut crudelitas ejus ac feritas vel unius ſubacti ſolatio foveretur, & peteret ut ad filium dejiciendum ſecum deprecaretur & mater, deprecata B eſt illa, ſed ut decebat martyrum matrem, ut decebat legis & Dei memorem, ut decebat filios ſuos non delicate ſed fortiter diligentem. Deprecata eſt enim, ſed ut Deum confiteretur. Deprecata eſt ne a fratribus ſuis frater in conſortio laudis & gloriæ ſepararetur, tunc ſe ſeptem filiorum computans matrem, ſi ſibi contingeret filios ſeptem Deo potius peperiſſe, non ſæculo. Armans itaque eum & corroborans, & feliciore tunc partu filium generans, *Fili*, inquit, *miſerere mei, quæ te in utero* [41] C *menſibus decem portavi, & lac triennio dedi & alui, & in ætatem iſtam perduxi. Oro, fili, aſpicias in cælum & terram, & omnibus quæ in eis ſunt aſpectis, intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus & hominum genus. Itaque, fili, ne timeas carnificem iſtum, ſed dignus fratribus effectus excipias mortem, ut in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam.* Magna laus matris in exhortatione virtutis, ſed major in Dei timore & in fidei veritate, quod nihil ſibi aut filio de ſex martyrum honore promiſit, nec fratrum D precem profuturam credidit [44] ad negantis ſalutem; [41] perſuaſit potius participem paſſionis fieri, ut in judicii die poſſet cum fratribus inveniri. Poſt hæc liberis ſuis commoritur & mater. Neque enim aliud jam decebat quam ut quæ martyres pepererat & fecerat in conſortio illis gloriæ jungeretur, & quos ad Deum præmiſerat ipſa quoque ſequeretur. Ac ne quis vel libelli vel alicujus rei oblata ſibi occaſione qua fallat amplectatur decipientium malum munus, nec Eleazarus tacendus eſt; qui cum ſibi a miniſtris regis offerretur facultas ut accepta E carne qua liceret ſibi veſci, ad circumveniendum regem ſimularet ſe illa edere quæ de ſacrificiis atque illicitis cibis ingerebantur, conſentire ad hanc fallaciam noluit dicens nec ætati ſuæ nec nobilitati convenire id fingere quo ceteri ſcandalizarentur & in errorem inducerentur, exiſtimantes Eleazarum nonaginta annos natum ad alienigenarum morem, relicta *2. Mach. 6.* & prodita Dei lege, tranſiſſe, nec tanti eſſe lucrari brevia vitæ momenta ut offenſo Deo incurreret æterna ſupplicia. Atque ille excruciatus diu, & in extremo jam conſtitutus, cum F inter verbera & tormenta moreretur, ingemiſcens ait: *Domine, qui ſanctam habes ſcientiam, manifeſtum eſt quia cum poſſim a morte liberari, duriſſimos dolores corporis tolero flagellis vapulans, animo autem propter tui ipſius metum libenter hæc patior.* Sincera prorſus fides & virtus integra ac ſatis pura, non regem Antiochum cogitaſſe, ſed Deum judicem, & ſciſſe proficere ſibi ad ſalutem non poſſe ſi hominem derideret ac falleret, quando Deus, qui conſcientiæ noſtræ judex eſt, & ſolus timendus eſt, nec derideri poſſit omnino nec falli. Si igitur & nos dicati

Deo

Deo ac devoti vivimus, ſi ſupra juſtorum antiqua & ſancta veſtigia iter facimus, per eadem documenta pœnarum, [46] per eadem paſſionum martyria pergamus, hoc ampliorem gloriam computantes temporis noſtri quod cum vetera exempla numerentur, exuberante poſtmodum copia virtutis ac fidei, numerari non poſſunt martyres chriſtiani, teſtante apocalypſi & dicente: *Poſt hæc vidi turbam magnam,* *Apoc. 7.* *quam dinumerare nemo poterat, ex omni gente, & ex omni tribu & populo & lingua, ſtantes in conſpectu throni & agni; & erant amicti ſtolas albas, & palmæ fuerunt in manibus eorum, & magno clamore dicebant: Salus Deo noſtro ſedenti ſuper thronum & agno. Et reſpondit unus ex ſenioribus dicens mihi: Hi qui amicti ſunt ſtolas albas, qui ſunt, & unde venerunt? Et dixi ei: Domine mi, tu ſcis. Et ait mihi: Hi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt ſtolas ſuas, & candidas eas fecerunt in ſanguine agni. Propter hoc ſunt in conſpectu throni Dei, & ſerviunt ei die ac nocte in templo ejus.* Quod ſi tantus oſtenditur & probatur chriſtianorum martyrum populus, nemo difficile vel arduum putet eſſe martyrem fieri, quando videat martyrum populum non poſſe numerari.

CAP. XII. Quæ ſpes & merces maneat juſtos & martyres poſt conflictationes hujus temporis & paſſiones per Salomonem ſpiritus ſanctus oſtendit *Sap. 3.* & præcinit dicens: *Etſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes eorum immortalitate plena eſt, & in paucis vexati, in multis bene diſponentur; quoniam Deus tentavit illos, & invenit illos dignos ſe. Tamquam aurum in fornace probavit illos, & quaſi holocauſta hoſtiæ accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorum.* [47] *Fulgebunt, & tamquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Judicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit dominus eorum in perpetuum.* Item apud eumdem vindicta noſtra deſcribitur, & perſequentium nos atque infeſtantium pœnitentia *Sap. 5.* prædicatur. *Tunc ſtabunt*, inquit, *juſti in magna conſtantia adverſus eos qui ſe anguſtiaverunt, & qui abſtulerunt labores eorum, videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, dicentes inter ſe,* [48] *pœnitentiam habentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudinem improperii. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam & finem illorum ſine honore. Quomodo ergo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt? Ergo erravimus a via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in iniquitatis via & perditionis, & ambulavimus ſolitudines difficiles, viam autem Domini ignoravimus. Quid nobis profuit ſuperbia, aut quid divitiarum jactatio contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tamquam umbra.* Item in pſalmo CXV. pretium & merces paſſionis oſtenditur. *Pretioſa eſt*, inquit, *in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.* Item in pſalmo CXXV. triſtitia conflictationis & lætitia retributionis exprimitur. *Qui ſeminant*, inquit, *in lacrimis, in gaudio metent. Ambulantes ambulabant & flebant, mittentes ſemina ſua; venientes autem venient in exſultatione portantes* [49] *gremia ſua.* Et iterum in pſalmo CXVIII. *Beati qui immaculati ſunt in via, qui ambulant* A *in lege Domini. Beati qui perſcrutantur martyria ejus, in toto corde exquirunt eum.* Item Dominus in evangelio, ultor ipſe perſecutionis noſtræ & remunerator paſſionis, *Beati*, inquit, *Matt. 5.* *qui perſecutionem paſſi fuerint propter juſtitiam, quia ipſorum eſt regnum cælorum.* Et iterum: *Beati eritis cum odio vos habuerint homines & ſeparaverint vos, & expulerint, & maledixerint nomini veſtro quaſi nequam propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exſultate. Ecce enim merces veſtra multa eſt in cælis.* Et iterum: *Qui perdiderit animam ſuam propter me, hic ſalvabit* B *illam.* Nec ſolos animadverſos & interfectos divinæ pollicitationis manent præmia, ſed etiam ſi ipſa paſſio fidelibus deſit, fides tamen integra atque invicta perſtiterit, & contemtis ac relictis ſuis omnibus Chriſtum ſe ſequi chriſtianus oſtenderit, ipſe quoque a Chriſto inter martyres honoratur, pollicente ipſo & dicente: *Nemo eſt qui relinquat domum, aut agrum, aut* *Luc. 18.* *parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat ſepties tantum in iſto tempore, in ſæculo autem venturo vitam æter-* C *nam.* Item in apocalypſi hoc idem loquitur: *Et vidi*, inquit, *animas occiſorum propter nomen* *Apoc. 20.* *Jeſu & ſermonem Dei.* Et cum primo in loco poſuiſſet occiſos, addidit dicens: *Et quicumque imaginem beſtiæ non adoraverunt, nec acceperunt inſcriptionem in fronte aut in manu ſua;* quos univerſos a ſe in eodem loco ſimul viſos conjungit & dicit: *& vixerunt & regnaverunt cum Chriſto.* Vivere omnes dicit & regnare cum Chriſto, non tantum qui occiſi fuerint, ſed & quique in fidei ſuæ firmitate & Dei timore per- D ſtantes imaginem beſtiæ non adoraverint, neque ad funeſta ejus & ſacrilega edicta conſenſerint. Plus nos accipere in paſſionis mercede quam quod hic ſuſtinemus in ipſa paſſione probat beatus apoſtolus Paulus, qui dignatione divina uſque in tertium cælum atque in paradiſum raptus audiſſe ſe inenarrabilia teſtatur, qui oculata fide Jeſum Chriſtum vidiſſe ſe gloriatur, qui id quod & didicit & vidit majori conſcientiæ veritate profitetur. *Non ſunt*, inquit, *2. Cor. 12.* *condignæ paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram claritatem quæ revelabitur in nobis.* Quis E ergo non omnibus viribus elaboret ad tantam claritatem pervenire, ut amicus Dei fiat, ut cum Chriſto ſtatim gaudeat, ut poſt tormenta & ſupplicia terrena præmia divina percipiat? Si militibus ſæcularibus glorioſum eſt ut hoſte devicto redeant in patriam triumphantes, quanto potior & major eſt gloria victo diabolo ad paradiſum triumphantem redire & unde Adam peccator ejectus eſt illuc proſtrato eo qui ante dejecerat tropæa victricia reportare, offerre Deo acceptiſſimum munus, incorruptam fidem, F & virtutem mentis incolumem, laudem devotionis illuſtrem, comitari eum cum venire cœperit vindictam de inimicis recepturus, lateri ejus aſſiſtere cum ſederit judicaturus, coheredem Chriſti fieri, angelis adæquari, cum patriarchis, cum apoſtolis, cum prophetis cæleſtis regni poſſeſſione lætari? Has cogitationes quæ perſecutio poteſt vincere, quæ poſſunt tormenta ſuperare? Durat fortis & ſtabilis religioſis meditationibus fundata mens, & adverſus omnes diaboli terrores & minas mundi animus immo-

immobilis perſtat quem futurorum fides certa & ſolida corroborat. Clauduntur oculi in perſecutionibus terræ, ſed patet cælum; minatur antichriſtus, ſed Chriſtus tuetur; mors infertur, ſed immortalitas ſequitur; occiſo mundus eripitur, ſed reſtituto paradiſus exhibetur; vita temporalis exſtinguitur, ſed [20] æterna reparatur. Quanta eſt dignitas & quanta ſecuritas exire hinc lætum, exire inter preſſuras & anguſtias glorioſum, claudere in momento oculos quibus homines videbantur & mundus, & aperire eoſdem ſtatim ut Deus videatur & Chri- A
ſtus? Tam feliciter migrandi quanta velocitas! Terris repente ſubtraheris, ut in regnis cæleſtibus reponaris. Hæc oportet mente & cogitatione complecti, hæc die ac nocte meditari. [21] Si talem perſecutionis dies invenerit Dei militem, vinci non poterit virtus ad prœlium prompta. Vel ſi accerſitio ante prævenerit, ſine præmio non erit fides quæ erat ad martyrium præparata. Sine damno temporis merces judice Deo redditur. In perſecutione militia, in pace conſcientia coronatur.

NOTÆ AD LIBRUM DE EXHORTATIONE MARTYRII.

1 QUamvis dubitari non poſſit quin hic liber ſit ſancti Cypriani, cui adſcribitur in omnibus antiquis codicibus & editionibus, vetus tamen error qui irrepſit in antiquas editiones epiſtolarum ſancti Hieronymi perſuaſit Mariano Victorio, ut obſervavit etiam Baronius, illum eſſe ſancti Hilarii epiſcopi Pictavienſis, argumento etiam ſumpto ex ſtilo; cum tamen alii contendant ſtilum auctoris iſtius libri congruere cum ſtilo Cypriani, non congruere cum ſtilo Hilarii. Pravam lectionem quæ irrepſerat in epiſtolas Hieronymi ſuſtulit diligentia virorum clariſſimorum Domni Petri Couſtant & Domni Joannis Martianay monachorum ordinis ſancti Benedicti, qui teſtantur veram ac genuinam lectionem quæ in nova operum ſancti Hieronymi editione habetur exſtare in omnibus codicibus manuſcriptis, nullo excepto. Unde autem ortus ſit hic error divinare conatus eſt Latinus Latinius, & puto divinaſſe. Conjecit enim vir doctiſſimus ſcriptum fuiſſe in margine cujuſdam libri *ad Fortunatum*, ut hæc nota reſponderet nomini Cypriani, idque poſtea in contextum temere relatum & non ſuo loco poſitum. Eſſe autem Cypriani hunc etiam, præter alia argumenta, probatur quod Hincmarus archiepiſcopus Remenſis, ut in margine obſervavit Sirmondus, in libro de prædeſtinatione pag. 73. refert ex Cypriano locum quemdam ex libro ſecundo Paralipomenon qui exſtat in capite octavo hujus operis Cyprianici. Quod autem Pearſonius in annalibus Cyprianicis contendit illud non eſſe Cypriani, ſed auctoris Cypriano junioris, ei non poſſum aſſentiri, cum nullas bonas rationes afferat pro aſſerenda illa ſua opinione. Falſus eſt autem Pamelius ſcribens primam libri iſtius editionem deberi Remboldo. Habetur enim in editione Spirenſi, ut recte monuerunt Angli, & in veteri Veneta.

2 *Jam cœpit*] Quamvis non conſtituerim reddere rationem omnium mutationum a me factarum in operibus ſancti Cypriani, putavi tamen reddere me debere in hoc loco, licet res ſit exigui momenti, ne quis putare poſſit me vocem *jam* ſtudio contradicendi poſuiſſe pro *nunc*. Feci ergo quia omnes libri veteres & omnes veteres editiones exhibent hanc lectionem.

3 *Imparatum militem*] Petronius: *Parata miles arma non habui*.

4 *Christo adhærens*] Hæc lectio conſtans eſt in omnibus antiquis editionibus & in omnibus antiquis libris tam noſtris quam Anglicanis. Quare miror Anglos editionem Pamelii, quæ bona non eſt, retinuiſſe contra veterum librorum & editionum fidem.

5 *Baptiſma majus*] id eſt baptiſma ſanguinis, quod explicatur paulo poſt.

6 *Elementa*] Quinque libri veteres & editio Anglicana addunt *vice deorum*. quod etiam mox habetur in initio primi capituli.

7 *Injurias & pœnas*] Codex Gratianopolitanus *injurias & pugnas*. ſic etiam codex ſancti Arnulphi.

8 *Quod idola*] Multum peccaverunt Angli in hoc loco & in initiis omnium capitulorum hujus libri & eorum quæ ſunt ad Quirinum. Poſuerunt enim in margine capitula quorum poſtea probationes ex ſcriptura affert Cyprianus. Ea vero quis divinare poſſet eſſe Cypriani, cum illi ſemper apponere ſoleant in margine ſummaria earum rerum quæ ſunt in contextu: ſummaria vero ipſorum ſint, non Cypriani nec veterum librariorum. Adde quod ineptum, ut mihi videtur, initium iſtius libri poſuerunt, incipientes a verbo *Oſtenditur*. Proclive eſſet interrogare quid hoc loco ſignificet vox *Oſtenditur*, quæ debet referri ad aliquid antecedens. Nos repoſuimus ſummaria capitum in contextu, uti par erat, exiſtimantes explodendam eſſe hanc novitatem, retinendam eſſe antiquitatem. Hæc enim ſummaria ſunt potius theſes, ad quarum probationem Cyprianus adducit teſtimonia ſequentia ex ſacra ſcriptura. ideoque in quibuſdam libris antiquis hæc ſummaria ſcripta ſunt majuſculis characteribus.

9 *Aut lunam*] Pamelius adjecit *rectores orbis terrarum* ex fide duorum veterum librorum, & quia ſic legitur in capite 13. libri Sapientiæ & apud ipſum Cyprianum lib. 3. teſtimoniorum cap. 59. ubi idem locus refertur. At ego cum illa non invenerim in nullo eorum veterum exemplarium quibus utor, deſint autem in omnibus editionibus Pamelianâ antiquioribus, ea ſuſtuli ab hoc loco.

10 *Quod Deus ſolus*] Tria ſunt initia iſtius capitis in antiquis exemplaribus. quædam enim habent: *Quod Deus ſolus ſit. In Exodo. Non erunt.* Alia vero: *Quod Deus ſolus colendus ſit. In Exodo. Dominum Deum tuum.* Alia denique: *Quod Deus colendus eſt, ſicut ſcriptum eſt: Deum tuum adorabis.* Atque ego hanc poſtremam lectionem amplexus ſum, quia nititur auctoritate quindecim veterum exemplarium. Sane ſi locorum ſacræ ſcripturæ quæ iſtic referuntur habenda eſſet ratio, dubium non eſſet quin retinenda fuerit emendatio poſteriorum editorum. Interdum quippe veteres ſcriptores per lapſum memoriæ loca ſacræ ſcripturæ laudant ex aliis locis, quam iis ubi vere habentur, nec ea licet emendare abſque auctoritate veterum librorum, ut exemplis oſtendemus in notis ad librum anonymum de rebaptiſmate. Itaque ſecurius viſum eſt retinere lectionem manuſcriptorum.

11 *Metuite potius*] Ita editio Spirenſis. Plerique codices habent *timete*. In quatuor ſcriptum eſt: *Audite potius Dominum*. In Beccenſi *Videte*.

12 *Deos aureos*] Quinque libri veteres addunt *& argenteos*. Vide notas ad librum de lapſis.

13 *Si audieris in una*] Hic locus refertur a Gratiano 23. q. 5. *Si audieris*. Ubi gloſſa ait Cyprianum fuiſſe interrogatum an mali poſt adventum Domini in hunc mundum morte ſint puniendi, & illum reſpondiſſe quod ſic, quia ſi ante adventum Chriſti hoc fiat, ut probatur auctoritate Deuteronomii & exemplo Malachiæ, multo potius poſt adventum Chriſti hoc fieri debet. Joannes vero de Turre cremata hinc collegit non eſſe parcendum malis qui multitudinem corrumpunt. Auctor gloſſæ non recurrit ad Cyprianum, & ideo erravit in facto.

14 *Conſervabit illam*] Duo libri veteres habent *ſalvabit*, alius *ſervabit*, alius denique *inveniat*.

15 *Non eſt me dignus*] Codex Seguierianus, *non eſt meus diſcipulus*.

16 *Occidimur*] Editio Morelliana & quidam libri veteres *mortificamur*, & mox *occiſionis*.

17 *Superamus*] Codex Veronenſis, *ſupervincimus*. Vide notas ad epiſtolam 26. pag. 87. ubi vox eadem reperitur.

18 *In ejiciendo*] Codex Fuxenſis *educenda*, & mox *eremo pro ſolitudine*. Hanc ultimam lectionem præferunt tres alii libri veteres.

19 *Felices ſervi*] Ita omnes veteres editiones ante Pamelianam. Eodem quoque modo ſcriptum eſt in libris noſtris & in Anglicanis.

20 *Ut occupetis*] Poſtea iſtic ſequitur in editione Manutiana & in Pameliana ſegmentum iſtud: *Omnis enim qui agonizat, continens eſt*. Verum cum illud deſit in codice Seguieriano, in antiquis editionibus, & in omnibus libris veteribus, duobus exceptis, additum a Manutio, omiſſum a Morellio, deinde repoſitum a Pamelio, nos delevimus. Vide notas ad epiſtolam octavam pag. 48.

21 *Fugavit Jeſus*] Codex Seguierianus, *fugavit Moyſes*.

22 *Ti-*

Digitized by Google

22 *Timendas non eſſe*] Reſtituimus in hoc loco duo membra iſtius periodi quæ Manutiana editio omiſerat, ſed Morellius repoſuerat. Cum autem exſtent in omnibus antiquis editionibus, putavimus eſſe reponenda, nam veteres libri non repugnant.

23 *Quia major eſt Dominus*] Rufinus lib. 5. hiſt. eccleſ. cap. 34. *Longe major eſt qui nos defendit, quam qui perſequitur*. Idem in pſal. 67. *Fortis armatus diabolus eſt, qui hunc mundum poſſidebat. Sed Chriſtus eo fortior veniens ipſum devicit.*

24 *Ipſi obligati ſunt*] Hæc eſt ſcriptura veterum editionum. Quo etiam modo legebat auctor libri de promiſſionibus & prædictionibus Dei inter opera Proſperi. Angli prætermiſſa lectione illa, poſuerunt: *Illis copulati ſunt pedes*. quam lectionem habent octodecim exemplaria noſtra, etiam Seguierianum, & editio Morellii, tum etiam ea quæ dicitur Gravii. Nonius Marcellus: *Copulantur* pro *copulant*. Et paulo infra: *Copulantur* pro *conjungunt*.

25 *Congreſſione illa*] Codex Seguierianus *congreſſionem illam juſtorum*.

26 *Mogilalum*] Ita legendum eſſe indicant omnes fere libri veteres quibus uſus ſum, in primis vero Seguierianus. Editio Manutii & codex Fuxenſis præferunt *mollogitum*. At *mogilalum* in ſuis exemplaribus legit Laelius Latinus, qui putat eam eſſe veram lectionem; aliam vero, quæ habet *mutum*, ſuppoſitam eſſe per temeritatem librariorum, qui multa mutarunt apud Cyprianum, præſertim in ſacræ ſcripturæ locis citatis, in quibus audax & imperitus quiſque librarius putavit ſibi impune licere omnia ad vulgatam editionem redigere. Quod etiam animadverſum eſt alicubi a Francisco Turriano. In evangelio Marci c. 9. legitur μογιλάλον. Vide gloſſarium Græcum Cangii pag. 941. in voce Μόγος.

27 *Memores ſitis*] Codex Fuxenſis *reminiſcamini*.

28 *In ſæc. av. preſſuram*] Hæc tantum in codicibus manuſcriptis, etiam in Seguieriano. Pamelius adjecit *habebitis* ex codice Affligenienſi, & quia ita etiam legitur in libro de Patientia, & tam Græce quam Latine apud Joannem. Verum vox *habebitis* deeſt in libro de Patientia in quibuſdam libris veteribus, etiam in Seguieriano. Eam tamen habent veteres editiones. Quod miror animadverſum non eſſe a Pamelio.

29 *Bella & auditus*] Duo libri veteres, *bella & opiniones bellorum*. Ita etiam in uno Bodlejano. Vide Eraſmi annotationes in hunc locum Matthæi.

30 *Vaſtationis*] Quatuor libri noſtri & unus Bodlejanus habent *deſolationis*. Sic etiam in capite nono Danielis & in capite 13. evangelii ſecundum Joannem.

31 *Nutrientibus*] Codex Pithœanus *nutricantibus*.

32 *Salva om. caro*] Duodecim libri noſtri & ſex Anglicani habent *liberaretur omnis caro*.

33 *Hic eſt Chriſtus*] Vide Eraſmi annotationes in hunc locum Matthæi.

34 *prodigia*] Neſcio an ea lectio præferenda ſit ei quam præferunt quindecim exemplaria vetera, in quibus ſcriptum eſt *portenta*, 2. Eſdræ cap. 9. *& dediſti ſigna atque portenta in Pharaone*. Anonymi liber de rebaptiſmate, *dabunt ſigna magna & portenta*.

35 *Cadaver*] Quamvis vocabulum *corpus*, quod habent veteres editiones & quidam libri veteres, optime congruat huic loco, cedere tamen cogor auctoritati octodecim librorum noſtrorum, & quinque Anglicanorum, in quibus ſcriptum eſt *cadaver*. Et ſtatim plures libri veteres habent *congregabuntur* pro *colligentur*. Vide Eraſmum in hunc locum Matthæi.

36 *Tenebreſcet*] Decem libri veteres habent *tenebricabit* vel *tenebricabitur*. Vide notas Frontonis Ducæi in homiliam ſecundam Chryſoſtomi ad populum Antiochenum.

37 *Cum tuba magna*] Sedecim libri veteres & antiquæ editiones habent *cum virtute magna & claritate*. Eraſmus, ut ſæpe fieri ſolet, in unum compegit duas lectiones veterum librorum, & poſuit *cum virtute magna & claritate, & cum tuba magna*. Sic etiam Morellius. Angli poſuerunt veram lectionem, ſed nihil attulerunt ex manuſcriptis.

38 *Imaginem*] Antea legebatur *ſtatuam*. Anglicana editio poſuit *imaginem*. Ea lectio nobis propterea magis placuit, quia illam invenimus in viginti libris noſtris & in ſeptem Anglicanis, tum etiam quia habetur lib. 3. teſtimoniorum cap. 10. Similem hiſtoriam refert Philoſtratus lib. 5. cap. 19. de vita Apollonii Tyanæi.

39 *Super Petrum*] Rigaltius admonet in codice Foxienſi ſcriptum fuiſſe *ſuper petram*, idque ſemet inſpexiſſe, ſed manum recentiorem, antiquam tamen, duobus obeliſcis perſtrinxiſſe *a* & ſuperpoſuiſſe *u*. At cum ego iſtud non invenerim in codice Fuxienſi, putare cogor Rigaltium alio interdum poſuiſſe Foxienſe pro quodam alio manuſcripto in quo id invenerat. In Seguieriano ſcriptum primo fuit *ſuper petram*, ſed poſtea poſita eſt antiquitus littera *u* ſuper litteram *a*, ut oſtenderetur legendum eſſe *Petrum*. Contra in codice Foſſatenſi ſcriptum primo fuit *ſuper Petrum*, ſed poſtea emendatum eſt antiquitus *ſuper petram*. Codex Thuanus & alii octo habent *ſuper Petrum*. Ego non dubito quin legendum ſit *Petrum*, quamvis decem libri veteres & veteres editiones habeant *petram*.

40 *Impotens*] Hanc lectionem intulit Eraſmus. Confirmant autem eam plures libri veteres & uſus Latinæ linguæ. Impotentia ſignificat nimis vehementem potentiam, & velut tyrannicum illius uſum. Quidam libri veteres & antiquæ editiones, etiam Morelliana, quod mirum eſt, præferunt *quia potens es*. Vide Lambinum ad Horatium lib. 1. od. 37.

41 *Quam magnum*] Revocavimus hæc duo vocabula, quæ exciderant in editione Rigaltii, & omiſſa ſunt in Anglicana. Illa enim exhibent omnes libri veteres & antiquæ editiones.

42 *Impunitum*] Ita veteres editiones & omnes fere libri veteres. Eraſmus mutavit & edidit *impune*. Quæ ſane lectio exſtat in quibuſdam libris veteribus.

43 *Menſibus decem*] Antea legebatur *novem*, quia antiquiores operum ſancti Cypriani editores putarunt fortaſſe ea quæ in illis citata reperiuntur ex ſcriptura ſacra debere emendari juxta editionem vulgatam. Quæ res mihi magnam ſemper viſa eſt habere difficultatem, cum certum ſit, ut ante me obſervatum eſt a viris doctiſſimis, Cyprianum alia verſione uſum eſſe. Cum itaque viderem eam diſcrepantiam, ſcirem autem Joſephum de eadem re tractaſſe in libro de imperio rationis, putabam me finem huic difficultati facile impoſiturum auctoritate ejus. Sed mea me fefellit opinio. Etenim ille poſtquam retulit hunc ſermonem matris ad filium, ſe illum novem menſibus in utero geſtaſſe, mox ait in pagina ſequenti ſanctiſſimos martyres dixiſſe matris uterum eos tuliſſe decem menſibus. Itaque ſemper remanet eadem difficultas. Recurrendum igitur eſt ad auctoritatem veterum exemplarium. Omnia fere quæ ego vidi, ſunt autem multa, habent *decem*. Sic etiam illa quibus uſi ſunt Angli. Pamelius, tametſi putaverit eam lectionem eſſe meliorem, in eaque ſententia fuerit etiam Rigaltius, maluerunt aliam retinere in contextu. Affert autem Pamelius plures auctoritates ut probet illam eſſe meliorem quæ habet *decem*. Ego multo plures afferre poſſem. Sed nolo eas afferre, ne earum lectio faſtidium creet lectoribus. Itaque annotabo tantum loca veterum qui infantes decimo menſe naſci aiunt. Lector ea poterit requirere, ſi libuerit. Videat Tertullianum in libro de anima, Arnobium lib. 1. adverſus gentes, Lactantium in libro de opificio Dei, Luciferum Calaritanum in libro de non parcendo delinquentibus in Deum, Hieronymum in epiſtola ad Rufinum de judicio Salomonis, & in epiſtola de vitando ſuſpecto contubernio, Auguſtinum lib. 4. cap. 5. de Trinitate, Prudentium in carmine de ſancto Romano martyre, Fulgentium Ferrandum in epiſtola ad Anatolium, ſanctum Vincentium Ferrarii ſermone in vigilia nativitatis Chriſti, Plautum in Amphitryone & in Ciſtellaria, Virgilium ecloga quarta, Ovidium lib. 1. & 5. faſtorum, & in epiſtola Oenones ad Macareum, Senecam in Thebaide, Quintilianum lib 8. cap. 3. inſtitutionum, Apulejum in apologia, A. Gellium lib. 3. cap. 16. & lib. 7. cap. 1. Julium Paulum lib. 1. tit. 9. Octavium Horatianum, Ulpianum in l. *Inteſtato* D. de ſuis & legitimis heredibus, Petrarcham lib. 13. rer. famil. epiſt. 1. ad Guidonem epiſcopum Pertuenſem, quæ a me edita eſt inter probationes hiſtoriæ gentis Arvernicæ, ubi etiam editum eſt teſtamentum Bernardi III. de Turre, in quo teſtatur de utero gravido per decem menſes. Vide etiam Victorem Vitenſem lib. 5. cap. 9. hiſtoriæ perſecutionis Vandalicæ. Fatendum tamen eſt lectionem quam ego repudio exſtare in quatuor antiquis exemplaribus, haberi etiam apud Hieronymum in epiſtola ad Euſtochium de virginitate ſervanda, & in epiſtola ad Helvidium. At ea quam retinui exſtat in novemdecim libris noſtris & in quatuor Anglicanis. Vide Pentecontarchum Laurentii Ramirez de Prado cap. 3.

44 *Ad negantis*] Codex Gratianopolitanus *abneganti*.

45 *Perſuaſit potius*] Epiſtola de honorandis parentibus edita inter opera Hieronymi: *Imitamini filium Machabæum, qui matri mortem ſuadenti ſervivit, & durum imperium gratanter aggreſſus eſt, ne offenderet genitricem. Maluit fratrum ſociari funeribus, quam voluntati matris obſiſtere.* Poteſt huic matris conſtantiæ comparari

parari aliquo modo alia mater, quæ numqoam voluit declarare ubi filium, qui quærebatur, occuliſſet, *nec ullis deinde terroribus aas morte conſtantiam vocis egregiæ mutavit*, apud Tacitum in libro ſecundo hiſtoriarum.

46 *Per ead. paſſ. mart. pergamus*] Codex Thuanus *ad martyrii gloriam pergamus*. Gratianopolitanus *ad martyrii paſſionem pergamus*.

47 *Fulgebunt*] Hoc ſegmentum addidimus ex qoatuor libris veteribus. Non exſtat tameo io Seguieriano. Vide notas ad epiſtolam 81.

48 *Pœnit. habentes*] Ita veteres editiones, quatuordecim libri noſtri, & quinque Anglicani. Vide notas ad extremam partem epiſtolæ ad Demetrianum.

49 *Gremia ſua*] Sex libri veteres *manipulos ſuos*.

50 *Æterna reparatur*] Codex Seguierianus *æternitas repræſentatur*.

51 *Si ta. perſecutio*] Codex Thuanus & Gratianopolitanus & editiones Spirenſis & Morelii habent *ſi talem perſecutionis diei Chriſti invenerit militem*. Ita etiam ferme codex ſancti Arnulphi.

[1] TESTIMONIORUM

LIBRI TRES

ADVERSUS JUDÆOS.

CYPRIANUS Quirino filio ſalutem. Obtemperandum fuit, fili cariſſime, deſiderio tuo ſpiritali impenſiſſima petitione divina magiſteria poſcenti quibus nos Dominus per ſcripturas ſanctas erudire & inſtruere dignatus eſt, ut a tenebris erroris abducti, & luce ejus pura & candida luminati, viam vitæ per ſalutaria ſacramenta teneamus. Et quidem ſicut petiſti, ita a nobis ſermo compoſitus & libellus compendio breviante digeſtus eſt ut quæ ſcribebantur non copia latiore diffunderem, ſed, quantum mediocris memoria ſuggerebat, excerptis capitulis & annexis neceſſaria quæque colligerem quibus non tam tractaſſe quam tractantibus materiam præbuiſſe videamur. Sed & legentibus brevitas ejuſmodi plurimum prodeſt, dum non intellectum legentis & ſenſum liber longior ſpargit, ſed [2] ſubtiliore compendio id quod legitur tenax memoria cuſtodit. Complexus ſum vero libellos duos pari æqualitate moderatos. Unum, quo oſtendere eniſus ſim Judæos ſecundum A quæ fuerant ante prædicta a Deo receſſiſſe & indulgeotiam Domini, quæ ſibi jam pridem data & in poſterum promiſſa fuerat, perdidiſſe, ſucceſſiſſe vero in eorum locum chriſtianos fide Dominum promerentes & de omnibus gentibus ae de toto orbe venientes. Item libellus alius continet Chriſti ſacramentum, quod idem venerit qui ſecundum ſcripturas annuntiatus eſt & geſſerit ac perfecerit univerſa quibus intelligi & [3] cognoſci poſſe prædictus eſt, quæ [4] legentibus interim B proſint ad prima fidei liniamenta formanda. Plus roboris dabitur & magis ac magis iotellectus cordis operabitur ſcrutanti ſcripturas veteres ac novas plenius & univerſa librorum ſpiritalium volumina perlegenti. Nam nos nunc de divinis fontibus implevimus modicum quod tibi interim mitteremus. Bibere uberius & ſaturari copioſius poteris, ſi tu quoque ad eoſdem divinæ plenitudinis fontes nobiſcum pariter potaturus acceſſeris. Opto te, fili cariſſime, ſemper bene valere.

NOTÆ.

1 SI qua ſunt loca in operibus ſancti Cypriani de quibus pronuntiari non poſſit ea certe illius eſſe, id vero in primis aſſeri poteſt de libris teſtimoniorum ad Quirinum. Plures enim codices plus babent quam vulgatæ editiones, alii minus. Itaque, quoniam impoſſibile eſt diſcernere ea quæ vere Cypriani ſunt ab iis quæ poſt illum a ſtudioſis addita ſunt, nos retinuimus ea quæ vulgo leguntur in editionibus & ea addidimus quæ reperta a nobis ſunt in antiquis exemplaribus manuſcriptis, nihil de noſtro addentes. Porro duo tantum priores libri exſtant in editione Spirenſi, in veteri Veneta, & in ea quam Remboltus procuravit. Eraſmus tertium emiſit ex codice ſcripto monaſterii Gemblacenſis. Sed quod probabilius ſibi videri ait hoc opus non eſſe Cypriani, quia in illo præter præfationem numquam auctor ſuum ſtilum exerat, quamvis id verum eſſet, quod certe non eſt, argumentum iſtud leviſſimum eſt, oti & illud quod de tertio libro opinatur Priorius. Nam ſanctus Auguſtinus libros iſtos tamquam Cypriani citat lib. 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 8. & 9. ut adnotavit Pamelius, qui alias quoque probationes affert optimas, ut oſtendat vere eſſe Cypriani. Quod etiam adſtruit obſervatio editionis Anglicanæ ad librum primum, & in præfatione ad librum tertium. Quibus ego addo Fulgentium epiſcopum in fragmentis, & Lupum abbatem Ferrarienſem in epiſtola 128. ad regem Carolum, & in libro de tribus quæſtionibus citare hoc opus tamquam Cypriani. Habui autem unum & viginti exemplaria vetera horum librorum, quorum tamen quinque habent tantum libros duos priores. Ejuſdem porro fere argumenti cum iſto Cypriani opere eſt liber de promiſſionibus & prædictionibus Dei, qui vulgo tribuitur Proſpero. Ceterum admoneo Eraſmum, qui profeſſus eſt ſe putare hoc opus non eſſe Cypriani, in initio tamen annotationum ſuarum in evangelium Joannis citare caput tertium & quintum libri ſecundi tamquam Cypriani.

2 *Subtiliore*] Codex Veronenſis & Corbejenſis *utiliore*.

3 *Cognoſci poſſe*] Editio quæ dicitur Gravil & Pameliana habent *poteſt quod ipſe ſit qui prædictus eſt*. Sed ego hanc lectionem in nullo veterum exemplarium reperi quibus uſus ſum, neque exſtat in Anglicanis, neque in editionibus antiquioribus. Angli tamen eam retinuerunt.

4 *Legentibus*] Antea ſcriptum erat *legenti tibi*. Emendavimus ex codice Veronenſi, & ex Fuxenſi & Beccenſi; legitimam autem eſſe hanc emendationem oſtendit etiam præfatio libri tertii.

CAPITULA.

CAPITULA.

I. *Judæos in offenſam Dei graviter deliquiſſe quod Dominum dereliquerint & idola ſecuti ſint.*

II. *Item quod prophetis non crediderint & eos interfecerint.*

III. *Ante prædictum quod Dominum neque cognituri neque intellecturi neque recepturi eſſent.*

IV. *Quod ſcripturas ſanctas intellecturi Judæi non eſſent, intelligi autem haberent in noviſſimis temporibus poſtea quam Chriſtus veniſſet.*

V. *Nihil poſſe Judæos intelligere de ſcripturis, niſi prius crediderint in Chriſtum.*

VI. *Quod Hieruſalem perdituri eſſent, & terram quam acceperant relicturi.*

VII. *Item quod eſſent amiſſuri lumen Domini.*

VIII. *Quod circumciſio prima carnalis evacuata ſit, & ſecunda ſpiritalis repromiſſa ſit.*

IX. *Quod lex prior, quæ per Moyſen data eſt, ceſſatura eſſet.*

X. *Quod lex nova dari haberet.*

XI. *Quod diſpoſitio alia & teſtamentum novum dari haberet.*

XII. *Quod baptiſma vetus ceſſaret & novum inciperet.*

XIII. *Quod jugum vetus evacuaretur, & jugum novum daretur.*

XIV. *Quod paſtores veteres ceſſaturi eſſent, & novi inciperent.*

XV. *Quod domus & templum Dei Chriſtus futurus eſſet, & ceſſaret templum vetus, & novum inciperet.*

XVI. *Quod ſacrificium vetus evacuaretur & novum celebraretur.*

XVII. *Quod ſacerdotium vetus ceſſaret, & novus ſacerdos veniret, qui in æternum futurus eſſet.*

XVIII. *Quod propheta alius ſicut Moyſes promiſſus ſit, ſcilicet qui teſtamentum novum daret, & qui magis audiri deberet.*

XIX. *Quod duo populi prædicti ſint, major & minor, id eſt, vetus Judæorum, & novus, qui eſſet ex nobis, futurus.*

XX. *Quod eccleſia, quæ prius ſterilis fuerat, plures filios habitura eſſet ex gentibus quam quot ſynagoga ante habuiſſet.*

XXI. *Quod gentes magis in Chriſtum credituræ eſſent.*

XXII. *Quod panem & calicem Chriſti & omnem gratiam ejus amiſſuri eſſent Judæi, nos vero accepturi, & quod chriſtianorum novum nomen benediceretur in terris.*

XXIII. *Quod ad regnum cælorum magis gentes quam Judæi perveniant.*

XXIV. *Quod ſolo hoc Judæi accipere veniam poſſint delictorum ſuorum, ſi ſanguinem Chriſti occiſi baptiſmo ejus abluerint, & in eccleſiam tranſeuntes præceptis ejus obtemperaverint.*

INCIPIT
LIBER PRIMUS.

CAP. I. JUDÆOS in offenſam Dei graviter deliquiſſe quod Dominum dereliquerint & idola ſecuti ſint. In Exodo populus ad Aaron:
Exo. 32. *Exſurge, & fac nobis deos qui nos præcedant, quia Moyſes vir hic qui nos ejecit de Ægypto, quid ei acciderit non ſcimus.* Item illic Moyſes ad Dominum: *Precor ait, Domine, deliquit populus hic delictum grande. Fecerunt ſibi deos aureos & argenteos; & nunc ſi dimittis ei delictum, dimitte; ſin autem, dele me de libro quem ſcripſiſti. Et* B *dixit Dominus ad Moyſen: Si quis deliquit ante me, deleam illum de libro meo.* Item in Deuteronomio: *Sacrificaverunt dæmoniis, & non Deo.*
Deut. 32. Item in libro judicum: *Et fecerunt filii Iſrael*
Jud. 2. *quod malignum erat coram Domino Deo patrum ſuorum, qui ejecit eos de terra Ægypti, & ſecuti ſunt deos gentium quæ circa illos ſunt, & offenderunt Dominum, & reliquerunt Deum, & ſervierunt Baal.* Item illic: *Et adjecerunt filii Iſrael* C
Hier. 6. *iterum facere malignum coram Domino, & ſervierunt Baal & diis alienigenarum, & reliquerunt Dominum, & non ſervierunt illi.* [a] *Derelictus eſt*
Malach. 2. *Juda, & abominatio facta eſt in Iſrael & in*

A *Hieruſalem, quoniam prophanavit Judas ſancta Domini, in quibus dilexit & affectavit deos alienos. Exterminabit Dominus hominem qui facit hæc, & humilis efficietur in tabernaculis Jacob.* [a] Apud Malachiam.

Item quod prophetis non crediderint & eos interfecerint. [1] Apud Hieremiam Dominus dicit: *Miſi ad vos ſervos meos prophetas. Ante lucem mittebam, & non audiebatis me, neque intendebatis auribus veſtris, dicens: Convertatur unuſquiſque a via ſua mala & a nequiſſimis affectationibus veſtris; & habitabitis in terra iſta quam dedi vobis & patribus veſtris a ſæculo & uſque in ſæcula. Et iterum: Nolite ambulare poſt deos alienos ut ſerviatis eis, & ne adoraveritis eos, & ne incitetis me in operibus manuum veſtrarum ad diſperdendos vos, & non audiſtis me.* Item in [4] baſilion libro tertio Helias ad Dominum: CAP. II. Hier. 6.
C *Æmulando æmulatus ſum Domino Deo omnipotenti; quia dereliquerunt te filii Iſrael, altaria tua demolierunt, & prophetas tuos interfecerunt gladio, & remanſi ego ſolitarius, & quærunt animam meam auferre a me.* Item in Eſdra: 3. Reg. 19.

2. Eſdr. Deſciverunt a te, & abjecerunt legem tuam poſt A
9. [5] dorſum ſuum, & prophetas tuos interfecerunt,
qui obteſtabantur eos ut reverterentur ad te.

CAP. III. Ante prædictum qnod Dominum neque co-
gnituri neque intellecturi neque recepturi eſ-
Iſa. 1. ſent. Apud Eſaiam: Audi cælum, & [6] præbe
aurem terra, quoniam Dominus locutus eſt. Fi-
lios generavi & exaltavi, ipſi autem me reproba-
verunt. Agnovit bos poſſeſſorem ſuum & aſinus [7]
præſepium domini ſui. Iſrael autem me non cogno-
vit, & populus me non intellexit. [8] Væ gens pec-
catrix, populus plenus peccatis, ſemen nequam, B
filii ſceleſti, reliquiſtis Dominum, & in indigna-
tionem miſiſtis illum ſanctum Iſrael. Item apud
eumdem Dominus dicit: Vade, & dic populo
iſti: Aure audietis, & non intelligetis, & viden-
Matt. 13. tes videbitis & non videbitis. Incraſſavit enim cor
populi hujus; & auribus graviter audierunt, &
oculos ſuos concluſerunt, ne forte videant oculis &
auribus audiant & corde intelligant & revertantur
& curem illos. Item apud Hieremiam Dominus
Hier. 2. dicit: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & ef-
foderunt ſibi lacus detritos, qui non poterunt a-
Hier. 20. quam portare. Item apud eumdem: Ecce ſermo C
Domini factus eſt eis in maledictum, & non vo-
lunt illum. Item apud eumdem Dominus dicit:
Hier. 8. Cognovit milvus tempus ſuum, turtur & hirundo,
ruris paſſeres cuſtodierunt tempora introitus ſui, po-
pulus autem meus non cognovit judicium Domini.
Quomodo dicitis, ſapientes ſumus, & lex Domi-
ni nobiſcum eſt? In caſſum facta eſt [9] mentura
falſa, ſcribæ confuſi ſunt, ſapientes trepidaverunt
& capti ſunt, quia verbum Domini reprobaverunt.
Item apud Salomonem: Quærunt me mali, &
non invenient. Odio enim habuerunt ſapientiam, D
ſermonem autem Domini non receperunt. Item in
pſalmo XXVII. Redde eis retributionem eorum,
quoniam non intellexerunt in operibus Domini. Item
in pſalmo LXXXI. Non cognoverunt neque intelle-
xerunt, in umbra deambulabunt. Item in evan-
Joan. 1. gelio [10] cata Joannem: In ſua propria venit, &
ſui eum non receperunt. Quotquot eum receperunt,
dedit illis poteſtatem ut filii Dei fierent, qui cre-
dunt in nomine ejus.

CAP. IV. Quod ſcripturas ſanctas intellecturi Judæi non
eſſent, intelligi autem haberent in noviſſimis
temporibus poſtea quam Chriſtus veniſſet. A- E
Iſa. 29. pud Eſaiam: Et erunt vobis hi omnes ſermones
ſicut ſermones libri qui ſignatus eſt: quem ſi dede-
ris homini ſcienti litteras ad legendum, dicet:
Non poſſum legere. Signatus eſt enim. Sed in il-
la die audient ſurdi ſermones libri; & qui in te-
nebris & qui in nebula ſunt oculi cæcorum videbunt.
Hier. 23. Item apud Hieremiam: In noviſſimo dierum co-
Dan. 12. gnoſcetis ea. Item apud Danielem: Muni ſermo-
nes & ſigna librum uſque ad tempus conſummatio-
nis, quoad diſcant multi, & impleatur agnitio;
quoniam cum fiet diſperſio, cognoſcent omnia hæc. F
Item in epiſtola Pauli ad Corinthios prima:
1. Cor. 10. Nolo enim vos ignorare, fratres, quia patres no-
ſtri omnes ſub nube fuerunt. Item in epiſtola ad
2. Cor. 3. Corinthios ſecunda: Obtuſi ſunt ſenſus eorum uſ-
que in hunc diem, hoc eodem velamento in lectione
veteris teſtamenti manente quod non revelatur, quia
in Chriſto evacuatur; & uſque in hodiernum, ſi
quando legitur Moyſes, velamentum eſt ſuper cor
eorum. Mox autem ut converſi fuerint ad Domi-
num, auferetur velamentum. In evangelio Do-
Luc. 24. minus poſt reſurrectionem dicit: Iſti ſunt ſer-
mones quos locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem
vobiſcum, quia oportet adimpleri omnia quæ ſcripta
ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me.
Tunc adaperuit illis ſenſum ut intelligerent ſcriptu-
ras, & dixit illis: Quia ſic ſcriptum eſt, &
ſic oportebat Chriſtum pati & reſurgere a mortuis
tertia die, & prædicari in nomine ejus pœniten-
tiam & remiſſam peccatorum uſque in omnes gen-
tes.

Nihil poſſe Judæos intelligere de ſcripturis, CAP. V.
niſi prius crediderint in Chriſtum. Apud Eſa-
iam: Et ſi non credideritis, neque intelligetis. Iſa. 7.
Item Dominus in evangelio: Si enim non cre- Joa. 8.
dideritis quia ego ſum, moriemini in peccatis ve-
ſtris. Fide autem ſtare juſtitiam & illic eſſe
vitam prædictum eſt apud Abacuc: Juſtus au- Abac. 2.
tem ex fide mea vivet. Inde Abraham pater
gentium credidit. In Geneſi: Credidit Abra- Gen. 15.
ham Deo, & deputatum eſt ei ad juſtitiam. Item
Paulus ad Galatas: Abraham credidit Deo, & Gal. 3.
deputatum eſt ei ad juſtitiam. Cognoſcitis ergo
quia qui ex fide ſunt, hi ſunt filii Abrahæ. Pro-
videns autem ſcriptura divina quia ex fide juſtifi-
cat gentes Deus, prænuntiavit Abrahæ quia bene-
dicentur in illo omnes gentes. Igitur qui ex fide
ſunt, [11] benedicti ſunt cum fideli Abraham.

Quod Hieruſalem perdituri eſſent & terram CAP. VI.
quam acceperant relicturi. Apud Eſaiam: Ter- Iſa. 1.
ra veſtra deſerta, civitates veſtræ igni exuſtæ; re-
gionem veſtram in conſpectu veſtro, alieni comedent
eam; & deſerta & ſubverſa a populis alienis de-
relinquetur filia Sion, ſicut caſa in vinea, & ſic-
ut cuſtodiarium in cucumerario, quaſi civitas quæ
expugnatur. Et niſi Dominus ſabaoth reliquiſſet
nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi
Gomorra ſimilaremur. Item in evangelio Domi-
nus dicit: Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Matt. 23.
prophetas, & lapidas miſſos ad te, quoties vo-
lui congregare filios tuos ſicut gallina pullos ſub alas
ſuas, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus
veſtra deſerta.

Item quod eſſent amiſſuri lumen Domini. CAP. VII.
Apud Eſaiam: Venite, ambulemus in lumine Do-
mini. Dimiſit enim populum ſuum domum Iſrael. Iſa. 2.
Item in evangelio ſuo cata Joannem: Fuit lu- Joan. 1.
men verum quod illuminat omnem hominem venien-
tem in hunc mundum. In hoc mundo fuit, & mun-
dus per ipſum factus eſt, & mundus eum non co-
gnovit. Item illic: Qui non crediderit, jam ju- Joan. 3.
dicatus eſt, quia non credidit in nomine unici filii
Dei. Hoc autem eſt judicium, quoniam lux ve-
nit in ſæculum, & dilexerunt homines magis tene-
bras quam lucem.

Quod circumciſio prima carnalis evacuata ſit, CAP. VIII.
& ſecunda ſpiritalis repromiſſa ſit. Apud Hie-
remiam: Hæc dicit Dominus viris Juda & qui Hier. 4.
inhabitant Hieruſalem: Renovate inter vos novi-
tatem, & ne ſeminaveritis in ſpinis, circumcidite
vos Deo veſtro, & circumcidite præputium cordis
veſtri, ne exeat ſicut ignis ira mea & exurat,
& non ſit qui exſtinguat. Item Moyſes dicit: In
noviſſimis diebus circumcidet Deus cor tuum & cor Deut. 30.
ſeminis tui ad Dominum Deum amandum. Item
apud Jeſum Nave: Et dixit Dominus ad Je- Joſue 5.
ſum: Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos, &
aſſidens circumcide ſecundo filios Iſrael. Item
Paulus ad Coloſſenſes: Circumciſi eſtis circumci- Coloſſ. 2.
ſione non manufacta in expoliatione carnis, ſed in
circumciſione Chriſti. Item quod Adam primus
a Deo

a Deo factus incircumciſus, & Abel juſtus, & Enoch, qui Deo placuit & translatus e ſt, & Noe, qui terris hominibuſque ob delicta pereuntibus ſolus in quo humanum genus ſervaretur electus eſt, & Melchiſedech ſacerdos, ſecundum cujus ordinem Chriſtus repromiſſus eſt, tum quod illud ſignaculum feminis non proficit, ſigno autem Domini omnes ſignantur.

CAP. Quod lex prior quæ per Moyſen data eſt ceſ-
IX. ſatura eſſet. Apud Eſaiam: *Tunc manifeſti erunt*
Iſa. 8. *qui ſignant legem, ne diſcant. Et dicet: Exſpecto*
Deum, qui avertit faciem ſuam a domo Jacob,
Matt. 11. *& fidens ero in illum.* Item in evangelio: *O-*
mnes prophetæ & lex uſque ad Joannem prophe-
taverunt.

CAP. Quod lex nova dari haberet. Apud Miche-
X. am: *Quoniam lex de Sion proficiſcetur, & ſermo*
Mich. 4. *Domini de Hieruſalem. Et judicabit inter pluri-*
mos populos, & revincet & deteget validas nationes.
Iſa. 2. Item apud Eſaiam: [11] *De Sion enim procedet*
lex, & verbum Domini de Hieruſalem, & judi-
cabit inter gentes. Item in evangelio cata Mat-
Matt. 3. thæum: *Et ecce vox de nube dicens: Hic eſt fi-*
lius meus dilectiſſimus, in quo bene ſenſi, ipſum
audite.

CAP. Quod diſpoſitio alia & teſtamentum novum
XI. dari haberet. Apud Hieremiam: *Ecce dies ve-*
Hier. 31. *niunt, dicit Dominus, & conſummabo domui Iſra-*
el & domui Juda teſtamentum novum, non ſecun-
dum teſtamentum quod diſpoſui patribus eorum in
die qua apprehendi manus eorum ut educerem eos
de terra Ægypti, [13] *quia non permanſerunt in teſta-*
mento meo, & ego neglexi eos, dicit Domi-
nus. Quia hoc teſtamentum quod diſponam do-
mui Iſrael poſt dies illos; dicit Dominus. Dans
leges meas, in ſenſum illorum ſcribam illas, & ero
illis in Deum, & ipſi erunt mihi in plebem, &
non docebunt unuſquiſque fratrem ſuum dicentes:
Dinoſce Dominum, quia omnes ſcient me a minimo
uſque ad maximum eorum, quia propitius ero ini-
quitatibus eorum, & peccatorum eorum non ero me-
mor amplius.

CAP. Quod baptiſma vetus ceſſaret & novum in-
XII. ciperet. Apud Eſaiam: *Nolite ergo priora memi-*
Iſa. 43. *niſſe, & antiqua nolite reputare. Ecce facio nova*
quæ nunc orientur, & cognoſcetis, & faciam in
deſerto viam & flumina in loco inaquoſo adaquare
genus meum electum, plebem meam, quam acqui-
ſivi, ut virtutes meas exponeret. Item apud eum-
Iſa. 48. dem: *Si ſitierint, per deſerta adducet illos, a-*
quam de petra producet illis, findetur petra, &
fluet aqua, & bibet plebs mea. Item in evan-
Matt. 3. gelio cata Matthæum Joannes dicit: *Ego qui-*
dem vos baptizo in aqua in pœnitentiam. Qui ve-
nit autem poſt me fortior me eſt, cujus non ſum
idoneus calciamenta portare. Ipſe vos baptizabit
in ſpiritu ſancto & igni. Item cata Joannem:
Joan. 3. *Niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu non po-*
teſt introire in regnum Dei. Quod enim natum
eſt de carne caro eſt, & quod natum eſt de ſpi-
ritu ſpiritus eſt.

CAP. Quod jugum vetus evacuaretur & jugum no-
XIII. vum daretur. In pſalmo ſecundo: *Ad quid*
tumultuatæ ſunt gentes, & populi meditati ſunt
inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes col-
lecti ſunt in unum adverſus Dominum & adver-
ſus Chriſtum ejus. Diſrumpamus vincula eo-
rum, & abjiciamus a nobis jugum eorum. Item
in evangelio cata Matthæum Dominus dicit:
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, Matt. 11.
& ego vos requieſcere faciam. Tollite jugum meum
ſuper vos, & diſcite a me quia mitis ſum & hu-
milis corde, & invenietis requiem animabus ve-
ſtris. [24] *Jugum enim meum bonum eſt & ſarcina*
levis. [25] Apud Hieremiam: *In illa die contri-* Hier. 30.
bulabo jugum a cervice illorum, & vincula illorum
diſrumpam; & non operabuntur aliis, ſed opera-
buntur Domino Deo, & David regem ſuſcitabo
ipſis.

Quod paſtores veteres ceſſaturi eſſent, & CAP.
novi inciperent. Apud Ezechielem: *Propterea* XIV.
hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuper paſtores, & Ezech. 34.
inquiram oves meas de manibus eorum, & aver-
tam eos ut non paſcant oves meas, & jam non
paſcent eas, & extraham oves meas de ore eo-
rum, & paſcam eas cum judicio. Apud Hiere-
miam Dominus dicit: *Et dabo vobis paſtores* Hier. 3.
ſecundum cor meum, & paſcent vos paſcentes cum
diſciplina. [26] Item apud Hieremiam: *Audite* Hier. 31.
verbum Domini, gentes, & nuntiate inſulis quæ
longe ſunt. Dicite: Qui diſperdit Iſrael congre-
gabit illum, & cuſtodiet ſicut paſtor gregem ſuum,
qui eruit Dominus Jacob, & eruit de manu for-
tioris illius.

Quod domus & templum Dei Chriſtus fu- CAP.
turus eſſet, & ceſſaret templum vetus, & no- XV.
vum inciperet. In baſilion ſecundo: *Et fuit* 7. Reg. 7.
verbum Domini ad Nathan dicens: Vade, &
dic ſervo meo David: Hæc dicit Dominus: Non
tu ædificabis mihi domum ad inhabitandum; ſed
erit, cum impleti fuerint dies tui & dormieris
cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te,
qui erit de utero tuo, & parabo regnum ejus.
Hic ædificabit mihi domum in nomine meo, & eri-
gam thronum ejus in ſæcula, & ego ero ei in pa-
trem, & ipſe erit mihi in filium, & fidem con-
ſequetur domus ejus & regnum ejus uſque in ſæcu-
la in conſpectu meo. Item in evangelio Domi-
nus dicit: *Non relinquetur in templo lapis ſuper* Marc. 13.
lapidem qui non diſſolvatur, & poſt triduum aliud
excitabitur ſine manibus.

Quod ſacrificium vetus evacuaretur, & no- CAP.
vum celebraretur. Apud Eſaiam: *Quo mihi* XVI.
multitudinem ſacrificiorum veſtrorum, dicit Domi- Iſa. 3.
nus. Plenus ſum, holocauſtomata arietum & pin-
guamina agnorum & ſanguinem taurorum & hirco-
rum nolo. Quis enim exquiſivit iſta de manibus
veſtris? Item in pſalmo XLIX. *Non edam car-*
nes taurorum, aut ſanguinem hircorum bibam. Sa-
crifica Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo
vota mea. Invoca me in die preſſuræ, & eruam
te, & clarificabis me. Item in pſalmo eodem:
Sacrificium laudis clarificabit me, illic via eſt in
qua oſtendam illi ſalutare Dei. Item in pſalmo
quarto: *Sacrificate ſacrificium juſtitiæ, & ſpe-*
rate in Dominum. Item apud Malachiam: *Non* Malac. 1.
eſt mihi voluntas circa vos, dicit Dominus, &
ſacrificium acceptum non habebo ex manibus veſtris.
Quoniam a ſolis ortu & uſque in occaſum clarifi-
catum eſt nomen meum apud gentes, & in omni
loco odores incenſi offeruntur nomini meo, & ſacri-
ficium mundum, quoniam magnum eſt nomen meum
apud gentes, dicit Dominus.

Quod ſacerdotium vetus ceſſaret, & novus CAP.
ſacerdos veniret, qui in æternum futurus eſ- XVII.
ſet. In pſalmo CIX. *Ante luciferum genui te.*
Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es
ſacerdos

ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſe-
dech. Item in baſilion primo Deus ad Heli ſa-
1. Reg. 2. cerdotem : *Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidum ,*
qui omnia quæ ſunt in corde meo faciet , & ædifi-
cabo ei domum fidelem , & tranſibit in conſpectu
Chriſtorum meorum omnibus diebus ; & erit , qui
remanſerit in domo tua , veniet adorare in obolo
pecuniæ & in pane uno .

CAP. XVIII. Quod propheta alius, ſicut Moyſes, promiſ-
ſus ſit, ſcilicet qui teſtamentum novum daret,
& qui magis andiri deberet. In Deuteronomio
Deut. 18. Dens ad Moyſen : *Et dixit Dominus ad me :*
Prophetam excitabo eis de fratribus eorum ſicut
te , & dabo verbum meum in ore ejus , & loque-
tur ad eos ea quæ præcepero ei . Et quiſquis non
audierit quæcumque locutus fuerit propheta ille in
nomine meo , ego vindicabo. De quo & Chriſtus
Joan. 5. in evangelio cata Joannem : *Scrutamini ſcriptu-*
ras , in quibus putatis vos vitam æternam habe-
re . Hæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me ;
& non vultis venire ad me ut vitam habeatis .
Nolite putare quia ego vos accuſo apud patrem .
Eſt qui vos accuſet Moyſes , in quem vos ſpera-
tis . Si enim credidiſſetis Moyſi , crederetis & mi-
hi . De me enim ille ſcripſit . Si autem illius ſcri-
pturis non creditis , quomodo verbis meis cre-
detis ?

CAP. XIX. Quod duo populi prædicti ſint, major & mi-
nor, id eſt, vetus Judæorum, & novus, qui
Gen. 25. eſſet ex nobis, futurus. In Geneſi : *Et dixit*
Dominus Rebeccæ : Duæ gentes in utero tuo ſunt ,
& duo populi de ventre tuo dividentur , & popu-
lus populum ſuperabit , & major ſerviet minori .
Oſee 2. Item apud Oſee : *Vocabo non populum meum po-*
pulum meum , & non dilectam dilectam . Erit e-
nim quo loco dicetur non populus meus , illo loco
vocabuntur filii Dei vivi .

CAP. XX. Quod eccleſia, quæ prius ſterilis fuerat,
plures filios habitura eſſet ex gentibus quam
quot ſynagoga ante habuiſſet. Apud Eſaiam :
Iſa. 54. *Jucundare ſterilis quæ non paris , erumpe & ex-*
clama quæ non parturis , quia multi filii deſertæ
magis quam ejus quæ habet virum . Dixit enim
Dominus : Dilata locum tabernaculi tui & aulæo-
rum tuorum & fige . Noli parcere , longas fac men-
ſuras tuas , & palos tuos confirma . Adhuc in dex-
teram tuam & in ſiniſtram extende , & ſemen tu-
um gentes poſſidebit , & civitates deſertas inhabi-
tabit . Noli timere , quia revinces . Neque reve-
rearis , quia maledicta es , quoniam confuſionem
Gen. 21. *æternam obliviſceris* . Sic & Abrahæ cum de an-
cilla natus eſſet prior filius, Sarra ſterilis diu
manſit, & ſero in ſenecta de pollicitatione pe-
perit filium Iſaac, qui fuit typus Chriſti. Sic
Gen. 29. & 30. & Jacob accepit uxores duas, majorem Liam
oculis infirmioribus typum ſynagogæ, mino-
rem ſpecioſam Rachel typum eccleſiæ, quæ &
ſterilis diu manſit, & poſtea peperit Joſeph,
qui & ipſe fuit typus Chriſti. Et in baſilion
1. Reg. 1. primo legitur Helcana habuiſſe uxores duas,
Fenennam cum filiis, & Annam ſterilem, ex
qua naſcitur Samuel, non ſecundum ordinem
generandi, ſed ſecundum Dei miſerationem &
promiſſionem, cum illa oraſſet in templo; &
natus Samuel typus fuit Chriſti. Item in baſi-
1. Reg. 2. lion primo : *Sterilis ſeptem peperit , & quæ plu-*
rimos habebat infirmata eſt . Filii autem ſeptem
ſunt eccleſiæ ſeptem. Unde & Paulus ſeptem
Apoc. 1. eccleſiis ſcripſit, & apocalypſis eccleſias ſeptem

A ponit ut ſervetur ſeptenarius numerus, ut dies
ſeptem quibus Deus mundum fecit, ut angeli Gen. 1.
ſeptem qui aſſiſtunt & converſantur ante fa-
ciem Dei, ſicut Raphael angelus in Tobia di- Tob. 12.
cit, & lucerna ſeptiformis in tabernaculo mar-
tyrii, & oculi Domini ſeptem qui mundum Exo. 25.
ſpeculantur, & lapis cum oculis ſeptem, ut
Zacharias dicit, & ſpiritus ſeptem, & cande- Zach. 4.
labra in apocalypſi ſeptem, & columnæ ſeptem & 3.
ſuper quas ædificavit domum ſapientia. Apud Prov. 9.
Salomonem.

B Quod gentes magis in Chriſtum crediture CAP. XXI.
eſſent. In Geneſi : *Et dixit Dominus Deus ad*
Abraham : Exi de terra tua & de cognatione tua Gen. 12.
& de domo patris tui , & vade in illam terram
quam tibi oſtendero ; & faciam te in gentem ma-
gnam , & benedicam te , & magnificabo nomen tu-
um , & eris benedictus ; & benedicam qui te benedi-
xerit , & maledicam qui te maledixerit , & bene-
dicentur in te omnes tribus terræ . De hoc ipſo in
Geneſi : *Et benedixit Iſaac Jacob . Ecce odor* Gen. 27.
filii mei ſicut odor agri pleni quem benedixit Do-
minus . Et det tibi Deus de rore cæli , & a fer-
C *tilitate terræ multitudinem frumenti & vini & olei ;*
& ſervient tibi gentes , & adorabunt te principes ,
& eris dominus fratris tui , & adorabunt te filii
patris tui ; & qui te maledixerit erit maledictus ,
& qui te benedixerit benedictus . De hoc ipſo
in Geneſi : [17] *Ubi autem vidit Joſeph quoniam* Gen. 48.
ſuperpoſuit pater ſuus manum dexteram ſuper caput
Effraim , grave illi viſum eſt ; & apprehendit Jo-
ſeph manum patris ſui auferre eam a capite Ef-
fraim ad caput Manaſſe . Dixit autem Joſeph ad
patrem ſuum : Non ſic , pater , hic eſt primitivus
D *meus , ſuperpone dexteram tuam ſuper caput ejus .*
Ille autem noluit , & dixit : Scio , fili , ſcio ; &
hic erit in populum , & hic exaltabitur , ſed fra-
ter ejus junior major illo erit , & ſemen ejus erit
in multitudinem gentium . Item in Geneſi : *Ju-* Gen. 49.
da , te laudabunt fratres tui , manus ſuper dorſum
inimicorum tuorum . Adorabunt te filii patris tui ,
catulus leonis Juda . De frutice , fili mi , aſcendi-
ſti , recubans obdormiſti velut leo & velut catulus
leonis . Quis excitabit illum ? Non deficiet princeps
de Juda & dux de femoribus ejus quoaduſque ve-
niant depoſita illi , & ipſe eſt ſpes gentium . De-
E *ligans ad vitem pullum ſuum , & ad* [18] *cilicium*
pullum aſinæ ſuæ . Lavabit in vino ſtolam ſuam
& in ſanguine uvæ amictum ſuum . [19] *Formi-*
doloſi oculi ejus a vino , & candidi dentes ejus
magis quam lac . Inde in Numeris de popu-
lo noſtro ſcriptum eſt : *Ecce populus quaſi* Num.
populus leoninus exſurget . In Deuteronomio: 23.
Eritis gentes in caput , incredulus autem populus Deu. 28.
in caudam . Item apud Hieremiam : *Audite vo-* Hier. 6.
cem tubæ , & dixerunt : Non audiemus . Propter hoc
audient gentes & qui paſcent pecora in eis . In
F pſalmo XVII. *Conſtitues me in caput gentium . Po-*
pulus quem non cognovi ſervivit mihi , in auditu auris
obedivit mihi . De hoc ipſo apud Hieremiam Hier. 1.
Dominus dicit : *Prius quam te formarem in ute-*
ro novi te , & prius quam exires de vulva ſan-
ctificavi te & prophetam in gentibus poſui te . Item
apud Eſaiam : *Ecce teſtem illum nationibus mani-* Iſa. 55.
feſtavi , principem & imperantem gentibus . Item
apud eumdem : *Gentes quæ non noverunt te invo-*
cabunt te , & populi qui ignorabant te ad te confu-
gient . Item apud eumdem : *Et erit in illa die*
radix Jeſſe qui ſurget imperare omnibus gentibus ;
in il-

in illum gentes ſperabunt , & erit requies ejus ho-
Iſa. 9. *nor* . Item apud eumdem : *Terra Zabulon &*
terra Neptalim via maris , & ceteri qui mariti-
ma inhabitatis , & trans Jordanem gentium po-
pulus ambulans in tenebris , videte lumen ma-
gnum qui habitatis in regione umbræ mortis , lu-
Iſa. 43. *men lucebit ſuper vos* . Item apud eumdem: *Sic*
dicit Dominus Deus Chriſto meo Domino , cujus
teneo dexteram , ut exaudiant eum gentes . Et
fortitudinem regum diſrumpam . Aperiam ante i-
pſum portas , & civitates non claudentur . Item
Iſa. 66. apud eumdem : *Venio colligere omnes gentes &*
linguas , & venient & videbunt claritatem meam ,
& dimittam ſuper eos ſignum , & mittam ex eis
conſervatos in gentes quæ longe ſunt , quæ non au-
dierunt nomen meum , neque viderunt gloriam
meam , & nuntiabunt claritatem meam in gentes .
Iſa. 5. Item apud eumdem : *Et in omnibus his non*
ſunt converſi . Igitur extollet ſignum in gentes quæ
ſunt longe , & attrahet illos a ſummo terræ .
Iſa. 52. Item apud eumdem : *Quibus non eſt nuntiatum*
de eo videbunt , & qui non audierunt intelligent .
Iſa. 63. Item apud eumdem : *Manifeſtus factus ſum eis*
qui me non quærunt , inventus ſum ab eis qui me
non interrogabant . Dixi Ecce ſum genti quæ non
invocavit nomen meum . De hoc ipſo in actibus
Act. 13. apoſtolorum Paulus : *Vobis primum oportuerat*
indicari verbum Dei . Sed quia expuliſtis illud ,
nec vos dignos vitæ æternæ judicaſtis , ecce con-
vertimus nos ad gentes . Sic enim dixit per ſcri-
Iſa. 49. *pturas Dominus : Ecce lucem poſui te inter gentes ,*
ita ut ſis in ſalvationem uſque ad fines terræ .

CAP. XXII. Quod panem & calicem Chriſti & omnem
gratiam ejus amiſſuri eſſent Judæi , nos vero
accepturi , & quod chriſtianorum novum no-
men benediceretur in terris . [10] Apud Eſaiam
Iſa. 65 ſic dicit Dominus : *Ecce qui ſerviunt mihi mandu-*
cabunt , vos autem eſurietis . Ecce qui mihi ſerviunt
bibent , vos autem ſitietis . Ecce qui mihi ſerviunt
jucundabuntur , vos autem confundemini ; vos in-
terficiet Dominus . Eis autem qui ſerviunt mihi ,
nomen nominabitur novum , quod benedicetur in
Iſa. 5. *terra* . Item illic : *Igitur extollet ſignum in gen-*
tes quæ ſunt longe , & attrahet illos a ſummo
terræ . Et ecce cito leviter venient , non eſurient ,
A *neque ſitient* . Item illic : *Ecce itaque dominator* Iſa. 3.
Dominus ſabaoth auferet a Juda & ab Hieruſa-
lem valentem & validum , valentiam panis , &
valentiam aquæ . Item in pſalmo XXXIII. *Gu-*
ſtate & videte quoniam dulcis eſt Dominus . Fe-
lix eſt vir qui ſperat in eum . Timete Dominum
Deum omnes ſancti ejus , quoniam non eſt inopia
eis qui eum metuunt . Divites eguerunt & eſurie-
runt . Qui autem inquirunt Dominum non indige-
bunt omni bono . Item in evangelio cata Joan-
B nem Dominus dicit: *Ego ſum panis vitæ . Qui* Joan. 6.
venit ad me non eſuriet , & qui in me credide-
rit non ſitiet umquam . Item illic ipſe : *Si quis* Joan. 7.
ſitit , veniat & bibat . Qui credit in me , ſicut
dicit ſcriptura , flumina de ventre ejus fluent aquæ
vivæ . Item illic ipſe : *Niſi ederitis carnem fi-* Joan. 6.
lii hominis , & biberitis ejus ſanguinem , non ha-
bebitis vitam in vobis .

CAP. XXIII. Quod ad regnum cælorum magis gentes
quam Judæi perveniant . In evangelio Do-
C minus dicit : *Multi venient ab oriente & occi-* Matt. 8.
dente , & recumbent cum Abraham & Iſaac &
Jacob in regno cælorum , filii autem regni exibunt
in tenebras exteriores . Illic erit ploratio & ſtri-
dor dentium .

CAP. XXIV. Quod ſolo hoc Judæi accipere veniam poſ-
ſint delictorum ſuorum , ſi ſanguinem Chri-
ſti occiſi baptiſmo ejus abluerint & in eccle-
ſiam ejus tranſeuntes præceptis ejus obtempe-
raverint . Apud Eſaiam Dominus dicit : *Jam* Iſa. 1.
D *non laxabo peccata veſtra . Cum extenderitis ma-*
nus , avertam faciem a vobis ; & ſi multiplica-
veritis preces , non exaudiam vos . Manus enim
veſtræ ſanguine plenæ ſunt . Lavamini , mundi
eſtote , auferte nequitias ab animis veſtris a con-
ſpectu oculorum meorum , ceſſate a nequitiis ve-
ſtris . Diſcite bonum facere , exquirite judicium ,
conſervate eum qui injuriam patitur , judicate pu-
pillo , & juſtificate viduam , & venite diſpute-
mus , dicit Dominus , & ſi fuerint peccata ve-
E *ſtra ut* [11] *phœniceum , ut nivem exalbabo ; & ſi*
fuerint quaſi coccinum , ut lanam inalbabo . Et ſi
volueritis & audieritis me , bona terræ edetis .
Si autem nolueritis & non audieritis me , gladius
vos conſumet . Os enim Domini locutum eſt iſta .

NOTÆ AD LIBRUM PRIMUM TESTIMONIORUM.

1 *Derelictus eſt*] Segmentum hoc deeſt in ſexdecim libris veteribus . Deſiderari etiam in pleriſque monuerunt Angli.

2 *Apud Malachiam*] Ita omnes libri veteres & omnes editiones. Angli iſta deleverunt in hoc loco, & tranſtulerunt poſt verba, *& non ſerviemus illi*, & poſuerunt : *item apud Malachiam : Derelictus eſt* ; nullam tamen hujus mutationis rationem dederunt.

3 *Apud Hieremiam*] Angli admonent totam hanc periodum deeſſe in undecim codicibus manuſcriptis , deeſt etiam in libro ſancti Martini Turonenſis uſque ad *apud Eſaiam*.

4 *Baſilion*] Lactantius lib. 4. cap. 11. *Item Helias in libro Baſilion tertio*. Alibi Cyprianus ponit *regnorum* pro *Baſilion* . Sic plerique veteres poſuerunt *regum* , alii *regnorum*. Vide Eucherium in initio commentariorum in libros regum & ſcholia Joannis Tilii ad Luciferum Calaritanum . Vide etiam Biblia ſacra ex editione Roberti Stephani .

5 *Dorſum*] In editione Spirenſi, in veteri Veneta, in ea quam Remboltus emiſit, & in octo libris antiquis legitur. *corpus* .

6 *Trabe aurem*] Hæc eſt lectio omnium veterum editionum . Pamelius mutavit ex fide unius libri veteris , & quia apud Tertullianum lib. 3. adverſus Marcionem legitur *in aures percipe*. Sane editio vulgata Iſaiæ habet lectionem quam Pamelius prætulit . At cum verſio qua Cyprianus utebatur , diverſa fuerit a noſtra vulgata, valde probabile eſt veterum editionum ſcripturam eſſe meliorem . Ceterum eam confirmant tredecim libri noſtri & ſex Anglicani.

7 *Præſepium*] Revocavi lectionem editionis Spirenſis, quam inveni etiam in decem libris noſtris & in quatuor Anglicanis. Sana in editione noſtra vulgata ſacræ Scripturæ legitur *præſepe* . Verum auctoritas illa non probat ita quoque legendum eſſe apud Cyprianum: nam & Latini ſcriptores dicebant olim præſepe & præſepium .

8 *Væ gens peccatrix*] Ita reſtituimos ex fide veterum librorum , uti etiam fecimus in libro de oratione Dominica, pag. 417. ubi rationem reddidimus hujus mutationis .

9 *Metatura falſa*] Sex libri veteres habent *metatura veſtra* .

10 *Cata Joannem*] Ita ſemper libri veteres. Sic etiam ſcripſit Sirmondus, quamvis Græcæ linguæ peritus, in præcepto Stephani papæ II. de hoſpitali Romano , *cata Galla Patricia* , tom. 2. conciliorum Galliæ pag. 38.

11 *Benedicti ſunt*] Codex Burgundicus *juſtificantur*.

12 *De Sion proc. lex*] Vide Avitum epiſt. 19. & 20.

13 *Quia n. permanſ.*] Iſta & quæ ſequuntur uſque ad finem deſunt in quatuordecim codicibus noſtris & in novem

vem Anglicanis. Deerant etiam in uno meo vetere, ſed addita poſtea ſunt antiquitus in margine, cum codex ille recognitus eſt & emendatus.

14 *Jugum m. bonum*] Vide annotationes Eraſmi ad hunc locum Matthæi.

15 *Apud Hieremiam*] Et hæc quoque uſque ad finem capituli deſunt in tredecim codicibus noſtris, & in decem Anglicanis; deerant etiam in illo meo vetere in quo addita ſunt in margine.

16 *Item a. Hieremiam*] Deſunt etiam iſta in vetuſtis exemplaribus paulo ante commemoratis, in meo addita ſunt in margine.

17 *Ubi autem vidit*] Hæc & cetera uſque ad *multitudinem Gentium* deſunt in codice Burgundico & in Lamoniano.

18 *Cilicium*] Hanc lectionem præferunt antiquiores editiones & omnia vetera exemplaria, niſi quod in Thuano, ut in Foſſatenſi ſcriptum eſt *Cilium*, per incuriam videlicet librariorum ignorantium quod ſcribebant. Quo etiam modo, ſi quis hoc quoque ſcire deſiderat, legitur in duobus antiquis codicibus, uno regio & altero meo. Pari errore in codice meo 162. ſcriptum eſt *Cilius* pro *Cæcilio*, in libro de paſſione ſancti Cypriani hoc modo: *Temporibus Valeriani iniquiſſimi imperatoris fuit in Carthagine, quæ eſt in Africa, glorioſiſſimus vir nomine Cyprianus, qui primo quidem rhetoricam docuit, deinde a quodam presbytero nomine Cilio, converſus ad fidem Chriſti, nomen quoque fortius eſt Cælius*. Eraſmus, qui videbat hunc Cypriani locum cubare in mendo, poſuit *ilicem*, ex conjectura videlicet. Poſtea emerſit editio quæ dicitur Gravii, quam qui procuravit, admonet lectores ſe *helicem* in hoc loco ſcriptum vidiſſe inter varias lectiones poſitas in exemplari editionis Cyprianicæ, quod erat Gravii, innuens illum calligationes ex manuſcripto Cypriani codice obſervatas in ſuum ſibi codicem breviſſime tantum notaſſe, quamvis conſtet omnes illas lectiones non eſſe ſumptas ex libro veteri, & nonnullas earum eſſe tantum conjecturas Gravii; ac quamvis, ille qui hujus editionis auctor eſt, moneat ſibi in ea uſui fuiſſe exemplaria complura, ut inter cetera unum inſignius ac vetuſtius manuſcriptum ex bibliotheca Carthuſiæ Colonienſis, nullam tamen eorum laudavit ad confirmandam lectionem inventam in libro Gravii, immo reſtituit editionem Eraſmi; quod non feciſſet, ſi habuiſſet auctoritatem alicujus libri veteris. Atque ego ſane lubenter amplecterer & præferrem conjecturam Gravii, niſi obſtaret veterum editionum & codicum auctoritas, & niſi vetuſti quidam magnorum nominum ſcriptores repugnarent. Lectionem enim quam ego retinui, quamvis mendoſa ſit, eſſe veterem conſtat ex capite quarto libri ſancti Ambroſii de *Benedictionibus Patriarcharum*, ex libro duodecimo ſancti Auguſtini adverſus Fauſtum Manichæum cap. 42. & ex libro decimo ſexto cap. 41. de Civitate Dei, tum etiam ex epiſtola 47. ſancti Paulini epiſcopi Nolani ad Rufinum, cui reſpondet idem Rufinus in epiſtola præfixa libris de *Benedictionibus Patriarcharum*. Arbitratur autem Rufinus hanc pravam lectionem poſitam eſſe in exemplaribus latinis a ſcriptoribus latinis non intelligentibus quid ſignificaret Græca vox ἕλιξ, ac propterea cilicium putarum eſſe; ἕλικα enim vitem dicunt Græci non tam palmitem, quomodo habent noſtra exemplaria, quam illos quaſi racinnulos & cinniculos palmitis quibus ſuccreſcens palmes innectere & ſuſpendere ſolet vel ramis arboris vel pali, vel quibuſcumque illis innititur adminiculis, quos capreolos appellant agricolæ, quibus nexibus tutus, & ſine lapſus periculo, vel gravior fructibus palmes, vel vaga proceritate diſtenditur. Unde corrigas Iſidorum lib. 17. Etymolog. c. 1. ubi de hac ipſa re agens ſcripſit *ſine lapſu periculorum*, cum ſcribendum ſit *ſine lapſus pericula*. Cælius Aurelianus lib. 1. chronicon cap. 1. *anulorum vitis quos Helecos vocant*. Ceterum ex his quæ dicta ſunt, ſatis liquet errare illos qui ajunt *Helicem* iſtic legi apud Cyprianum in correctis exemplaribus, cum certum ſit eam vocem deſiderari in omnibus antiquis operum ſancti martyris exemplaribus. Vide Cælium Calcagninum lib. 1. epiſt. 28.

19 *Formidoloſi*] Ita libri veteres & veteres editiones. Antiquæ igitur iſtius verſionis auctor uſus eſt codice in quo φοβεροὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ſcriptum erat, uti in veteri codice Græco bibliothecæ Regiæ vidiſſe ſe mihi retulit vir iſtarum multarumque aliarum bonarum litterarum peritiſſimus, ac mei amantiſſimus dominus Bernardus de Montefalcone monachus Benedictinus. φοβερὸς enim in veteribus gloſſis interpretatur formidoloſus. Hanc lectionem confirmant aliorum verſiones, quæ eumdem ſenſum habent, ſi quis eas paulo accuratius expendere velit. Quidam enim verterunt *pulcriores*, alii *ignei*, *des yeux pleins de feu*, ut nos Galli loquimur, & in capite 19. Apocalypſis, *Oculi autem ejus erant tamquam flamma ignis*, ſive *ardentes*, ut apud Tit. Livium, Ciceronem, Virgilium, & alibi: alii *rubicundi*, alii denique *gratifici*, ut Rufinus in libro de benedictione Judæ ut alii. Hæc omnia facile conveniunt inter ſe. Nam & oculi ignei & ardentes, qui ut rubicundi dici poſſunt, habent præclaram & eximiam pulcritudinem; iidem ſunt formidoloſi, id eſt, timorem movent & formidinem, non tamen eam formidinem quæ terreat, ſed eam quæ proficiſcitur ex reverentia qua proſequimur eos quos veremur & honoramus, ut eſt in capite 37. libri Job *ad Deum formidoloſa laudatio*, apud Lucretium *formida Deum*, & *amoris mixta formido* apud Hieronymum. Natura enim reveremur homines pulcros. Quippe pulcritudo corporis, ut ait Cicero, apta compoſitione membrorum movet oculos & delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes quodam lepore conſentiunt. Sed ut ad rem noſtram redeamus, miror Manutium & ceteros qui iſtic poſuerunt *formoſi* contra veterum codicum & editionum fidem, tantum quia Eraſmus in margine ſuæ editionis conjecerat ita ſcribendum eſſe, nihil tamen in contextu mutaverat, miror inquam, Manutium & ceteros prætuliſſe hanc conjecturam tot auctoritatibus: nam præter vetera exemplaria quæ illi viderunt, præter ea quæ ego vidi, teſtatur Latinus Latinius vetuſtiores codices retinere lectionem quam ego revocavi. Sane, ne quid diſſimulem, vox *formoſi* exſtat in duobus antiquis codicibus, ſed quid iſtud adverſus tam multos qui *formidoloſi* habent? Profectus eſt ergo hic error ex eorum judicio qui non intelligebant vocem *formidoloſi* poſſe habere bonum ſenſum in hoc loco. Lectionem noſtram approbat editio Anglicana, quamvis *formoſi* poſuerit in contextu.

20 *Apud Eſaiam*] Iſta uſque ad *Igitur extolle* deſunt in libro Lamonii.

21 *Phœniceum*] Dubius ſum an lectionem iſtam præferre debeam ei quæ exſtat in quibuſdam manuſcriptis in quibus ſcriptum eſt *quaſi roſſeum* vel *roſeum*, quam lectionem eſſe meliorem videtur colligi poſſe ex Tertulliano, apud quem lib. 4. adverſus Marcionem legitur *quaſi roſeum*.

I N C I P I T
L I B E R S E C U N D U S.

C A P I T U L A.

I. *Chriſtum primogenitum eſſe, & ipſum eſſe ſapientiam Dei, per quem omnia facta ſunt.*

II. *Quod ſapientia Dei Chriſtus eſt, & de ſacramento incarnationis ejus & paſſionis & calicis & altaris & apoſtolorum qui miſſi prædicaverunt.*

III. *Quod Chriſtus idem ſit & ſermo Dei.*

IV. *Quod idem Chriſtus idem ſit manus & brachium Dei.*

V. *Quod*

Digitized by Google

V. *Quod idem angelus & Deus.*
VI. *Quod Deus Chriſtus.*
VII. *Quod Chriſtus Deus venturus eſſet illuminator & ſalvator generis humani.*
VIII. *Quod cum a principio filius Dei fuiſſet, generari denuo haberet ſecundum carnem.*
IX. *Quod hoc futurum eſſet ſignum nativitatis ejus, ut de virgine naſceretur homo & Deus, hominis & Dei filius.*
X. *Quod homo & Deus Chriſtus ex utroque genere concretus, ut mediator eſſe inter nos & patrem poſſet.*
XI. *Quod de ſemine David ſecundum carnem naſci haberet.*
XII. *Quod in Bethleem naſceretur.*
XIII. *Quod humilis in primo adventu ſuo veniret.*
XIV. *Quod ipſe ſit juſtus quem Judæi occiſuri eſſent.*
XV. *Quod ipſe dictus ſit ovis & agnus, qui occidi haberet. Et de ſacramento paſſionis.*
XVI. *Quod idem & lapis dictus ſit.*
XVII. *Quod deinde idem lapis mons fieret & impleret totam terram.*
XVIII. *Quod in noviſſimis temporibus idem mons manifeſtaretur, ſuper quem gentes venirent, & in quem juſti aſcenderent.*
XIX. *Quod ipſe ſit ſponſus eccleſiam habens ſponſam, de qua filii ſpiritaliter naſcerentur.*
XX. *Quod cruci illum fixuri eſſent Judæi.*
XXI. *Quod in paſſione crucis & ſigno virtus omnis ſit & poteſtas.*
XXII. *Quod in hoc ſigno crucis ſalus ſit omnibus qui in frontibus notentur.*
XXIII. *Quod medio die in paſſione ejus tenebræ futuræ eſſent.*
XXIV. *Quod a morte non vinceretur, nec apud inferos remanſurus eſſet.*
XXV. *Quod ab inferis tertio die reſurgeret.*
XXVI. *Quod cum reſurrexiſſet, acciperet a patre omnem poteſtatem, & poteſtas ejus æterna ſit.*
XXVII. *Quod perveniri non poſſit ad Deum patrem niſi per filium ejus Jeſum Chriſtum.*
XXVIII. *Quod ipſe judex venturus ſit.*
XXIX. *Quod ipſe ſit rex in æternum regnaturus.*
XXX. *Quod ipſe ſit & judex & rex.*

CAP. I. CHRISTUM primogenitum eſſe ſapientiam Dei, per quem omnia facta ſunt. Apud Prov. 8. Salomonem [1] in proverbiis: *Dominus condidit me in initio viarum ſuarum, in opera ſua ante ſæculum fundavit me. In principio antequam terram faceret & antequam abyſſos conſtitueret, prius quam procederent fontes aquarum, antequam montes collocarentur, ante omnes colles genuit me Dominus. [2] Fecit regiones & inhabitabilia & fines inhabitabiles ſub cælo. Cum pararet cælum, aderam illi, & cum ſecerneret ſuam ſedem. Cum ſuper ventos validas faceret deſuper nubes, & cum confirmatos ponebat fontes ſub cælo, quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram penes illum diſponens. Ego eram cui adgaudebat. Quotidie autem jucundabar ante faciem ejus in o-*

A *mni tempore cum lætaretur orbe perfecto.* Item apud eumdem in Eccleſiaſtico: *Ego ex ore al-* Eccli. 24. *tiſſimi prodivi [3] primogenita ante omnem creaturam. Ego in cælis feci ut oriretur lumen indeficiens, & nebulæ texi omnem terram. Ego in altis habitavi, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cæli circuivi, & in profundam abyſſi penetravi, & in fluctibus maris ambulavi, & in omni terra ſteti, & in omni populo & in omni gente primatum habui, & omnium excellentium & humilium corda propria virtute calcavi.* B *In me omnis ſpes vitæ & virtutis. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me.* Item in pſalmo LXXXVIII. *Et ego primogenitum ponam eum altiſſimum apud reges terræ. In æternum ſervabo illi miſericordiam meam & teſtamentum meum fidele illi, & ponam in ſæculum ſæculi ſemen ejus. Si dereliquerint filii ejus legem meam, & in judiciis meis non ambulaverint, ſi juſtificationes meas prophanaverint, & præcepta mea non obſervaverint, viſitabo in virga facinora eorum & in flagellis delicta eorum. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis.* Item in evangelio cata C Joannem Dominus dicit: *Hæc autem eſt vitæ* Joa. 17. *æternæ, ut cognoſcant te ſolum & verum Deum & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Ego te clarificavi in terra, opus perfeci quod dediſti mihi ut faciam. Et nunc tu clarifica me apud te ipſum claritate quam habui apud te prius quam mundus fieret.* Item Paulus ad Coloſſenſes: *Qui eſt* Coloſſ. 1. *imago Dei inviſibilis & primogenitus totius creaturæ.* Item illic: *Primogenitus a mortuis, ut fieret in omnibus ipſe primatum tenens.* Item in apocalypſi: *Ego ſum α & ω, initium & finis.* Apoc. 21. D *Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis.* Quod idem ſit & ſapientia & virtus Dei. Paulus ad Corinthios prima: *Quoniam Judæi ſigna deſi-* 1. Cor. 1. *derant, & Græci prudentiam quærunt. Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, ipſis autem vocatis Judæis & Græcis Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam.*

Quod ſapientia Dei Chriſtus; & de ſacra- CAP. II. mento incarnationis ejus & paſſionis & calicis & altaris & apoſtolorum qui miſſi prædicaverunt. Apud Salomonem in proverbiis: *Sapien-* Prov. 9. E *tia ædificavit ſibi domum, & ſubdidit columnas ſeptem. Mactavit ſuas hoſtias, miſcuit in cratera vinum ſuum, & paravit ſuam menſam, & miſit ſervos ſuos convocans cum excelſa prædicatione ad craterem dicens: Qui eſt inſipiens declinet ad me. Et egentibus ſenſu dixit: Venite, edite de meis panibus, & bibite vinum quod miſcui vobis. Dereliquite ſtultitiam, & quærite prudentiam, & corrigite ſcientiam in intellectu.*

Quod Chriſtus idem ſit ſermo Dei. In pſal- CAP. III. mo XLVI. *Eructavit cor meum ſermonem bonum, dico ego opera mea regi.* Item in pſalmo XXXII. F *Sermone Dei cæli ſolidati ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Item apud Eſaiam: *Verbum conſummans & brevians in juſtitia; quo-* Iſa. 10. *niam ſermonem breviatum faciet Deus in toto orbe terræ.* Item in pſalmo CVI. *Miſit ſermonem ſuum, & curavit illos.* Item in evangelio cata Joannem: *In principio erat ſermo, &* Joan. 1. *ſermo erat apud Deum, & Deus erat ſermo. Hic erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. In illo vita erat, & vita erat lux hominum;*

A & lux lucet in tenebris, & tenebræ illam non comprehenderunt. Apoc. 6. Item in apocalypſi: Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus; & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis & verus, æquum juſtumque judicans, & præliabatur; eratque coopertus veſte conſperſa ſanguine; & dicitur nomen ejus ſermo Dei.

CAP. IV. Quod Chriſtus idem manus & brachium Dei ſit. Apud Eſaiam: Iſa. 59. Numquid non vales manus Dei ut ſalvos faciat, aut gravavit aurem ut non exaudiat? Sed peccata veſtra inter vos & Deum ſeparant, & propter peccata veſtra avertit faciem ſuam a vobis ne miſereatur. B Manus enim veſtræ inquinatæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri in peccatis. Labia autem veſtra locuta ſunt facinus, & lingua veſtra injuſtitiam meditatur. Nemo loquitur vera, neque eſt judicium verum. Fidunt in vanis & loquuntur inania qui parturiunt dolorem & pariunt facinus. Item illic: Domine, quis credidit auditui noſtro, & brachium Dei cui revelatum eſt? Item apud eumdem: Sic dicit Dominus: Cælum mihi thronus, & terra ſuppedaneum pedum meorum. Quam mihi ſedem ædificabitis, aut quis locus ad requiem mihi? C Omnia enim iſta fecit manus mea. Item apud eumdem: Domine Deus, altum eſt brachium tuum, & non ſciebant; cum cognoverint autem, confundentur. Item apud Iſa. 53. eumdem: Revelavit Dominus brachium ſuum illum ſanctum in conſpectu omnium gentium. Videbunt omnes gentes ipſa ſuprema terræ ſalutem a Iſa. 41. Deo. [5] Item illic: Ecce feci te ſicut rotas vehiculi triturantis novas in ſe retorxatas; & triturabis montes, & extenuabis colles, & ſicut lanuginem pones & ventilabis, & ventus occupabit illos, & procella diſperget. Tu autem jocundaberis in ſanctis Iſrael, & exſultabunt inopes & egeni. D Quærent enim aquam, & non erit. Lingua enim eorum a ſiti ſiccabit. Ego Dominus Deus, ego exaudiam Deus Iſrael, & non derelinquam eos; ſed aperiam inter montes flumina & in mediis campis fontes. Faciam deſerta in nemora aquoſa, & ſitientem terram in aquæductus. Ponam in inaquoſam terram cedrum & buxum & myrtum & cypreſſum & ulmum & populum, ut videant & cognoſcant & ſciant & credant ſimul quia manus Domini fecit iſta & ſanctus Iſrael oſtendit.

E CAP. V. Quod idem angelus & Deus Chriſtus. In Geneſi ad Abraham: Gen. 22. Et vocavit eum angelus Domini de cælo, & dixit illi: Abraham, Abraham. Ille autem dixit: Ecce ego. Et dixit: Noli imponere manum tuam ſuper puerum, neque feceris illi quidquam. Nunc enim cognovi quoniam times Deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilectiſſimo propter me. Gen. 31. Item illic ad Jacob: Et dixit mihi angelus Domini in ſomnis: Ego ſum Deus quem vidiſti in loco Dei, ubi unxiſti mihi titulum lapideum, & voviſti mihi votum. Item in Exodo: Exo. 15. F Deus autem præibat eos, die quidem per columnam nubis oſtendere illis iter, noctu autem in columna ignis. Et poſtea illic: Promovit autem angelus Dei qui præcedebat exercitum filiorum Iſrael. Item illic: Ecce ego præmitto angelum meum ante faciem tuam ad cuſtodiendum te in itinere, ut te inducat in terram quam tibi præparavi. Obſerva eum, & obaudi eum, & ne fueris inobaudiens ei, & non deerit tibi. Nomen enim meum in illo Joa. 15. eſt. Unde ipſe in evangelio dicit: Ego veni in nomine patris mei, & non recepiſtis me. Cum

A alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis. Et iterum in pſalmo CXVII. Benedictus eſt qui venit in nomine Domini. [6] Item in Malachia: Te- Malac. 2.
ſtamentum meum fuit cum vita & pace, & dedi illi timorem ut timeret me, a facie nominis mei proficiſci illum. Lex veritatis fuit in ore ejus, & injuſtitia non eſt inventa in labiis ejus. In pace linguæ corrigens ambulavit nobiſcum, & multos avertit ab injuſtitia. Quoniam labia ſacerdotis ſervabunt ſcientiam, & legem exquirent ab ore ejus, quoniam angelus omnipotentis eſt.

Quod Deus Chriſtus. In Geneſi: Dixit au- CAP. VI.
B tem Deus ad Jacob: Exſurge, & aſcende in lo- Gen. 35.
cum Bethel, & habita illic, & fac illic altare illi Deo qui tibi apparuit cum fugeres a facie Eſau fratris tui. Item apud Eſaiam: Iſa. 45. Sic dicit Dominus Deus ſabaoth: Fatigata eſt Ægyptus, & negotiatio Æthiopum, & Sabaim viri alti ad te tranſgredientur, & tui erunt ſervi, & poſt te ambulabunt vincti compedibus, & adorabunt te, & in te precabuntur; quoniam in te Deus eſt, & non eſt Deus alius præter te. Tu enim es Deus, & non ſciebamus, Deus Iſrael ſalvator. Confun- C dentur & reverebuntur omnes qui adverſantur tibi, & [7] cadent in confuſionem. Item apud eumdem: Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, Iſa. 40.
rectas facite ſemitas Dei noſtri. Omnis rivus implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt omnia tortuoſa in directum & aſpera in campum, & videbitur claritas Domini, & videbit omnis caro ſalutare Dei, quoniam Dominus locutus eſt. Item apud Hieremiam: Hic Deus noſter, Baruch 3.
& non deputabitur alius abſque illo, qui invenit omnem viam prudentiæ, & dedit eam Jacob puero ſuo & Iſrael dilecto ſibi. Poſt hæc in terris viſus D eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Item apud Zachariam Deus dicit: Et tranſibunt per mare Zach. 10.
anguſtum, & percutient in mari fluctus, & areſacient omnes altitudines fluminum, & confundetur omnis injuria Aſſyriorum, & ſceptrum Ægypti auferetur, & confortabo eos in Domino Deo ipſorum, & in nomine ejus gloriabuntur, dicit Dominus. Item apud Oſee dicit Dominus: Non Oſee 11.
faciam juxta iram indignationis meæ, non ſinam deleri Effraim: quoniam Deus ego ſum, & non homo in te ſanctus, & non introibo in civitatem, E poſt Deum ibo. Item in pſalmo XLIV. Thronus tuus, Deus, in ſæcula ſæculorum, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem. Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exſultationis ſuper participes tuos. Item in pſalmo XLV. Vacate & cognoſcite quoniam ego ſum Deus. Exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. Item in pſalmo LXXXI. Non cognoverunt neque intellexerunt, in umbra deambulabunt. Item in pſalmo LXVII. Cantate Deo, pſallite nomini ejus, viam facite ei qui aſcendit in occaſum, Deus nomen illi. Item F in evangelio cata Joannem: In principio erat Joan. 1.
ſermo, & ſermo erat apud Deum, & Deus erat ſermo. Item in eodem Dominus ad Thomam: [8] Injice huc digitum tuum, & vide ma- Joan. 20.
nus meas, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas, & dixit illi: Dominus meus & Deus meus. Dicit illi Jeſus: Quia vidiſti me, credidiſti. Felices qui non viderunt & crediderunt. Item Paulus ad Romanos: Optabam ego ipſe Rom. 9.
anathema eſſe a Chriſto pro fratribus cognatiſque meis ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio

adoptio & claritas & teſtamentum & legis conſti-
tutio & famulatus & promiſſiones, quorum patres,
ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſu-
per omnia? Deus benedictus in ſæcula. Item in
Apoc. 21. apocalypſi: *Ego ſum a & ω, initium & finis.*
Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Qui
vicerit poſſidebit ea & eorum hereditatem; & ero
ejus Deus, & ille erit mihi filius. Item in pſal-
mo LXXXI. *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in*
medio autem deos diſcernens. Et iterum illic:
Ego dixi dii eſtis & filii altiſſimi omnes, vos au-
tem ſicut homines moriemini. Quod ſi juſti qui
fuerint & præceptis divinis obtemperaverint dii
dici poſſunt, quanto magis Chriſtus Deus Dei
filius? Sic ipſe in evangelio cata Joannem di-
Joa. 10. cit: *Nonne ſcriptum eſt in lege quoniam ego dixi*
dii eſtis? Si illos dixit deos ad quos ſermo Dei
factus eſt, & non poteſt ſolvi ſcriptura, quem pa-
ter ſanctificavit & miſit in ſæculum vos dicitis quo-
niam blaſphemas, quia dixi filius Dei ſum. Quod
ſi non facio facta patris, nolite mihi credere; quod
ſi facio, & mihi non vultis credere, factis credi-
te, & cognoſcite quoniam in me eſt pater, & ego
Matth. 1. *in illo.* Item in evangelio cata Matthæum: *Et*
vocabitis nomen ejus Emmanuel, quod eſt interpre-
tatum nobiſcum Deus.

CAP. VII. Quod Chriſtus Deus venturus eſſet illumina-
tor & ſolvator generis humani. Apud Eſaiam:
Iſa. 35. *Confortamini manus reſolutæ & genua debilia, ex-*
hortamini. Qui eſtis puſillanimes, nolite metuere.
Deus noſter judicium retribuet, ipſe veniet & ſal-
vos faciet nos. Tunc aperientur oculi cæcorum,
& aures ſurdorum audient. Tunc ſaliet claudus
ſicut cervus, & plana erit lingua mutorum: quia
rupta eſt in deſerto aqua, & rivus in terra ſi-
Iſa. 63. *tienti.* Item illic: *Non ſenior, neque angelus,*
ſed ipſe Dominus liberabit illos; quia diliget eos
& parcet eis, & ipſe redimet eos. Item illic:
Iſa. 42. *Ego Dominus Deus vocavi te in juſtitia, ut te-*
neam manum tuam, & confortabo te; & dedi te
in teſtamentum generis mei, in lumen gentium, a-
perire oculos cæcorum, producere a vinculis vin-
ctos, & de domo carceris ſedentes in tenebris.
Ego Dominus Deus, hoc mihi nomen eſt. Clari-
tatem meam alii non dabo, neque virtutes meas
ſculptilibus. Item in pſalmo XXIV. *Vias tuas,*
Domine, oſtende mihi, & ſemitas tuas edoce me,
& deduc me ad veritatem tuam, & doce me,
quoniam tu es Deus ſalvator meus. Unde in e-
Joan. 8. vangelio cata Joannem Dominus dicit: *Ego*
ſum lumen mundi. Qui me ſecutus fuerit, non
ambulavit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.
Item cata Matthæum Gabriel angelus ad Jo-
Matth. 1. ſeph: *Joſeph fili David, ne metueris aſſumere*
Mariam uxorem tuam. Quod enim ex illa natum
fuerit de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filium,
& vocabis nomen ejus Jeſum. Hic enim ſalvum
faciet populum ſuum a peccatis eorum. Item cata
Luc. 1. Lucam: *Et Zacharias impletus eſt ſpiritu ſan-*
cto, & prophetavit dicens: Benedictus Dominus
Deus Iſrael, qui proſpexit redemptionem populo
ſuo, & excitavit nobis cornu ſalutis in domo Da-
vid pueri ſui. Item illic angelus ad paſtores:
Ne timueritis. Ecce enim adnuntio vobis quoniam
natus eſt vobis hodie ſalvator, qui eſt Chriſtus
Jeſus, in civitate David.

CAP. VIII. Quod cum a principio filius Dei fuiſſet,
generari denuo haberet ſecundum carnem. In
pſalmo ſecundo: *Dominus dixit ad me, filius*

A *meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula a me,*
& dabo tibi gentes hereditatem tuam & poſſeſſio-
nem tuam terminos terræ. Item in evangelio ca-
ta Lucam: *Et factum eſt ut audivit ſalutationem* Luc. 1.
Mariæ Eliſabeth, exſultavit infans in utero ejus,
& impleta eſt ſpiritu ſancto, & exclamavit voce ma-
gna & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & bene-
dictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi contin-
git ut veniat mater Domini mei ad me? Item Pau-
lus ad Galatas: *At ubi advenit impletio tempo-* Gal. 4.
ris, miſit Deus filium ſuum natum de muliere.
B Item in epiſtola Joannis: *Omnis ſpiritus qui* 1. Joa. 4.
confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, de Deo
eſt. Qui autem negat in carne veniſſe, de Deo
non eſt, ſed eſt de antichriſti ſpiritu.

Quod hoc futurum eſſet ſignum nativitatis CAP.
ejus ut de virgine naſceretur homo & Deus, IX.
hominis & Dei filius. Apud Eſaiam: *Et ad-* Iſa. 7.
jecit Dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi
ſignum a Domino Deo tuo in altitudinem ſurſum
& in altitudinem deorſum. Et dixit Achaz:
Non petam, & non tentabo Dominum Deum meum.
Et dixit: Audite itaque domus David. Non
C *puſillum vobis certamen cum hominibus, quoniam*
Deus præſtat agonem. Propter hoc dabit Deus
ipſe vobis ſignum. Ecce virgo in uterum accipiet,
& pariet filium, & vocabitis nomen ejus Emma-
nuel. Butyrum & mel manducabit prius quam
ſciat reprobare malum & eligere bonum. Hoc ſe-
men prædixerat Deus de muliere procedere,
quod calcaret caput diaboli. In Geneſi: *Tunc* Gen. 3.
dixit Deus ad ſerpentem: Quia tu hoc feciſti,
maledictus tu ab omni genere beſtiarum terræ. Pe-
ctore tuo & ventre repes, & erit tibi terra cibus
D *in omnibus diebus vitæ tuæ. Et ponam inimici-*
tiam inter te & mulierem & inter ſemen ejus. I-
pſe tuum obſervabit caput, & tu obſervabis cal-
caneum ejus.

Quod & homo & Deus Chriſtus, ex utro- CAP.
que genere concretus, ut mediator eſſe inter X.
nos & patrem poſſet. Apud Hieremiam: *Et* Hier. 17.
homo eſt, & quis cognoſcet eum? Item in Nu-
meris: *Orietur ſtella ex Jacob, & exſurget ho-* Num.
mo ex Iſrael. Item illic: *Procedet homo de ſe-* 24.
mine ejus, & dominabitur multarum gentium, &
exaltabitur tamquam Gog regnum ipſius, & auge-
E *bitur regnum ejus, & Deus eduxit eum ex Ægy-*
pto; quaſi claritas unicornis ei, & edet gentes
inimicorum ſuorum, & craſſitudines illorum emedul-
labit, & baliſtis ſuis configet inimicum. Recubans
requievit quaſi leo & quaſi catulus leonis. Quis
ſuſcitabit eum? Qui benedicunt te benedicti ſunt,
& qui maledicunt te maledicti ſunt. Item apud
Eſaiam: *Spiritus Domini ſuper me. Propter quod* Iſa. 61.
unxit me, bene nuntiare pauperibus miſit me, cu-
rare contribulatos corde, prædicare captivis remiſ-
ſionem & cæcis viſum, vocare annum Domini ac-
ceptabilem & diem retributionis. Unde in evan-
F gelio cata Lucam Gabriel ad Mariam: *Et re-* Luc. 1.
ſpondens angelus dixit ad illam: Spiritus ſanctus
ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit te.
Quapropter quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur
filius Dei. Item in epiſtola Pauli ad Corin-
thios priore: *Primus homo de terræ limo, ſecun-* 1. Cor.
dus homo de cælo. Qualis ille de limo, tales & qui 15.
de limo; & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Quo-
modo portavimus imaginem ejus qui de limo eſt,
portemus & imaginem ejus qui de cælo eſt.

Quod de ſemine David ſecundum carnem naſci CAP.
haberet. XI.

2. Reg.7. haberet. In baſilion ſecundo: *Et fuit verbum Domini ad Nathan dicens: Vade, & dic ſervo meo David: Hæc dicit Dominus: Non tu ædificabis mihi domum ad inhabitandum; ſed erit, cum impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, qui erit de utero tuo, & parabo regnum ejus. Hic ædificabit mihi domum in nomine meo, & erigam thronum ejus uſque in ſæculum. Et ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium; & fidem conſequetur domus ejus, & regnum ejus uſque in ſæcu-*
Iſa. 11. *lum in conſpectu meo.* Item apud Eſaiam: *Et exibit virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet; & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & implebit eum ſpiritus timoris Domini.* Item in pſalmo CXXXI. *Juravit Deus ipſi David veritatem, & non reprobavit eam: De fructu ventris tui ponam ſuper thronum meum.* Item
Luc. 1. in evangelio cata Lucam: *Et dixit angelus ad illam: Ne timeas Maria. Inveniſti enim gratiam ante Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus thronum David patris ſui, & regnabit ſuper domum Jacob in ſæcula, & regni ejus*
Apoc.5. *non erit finis.* Item in apocalypſi: *Et vidi librum in dextera Dei ſedentis ſuper thronum ſcriptum intus & retro, ſignatum ſignis ſeptem; & vidi angelum fortem prædicantem voce magna: Quis dignus eſt accipere librum & aperire ſigna ejus? Nec quiſquam poterat neque in cæla, neque ſuper terram, neque ſub terra aperire librum, ſed neque perſpicere eum. Et ega flebam multum quod nemo dignus repertus eſſet qui aperiret librum aut videret illum. Et unus ex ſenioribus dixit mihi: Ne fleveris, ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum & ſolvere ſeptem ſigna ejus.*

CAP. XII. Quod in Bethleem naſceretur. Apud Micheam: *Et tu Bethleem domus Effrata non exi-*
Miche.6. *gua es, ut conſtituaris in millibus Juda. Ex te mihi procedet ut ſit princeps apud Iſrael, & proceſſiones ejus a principio a diebus ſæculi.* Item in
Matt.2. evangelio: *Et cum Jeſus natus eſſet in Bethleem Judæ in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt Hieroſolymam dicentes: Ubi eſt qui natus eſt rex Judæorum? Vidimus enim ſtellam ejus in oriente, & venimus cum muneribus adorare illum.*

CAP. XIII. Quod humilis in primo adventu ſuo veniret. Apud Eſaiam: *Domine, quis credidit auditui*
Iſa. 53. *noſtro, & brachium Domini cui revelatum eſt? Annuntiavimus coram ipſo ſicut pueri, ſicut radix in terra ſitienti. Non eſt figura ejus neque claritas; & vidimus illum, & non habuit figuram neque ſpeciem, ſed figura ejus ſine honore & deficiens præter ceteros homines. Homo in plaga poſitus & ſciens ferre imbecillitatem; quia averſa eſt facies ejus, inhonoratus eſt, & non eſt computatus. Hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet, & nos putavimus illum eſſe in dolore & in plaga & in vexatione; ipſe autem vulneratus eſt propter facinora noſtra, & infirmatus eſt propter peccata noſtra. Doctrina pacis noſtræ ſuper illum, & livore ejus ſanati ſumus. Omnes ſicut oves erravimus, homo a via ſua erravit. Et Deus tradidit illum pro peccatis noſtris, & ipſe propterea quod vexatus eſt non aperuit os ſuum.* Item apud
eumdem: *Non ſum contumax, neque contradico;* Iſa. 50.
dorſum meum poſui ad flagella, & maxillas meas ad palmas, faciem autem meam non averti a fœditate ſputorum, & fuit Deus auxiliator meus.
Item apud eumdem: *Non clamabit neque au-* Iſa. 42.
diet quis in plateis vocem ejus. Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non exſtinguet, ſed in veritate proferet judicium. Fulgebit & non quaſſabitur quoaduſque ponat in terra judicium, & in nomine ejus gentes credent. Item in pſalmo XXI. *Ego autem ſum vermis, & non homo, maledictum hominis, & abjectio populi. Omnes qui me videbant deſpiciebant me, & locuti ſunt in labiis, & moverunt caput. Speravit in Domino, eripiat eum; ſalvum faciat eum, quoniam vult eum.* Item illic: *Aruit velut teſta virtus mea, & lingua mea adglutinata eſt faucibus*
meis. Item apud Zachariam: *Et oſtendit mihi* Zach. 3.
Dominus Jeſum ſacerdotem illum magnum ſtantem ante faciem angeli Domini, & diabolus ſtabat ad dexteram ejus adverſari ei. Et Jeſus erat indutus veſtimenta ſordida, & ſtabant ante faciem ipſius angeli, & reſpondit & ait ad eos qui ſtabant ante faciem ejus dicens: Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abſtuli iniquitates tuas. Et induite eum poderem, & imponite cidarim mundam ſuper caput ejus. Item
Paulus ad Philippenſes: *Qui in figura Dei con-* Philip.2.
ſtitutus non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit ſe, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.

Quod ipſe ſit juſtus quem Judæi occiſuri eſſent. CAP. XIV.
In ſapientia Salomonis: *Circumveniamus juſtum,* Sap. 2.
quoniam inſuavis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & exprobrat nobis peccata legis. Promittit ſcientiam Dei ſe habere, & filium Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductione cogitationum noſtrarum, gravis eſt nobis etiam ad videndum; quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & mutatæ ſunt viæ illius. Tamquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & continet ſe a viis noſtris quaſi ab immunditiis, & præfert noviſſima juſtorum, & gloriatur patrem ſe habere Deum. Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſunt, & tentemus quæ ventura ſunt illi. Contumelia & tormento interrogemus eum, ut ſciamus reverentiam illius, & probemus patientiam illius. Morte turpiſſima condemnemus eum. Hæc cogitaverunt, & erraverunt. Excæcavit enim illos malitia ipſorum, & neſcie-
runt ſacramenta Dei. Item apud Eſaiam: *Vi-* Iſa. 57.
dete quomodo juſtus perit, & nemo intelligit, & viri juſti tolluntur, & nemo recognoſcit. A facie enim injuſtitiæ ſublatus eſt juſtus, & erit in pace ſepultura ejus. De hoc ipſo in Exodo ante præ-
dictum: *Innocentem & juſtum non occides.* Item Exo. 23.
in evangelio: *Judas pœnitentia ductus ſacerdoti-* Matt.27.
bus & ſenioribus dixit: Peccavi tradens ſanguinem juſtum.

Quod ipſe dictus ſit ovis & agnus qui occi- CAP.
di haberet, & de ſacramento paſſionis. Apud XV.
Eſaiam: *Sicut ovis ad victimam ductus eſt, &* Iſa. 53.
ſicut

ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce ſic non aperuit os ſuum. In humilitate judicium ejus ſublatum eſt. Nativitatem ejus quis enarrabit? Quoniam auferetur a terra vita ejus, a facinoribus populi mei adductus eſt ad mortem, & dabo malos pro ſepultura ejus & ipſos divites pro morte ejus, quia facinus non fecit, neque inſidias ore ſuo. Propterea ipſe conſequetur multos, & fortium dividet ſpolia, propterea quod tradita eſt ad mortem anima ejus, & inter facinoroſos deputatus eſt. Et ipſe peccata multorum pertulit, & propter facinora illorum traditus eſt. Item apud

Hier. 11. Hieremiam: *Domine, ſignifica mihi, & cognoſcam, tunc vidi meditationes eorum. Ego ſicut agnus ſine malitia perductus ſum ad victimam; in me cogitaverunt cogitatum dicentes: Venite, mittamus lignum in panem ejus, & eradamus a terra vitam ejus, & nomen ejus non erit in memoria amplius.* Item in Exodo Deus ad Moy-

Exo. 12. ſen: *Accipiant ſibi ſinguli ovem per domos tribuum, ovem ſine vitio, perfectum, maſculum, anniculum erit vobis. Ab agnis & ab hædis accipietis, & occident illum omne vulgus ſynagogæ filiorum Iſrael ad veſperam; & accipient de ſanguine ejus, & ponent ſuper duos poſtes & ſuper limen in domibus, in quibus eum edent in ipſis; & edent carnes ipſa nocte aſſatas igni, & azyma cum* ᵃ *picridibus edent. Non edetis de eis crudam, neque coctam in aqua, niſi aſſatam igni, caput cum pedibus & interaneis; nihil derelinquetis ex eis in mane, & os non confringetis ex eo. Quæ autem relicta fuerint de eo uſque in mane, igni crementur. Sic autem comedetis eum. Lumbi veſtri præcincti, & caligæ veſtræ in pedibus veſtris, & bacula veſtra in manibus veſtris; & edetis eum feſtinanter. Paſcha eſt enim Do-*

Apoc. 5. *mini.* Item in apocalypſi: *Et vidi in medio throni & quatuor animalium & in media ſeniorum agnum ſtantem quaſi occiſum, habentem cornua ſeptem & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei miſſi per orbem terræ. Et venit, & accepit librum de dextera Dei ſedentis in throno. Et cum accepiſſet librum, quatuor animalia & viginti quatuor ſeniores proſtraverunt ſe ante agnum, habentes ſinguli citharas & pateras aureas plenas odoramentis ſupplicationum, quæ ſunt orationes ſanctorum, & cantaverunt canticum novum dicentes: Dignus es, Domine, accipere librum & aperire ſigna ejus, quoniam occiſus es & redemiſti nos ſanguine tuo ex omni tribu & lingua & populo & natione, & feciſti nos regnum Deo noſtro, ſacerdoteſque feciſti, & regnabunt ſuper terram.*

Joan. 1. Item in evangelio: *Altera die vidit Joannes Jeſum venientem ad ſe, & ait: Ecce agnus Dei, & ecce qui aufert peccata mundi.*

CAP. XVI. Quod idem & lapis dictus ſit. Apud Eſaiam ſic dicit Dominus: *Ecce ego immitto in*

Iſa. 28. *fundamenta Sion lapidem pretioſum, electum, ſummum, angularem, honoratum; & qui crediderit in eum, non confundetur.* Item in pſalmo CXVII. *Lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino factus eſt iſte, & eſt admirabilis in oculis noſtris. Iſte dies quem fecit Dominus, exſultemus & jucundemur in eo. O Domine ſalva igitur, o Domine dirige igitur. Benedictus eſt qui venit in nomine Domi-*

Zach. 3. *ni.* Item apud Zachariam: *Ecce ego adduco puerum meum. Oriens nomen eſt ei: quoniam lapis quem dedi ante faciem Jeſu, ſuper lapidem ipſum unum ſeptem oculi ſunt.* Item in Deuteronomio: *Et ſcribes ſuper lapidem omnem legem hanc manifeſte nimis.* (Deut. 27.) Item apud Jeſum Nave: *Et accepit lapidem magnum, & ſtatuit* (Joſue 24.) *eum illic contra Dominum, & ait Jeſus ad populum: Ecce lapis iſte erit vobis in teſtimonium quia iſte audivit omnia quæ dicta ſunt a Domino, quanta locutus eſt ad vos hodie; & erit ipſe vobis in teſtimonium in noviſſimo dierum, quando receſſeritis a Deo veſtro.* Item in actibus apoſtolorum Petrus: *Principes populi & ſeniores* (Act. 4.) *Iſrael audite: Ecce nos hodie interrogamur a vobis ſuper benefacto hominis infirmi in quo iſte ſalvatus eſt. Sit vobis omnibus notum & omni populo Iſrael quia in nomine Jeſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit a mortuis, in illo iſte in conſpectu veſtro ſanus adſtat, in alio autem nullo. Hic eſt lapis qui contemtus eſt a vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli. Non eſt enim nomen aliud ſub cælo datum hominibus in quo oportet ſalvari nos.* Hic eſt lapis in Geneſi quem ponit Jacob (Gen. 28.) ad caput ſuum, quia caput viri Chriſtus; & dormiens videt ſcalam ad cælum pertingentem, in qua conſtitutus erat Dominus, & angeli aſcendebant & deſcendebant; quem lapidem conſecravit & unxit ſacramento unctionis Chriſtum ſignificans. Hic eſt lapis in Exodo (Exo. 17.) ſuper quem ſedit Moyſes in cacumine collis quando Jeſus Nave contra Amalech dimicavit, & ſacramento lapidis & ſtabilitate ſeſſionis Amalech ſuperatus eſt ab Jeſu, id eſt, diabolus a Chriſto victus eſt. Hic eſt lapis magnus in baſilion primo ſuper quem poſita eſt arca te- (1. Reg. 5.) ſtamenti, quando eam ab allophylis remiſſam & redditam in plauſtro boves reportaverunt. Item hic eſt lapis in baſilion quo David frontem (1. Reg. 17.) Goliæ percuſſit & occidit, ſignificans diabolum & ſervos ejus inde proſterni, victa ſcilicet ea capitis parte quam ſignatam non habent. Quo ſigno nos & tuti ſemper ſumus & vivimus. Hic eſt lapis quem cum alienigenas Iſrael viciſſet ſtatuit Samuel, & appellavit nomen ejus Abennezer, id eſt, lapis auxiliator.

CAP. XVII. Quod deinde idem lapis mons fieret & impleret totam terram. Apud Danielem: (Dan. 2.) *Et ecce imago nimis magna, & contemplatio ejus imaginis metuenda & elata ſtabat contra te; cujus caput fuit ex auro bono, pectus & brachia ejus argentea, venter & femora ærea, pedes autem ex parte quidem ferrei, ex parte autem fictiles, quoaduſque abſciſus eſt lapis de monte ſine manibus concidentium, & percuſſit imaginem ſuper pedes ferreos & fictiles, & comminuit eos minutatim, & factum eſt ſimul ferreum & teſta & æramentum & argentum & aurum; & facta ſunt minuta quaſi palea aut pulvis in area æſtate, & ventilavit illa ventus, ita ut nihil remanſerit ex illis; & lapis qui percuſſit imaginem factus eſt mons magnus, & implevit totam terram.*

CAP. XVIII. Quod in noviſſimis temporibus idem mons manifeſtaretur, ſuper quem gentes venirent, & in quem juſti quique aſcenderent. Apud Eſaiam: (Iſa. 2.) *Erit in noviſſimis temporibus manifeſtus mons Domini & domus Dei ſuper vertices montium, & exaltabitur ſuper colles, & venient ſuper illum omnes gentes, & ambulabunt multi, & dicent: Venite, aſcendamus in montem Domini &*

in illo-

in domum Dei Jacob , & nuntiabit nobis viam A
ejus , & ambulabimus in illa . De Sion enim pro-
cedet lex & verbum Domini ab Hieruſalem ; &
judicabit inter gentes , & redarguet populum mul-
tum , & concident gladios ſuos in aratra & lan-
ceas ſuas in falces , & jam non diſcent pugnare .
Item in pſalmo XXIII. *Quis aſcendet in montem*
Domini , aut quis ſtabit in loco ſancto ejus ? In-
nocens manibus & mundo corde . Qui non accepit
in vano animam ſuam , & non juravit ſubdole pro-
ximo ſibi , iſte accipiet benedictionem a Domino &
miſericordiam a Deo ſalutari ſuo . Iſta nativi-
tas eorum qui eum quærunt , qui quærunt faciem B
Dei Jacob .

CAP. XIX. Quod ipſe ſit ſponſus eccleſiam habens ſpon-
ſam , de qua filii ſpiritales naſcerentur . Apud
Jobel 2. Johel . *Canite tuba in Sion , ſanctificate jejunium ,*
& indicite curationem , aggregate populum ; ſancti-
ficate eccleſiam , excipite majores nata , colligite
parvulos lactentes , procedat ſponſus de cubili ſuo ,
& ſponſa de thalamo ſuo . Item apud Hiere-
Hier.16. miam : *Et auferam de civitatibus Juda & de*
quadriviis Hieruſalem vocem lætantium & vocem
gaudentium , vocem ſponſi & vocem ſponſæ . Item C
in pſalmo XVIII. *Et ipſe velut ſponſus egrediens*
de thalamo ſuo . Exſultavit ut gigas viam currere .
A ſummo cæli egreſſio ejus , & decurſio ejus uſque
ad ſummum ejus , & non eſt qui lateat a calore
Apoc. 21. *ejus .* Item in apocalypſi : *Veni , oſtendam tibi*
novam nuptam uxorem agni ; & duxit me in ſpi-
ritu in montem magnum , & oſtendit mihi civita-
tem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cælo ,
a Deo habentem claritatem Dei . Item in evan-
Joan. 3. gelio cata Joannem : *Vos mihi teſtes eſtis quo-*
niam dixi eis qui miſſi ſunt ab Hieroſolymis ad
me quia non ſum Chriſtus , ſed quoniam miſſus D
ſum ante illum . Qui enim habet ſponſam ſponſus
eſt . Amicus autem ſponſi eſt qui ſtat & audit eum
& gaudio gaudet propter vocem ſponſi . Hujus rei
myſterium oſtenſum eſt apud Jeſum Nave ,
quando juſſus eſt excalciare ſe , quod ſcilicet
ſponſus non ipſe eſſet . Erat enim in lege ut
quiſquis nuptias recuſaret , calciamentum de-
poneret , calciaretur vero ille qui ſponſus fu-
Joſue 5. turus eſſet . *Et factum eſt cum eſſet Jeſus in*
Jerico , circumſpexit oculis , & vidit hominem
ſtantem ante faciem ſuam & frameam tenentem in E
manu ejus , & dixit : Noſter es , an adverſario-
rum ? Ille autem dixit : Ego ſum dux virtutis
Domini , nunc adveni . Et Jeſus cecidit in faciem
ad terram , & ait illi : Domine , quid imperas
famulo tuo ? Et ait dux virtutis Domini : Solve
calciamentum de pedibus tuis . Locus enim in quo
ſtas terra ſancta eſt . Item in Exodo Moyſes
jubetur calciamentum deponere , quod nec ipſe
Exo. 3. ſponſus eſſet : *Et apparuit ei angelus Domini in*
flamma ignis de rubo , & vidit quoniam rubus ar-
deret igni , rubus autem non cremabatur . Et dixit
Moyſes : Tranſiens videbo hoc grande viſum , cur F
utique non crematur rubus . Ut vidit autem quo-
niam accedit videre , vocavit eum Dominus Deus
de rubo dicens : Moyſes , Moyſes . Qui dixit :
Quid eſt ? Et dixit : Ne acceſſeris huc niſi ſolve-
ris calciamentum de pedibus tuis . Locus enim in
quo ſtas terra ſancta eſt . Et dixit ei : Ego ſum
Deus patris tui , Deus Abraham , & Deus Iſa-
ac , Deus Jacob . Hoc autem manifeſtatum
Joan. 1. eſt in evangelio cata Joannem : *Et reſpondit*
illis Joannes : Ego quidem baptizo in aqua . In

A *medio autem veſtrum ſtat quem vos neſcitis . Ipſe*
eſt enim de quo dixi : Poſt me veniens homo
ante me factus eſt , cujus non ſum dignus corri-
giam calciamenti ſolvere . Item cata Lucam : *Sint* Luc. 12.
lumbi veſtri præcincti , & lucernæ ardentes , &
vos ſimiles hominibus exſpectantibus dominum ſuum
quando veniat a nuptiis , ut cum venerit & pulſa-
verit aperiant ei . Beati ſervi illi quos adveniens
dominus invenerit vigilantes . Item in apocalypſi :
Regnavit Dominus Deus omnipotens , gaudeamus Apoc.
& exſultemus , & demus ei gloriæ claritatem , quo- 19.
B *niam venerunt nuptiæ agni , & uxor ejus ſe præ-*
paravit .

Quod crucei illum fixuri eſſent Judæi . Apud CAP.
Eſaiam : *Expandi manus meas tota die ad ple-* XX.
bem contumacem & contradicentem mihi , qui am- Iſa. 65.
bulant vias non bonas , ſed poſt peccata ſua . Item
apud Hieremiam : *Venite , mittamus lignum in pa-* Hier. 11.
nem ejus , & eradamus a terra vitam ejus . Item
in Deuteronomio : *Et erit pendens vita tua an-* Deut. 28.
te oculos tuos , & timebis die & nocte , & non
credes vitæ tuæ . Item in pſalmo XXI. *Effode-*
runt manus meas & pedes meos , dinumeraverunt
C *omnia oſſa mea . Ipſi autem contemplati ſunt , &*
viderunt me , & diviſerunt veſtimenta mea ſibi ,
& ſuper veſtem meam ſortem miſerunt . Tu au-
tem , Domine , ne elongaveris auxilium tuum a
me , in auxilium meum attende . Libera a gladio
animam meam & de manu canis unicam meam .
Salva me ex ore leonis & a cornibus unicornium
humilitatem meam . Enarrabo nomen tuum fratri-
bus meis , in medio eccleſiæ laudabo te . Item in
pſalmo CXVIII. *Confige clavis de metu tuo car-*
nes meas . Item in pſalmo CXL. *Allevatio ma-*
nuum mearum ſacrificium veſpertinum . De quo
D ſacrificio Sophonias dixit : *Metuite a facie Do-* Soph. 1.
mini Dei , quoniam prope eſt dies ejus : quia ap-
paravit Dominus ſacrificium ſuum , ſanctificavit
electos ſuos . Item apud Zachariam : *Et intue-* Zach. 12.
buntur in me , in quem transfixerunt . Item in
pſalmo LXXXVII. *Exclamavi ad te , Domine ,*
tota die , extendi ad te manus meas . Item in
Numeris : *Non quaſi homo Deus ſuſpenditur ,* Num.
neque quaſi filius hominis minas patitur . Unde 23.
in evangelio Dominus dicit : *Sicut Moyſes exal-* Joan. 3.
tavit ſerpentem in eremo , ita exaltari oportet fi-
E *lium hominis , ut omnis qui crediderit in filium ha-*
beat vitam æternam .

Quod in paſſione crucis & ſigno virtus o- CAP.
mnis ſit & poteſtas . Apud Abacuc : *Texit cæ-* XXI.
los virtus ejus , & laudis ejus plena eſt terra ; & Abacuc
ſplendor ejus ut lux erit , cornua in manibus ejus 3.
erunt . Et illic conſtabilita eſt virtus gloriæ ejus ,
& conſtituit dilectionem validam . Ante faciem
ſuam ibit verbum , & procedet in campos ſecun-
dum greſſus ſuos . Item apud Eſaiam : *Ecce na-* Iſa. 9.
tus eſt nobis puer , & datus eſt nobis filius , cu-
jus imperium ſuper humeros ejus ; & vocatum eſt
F *nomen ejus magnæ cogitationis nuntius .* Hoc ſigno
crucis & Amalech victus eſt ab Jeſu per Moy-
ſen . In Exodo dixit Moyſes ad Jeſum : *Elige* Exo. 17.
tibi viros , & exi , & conſtitue cum Amalech in
craſtinum . Ecce ego ſtabo in cacumine collis , &
virga Dei in manu mea . Et factum eſt cum le-
vabat manus Moyſes , prævalebat Iſrael . Ubi
autem ſubmiſerat manus Moyſes , invaleſcebat A-
malech . Sed manus Moyſi erant graves , & ac-
cepto lapide ſuppoſuerunt ſub eo , & ſedebat ſu-
per eum ; & Aaron & Ur ſuſtentabant manus
ejus

ejus hinc & inde, & factæ ſunt manus Moyſi
ſtabiles uſque in occaſum ſolis, & fugavit Jeſus
Amalech & omnem populum ejus. Et dixit Do-
minus ad Moyſen: Scribe hoc ut ſit memoria in
libro, & da in aures Jeſu quoniam deletione de-
leam memoriam Amalech de ſub cælo.

CAP. Quod in hoc ſigno crucis ſolus ſit nmnibus
XXII. qui in frontibus nnrentur. Apud Ezechielem
Ezech 9. dicit Dominus: Tranſi mediam Hieruſalem, &
notabis ſignum ſuper frontes virorum qui ingemunt
& mœrent ob iniquitates quæ fiunt in medio ipſo-
rum. Item illic: Vadite & cædite, & nolite
parcere oculis veſtris. Nolite miſereri ſenioris &
juvenis & virginis, & parvulos & mulieres in-
terficite, ut perdeleantur. Omnem autem ſuper
quem ſignum ſcriptum eſt ne tetigeritis, & ab i-
pſis ſanctis meis incipite. Item in Exodn Deus
Exo. 12. ad Mnyſen: Et erit ſanguis in ſigno vobis ſuper
domos in quibus ibi eritis; & videbo ſanguinem,
& protegam vos, & non erit in vobis plaga di-
minutionis cum percutiam terram Ægypti. Item
Apoc. in apocalypſi: Et vidi agnum ſtantem in monte
21. Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor mil-
lia, & habebant nomen ejus & nomen patris ejus
ſcriptum in frontibus ſuis. Item illic: Ego ſum
a & ω, primus & noviſſimus, initium & finis.
Felices eos qui faciunt præcepta ejus, ut ſit po-
teſtas eorum ſuper lignum vitæ.

CAP. Quod medio die in paſſinne ejus tenebræ
XXIII. futuræ eſſent. Apud Amos: Et erit in illo
Amos 8. die, dicit Dominus, occidet ſol meridie, & n
obtenebrabitur dies lucis; & convertam dies fe-
ſtos veſtros in luctum & omnia cantica veſtra in
Hier.15. lamentationem. Item apud Hieremiam: Exter-
rita eſt quæ parit, & tæduit anima ejus. Subiit
ſol ei cum adhuc medius dies eſſet, confuſa eſt
& maledicta. Reliquos eorum in gladio dabo in
conſpectu inimicorum eorum. Item in evangelio:
Matt.27. A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper to-
tam terram uſque ad horam nonam.

CAP. Quod a morte non vinceretur, nec apud
XXIV. inferos remanſurus eſſet. In pſalmo XXIX. Do-
mine, reduxiſti ab inferno animam meam. Item
in pſolmn XV. Non derelinques animam meam
apud inferos, neque dabis ſanctum tuum videre
corruptionem. Item in pſolmn III. Ego dormivi,
& ſomnum cepi, & reſurrexi, quoniam Dominus
Joa. 10. auxiliatus eſt mihi. Item cato Jnannem: Ne-
mo aufert animam meam a me, ſed ego a me
pono eam; poteſtatem habeo ponendi eam, & po-
teſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc enim
mandatum accepi a patre meo.

CAP. Quod ab inferis tertin die reſurgeret. Apud
XXV. Oſee: Vivificabit nos poſt biduum, die tertio re-
Oſee 6. ſurgemus. Item in Exodn: Et dixit Dominus
Exo. 19. ad Moyſen: Deſcende & teſtificare populo, &
ſanctifica illos hodie & cras, & lavent veſtem
ſuam, & ſint parati in perendinum diem. Die
enim tertio deſcendet Dominus in montem Sina.
Matt.12. Item in evangelin: Progenies nequam & adul-
tera ſignum quærit, & ſignum non dabitur illi niſi
ſignum Jonæ prophetæ. Quomodo enim fuit Jonas
in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita
erit filius hominis in corde terræ tribus diebus &
tribus noctibus.

CAP. Quod cum reſurrexiſſet, acciperet a patre
XXVI. omnem poteſtatem & poteſtas ejus æterna ſit.
Dan. 7. Apud Donielem: Videbam in viſu nocte; &
ecce in nubibus cæli quaſi filius hominis veniens
A venit uſque ad veterem dierum, & ſtetit in con-
ſpectu ejus, & qui aſſiſtebant ei obtulerunt eum;
& data eſt ei poteſtas regia, & omnes reges ter-
ræ per genus, & omnis claritas ſerviens ei; &
poteſtas ejus æterna, quæ non auferetur, & re-
gnum ejus non corrumpetur. Item apud Eſoiam:
Nunc exſurgam, dicit Dominus, nunc clarifica- Iſa. 33.
bor, nunc exaltabor; nunc videbitis, nunc intel-
ligetis, nunc confundemini. Vana erit fortitudo
ſpiritus veſtri, ignis vos conſumet. Item in pſal-
mn CIX. Dixit Dominus Domino meo, ſede ad
B dexteram meam quoaduſque ponam inimicos tuos
ſuppedaneum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ
mittet Deus a Sion, & dominaberis in medio
inimicorum tuorum. Item in apocalypſi: Et con- Apoc. 2.
verſus reſpexi, ut viderem vocem quæ mecum lo-
quebatur. Et vidi ſeptem candelabra aurea, &
in medio candelabrorum ſimilem filio hominis veſti-
tum podere, & erat præcinctus ſupra mamillas
zonam auream. Caput autem ejus & capilli erant
albi velut lana aut nix, & oculi ejus ut flamma
ignis, & pedes ejus ſimiles auricbalco, ſicut de
fornace ignis, & vox ejus ut ſonus aquarum mul-
C tarum; & habebat in dextera ſua ſeptem ſtellas,
& ex ore ejus gladius utraque parte acutus exi-
bat, & facies ejus ſplendebat ut ſol in virtute
ſua. Et cum vidiſſem eum, cecidi ad pedes ejus
tamquam mortuus, & impoſuit ſuper me dexte-
ram ſuam dicens: Noli timere, ego ſum primus
& noviſſimus, & vivus qui fueram mortuus; &
ecce ſum n vivens in ſæcula ſæculorum, & habeo
claves mortis & inferorum. Item in evongelio
Dominus poſt reſurrectionem diſcipulis dicit:
Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Matt.28.
D Ite ergo, & docete omnes gentes, tingentes eos
in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, do-
centes eos obſervare omnia quæcumque præcepi vo-
bis.

Quod perveniri nnn poſſit ad Deum patrem CAP.
niſi per filium ejus Jeſum Chriſtum. In evon- XXVII.
gelin: Ego ſum via & veritas & vita. Nemo Joa. 14.
venit ad patrem niſi per me. Item illic: Ego Matt.11.
ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſalvabitur.
Item illic: Multi prophetæ & juſti cupierunt vide-
re quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ
auditis, & non audierunt. Item illic: Qui cre- Joan. 3.
E dit in filium habet vitam æternam. Qui dicto non
audiens eſt in filium non habet vitam, ſed ira Dei
manebit ſuper eum. Item Paulus apud Epheſios:
Et cum veniſſet, annuntiavit vobis pacem his qui Epheſ.2.
longe & pacem iis qui prope, quia per ipſum ha-
bemus acceſſum ambo in uno ſpiritu ad patrem.
Item od Romonos: Omnes enim peccaverunt & Rom. 3.
egent claritote Dei, juſtificantur autem dono ipſius
& gratia per redemptionem quæ eſt in Chriſto Je-
ſu. Item in epiſtola Petri apoſtoli: Chriſtus 1.Pet.3.
ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, juſtus pro
F injuſtis, ut nos offerret Deo. Item illic: In hoc
enim & mortuis prædicatum eſt ut ſuſcitentur.
Item in epiſtola Jnannis: Qui negat filium, ne- 2.Joa.2.
que patrem habet. Qui confitetur filium, & filium
& patrem habet.

Quod ipſe judex venturus ſit. Apud Mala- CAP.
chiam: Ecce dies Domini venit ardens velut cli- XXVIII.
banus; eruntque omnes alienigenæ & omnes iniqui Malach.
ſtipula, & ſuccendet illos adveniens dies, dicit 4.
Dominus. Item in pſalmo XLIX. Deus deorum
Dominus locutus eſt, & vocavit terram. A ſolis
ortu uſque ad occaſum ex Sion ſpecies decoris ejus.
Deus

Deus manifeſte veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Ignis ante eum ardebit, & in circuitu ejus procella nimia. Vocavit cælum ſurſum & terram ut ſeparet populum ſuum. Colligite illi juſtos ejus, eos qui diſponunt teſtamentum ejus in ſacrificiis, & annuntiabunt cæli juſtitiam ejus, quoniam Deus
Iſa. 42. *judex eſt*. Item apud Eſaiam: *Dominus Deus virtutum prodibit, & comminuet bellum. Excitabit certamen, & clamabit ſuper inimicos ſuos cum fortitudine. Tacui, numquid ſemper tacebo?* Item in pſalmo LXVII. *Exſurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus, & fugiant a facie ejus qui oderunt eum. Sicut deficit fumus, deficiant. Sicut tabeſcit cera a facie ignis, ſic pereant peccatores a facie Dei, & juſti jucundentur & exſultent in conſpectu Dei & lætentur in jucunditate. Cantate Deo, pſallite nomini ejus, iter facite ei qui aſcendit in occaſum, Deus nomen illi. Turbabuntur a facie ejus patris orphanorum & judicis viduarum. Deus in loco ſancto ſuo, Deus qui inhabitare facit unanimes in domo, [14] producens vinctos in virtute, ſimiliter eos qui in iram provocant, qui inhabitant in monumentis. Deus, dum prodires in conſpectu populi tui, in tranſeundo in eremum*. Item in pſalmo LXXXI. *Exſurge, Deus, judica terram, quoniam tu exterminabis in omnibus gentibus*. Item in evangelio cata Matthæum:
Matth. 8. *Quid nobis & tibi, fili David? Quid huc veniſti*
Joan. 5. *ante tempus punire nos?* Item cata Joannem: *Nihil pater judicat, ſed judicium omne filio dedit, ut omnes honorificent filium ſicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui eum miſit*. Item in epiſtola Pauli
2. Cor. 5. ad Corinthios ſecunda: *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut reportet unuſquiſque ſui corporis propria ſecundum quæ egit, ſive bona, ſive mala*.

CAP. XXIX. Quod ipſe ſit rex in æternum regnaturus.
Apud Zachariam: *Dicite filiæ Sion: Ecce rex*
Zach. 9. *tuus venit tibi juſtus & ſalvans, mitis, ſedens ſuper aſinum indomitum*. Item apud Eſaiam;
Iſa. 33. *Quis nuntiabit vobis locum illum æternum? Ambulans in juſtitia, & manus abſtinens a muneribus, gravans aures ut non audiat judicium ſanguinis, & comprimens oculos ſuos ne videat injuſtitiam, hic inhabitabit in alta ſpeluncæ petræ fortis. Panis illi dabitur, & aqua ejus fidelis. Regem cum*
Malach. 1. *claritate videbitis*. Item apud Malachiam: *Rex magnus ſum ego, dicit Dominus, & nomen meum illuſtre eſt apud gentes*. Item in pſalmo ſecundo: *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, adnuntians imperium ipſius*. Item in pſalmo XX. *Commemorabuntur & convertentur ad Dominum omnes termini terræ, & adorabunt in conſpectu tuo omnes patriæ gentium; quoniam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur omnium gentium*. Item in pſalmo XXIII. *Auferte portas principes veſtras, & extollimini portæ æternales, & introibit rex claritatis. Quis eſt iſte rex claritatis? Dominus fortis & potens, Dominus fortis in prælio. Auferte portas principes veſtras, & extollimini portæ æternales, & introibit rex claritatis. Quis eſt iſte rex claritatis? Dominus virtutum ipſe eſt rex claritatis*. Item in pſalmo XLIV. *Eructavit cor meum ſermonem bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus ſcriptoris acute ſcribentis, decorus ſpecie ſuper filios hominum. Effuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in ſæcula. Accingere enſe tuo ad femur, potentiſſime. Decori & ſpeciei tuæ & intende & dirige & regna propter veritatem & manſuetudinem & juſtitiam*. Item in pſalmo quinto: *Rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo, Domine, mane exaudies vocem meam; mane aſſiſtam tibi, & contemplabor te*. Item in pſalmo XCVI. *Dominus regnavit, exſultet terra, jucundentur inſulæ multæ*. Item in pſalmo XLIV. *Aſtitit regina ad dexteram tuam in veſte inaurata, amicta eſt varietate. Audi filiæ, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populi tui & domus patris tui, quoniam deſideravit rex ſpeciem tuam, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus*. Item in pſalmo LXXIII. *Deus autem rex noſter ante ſæculum, operatus eſt ſalutem in medio terræ*. Item in evangelio cata Matthæum: *Et* Matth. 2.
cum Jeſus natus eſſet in Bethleem Judæ in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt Hieroſolymam dicentes: Ubi eſt qui natus eſt rex Judæorum? Vidimus enim ſtellam ejus in oriente, & venimus adorare eum. Item cata Joannem
dixit Jeſus: *Regnum meum non eſt de iſto ſæcu-* Joa. 18.
lo. Si de iſto ſæculo eſſet regnum meum, miniſtri mei turbarentur ne traderer Judæis. Nunc autem regnum meum non eſt hinc. Dixit Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpondit Jeſus: Tu dicis quoniam rex ſum. Ego in hoc natus ſum & in hoc veni in ſæculum ut teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt de veritate audit vocem meam.

Quod ipſe ſit judex & rex. In pſalmo LXXIV. CAP. XXX.
Deus, judicium tuum regi da, & juſtitiam tuam filio regis, judicare populum tuum in juſtitia. Item
in apocalypſi: *Et vidi cælum apertum; & ecce* Apoc. 19.
equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis & verus, æquum juſtumque judicat, & præliatur. Oculi autem ejus erant tamquam flamma ignis, & ſuper caput ejus diademata multa, & portabat nomen ſcriptum nemini alii niſi ſibi notum. Et erat coopertus veſtem aſperſam ſanguine, & dicitur nomen ejus verbum Dei; & exercitus qui ſunt in cælo ſequebantur eum in equis albis, induti byſſinum album mundum; & de ore ejus exibat gladius utrimque acutus, ut ex eo percuteret nationes [15] quas ipſe paſciturus eſt in virga ferrea, & ipſe calcabit torcular vini iræ Dei omnipotentis. Habet etiam in veſte & in femore ſuo nomen ſcriptum: Rex regum & dominus dominantium. Item in evangelio: *Cum venerit filius ho-* Matt. 25.
minis in claritate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit in throno claritatis ſuæ, & colligentur ante eum omnes gentes, & ſegregabit illos ab invicem, quemadmodum paſtor ſegregat oves ab hædis; & ſtatuet oves ad dexteram ſuam, hædos autem ad ſiniſtram. Tunc dicet rex eis qui ad dexteram ejus erunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare; ſitivi, & potaſtis me; hoſpes fui, & adduxiſtis me; nudus, & texiſtis me; infirmus, & viſitaſtis me; in carcere fui, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei juſti dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem & pavimus, ſitientem & potavimus; quando autem te vidimus hoſpitem & adduximus, nudum & veſtivimus? quando autem te vidimus infirmum & in carcere, & venimus ad te? Et reſpondens rex dicet eis: Amen dico vobis, quamdiu feciſtis uni horum ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet illis qui ad ſiniſtram ejus erant: Diſcedite a me

maledicti

maledicti in ignem æternum quem paravit pater meus diabolo & angelis ejus. Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare; ſitivi, & non potaſtis me; hoſpes fui, & non adduxiſtis me; nudus, & non veſtiſtis me; infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt & ipſi dicentes: Domine, A *quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtravimus tibi? Et reſpondebit illis: Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis uni ex minimis his, neque mihi feciſtis. Et abibunt iſti in ambuſtionem æternam, juſti autem in vitam æternam.*

NOTÆ AD LIBRUM SECUNDUM TESTIMONIORUM.

1 IN *proverbiis*] Ita emendavi, quia ita ſcriptum vidi in quibuſdam libris veteribus, in veteri editione Veneta, in ea quam Remboltus emiſit, & in Eraſmica; & quia apud Tertullianum in libro de Pudicitia lego: *Nam ut Salomon in proverbiis, quæ παροιμίας dicimus:* quidam codices habent *paræmiis*. Hanc lectionem prætulit Pamelius, faſſus tamen *proverbiis* ſcriptum eſſe in vulgatis editionibus; aliqui codices non faciunt mentionem hujus libri Salomonis, ſicut nec editiones Manutii & Morellii. Rigaltius & Angli ſcripſerunt *in paræmiis*.

2 *Fecit regiones*] Ita etiam apud Lactantium lib. 4. cap. 6.

3 *Primogenita*] Vocabulum iſtud additum a nobis eſt ex codice Burgundico & ex Fuxenſi. Habetur autem in verſione vulgata libri Eccleſiaſtici, ſed non exſtat in verſione lxx. interpretum.

4 *Quod Chriſtus*] Vide Eraſmi annotationes in caput primum evangelii ſecundum Joannem.

5 *Item illic: Ecce feci te*] Hoc ſegmentum primus huic capiti attexuit Morellius. Pro eo autem quod in ejus editione legitur *in ſe retornatas*, quia quidam libri veteres quos Pamelius viderat, præferebant *in ſe res formatas*, ut etiam ſcriptum eſſe in quibuſdam libris veteribus monet editio Anglicana, exiſtimabat Pamelius ſcribendum eſſe *in ſerram formatas*. Ego non diſputo an hæc emendatio bona ſit.

6 *Item in Malachia*] Iſta & quæ ſequuntur uſque ad finem capituli, deſiderantur in antiquis editionibus & in quibuſdam codicibus manuſcriptis, uti etiam adnotatum eſt in editione Anglicana. Morellius adjecit.

7 *Cadent in confuſionem*] In capite 44. epitomes Lactantii editum eſt *in confeſſionem*, Pfaffius monuit legendum forſitan eſſe *confuſionem*. Recte. Nam Lactantius lib. 4. cap. 13. hunc eumdem locum referens, ſcripſit *confuſionem*.

8 *Injice huc digitum*] Hunc locum ex alia verſione refert Avitus epiſt. 3.

9 *Deus benedictus*] Certum eſt vocem *Deus* non exſtare in codice Foſſatenſi, ut jampridem monuit illuſtriſſimus epiſcopus Oxonienſis. Sed exſtat in pluribus aliis, ſaltem in quindecim a me viſis, & in editionibus Manutii & Morellii. in margine vero editionis quæ dicitur Gravii ita ad hunc locum adnotatum eſt: *Mirum eſt in exemplaribus etiam vetuſtiſſimis non addi Deus, quum ſit apud Græcos*: eadem vox exſtat etiam apud Tertullianum in libro adverſus Praxeam ubi refert hunc locum Pauli.

10 *De antichr. ſpiritu*] Vide Eraſmi annotationes in hunc locum Petri.

11 *Cum muneribus*] Addidi hæc duo vocabula juxta veteres editiones, in quibus etiam pono Manutianam & Morellianam. Pamelius expunxit ut ſuperflua; ſic etiam Rigaltius & Angli. Exſtant tamen in libro Foſſatenſi, in Beccenſi & in vetuſtiſſimo codice 87. Majoris monaſterii Turonenſis. Sic etiam legebat vetus auctor libri de rebaptiſmate. Immo in miſſalibus antiquis & novis legitur ſequens antiphona in die Epiphaniæ: *Vidimus ſtellam ejus in Oriente, & venimus cum muneribus adorare Dominum.*

12 *Picridibus*] Ita veteres editiones & octo libri veteres. Eraſmus ſcripſit *lactucis agreſtibus*, quomodo vertiſſe ſanctum Hieronymum monet Pamelius; quod verum eſt; ſed idem Hieronymus in epiſtola ad Marcellam de munuſculis acceptis ait: *Paſcha Chriſti cum amaritudinibus manducatur*: & in epiſtola ad Gaudentium de infantulæ educatione: *Paſcha quoque cum amaritudinibus comedi jubetur*. Sic etiam lib. 2. adverſus Jovinianum. Codex Muyſſiacenſis & Gratianopolitanus habent *amaritudine* tantum; Compendienſis *amaritudine cum picridibus*; Turonenſis, Corbejenſis, & tres Anglicani *amaritudinibus*; Eligianus *pinguetudinibus amaritudinis*, lxx. interpretes poſuerunt μετὰ πικρίδων. Hieronymus in prologo epiſtolæ ad Algaſiam: *Vidi ego nauſeam & capitis vertiginem antidoto quæ appellatur πικρὰ ſæpe ſanari*. Plinius lib. 22. cap. 22. *Picris ab inſigni amaritudine cognominatur*. Vide illuſtriſſimum virum Petrum Danielem Huetium in obſervationibus in commentaria Origenis pag. 15. Addam iſtic ex antiquo ordinario eccleſiæ ſancti Aniani Aurelianenſis manuſcripto, locum qui viſus eſt difficilis quibuſdam, cum in ea urbe eſſem. Poſt deſcriptas cæremonias quæ fiunt in tertia feria Rogationum, poſt deſcriptam proceſſionem ad eccleſiam ſancti Germani, legitur illic: *Tunc recedit proceſſio ab eccleſia cantando letaniam uſque ad eccleſiam ſuam, eo ordine quo venerant, illo præcedente qui portat lactucas*; non poterant capere quid in hoc loco ſignificare poſſint lactucæ. Error eſt librarii, qui *lactucas* poſuit pro *lectiones*: nam ſupra legitur: *Quartus portat librum in quo lectæ fuerunt conciones ad matutinum*, & paulo poſt *dicto reſponſorio, puer unus legit lectionem in libro quem ſecum portavit.*

13 *Ante me factus*] Vide annotationes Eraſmi in caput primum Evangelii ſecundum Joannem.

14 *Obtenebrabitur*] Vide Frontonis Ducæi notas in homiliam ſextam Chryſoſtomi ad populum Antiochenum.

15 *Vivens i. ſ. ſæcula*] Codex Gratianopolitanus, *vivens in eccleſia Sanctorum*.

16 *Producens vinctos*] Paulo aliter habet hic locus in codice Burgundico, ubi ſic legitur: *Qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos qui in iram provocant, qui habitant in ſepulcris. Deus cum egredereris coram populo tuo, dum tranſgredereris in deſerto. Item in pſalmo LXXXI. Exſurge Deus, judica terram, quoniam tu diſperdes in omnibus Gentibus. Item in Evangelio ſecundum Matthæum: Quid nobis & tibi fili Dei? Quid huc veniſti ante tempus perdere nos?* Duo libri veteres in editione Anglicana laudati habent *qui educit vinctos in fortitudine*. Sic etiam in uno meo.

17 *Quas ipſe paſciturus eſt*] Hæc non habentur in Apocalypſi, & deſunt in quibuſdam libris veteribus; deſunt etiam in Græco.

INCIPIT
LIBER TERTIUS.

CYPRIANUS Quirino filio ſalutem. Pro fide ac devotione tua quam Domino Deo exhibes, fili cariſſime, petiſti ut ad inſtruendum te excerperem de ſcripturis ſanctis quædam capitula ad religioſam ſectæ noſtræ diſciplinam pertinentia, lectionis divinæ ſuccinctam diligentiam quærens, ut animus Deo deditus B non longis aut multis librorum voluminibus fatigetur, ſed eruditus breviario præceptorum cæleſtium habeat ad fovendam memoriam ſuam ſalubre & grande compendium. Et quia tibi plenum dilectionis obſequium debeo, feci quod petiſti, ut laborarem ſemel, ne tu ſemper laborares. Quantum potuit itaque mediocritas

noſtra complecti, collecta ſunt a me quædam præcepta dominica & magiſteria divina; quæ eſſe facilia & utilia legentibus poſſint, dum A in breviarium pauca digeſta & velociter perleguntur & frequenter iterantur. Opto te, fili cariſſime, ſemper bene valere.

CAPITULA

I. *De bono operis & miſericordia.*

II. *In opere & eleemoſynis, etiamſi per mediocritatem minus fiat, ipſam voluntatem ſatis eſſe.*

III. *Agapen & dilectionem fraternam religioſe & firmiter exercendam.*

IV. *In nullo gloriandum, quando noſtrum nihil ſit.*

V. *Humilitatem & quietem in omnibus tenendam.*

VI. *Bonos quoſque & juſtos plus laborare, ſed tolerare debere, quia probantur.*

VII. *Non contriſtandum ſpiritum ſanctum quem accepimus.*

VIII. *Iracundiam vincendam eſſe, ne cogat delinquere.*

IX. *Invicem ſe fratres ſuſtinere debere.*

X. *In Deum ſolum fidendum, & in ipſo gloriandum.*

XI. *Eum qui fidem conſecutus eſt, expoſito priore homine, cæleſtia tantum & ſpiritalia cogitare debere nec attendere ad ſæculum, cui jam renuntiavit.*

XII. *Non jurandum.*

XIII. *Non maledicendum.*

XIV. *Numquam muſſitandum, ſed circa omnia quæ accidunt benedicendum Deum.*

XV. *Ad hoc tentari homines a Deo ut probentur.*

XVI. *De bono martyrii.*

XVII. *Minora eſſe quæ in ſæculo patimur quam ſit præmium quod promiſſum eſt.*

XVIII. *Dilectioni Dei ac Chriſti nihil præponendum.*

XIX. *Voluntati non noſtræ, ſed Dei, obtemperandum.*

XX. *Fundamentum & firmamentum ſpei & fidei eſſe timorem.*

XXI. *Non temere de altero judicandum.*

XXII. *Accepta injuria remittendum & ignoſcendum.*

XXIII. *Vicem malis non reddendam.*

XXIV. *Non poſſe ad patrem perveniri niſi per Chriſtum.*

XXV. *Ad regnum Dei niſi baptizatus & renatus quis fuerit pervenire non poſſe.*

XXVI. *Parum eſſe baptizari & euchariſtiam accipere, niſi quis factis & opere proficiat.*

XXVII. *Baptizatum quoque gratiam perdere quam conſecutus ſit, niſi innocentiam ſervet.*

XXVIII. *Non poſſe in eccleſia remitti ei qui in Deum deliquerit.*

XXIX. *De odio nominis ante prædictum.*

XXX. *Quod quis Deo voverit cito reddendum.*

XXXI. *Eum qui non crediderit jam judicatum eſſe.*

XXXII. *De bono virginitatis & continentiæ.*

XXXIII. *Nihil patrem judicare, ſed filium, & patrem ab eo non honorificari a quo non honorificetur filius.*

XXXIV. *Fidelem gentiliter vivere non oportere.*

XXXV. *Deum ad hoc patientem eſſe ut nos pœniteat peccati noſtri & reformemur.*

B XXXVI. *Mulierem ornari ſæculariter non debere.*

XXXVII. *Fidelem non oportere ob alia delicta niſi ob nomen ſolum puniri.*

XXXVIII. *Servum Dei innocentem eſſe debere, ne incidat in pœnam ſæcularem.*

XXXIX. *Datum nobis eſſe exemplum vivendi in Chriſto.*

XL. *Non jactanter nec tumultuoſe operandum.*

XLI. *Inepte & ſcurriliter non loquendum.*

XLII. *Fidem in totum prodeſſe, & tantum nos poſſe quantum credimus.*

C XLIII. *Poſſe eum ſtatim conſequi qui vere crediderit.*

XLIV. *Fideles inter ſe diſceptantes non debere gentilem judicem experiri.*

XLV. *Spem futurorum eſſe, & ideo fidem circa ea quæ promiſſa ſunt patientem eſſe debere.*

XLVI. *Mulierem in eccleſia tacere debere.*

XLVII. *Delicto & merito noſtro fieri ut laboremus, nec Dei opem in omnibus ſentiamus.*

XLVIII. *Non fenerandum.*

XLIX. *Inimicos quoque diligendos.*

D L. *Sacramentum fidei non eſſe prophanandum.*

LI. *Quod nemo in opere ſuo extolli debeat.*

LII. *Credendi vel non credendi libertatem in arbitrio poſitam.*

LIII. *Dei arcana perſpici non poſſe, & idcirco fidem noſtram ſimplicem eſſe debere.*

LIV. *Neminem ſine ſorde & ſine peccato eſſe.*

LV. *Non hominibus, ſed Deo, placendum.*

LVI. *Deum nihil latere ex his quæ geruntur.*

LVII. *Fidelem emendari & reſervari.*

LVIII. *Neminem contriſtari morte debere, cum ſit in vivendo labor & periculum, in* E *moriendo pax & reſurgendi ſecuritas.*

LIX. *De idolis quæ gentiles deos putant.*

LX. *Ciborum nimium concupiſcentiam non appetendam.*

LXI. *Poſſidendi concupiſcentiam & pecuniam non appetendam.*

LXII. *Matrimonium cum gentilibus non jungendum.*

LXIII. *Grave delictum eſſe fornicationis.*

LXIV. *Quæ ſint carnalia quæ mortem pariant, & quæ ſpiritalia quæ ad vitam ducant.*

F LXV. *Omnia delicta in baptiſmo deponi.*

LXVI. *Diſciplinam Dei in eccleſiaſticis præceptis obſervandam.*

LXVII. *Prædictum quod diſciplinam ſanam aſpernaturi eſſent.*

LXVIII. *Recedendum ab eo qui inordinate & contra diſciplinam vivat.*

LXIX. *Non in ſapientia mundi nec in eloquentia eſſe regnum Dei, ſed in fide crucis & virtute converſationis.*

LXX. *Parentibus obſequendum.*

LXXI. *Patres quoque aſperos circa filios eſſe non oportet.*

LXXII. *Ser-*

LXXII. *Servos, cum crediderint, plus dominis carnalibus ſervire debere.*
LXXIII. *Item dominos mitiores eſſe debere.*
LXXIV. *Viduas probatas quaſque honorandas.*
LXXV. *Suorum, & maxime fidelium, curam plus unumquemque habere debere.*
LXXVI. *Majorem nata non temere accuſandum.*
LXXVII. *Peccantem publice objurgandum.*
LXXVIII. *Cum hereticis non loquendum.*
LXXIX. *Innocentiam fidenter petere & impetrare.*
LXXX. *Nihil licere diabolo in hominem, niſi Deus permiſerit.*
LXXXI. *Mercedem mercenario citò reddendam.*
LXXXII. *Non augurandum.*
LXXXIII. *Cirrum in capite non habendum.*
LXXXIV. *Non vellendum.*
LXXXV. *Surgendum cum epiſcopus aut presbyter veniat.*
LXXXVI. *Schiſma non faciendum, etiamſi in una fide & in eadem traditione permaneat qui recedit.*
LXXXVII. *Fideles ſimplices cum prudentia eſſe debere.*
LXXXVIII. *Fratrem non circumveniendam.*
LXXXIX. *Subito venire finem mundi.*
XC. *Uxorem a viro non recedere, aut ſi receſſerit, innuptam manere.*
XCI. *Tantum unumquemque tentari quantum poteſt ſuſtinere.*
XCII. *Non quidquid licet eſſe faciendum.*
XCIII. *Prædictum quod hæreſes futuræ eſſent.*
XCIV. *Cum timore & honore euchariſtiam accipiendam.*
XCV. *Bonis convivendum, malos autem vitandos.*
XCVI. *Factis, non verbis, operandum.*
XCVII. *Ad fidem & ad conſecutionem properandum eſſe.*
XCVIII. *Catecuminum peccare jam non debere.*
XCIX. *Judicium ſecundum tempora futurum, æquitatis ante legem, vel legis poſt Moyſen.*
C. *Gratiam Dei gratuitam eſſe debere.*
CI. *Spiritum ſanctum in igne frequenter apparuiſſe.*
CII. *Correptionem bonos quoſque libenter audire debere.*
CIII. *A multiloquentia temperandum.*
CIV. *Non mentiendum.*
CV. *Frequenter emendandos qui delinquunt in domeſtico miniſterio.*
CVI. *Injuria accepta patientiam tenendam, & ultionem Deo relinquendam.*
CVII. *Non detrahendum.*
CVIII. *Non eſſe proximo inſidiandum.*
CIX. *Infirmos viſitandos.*
CX. *Suſurrones maledictos eſſe.*
CXI. *Sacrificia malorum acceptabilia non eſſe.*
CXII. *Gravius judicari de his qui in ſæculo plus habuerint poteſtatis.*
CXIII. *Viduas & pupillos protegi oportere.*
CXIV. *Dum in carne eſt quis exomologeſin facere debere.*
CXV. *Adulationem pernicioſam eſſe.*
CXVI. *Plus ab eo diligi Deum cui in baptiſmo plura peccata dimittuntur.*
CXVII. *Fortem congreſſionem eſſe adverſus diabolum, & ideo fortiter nos ſtare debere, ut poſſimus vincere.*
A CXVIII. *De antichriſto, quod in homine veniat.*
CXIX. *Grave fuiſſe jugum legis quod a nobis abjectum eſt, & leve eſſe jugum Domini quod a nobis ſuſceptum eſt.*
CXX. *Orationibus inſiſtendum.*

DE bono operis & miſericordiæ. Apud Eſaiam: *Exclama*, inquit, *in fortitudine, & noli parcere, ſicut tuba exalta vocem tuam, adnuntia plebi meæ peccata ipſorum & domus Jacob facinora eorum. Me de die in diem quærunt, & cognoſcere vias meas concupiſcunt,* B *quaſi plebs quæ juſtitiam fecerit & judicium Dei non deſeruerit. Poſtulant me nunc judicium juſtum, & appropinquare Deo concupiſcunt dicentes: Quid, quia jejunavimus & non vidiſti, humiliavimus animas noſtras & non cognoviſti? In diebus enim jejunii inveniuntur voluntates veſtræ. Aut enim ſubjectos vobis ſubpungitis, aut ad judicia & lites jejunatis, aut proximos cæditis pugnis. Ut quid mihi jejunatis, ut hodie audiatur vox veſtra in clamore? Non hoc jejunium ego elegi, niſi humiliet homo animam ſuam. Et ſi contorſeris quaſi* C *circulum collum tuum, & ſaccum & cinerem ſubſtraveris, nec ſic vocabitur jejunium acceptum. Non tale jejunium elegi, dicit Dominus; ſed ſolve omnem nodum injuſtitiæ, reſolve ſuffocationes impotentium commerciorum. Dimitte quaſſatos in requiem, & omnem conſignationem injuſtam diſſipa. Frange eſurienti panem tuum, & egenos ſine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, veſti; & domeſticos ſeminis tui non deſpicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & veſtimenta tua cito orientur. Et præibit ante te juſtitia, & claritas Dei* D *circumdabit te. Tunc exclamabis, & Deus exaudiet te. Dum adhuc loqueris dicet: Ecce adſum.* CAP. I. Iſa. 58.

De hoc ipſo apud Job: *Conſervavi egenum de manu potentis, & pupillo cui non erat adjutor auxiliatus ſum. Os viduæ benedixit me, cum eſſem oculus cæcorum, pes quoque claudorum ego eſſem, & invalidorum pater.* Job 29. De hoc ipſo apud Tobiam: *Et dixi Tobiæ filio meo: Vade, & adduc quemcumque pauperem inveneris ex fratribus noſtris, qui tamen in mente habeat Deum ex toto corde ſuo. Hunc adduc, & manducabit pariter meum prandium hoc: Ecce ſuſtineo te, fili, donec venias.* Tob. 2. Item illic: E *Omnibus diebus vitæ tuæ, fili, Deum in mente habe, & noli præterire præcepta ejus. Juſtitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, & noli ambulare viam iniquitatis: quoniam agente te ex veritate, erit reſpectus operum tuorum. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli avertere faciem ab ullo paupere. Ita fiet ut nec a te avertatur facies Dei. Quomodo habueris, fili, ſic fac. Si tibi fuerit copioſa ſubſtantia, plus ex illa fac eleemoſynam. Si exiguum habueris, ex hoc ipſo exiguo communica. Et ne timueris cum facis eleemoſynam, præmium bonum reponis tibi* F *in diem neceſſitatis: quoniam eleemoſyna a morte liberat & non patitur ire in tenebras. Munus bonum eſt eleemoſyna omnibus qui faciunt eam coram ſummo Deo.* Tob. 4.

De hoc ipſo apud Salomonem in proverbiis: *Qui pauperi miſeretur, Deo fenerat.* Prov. 19. Item illic: *Qui dat pauperibus, numquam indigebit. Qui autem avertit oculum ſuum, in multa penuria erit.* Prov. 28. Item illic: *Eleemoſynis & fide peccata purgantur.* Prov. 15. Item illic: *Si eſurierit inimicus tuus, ciba eum; & ſi ſitierit, potabis eum. Hoc enim faciens carbones vivos ſuperfundes in caput ejus.* Prov. 25. Item illic: *Sicut aqua exſtinguit ignem, ſic eleemoſyna exſtinguit* Eccli. 3.

peccatum. Apud eumdem io proverbiis: *Ne di-* A
xeris, abi & revertere, cras ego dabo, cum poſ-
ſis continuo bene facere. Non enim ſcis quid con-
tingat ſequenti die. Item illic: *Qui obturat aures*
ſuas ne audiat imbecillum, & ipſe invocabit Deum,
& non erit qui exaudiat eum. Item illic: *Qui con-*
verſatur ſine vituperatione in juſtitia, beatos filios
Eccli.14. *relinquit*. Apud eumdem io eccleſiaſtico: *Fili,*
ſi habes, bene fac tecum, & Deo dignas oblatio-
nes offer, memorare quoniam mors non tardat.
Item illic: *Conclude eleemoſynam in corde paupe-*
ris, & hæc pro te orabit ab omni malo. De hoc
ipſo in pſalmo XXXVI. miſericordiam & poſte- B
ris prodeſſe: [a] *Junior fui, etenim ſenui, & non*
vidi juſtum derelictum nec ſemen ejus quærens pa-
nem. Tota die miſeretur & fenerat, & ſemen ejus
in benedictione eſt. De hoc ipſo io pſalmo XL.
Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem,
in die malo liberabit illum Deus. Item in pſal-
mo CXI. *Diſtribuit, dedit pauperibus, juſtitia*
ejus manebit in ſæculum ſæculi. De hoc ipſo a-
Oſee 6. pud Oſee: *Miſericordiam volo magis quam ſacri-*
ficium, & agnitionem Dei pluſquam holocauſtoma-
ta. De hoc ipſo in evaogelio cata Matthæum: C
Matt. 5. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, quia ipſi ſa-*
turabuntur. Item illic: *Beati miſericordes, quo-*
niam ipſi miſericordiam conſequentur. Item illic:
Theſaurizate vobis theſauros in cælo, ubi neque ti-
nea neque comeſtura exterminat, & ubi fures non
effodiunt & furantur. Ubi enim fuerit theſaurus
Matt.13. *tuus, illic erit & cor tuum*. Item illic: *Simile*
eſt regnum cælorum homini negotianti quærenti bonas
margaritas; ubi autem invenit pretioſam margari-
tam, abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit
illam. Etiam modicum opus prodeſſe. Item il- D
Matt.10. lic: *Et qui potaverit unum ex minimis iſtis cali-*
cem aquæ frigidæ in nomine diſcipuli, amen dico
vobis, non peribit merces ejus. Nemini negan-
Luc. 6. dam eleemoſynam. Item illic: *Omni poſcenti te*
da, & ab eo qui voluerit mutuari ne averſatus
Matt.19. *fueris*. Item illic: *Si vis ad vitam venire, ſer-*
va mandata. Dicit ille, quæ? Dicit illi Jeſus:
Non occides, non mæchaberis, non falſum teſtimo-
nium dices, honora patrem & matrem, & diliges
proximum tibi tamquam te. Dicit illi juvenis: O-
mnia iſta obſervavi. Quid adhuc mihi deeſt? Dicit
illi Jeſus: Si vis perfectus eſſe, vade & vende E
omnia tua, & da pauperibus, & habebis theſau-
rum in cælo, & veni ſequere me. [4] Item illic:
Matt.25. *Cum venerit filius hominis in majeſtate ſua & o-*
mnes angeli cum eo, tunc ſedebit in throno clari-
tatis ſuæ, & colligentur ante eum omnes gentes.
Et ſegregabit illos ab invicem, quemadmodum pa-
ſtor ſegregat oves ab hædis. Et ſtatuet oves ad
dexteram, hædos autem ad ſiniſtram. Tunc dicet
rex eis qui ad dexteram ſuam ſunt: Venite bene-
dicti patris mei, percipite regnum quod vobis para-
tum eſt ab origine mundi. Eſurivi enim, & dedi- F
ſtis mihi manducare; ſitivi, & potaſtis me; ho-
ſpes fui, & adduxiſtis me; nudus, & texiſtis
me; infirmatus ſum, & viſitaſtis; in carcere fui,
& veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei juſti di-
centes: Domine, quando te vidimus hoſpitem &
adduximus, nudum & veſtivimus? Quando au-
tem te vidimus infirmum & in carcere & venimus
ad te? Et reſpondens rex dicet eis: Amen dico
vobis, quamdiu feciſtis uni horum ex fratribus
meis minimis, & mihi feciſtis. Tunc dicet illis
qui a ſiniſtris ejus ſunt: Diſcedite a me maledicti

A *in ignem æternum quem præparavit pater meus dia-*
bolo & angelis ejus. Eſurivi enim, & non dedi-
ſtis mihi manducare; ſitivi, & non potaſtis me;
hoſpes fui, & non adduxiſtis me; nudus fui, &
non veſtiſtis me; infirmus & in carcere, & non
viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt & ipſi dicentes:
Domine, quando te vidimus eſurientem aut ſitien-
tem aut hoſpitem aut nudum aut infirmum aut in
carcere, & non miniſtravimus tibi? Et reſponde-
bit illis: Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis
uni ex minimis his, neque mihi feciſtis. Et abi-
B *bunt iſti in ambuſtionem æternam, juſti autem in*
vitam æternam. De hoc ipſo in evangelio cata
Lucam: *Res veſtras vendite, & date eleemoſy-* Luc. 11.
nam. Item illic: *Qui fecit quod eſt intus, fecit* & 12.
& quod foris eſt. Verumtamen date eleemoſynam,
& ecce vobis omnia ſunt munda. Item illic: *Ec-* Luc. 19.
ce dimidium ex ſubſtantia mea do egenis; & ſi
cui quid fraudavi, quadruplum reddo. Dixit au-
tem Jeſus quia ſalus hodie domui huic facta eſt,
quoniam & ipſe filius eſt Abrahæ. De hoc ipſo
ad Corinthios ſecunda: *Veſtra abundantia illo-* 2. Cor.8.
rum inopiam ſuppleat, ut & illorum abundantia
C *veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, ut ſit æqualitas,*
ſicut ſcriptum eſt: Qui multum habuit non abun-
davit, & qui modicum non indiguit. Item illic:
Qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſemi- Exo. 16.
nat in benedictione de benedictione & metet. Unuſ-
quiſque autem ſicut corde propoſuit, non quaſi ex
triſtitia vel ex neceſſitate. Hilarem enim datorem
diligit Deus. Item illic, *ſicut ſcriptum eſt: Diſ-* 2. Cor.9.
tribuit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in
æternum. Item illic: *Qui autem adminiſtrat ſe-*
men ſeminanti, & panem ad edendum præſtabit,
D *& multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incre-*
menta frugum juſtitiæ veſtræ, ut in omnibus locu-
pletemini. Item illic: *Adminiſtratio hujus officii*
non tantum ſupplevit ea quæ ſanctis deſunt, ſed
abundavit per multam gratiarum actionem in Deum.
De hoc ipſo in epiſtola Joannis: *Qui habuerit* 1. Joa 3.
ſubſtantiam mundi, & viderit fratrem ſuum deſi-
derantem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomo-
do caritas Dei manet in illo? De hoc ipſo in
evangelio cata Lucam: *Cum facis prandium aut* Luc. 14.
cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres,
neque vicinos, neque divites, ne forte & illi rein-
E *vitent te, & fiat tibi retributio. Sed cum facis e-*
pulum, voca pauperes, debiles, cæcos, & claudos,
& beatus eris, quoniam non habent retribuere tibi,
retribuetur autem tibi in reſurrectione juſtorum.

Io opere & eleemoſynis, etiamſi per medio- CAP.
critatem minus fiat, ipſam voluntatem ſatis eſ- II.
ſe. In epiſtola Pauli ad Corinthios ſecunda:
Si voluntas prompta eſt, ſecundum quodcumque ha- 2. Cor.8.
buerit, acceptabile eſt, non ſecundum quod non
habuerit; neque ſit aliis refrigerium, vobis autem
preſſura.

Agapeo & dilectionem fraternam religioſe CAP.
F & firmiter exercendam. Apud Malachiam: III.
Nonne Deus unus condidit nos? Nonne pater u- Malach.
nus eſt omnium noſtrum? Quid utique dereliqui- 2.
ſtis unuſquiſque fratrem ſuum? De hoc ipſo
cata Joanoem: *Pacem vobis remitto, pacem* Joa. 14.
meam do vobis. Item illic: *Hoc eſt manda-* & 15.
tum meum, ut diligatis invicem, quemadmodum
dilexi vos. Majorem hac caritatem nemo habet
quam ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis.
Item illic: *Beati pacifici, quoniam ipſi filii Dei* Matt. 5.
vocabuntur. Item illic: *Amen dico vobis, quo-* Matt.18.
niam

niam ſi duobus ex vobis convenerit in terra , de A
omni re quamcumque petieritis continget vobis a
patre meo qui in cælis eſt . Ubicumque enim fue-
rint duo aut tres collecti in nomine meo , ego cum
eis ſum . De hoc ipſo ad Corinthios prima :
1. Cor. 3. Et ego quidem , fratres , non potui vobis loqui
quaſi ſpiritalibus , ſed quaſi carnalibus ; quaſi in-
fantibus in Chriſto lac vobis potum dedi , non e-
ſcam . Dum enim adhuc puſilli eratis , non pote-
ratis , ſed neque nunc poteſtis . adhuc enim eſtis
carnales . Ubi enim in vobis æmulatio & conten-
tio & diſſenſiones , nonne carnales eſtis , & ſecun-
dum hominem ambulatis ? Item illic : Et ſi ha- B
1. Cor. 13. buero omnem fidem , ita ut montes transferam ,
caritatem autem non habeam , nihil ſum . Et ſi in
cibos diſtribuero omnia mea , & ſi tradidero cor-
pus meum ut ardeam , caritatem autem non ha-
beam , nihil proficio . Caritas magnanima eſt , ca-
ritas benigna eſt , caritas non æmulatur , caritas
non agit perperam , non inflatur , non irritatur ,
non cogitat malum , non gaudet ſuper injuſtitiam ,
congratulatur autem in veritate . Omnia diligit , o-
mnia credit , omnia ſperat , omnia ſuſtinet . Cari-
tas numquam excidet . De hoc ipſo ad Gala- C
Gal. 5. tas : Diliges proximum tibi tamquam te . Si au-
tem mordetis & incuſatis invicem , videte ne con-
ſumamini ab invicem . De hoc ipſo in epiſtola
1. Joa. 3. Joannis : In hoc apparent filii Dei & filii dia-
boli . Omnis qui non eſt juſtus , non eſt de Deo ,
& qui non diligit fratrem ſuum . Qui enim fra-
trem ſuum odit , homicida eſt . Et ſcitis quia o-
mnis homicida non habet in ſe vitam æternam in ſe
manentem . Item illic : Si quis dixerit quoniam
diligit Deum , & fratrem ſuum odit , mendax
eſt . Qui enim non diligit fratrem ſuum quem vi-
det , Deum quem non videt quomodo poteſt dili- D
gere ? De hoc ipſo in actibus apoſtolorum :
Act. 4. Turba autem eorum qui crediderant anima ac men-
te una agebant , nec fuit inter illos diſcrimen ul-
lum , nec quidquam ſuum judicabant ex bonis quæ
eis erant , ſed fuerunt illis omnia communia . De
Matt. 5. hoc ipſo in evangelio cata Matthæum : Si ob-
tuleris munus tuum ad altare , & illic recordatus
fueris quia frater tuus habet aliquid adverſum
te , relinque illic munus tuum ante altare , & va-
de prius reconciliari fratri tuo , & tunc veni &
offer munus tuum ad altare . Item in epiſtola E
1. Joa. 4. Joannis : Deus caritas eſt , & qui manet in ca-
ritate , in Deo manet , & Deus in eo . Item illic :
1. Joa. 2. Qui dicit ſe in luce eſſe & fratrem ſuum odit ,
mendax eſt , & in tenebris ambulat uſque adhuc .

CAP. IV. In nullo gloriandum , quando noſtrum ni-
Joan. 3. hil ſit . In evangelio cata Joannem : Nemo po-
teſt quidquam accipere , niſi datum fuerit illi de
cælo . Item in epiſtola Pauli ad Corinthios
1. Cor. 1. prima : Quid enim habes quod non acceperis ? Si
autem accepiſti , quid gloriaris quaſi non accepe-
1. Reg. 2. ris ? Item in baſilion primo : Nolite gloriari ,
neque loquamini elata , & non procedat magnilo- F
quentia ex ore veſtro , quia Deus ſcientiarum do-
minus . Item illic : Invalidus factus eſt arcus
potentium , & infirmi accincti ſunt virtute . De
2. Macha. 9. hoc ipſo in Machabæis : Juſtum eſt ſubditum
Deo eſſe & mortalem non paria Deo ſentire . I-
1. Macha. 2. tem illic : Et verba viri peccatoris ne timueri-
tis , quia gloria ejus in ſtercora erit & in ver-
mes . Hodie extolletur , & cras non invenietur :
quoniam converſus eſt in terram ſuam , & cogita-
tio ejus periit .

Humilitatem & quietem in omnibus tenen- CAP. V.
dam . Apud Eſaiam ſic dicit Dominus Deus :
Cælum mihi thronus , & terra ſcabellum pedum Iſa. 66.
meorum . Quam mihi ſedem ædificabitis , aut quis
locus ad requiem mihi ? Omnia enim iſta fecit ma-
nus mea , & ſunt mea omnia iſta . Et ſuper quem
aſpiciam alium niſi ſuper humilem & quietum &
trementem ſermones meos ? De hoc ipſo in evan-
gelio cata Matthæum : Beati mites , quoniam i- Matt. 5.
pſi hereditabunt terram . De hoc ipſo cata Lu-
cam : Qui minimus erit in omnibus vobis , hic erit Luc. 9.
magnus . Item illic : Qui ſe extollit , humiliabi- Luc. 18.
tur ; & qui ſe humiliaverit , exaltabitur . De hoc
ipſo ad Romanos : Noli altum ſapere , ſed ti- Rom. 11.
me . Si enim Deus naturalibus ramis non peper-
cit , ne forte nec tibi parcat . De hoc ipſo in
pſalmo XXXIII. Et humiles ſpiritu ſalvabit . I-
tem ad Romanos : Reddite omnibus quæ deben- Rom. 13.
tur , cui tributum tributum , cui vectigal vecti-
gal , cui timorem timorem , cui honorem honorem .
Nemini quidquam debeatis , niſi ut invicem dili-
gatis . Item in evangelio cata Matthæum : Di- Matt. 23.
ligunt primum recumbendi locum in cœnis & pri-
mam ſeſſionem in ſynagogis & ſalutationes in foro
& vocari ab hominibus Rabbi . Vos autem ne vo-
caveritis Rabbi . Unus eſt enim vobis magiſter .
Item in evangelio cata Joannem : Non eſt ſer- Joa. 13.
vus major domino ſuo , neque apoſtolus major eo
qui ſe miſit . Hæc ſcientes beati eritis , ſi ea fe-
ceritis . Item in pſalmo LXXXI. Humilem &
pauperem juſtificate .

Bonos quoſque & juſtos plus laborare , ſed CAP. VI.
tolerare debere , quia probantur . Apud Salo-
monem : Vaſa figuli probat fornax , & homines Eccleſ. 27.
juſtos tentatio tribulationis . Item in pſalmo quin-
quageſimo : Sacrificium Deo ſpiritus contribula-
tus , cor contritum & humiliatum Deus non deſpi-
ciet . Item in pſalmo XXXIII. Proximus eſt Do-
minus contritis corde , & humiles ſpiritu ſalvabit .
Item illic : Multæ preſſuræ juſtorum , ſed ex o-
mnibus illis liberabit eos Dominus . De hoc ipſo
apud Job : Nudus exivi de utero matris meæ , Job 1.
nudus etiam ibo ſub terram . Dominus dedit ,
Dominus abſtulit . Sicut Domino placuit ita fa-
ctum eſt . Sit nomen Domini benedictum . In his
omnibus quæ contigerunt ei nihil peccavit Job la-
biis ſuis in conſpectu Domini . De hoc ipſo in
evangelio cata Matthæum : Beati plangentes , Matt. 5.
quoniam ipſi conſolabuntur . Item cata Joannem :
Hæc locutus ſum vobis , ut in me pacem habea- Joa. 16.
tis , in ſæculo autem preſſuram habebitis ; ſed fi-
dite , quoniam ego vici mundum . De hoc ipſo
ad Corinthios ſecunda : Datus eſt mihi ſtimu- 2. Cor. 12.
lus carnis meæ angelus ſatanæ , qui me colaphi-
zet , ut non extollar . Propter quod ter Dominum
rogavi ut diſcederet a me , & dixit mihi : Suffi-
cit tibi gratia mea . Nam virtus in infirmitate
perficitur . De hoc ipſo ad Romanos : Gloria- Rom. 5.
mur in ſpe claritatis Dei , non ſolum autem , ſed
& gloriamur in preſſuris , ſcientes quoniam preſſu-
ra tolerantiam operatur , tolerantia autem probatio-
nem , probatio autem ſpem . Spes autem non con-
fundit , quia dilectio Dei infuſa eſt in cordibus no-
ſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis . De
hoc ipſo cata Matthæum : Quam lata & ſpatio- Matt. 7.
ſa via eſt quæ ducit ad interitum , & multi ſunt
qui intrant per eam . Quam arta & anguſta via
eſt quæ ducit ad vitam , & pauci ſunt qui eam
inveniunt . De hoc ipſo in Tobia ; Ubi ſunt ju- Tob. 2.
ſtitiæ

ſtitiæ tuæ? Ecce quæ pateris. Item in ſapientia A
Eccleſ. 3. Salomonis: *In locis impiorum gemunt juſti. In il-*
lorum autem perditionem abundabunt juſti.

CAP. VII. Non contriſtandum ſpiritum ſanctum, quem
accepimus. Paulus apoſtolus ad Epheſios: *No-*
Epheſ. 4. *lite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei, in quo ſigna-*
ti eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo &
ira & indignatio & clamor & blaſphemia auferan-
tur a vobis.

CAP. VIII. Iracundiam vincendam eſſe, ne cogat delin-
quere. Apud Salomonem in proverbiis: *Melior*
Prov. 6. *eſt vir patiens forti. Qui enim iracundiam continet*
Prov. 12. *melior eſt quam qui urbem capit*. Item illic: *Im-* B
prudens eadem die enuntiat iram ſuam, abſcondit
autem inhonorationem ſuam aſtutus. De hoc ipſo
Epheſ. 4. ad Epheſios: *Iraſcimini, & nolite peccare. Sol*
non occidat ſuper iracundiam veſtram. Item in
Matt. 5. evangelio cata Matthæum: *Audiſtis quia dictum*
eſt antiquis, non occides; qui autem occiderit,
reus erit judicio. Ego autem dico vobis quia omnis
qui iraſcitur fratri ſuo [1] *ſine cauſa reus erit ju-*
dicio.

CAP. IX. Invicem ſe fratres ſuſtinere debere. Ad Ga-
latas: *In contemplatione habentes unuſquiſque, ne* C
Gal. 6. *& vos tentemini. Alterutrum onera ſuſtinete, &*
ſic adimplebitis legem Chriſti.

CAP. X. In Deum ſolum fidendum & in ipſo glorian-
dum eſſe. Apud Hieremiam: *Non glorietur ſa-*
Hier. 9. *piens in ſapientia ſua, neque glorietur fortis in for-*
titudine ſua, neque glorietur dives in divitiis ſuis,
ſed in hoc glorietur qui gloriatur intelligere & noſſe
quoniam ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam
& judiciam & juſtitiam ſuper terram, quoniam in
his eſt voluntas mea, dicit Dominus. De hoc i-
pſo in pſalmo LIV. *In Domino ſperavi, non ti-*
mebo quid faciat mihi homo. Item illic: *Non* D
niſi ſoli Deo ſubjecta eſt anima mea. Item in
pſalmo CXVII. *Non metuam quid faciat mihi ho-*
mo, Dominus mihi auxiliator eſt. Item illic:
Bonum eſt confidere in Domino quam fidere in ho-
mine. Bonum eſt ſperare in Dominum quam ſpe-
rare in principibus. De hoc ipſo apud Danie-
Dan. 3. lem: *Reſponderunt autem Sidrac, Miſac, &*
Abdenago, & dixerunt regi Nabuchodonoſor:
Rex, non opus eſt nobis de hoc verbo reſpondere
tibi. Eſt enim Deus, cui nos ſervimus, potens
eripere nos de camino ignis ardentis; & de ma- E
nibus tuis, rex, liberabit nos. Et ſi non, notum
ſit tibi quia diis tuis non ſervimus, & imaginem
auream quam ſtatuiſti non adoramus. Item apud
Hier. 17. Hieremiam: *Maledictus homo qui ſpem habet in*
homine; & benedictus homo qui fidit in Domino,
& erit in Deo ſpes ejus. De hoc ipſo in Deu-
Deut. 6. teronomio: *Dominum Deum tuum adorabis, &*
Rom. 1. *illi ſoli ſervies*. De hoc ipſo ad Romanos: *Et*
coluerunt & ſervierunt creaturæ, relicto creatore.
Propter quod & tradidit illos Deus in paſſio-
nes ignominiæ. De hoc ipſo apud Joannem:
1. Joa. 4. *Major eſt qui in vobis eſt quam qui in hoc mun-* F
do.

CAP. XI. Eum qui fidem conſecutus eſt expoſito prio-
re homine cæleſtia tantum & ſpiritalia cogita-
re debere, nec attendere ad ſæculum, cui jam
Iſa. 55. renuntiavit. Apud Eſaiam: *Quærite Dominum;*
& cum inveneritis, invocate eum. Cum autem ap-
propinquaverit vobis, relinquat impius vias ſuas,
& vir facinoroſus cogitationes ſuas, & converta-
tur ad Dominum, & miſericordiam conſequetur,
quia in multum remittet peccata veſtra. De hoc

A ipſo apud Salomonem: *Vidi univerſa opera quæ* Eccli. 1.
facta ſunt ſub ſole, & ecce omnia vanitas. De
hoc ipſo in Exodo: *Sic autem comedetis eum.* Exo. 12.
Lumbi veſtri præcincti, & calciamenta veſtra in
pedibus veſtris, & bacula veſtra in manibus ve-
ſtris, & edetis eum feſtinanter. Paſcha eſt enim
Domini. De hoc ipſo in evangelio cata Mat-
thæum: *Nolite cogitare dicentes, Quid edemus,* Matt. 6.
aut quid bibemus, aut quid veſtiemur? Hæc enim
nationes inquirunt. Scit autem pater veſter quia
horum omnium indigetis. Quærite primum regnum
Dei & juſtitiam ejus, & omnia iſta apponentur
B *vobis*. Item illic: *Nolite cogitare in craſtinum.*
Craſtinus enim dies ipſe cogitabit ſibi. Sufficit
diei malitia ſua. Item illic: *Nemo retro atten-*
dens & ſuperponens manum ſuam ſuper aratrum
aptus eſt regno Dei. Item illic: *Aſpicite volati-*
lia cæli, quoniam non ſeminant, neque metunt,
neque colligunt in horrea, & pater veſter cæleſtis
paſcit illa. Nonne vos pluris eſtis illis? De hoc
ipſo cata Lucam: *Sint lumbi veſtri accincti, &* Luc. 12.
lucernæ ardentes, & vos ſimiles hominibus exſpe-
ctantibus dominum ſuum quando veniat a nuptiis,
C *ut cum venerit & pulſaverit aperiant illi. Beati*
ſervi illi quos adveniens dominus invenerit vigilan-
tes. De hoc ipſo apud Matthæum: *Vulpes fo-* Matt. 12.
veas habent, & volucres cæli diverſoria, filius
autem hominis non habet ubi caput ſuum inclinet.
Item illic: *Qui non renuntiat omnibus quæ ſunt*
ejus non poteſt meus diſcipulus eſſe. De hoc ipſo
ad Corinthios prima: *Non eſtis veſtri. Empti* 1. Cor. 6.
enim eſtis pretio magno. Clarificate & portate
Deum in corpore veſtro. Item illic: *Tempus col-* 1. Cor. 7.
lectum. Supereſt ergo ut & qui habent uxores,
quaſi non habentes ſint, & qui plangunt, quaſi
D *non plangentes, & qui gaudent, quaſi non gau-*
dentes, & qui emunt, quaſi non ementes, & qui
poſſident, quaſi non poſſidentes, & qui hoc mun-
do utuntur, quaſi non utantur. Præterit enim fi-
gura hujus mundi. Item illic: *Primus homo de* 1. Cor. 15.
terræ limo, ſecundus homo de cælo. Qualis ille
e limo, tales & qui de limo; & qualis cæleſtis,
tales & cæleſtes. Quomodo portavimus imaginem
ejus qui de limo eſt, portemus & imaginem ejus
qui de cælo eſt. De hoc ipſo ad Philippenſes:
Omnes ſua quærunt, & non quæ ſunt Chriſti; Philip. 2.
E *quorum finis eſt interitus, quorum Deus venter*
eſt, & gloria in confuſionem eorum qui terrena ſa-
piunt. [4] *Noſtra autem converſatio in cælis eſt;*
unde & ſalvatorem exſpectamus Dominum noſtrum
Jeſum Chriſtum, qui transformabit corpus humili-
tatis noſtræ conformatum corpori claritatis ſuæ.
De hoc ipſo ad Galatas: *Mihi autem abſit glo-* Gal. 6.
riari niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per
quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.
De hoc ipſo ad Timotheum: *Nemo militans* 2. Tim. 2.
Deo obligat ſe moleſtiis ſæcularibus, ut poſſit pla-
cere ei cui ſe probavit. Sed & ſi certaverit quis,
F *non coronabitur, niſi legitime pugnaverit*. De hoc
ipſo ad Coloſſenſes: *Si mortui eſtis cum Chriſto* Coloſſ. 2.
ab elementis mundi, quid tamquam viventes in
mundo vana ſectamini? Item de hoc ipſo: *Si* Coloſſ. 3.
conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quæ-
rite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens; quæ
ſurſum ſunt ſapite, non quæ terrena ſunt. Mor-
tui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum
Chriſto in Deo. Cum autem Chriſtus apparuerit
vita veſtra, tunc & vos cum eo apparebitis in glo-
ria. De hoc ipſo ad Epheſios: *Exponite prioris* Epheſ. 4.
conver-

converſationis veterem bominem , qui corrumpitur A
ſecundum concupiſcentias deceptionis . Innovamini
autem ſpiritu ſenſus veſtri , & induite novum bo-
minem , eum qui ſecundum Deum conſtitutus eſt
in juſtitia & ſanctitate & veritate . De hoc i-
1. Pet. 2. pſo in epiſtola Petri: *Quaſi boſpites & peregri-*
ni , abſtinete vos a carnalibus deſideriis , quæ mi-
litant adverſus animam , converſationem autem ba-
bentes inter gentes bonam , ut dum detrectant de
vobis quaſi de malignis , bona opera veſtra aſpi-
cientes magnificent Deum . De hoc ipſo in epi-
1. Joa. 2. ſtola Joannis : *Qui dicit ſe in Chriſto manere* B
debet quomodo ille ambulavit & ipſe ambulare .
Item illic: *Nolite diligere mundum neque ea quæ*
in mundo ſunt . Si quis dilexerit mundum , non
eſt caritas patris in illo : quoniam omne quod in
mundo eſt concupiſcentia carnis eſt , & concupiſcen-
tia oculorum , & ambitio ſæculi , quæ non eſt a
patre , ſed ex concupiſcentia ſæculi ; & mundus
tranſibit , & concupiſcentia ejus . Qui autem fe-
cerit voluntatem Dei manet in æternum , quomodo
Deus manet in æternum . Item in epiſtola Pau-
1. Cor. 5. li ad Corinthios prima : *Expurgate vetus fer-*
mentum , ut ſitis nova conſperſio , ſicut eſtis azy- C
mi . Nam & paſcha noſtrum immolatus eſt Chri-
ſtus . Itaque feſta celebremus , non in fermento ve-
teri , neque in fermento malitiæ & nequitiæ , ſed
in azymis ſinceritatis & veritatis .

CAP. XII. Non jurandum . Apud Salomonem : *Vir*
multum jurans replebitur iniquitate , & non diſce-
Eccleſ. 23. *det a domo ejus plaga ; & ſi vane juraverit ,* [1]
non juſtificabitur . De hoc ipſo cata Matthæum :
Matth. 5. [1] *Iterum audiſtis quia dictum eſt antiquis , Non*
perjurabis . Reddes autem Domino juramenta tua .
Ego autem dico vobis non jurare omnino , neque
per cælum , quia thronus Domini eſt , neque per
terram , quia ſcabellum eſt pedum ejus , neque per
Jeroſolymam , quia civitas eſt magni regis . Ne-
que per caput tuum juraveris , quia non potes u-
num capillum album facere aut nigrum . Sit ſer-
mo veſter eſt eſt non non . Quod autem bis abun-
dantius eſt a malo eſt . De hoc ipſo in Exo-
Exo. 10. do : *Non accipies nomen Domini Dei tui in va-*
num .

CAP. XIII. Non maledicendum . In Exodo : *Non male-*
dices , neque principi populi tui detraxeris . Item
Exo. 22. in pſalmo XXXIII. *Quis eſt bomo qui vult vitam* E
& amat videre dies bonos ? Contine linguam tuam
a malo , & labia tua ne loquantur dolum . De
Levit. 24. hoc ipſo in Levitico : *Et locutus eſt Dominus*
ad Moyſen dicens : Produc eum qui maledixerit
foras extra caſtra , & imponent omnes qui audie-
runt manus ſuas ſuper caput ejus , & lapidabit
eum omnis ſynagoga filiorum Iſrael . De hoc ipſo
Epheſ. 4. in epiſtola Pauli ad Epheſios : *Omnis ſermo*
malus de ore veſtro non procedat , ſed bonus ad
ædificationem fidei , ut det gratiam audientibus .
Rom. 12. De hoc ipſo ad Romanos : *Benedicentes , &*
non maledicentes . De hoc ipſo in evangelio ca- F
Matt. 5. ta Matthæum : *Qui dixerit fratri ſuo fatue reus*
erit in gehennam ignis . De hoc ipſo cata eum-
Matt. 12. dem Matthæum : *Dico autem vobis quia omne*
verbum otioſum quod locuti fuerint homines red-
dent pro eo rationem in die judicii . De ſermoni-
bus enim tuis juſtificaberis , & de ſermonibus tuis
condemnaberis .

CAP. XIV. Numquam muſſitandum , ſed circa omnia
quæ accidunt benedicendum Deum . Apud
Job 2. Job : *Dic verbum aliquod in Dominum , & mo-*
A *rere . At ille intuitus eam dixit : Tamquam una*
ex ineptis mulieribus locuta es . Si bona excepi-
mus de manu Domini , mala cur non tolerabimus ?
In his omnibus quæ acciderunt ei nihil peccavit
Job labiis ſuis in conſpectu Domini . Item illic :
Animadvertiſti ad puerum meum Job ? Non enim
eſt ſimilis illi quiſquam in terris , homo ſine que-
rela , verus Dei cultor , abſtinens ſe ab omni ma-
lo . De hoc ipſo in pſalmo XXXIII. *Benedicam*
Dominum in omni tempore , ſemper laus ejus in
ore meo . De hoc ipſo in Numeris : *Deſinat* Num. 11.
B *murmuratio eorum a me , & non morientur .* De
hoc ipſo in actibus apoſtolorum : *Circa mediam* Act. 16.
autem noctem Paulus & Silas orantes gratias a-
gebant Deo . Audiebant autem eos vincti . Item
in epiſtola Pauli ad Philippenſes : *Omnia au-* Philip. 2.
tem pro dilectione facientes ſine murmurationibus
& reputationibus , ut ſitis ſine querela & imma-
culati filii Dei .

Ad hoc tentari homines a Deo ut proben- CAP. XV.
tur . In Geneſi : *Et tentavit Deus Abraham ,* Gen. 22.
& dixit ad illum : Accipe filium tuum unicum
quem diligis Iſaac , & vade in terram altam ,
C *impone illum ibi in holocauſtum hoſtiam in unum*
ex montibus de quo tibi dixero . De hoc ipſo in
Deuteronomio : *Tentat Dominus Deus veſter* Deut. 13.
vos , ut ſciat ſi diligitis Dominum Deum veſtrum
ex toto corde veſtro & ex tota anima veſtra . De
hoc ipſo in ſapientia Salomonis : *Etſi coram* Sap. 3.
hominibus tormenta paſſi ſunt , ſpes eorum immor-
talitate plena eſt ; & in paucis vexati , in mul-
tis bene diſponentur , quoniam Deus tentavit illos
& invenit illos dignos ſe . Tamquam aurum in
fornace probavit illos , & quaſi holocauſta hoſtiæ
accepit illos , & in tempore erit reſpectus illorum .
D *Judicabunt nationes , & dominabuntur populis , &*
regnabit dominus eorum in perpetuum . De hoc
ipſo in Machabæis : *Abraham nonne in tenta-* 1. Macha. 2.
tione inventus eſt fidelis , & deputatum eſt ei ad
juſtitiam ?

De bono martyrii . In proverbiis Salomonis : CAP. XVI.
Liberat de malis animam martyr fidelis . Item Prov. 14.
illic : *Tunc ſtabunt juſti in magna conſtantia ad-*
verſus eos qui ſe anguſtiaverunt & qui abſtulerunt Sap. 5.
labores eorum . Videntes turbabuntur timore horri-
bili , & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalu-
E *tis , dicentes inter ſe , pœnitentiam habentes , &*
per anguſtiam ſpiritus gementes : Hi ſunt quos ali-
quando habuimus in deriſum & in ſimilitudinem
improperii . Nos inſenſati vitam illorum æſtimaba-
mus inſaniam & finem illorum ſine honore . Quo-
modo computati ſunt inter filios Dei & inter ſan-
ctos ſors illorum eſt ? Ergo erravimus a via ve-
ritatis , & juſtitiæ lumen non luxit nobis , & ſol
non eſt ortus nobis . Laſſati ſumus in iniquitatis
via & perditionis , & ambulavimus ſolitudines
difficiles , viam autem Domini ignoravimus . Quid
nobis profuit ſuperbia , aut quid divitiarum jacta-
F *tio contulit nobis ? Tranſierunt omnia illa tamquam*
umbra . De hoc ipſo in pſalmo CXV. *Pretioſa*
in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus . Item
in pſalmo CXXV. *Qui ſeminant in lacrimis in*
exſultatione metent . Ambulantes ambulabant &
plorabant mittentes ſemina ſua , venientes autem
venient in exſultatione tollentes gremia ſua . De
hoc ipſo in evangelio cata Joannem : *Qui a-* Joa. 12.
mat animam ſuam perdet illam ; & qui odit ani-
mam ſuam in iſto ſæculo , in vitam æternam in-
veniet illam . Item illic : *Cum autem tradiderint* Matt. 10.
vos ,

Digitized by Google

vos, nolite cogitare quid loquamini. Non enim [A] *vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri* [Joa. 16.] *qui loquitur in vobis.* Item illic: *Veniet hora ut omnis qui interficit vos arbitretur officium ſe Deo facere. Sed & hoc facient quoniam non cognoverunt patrem neque me.* De hoc ipſo cata Mat- [Matt. 5.] thæum: *Beati qui perſecutionem paſſi fuerint propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Item illic: *Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Magis autem metuite eum qui poteſt animam & corpus occidere in gehennam.* Item illic: *Quicumque me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego confitebor* [B] *illum coram patre meo qui in cælis eſt. Qui autem me negaverit coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo qui in cælis eſt. Qui autem ſuſtinuerit uſque in finem, hic ſalvus erit.* De [Luc. 6.] hoc ipſo cata Lucam: *Beati eritis cum vos oderint homines, & ſeparaverint vos & expulerint, & maledixerint nomini veſtro quaſi nequam propter filium hominis. Gaudete in illa die & exſultate. Ecce enim merces veſtra multa eſt in cælis.* Item [Luc. 18.] illic: *Amen dico vobis, nemo eſt qui relinquat domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem,* [C] *aut filios propter regnum Dei, & non recipiat ſepties tantum in iſto tempore, in ſæculo autem futuro vitam æternam.* De hoc ipſo in apocaly- [Apoc. 6.] pſi: *Et cum aperuiſſet quintum ſignum, vidi ſub ara Dei animas occiſorum propter verbum Dei & martyrium ſuum, & clamaverunt magna voce dicentes: Quouſque, Domine ſanctus & verus, non judicas & vindicas ſanguinem noſtrum de his qui in terris inhabitant? Et datæ ſunt eis ſingulis ſtolæ albæ, & dictum eſt eis ut requieſcerent brevi adhuc tempore donec impleatur numerus conſervorum & fratrum eorum, quique poſtea occidentur* [D] [Apoc. 7] *exemplo ipſorum.* Item illic: *Poſt hæc vidi turbam multam, quam dinumerare ex his nemo poterat, ex omni gente, & ex omni tribu, & ex omni populo & lingua, ſtantes in conſpectu throni & in conſpectu agni, & erant amicti ſtolas albas, & palmæ fuerunt in manibus eorum, & magno clamore dicebunt: Salus Deo noſtro ſedenti ſuper thronum & agno. Et reſpondit unus ex ſenioribus dicens mihi: Qui amicti ſunt ſtolis albis qui ſunt & unde venerunt? Et dixi ei: Domine mi, tu ſcis. Et ait mihi: Hi ſunt qui venerunt ex magna tri-* [E] *bulatione, & laverunt ſtolas ſuas, & candidas eas fecerunt in ſanguine agni. Ideo ſunt in conſpectu throni Dei, & ſerviunt ei diebus & noctibus in templo ejus, & is qui ſedet in throno inhabitabit ſuper eos. Neque eſurient neque ſitient amquam, ſed neque ſol ſuper eos cadet, neque ullum æſtum patientur; quoniam agnus qui in medio throni eſt reget eos, & deducet eos ad fontes vitæ aquarum, & abſterget Deus omnem lacrimam ex* [Apoc. 2.] *oculis eorum.* Item illic: *Qui vincet, dabo illi edere de ligno vitæ quod eſt in paradiſo Dei mei.* Item illic: *Eſto fidelis uſque ad mortem, & da-* [F] *bo tibi coronam vitæ. Beati erunt qui vigilabunt & ſervabunt veſtimenta ſua ne nudi ambulent & videant turpitudinem ſuam.* De hoc ipſo Paulus [2 Tim. 4.] ad Timotheum in ſecunda: *Ego jam delibor, & tempus inſtat meæ aſſumptionis. Bonum agonem certavi, curſum perfeci, fidem ſervavi. Jam ſupereſt mihi corona juſtitiæ, quam mihi reddet Dominus in illa die juſtus judex, non ſolum autem mihi, ſed & omnibus qui dilexerint adventum ejus.* [Rom. 8.] De hoc ipſo ad Romanos: *Sumus filii Dei. Si* [A] *autem filii, & heredes Dei, coheredes autem Chriſti; ſiquidem compatiamur, ut & commagnificemur.* De hoc ipſo in pſalmo CXVIII. *Beati qui immaculati ſunt in via & qui ambulant in lege Domini. Beati qui perſcrutantur martyria ejus.*

Minora eſſe quæ in ſæculo patimur quam ſit præmium quod promiſſum eſt. [CAP. XVII.] In epiſtola Pauli ad Romanos: [Rom. 8] *Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram claritatem quæ revelabitur in nobis.* De hoc ipſo in Machabæis: [2. Macab. 6.] *Domine, qui ſanctam habes ſcientiam, manifeſtum eſt quia cum poſſem a morte liberari, du-* [B] *riſſimos dolores corporis tolero, flagellis vapulans, animo autem propter tui ipſius metum libenter hæc patior.* Item illic: [2. Macha. 7.] *Tu quidem impotens ex hac præſenti vita nos perdis. Sed mundi rex defunctos nos pro ſuis legibus in æternam vitæ reſurrectionem ſuſcitabit.* Item illic: *Potius eſt ab hominibus morti datos exſpectare ſpem a Deo iterum ab ipſo ſuſcitandos. Tibi enim reſurrectio in vitam non erit.* Item illic: *Poteſtatem inter homines habens, cum ſis corruptibilis, facis quod vis. Noli autem putare genus noſtrum a Deo eſſe derelictum. Suſtine* [C] *& vide magna poteſtas ejus qualiter te & ſemen tuum torquebit.* Item illic: *Noli fruſtra errare. Nos enim propter noſmetipſos hæc patimur peccantes in Deum noſtrum. Tu autem ne te exiſtimes impunitum futurum, aggreſſus pugnare cum Deo.*

Dilectioni Dei & Chriſti nihil præponendum. [CAP. XVIII.] In Deuteronomio: [Deut. 6.] *Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo & de tota anima tua & de tota virtute tua.* Item in evangelio cata Matthæum: [Matt. 10.] *Qui amat patrem aut matrem ſuper me non eſt me dignus; & qui amat filium aut filiam ſuper me non eſt me dignus; & qui non ac-* [D] *cipit crucem ſuam & ſequitur me non eſt meus diſcipulus.* Item in epiſtola Pauli ad Romanos: [Rom. 8.] *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti, preſſura, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius, ſicut ſcriptum eſt: Quoniam cauſa tui occidimur tota die, deputati ſumus ut oves victimæ; ſed in his omnibus ſupervincimus pro eo qui dilexit nos.*

Voluntati non noſtræ, ſed Dei, obtemperandum. [CAP. XIX.] In evangelio cata Joannem: [Joa. 6.] *Non deſcendi de cælo ut faciam voluntatem meam, ſed* [E] *voluntatem ejus qui me miſit.* De hoc ipſo cata Matthæum: [Matt. 26.] *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte; verumtamen non quod ego volo, ſed quod tu.* Item in prece quotidiana: *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra.* Item cata Matthæum: [Matt. 7.] *Non omnis qui mihi dicit, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed is qui facit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum.* Item cata Lucam: [Luc. 12.] *Ille autem ſervus qui cognoſcit voluntatem domini ſui, & non paruerit voluntati ejus, vapulabit multis.* In epiſtola Joannis: [1. Joa. 2.] *Qui autem fecerit vo-* [F] *luntatem Dei manet in æternum, quomodo & ipſe manet in æternum.*

Fundamentum & firmamentum ſpei & fidei eſſe timorem. [CAP. XX.] In pſalmo CX. *Initium ſapientiæ timor Domini.* De hoc ipſo in ſapientia Salomonis: [Eccli. 1.] *Initium ſapientiæ metuere Deum.* Item in proverbiis ejuſdem: [Prov. 28.] *Beatus homo eſt qui veretur omnia per metum.* De hoc ipſo apud Eſaiam: [Iſa. 66.] *Et ſuper quem alium reſpiciam niſi ſuper humilem & quietum & trementem ſermones meos?* De hoc ipſo in Geneſi: [Gen. 22.] *Et vocavit eum angelus*

Domini

Digitized by Google

Domini de cælo, & dixit illi: Abraham, Abraham. Ille autem dixit: Ecce ego. Et dixit: Noli imponere manum tuam ſuper puerum, neque feceris illi quidquam. Nunc enim cognovi quoniam times Deum tuum & non peperciſti filio tuo dilectiſſimo propter me. Item in pſalmo ſecundo: Servite Domino in timore & exſultate ei in tremore. [10] Item in Deuteronomio Dei vox ad Deut. 4. Moyſen: Convoca ad me populum, & audiant verba mea, ut diſcant timere me omnibus diebus quos ipſi vivent ſuper terram. Item apud Hiere- Hier. 31. miam: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael & in domo Juda teſtamentum novum, non ſecundum teſtamentum quod diſpoſueram patribus eorum in die cum apprehendi manum illorum educere eos de terra Ægypti, quia non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus, quia hoc teſtamentum quod diſponam domui Iſrael. Poſt dies illos, dicit Dominus, dans legem meam in ſenſu eorum ſcribam illam, & ero illis in Deum, & ipſi erunt mihi in plebem, & non docebunt unuſquiſque fratrem ſuum dicentes, Cognoſce Dominum, quia omnes ſcient me a minore uſque ad maximum eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum non ero memor amplius. Si exaltatum fuerit cælum in ſublime, dicit Dominus, & ſi humiliata fuerit terra deorſum, at ego non reprobabo genus Iſrael, dicit Dominus, pro omnibus quæ fecerunt. Ecce ego congregabo eos ex omni terra qua diſperſi illos in ira & in furore meo & in exacerbatione magna, & conteram illos in locum iſtum, & relinquam illos in pavore, & erunt mihi in plebem, & ero illis in Deum, & dabo illis viam alteram & cor aliud, ut timeant me omnibus diebus in bono cum filiis ſuis, & conſummabo eis teſtamentum æternum quod non avertam poſt illos, & timorem dabo in cor eorum ut non diſcedant a me, & viſitabo ſuper illos benefacere illis & plantare illos in terra ſua in fide & in omni corde & in omni animo. I- Apoc. 11. tem in apocalypſi: Et viginti quatuor ſeniores in conſpectu ſedentes in thronis ſuis ceciderunt ſupra facies ſuas & adoraverunt Deum dicentes: Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, qui es & qui fuiſti, quod accepiſti poteſtatem tuam magnam & regnaſti, & gentes iratæ ſunt, & venit ira tua & tempus quo de mortuis judicetur & detur merces ſervis tuis prophetis & ſanctis timentibus nomen tuum puſillis & magnis, & diſperdere Apoc. 14. eos qui corruperunt terram. Item illic: Et vidi alium angelum volantem per medium cælum habentem evangelium perenne evangelizare ſedentibus ſuper terram & in omnes nationes & tribus & linguas & populos dicentem voce magna: Timete Deum, & date ei honorem, quoniam venit hora judicii ejus, & adorate eum qui fecit cælum & terram & Apoc. 4. mare & fontes aquarum. Item illic: Et vidi quaſi mare vitreum mixtum igni, & paſcentes beſtiæ cum agnis ejus, & numerus nominis ejus CXLIIII. ſtantes ſupra mare vitreum habentes citharas Dei, & cantant canticum Moyſi ſervi Dei & canticum agni dicentes: Magna & mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens, juſtæ & veræ viæ tuæ ſunt, rex gentium. Quis non timeat & det honorem nomini tuo, quia ſolus pius, & quoniam omnes nationes venient & adorabunt in conſpectu tuo, quoniam juſtitiæ tuæ manifeſtatæ ſunt. Dan. 13. Item in Daniele: Fuit vir habitans in Babylonia, cui nomen erat Joachim, & accepit uxorem

A nomine Suſannam filiam Helchiæ formoſam valde & timentem Deum; & erant parentes ejus juſti, & docuerunt filiam ſuam ſecundum legem Moyſi. Item in Daniele: Et ſumus humiles in omni terra hodie propter peccata noſtra, & non eſt hoc tempore princeps, neque prophetes, neque dux, neque holocauſta, neque oblatio, neque hoſtia, neque tus, neque locus ſacrificare coram te & invenire miſericordiam a te, & in anima & ſpiritu humilitatis acceptos nos habe ut holocauſti victimas arietum & taurorum & quaſi multa millia agnorum qui ſunt pinguiſſimi. Sic fiat hoſtia noſtra coram Dan. 3.
B te hodie, & conſumetur poteſtas illorum, quoniam non erubeſcent qui confidunt in te. Et nunc ſequimur toto corde noſtro, & timemus & quærimus faciem tuam. Ne nos in opprobrium tradas, ſed fac nobiſcum ſecundum tranquillitatem tuam, & ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ libera nos. Item illic: Et rex vehementer gaviſus eſt, & Dan. 6. juſſit Danielem de lacu leonum ejici; & nihil ei nocuerunt leones, quia confidebat & crediderat in Deo ſuo. Et juſſit rex; & perduxerunt illos homines qui accuſaverant Danielem, & miſerunt il-
C los in lacu leonum & uxores eorum & natos eorum. Et antequam pervenirent in pavimentum lacus, apprehenſi ſunt a leonibus, & omnia oſſa eorum comminuerunt. Tunc Darius rex ſcripſit omnibus gentibus, tribubus, & linguis quæ ſunt in regno meo: Pax ſit vobiſcum a facie mea. Cenſeo & ago ut hi omnes qui ſunt in regno meo ſint timentes & trementes ſummum Deum cui ſervit Daniel, quia ipſe eſt Dominus vivus & permanens in ſæcula, & regnum ejus non tranſibit, & dominatio ejus in perpetuum ambulat, & ſolus facit ſigna & prodigia & mirabilia in cælo & in ter-
D ra, qui eripuit Danielem de lacu leonum. Item in Michæa: In quo adſequar Dominum & adprehendam illum in ſacrificiis, in holocauſtomatis, in vitulis anniculis, ſi accepto favet Dominus in millibus caprarum pinguium, aut dabo primitiva meæ impietatis fructum ventris mei, peccatum animæ meæ. Renuntiatum tibi eſt, homo, quod bonum aut quod Dominus exquirit aliud niſi ut facias judicium & juſtitiam & diligas miſericordiam & paratus ſis ut eas cum Domino Deo tuo. Vox Domini in civitate invocabitur, & timentes no- Mi. h. 7.
E men ejus ſalvabit. Item in Michæa: Paſce populum tuum in virga tua, oves hereditatis tuæ, & habitantes ſeparatim convelle in medio Carmelo. Parabunt Baſanim & Galadim ſecundum dies ſæculi, & ſecundum dies profectionis eorum a terra Ægypti oſtendam illis mirabilia. Videbunt gentes & confundentur ex omni fortitudine ſua, & ſuperponent manus in os ſuum. Aures illorum exſurdabuntur, & lingent pulverem quomodo ſerpentes. Trahentes terram conturbabuntur, & lingent pulverem. In concluſione ſua ad Dominum Deum ſuum expaveſcent, & timebunt abs te. Quis Mich. 7.
F Deus quomodo tu elevans injuſtitiam & tranſgrediens impietates? Et in Nahum: Montes commoti ſunt ab eo, & colles contremuerunt, & denudata eſt terra ante faciem ejus & omnes qui inhabitant illam. A facie iræ ejus quis ſuſtinebit, & quis reſiſtit in ira animi ipſius? Animatio ipſius fluere facit principatus, & petræ diſſolutæ ſunt ab illo. Bonus Dominus illis qui eum ſuſtinent in die preſſuræ, & cognoſcens illos qui eum timent. Item in Aggæo: Et audivit Zorobabel filius Salathiel de tribu Juda & Jeſus filius Joſedech ſacer- Nah. 1. Agg. 1.

das magnus & omnes qui ſuperſuerunt de populo A
voces Domini Dei ſui, quoniam miſit illum Domi-
nus ad illos, & timuit plebs a ſacie Dei. Item
Malach. 2. in Malachia: *Teſtamentum ſuit cum vita & pa-*
ce, & dedi illis timorem timere me a facie nomi-
nis mei. Item in pſalmo XXXIII. *Timete Domi-*
num omnes ſancti ejus, quoniam non eſt inopia eis
qui eum metuunt. Item io pſalmo XVIII. *Timor*
Domini caſtus perſeverans in ſæcula ſæculorum.

CAP. XXI. Non temere de altero judicaodum. In evao-
gelio cata Lucam: *Nolite judicare, ne judicemi-*
Luc. 6. *ni; nolite condemnare, ne condemnemini.* De hoc
Rom. 14. ipſo ad Romanos: *Tu quis es qui judicas alienum* B
ſervum? Domino ſuo ſtat aut cadit. Stabit au-
tem. Potens eſt enim Deus ſtatuere eum. Et ite-
Rom. 2. rum: *Quare ſine excuſatione es, o homo omnis*
qui judicas. In quo enim judicas alium, te ipſum
condemnas. Eadem enim agis quæ judicas. Spe-
ras autem tu qui judicas eos qui mala agunt &
eadem facis quia ipſe effugies judicium Dei? I-
tem in epiſtola Pauli ad Corinthios prima:
Et qui ſe putat ſtare, videat ne cadat. Et ite-
rum: *Si quis ſe putat ſcire aliquid, nondum*
ſcit quemadmodum oporteat eum ſcire. C

CAP. XXII. ' Accepta iojuria remitteodum & ignoſceo-
dum. Io evangelio io prece quotidiana: "
Matt. 6. *Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remit-*
timus debitoribus noſtris. Item cata Marcum:
Marc. 11. *Et cum ſteteritis ad orationem, remittite ſi quid*
habetis adverſus aliquem, ut & pater veſter qui
in cælis eſt remittat veſtra peccata vobis. Si au-
tem vos non dimiſeritis, neque pater veſter qui in
cælis eſt dimittet vobis peccata veſtra. Item il-
Marc. 4. lic: *In qua menſura menſi fueritis, in ea reme-*
tietur vobis. D

CAP. XXIII. Vicem malis oon reddendam. Io epiſtola
Pauli ad Romaoos: *Nemini malum pro malo*
Rom. 12. *reddentes.* Item illic: *Noli vinci a malo, ſed*
vince in bono malum. De hoc ipſo io apocaly-
Apoc. 22. pſi: *Et dixit mihi, ne ſignaveris verba prophetiæ*
libri hujus, quia jam tempus in proximo eſt, &
hi qui perſeverant nocere noceant, & qui in ſor-
dibus eſt ſordeſcat adhuc, juſtus autem adhuc ju-
ſtiora faciat, ſimiliter & ſanctus ſanctiora. Ecce
venio cito, & merces mea mecum eſt reddere uni-
cuique ſecundum facta ſua.

CAP. XXIV. Noo poſſe ad patrem perveniri niſi per fi- E
lium ejus Jeſum Chriſtum. In evangelio cata
Joa. 14. Joannem: *Ego ſum via, veritas, & vita. Ne-*
Joan. 10. *mo venit ad patrem niſi per me.* Item illic: *Ego*
ſum oſtium. Per me ſi quis introierit ſalvabi-
tur.

CAP. XXV. Ad regnum Dei niſi baptizatus & renatus
qois fuerit pervenire oon poſſe. In evangelio
Joan. 3. cata Joanoem: *Niſi quis renatus ſuerit ex a-*
qua & ſpiritu non poteſt introire in regnum Dei.
Quod enim natum eſt de carne caro eſt, & quod
Joan. 6. *natum eſt de ſpiritu ſpiritus eſt.* Item illic: *Ni-* F
ſi ederitis carnem filii hominis & biberitis ſangui-
nem ejus, non habebitis vitam in vobis.

CAP. XXVI. Parum eſſe baptizari & euchariſtiam accipe-
re, oiſi quis factis & opere proficiat. Io epi-
1. Cor. 9. ſtola Pauli ad Corinthios prima: *Neſcitis quia*
qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, u-
nus tamen accipit palmam? Sic currite ut occu-
petis. Et illi quidem ut corruptibilem coronam ac-
cipiant, nos vero incorruptam. In evaogelio ca-
Matt. 3. ta Matthæum: *Omnis arbor non faciens fru-*
ctum bonum excidetur & in ignem mittetur. Item

A illic: *Multi mihi dicent in illa die, Domine,* Matt. 7.
Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, &
in nomine tuo dæmonia exclusimus, & in tuo no-
mine virtutes magnas ſecimus? Et tunc dicam il-
lis: Numquam vos novi, recedite a me qui ope-
ramini iniquitatem. Item illic: *Luceat lumen ve-* Matt. 9.
ſtrum coram hominibus, ut videant bona opera ve-
ſtra & clarificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.
Item Paulus ad Philippenſes: *Lucete ſicut lu-* Philip. 2.
minaria in mundo.

Baptizatum qooque gratiam perdere quam CAP.
B cooſecutus ſit, niſi innoceotiam ſervet. Io e- XXVII.
vangelio cata Joaonem: *Ecce ſanus factus es,* Joan. 5.
jam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. I-
tem io epiſtola Pauli ad Corinthios prima: 1. Cor. 3.
Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus
Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei
violaverit, diſperdet illum Deus. De hoc i-
pſo in Paralipomenoo: *Deus vobiſcum eſt,* 2. Paral. 15.
dum eſtis vos cum ipſo. Si dereliqueritis eum,
derelinquet vos.

Noo poſſe in eccleſia remitti ei qui in Deum CAP.
deliquerit. In evangelio cata Matthæum: *Qui* XXVIII.
C *dixerit verbum adverſus filium hominis, remitte-* Matt. 12.
tur illi. Qui autem dixerit adverſus ſpiritum
ſanctum, non remittetur illi neque in iſto ſæcu-
lo neque in futuro. Item cata Marcum: *Omnia* Marc. 3.
peccata remittentur filiis hominum & blaſphemiæ.
Qui autem blaſphemaverit in ſpiritum ſanctum,
non remittetur illi, ſed reus erit æterni peccati.
De hoc ipſo in baſilion primo: *Si delinquen-* 1. Reg. 2.
do peccet vir adverſus virum, orabunt pro eo
Dominum. Si autem in Deum peccet homo, quis
orabit pro eo?

D De odio nominis ante prædictom. Io evan- CAP.
gelio cata Lucam: *Et eritis odibiles omnibus* XXIX.
hominibus propter nomen meum. Item cata Joan- Luc. 11.
nem: Si ſæculum vos odit, ſcitote quoniam me Joa. 15.
primo odit. Si de ſæculo eſſetis, ſæculum quod
ſuum eſſet amaret; ſed quia de ſæculo non eſtis,
& ega elegi vos de ſæculo, propterea odit vos ſæ-
culum. Mementote ſermonis quem dixi vobis:
Non eſt major ſervus domino ſuo. Si me perſe-
cuti ſunt, & vos perſequentur. " Item in Ba-
ruch: *Veniet enim tempus & quæretis me &*
vos & qui poſt vos fuerint audire verbum ſapien-
E *tiæ & intellectus, & non invenietis. Nationes*
autem cupient videre ſapientem, & non contin-
get eis; non quia deerit aut deficiet ſapientia
hujus ſæculi terræ, ſed neque deerit ſermo legis
ſæculo. Erit enim ſapientia in paucis vigilanti-
bus & taciturnis & quietis ſibi confabulantibus, quo-
niam quidam eos horrebunt & timebunt ut malos.
Alii autem nec credent verbo legis altiſſimi. Alii
autem ore ſtupentes non credent, & credent, &
contradicentes erunt contrarii & impedientes ſpiri-
tum veritatis. Alii autem erunt ſapientes ad ſpi-
F *ritum erroris & pronuntiantes ſicut altiſſimi &*
fortis edicta. Alii autem perſonales fidei. Alii
capaces & fortes in fide altiſſimi, & odibiles
alieno.

Quod quis Deo voverit cito reddendum. CAP.
Apud Salomonem: *Prout voveris votum Deo,* XXX.
ne moram feceris reddere illud. Item in Deute- Eccleſ. 5.
ronomio: *Si autem voveris votum Domino Deo* Deut. 23.
tuo, non tardabis reddere illud; quia inquirens
quæret illud Dominus Deus tuus a te, & erit in
peccatum. Ea quæ egredientur per labia tua ob-
ſervabis, & facies donum quod locutus es ore
tuo.

Digitized by Google

tuo. De hoc ipſo in pſalmo XLIX. *Sacrifica Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua. Invoca me in die preſſuræ, & eximam te, & clarificabis me*. De hoc ipſo in actibus apoſtolorum: *Cur implevit ſatanas cor tuum mentiri te ſpiritui ſancto, cum eſſet fundus in tua poteſtate. Non hominibus mentitus es, ſed Deo*. Item apud Hieremiam: *Maledictus qui facit opera Dei negligenter*.

Act. 3. — Hier. 48.

CAP. XXXI. Eum qui non crediderit jam judicatum eſſe. In evangelio cata Joannem: *Qui non crediderit jam judicatus eſt, quia non credidit in nomine unici filii Dei. Hoc autem eſt judicium, quoniam lux venit in ſæculum, & magis dilexerunt homines tenebras quam lucem*. De hoc ipſo in pſalmo primo: *Propterea non reſurgent impii in judicio, neque peccatores in conſilio juſtorum*.

Joan. 3.

CAP. XXXII. De bono virginitatis & continentiæ. in Geneſi: *Multiplicans multiplicabo triſtitias tuas & gemitus tuos; & in triſtitia paries filios, & erit converſio tua ad virum tuum, & ipſe tui dominabitur*. De hoc ipſo in evangelio cata Matthæum: *Non omnes capiunt verbum, ſed illi quibus datum eſt. Sunt enim ſpadones qui ex utero matris nati ſunt, & ſunt ſpadones qui coacti ſunt ab hominibus, & ſunt ſpadones qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere capiat*. Item cata Lucam: *Filii ſæculi hujus generant & generantur. Qui autem habuerunt dignationem ſæculi illius & reſurrectionis a mortuis non nubunt neque nubuntur. Neque enim incipient mori. Æquales enim ſunt angelis Dei, cum ſint filii reſurrectionis*. Reſurgere autem mortuos Moyſes ſignificat cum dicit in rubo: *Dominus Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob, non eſt Deus mortuorum, ſed vivorum. Omnes enim illi vivunt*. Item in epiſtola Pauli ad Corinthios prima: *Bonum eſt homini mulierem non contingere. Propter fornicationem autem unuſquiſque uxorem ſuam habeat, & unaquæque virum ſuum habeat. Uxori vir debitum reddat, ſimiliter & uxor viro. Uxor corporis ſui poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter & vir corporis ſui poteſtatem non habet, ſed uxor. Nolite fraudare invicem niſi ex conventione ad tempus ut vacetis orationi; & iterum revertimini ad id ipſum, ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram. Hoc dico ſecundum veniam, non ſecundum imperium. Volo autem omnes homines eſſe ſicut & me. Sed unuſquiſque proprium habet donum n Deo, alius ſic, alius autem ſic*. Item illic: *Cælebs cogitat ea quæ ſunt Domini, quomodo placeat Deo. Qui autem matrimonium contraxit, cogitat ea quæ ſunt mundi hujus, quomodo placeat uxori. Sic & mulier & virgo innupta cogitat ea quæ ſunt Domini, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quæ autem nupſit, cogitat de iis quæ ſunt mundi hujus, quomodo placeat viro*. Item in Exodo, cum præcepiſſet Dominus Moyſi ut ſanctificaret populum in diem tertium, ſanctificavit ille, & adjecit: *Eſtote parati: tribus diebus non accedetis ad mulieres*. Item in baſilion primo: *Et reſpondit ſacerdos ad David & dixit: Non ſunt panes prophani in manu mea, niſi panis ſanctus unus. Si obſervati ſunt pueri a muliere, manducabunt*. Item in apocalypſi: *Hi ſunt qui cum mulieribus ſe non coinquinaverunt. Virgines enim permanſerunt. Hi ſunt qui ſequuntur agnum quocumque ierit*.

Gen. 3. — Matt. 19. — Luc. 10. — Luc. 20. — 1. Cor. 7. — Exo. 19. — 1. Reg. 21. — Apoc. 14.

A CAP. XXXIII. Nihil patrem judicare, ſed filium, & patrem ab eo non honorificari a quo non honorificatur filius. In evangelio cata Joannem: *Nihil pater judicat, ſed judicium omne filio dedit, ut omnes honorificent filium ſicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui eum miſit*. Item in pſalmo LXXI. *Deus judicium tuum regi da, & juſtitiam tuam filio regis, judicare populum tuum in juſtitia*. Item in Geneſi: *Et pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem de cælo a Domino*.

Joan. 5. — Gen. 19.

B CAP. XXXIV. Fidelem gentiliter vivere non oportere. Apud Hieremiam: *Hæc dicit Dominus: Secundum viam gentilium ne ambulaveritis*. De hoc ipſo quod ſegregare ſe quis debeat a gentilibus, ne ſit ſocius culpæ & fiat particeps plagæ eorum. In apocalypſi: *Et audivi aliam vocem de cælo dicentem: Exi de ea populus meus, ne particeps ſis delictorum ejus, & ne perſtringaris plagis ejus: quoniam delicta ejus uſque ad cælum pervenerunt, & meminit Dominus Deus iniquitatum ejus. Ideo reddidit ei duplum, & in* C *quo poculo miſcuit, duplum remixtum eſt ei; & in quantum ſe clarificavit & deliciarum habuit, in tantum datus eſt ei & cruciatus & luctus, quoniam in corde ſuo dicit, Regina ſum, & vidua eſſe non poſſum, nec luctum viſura ſum, propterea una hora plagæ ejus advenient, mors, luctus, & fames, & igni cremabitur, quoniam fortis eſt Dominus Deus qui eam judicabit. Et flebunt & plangent ſe in ea reges terræ qui cum ea fornicati ſunt & in deliciis converſati ſunt*. Item apud Eſaiam: *Exite de medio eorum qui fertis vaſa Domini*.

Hier. 7. — Apoc. 18. — Iſa. 52.

CAP. XXXV. Deum ad hoc patientem eſſe ut nos pœni- D teat peccati noſtri & reformemur. Apud Salomonem in eccleſiaſtico: *Ne dixeris, peccavi, & quid accidit mihi triſte? Eſt enim altiſſimus patiens redditor*. Item Paulus ad Romanos: *An numquid opulentiam bonitatis ejus & ſuſtinentiam & patientiam contemnis, ignorans quia bonitas Dei in pœnitentiam te adducit? Tu autem ſecundum duritiam tuam & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ & revelationis juſti judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua*.

Eccli. 5. — Rom. 2.

E CAP. XXXVI. Mulierem ornari ſæculariter non debere. In apocalypſi: *Et venit unus ex ſeptem angelis habentibus phialas, & aggreſſus eſt me dicens: Veni, oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ ſedentis ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt reges terræ. Et vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam. Et mulier illa amicta erat pallium purpureum & coccineum, & adornata erat auro & lapidibus pretioſis & margaritis, tenens poculum aureum in manu ſua plenum execrationum & immunditiæ & fornicationis totius terræ*. Item ad Timotheum: *Sint mulieres veſtræ cum verecun-* F *dia & pudicitia, componentes ſe, non in tortis crinibus, neque auro, neque margaritis, aut veſte pretioſa, ſed ut decet mulieres promittentes caſtitatem per bonam converſationem*. De hoc ipſo in epiſtola Petri ad Ponticos: *Sit in muliere non exterior ornamenti aut auri aut veſtis cultus, ſed cultus cordis*. Item in Geneſi: *Thamar cooperuit ſe pallio, & adornavit; & cum aſpexiſſet eam Judas, viſum eſt ei meretricem eſſe*.

Apoc. 17. — 1. Tim. 2. — 1. Pet. 3. — Gen. 38.

CAP. XXXVII. Fidelem non oportere ob alia delicta niſi ob nomen ſolum puniri. In epiſtola Petri

 ad

1.Pet. 4. ad Ponticos : *Nec quiſquam veſtrum tamquam fur aut homicida patiatur , aut tamquam maleficus , aut* ʷ *curas alienas agens , ſed tamquam chriſtianus .*

CAP. XXXVIII. Servum Dei innocentem eſſe debere , ne incidat in pœnam ſæcularem . In epiſtola Pauli ad Romanos : *Vis non timere poteſtatem ? Bonum fac , & habebis laudem ex illa .*
Rom. 13.

CAP. XXXIX. Datum nobis eſſe exemplum vivendi in Chriſto . In epiſtola Petri ad Ponticos : *Chriſtus enim paſſus eſt pro nobis , relinquens vobis exemplum ut ſequamini veſtigia ejus , qui peccatum non fecit , nec dolus inventus eſt in ore ejus : qui cum malediceretur , non remaledixit , cum pateretur , non minabatur ; tradebat autem ſe judicanti injuſte .* Item Paulus ad Philippenſes : *Qui in figura Dei conſtitutus non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo , ſed ſe exinanivit , formam ſervi accipiens , in ſimilitudinem hominis factus , & habitu inventus ut homo . Humiliavit ſe , factus obediens uſque ad mortem , mortem autem crucis . Propter quod & Deus exaltavit illum , & donavit illi nomen ut ſit ſuper omne nomen , ut in nomine Jeſu omne genu curvetur , cæleſtium , terreſtrium , & infernorum , & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris .* De hoc ipſo in evangelio cata Joannem : *Si ego lavi pedes veſtros magiſter & dominus , & vos debetis aliorum pedes lavare . Exemplum enim dedi vobis ut ſicut ego feci , & vos aliis faciatis .*
1.Pet. 2. Philip. 2. Joa. 13.

CAP. XL. Non jactanter nec tumultuoſe operandum . In evangelio cata Matthæum : *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua , ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito ; & pater tuus , qui videt in abſcondito , reddet tibi .* Item illic : *Cum facis eleemoſynam , noli buccinare ante te quomodo hypocritæ faciunt in vicis & ſynagogis ut clarificentur ab hominibus . Amen dico vobis , compleverunt mercedem ſuam .*
Matt. 6.

CAP. XLI. Inepte & ſcurriliter non loquendum . In epiſtola Pauli ad Epheſios : *Stultiloquium & ſcurrilitas , quæ ad rem non pertinent , nec nominentur quidem in vobis .*
Epheſ. 5.

CAP. XLII. Fidem in totum prodeſſe , & tantum nos poſſe quantum credimus . In Geneſi : *Et credidit Abraham Deo , & deputatum eſt ei ad juſtitiam .* Item apud Eſaiam : *Et ſi non credideritis , neque intelligetis .* Item in evangelio cata Matthæum : *Modicæ fidei , quare dubitaſti ?* Item illic : *Si habueritis fidem quaſi granum ſinapis , dicetis monti huic , tranſi hinc illo , & tranſibit , & nihil impoſſibile erit vobis .* Item cata Marcum : *Omnia quæcumque oratis & petitis credite quia accipietis & erunt vobis .* Item illic : *Omnia poſſibilia credenti .* Apud Abacuc : *Juſtus autem ex fide mea vivit .* Item in Daniele Ananias , Azarias , Miſahel credentes Deo liberati ſunt de flamma ignis .
Gen. 15. Iſa. 7. Matt. 14. Marc. 11. Abacuc 2. Dan. 2.

CAP. XLIII. Poſſe eum ſtatim conſequi qui vere crediderit . In actibus apoſtolorum : *Ecce aqua , quid eſt quod me impedit baptizari ? Tunc dixit Philippus : Si credis ex toto corde tuo , licet .*
Act. 8.

CAP. XLIV. Fideles inter ſe diſceptantes non debere gentilem judicem experiri . In epiſtola Pauli ad Corinthios prima : *Audet quiſquam veſtrum adverſus alterum negotium habens diſceptare apud injuſtos , & non apud ſanctos ? An neſcitis quia ſancti hunc mundum judicabunt ?* Et iterum : *Jam quidem in totum delictum in vobis eſt , quia judicia habetis cum invicem . Quare non magis injuriam patimini , aut quare non magis fraudamini ? Sed vos injuriam facitis & fraudatis , & hoc fratribus . An neſcitis quoniam injuſti regnum Dei non conſequentur ?*
1.Cor. 6.

CAP. XLV. Spem futurorum eſſe , & ideo fidem noſtram circa quæ promiſſa ſunt patientem eſſe debere . In epiſtola Pauli ad Romanos : *Spe ſalvati ſumus . Spes autem quæ videtur non eſt ſpes . Quod enim videt quis quid ſperat ? Si autem quod non videmus ſperamus , per patientiam ſperamus .*
Rom. 8.

CAP. XLVI. Mulierem in eccleſia tacere debere . In epiſtola Pauli ad Corinthios prima : *Mulieres in eccleſia taceant . Si quæ autem quid diſcere volunt , domi viros ſuos interrogent .* Item ad Timotheum : *Mulier cum ſilentio diſcat in omni ſubjectione . Docere autem mulierem non permitto , neque præpoſitam eſſe viro , ſed eſſe in ſilentio . Adam enim primus formatus eſt , deinde Eva ; & Adam ſeductus non eſt , mulier autem ſeducta eſt .*
1.Cor. 14. 1.Tim. 2.

CAP. XLVII. Delicto & merito noſtro fieri ut laboremus , nec Dei opem in omnibus ſentiamus . Apud Oſee : *Audite ſermonem Domini , filii Iſrael ; quia judicium eſt Domino adverſus incolas terræ , quod neque miſericordia , neque veritas , neque agnitio Dei ſit ſuper terram , ſed execratio , & mendacium , & cædes , & furtum , & adulterium diffuſum eſt ſuper terram . Sanguinem ſanguini ſupermiſcent . Iccirco terra lugebit cum univerſis incolis ſuis , cum beſtiis agri , cum ſerpentibus terræ , cum volucribus cæli , & deficient piſces maris , ut nemo judicet , nemo revincat .* De hoc ipſo apud Eſaiam : *Numquid non valet manus Domini ut ſalvos faciat , aut gravavit aurem ut non exaudiat ? Sed peccata veſtra inter vos & Deum ſeparant , & propter delicta veſtra avertit faciem a vobis ne miſereatur . Manus enim veſtræ inquinatæ ſunt ſanguine , & digiti veſtri in peccatis . Labia autem veſtra locuta ſunt facinus , & lingua veſtra injuſtitiam meditatur . Nemo loquitur vera , neque eſt judicium verum . Fidunt in vanis & loquuntur inania qui parturiunt dolorem & pariunt facinus .* Item apud Sophoniam ; *Defectione deficiat a facie terræ , dicit Dominus . Deficiat homo , & pecudes deficiant , volucres cæli & piſces maris , & auferam iniquos a facie terræ .*
Oſee 4. Iſa. 59. Soph. 1.

CAP. XLVIII. Non fenerandum . In pſalmo XIII. *Qui pecuniam ſuam non dedit in fenore , & munera ſuper innocentes non accepit . Qui iſta fecerit , non commovebitur in æternum .* Item apud Ezechielem : *Homo autem qui erit juſtus hominem non opprimet , & pignus debitoris reddet , & rapinam non faciet , & panem ſuum eſurienti dabit , & nudum operiet , & pecuniam ſuam in uſuram non dabit .* Item in Deuteronomio : *Non fenerabis fratri tuo uſura pecuniæ & uſuræ ciborum .*
Ezech. 18. Deut. 23.

CAP. XLIX. Inimicos quoque diligendos . In evangelio cata Lucam : *Si diligitis qui vos diligunt , quæ eſt vobis gratia ? Et peccatores enim diligunt eos qui ſe diligunt .* Item cata Matthæum : *Diligite inimicos veſtros , & orate pro his qui vos perſequuntur , ut ſitis filii patris veſtri qui in cælis eſt , qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos , & pluit ſuper juſtos & injuſtos .*
Luc. 6. Matt. 5.

CAP. L. Sacramentum fidei non eſſe prophanandum . Apud Salomonem in proverbiis : *In aures imprudentis*
Prov. 13.

*prudentis noli quidquam dicere; ne quando audie-
rit, irrideat ſenſatos ſermones tuos.* Item in e-
Matt. 7. vangelio cata Matthæum: *Ne dederitis ſanctum
canibus, neque miſeritis margaritas veſtras ante
porcos, ne forte inculcent ea pedibus ſuis & con-
verſi elidant vos.*

CAP. LI. Quod nemo in operę ſuo extolli debeat.
Apud Salnmonem in eccleſiaſtico: *Noli te ex-*
Eccli. 10. *tollere in faciendo opere tuo.* Item in evangelio
Luc. 17. cata Lucam: *Quis veſtrum habens ſervum aran-
tem aut paſtorem, & venienti de agro dicit con-
tinuo, tranſi, recumbe? Sed dicit illi, para ali-
quid quod cœnem, & accingere, & miniſtra mi-
hi donec manducem & bibam; & poſtea tu man-
ducabis & bibes. Numquid habet gratiam ſervo
illi quia fecit quæ ei imperata ſunt? Sic itaque
& vos, cum perfeceritis quæ vobis imperata ſunt,
dicite: Servi ſupervacui ſumus, quod habuimus
facere fecimus.*

CAP. LII. Credendi vel non credendi libertatem in ar-
bitrio poſitam. In Deuteronomio: *Ecce dedi*
Deut. 30. *ante faciem tuam vitam & mortem, bonum &
malum. Elige vitam tibi, ut vivas.* Item apud
Iſa. 1. Eſaiam: *Et ſi volueritis & audieritis me, bona
terræ edetis. Si autem nolueritis, & non audie-
ritis me, gladius vos conſumet. Os enim Domi-
ni locutum eſt iſta.* Item in evangelio cata Lu-
Luc. 17. cam: *Regnum Dei intra vos eſt.*

CAP. LIII. Dei arcana perſpici non poſſe, & ideo fi-
dem noſtram ſimplicem eſſe debere. In epi-
1. Cor. 13. ſtola Pauli ad Corinthios prima: *Videmus nunc
per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad
faciem. Nunc ſcio ex parte, tunc autem cogno-
ſcam ſicut & ego cognitus ſum.* Item apud Salo-
Sap. 1. monem in ſapientia: *Et in ſimplicitate cordis
quærite illum.* Item apud eumdem: *Qui ambu-
lat ſimpliciter, ambulat fidenter.* Item apud
Eccli. 3. eumdem: *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te*
Eccli. 7. *ne ſcrutatus fueris.* Item in Salomone: *Noli
eſſe multum juſtus, & noli argumentari plus quam*
Iſa. 3. *oportet.* Item apud Eſaiam: *Væ qui arguti ſunt*
1. Machab. 2. *in ſemetipſis.* Item in Machabæis: *Daniel in
ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum.* Item
Rom. 11. in epiſtola Pauli ad Romanos: *O altitudo di-
vitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incom-
prehenſibilia ſunt judicia ejus, & quam inveſtiga-
biles viæ ejus. Quis enim cognovit ſenſum Domi-
ni, aut quis conſiliarius ejus fuit, vel quis prior
dedit ei, & retribuetur illi? Quoniam ex ipſo,
& per ipſum, & in ipſo ſunt omnia; ipſi clari-
tas in ſæcula ſæculorum.* Item ad Timotheum:
2. Tim. 2. *Stultas autem & ineruditas quæſtiones devita,
ſciens quia lites generant. Servum autem Dei
non oportet litigare, ſed mitem eſſe ad omnes.*

CAP. LIV. [24] Neminem ſine ſorde & ſine peccato eſſe.
Apud Job: *Quis enim mundus a ſordibus? Nec*
Job 23. *unus, etiam ſi unius diei ſit vita ejus in terra.*
Item in pſalmo quinquageſimo: *Ecce in ini-
quitatibus conceptus ſum, & in delictis concepit*
1. Joa. 1. *me mater mea.* Item in epiſtola Joannis: *Si
dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos
decipimus, & veritas in nobis non eſt.*

CAP. LV. Non hominibus, ſed Deo, placendum. In
pſalmo LII. *Qui hominibus placent confuſi ſunt,
quia Deus nihil fecit illos.* Item in epiſtola
Gal. 1. Pauli ad Galatas: *Si hominibus placere vellem,
Chriſti ſervus non eſſem.*

CAP. LVI. Deum nihil latere ex his quæ geruntur. In
ſapientia Salomonis: *In omni loco ſpeculantur*
A *oculi Dei bonos & malos.* Item apud Hiere- Prov. 15.
miam: *Ego Deus approximans, & non Deus*
de longinquo. Si abſconditus fuerit homo in abſ- Hier. 23.
*conditis, ergo ego non videbo eum? Nonne cæ-
lum & terram ego impleo, dicit Dominus?* Item
in baſilinn primo: *Homo videt in facie, Deus* 1. Reg. 14.
autem in corde. Item in apocalypſi: *Et ſcient*
omnes eccleſiæ quia ego ſum ſcrutator renis & cor- Apoc. 2.
*dis, & dabo unicuique veſtrum ſecundum opera
ſua.* Item in pſalmo XVIII. *Delicta quis intel-
ligit? Ab occultis meis munda me Domine.* Item
B in epiſtola Pauli ad Corinthios ſecunda: *O-* 2. Cor. 5.
*mnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chri-
ſti, ut reportet unuſquiſque ſui corporis propria
ſecundum quæ egit, ſive bona, ſive mala.*

Fidelem emendari & reſervari. In pſalmo CAP. LVII.
CXVI. *Emendans emendavit me Dominus, &
morti non tradidit me.* Item in pſalmo LXXXVIII.
*Viſitabo in virga facinora eorum & in flagellis de-
licta eorum. Miſericordiam autem meam non di-
ſpergam ab eis.* Item apud Malachiam: *Et ſe-* Malach. 3.
*debit conflans & expurgans ſicut aurum & argen-
tum, & emundabit filios Levi.* Item in evan-
C gelio: *Non exibis inde donec exſolvas noviſſimum* Matt. 5.
quadrantem.

Neminem contriſtari morte debere, cum ſit CAP. LVIII.
in vivendo labor & periculum, in moriendo
pax & reſurgendi ſecuritas. In Geneſi: *Tunc* Gen. 3.
*dixit Dominus ad Adam: Quia exaudiſti vocem
uxoris tuæ, & manducaſti ex illa arbore de qua
ſola præceperam tibi ne manducares, maledicta
terra erit in omnibus operibus tuis. In triſtitia &
gemitu edes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ. Spi-
nas & tribulos ejiciet tibi, & edes pabulum agri
D in ſudore vultus tui. Edes panem tuum donec re-
vertaris in terram, de qua & ſumptus es: quia
terra es, & in terram ibis.* Item illic: *Et* Gen. 5.
*complacuit Enoch Deo; & non eſt inventus poſt-
modum, quia Deus illum tranſtulit.* Et apud E-
ſaiam: *Omnis caro fœnum, & omnis claritas* Iſa. 40.
*ejus ut flos fœni. Aruit fœnum, & flos decidit.
Sermo autem Domini manet in æternum.* Apud
Ezechielem: *Ipſi dicunt, arida facta ſunt oſſa* Ezech. 37.
*noſtra, periit ſpes noſtra, exſpiravimus, propter-
ea prophetiza, & dic: Hæc dicit Dominus:
Ecce ego aperio monumenta veſtra, & educam
E vos de monumentis veſtris, & inducam vos in
terram Iſrael. Et dabo ſpiritum meum in vos,
& vivetis. Et ponam vos in terram veſtram, &
cognoſcetis quoniam ego Dominus locutus ſum, &
faciam, dicit Dominus.* Item in ſapientia Sa-
lomonis: *Raptus eſt ne malitia mutaret intelle-* Sap. 4.
ctum illius. Placita enim erat Deo anima illius.
Item in pſalmo LXXXIII. *Quam dilectiſſimæ ha-
bitationes tuæ, Deus virtutum. Deſiderat & pro-
perat anima mea ad atria Dei.* Et in epiſtola
Pauli ad Theſſalnnicenſes: *Nolumus autem vos* 1. Theſſ. 4.
*ignorare, fratres, de dormientibus, ne contriſte-
F mini ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim
credimus quia Jeſus mortuus eſt & reſurrexit,
ſic & Deus eos qui dormierunt in Jeſu adducet
cum eo.* Item ad Corinthios prima: *Stulte, tu* 1. Cor. 15.
*quod ſeminas non vivificatur niſi prius mortuum
fuerit.* Et iterum: *Stella a ſtella differt in cla-
ritate, ſic & reſurrectio. Seminatur corpus in cor-
ruptione, reſurgit ſine corruptela. Seminatur in i-
gnominia, reſurgit in gloria. Seminatur in infirmi-
tate, reſurgit in virtute. Seminatur corpus anima-
le, reſurgit ſpiritale.* Et iterum: *Oportet enim
corrupti-*

corruptivum iſtud induere incorruptionem & mortale
hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptivum
hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc indue-
rit incorruptionem, tunc fiet verbum quod ſcriptum
eſt: Abſorpta eſt mors in contentionem. Ubi eſt
mors aculeus tuus, ubi eſt mors contentio tua? I-
Joa. 17. tem in evangelio cata Joannem: *Pater, quos*
dediſti mihi, volo ut ubi ego fuero & ipſi ſint me-
cum, & videant claritatem meam quam mihi de-
diſti ante conſtitutionem mundi. Item cata Lu-
Luc. 1. cam: *Nunc dimittis ſervum tuum, Domine, ſe-*
cundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi
Joa. 14. *mei ſalutare tuum.* Item cata Joannem: *Si me*
dilexiſſetis, gauderetis, quoniam vado ad pa-
trem, quia pater major me eſt.

CAP. De idolis quæ gentiles deos putant. In ſa-
LIX. pientia Salomonis: *Omnia idola nationum æſti-*
Sap. 15. *maverunt deos, quibus neque oculorum uſus eſt ad*
videndum, neque nares ad percipiendum ſpiritum,
neque aures ad audiendum, neque digiti in mani-
bus ad contrectandum, ſed & pedes eorum pigri
ad ambulandum. Homo enim fecit illos, & qui
ſpiritum mutuatus eſt, is finxit illos. Nemo autem
ſibi ſimilem homo poterit deum fingere. Cum ſit e-
nim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Me-
lior eſt autem ipſe iis quos colit; quoniam ipſe qui-
Sap. 13. *dem vixit, illi numquam.* De hoc ipſo: *Neque*
opera attendentes cognoverunt quis eſſet artifex,
ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aerem,
aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut ſo-
lem, & lunam, rectores orbis terræ deos putave-
runt: quorum ſi propter ſpeciem hoc æſtimaverunt,
ſciant quanto his Dominus ſit ſpecioſior: aut ſi vir-
tutes & opera eorum mirati ſunt, intelligant ab i-
pſis quoniam qui hæc conſtituit fortia fortior eſt il-
lis. Item in pſalmo CXXXIV. *Idola gentium ar-*
gentum & aurum, opus manuum hominum. Os ha-
bent, & non loquuntur, oculos habent, & non vi-
dent, aures habent, & non audiunt. Neque e-
nim eſt ſpiritus in ore eorum. Similes fiant illis
qui faciunt ea & omnes qui confidunt in illis. I-
tem in pſalmo XCV. *Omnes dii gentium dæmo-*
nia. Dominus autem cælos fecit. Item in Exo-
Exo. 20. do: *Non facietis vobis deos argenteos neque au-*
Deut. 5. *reos.* Et iterum: *Non facies tibi idolum nec cu-*
Hier. 10. *juſquam ſimilitudinem.* Item in Hieremia: *Hæc*
dicit Dominus: Secundum vias gentium nolite in-
cedere, quia timent illa in perſonis ſuis, quia le-
gitima gentium vacua ſunt. Lignum de ſaltu ex-
ciſum opus fabri, & conflatum aurum & argen-
tum ſpecioſe compoſita ſunt, in martulis & in cla-
vis confirmaverunt illa, & non movebuntur, quia
confixibilia ſunt. Argentum appoſitum eſt a Thar-
ſis. Venit aurum Moab. Opera artificum omnia.
Hyacinthum & purpuram veſtient ea. Tollentes
tollent ea, quia non prodient. Nolite timere ea,
quia malum non faciunt, & bonum non eſt in il-
lis. Sic dicite. Dii qui cælum & terram non fe-
cerunt intereant a terra & de ſub cælo iſto. Ex-
horruit cælum in hoc & abhorruit multum magis
vehementer, dicit Dominus. Hæc maligna fecit
Hier. 2. *plebs mea. Dereliquerunt fontem aquæ vivæ, &*
effoderunt ſibi lacus detritos qui non poterant a-
quam continere. Verberavit te dilectio tua, &
nequitia tua accuſabit te. Et ſcito & vide quia
amarum tibi erit quod dereliqueris me, dicit Do-
minus Deus tuus, & non ſperaveris in me, dicit
Dominus Deus tuus, quia in ſæculum contribulaſti
jugum meum & dirupiſti vincula tua, & dixiſti:
Non ſerviam, ſed ibo ſuper omnem montem excel-
ſum & ſuper omnem collem altum & ſuper omne
lignum umbroſum. Ibi confundar in fornicatione.
Ligno & lapidi dixerunt quia pater meus es tu,
& lapidi, tu genuiſti me. Et converterunt ad me
dorſum, & non faciem ſuam. In Eſaia: *Cecidit*
vel diſſolutus eſt draco. Facta ſunt ſculptilia eo-
rum ut beſtiæ & pecora. Auferetis illa collo liga-
ta quaſi ſarcinam laborantes & eſurientes & non
valentes. Et iterum: *Collecti ſimul non poterunt* Hier. 50.
ſalvari de bello. Ipſi autem captivi ducti ſunt
tecum. Et iterum: *Cui me aſſimilaſtis? Videte* Iſa. 46.
& intelligite quia erratis corde qui committitis au-
rum de ſacculo & argentum in ſtatera ponderatis
in pondera conducentes. Artifices fecerunt manu
facta, & inclinantes ſe adoraverunt illud & le-
vaverunt in humeris, & ſic ambulabant. Si au-
tem poſuerint illa, loco manebunt, & non move-
buntur; & qui clamaverint ad illa non audient,
a malis non ſalvabunt eos. Item in Hieremia:
Dominus qui fecit cælum & terram in virtute cor- Hier. 51.
rexit orbem terræ, in ſua prudentia extendit cæ-
lum, & multitudinem aquarum in cælo, perdu-
xit nubes ab extremo terræ, fulgura in nubibus.
Et ejecit ventos de theſauris ſuis. Infatuatus eſt
omnis homo ab ſcientia ſua, confuſus eſt omnis
artifex in ſculptilibus ſuis, quia falſum confla-
vit. Non eſt ſpiritus in illis. Vacuata ſunt ope-
ra incluſa, in tempore conſpectionis illorum peri-
bunt. Et in apocalypſi: *Et ſextus angelus tuba* Apoc. 9.
cecinit. Et audivi unum ex quatuor angulis aræ
aureæ quæ eſt in conſpectu Dei dicentem ſexto an-
gelo qui habebat tubam: Solve quatuor angelos li-
gatos ſuper flumen magnum Euphratem. Et ſoluti
ſunt quatuor angeli qui erant parati in horam &
diem & menſem & annum ut occiderent tertiam
partem hominum & numerus exercituum equeſtrium
diſmiriades myriadon. Audivi numerum eorum.
Et ſic vidi equos in viſu & ſedentes ſuper eos
habentes loricas igneas & hyacinthinas & ſulphu-
reas, & capita equorum, & ex ore eorum exiit i-
gnis & fumus & ſulphur. A tribus plagis iſtis oc-
ciſa eſt tertia pars hominum ex igne & fumo &
ſulphure quod exiit de ore eorum, eſt & in caudis
eorum. Caudæ enim eorum ſimiles anguillis, ha-
bentes enim capita, & in eis nocent. Et reliqui
hominum qui non ſunt occiſi in iſtis plagis, nec pæ-
nitentiam egerunt opera factorum manuum ſuarum,
ut non adorent dæmonia & idola, id eſt, ſimulacra
aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea,
quæ neque videre poſſunt neque ambulare, & non
egerunt pœnitentiam homicidiorum ſuorum. Item il-
lic: *Et tertius angelus ſecutus eſt eos dicens in vo-* Apoc.
ce magna: Si quis adorat beſtiam & ſimulacrum 14.
ejus, & accepit inſcriptionem in fronte ſua aut ſu-
per manum ſuam, hic bibet de vino iræ ejus, &
punietur igne & ſulphure ſub oculis angelorum ſan-
ctorum & ſub oculis agni, & fumus tormentorum
eorum in ſæcula ſæculorum aſcendet.

Ciborum nimiam concupiſcentiam non ap- CAP.
petendam. Apud Eſaiam: *Edamus & bibamus.* LX.
Cras enim moriemur. Non remittetur vobis pecca- Iſa. 22.
tum iſtud quoadusque moriamini. Item in Exo-
do: *Et conſedit populus manducare & bibere, &* Exo. 32.
ſurrexerunt ludere. Paulus ad Corinthios prima:
Cibus nos non commendat Deo; neque ſi mandu- 1. Cor. 8.
caverimus, abundabimus; neque ſi non manduca-
verimus, egebimus. Et iterum: *Cum convenitis* 1. Cor. 11.
ad manducandum, invicem exſpectate. Si quis
eſurit,

eſurit , domi manducet , ut non ad judicium con-
Rom.14. *veniatis* . Item ad Romanos : *Non eſt regnum*
Dei eſca & potus , ſed juſtitia & pax & gau-
dium in ſpiritu ſancto . In evangelin cata Joan-
Joan. 4. nem : *Ego cibum habeo quem vos non noſtis .*
Meus cibus eſt ut faciam voluntatem ejus qui me
miſit & perficiam opus ejus .

CAP. Poſſidendi concupiſcentiam & pecuniam non
LXI. appetendam . Apud Salomonem in eccleſiaſti-
Eccleſ. co : *Qui diligit argentum , non ſatiabitur argento .*
14. Item in proverbiis : *Captans annonam maledi-*
Prov. *ctus in plebe eſt . Benedictio autem in ejus capite*
12.
Iſa. 5. *eſt qui communicat* . Item apud Eſaiam : *Væ qui*
conjungunt domum ad domum , & agrum ad a-
grum continuant , ut auferant proximo ſuo aliquid .
Numquid habitabitis ſoli ſuper terram ? Item a-
Soph. 2. pud Sophoniam : *Ædificabunt domos , & non*
inhabitabunt , & inſtituent vineas , & non bibent
vinum earum , quia prope eſt dies Domini . Item
Luc. 9. in evangelio cata Lucam : *Quid enim prodeſt*
homini lucrifacere totum mundum , ſe ipſum autem
Luc. 12. *perdere ?* Et iterum : *Dixit autem illi Dominus :*
Stulte , hac nocte expoſtulatur anima tua . Quæ
Luc. 16. *ergo paraſti cujus erunt ?* Et iterum : *Commemo-*
rare quoniam [15] *percepiſti bona in vita tua , &*
Lazarus ſimiliter mala . Nunc vero hic rogatur ,
tu autem doles . Et in actibus apoſtolorum :
Act. 3. *Dixit autem Petrus ad eum : Argentum quidem*
& aurum non eſt mihi . Quod autem habeo , hoc
tibi do . In nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge
& ambula . Et apprehenſa manu ejus dextera ,
excitavit eum . Item ad Timotheum prima :
1.Tim.6. *Nihil intulimus in hunc mundum , verum nec au-*
ferre quid poſſumus . Habentes itaque exhibitionem
& tegumentum , his contenti ſimus . Qui autem
volunt divites fieri , incidunt in tentationem &
muſcipulam & deſideria multa & nocentia quæ
mergunt hominem in perditionem & in interitum .
Radix enim omnium malorum eſt cupiditas , quam
quidam appetentes naufragaverunt a fide & inſe-
ruerunt ſe doloribus multis .

CAP. Matrimonium cum gentilibus non jungen-
LXII. dum . Apud Tobiam : *Uxorem accipe ex ſemine*
Tob. 6. *parentum tuorum , & noli ſumere alienam mulie-*
rem quæ non eſt ex tribu parentum tuorum . Item
Gen. 24. in Geneſi : *Mittit puerum ſuum Abraham , ut*
de ſemine ſuo accipiat Rebeccam filio ejus Iſaac .
1. Eſdr. Item in Eſdra ſatis non fuit Deo , cum vaſta-
10. rentur Judæi , niſi alienigenas uxores cum fi-
liis quoque quos ex illis procreaverant reliquiſ-
ſent . Item in epiſtola Pauli ad Corinthios
1. Cor. 7. prima : *Mulier vincta eſt quamdiu vivit vir ejus .*
Si autem dormierit , liberata eſt , ut cui vult nu-
bat , tantum in Domino . Felicior autem erit , ſi
1. Cor. 6. *ſic permanſerit* . Et iterum : *Neſcitis quoniam cor-*
pora veſtra membra Chriſti ſunt ? Auferens mem-
bra Chriſti , faciam membra fornicariæ ? Abſit .
Aut neſcitis quia qui conglutinatur fornicariæ unum
corpus ſunt ? Erunt enim duo in una carne . Qui
autem ſe conjunxerit Domino , unus ſpiritus eſt .
2. Cor. 6. Item ad Corinthios ſecunda : *Nolite conjungi*
cum infidelibus . Quæ autem participatio eſt juſti-
tiæ & iniquitati ? Aut quæ eſt communicatio luci
ad tenebras ? Item de Salomone in baſilion ter-
3. Reg. tio : *Et averterunt uxores alienigenæ cor ejus poſt*
11. *deos ſuos .*

CAP. Grave delictum eſſe [16] fornicationis . In epi-
LXIII. ſtola Pauli ad Corinthios prima : *Omne deli-*
1. Cor. 6. *ctum quodcumque fecerit homo extra corpus eſt .*
A *Qui autem fornicatur , in corpus ſuum peccat .*
Non eſtis veſtri . Empti enim eſtis pretio magno .
Clarificate & portate Dominum in corpore veſtro .

Quæ ſunt carnalia quæ mortem pariant , & CAP.
quæ ſpiritalia quæ ad vitam ducant . Paulus LXIV.
ad Galatas : *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum ,* Gal. 5.
& ſpiritus adverſus carnem . Hæc enim invicem
adverſantur ſibi , ut non quæ vultis ipſa faciatis .
Manifeſta ſunt autem facta carnis ; quæ ſunt ,
adulteria , fornicationes , immunditiæ , ſpurcitiæ ,
idololatriæ , veneficia , homicidia , inimicitiæ , con-
B *tentiones , æmulationes , animoſitates , provocatio-*
nes , ſimultates , diſſenſiones , hæreſes , invidiæ ,
ebrietates , comeſſationes , & his ſimilia . Quæ
prædico : quia qui talia agunt , regnum Dei non
poſſidebunt . Fructus autem ſpiritus eſt caritas ,
gaudium , pax , magnanimitas , bonitas , fides ,
manſuetudo , continentia , caſtitas . Qui enim ſunt
Chriſti carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis &
concupiſcentiis .

Omnia delicta in baptiſmo deponi . In epi- CAP.
ſtola Pauli ad Corinthios prima : *Neque forni-* LXV.
carii , neque idolis ſervientes , neque adulteri , ne- 1. Cor. 6.
C *que molles , neque maſculorum appetitores , neque*
fures , neque fraudatores , neque ebrioſi , neque
maledici , neque raptores regnum Dei conſequentur .
Et hæc quidem fuiſtis ; ſed abluti eſtis , ſed ſan-
ctificati eſtis in nomine Domini Jeſu noſtri Chriſti
& in ſpiritu Dei noſtri .

Diſciplinam Dei in eccleſiaſticis præceptis CAP.
obſervandam . Apud Hieremiam : *Et dabo vo-* LXVI.
bis paſtores ſecundum cor meum , & paſcent oves Hier. 3.
paſcentes cum diſciplina . Item apud Salomo-
nem in proverbiis : *Fili , ne neglexeris diſcipli-* Prov. 3.
D *nam Dei , neque defeceris ab eo correptus . Quem*
enim Deus diligit corripit . Item in pſalmo ſe-
cundo : *Continete diſciplinam , ne forte iraſcatur*
Dominus , & pereatis a via recta . Cum exarſe-
rit cito ira ejus ſuper vos , beati omnes qui confi-
dunt in eo . Item in pſalmo XLIX. *Peccatori au-*
tem dicit Deus : Ad quid exponis juſtificationes
meas , & aſſumis teſtamentum meum per os tu-
um ? Tu autem odiſti diſciplinam , & abjeciſti ſer-
mones meos retro ? Item in ſapientia Salomonis : Sap. 3.
Diſciplinam qui abjicit infelix eſt .

Prædictum quod diſciplinam ſanam aſperna- CAP.
E turi eſſent . Paulus ad Timotheum ſecunda : LXVII.
Erit tempus quando ſanam doctrinam non ſuſtine- 2. Tim. 4.
bunt , ſed ſecundum ſua deſideria coacervabunt ſi-
bi magiſtros prurientes in audiendo , ſcalpentes au-
res . Et a veritate quidem auditum avertent , ad
fabulas autem convertentur .

Recedendum ab eo qui inordinate & con- CAP.
tra diſciplinam vivit . Paulus ad Theſſalonicen- LXVIII.
ſes : *Præcipimus autem vobis in nomine Jeſu Chri-* 2. Theſſ.
ſti ut diſcedatis ab omnibus fratribus ambulantibus 4.
inordinate & non ſecundum traditionem quam ac-
F *ceperunt a nobis* . Item in pſalmo XLIX. *Si vi-*
debas furem , ſimul currebas cum eo , & cum a-
dulteris portionem tuam ponebas .

Non in ſapientia mundi nec in eloquentia CAP.
eſſe regnum Dei , ſed in fide crucis & in vir- LXIX.
tute converſationis . In epiſtola Pauli ad Co-
rinthios prima : *Miſit me Chriſtus annuntiare ,* 1. Cor. 1.
non in ſermonis ſapientia , ne inanis fiat crux Chri-
ſti . [17] *Verbum enim crucis ſtultitia eſt iis qui per-*
eunt , iis autem qui ſalvantur virtus Dei eſt . Scri-
ptum eſt enim : Perdam ſapientiam ſapientium , &
prudentiam prudentium reprobabo . Ubi ſapiens ,

ubi

ubi ſcribæ, ubi conquiſitor hujus ſæculi? Nonne in- A
fatuavit Deus ſapientiam hujus mundi? Quoniam
quidem in ſapientia Dei non cognovit mundus per
ſapientiam Deum, complacuit Deo per ſtultitiam
prædicationis ſalvare credentes. Quoniam Judæi
ſigna deſiderant, & Græci prudentiam quærunt.
Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Ju-
dæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitium,
ipſis autem vocatis Judæis & Græcis Chriſtum Dei
1. Cor. 3. *virtutem & Dei ſapientiam.* Et iterum : *Nemo*
ſe decipiat. Si quis putat ſapientem ſe eſſe in vo-
bis, mundo huic ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. Sa- B
pientia enim hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum.
Scriptum eſt enim : Reprehendes ſapientes in aſtu-
Job 5. *tia ipſorum.* Et iterum : *Dominus cognovit cogi-*
tationes ſapientium quia ſunt ſtultæ.

CAP. Parentibus obſequendum. In epiſtola Pauli
LXX. ad Ephesios : *Filii, obſequentes eſtote parentibus*
Epheſ. 6. *veſtris. Hoc enim eſt juſtum. Honora patrem tuum*
& matrem tuam, quod eſt mandatum primum in
promiſſione, ut bene ſit tibi & ſis longævus ſuper
terram.

CAP. Patres quoque aſperos eſſe circa filios non
LXXI. oportere. Item illic : *Et vos, patres, nolite in* C
iracundiam mittere filios veſtros, ſed nutrite eos in
diſciplina & correptione Domini.

CAP. Servos, cum crediderint, plus dominis car-
LXXII. nalibus ſervire debere. In epiſtola Pauli ad E-
Epheſ. 6. pheſios : *Servi, obedite dominis carnalibus cum*
metu & tremore & in ſimplicitate cordis veſtri ſic-
ut Chriſto, non ad oculum ſervientes, quaſi ho-
minibus placentes, ſed quaſi ſervi Dei.

CAP. Item dominos mitiores eſſe debere. Item il-
LXXIII. lic : *Et vos, domini, eadem facite ad eos, la-*
Epheſ. 3. *xantes iracundiam, ſcientes quia & veſter & i-* D
pſorum dominus eſt in cælis, & exceptio perſona-
rum non eſt in illo.

CAP. Viduas probatas quaſque honorandas. In e-
LXXIV. piſtola Pauli ad Timotheum prima : *Viduas*
1. Tim. 5. *honora quæ vere ſunt viduæ. Quæ autem delicata*
eſt vidua, vivens mortua eſt. Et iterum : *Junio-*
res autem viduas præteri. Cum enim delicatæ fue-
rint, in Chriſto nubere volunt, habentes judicium,
quoniam primam fidem reprobaverunt.

CAP. Suorum, & maxime fidelium, curam plus
LXXV. unumquemque habere debere. Apoſtolus ad Ti-
motheum prima : *Si quis autem ſuorum, & ma-* E
xime domeſticorum, non agit curam, fidem dene-
gat, & eſt deterior infideli. De hoc ipſo apud
Iſa. 58. Eſaiam : *Si videris nudum, veſti, & domeſticos*
ſeminis tui non deſpicias. De quibus domeſticis
Matt. 10. in evangelio dictum eſt : *Si patremſamilias di-*
xerunt Beelzebub, quanto magis domeſticos ejus?

CAP. Majorem natu non temere accuſandum. Ad
LXXVI. Timotheum prima : *Adverſus majorem natu*
1. Tim. 1. *accuſationem ne receperis.*

CAP. Peccantem publice objurgandum. In epiſto-
LXXVII. la Pauli ad Timotheum prima : *Peccantes co-*
1 Tim. 5. *ram omnibus corripe, ut & ceteri metum ha-* F
beant.

CAP. Cum hæreticis non loquendum. Ad Titum :
LXXVIII. *Hæreticum hominem poſt unam correptionem devita,*
Tit. 3. *ſciens quoniam perverſus eſt hujuſmodi & peccat,*
& eſt a ſemetipſo damnatus. De hoc ipſo in e-
2. Joa. 2. piſtola Joannis : *Ex nobis exierunt, ſed non fue-*
runt ex nobis. Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſ-
ſent utique nobiſcum. Item ad Timotheum ſe-
2 Tim. 2. cunda : *Sermo eorum ut cancer ſerpit.*

CAP. LXXIX. Innocentiam fidenter petere & impetrare.
In epiſtola Joannis : *Si cor noſtrum nos non re-* 1. Joa. 3.
prehendat, fiduciam habemus ad Deum, & quod-
cumque petierimus accipiemus ab eo. Item in e-
vangelio cata Matthæum : *Beati mundo corde,* Matt. 5.
quoniam ipſi Deum videbunt. Item in pſalmo
XXIII. *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis*
ſtabit in loco ſancto ejus? Innocens manibus & mun-
do corde.

Nihil licere diabolo in hominem, niſi Deus CAP.
permiſerit. In evangelio cata Joannem dixit Je- LXXX.
ſus : *Nullam haberes poteſtatem adverſus me, ni-* Joan. 19.
ſi data tibi eſſet deſuper. Item in baſilion ter-
tio : *Et excitavit Dominus ſatanan ipſi Salomoni.* 3. Reg. 5.
Item in Job prius Deus permiſit, & tunc dia- Job. 2.
bolo licuit. Et in evangelio Dominus ante per-
miſit, dicendo Judæ : *Quod facis fac celerius.* Joan. 3.
Item apud Salomonem in proverbiis : *Cor re-* Prov. 10.
gis in manu Dei.

Mercedem mercenario cito reddendam. In Le- CAP. LXXXI.
vitico : *Non dormiet merces mercenarii tui apud* Lev. 19.
te uſque in mane.

Non augurandum. In Deuteronomio : *Non* CAP. LXXXII.
ominemini, neque auguremini. Deut. 18.

[18] Cirrum in capite non habendum. In Le- CAP. LXXXIII.
vitico : *Non facietis cirrum ex coma capitis veſtri.* Lev. 19.

Non vellendum : *Non corrumpetis effigiem bar-* CAP. LXXXIV.
bæ veſtræ. Iſa. 15.

Surgendum cum epiſcopus & presbyter ve- CAP.
niat. In Levitico : *A facie ſenioris exſurges, &* LXXXV.
honorabis perſonam presbyteri. Lev. 16.

Schiſma non faciendum, etiamſi in una fi- CAP. LXXXVI.
de & in eadem traditione permaneat qui rece-
dit. In eccleſiaſtico apud Salomonem : *Scin-* Eccle. 10.
dens ligna periclitabitur in eis, ſi exciderit fer-
rum. Item in Exodo : *In domo una comedetur,* Exo. 12.
non ejicietis de domo carnem foras. Item in pſal-
mo CXXXII. *Ecce quam bonum & quam jucundum*
habitare fratres in unum. Item in evangelio ca-
ta Matthæum : *Qui non eſt mecum, adverſus* Matt. 12.
me eſt, & qui mecum non colligit ſpargit. Item
in epiſtola Pauli ad Corinthios prima : *Obſe-* 1. Cor. 1.
cro autem vos, fratres, per nomen Domini noſtri
Jeſu Chriſti ut id ipſum dicatis omnes, & non ſint
in vobis ſchiſmata, ſitis autem compoſiti in eodem
ſenſu & in eadem ſententia. Item in pſalmo
LXVII. *Deus, qui inhabitare facit unanimes in*
domo.

Fideles ſimplices cum prudentia eſſe debere. CAP.
In evangelio cata Matthæum : *Eſtote pruden-* LXXX-
tes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Et VII.
iterum : *Vos eſtis ſal terræ. Si autem ſal in-* Matt. 10. Matt. 5.
fatuatum fuerit, in quo ſalietur? Ad nihil va-
let niſi ut projiciatur foras & conculcetur ab ho-
minibus.

Fratrem non circumveniendum. In epiſtola CAP.
Pauli ad Theſſalonicenſes prima : *Non circum-* LXXX-
venire in negotio fratrem ſuum; quia ultor eſt Deus VIII.
de his omnibus. 1. Theſ. 4.

Subito venire finem mundi. Inquit apoſto- CAP.
lus : *Dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet.* LXXXIX. 1. Theſ. 5.
Cum dixerint pax & firmitas, tunc illis repenti-
nus adveniet interitus. Item in actibus apoſtolo-
rum : *Nemo poteſt cognoſcere tempus aut tempora* Act. 1.
quæ pater poſuit in ſua poteſtate.

Uxorem a viro non recedere, aut ſi receſſe- CAP.
rit, innuptam manere. In epiſtola Pauli ad XC.
Corinthios prima : *Iis autem quæ nupſerunt præ-* 1. Cor. 7.
cipio, non ego, ſed Dominus, uxorem a viro
non ſeparari, ſi autem receſſerit, manere innu-
ptam,

ptam, aut reconciliari viro, & virum uxorem non A *dimittere.*

CAP. XCI. 1. Cor. 10. Tantum unumquemque tentari quantum poteſt ſuſtinere. In epiſtola Pauli ad Corinthios prima: *Tentatio vos non occupabit, niſi humana. Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari ſuper quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiam evadendi facultatem, ut poſſitis tolerare.*

CAP. XCII. 1. Cor. 6. Non quidquid licet eſſe faciendum. Paulus in epiſtola ad Corinthios prima: *Omnia licent, ſed non omnia expediunt. Omnia licent, ſed non omnia ædificant.*

CAP. XCIII. 1. Cor. 11. Prædictum quod hæreſes futuræ eſſent. In epiſtola Pauli ad Corinthios prima: *Oportet & hæreſes eſſe, ut probati manifeſti ſint in vobis.*

CAP. XCIV. Levit. 7. Cum timore & honore euchariſtiam accipiendam. In Levitico: *Anima autem quæcumque manducaverit ex carne ſacrificii ſalutaris, quod eſt Domini, & immunditia ipſius ſuper ipſum eſt, peribit anima illa de populo ſuo.* Item ad 1. Cor. 11. Corinthios prima: *Quicumque ederit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini.*

CAP. XCV. Prov. 3. Eccli. 9. 6. 15. 28. Bonis convivendum, malos autem vitandos. Apud Salomonem in proverbiis: *Ne adduxeris impium in habitaculum juſtorum.* Item apud eumdem in eccleſiaſtico: *Viri juſti ſint tibi convivæ.* Et iterum: *Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis.* Item illic: *Longe abeſto ab homine poteſtatem habente occidendi, & non ſuſpicaberis timorem.* Item illic: *Beatus qui invenit amicum verum, & qui enarrat juſtitiam auri audienti.* Item illic: *Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam.* Item in pſalmo XVII. *Cum juſto juſtificaberis, & cum viro innocente innocens eris, & cum perverſo perverſus eris.* Item 1. Cor. 15. in epiſtola Pauli ad Corinthios prima: *Corrumpunt ingenia bona confabulationes peſſimæ.*

CAP. XCVI. Eccli. 4. Factis, non verbis, operandum. Apud Salomonem in eccleſiaſtico: *Noli citatus eſſe in lingua tua, & inutilis & remiſſus in operibus tuis.* 1. Cor. 4. Et Paulus ad Corinthios prima: *Non in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute.* Item Rom. 2. ad Romanos: *Non auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur.* Matth. 5. Item in evangelio cata Matthæum: *Qui fecerit & ſic docuerit, maximus vocabitur in regno cælorum.* Matth. 7. Item illic: *Omnis qui audit verba mea & facit ea, ſimilabo eum viro ſapienti qui ædificavit domum ſuam ſuper petram. Deſcendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim fuit ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea, & non facit ea, ſimilabo eum viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam. Deſcendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta eſt ruina ejus magna.*

CAP. XCVII. Eccleſ. 10. Et ad fidem & ad conſecutionem propetandum. Apud Salomonem in eccleſiaſtico: *Ne tardes converti ad Deum, & ne differas de die in diem. Subito enim venit ira illius.*

CAP. XCVIII. Rom. 3. Catecuminum peccare jam non debere. In epiſtola Pauli ad Romanos: *Faciamus mala dum veniunt bona, quorum condemnatio juſta eſt.*

CAP. XCIX. Rom. 2. Judicium ſecundum tempora futurum, vel æquitatis ante legem, vel legis poſt Moyſen. Paulus ad Romanos: *Quotquot ſine lege pecca-* A *verunt, ſine lege peribunt. Et quotquot in lege peccaverunt, per legem & judicabuntur.*

Gratiam Dei gratuitam eſſe debere. In actibus apoſtolorum: *Pecunia tua tecum ſit in perditione, quia exiſtimaſti gratiam Dei per pecuniam poſſideri.* Item in evangelio: *Gratis accepiſtis, gratis date.* Item illic: *Domum patris mei domum feciſtis negotiationis, & domum orationis vos feciſtis ſpeluncam latronum.* Item apud Eſaiam: *Qui ſititis, vadite ad aquam; & quotquot non habetis pecuniam, euntes emite, & bibite ſine pecunia.* Item in apocalypſi: *Ego* B *α & ω, initium & finis. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Qui vicerit, poſſidebit ea & eorum hereditatem; & ero ejus Deus, & ille erit mihi filius.* CAP. C. Act. 8. Matt. 10. Joan. 2. Iſa. 55. Apoc. 21.

Spiritum ſanctum in igne frequenter apparuiſſe. In Exodo: *Et mons Sina fumabat totus, quoniam deſcenderat Deus in eum in igne.* Item in actibus apoſtolorum: *Et factus eſt ſubito de cælo ſonus quaſi ferretur flatus vehemens, & implevit totum illum locum in quo erant ſedentes. Et viſæ ſunt illis linguæ diviſæ quaſi ignis, qui* C *& inſedit in unumquemque illorum; & impleti ſunt omnes ſpiritu ſancto.* Item in ſacrificiis quæcumque accepta habebat Deus, deſcendebat ignis de cælo, qui ſacrificata conſumeret. In Exodo: *In flamma ignis apparuit angelus Domini de rubo.* CAP. CI. Exo. 19. Act. 2. Exo. 3.

Correptionem bonos quoſque libenter audire debere. Apud Salomonem in proverbiis: *Qui corripit impium, odietur ab eo. Corripe ſapientem, & diliget te.* CAP. CII. Prov. 9.

A multiloquentia temperandum. Apud Salomonem: D *Ex multiloquentia non effugies peccatum, parcens autem labiis ſenſatus eris.* CAP. CIII. Prov. 10.

Non mentiendum: *Abominatio eſt Domino labia mendacia.* CAP. CIV. Prov. 12.

Frequenter emendandos qui delinquunt in domeſtico miniſterio. In Salomone: *Qui parcit baculo, odit filium.* Et iterum: *Ne deſtiteris parvulum emendando.* CAP. CV. Prov. 13. & 19.

Injuria accepta patientiam tenendam, & ultionem Deo relinquendam. *Ne dixeris, ulciſcar me de inimico meo, ſed ſuſtine Dominum ut tibi auxilio ſit.* Item alibi: *Mihi vindictam,* E *ego retribuam, dicit Dominus.* Item apud Sophoniam: *Exſpecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ in teſtimonium: quoniam judicium meum ad congregationes gentium, ut excipiam reges & effundam ſuper eos iram meam.* CAP. CVI. Deut. 32. Rom. 12. Soph. 3.

Non detrahendum. Apud Salomonem in proverbiis: *Noli diligere detrahere, ne extollaris.* Item in pſalmo XLIX. *Sedens adverſus fratrem tuum detrahebas, & adverſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.* Item in epiſtola Pauli ad Coloſſenſes: *De nullo male loqui, nec litigioſos eſſe.* F CAP. CVII. Prov. 12. Coloſſ. 4.

Non eſſe proximo inſidiandum. Apud Salomonem in proverbiis: *Qui fodit foveam proximo ſuo, ipſe incidet in eam.* CAP. CVIII. Prov. 26.

Infirmos viſitandos. Apud Salomonem in eccleſiaſtico: *Ne pigriteris viſitare infirmum. Ex his enim in dilectione firmaberis.* Item in evangelio: *Infirmus fui, & viſitaſtis me; in carcere fui, & veniſtis ad me.* CAP. CIX. Eccli. 7. Matth. 25.

Suſurrones maledictos eſſe. In eccleſiaſtico apud Salomonem: *Suſurro & bilinguis maledictus. Multos enim turbabit pacem habentes.* CAP. CX. Eccli. 28.

CAP. Sacrificia malorum acceptabilia non eſſe. A
CXI. Apud eumdem: *Dona iniquorum non probat al-*
Eccli. 34. *tiſſimus.*

CAP. Gravius judicari de his qui in ſæculo plus
CXII. habuerunt poteſtatis. Apud Salomonem: *Ju-*
Sap. 2. *dicium duriſſimum in bis qui præſunt fiet. Exi-*
guo enim conceditur miſericordia, potentes autem
potenter tormenta patientur. Item in pſalmo ſe-
cundo: *Et nunc, reges, intelligite, emendami-*
ni qui judicatis terram. B

CAP. Viduam & pupillos protegi oportere. Apud
CXIII. Salomonem: *Eſto pupillis miſericors ut pater,*
Eccli. 4. *& pro viro matri illorum; & eris velut filius al-*
Exo. 22. *tiſſimi, ſi obedieris.* Item in Exodo: *Omnem*
viduam & orphanum non vexabitis. Si autem ve-
xaveritis eos, & vociferantes exclamaverint ad
me, exaudiam exclamationes eorum, & iraſcar
animo in vobis, & perimam vos gladio; & erunt
conjuges veſtræ viduæ, & filii veſtri orphani. C
Iſa. 1. Item apud Eſaiam: *Judicate pupillo, & juſtifi-*
cate viduam, & venite diſputemus, dicit Do-
Job 29. *minus.* Item apud Job: *Conſervavi egenum de*
manu potentis, & pupillo cui non erat adjutor au-
xiliatus ſum. Os viduæ benedixit me. Item in
pſalmo LXVII. *Patris orphanorum & judicis vi-*
duarum.

CAP. Dum in carne eſt quis exomologeſin face-
CXIV. re debere. In pſalmo quinto: *Apud inferos* D
autem quis confitebitur tibi? Item in pſalmo
XXIX. *Numquid exomologeſin faciet tibi pulvis?*
Ezech. 33. Item alibi exomologeſin faciendam: *Malo pæ-*
nitentiam peccatoris quam mortem. Item apud
Hier. 8. Hieremiam: *Hæc dicit Dominus: Numquid*
qui cadit non ſurget, aut qui avertitur non conver-
tetur?

CAP. Adulationem pernicioſam eſſe. Apud Eſa-
CXV. iam: *Qui vos felices dicunt, in errorem vos mit-* E
Iſa. 3. *tunt, & ſemitas pedum veſtrorum turbant.*

CAP. Plus ab eo diligi Deum cui in baptiſmo plu-
CXVI. ra peccata dimittuntur. In evangelio cata Lu-
Luc. 6. cam: *Cui plus dimittitur, plus diligit; & cui*
minus dimittitur, modicum diligit.

CAP. CXVII. Fortem congreſſionem eſſe adverſus diabo-
A lum, & ideo fortiter nos ſtare debere, ut poſ-
ſimus vincere. In epiſtola Pauli ad Epheſios:
Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſan- Epheſ. 6.
guinem, ſed adverſus poteſtates & principes hujus
mundi & harum tenebrarum, adverſus ſpiritalia
nequitiæ in cæleſtibus. Propter hoc induite arma
Dei, ut poſſitis reſiſtere in die nequiſſimo, ut
cum omnia perfeceritis, ſtetis accincti lumbos ve-
ſtros in veritate evangelii, induentes loricam juſti-
B *tiæ, & calciati pedes in præparatione evangelii*
pacis, in omnibus aſſumentes ſcutum fidei, in quo
poſſitis omnia ignea jacula nequiſſimi exſtinguere &
galeam ſalutis aſſumere & gladium ſpiritus, qui
eſt verbum Dei.

Item de antichriſto, quod in hominem ve- CAP.
niat. Apud Eſaiam: *Hic homo qui concitat ter-* CXVIII. Iſa. 14.
ram, commovet reges, qui ponit orbem terræ to-
tum deſertum.

C Grave fuiſſe jugum legis, quod a nobis ab- CAP.
jectum eſt, & leve eſſe jugum Domini, quod CXIX.
a nobis ſuſceptum eſt. In pſalmo ſecundo:
Ad quid tumultuatæ ſunt gentes, & populi medi-
tati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & prin-
cipes congregati ſunt in unum adverſus Dominum
& adverſus Chriſtum ejus. Dirumpamus vincula
eorum, & projiciamus a nobis jugum eorum. Item
in evangelio cata Matthæum: *Venite ad me* Matth.
D *omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos* 11.
requieſcere faciam. Tollite jugum meum ſuper
vos, & diſcite a me quia mitis ſum & humilis
corde, [19] *& invenietis requiem animabus veſtris.*
Jugum enim meum bonum eſt, & onus meum leve
eſt. Item in actibus apoſtolorum: *Viſum eſt* Act. 15.
ſancto ſpiritui & nobis nullam vobis imponere ſar-
cinam quam iſta quæ ex neceſſitate ſunt, abſtinere
vos ab idololatriis & ſanguinis effuſione & fornica-
E *tione. Et quæcumque vobis fieri non vultis, aliis*
ne feceritis.

Orationibus inſiſtendum. In epiſtola Pauli CAP.
ad Coloſſenſes: *Inſtate orationi, vigilantes in* CXX.
ea. Item in pſalmo primo: *Sed in lege Domi-* Coloſſ. 4.
ni voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die
ac nocte.

NOTÆ AD LIBRUM TERTIUM TESTIMONIORUM.

1 *UT quid mihi jejunatis*] Vide Frontonis Ducæi notas in homiliam ſextam Chryſoſtomi ad populum Antiochenum.

2 *Niſi humiliet*] Vide Cotelerii notas in caput tertium epiſtolæ Barnabæ.

3 *Junior fui*] Plerique libri veteres habent *juvenior*. Apulejus lib. 8. Metamorphoſeon: *Sed unus præ ceteris & animo fortior & ætate juvenior.* Soſipater Chariſius lib. 2. *Aliquando primus & ſecundus, ut ſenex ſenior, juvenis juvenior.* Sic etiam apud Fulgentium Planciadem, lib. 1. etymologicon.

4 *Item illic: Cum venerit*] Iſta uſque ad *Juſti autem in vitam æternam*, deſunt in codice Burgundico, & in Lamoniano.

5 *Sine cauſa*] Caſſianus lib. 8. cap. 20. ſcribit ita legi in quibuſdam exemplaribus, & addit ſuperflua eſſe *ſine cauſa*, & adjecta ab his qui imputandam iram pro juſtis cauſis minime putaverunt, cum utique nullus quamlibet abſque ratione commotus, ſine cauſa ſe dicat iraſci. Hieronymus quoque in caput quartum epiſtolæ ad Epheſios, & ad caput quintum Matthæi, unde ſumptus eſt hic locus, ait a quibuſdam codicibus addi *ſine cauſa*, & iſtud radendum eſſe, quia ira viri juſti juſtitiam Dei non operatur. Vide Eraſmi annotationes in hunc Matthæi locum, & Renatum Maſſuetum in lib. 4. Irenæi, cap. 13.

6 *Noſtra converſatio*] Vide Frontonis Ducæi notas ad homiliam 46. Chryſoſtomi in ſanctum Julianum martyrem.

7 *Non juſtificabitur*] Editio Anglicana addit ex quodam veteri libro, *ut ſi fruſtra juraverit, dupliciter punietur.* Illic autem adnotatum eſt ea deeſſe in impreſſis, exſtant vero in capite 23. libri Eccleſiaſtici, ſed aliis verbis.

8 *Iterum audiſtis*] Iſta uſque ad *De hoc ipſo* addita ſunt ex codice Lamonii & ex Gratianopolitano.

9 *De hoc ipſo in Machabæis*] Iſta & quæ ſequuntur uſque ad finem capituli addita ſunt ex editione Anglicana & ex codice Fuxenſi, tum etiam ex Turonenſi.

10 *Item in Deuter.*] Iſta & quæ ſequuntur uſque ad *Item in pſalmo XXXIII. Timete Dominum*, addita ſunt ex codice ſancti Albini, & ex codice Attrebatenſi S. Eligii.

11 *Remitte nobis debita*] Vide Eraſmi annotationes in caput ſextum Matthæi.

12 *Item in Baruch*] Iſta & quæ ſequuntur uſque ad finem capituli, addita ſunt ex iis duobus codicibus paulo ante commemoratis.

13 *Curas alienas agens*] Sic etiam legit ſanctus Auguſtinus in expoſitione inchoata epiſtolæ Pauli ad Romanos, cap. 10.

14 *Neminem ſine ſorde*] Citat hunc locum Hieronymus in libro primo Dialogorum adverſus Pelagianos.

15 *Percepiſti bona*] Vide notas Frontonis Ducæi in homiliam ſextam Chryſoſtomi ad populum Antiochenum.

16 *Fornicationis*] Aliquando fornicatio abuſive ſumitur, ut apud Gratianum, 31. quæſt. 1. cap. *Hac ratione*, ubi ſecundæ nuptiæ dicuntur eſſe vere *fornicatio*, &

Digitized by Google

tio, & mox additur eam fornicationem eſſe honeſtam. Quod verum eſt. Et tamen Michael Siricius hæc verba, ut ſolent adverſarii cælibatus clericorum, ut telum adverſus mores noſtros avide arripuit in præfatione libri quem ſcripſit de uxore una tantum habenda, ut oſtenderet aliquam inter nos eſſe honeſtam ſcortationem, adeoque ſcortationem ex ſententia noſtra peccatum non eſſe, ſed virtutem. Quæ dicta eſſe magna vi intemperantiæ palam eſt; locus enim ille id non evincit, ſed tantum eam vivendi conſuetudinem eſſe honeſtam; quam auctor ſtudio pudicitiæ vocare voluit fornicationem, tametſi vere fornicatio non ſit, ſed legitima maris & feminæ conjunctio. Nam & in canonibus ſancti Patricii epiſcopi Hibernorum, & in pœnitentiali Fulberti epiſcopi Carnotenſis, vocabulum fornicationis ſumitur pro actu ipſo coeundi generaliter. Et ſanctus Auguſtinus in capite ſexto libri de bono conjugali, ait in ipſa immoderatiore exactione debiti carnalis, etſi eos pravi mores ad talem concubitum impellunt, nuptias tamen ab adulterio ſeu fornicatione defendere.

17 *Verbum enim crucis*] Vide Maſſuetum ad librum primum Irenæi, pag. 17.

18 *Citium*] Iſaacus Caſaubonus in animadverſionibus ad librum ſecundum Suetonii, ait hanc vocem Græcam non eſſe, ſed Alexandrinorum, ut alia multa in interpretatione Bibliorum Græca, vel Ciliſſum Phaſalitarum.

19 *Et invenietis*] Iſta & quæ deinceps ſequuntur uſque ad finem libri, deſunt in codice Gratianopolitano.

[1] SENTENTIÆ EPISCOPORUM LXXXVII.

DE HÆRETICIS BAPTIZANDIS.

CUM in unum Carthagini conveniſſent Kalendis Septembris epiſcopi plurimi ex provincia [2] Africa, Numidia, Mauritania, cum presbyteris & diaconibus, præſente etiam plebis maxima parte, & lectæ eſſent litteræ Jubajani ad Cyprianum factæ, item Cypriani ad Jubajanum reſcriptæ, de hæreticis baptizandis, quidque poſtmodum Cypriano Jubajanus idem reſcripſerit, Cyprianus dixit: Audiſtis, collegæ dilectiſſimi, quid mihi Jubajanus coepiſcopus noſter ſcripſerit conſulens mediocritatem noſtram de illicito & prophano hæreticorum baptiſmo, & quid ego ei reſcripſerim, cenſens ſcilicet, quod ſemel atque iterum & ſæpe cenſuimus, hæreticos ad eccleſiam venientes eccleſiæ baptiſmo baptizari & ſanctificari oportere. Item lectæ ſunt vobis & aliæ Jubajani litteræ, quibus pro ſua ſincera & religioſa devotione ad epiſtolam noſtram reſcribens, non tantum conſenſit, ſed etiam inſtructum ſe eſſe confeſſus gratias egit. Supereſt ut de hac ipſa re ſinguli quid ſentiamus proferamus, neminem judicantes, aut a jure communicationis aliquem, ſi diverſum ſenſerit, amoventes. Neque enim quiſquam noſtrum [3] epiſcopum ſe eſſe epiſcoporum conſtituit, aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit, quando habeat omnis epiſcopus pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ arbitrium proprium, tamque judicari ab alio non poſſit quam nec ipſe poteſt alterum judicare. Sed exſpectemus univerſi [4] judicium Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui [5] unus & ſolus habet poteſtatem & præponendi nos in eccleſiæ ſuæ gubernatione & de actu noſtro judicandi.

Cæcilius a Bilta dixit. Ego unum baptiſma in eccleſia ſolum ſcio, & extra eccleſiam nullum. Hic erit unum ubi ſpes vera eſt & fides certa. Sic enim ſcriptum eſt: *Una fides, una ſpes, unum baptiſma*, non apud hæreticos, ubi ſpes nulla eſt & fides falſa, ubi omnia per mendacium geruntur, ubi exorcizat dæmoniacus, ſacramentum interrogat ſacrilegus, cujus os & verba cancer emittunt, fidem dat infi- *Ephes. 4.*

A delis, veniam delictorum tribuit ſceleratus, & in nomine Chriſti tingit antichriſtus, benedicit a Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum invocat blaſphemus, ſacerdotium adminiſtrat prophanus, ponit altare ſacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut antiſtites diaboli audeant euchariſtiam facere, aut qui illis aſſiſtunt dicant hæc omnia falſa eſſe de hæreticis. B Ecce ad qualia cogitur eccleſia conſentire & ſine baptiſmo ac venia delictorum communicare compellitur. Quam rem, fratres, fugere ac vitare debemus & a tanto ſcelere nos ſeparare, & unum baptiſma tenere, quod ſoli eccleſiæ a Domino conceſſum eſt.

Primus a Miſgirpa dixit. Cenſeo omnem hominem ab hæreſi venientem baptizandum. Fruſtra enim illic putat ſe eſſe baptizatum, C cum non ſit baptiſma niſi in eccleſia unum & verum: quia & Deus unus, & fides una, & eccleſia una eſt, in qua ſtat unum baptiſma & ſanctitas [6] & cetera. Nam quæ foris exercentur nullum habent ſalutis effectum.

Polycarpus ab Adrumeto dixit. Qui hæreticorum baptiſma probant noſtrum evacuant.

Novatus a Thamugade dixit. Licet ſciamus omnes ſcripturas ſibi teſtimonium reddere de D ſalutari baptiſmo, debemus tamen fidem noſtram exprimere, hæreticos & ſchiſmaticos ad eccleſiam venientes, qui pſeudobaptizati videntur, debere eos in fonte perenni baptizari, & ideo ſecundum teſtimonium ſcripturarum & ſecundum decretum collegarum noſtrorum ſanctiſſimæ memoriæ virorum omnes ſchiſmaticos & hæreticos qui ad eccleſiam converſi ſunt baptizari, ſed & eos qui ordinati vide- E bantur, inter laicos recipi.

Nemeſianus a Thubunis dixit. Baptiſma quod dant hæretici & ſchiſmatici non eſſe verum ubique in ſcripturis ſanctis declaratum eſt: quoniam ipſi præpoſiti eorum [7] falſi chriſtiani ſunt & falſi prophetæ, dicente Domino per Salomonem: *Qui fidens eſt in falſis, hic paſcit ventos, idem autem ipſe ſequitur aves volantes. Deſerit enim vias vineæ ſuæ, a ſemitis* *Prov. 10.*

 vero

vero agelli ſui erravit . Ingreditur autem per avia loca atque arida & terram deſtinatam in ſitim , contrahit autem manibus infructuoſa . Et iterum : *Ab aqua aliena abſtine te , & de fonte* [8] *extraneo ne biberis , ut longum vivas tempus , adjiciantur etiam tibi anni vitæ* . Et in evangelio divina ſua voce Dominus noſter Jeſus Joan. 3. Chriſtus locutus eſt dicens : *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu non poteſt introire in regnum Dei* . Hic eſt ſpiritus qui ab initio ferebatur ſuper aquas . Neque enim ſpiritus ſine aqua operari poteſt , neque aqua ſine ſpiritu. B Male ergo ſibi quidam interpretantur ut dicant quod per manus impoſitionem ſpiritum ſanctum accipiant & ſic recipiantur , cum manifeſtum ſit utroque ſacramento debere eos renaſci in eccleſia catholica . Tunc quippe poterunt filii Dei eſſe , dicente apoſtolo : Epheſ. 4. *Curantes ſervare* [9] *unitatem ſpiritus in conjunctione pacis , unum corpus , & unus ſpiritus , ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ , unus Dominus , una fides , unum baptiſma , unus Deus* . Hæc omnia eccleſia catholica loquitur . Et iterum in evangelio dicit Dominus : Joan. 3. *Quod natum eſt de carne caro eſt , & quod natum eſt de ſpiritu ſpiritus eſt ; quia* [10] *Deus ſpiritus eſt , & de Deo natus eſt* . Ergo omnes hæretici & ſchiſmatici omnia quæcumque faciunt carnalia ſunt , dicente apoſtolo : Gal. 5. *Manifeſta enim ſunt opera carnis , quæ ſunt , fornicationes , immunditiæ , inceſtum , idololatriæ ſervitus , veneficia , inimicitiæ , certamina , zelus , ira , diviſiones , hæreſes , & his ſimilia ; de quibus prædixi vobis , ſicut prædico , quoniam quicumque hæc faciunt regnum Dei non hereditabunt* . Condemnat itaque apoſtolus cum omnibus malis & eos qui diviſionem faciunt , hoc eſt ſchiſmaticos & hæreticos . Niſi ergo acceperint baptiſma ſalutare in eccleſia catholica , quæ una eſt , ſalvi eſſe non poſſunt , ſed cum carnalibus in judicio Domini Chriſti damnabuntur .

Januarius a Lambeſe dixit . Secundum ſcripturarum ſanctarum auctoritatem decerno hæreticos omnes baptizandos , & ſic in eccleſiam ſanctam admittendos .

Lucius a Caſtra Galbæ dixit . Cum Dominus in evangelio ſuo dixerit , Matth. 5. *Vos eſtis ſal terræ , ſi autem ſal infatuatum fuerit , in quo ſalietur , ex eo ad nihilum valebit niſi ut projiciatur foras & conculcetur ab hominibus* , & iterum poſt reſurrectionem ſuam mittens apoſtolos ſuos mandaverit dicens , Matth. 28. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra . Ite , & docete omnes gentes , baptizantes eos in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti* . Cum ergo manifeſtum ſit hæreticos , id eſt hoſtes Chriſti , non integram ſacramenti confeſſionem habere , item ſchiſmaticos non poſſe condire ſapientia ſpiritali , cum ipſi ab eccleſia , quæ una eſt , recedendo infatuati contrarii facti ſint , fiat ſicut ſcriptum eſt , *Domus contrariorum legis debet emundationem* , & conſequens eſt eos qui a contrariis baptizati inquinati ſunt primo purgari & tunc demum baptizari .

Creſcens a Cirta dixit . In tanto cœtu ſanctiſſimorum conſacerdotum lectis litteris Cypriani dilectiſſimi noſtri ad Jubajanum , [11] itemque ad Stephanum , quæ tantum in ſe [12] ſanctorum teſtimoniorum deſcendentium ex A ſcripturis deificis continent ut merito omnes per Dei gratiam adunati conſentire debeamus , cenſeo omnes hæreticos & ſchiſmaticos qui ad catholicam eccleſiam voluerint venire non ante ingredi niſi exorcizati & baptizati prius fuerint , exceptis his ſane qui in eccleſia catholica fuerint ante baptizati , ita tamen ut per manus impoſitionem in pœnitentiam eccleſiæ reconcilientur .

Nicomedes a Segermis dixit . Mea ſententia hæc eſt , ut hæretici ad eccleſiam venientes baptizentur , eo quod nullam foris apud B peccatores remiſſionem peccatorum conſequantur .

Munnulus a Girba dixit . Eccleſiæ catholicæ matris noſtræ veritas ſemper apud nos , fratres , & manſit & manet , & vel maxime in baptiſmatis trinitate , Domino noſtro dicente : *Ite & baptizate gentes in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti* . Matth. 28. Cum ergo manifeſte ſciamus hæreticos non habere nec patrem nec filium nec ſpiritum ſanctum , debent venientes ad eccleſiam matrem noſtram [13] vere re- C naſci & baptizari , ut cancer quod habebant & damnationis ira & erroris [14] offectura per ſanctum & cæleſte lavacrum ſanctificetur.

Secundinus a Cedias dixit . Cum Dominus noſter Chriſtus dicat , *Qui non eſt mecum adverſus me eſt* , Matth. 12. & Joannes apoſtolus eos qui ab eccleſia exeunt antichriſtos dicat , Joan. 2. indubitanter hoſtes Chriſti , quique antichriſti nominati ſunt , gratiam baptiſmi ſalutaris miniſtrare non poſſunt . Et ideo cenſeo eos qui de inſidiis hæreticorum confugiunt ad eccle- D ſiam baptizandos eſſe a nobis , qui amici appellati ſumus Dei de ejus dignatione .

Felix a Bagai dixit . Sicut cæcus cæcum ducens ſimul in foveam cadunt , Matth. 15. ita hæreticus hæreticum baptizans ſimul in mortem cadunt . Et ideo hæreticus baptizandus eſt & [15] vivificandus , ne nos vivi mortuis communicemus .

Polianus a Mileo dixit . Juſtum eſt hæreticum baptizari in eccleſia ſancta.

Theogenes ab Hippone regio dixit. Secundum ſacramentum Dei gratiæ cæleſtis , quod accepimus , unum baptiſma quod eſt in ec- E cleſia ſancta credimus .

Dativus a Badis dixit . Nos quantum in nobis eſt hæreticis non communicamus , niſi baptizati in eccleſia fuerint , & remiſſionem peccatorum acceperint.

Succeſſus ab Abbir Germaniciana dixit . Hæreticis aut nihil licet aut totum licet . Si poſſunt baptizare , poſſunt dare & ſpiritum ſanctum . Si autem ſpiritum ſanctum dare non poſſunt , quia non habent ſpiritum ſanctum , nec baptizare ſpiritaliter poſſunt . Propterea F cenſemus hæreticos baptizandos eſſe .

Fortunatus a Tuchabori dixit . Jeſus Chriſtus Dominus & Deus noſter Dei patris & Matth. 16. creatoris filius [16] ſuper petram ædificavit eccleſiam ſuam , non ſuper hæreſim , & poteſtatem baptizandi epiſcopis dedit , non hæreticis . Quare qui extra eccleſiam ſunt , & contra Chriſtum ſtantes oves ejus & gregem ſpargunt , baptizare foris non poſſunt .

Sedatus a Tuburbo dixit . In quantum aqua ſacerdotis prece in eccleſia ſanctificata abluit delicta , in tantum hæretico ſermone velut can-

cancere infecta cumulat peccata. Quare omni- A bus pacificis quidem viribus nitendum eſt ne quis hæretico errore infectus & tinctus ſingulare & verum eccleſiæ baptiſmum detrectet accipere; quo quiſquis non fuerit baptizarus regno cælorum [17] fiet alienus.

Privatianus a Sufetula dixit. Qui hæreticos poteſtatem baptizandi habere dicit dicat prius quis hæreſim condiderit. Si enim hæreſis a Deo eſt, habere & indulgentiam divinam poteſt. Si vero a Deo non eſt, qnomodo gratiam Dei aut habere aut conferre B alicui poteſt?

Privatus a Sufibus dixit. Qui hæreticorum baptiſmum probat, quid aliud quam hæreticis communicat?

Hortenſianus a Laribus dixit. Quot ſint baptiſmi viderint ant præſumptores aut fautores hæreticorum. Nos unum baptiſma, quod non niſi in eccleſia novimus, eccleſiæ vindicamus. Aut qnomodo poſſunt in nomine Chriſti aliquem baptizare quos ipſe Chriſtus dicit adverſarios ſuos eſſe?

Caſſius a Macomadibus dixit. Cum bapti- C ſmata duo eſſe non poſſint, qni hærericis baptiſma concedit ſibi tollit. Cenſeo itaque flebiles & tabidos hæreticos baptizandos eſſe cum ad eccleſiam venire cœperint, & ſacra & divina lavatione lotos, & lumine vitæ illuminatos, non hoſtes, ſed pacificos, non alienos, ſed fidei Domini domeſticos, non adulteros, ſed Dei filios, non erroris ſed ſalutis effectos, in eccleſiam recipi; abſque his qui de eccleſia fideles ſupplantati ad hæreſis tenebras tranſierant, ſed eos per manus impoſitionem D reſtituendos.

Alius Jannarius a Vico Cæſaris dixit. Si non obtemperat error veritati, multo magis veritas non conſentit errori. Et ideo nos eccleſiæ aſſiſtimus, in qua præſidemus, ut baptiſmum ejus ipſi ſoli vindicantes, eos quos eccleſia non baptizavit baptizemns.

Alius Secundinus a Carpis dixit. Hæretici chriſtiani ſnnt, an non? Si chriſtiani ſunt, cur in eccleſia Dei non ſunt? Si chriſtiani non ſnnt, [18] quomodo chriſtianos faciunt? Aut
Matt.12. qno pertinebit ſermo Domini dicentis: *Qui* E *non eſt mecum, adverſus me eſt, & qui non mecum colligit ſpargit*. Unde conſtat ſuper filios alienos & ſoboles antichriſti ſpiritum ſanctum per manus impoſitionem tantummodo non poſſe deſcendere, cum manifeſtum ſit hæreticos baptiſma non habere.

Victoricus a Thabraca dixit. Si licet hæreticis baptizare & remiſſam peccatorum dare, quid illos infamamus & hæreticos appellamus?

Alius Felix ab Uthina dixit. Nemini dubinm eſt, ſanctiſſimi conſacerdotes, non ran- F tum poſſe humanam præſumptionem quantum Domini noſtri Jeſu Chriſti adorandam & venerabilem majeſtatem. Memores ergo periculi, hoc quoque non tantum obſervare debemus, verum etiam ab omnibus nobis confirmari oportet ut omnes hæretici qni ad ſinum matris eccleſiæ accurrant baptizentur, nt mens hæretica, quæ diuturna tabe polluta eſt, ſanctificatione lavacri purgata in melius reformetur.

Quietus a Buruch dixit. Qui fide vivimus, obſequi iis quæ inſtruendis nobis ante prædi- A cta ſunt credula obſervatione debemus. Nam ſcriptum eſt apud Salomonem: *Qui baptizatur a mortuo, quid proficit lavatio ejus?* Eccli.41. Quod utique de his qui ab hæreticis tinguntur & de tingentibus loquitur. Si enim qui apud illos baptizantur per remiſſionem peccatorum vitam æternam conſequuntur, cur ad eccleſiam veniunt? Si vero a mortuo ſalutis nihil accipitur, ac propterea agnito errore priſtino ad veritatem cum pœnitentia revertuntur, uno vitali baptiſmate, qnod in eccleſia catholica eſt, ſanctificari debebunt.

B Caſtus a Sicca dixit. Qui contempta veritate præſumit conſuetudinem ſequi, aut circa fratres invidus eſt & malignus, quibus veritas revelatur, aut circa Deum ingratus eſt, cujus inſpiratione eccleſia ejus inſtruitur.

Euchtatius a Thenis dixit. Fidem noſtram & baptiſmatis gratiam & legis eccleſiſticæ regulam Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſuo ore apoſtolos docens perimplevit dicens:
Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eos in Joan.14.
nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. Falſum
C ergo hæreticorum baptiſma & iniquum a nobis pellendum eſt & omni [19] deteſtatione reſutandum, de quorum ore virus, non vita, nec gratia cæleſtis, ſed blaſphemia rrinitatis exprimitur. Et ideo venientes ad eccleſiam hæreticos integro & catholico baptiſmate baptizari debere manifeſtum eſt, ut [20] a blaſphemia ſuæ præſumptionis purificati poſſint ſpiritns ſancti gratia reformari.

Liboſus a Vaga dixit. In evangelio Dominus, *Ega ſum*, inquit, *veritas*. Non dixit, Joan.10.
D *Ego ſum conſuetudo*. Itaque veritate manifeſtata cedat conſuerudo veritati, ut etſi in præteritum quis in eccleſia hæreticos non baptizsbat nunc baptizare incipiat.

Lucius a Thebeſſe dixit. Hæreticos blaſphemos atque iniquos verbis variis decerpentes ſancta & adorabilia ſcripturarum verba execrandos cenſeo, & ideo exorcizandos & baptizandos eſſe.

Eugenius ab Ammedera dixit. Et ego hoc idem cenſeo, hæreticos baptizandos eſſe.

Item alius Felix [21] ab Amaccora dixit. Et E ego ipſe ſecutus divinarum ſcripturarum auctoritatem baptizandos hæreticos eſſe cenſeo, ſed & eos qui apud ſchiſmaticos baptizatos ſe eſſe contendunt. Si enim ſecundum cantum Chriſti privatus fons noſter eſt, intelligant cuncti eccleſiæ noſtræ adverſarii quia alienus eſſe non poteſt, nec duobus populis ſalutarem aquam tribuere poteſt ille qui unius gregis paſtor eſt. Et ideo manifeſtum eſt nec hæreticos nec ſchiſmaticos aliquid cæleſte poſſe ſuſcipere, qui a peccatoribus hominibus & ab eccleſia extraneis F audeanr accipere. Quando danti locus non eſt, utique nec accipienti prodeſt.

Item alius Januarius Muzulenſis dixit. Miror quod cum omnes confiteantur unum eſſe baptiſma, non omnes intelligant ejuſdem [22] baptiſmatis nnitatem. Eccleſia enim & hæreſis duæ & diverſæ res ſunt. Si hæretici habent baptiſma, nos non habemus. Si autem nos habemus, hæretici habere non poſſunt. Dubinm autem non eſt eccleſiam ſolam baptiſmnm Chriſti poſſidere, quæ ſola poſſideat & gratiam Chriſti & veritatem.

Adel-

Adelphius a [43] Thaſvalto dixit. Sine cauſa quidam falſo & invidioſo verbo impugnant veritatem ut rebaptizare nos dicant, quando eccleſia hæreticos non rebaptizet, ſed baptizet.

Demetrius Aleptiminus dixit. Unum baptiſma nos cuſtodimus, quia eccleſiæ catholicæ ſoli rem ſuam vindicamus. Qui autem dicunt quia hæretici vere & legitime baptizant, ipſi ſunt qui non unum ſed multa baptiſmata faciunt. Nam cum hæreſes multæ ſint, pro earum numero & baptiſmata computabuntur.

Vincentius a Thibari dixit. Hæreticos ſcimus eſſe pejores quam ethnicos. Si ergo converſi ad Dominum venire voluerint, habemus utique regulam veritatis, quam Dominus præcepto divino mandavit apoſtolis dicens: *Ite, in nomine meo manum imponite, dæmonia expellite.* Et alio loco: *Ite, & docete gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti.* Ergo primo per manus impoſitionem in exorciſmo, ſecundo per baptiſmi regenerationem, tunc poſſunt ad Chriſti pollicitationem venire. Alias autem fieri cenſeo non debere.

Matt. 16. *Matt. 28.*

Marcus a Mactari dixit. Mirandum non eſt ſi hæretici hoſtes atque impugnatores veritatis rem ſibi vindicant poteſtatis & dignationis alienæ. Sed illud mirandum eſt quod quidam noſtri prævaricatores veritatis hæreticis ſuffragantur & chriſtianis adverſantur. Propterea decernimus hæreticos baptizandos eſſe.

Sattius a Sicilibba dixit. Si hæreticis in baptiſmo ſua peccata donantur, ſine cauſa ad eccleſiam veniunt. Nam cum in die judicii peccata ſint quæ puniuntur, nihil eſt quod timere poſſint hæretici de judicio Chriſti, ſi ſunt remiſſionem peccatorum conſecuti.

Victor a Gor dixit. Cum peccata non niſi in eccleſiæ baptiſmo remittantur, qui hæreticum ad communicationem ſine baptiſmo admittit, utrumque contra rationem facit, nec hæreticos purgat, & chriſtianos inquinat.

Aurelius ab Utica dixit. Cum dicat apoſtolus non communicandum peccatis alienis, quid aliud quam peccatis alienis communicat qui hæreticis ſine eccleſiæ baptiſmo communicat? Et ideo cenſeo baptizandos eſſe hæreticos ut accipiant remiſſam peccatorum, & ſic illis communicetur.

1. Tim. 5.

Jambus a Germaniciana dixit. Qui hæreticorum baptiſma probant, noſtrum improbant, ut extra eccleſiam, non dicam lotos, ſed ſordidatos, negent in eccleſia baptizari oportere.

Lucianus a Rucuma dixit. Scriptum eſt: *Et vidit Deus lucem quia bona eſt, & diviſit inter lucem & tenebras.* Si poteſt luci & tenebris convenire, poteſt nobis & hæreticis aliquid eſſe commune. Propterea cenſeo hæreticos baptizandos eſſe.

Gen. 1.

Pelagianus a Lupereiana dixit. Scriptum eſt: *Aut enim Dominus tuus Deus eſt, aut Baal Deus eſt.* Ita & nunc, aut eccleſia eccleſia eſt, aut hæreſis eccleſia eſt. Porro ſi hæreſis eccleſia non eſt, quomodo eſſe apud hæreticos baptiſma eccleſiæ poteſt?

3. Reg. 18.

Jader a Midila dixit. Scimus non eſſe niſi unum baptiſma in eccleſia catholica. Et ideo non debemus admittere hæreticum niſi baptizatus apud nos fuerit, ne ſe putet extra eccleſiam catholicam baptizatum eſſe.

Item alius Felix a Marazana dixit. Una fides, unum baptiſma, ſed eccleſiæ catholicæ, cui ſoli licet baptizare.

Paulus ab Obba dixit. Me non movet ſi aliquis eccleſiæ fidem & veritatem non vindicat, quando apoſtolus dicat: *Quid enim ſi exciderunt a fide quidam illorum? Numquid infidelitas eorum fidem Dei evacuavit? Abſit. Eſt enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Si autem Deus verax eſt, quomodo eſſe apud hæreticos baptiſmi veritas poteſt, apud quos Deus non eſt?

Rom. 3.

Pomponius a Dionyſiana dixit. Manifeſtum eſt hæreticos non poſſe baptizare & remiſſionem peccatorum dare, qui poteſtatem non habent ut aut ſolvere aut ligare aliquid in terris poſſint.

Venantius a Timiſa dixit. Si maritus peregre proficiſcens amico ſuo commendaſſet uxorem ſuam cuſtodiendam, commendatam ſibi ille quanta poſſet diligentia conſervaret, ne ab aliquo caſtitas ejus & ſanctitas adulteraretur. Chriſtus Dominus & Deus noſter ad patrem proficiſcens ſponſam ſuam nobis commendavit. Utrumne eam incorruptam & inviolatam cuſtodiemus, an integritatem ejus & caſtitatem mœchis & corruptoribus prodemus? Qui enim baptiſma eccleſiæ commune cum hæreticis facit, ſponſam Chriſti adulteris prodit.

Ahymnus ab Auſvaga dixit. Nos unum baptiſma accepimus, & ipſum [44] exercemus. Qui autem dicit quia & hæreticis licet baptizare, ipſe duo baptiſmata facit.

Saturninus a Victoriana dixit. Si licet hæreticis baptizare, excuſati ſunt & defenſi illicita facientes. Nec video quare eos aut Chriſtus adverſarios ſuos aut apoſtolus antichriſtos appellaverit.

Saturninus a Thucca dixit. Gentiles quamvis idola colant, tamen ſummum Deum patrem creatorem cognoſcunt & confitentur. [45] In hunc Marcion blaſphemat, & quidam non erubeſcunt Marcionis baptiſmum probare. Quomodo tales ſacerdotes ſacerdotium Dei aut ſervant aut vindicant qui hoſtes Dei non baptizant, & ſic illis communicant?

Marcellus a Zama dixit. Cum peccata non niſi eccleſiæ baptiſmo remittantur, qui hæreticum non baptizat peccatori communicat.

Irenæus ab Ululis dixit. Si ideo eccleſia hæreticum non baptizat quod dicatur jam baptizatus eſſe, hæreſis major eſt.

Donatus a Cibaliana dixit. Ego unam eccleſiam & unum baptiſma ejus novi. Si eſt qui dicat eſſe apud hæreticos baptiſmi gratiam, ante eſt ut oſtendat & probet eſſe illic eccleſiam.

Zoſimus a Tharaſſa dixit. Revelatione facta veritatis, cedat error veritati; quia & Petrus, qui prius circumcidebat, ceſſit Paulo veritatem prædicanti.

Gal. 2.

Julianus a Telepte dixit. Scriptum eſt: *Nemo poteſt aliquid accipere, niſi datum fuerit illi de cælo.* Si hæreſis de cælo eſt, poteſt & baptiſma dare.

Joan. 3.

Fauſtus a Timida regia dixit. Non ſibi blandiantur qui hæreticis patrocinantur. Qui pro hæreticis eccleſiaſtico baptiſmati intercedit, illos chriſtianos & nos hæreticos facit.

Geminius a Furnis dixit. Quidam de collegis hæreticos præponere ſibi poſſunt, nobis non poſ-

poſſunt. Et ideo quod ſemel decrevimus tenemus, ut ab hæreticis venientes baptizemus.

Rogatianus a Nova dixit. Eccleſiam Chriſtus inſtituit, hæreſim diabolus. Quomodo poteſt habere baptiſmum Chriſti ſynagoga ſatanæ?

Therapius a Bulla dixit. Qui hæreticis eccleſiæ baptiſma concedit & prodit, quid aliud quam Judas ſponſæ Chriſti exſiſtit?

Joan. 9. Item alius Lucius a Membreſa dixit. Scriptum eſt: *Deus peccatorem non audit*. Hæreticus, qni peccator eſt, quomodo audiri in baptiſmo poteſt?

Item alius Felix a Buslacenis dixit. In hæreticis ſine eccleſiæ baptiſmo admittendis nemo conſuetudinem rationi & veritati præponat, quia conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit.

Alius Saturninus ab Avitinis dixit. Si poteſt antichriſtus dare alicui gratiam Chriſti, poſſunt & hæretici baptizare, qui appellati ſunt antichriſti.

Quintus ab Aggya dixit. Ille poteſt dare aliquid qui aliquid habuerit. Hæretici autem quid poſſunt dare, quos conſtat nihil habere?

Matth. 6. Alius Jnlianus a Marcelliana dixit. Si poteſt homo duobus dominis ſervire, Deo & mammonæ, poteſt & baptiſma duobus ſervire, chriſtiano & hæretico.

Tenex ab Horreis Cæliæ dixit. Baptiſma unum eſt, ſed eccleſiæ. Ubi eccleſia non eſt, baptiſma illic eſſe non poteſt.

Ephes. 4. Alius Victor ab Aſſuras dixit. Scriptum eſt quia Deus unus eſt, & Chriſtus unus, & eccleſia una, & baptiſma unum. Quomodo ergo illic baptizari aliquis poteſt ubi Deus & Chriſtus & eccleſia una non eſt?

Donatulus a Capſe dixit. Et ego ſemper hoc ſenſi, ut hæretici, qui nihil foris conſeqni poſſunt, quando ad eccleſiam convertnntur baptizentur.

Verulus a Ruſiccade dixit. Homo hæreticus dare non poteſt quod non habet; multo magis ſchiſmaticus, qui quod habuit amiſit.

Pudentianus a Cuiculi dixit. Novitas epiſcopatus effecit, fratres dilectiſſimi, ut ſuſtinerem quid majores judicarent. Nam hæreſes nihil habere nec poſſe manifeſtum eſt. Atque ita ſi qui ex eis venerint baptizari æquiſſime ſtatutum eſt.

Petrus ab [16] Hippone Diarrhytorum dixit. Cnm baptiſma unum ſit in catholica eccleſia, manifeſtum eſt non poſſe extra eccleſiam baptizari. Et ideo in hæreſi tinctos ſive in ſchiſmate venientes ad eccleſiam cenſeo baptizari oportere.

Item alius Lucius ab Auſafa dixit. Secundum morum animi mei & ſpiritus ſancti, cum ſit nnus Deus pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, & unus Chriſtus, & una ſpes, & unus ſpiritus, & una eccleſia, unum debet eſſe & baptiſma. Et ideo dico, ſi quid ab hæreticis motum aut factum fuerit, reſcindi debere, & eos qui inde veniunt in eccleſia baptizandos eſſe.

Item alius Felix a Gurgitibus dixit. Ego cenſeo ut ſecundum ſanctarum ſcripturarum præcepta baptizatus ab hæreticis illicite extra eccleſiam, cum ad eccleſiam confugere voluerit, gratiam baptiſmi nbi licite datur conſequatur.

Puſillus a Lamasba dixit. Ego credo baptiſma ſalutare non eſſe niſi in eccleſia catholica. Quidquid abſque catholica fuerit ſimulatio eſt.

Salvianus a Gazauſala dixit. Hæreticos nihil habere conſtat; & ideo ad nos veniunt ut poſſint accipere quod non habent.

Honoratus a Thucca dixit. Cum Chriſtus veritas ſit, magis veritatem quam conſuetudinem ſequi debemus, ut hæreticos, qui ideo ad nos veniunt quia foris nihil accipere potuerunt, eccleſiæ baptiſmo ſanctificemus.

Victor ab Octavo dixit. Quod & ipſi ſcitis, non olim ſum epiſcopus conſtitutus, & ideo exſpectabam præceſſorum conſilium. Hoc itaque exiſtimo, ut quicumque ex hæreſi venerint ſine dubio baptizentur.

Clarus a Maſcula dixit. Manifeſta eſt ſententia Domini noſtri Jeſu Chriſti apoſtolos ſuos mitteutis & ipſis ſolis poteſtatem a patre ſibi datam permittentis, [17] quibus nos ſucceſſimus eadem poteſtate eccleſiam Domini gubernantes & credentium fidem baptizantes. Et ideo hæretici, qui nec poteſtatem foris nec eccleſiam Chriſti habent, neminem baptizare baptiſmo ejus poſſunt.

Secundianus a Thambeis dixit. Non debemus hæreticos noſtra præſumptione decipere ut in eccleſia Domini noſtri Jeſu Chriſti non baptizati, ac per hoc remiſſionem peccatorum non conſecuti, cum judicii dies venerit nobis imputent quod per nos non ſint baptizati & indulgentiam divinæ gratiæ non ſint couſecuti. Propter quod, cum ſit una eccleſia & unum baptiſma, quando ad nos convertuntur, ſimul cum eccleſia & eccleſiæ baptiſmum conſequantur.

2. Joan. 1. Item alius Aurelius a Chullabi dixit. Joannes apoſtolus in epiſtola ſua poſuit dicens: *Si quis ad vos venit, & doctrinam Chriſti non habet, nolite eum admittere in domum veſtram, & ave illi ne dixeritis. Qui enim dixerit illi ave communicat factis ejus malis.* Quomodo admitti tales temere in domum Dei poſſunt qui in domum noſtram privatam admitti prohibentur? Aut quomodo cum eis ſine eccleſiæ baptiſmo communicare poſſumus quibus ſi ave tantum dixerimus, factis eorum malis communicamus?

Matt. 15. Litteus a Gemellis dixit. Cæcus ſi cæcum ducat, ambo in foveam cadunt. Cum ergo hæreticos conſtet non poſſe illuminare quemquam, utpote cæcos, baptiſma eorum non valet.

[18] Natalis ab Oea dixit. Tam ego præſens qusm Pompejus Sabratenſis, quam etiam Dioga Leptimagnenſis, qui mihi mandaverunt, corpore quidem abſentes, ſpiritu præſentes, [19] cenſemus quod & collegæ noſtri, quod hæretici communicationem habere nobiſcum non poſſunt, niſi eccleſiaſtico baptiſmo baptizati fuerint.

[20] Junius a Neapoli dixit. Ab eo quod ſemel cenſuimus non recedo, ut hæreticos venientes ad eccleſiam baptizemus.

Cyprianus a Carthagine dixit. Meam ſententiam pleniſſime exprimit epiſtola quæ ad Jubajanum collegam noſtrum ſcripta eſt, hæreti-

reticos ſecundum evangelicam & apoſtolicam conteſtationem & adverſarios Chriſti & antichriſtos appellatos, quando ad eccleſiam veniunt, unico eccleſiæ baptiſmo baptizandos eſſe, ut poſſint fieri de adverſariis amici & de antichriſtis chriſtiani.

Expliciunt ſententiæ epiſcoporum LXXXVII. de hæreticis baptizandis.

NOTÆ AD CONCILIUM CARTHAGINENSE.

1 GEſta hujus concilii primus omnium edidit Eraſmus cum titulis gloriæ, id eſt, cum vocabulis confeſſorum & martyrum, quæ præfixa ſunt nominibus quorumdam epiſcoporum. Hos titulos Græca verſio non habet, neque editio Morelliana: eos vero ſatis conſtat non ſcriptos fuiſſe in geſtis, ſed additos poſtea a quodam ſtudioſo. Quare valde mirum eſt illos fuiſſe retentos in editione R. P. Harduini. Reſpondit autem ſanctus Auguſtinus in libro ſexto de Baptiſmo adverſus Donatiſtas ad ea quæ epiſcopi in eo concilio congregati attulerunt pro confirmanda opinione ſua de baptiſmo hæreticorum. Viderat hoc concilium Humbertus epiſcopus Silvæ Candidæ, qui lib. 1. adverſus ſimoniacos cap. 9. ait: *ſed & glorioſus martyr & pontifex Cyprianus quid de hæreticorum baptiſmate ſanxerit, ex concilio ipſius evidenter cognoſci poterit. Idem enim contra illud cum ſuis coepiſcopis ſanxit quod & præfati canones Apoſtolici.* Canones enim Apoſtolici, quos refert Humbertus, damnant hæreticorum baptiſma. Vide notitiam Eccleſiaſticam Cabaſutii, pag. 7. ubi agit de canonibus Apoſtolorum.

2 *Afr. Num. Mauritania*] Mirum eſt Tripolim, quæ una erat provinciarum Africanarum, non fuiſſe nominatam in hoc concilio, cum conſtet in eo tamquam præſentes nominari Munnulum Girbitanum, Natalem Oeenſem, Pompejum Sabratenſem, & Diogam Leptimagnenſem, qui certe erant epiſcopi provinciæ Tripolitanæ, præſertim cum conſtet Tripolim fuiſſe numeratam inter provincias Africæ in concilio Cabarſuſſitano.

3 *Epiſc. epiſcoporum*] Eo titulo olim ornati quoque ſunt plures epiſcopi qui non erant papæ Romani. Sidonius lib. 6. epiſt. 1. Lupum epiſcupum Tricaſſinum vocat patrem patrum & epiſcopum epiſcoporum. Ennodius lib. 1. carm. 15. ſanctum Ambroſium vocat epiſcopum epiſcoporum. Matthæus Pariſius in anno 1254. loquens de morte Hugonis epiſcopi Elienſis, ait; *Qui ſicut abbas abbatum in Anglia, ita & epiſcopus epiſcoporum coruſcavit*; etiam principibus aliquando is honos habitus eſt, ut vocarentur epiſcopi epiſcoporum. Arriani, ut teſtatur Lucifer Calaritanus in libro de moriendo pro Dei Filio, Conſtantium imperatorem vocabant epiſcopum epiſcoporum. Monachus Sangallenſis in libro de Eccleſiaſtica cura Caroli M. cap. 27. eum vocat epiſcopum epiſcoporum. Adgarus rex Angliæ, ut legitur in epiſtola Iſaaci Caſauboni ad Jacobum regem, & apud Joannem Seldenum in notis ad Eadmerum, vocatur paſtor paſtorum in ſynodo Anglicana ſub Dunſtano celebrata. Notum eſt Conſtantinum M. vocari communem epiſcopum apud Euſebium. Vide Cotelerii notas in epiſtolam Clementis ad Jacobum, & Franciſcum Bernardinum Ferrarium lib. 3. cap. 1. de antiquo Eccleſiaſticarum epiſtolarum genere.

4 *Judicium Domini*] Quinque vetera exemplaria habent *Judicem Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum*; ſed lectionem vulgatam præferunt multo plura exemplaria, ut ſanctus Auguſtinus lib. 6. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 6.

5 *Unus & ſolus*] Si hæc verba ſimpliciter & crude acciperentur, valde periclitaretur hodie inſtitutio epiſcoporum, qui non ab uno & ſolo Chriſto inſtituti ſunt, ſed etiam a pontifice Romano. Scio theologos ea de cauſa inveniſſe diſtinctionem ut iſti objectioni eatur obviam. Ajunt enim epiſcopos inſtitui quidem a Chriſto, ſed non immediate; ea diſtinctio ſæpe excitavit magnas lites. Noſtrum non eſt eas diſcingere. Vide notas noſtras ad epiſtolam 84. Lupi Ferrarienſis.

6 *Et cetera. Nam*] Codex Gratianopolitanus: *Cetera namque quæ.*

7 *Falſi chriſtiani*] Ita reſtituimus ex fide veterum librorum. Confirmant autem hanc reſtitutionem verba Secundini a Carpis, pag. 601, actorum concilii: *Si chriſtiani non ſunt, quomodo chriſtianos faciunt?* Non diſplicet tamen lectio quæ habet *falſi chriſti*.

8 *Extraneo*] Quamvis alia lectio, quæ habet *alieno*, bona ſit, coactus ſum mutare propter auctoritatem veterum exemplarium; etenim *extraneo* ſcriptum inveni in ſeptemdecim libris noſtris & in duobus Anglicanis; immo Monaſterienſis, in quo legitur *externo*, probat hanc mutationem eſſe legitimam: infra in allocutione Sedati a Tuburbo, pag. 600. pro *alienus* codex Gratianopolitanus habet *extraneus*.

9 *Unitatem ſpiritus*] Codex Fuxenſis *unitatem ſpiritus vel* CH I *in vincula vel communione pacis*. Vide Lucium Cælium Calcagninum, lib. 4. epiſt. 9.

10 *Deus ſpiritus eſt*] Vide librum domni Petri Couſtant, in quo confirmantur vindiciæ veterum codicum, pag. 57.

11 *Itemq. ad Stephanum*] Ita ſcriptum eſt in editionibus, & in omnibus fere libris veteribus. Quæ verba deſunt in Fuxenſi, recte autem omiſſa in illo fuiſſe & deleri debere hinc colligitur quod certum ſit nullam antea litterarum Cypriani ad Stephanum mentionem fieri in hac ſynodo, uti recte obſervavit ſanctus Auguſtinus, lib. 6. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 15. ubi etiam ſcribit ſe epiſtolam illam Cypriani ad Stephanum non vidiſſe. Verum id probat illud additamentum eſſe vetus. Vide ſupra pag. 289.

12 *Sanct. teſtimonior.*] Octo libri veteres, & in his Seguierianus habent *ſanctimoniorum*. Alii ſex *ſanctiſſimorum*, omiſſa voce *teſtimoniorum*, quæ deeſt etiam apud Auguſtinum; pro quo Lætienſis habet *decretorum*. Vide notas Benedictinorum noſtrorum ad librum ſextum Auguſtini de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 15. Vide ſupra pag. 74.

13 *Vere renaſci*] Mala non eſt lectio quorumdam veterum librorum in quibus ſcriptum eſt *venire*, *naſci & baptizari*. Unus meus multum confirmat hanc lectionem; habet enim *venire & naſci & baptizari*: eam quoque confirmare videntur verba Caſſii a Macomadibus, pag. 601. *cum ad eccleſiam venire cœperint*. Vide quæ dicta ſunt a nobis ad epiſtolam ad Donatum, pag. 13.

14 *Offectura*] Hanc lectionem inveni in eodem libro meo veteri & in pluribus aliis, cum etiam apud Auguſtinum, lib. 6. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 17. Codex Seguierianus & quidam alii præferunt *damnationis iram & erroris effecturam*.

15 *Vivificandus*] Ita reſtituimus ex fide veterum manuſcriptorum. Vide notas ad librum de oratione Dominica.

16 *Super petram*] Ita ſanctus Auguſtinus in loco paulo ante laudato. Ita etiam ſcripſit Eraſmus, ita quoque ego reperi in quinque codicibus antiquis. Aliam lectionem quæ habet *ſuper Petrum*, legi in codice Seguieriano & in aliis tredecim: & ſic quoque ſcriptum eſſe in codicibus manuſcriptis operum ſancti Auguſtini monent eruditiſſimi monachi Benedictini qui poſtremam operum ejus editionem curarunt. Atque ego ſane, qui ſcio ſanctum Cyprianum frequenter ſcribere Eccleſiam eſſe fundatam ſuper Petrum, facile eam lectionem prætuliſſem, quæ nititur auctoritate plurimorum veterum librorum, niſi animadvertiſſem comparationem hic inſtitui inter Eccleſiam & hæreſim, adeoque retinendam eſſe vocem *petram*, in qua ædificatur Eccleſia, ut ait Auguſtinus; infra in allocutione Januarii Muzulenſis, pag. 602. legitur: *Eccleſia & hæreſis duæ diverſa res ſunt.*

17 *Fiet alienus*] Codex Gratianopolitanus *fiet extraneus*.

18 *Quom. chr. faciunt*] Iſta deſunt in quinque antiquis codicibus & apud Auguſtinum, & pro iis legitur ſimpliciter *fiunt*, ut ſcribendum videatur, *ſi chriſtiani non ſunt, fiant*, quomodo poſt hæc edita ſcriptum vidimus in codice ſancti Arnulphi, Fiunt enim, non naſcuntur

ſcuntur chriſtiani, uti obſervatum eſt ſupra pag. 13.

19 *Deteſtatione*] Septemdecim libri veteres habent *conteſtatione*, Bigotianus *omni conſtantia vel conteſtatione*.

20 *A blaſphemia*] Ut ita ſcriberem me compulit auctoritas quindecim veterum exemplarium. Antea legebatur *a blaſphemia ſua præſumptione*. Quæ ſane lectio habetur in quibuſdam codicibus antiquis.

21 *Ab Amaccora*] Neſcio quomodo accidit ut ita ſcriberem. Nam certum eſt ſcribi debere *a Bamaccura*, ut patet ex iis quæ a me annotata ſunt in notis ad collationem Carthaginenſem inter Catholicos & Donatiſtas, pag. 236. Cum autem propterea editionem meam iſtius collationis conſulerem, forte evenit ut inciderem in paginam 122. ubi monui virum ſumme doctum & mihi numquam ſine laude nominandum Jacobum Sirmondum erraviſſe, cum ſcripſit illam factam eſſe altero anno poſt conſulatum Varonis, eo in primis argumento quod ex Auguſtino colligatur peractum eſſe jejunium Pentecoſtes paulo ante collationem. Cum hæc mea obſervatio certa ſit, & nihil ad eam deſtruendam afferri poſſit, miror R. P. Joannem Harduinum virum multæ lectionis & eruditionis, inſinuare voluiſſe in tomo primo editionis ſuæ Conciliorum, pag. 1043. ſtandum eſſe opinioni Sirmondi. Quod ideo iſtic annoto, ne quis deinceps in hoc fallatur. Utinam Harduinus voluiſſet ſequi editionem meam geſtorum, quæ certe, abſit verbo invidia, multo melior eſt ea quam ille dedit.

22 *Baptiſmatis unitatem*] Codex Gratianopolitanus *baptiſmi veritatem*.

23 *Thaſvalte*] Codex Seguierianus *Thaſvalva a Libie*.

24 *Exercemus*] Antea legebatur *tenemus & exercemus*. Sed *tenemus &* non exſtat in codice Seguieriano neque in aliis veteribus. Anonymus in libro de rebaptiſmate, *baptiſmate quod interim exercebat*.

25 *In hunc Marcion*] Codex Seguierianus, *In hunc Marcionis baptiſmum ejus novi ſit eſt qui dicat eſſe apud hæreticos baptiſmi gratiam, ante eſt ut oſtendat probare quomodo tales ſacerdotes ſacerdotium*.

26 *Hippone Diarr.*] Plinius lib. 5. cap. 4. *ab oppido quod Hipponem dilutum vocant, Diarrhytum a Græcis dictum propter aquarum irrigua*; ſitum fuiſſe in litore Africæ docent Plinius & Mela. Vide notas noſtras ad collationem Carthaginenſem, pag. 222.

27 *Quib. nos ſucceſſimus*] Vide ſupra in notis ad librum de habitu Virginum, pag. 363.

28 *Nat. ab Oea*] In provincia Tripolitana, uti diximus; ſitam illam fuiſſe inter duas Syrtes docet Plinius, lib. 5. cap. 4. Et tamen Ptolomæus Sabratam, Oeam & Leptim magnam, quæ certe ſont civitates provinciæ Tripolitanæ, locat in parva Syrte, nimirum, ut opinor, quod viciniores ſint minori quam majori. Neſcio autem an non Virgilius, qui libro quinto Æneidos poſt inhoſpitam Syrtim locat deſertam ſiti regionem, per deſertam ſiti regionem intellexerit Tripolitanos vicinos inhoſpitæ Syrti. Civitas *Oeenſis* legendum eſt apud Martianum Capellam lib. 6. non *Ocenſis*. Ex Oea porro uxorem accepiſſe Apulejum docet ſanctus Auguſtinus in epiſtola ad Marcellinum; & Apulejus ipſe ſcribit ſe fuiſſe factum civem Oeenſem. Vide Cujacium lib. 8. obſervat. cap. 27.

29 *Cenſemus quod & collega*] Codex Gratianopolitanus *cenſemus quam hæretici qui in domum noſtram privatam admiſſi prohibentur nobiſcum, & collega noſtri cum eis communem habere non poſſunt*. Codex Seguierianus habet uti nos edidimus, niſi quod vox *nobiſcum* ibi deeſt, haud dubie per oſcitantiam librarii.

30 *Junius*] In codice Corbejenſi & in Fuxenſi: *Januarius a Neapoli*.

[1] L I B E R
DE SPECTACULIS.

CYPRIANUS [2] plebi in evangelio ſtanti ſalutem. Ut me ſatis contriſtat & animum meum graviter affligit cum nulla mihi [3] ſcribendi ad vos porrigitur occaſio, detrimentum eſt enim meum vobiſcum non colloqui, ita nihil mihi tantam lætitiam hilaritatemque reſtituit quam cum adeſt rurſus occaſio. Vobiſcum me eſſe arbitror cum vobis per litteras loquor. Quamquam igitur ita ſe hæc habere quæ dico certos vos eſſe ſciam nec quidquam de verborum meorum veritate dubitare, tamen etiam argumentum ſinceritatem rei aſſerit. Nam cum nulla prorſus præteritur occaſio, probatur affectio. Quamvis ergo certus ſim vos non minus eſſe in [4] vitæ actu graves quam in ſacramento fideles, tamen, quoniam non deſunt vitiorum aſſertores blandi & indulgentes patroni qui præſtant [5] vitiis auctoritatem &, quod eſt deterius, cenſuram ſcripturarum cæleſtium in advocationem criminum convertunt, quaſi [6] ſicut innocens ſpectaculorum ad remiſſionem animi appetatur voluptas, nam & eo uſque enervatus eſt eccleſiaſticæ diſciplinæ vigor & ita omni languore vitiorum præcipitatur in pejus ut jam non vitiis excuſatio ſed auctoritas detur, placuit paucis vos nunc non inſtruere, ſed inſtructos admonere, ne quia male ſunt vincta vulnera, ſanitatis obductæ perrumpant cicatricem. Nullum enim malum difficilius exſtinguitur quam quod faciles reditus habet, dum & multitudinis conſenſu aſſeritur, & excuſatione blanditur. Non pudet, non pudet inquam fideles homines & chriſtiani ſibi nominis auctoritatem vindicantes ſuperſtitiones vanas gentilium cum ſpectaculis mixtas [7] de ſcripturis cæleſtibus vindicare & divinam auctoritatem idololatriæ conferre. Nam quomodo id quod in honore alicujus idoli ab ethnicis agitur a fidelibus chriſtianis ſpectaculo frequentatur, & idololatria gentilis aſſeritur, & in contumeliam Dei religio vera & divina calcatur. Pudor me tenet præſcriptiones eorum in hac cauſa & patrocinia referre. Ubi, inquiunt, ſcripta ſunt iſta, ubi prohibita? Alioquin & auriga eſt Iſrael Helias, & ante arcam David ipſe ſaltavit. [8] Nabla, cynares, æra, tympana, tibias, citharas, choros legimus. Apoſtolus quoque dimicans ceſtus & colluctationis noſtræ adverſus ſpiritalia nequitiæ proponit certamen. Rurſus cum de ſtadio ſumit exempla, coronæ quoque collocat præmia. Cur ergo homini chriſtiano fideli non liceat ſpectare quod liceat divinis litteris ſcribere? Hoc in loco non immerito dixerim longe melius fuiſſe iſtis nullas litteras noſſe quam ſic litteras legere. Verba enim & exempla quæ ad exhortationem evangelicæ virtutis poſita ſunt ad vitiorum patrocinia transferuntur; quoniam non ut ſpectarentur iſta ſcripta ſunt, ſed ut animis noſtris inſtantia major excitaretur in rebus profuturis, dum tanta eſt apud ethnicos in rebus non profuturis. Argumentum eſt ergo excitandæ virtutis, non permiſſio ſive libertas ſpectandi gentilis erroris, ut per

Margin: A, B, C, D (section letters); 4. Reg. 2.; 2. Paral. 15.; Epheſ. 6.

ut per hoc animus plus accendatur ad evangelicam virtutem propter divina præmia cum per omnium laborum & dolorum calamitatem concedatur pervenire ad æterna compendia. Nam quod Helias auriga eſt Iſraelis non patrocinatur ſpectandis circenſibus. In nullo enim is circo cucurrit. Et quod David in conſpectu Dei choros egit nihil adjuvat in theatru ſedentes chriſtianos fideles. Nulla enim obſcœnis motibus membra diſtorquens deſaltavit Grææ libidinis fabulam. Nabulæ, cynaræ, tibiæ, tympana, citharæ Domino ſervierunt, non idolis. Non igitur præſcribatur ut ſpectentur illicita, a diabolo artifice ex ſanctis in illicita mutata ſunt. Præſcribat igitur iſtis pudor, etiamſi non poſſunt ſanctæ litteræ. Quædam enim ſcriptura magis providet in præcipiendo. Verecundiam paſſa plus interdixit quia tacuit. Veritas, ſi ad hæc uſque deſcenderet, peſſime de fidelibus ſuis ſenſiſſet. Nam & plerumque in præceptis quædam utilius tacentur. Admonent ſæpe dum interdicuntur. Ita etiam tacentur dum in litteris ſcripta ſunt, & præceptorum loco ſeveritas loquitur, & ratio docet quæ ſcriptura conticuit. Secum tantummodo unuſquiſque deliberet, & cum perſona profeſſionis ſuæ loquatur, & nihil umquam indecorum geret. Plus enim ponderis habebit conſcientia quæ nulli ſe alteri debebit niſi ſibi. Quid ſcriptura interdixit? Prohibuit enim ſpectari quod prohibet geri. Omnia inquam iſta ſpectaculorum genera damnavit quando idololatriam ſuſtulit [9] ludorum omnium matrem, unde hæc vanitatis & levitatis monſtra venerunt. Quod enim ſpectaculum ſine idolo, quis ludus ſine ſacrificio, quod certamen non conſecratum mortuo? Quid inter hæc chriſtianus fidelis facit? Si idololatriam fugit, quid qui jam ſanctus ſit de rebus criminoſis voluptatem capit? Quid contra Deum ſuperſtitiones probat, quas amat dum ſpectat? Ceterum ſciat omnia hæc inventa dæmoniorum eſſe, non Dei. Impudenter in eccleſia dæmonia exorcizat quorum voluptates in ſpectaculis laudat; & cum ſemel illi renuntians, reſciſſa ſit res omnis in baptiſmate, dum poſt Chriſtum ad diaboli ſpectaculum vadit, Chriſto tamquam diabolo renuntiat. Idololatria, ut jam dixi, ludorum omnium mater eſt; quæ ut ad ſe chriſtiani fideles veniant, blanditur illis per oculorum & aurium voluptatem. [10] Romulus Conſo quaſi conſilii deo ob rapiendas Sabinas circenſes primus conſecravit. Ceterum reliqui, dum urbem fames occupaſſet, ad avocationem populi acquiſiti ſunt ludi ſcenici, Cereri & Libero dicati poſtmodum reliquiſque idolis & mortuis. Græca illa certamina vel in [11] cantibus, vel in fidibus, vel in vocibus, vel in viribus præſides ſuos habent varia dæmonia & quidquid eſt aliud quod ſpectantium aut oculos movet aut delinit aures. Si cum origine ſua & inſtitutione quæratur, cauſam præfert aut idolum aut dæmonium aut mortuum. Ita diabolus artifex, quia idololatriam per ſe nudam ſciebat horreri, ſpectaculis miſcuit, ut per voluptatem poſſet amari. Plura proſequi quid eſt neceſſe vel ſacrificiorum in ludis genera monſtruoſa deſcribere, inter quæ nonnumquam & homo fit hoſtia latrocinio ſacerdotis, dum cruor etiam de jugulo calidus exceptus ſpumanti patera, dum adhuc fervet, & quaſi ſitienti idolo in faciem jactatus crudeliter propinatur, & inter voluptates ſpectantium quorumdam mors erogatur, ut per cruentum ſpectaculum ſævire diſcatur, quaſi parum ſit homini privata ſua rabies, niſi illam & publice diſcat. In pœnam hominis ſeta rabida nutritur in deliciis, ut ſub ſpectantium oculis crudelius inſaniat. Erudit artifex belluam; quæ clementior fortaſſe fuiſſet, ſi non illam magiſter crudelior ſævire docuiſſet. Ergo, ut taceam quidquid latius idololatria probat, quam vana ſunt ipſa certamina, lites in coloribus, contentiones in curſibus, favores in honoribus, gaudere quod equus velocior fuerit, mœrere quod pigrior, annos pecoris computare, conſules noſſe, ætates diſcere, proſapiam deſignare, avos ipſos atavoſque commemorare. Quam hoc totum otioſum negotium, immo quam turpe & ignominioſum, hunc inquam memoriter totam equini generis ſobolem computantem & ſine offenſa ſpectaculi cum magna velocitate referentem? [12] Parentes Chriſti ſi prægoges, neſcit, ut infelicius ſit & ſcire. Quod ſi rurſus prærogem quo ad aliquod ſpectaculum neſcit, aut infelicior, ſi ſcit. Quod ſi rurſum prærogem quo ad illud ſpectaculum itinere pervenerit, confitebitur per luparum, per proſtitutarum nuda corpora, per publicam libidinem, per dedecus publicum, per vulgarem laſciviam, per communem omnium contumeliam. Cui ut non objiciam quod fortaſſe commiſit, vidit tamen quod committendum non fuit, & oculos ad idololatriæ ſpectaculum per libidinem duxit, auſus [13] ſetum ſanctum in lupanar ducere, ſi potuiſſet; qui feſtinans ad ſpectaculum „ [14] dimiſſus e dominico & adhuc [15] gerens ſecum, ut aſſolet, euchariſtiam, inter corpora obſcœna meretricum [16] Chriſti ſanctum corpus infidelis iſte circumtulit, plus damnationis meritus de itinere quam de ſpectaculi voluptate. Sed ut de hoc ſcenæ inquinamento inverecundo jam tranſitum faciam, pudet referre quæ dicuntur, pudet etiam accuſare quæ fiunt, [17] argumentorum ſtrophas, adulterorum fallacias, mulierum impudicitias, ſcurriles jocos, paraſitos ſordidos, ipſos quoque patresfamilias togatos modo ſtupidos, modo obſcœnos, in omnibus ſtolidos, in omnibus inverecundos. Et cum nulli hominum aut generi aut profeſſioni ab improborum iſtorum ſermone parcatur, ab omnibus tamen ad ſpectaculum convenitur. Commune dedecus delectat, videre vel recognoſcere otia vel diſcere. Concurritur illic ad pudorem publicum lupanaris, ad obſcœnitatis magiſterium, ne quid ſecreto minus agatur quam quod in publico diſcitur; & [18] inter ipſas leges docetur quidquid legibus interdicitur. Quid inter hæc chriſtianus fidelis facit cui vitia non licet nec cogitare, quid oblectatur ſimulacris libidinis, ut in ipſis depoſita verecundia audacior fiat ad crimina? Diſcit & facere dum conſueſcit videre. Illæ tamen quas infelicitas ſua ad ſervitutem inferuit & proſtravit, libidines publicas occultant, & dedecus ſuum de latebris conſolantur. Erubeſcunt videri etiam quæ pudorem vendi-

vendiderunt. At iſtud publicum monſtrum omnibus videntibus geritur, & proſtitutarum tranſitur obſcœnitas. Quæſitum eſt quomodo " adulterium oculis admitteretur. Huic dedecori condignum dedecus ſuperducitur. Homo " fractus omnibus membris, & vir ultra " muliebrem mollitiem diſſolutus, cui ars ſit verba manibus expedire; & propter unum neſcio quem nec virum nec feminam commovetur civitas tota ut deſaltentur fabuloſæ antiquitatum libidines. Ita amatur quidquid non licet ut quæ etiam ætas abſconderat, ſub oculorum memoriam reducantur. Non eſt libidini ſatis malis ſuis uti præſentibus, niſi ſuum de ſpectaculo ſaciat in quo etiam ſuperior ætas erraverat. Non licet inquam adeſſe chriſtianis fidelibus, non licet omnino, nec illis quos ad delinimenta aurium ad omnes ubique Græcia inſtructos ſuis vanis artibus mittit. Clangores tubæ bellicos alter imitatur raucos, alter lugubres ſonos ſpiritu tibiam inflante moderatur, alter cum choris & cum hominis canora voce contendens ſpiritu ſuo, quem de viſceribus ſuis in ſuperiora corporis nitens hauſerat, tibiarum foraminibus modulatur; nunc effuſo, & nunc intus occluſo atque in aerem pro certis foraminum meatibus emiſſo, nunc in articulos ſonum frangens, loqui digitis elaborat, ingratus artifici qui linguam dedit. Quid loquar comicas & inutiles curas, quid illas magnas tragicæ vocis inſanias, quid nervos cum clamore commiſſos? Hæc etiam ſi non eſſent ſimulacris dicata, adeunda tamen & ſpectanda non eſſent chriſtianis fidelibus; quoniam etſi non haberent crimen, habent in ſe maximam & parum congruentem fidelibus vanitatem. Nam illa altera reliquorum dementia eſt manifeſta otioſis hominibus negotiatio; & prima victoria eſt ut ultra modum humanum venter eſurire potuiſſet ſuper titulo coronatæ edacitatis flagitioſæ nundinæ; ictibus vulnerum infelix facies locatur ut infelicior venter ſaginetur. Quam fœda præterea iſta luctamina, vir infra virum jacens amplexibus inhoneſtis & nexibus implicatur. In tali certamine viderit vel vincat, pudor tamen victus eſt. Ecce tibi alter nudus ſalit, alter orbem æreum contentis in aerem viribus jactat. Hæc gloria non eſt, ſed dementia. Denique remove ſpectatorem, reddideris vanitatem. Fugienda ſunt iſta a chriſtianis fidelibus, ut jam frequenter diximus, tam vana, tam pernicioſa, tam ſacrilega ſpectacula, a quibus & oculi noſtri & aures eſſent cuſtodiendæ. Cito in hoc aſſueſcimus quod audimus, quod videmus. Nam cum mens hominis ad vitia ipſa ducatur, quid faciet, ſi habuerit exempla naturæ corporis lubrica quæ ſponte corruit, quid faciet, ſi fuerit impulſa? Avocandus eſt igitur animus ab iſtis. Habet chriſtianus ſpectacula meliora, ſi velit, habet veras & profuturas volupta-

A tes, ſi ſe recognoverit. Et ut omittam illa quæ nondum contemplari poſſunt, habet iſtam mundi pulcritudinem, quam videat atque miretur, ſolis ortum aſpiciat, rurſus occaſum mutuis vicibus dies noctesque revocantem, globum lunæ temporum curſus incrementis ſuis decrementiſque ſignantem, aſtrorum micantium choros & aſſidue de ſumma mobilitate fulgentes, anni totius per vices ſumma de ſummo membra diviſa, & dies ipſos cum noctibus per horarum ſpatia digeſtos, terræ mo-

B lem libratam cum montibus, & proflua flumina cum ſuis fontibus, extenſa maria cum ſuis fluctibus atque litoribus, interim conſtantem pariter ſumma conſpiratione nexibuſque concordiæ extenſum aerem medium tenuitate ſua cuncta vegetantem, nunc imbres contractis nubibus profundentem, nunc ſerenitatem refecta raritate revocantem, & in omnibus iſtis incolas proprios, in aere aves, in aquis piſces, in terra hominem. Hæc inquam & alia opera divina ſint chriſtianis fide-

C libus ſpectacula. Quod theatrum humanis manibus exſtructum iſtis operibus poterit comparari? Magnis licet lapidum molibus exſtruatur, criſtæ ſunt montium altiores, & auro licet tecta laquearia reſplendeant, aſtrorum fulgore vincentur. Numquam humana opera mirabitur quiſquis ſe recognoverit filium Dei. Dejicit ſe de culmine generoſitatis ſuæ qui admirari aliquid præter Dominum poteſt. Scripturis inquam ſacris incumbat chriſtianus fidelis; & ibi inveniet condigna fidei ſpectacula.

D Videbit inſtituentem Deum mundum ſuum, & cum ceteris animalibus hominis illam admirabilem fabricam melioremque facientem. Spectabit mundum in delictis ſuis, juſta naufragia, piorum præmia, impiorumque ſupplicia, maria populo ſiccata, & de petra rurſus populo maria porrecta. Spectabit de cælo deſcendentes meſſes, non ex aratro impreſſas, flumina tranſitus ſiccos refrenatis aquarum agminibus exhibentia. Videbit in quibuſdam fidem cum igne luctantem, feras religione ſu-

E peratas & in manſuetudinem converſas. Intuebitur & animas ab ipſa etiam morte revocatas. Conſiderabit etiam de ſepulcris admirabiles ipſorum conſumtorum jam ad vitam corporum reductas, & in his omnibus majus jam videbit ſpectaculum, diabolum illum, qui totum " detriumphaverat mundum, ſub pedibus Chriſti jacentem. Quam hoc decorum ſpectaculum, fratres, quam jucundum, quam neceſſarium? intueri ſemper ſpem ſuam, & oculos aperire ad ſalutem ſuam. Hoc eſt ſpe-

F ctaculum quod videtur etiam luminibus amiſſis. Hoc eſt ſpectaculum quod non exhibet prætor aut conſul, ſed qui eſt ſolus & ante omnia & ſuper omnia, immo ex quo omnia, pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui laus & honor in ſæcula ſæculorum. Opto vos, fratres, ſemper bene valere. Amen.

NOTÆ AD LIBRUM DE SPECTACULIS.

a PRima libri iſtius editio prodiit ex officina Pauli Manutii. Rariſſima ſunt vetera illius exemplaria. Morellius, Goulartius & Rigaltius nullum habuerunt, neque Angli: ego habui duo, unum ex bibliotheca monaſterii ſancti Dionyſii Remenſis, aliud quod fuit olim collegii Fuxenſis, ex Colbertina. Horum librorum auctoritate emendavi hunc librum, nihil addens de meo neque mutans. Variæ autem ſunt virorum eruditorum opiniones de ejus auctore. Quidam illum decretorio judicio abjudicant Cypriano; contra plures viri

docti & eruditi, nimirum illuſtriſſimus cardinalis Baronius, Jacobus Pamelius, Petrus Faber Sanjorianus, Jacobus Sirmondus, Deſiderius Heraldus, ac fortaſſe alii, illum eiſſent tamquam genuinum Cypriani factum, etiam illuſtriſſimus cardinalis Bellarminus videatur exiſtimaſſe eſſe Cypriani. Ego in ea opinionum diverſitate, nemini præjudicans, ſtabilitus ſum non eſſe temere ſejungendum a legitimis ſancti martyris operibus, præſertim cum obſervatum a nonnullis ſit non ita diſcrepare a ſtilo ejus, ut quidam exiſtimarunt.

2 *Plebi in ev. ſtanti*] Sic liber Novatiani de cibis Judaicis, ſi vera eſt inſcriptio, inſcriptus eſt *plebi in evangelio perſtanti*.

3 *Scribendi occaſio*] Plures ſunt ſancti martyris epiſtolæ eodem ſenſu ſcriptæ.

4 *Vita actu*] Codex Fuxenſis, *juſtis actibus*.

5 *Vitiis*] Idem codex, *flagitiis*.

6 *Sicut innocens*] Veteres libri, *ſine culpa innocens*.

7 *De ſcripturis cæl.*] Eodem modo tractat hoc argumentum magiſter Cypriani Tertullianus in libro ſuo de Spectaculis.

8 *Nabla*] Vide Hoſpinianum lib. 2. de templis cap. 23. pag. 309.

9 *Ludor. o. matrem*] Vide Ovidium lib. 5. Faſtorum, & Petrum Fabrum Sanjorianum lib. 4. Agoniſticon cap. 3. ubi fuſe iſta explicat. Vide etiam librum Tertulliani de Spectaculis.

10 *Romulus Conſo*] Vide ſupra pag. 456.

11 *Cantibus*] Codex Fuxenſis, *fletibus*. Quæ poſtea ſequuntur, Faber cap. 4. fere putat eſſe ex gloſſemate.

12 *Parentes Chriſti*] Ita codex Fuxenſis. Alius & editio Manutii *partes* errore manifeſto: comparatio eſt inter genealogiam equi & genealogiam Chriſti; ſcit iſte Chriſtianus genealogiam equi, neſcit genealogiam Chriſti. Turpe & miſerabile.

13 *Secum ſanctum*] Codex Fuxenſis, *ſecum corpus quod eſt ſanctum*. Codex Remenſis & editiones, *ſecum Spiritum ſanctum*.

14 *Dimiſſus e dominico*] Codex ex quo liber iſte editus eſt a Manutio non habebat *e dominico*, & propterea appoſitus eſt in illa editione aſtericus, ut intelligi daretur aliquid hic deeſſe. Pamelius laudat manuſcriptum in quo ſcriptum erat *dimiſſus e dominico*, ut in codice Remenſi; Fuxenſis habet *amiſſa dominico* per errorem librarii.

15 *Gerens euchariſtiam*] Vide ſupra pag. 203. & quæ notata ſunt ad librum de Bono patientiæ.

16 *Chriſti ſanctum*] Emendatum ex libro Fuxenſi.

17 *Argument. ſtrophas*] Ita veteres libri. Antea legebatur *argentum ſtrophas* nullo ſenſu. Vide Lexicon Martinii & Etymologicon linguæ Latinæ Gerardi Joannis Voſſii.

18 *Inter ipſas leges*] Vide ſupra pag. 20.

19 *Adulterium oculis*] Vide ſupra pag. 18.

20 *Fractus o. membris*] Vide ſupra pag. 20.

21 *Mul. mollitiem*] Vide ſupra pag. 20.

22 *Detriumphaverat*] Tertullianus in Apologetico; *illos numquam magis detriumphamus quam cum pro fidei obſtinatione damnamur*. Minucius Felix, *quos populaverant detriumphatos colere cœperunt*. Sic etiam dicebant depompare pro contumelia afficere, uti pluribus exemplis oſtendimus in nova noſtra collectione conciliorum pag. 716. 724. In antiqua verſione concilii ſexti, actione 12. in epiſtola Sergii CP. ad Honorium papam legitur, *dum redarguiſſet atque depompaſſet pravam ejus impietatem*.

[1] L I B E R
D E
L A U D E M A R T Y R I I.

ETSI incongruens eſt, fratres cariſſimi, in hoc favore dicendi aliquid trepidationis adferre, minimeque deceat gloriam tantæ devotionis infringere ex eo quod fatear me cœpiſſe dubitare, tamen identidem dico ipſa [2] animum deliberatione conſtringi, cum exſequendæ laudis cupiditate ſuccenditur, & a loquendo magnitudine virtutis inhibetur, cum aut non deceat tacere, aut periculoſum ſit parum dicere, niſi quod æſtuanti hæc res ſola ſubvenit quod videatur ignoſci ei facile poſſe qui non timuit audere. Quamobrem, cariſſimi fratres, etſi potentia rei oneratur facultas ingenii, ut quantum ſe in exprimenda martyrii dignitate protulerit, tantum ipſo pondere laudis oppreſſa atque æſtimatione rerum omnium de quibus cum maxime loquitur debilitata ac fracta, intra ſe ipſam illaqueata oratione deficiat, nec habenis liberis ac ſolutis in apertum ſermonis eloquium vim tantæ laudis expromat, tamen erit aliqua, niſi fallor, [3] in eloquendo facultas, quæ ipſius operis [4] oratione munita vage fundat quod a dicendo impar ingenii conſcientia ſubmovebat. Cum igitur, fratres cariſſimi, tot tantiſque rebus impliciti, ad comprobandos ſalutis eximios pulcherrimoſque proventus omni ſtudio ac labore nitamur, non vereor ne quo ignaviæ metu territus vel revocer vel exſtinguar, cum ſi quis ad id voluerit de quo agimus intueri, ſpe devotionis expenſa, atque ipſa ejus magnitudine ponderata, magis miretur audere potuiſſe in quo me poA ſitum & amplitudo rei premeret & confuſam gaudio mentem in anguſtias animi voti ſui fervor urgeret. Nam quis eſt quem non iſta res terreat, quis quem non admirationis ſuæ pavore ſubvertat? Eſt enim profecto, niſi fallor, etiam in ipſo conſcientiæ robore admiranda [5] formido quæ nos exagitet pariter & inflammet; cujus quanto penitius inſpexeris poteſtatem, tanto ex ipſo venerandæ claritatis aſpectu religionis ſuæ præmittat horrorem. Conſiderare enim utique debetis quantæ ſit gloriæ vitæ quam B libet maculam & ſordes polluti corporis & longa vitiorum tabe concreta contagia tantoque temporis tractu mundi crimen exceptum unius ictus remediis expiare, quo & augeri merces & crimen poſſit excludi. Unde omnis conſummatio & ſtatus vitæ in martyrio eſt collocatus. Hoc fundamentum [6] vitæ & fidei, hoc præſidium ſalutis, hoc vinculum libertatis & honoris; & quamvis ſint & alia per quæ adipiſci lux poſſit, tamen ad proximitatem muneris repromiſſi pœnis patrocinantibus melius C pervenitur. Quantæ enim ſit gloriæ ponderate hujus vitæ cupiditatibus [7] relegatis atque ab omni animum naturæ mundique commercio ſegregatum contra adverſantis diſcrimen opponere, nec ſævitiam torquentis horrere; animari hominem dolore quo credatur exſtingui, & id ſibi in augmentum virtutis aſſumere quod cruciatui putat prodeſſe qui punit. Nam præduratitibus licet coſtis reſultans ungula recurrat in vulnus, & euntibus flagris cum avulſa corporis

poris parte rediens avena ducatur, ſtat immobilis tamen pœnis ſuis fortior, hoc ſolum ſecum ipſe convolvens quod in illa crudelitate carnificum plus pro quo patitur Chriſtus ipſe patiatur. Nam quando, ſi negaverit Dominum, pro eo crimen ſubeat pro quo viciſſe debebat, neceſſe eſt eum videri cuncta tolerare cui victoria debetur & pœna. Igitur quoniam res ſumma martyrium eſt, tria ſunt quæ ex eo nobis propoſuimus eſſe dicenda, quid ſit, quantum ſit, cui rei proſit. Quid eſt ergo martyrium? Delictorum finis, periculi terminus, dux ſalutis, patientiæ magiſter, domus vitæ, quo profecto etiam ea occidunt quæ in futuro diſcrimine potuiſſent tormenta reputari. Per hoc & teſtimonium nomini redditur, & majeſtas nominis [8] redampliatur; non quod per ſe ipſa minui poſſit vel de ſcelere retractantis magnitudo ejus infringi, ſed quod redundet ad gloriæ cumulum, dum [9] circumſtrepentis populi terror impavidos animos dat dolori, & minis frendentis invidiæ addit ad titulum quod tantum ſibi meus creſcat in pugna quantum ſe ille putaverit vincere per quem Chriſtus hominem voluerit coronare. Tunc ergo omne fidei robur expenditur, tunc credulitas comprobatur, cum in ſermones vulgi atque in opprobrium veneris, cumque te contra illas populares inſanias religioſa mente firmaveris, convincens ſcilicet ac repugnans quidquid ſub perſona tua in injuriam Chriſti prophanus ſermo jactaverit; ut cum adverſo mari moles oppoſita reluctatur, feriant licet fluctus, & revolutum æquor idemtidem pulſet, tamen hæret [10] immobilis virtus, nec undis circumſpumantibus adoperta ſuccumbit, donec per ſcopulos vis digeſta ſe ſupprimat, & ſuperjacens ſaxis in aperta litoris ſpatia [11] victum æquor evadat. Quid enim eſt in illis aliud quam ſermo vacuus & inane colloquium & [12] inanium voluptas prava verborum, ſicut ſcriptum eſt: *Oculos habent & non vident, aures habent & non audiunt. Gravatum eſt cor inſipiens eorum, ne quando convertantur & ſanem illos.* Non enim dubium eſt quin hoc de omnibus dixerit quorum dura mens ſemper & obſtinata pectoris feritas a devotione vitali fugata diſſentit, ducente dementia, furore rapiente, omni denique illos immanitate vexante, qua inſtigantur pariter ac feruntur; ut cum illis ad pœnam ſua facta ſufficerent, pœnam ipſam perſecutionis agitatæ crimen oneraret. Totum hoc in laudem martyrii ſpectat, totum gloriam paſſionis illuminat; in qua ſpes futuri temporis cernitur, in qua Chriſtus ipſe operatur, cujus aguntur exempla quæ petimus, cujus & virtus eſt qua repugnamus. Et quia in hoc loco aliquid proferre ſuppetit, ſumma nimirum eſt iſta atque admiranda dignatio, & quam nec mente concipere nec verbis valeamus implere. Quid enim nobis amplius potuiſſet larga pietate largiri quam ut in ſe primus oſtenderet quod in aliis coronaret? Mortalis factus eſt ut immortales eſſe poſſemus, & humanæ ſortis exitum pertulit per quem reguntur humana; atque ut nobis videretur præſtitiſſe quod paſſus eſt, confeſſionem tribuit, martyria ſubjecit, omnia denique quibus lux opprimi poſſet in remedium ſalutare nativitatis ſuæ meritis relega-

Pſ. 113. Iſa. 6.

A vit, humilitate præcipua, virtute divina. Cujus rei quique digni eſſe meruerunt morte caruerunt, omnem hanc mundi [13] teterrimam labem ſubacta mortis conditione vicerunt. Non enim dubium eſt quantum a Domino conſequantur qui ſaluti ſuæ nomen Dei prætulerunt, ut in illa judicii die meliores cruor faceret ſanguiſque ſuſus immaculatos eſſe monſtraret. Mors quippe integriorem facit vitam, mors magis deducit ad gloriam. Sic quotieſcumque lætantibus ſtipulis diſtenta imbribus frumenta turgeſcunt, ſecundæ [14] meſſes co-
B guntur æſtate, ſic quoties ferro vitis abſcinditur, erumpentibus pampinis melius uva veſtitur. Nam & in augmentum proventuri temporis cedit quidquid injuria ſua proficit. Flammas quippe plerumque agris juvit immittere quo calore vagantis incendii cæca terræ ſpiramenta laxentur. Juvit leves ſtipulas crepitanti igne torrere ut ſe altius gravida ſeges tolleret & parturientibus culmis denſior ariſta floreret. Igitur talis & martyrii primo caſus, poſtmodum fructus eſt, qui mortem tam contemnat
C ut vitam morte cuſtodiat. Quid enim tam eximium atque ſublime eſt quam inter tot [15] inſtrumenta carnificum devotione robuſta cunctam fidei reſervare virtutem? Quid tam magnum atque pulcherrimum quam inter tot circumſtantium gladios libertatis ſuæ dominum ac ſalutis auctorem repetita ſæpius voce profiteri? & maxime ſi ante oculos tuos ponas nihil deteſtabilius eſſe dedecore, nihil fœdius ſervitute, nihil aliud te debere jam petere, aliud optare quam eripiendum eſſe cladibus ſæculi, exuendum malis mundi, & inter ruinas orbis
D jam jamque perituri alienum a terrena contagione verſari? Quid enim tibi cum hac luce cui lux æterna promiſſa eſt? Quid cum hoc vitæ naturæque commercio quem cæli amplitudo depoſcit? Sane teneat cupiditas iſta vivendi, ſed quos inexpiabili malo ſæviens ignis æterna ſcelerum ultione torquebit. Teneat cupiditas iſta vivendi, ſed quibus & mori pœna eſt & durare tormentum. Tibi jam & mundus ipſe ſuccumbit & terra cedit, qui morientibus cunctis ad hoc reſervatus es ut martyr
E eſſe potuiſſes. An non quotidiana cernimus funera, cernimus [16] novos exitus corporis diu tracti, ſævientibus morbis inexpertæ cujuſdam cladis exitia, ac ſtragem populatarum urbium intuemur unde poſſimus agnoſcere quanta martyrii habenda ſit dignitas, ad cujus gloriam nos cogere etiam [17] lues cœpit. Etenim, cariſſimi fratres, reſpicite ad hoc quæſo vos plenius in quo & ſalus vertitur & ſublimitas computatur, licet non ſim neſcius etiam vos pleniſſime noſſe [18] ſtantium omnium nos judiciis contineri neque ignorare hanc eſſe nobis tra-
F ditam diſciplinam ut ſine ullo terrore militiæ vim tanti nominis tueamur; quippe quos pridem a deſiderio lucis iſtius cupiditas æternæ memoriæ deduxerit quos futurorum vota divellerint, quoſque ab omnibus vitiis optanda Chriſti ſocietas ſegregarit, niſi ſi exitio ſuccumbere, morti animam dubitamus offerre, nec jam retinenda ſunt nobis & amplectenda beneficia divina quorum ultra rerum ardorem tanta ſit merces quantum in dicendo humana mediocritas vix poſſit implere. *Sanguini* noſtro

ſtro patet cælum , ſanguini noſtro gehennæ A
cedit habitaculum , & [19] inter omnia gloriæ
pulcrior ſanguinis titulus & integrior corona
ſignatur . Sic quoties de hoſte triumphalibus
ſpoliis onuſtus miles ingreditur , vulneribus
ſuis gaudet . Sic quoties tempeſtatibus diu nauta fatigatus litora tuta contigerit , felicitatem
ſuam de perpeſſo periculo ducit . Eſt enim
profecto , niſi fallor , labor lætus per quem
ſecuritas invenitur . Igitur toleranda ſunt omnia , patienda cuncta , nec appetendum quomodo brevi gaudeas tempore & perpetuo pu- B
niaris ardore . Meminiſſe enim debes velut quadam te fœderis pactione conſtrictum , ex qua
aut capeſſendæ ſalutis ſit juſta conditio , aut
pœnæ merita formidoloſitas , inter adverſa pariter ac proſpera , arma inter & tela ; hincque
te ſæcularis ambitio , inde cæleſtis admonet magnitudo . Si ſalutem times perdere , ſcito te
mori poſſe . Porro autem contemnenda tibi
mors eſt , cui Chriſtus occiſus eſt . Ante oculos tibi quæſo concurrant [20] dominicæ paſſionis
exempla , concurrant oblata & præmia & parata diſcrimina , & quantam inter ſe habeant dif- C
ficultatem res utraſque conſpicito . Nec enim
poteris confiteri niſi ſcias quantum noceas , ſi
negaveris . Cælo martyres gaudent , veritatis
inimicos ignis abſumet . Paradiſus Dei teſtibus
floret , negatores gehenna complexa æternus ignis inardeſcet . Et ut de ceteris taceam , hoc
nos utique magis debet hortari quod confeſſio
vocis unius Chriſti perpetua confeſſione ſerve-
Matt. 10. tur , ſicut ſcriptum eſt : *Qui me confeſſus fuerit
in terris coram hominibus , & ego confitebor eum coram patre meo & coram angelis ejus* . Adhuc ac- D
cedunt ad gloriæ cumulum ornaments virtu-
Luc. 12. tum . Ait enim : *Fulgebunt juſti tamquam ſcintillæ in arundineto diſcurrentes , judicabunt nationes ,
& dominabuntur populis* . Magna eſt enim , fratres cariſſimi , claritas vitam ſalutis æternæ honeſtate paſſionis ornare , magna ſublimitas ante ora Domini aſpectumque Chriſti poteſtatis
humanæ tormenta contemnere nec horrere . Sic
Dan. 14. Daniel minas regis & leonum frementium rabiem per conſtantiam fidei ſuæ vicit , dum adorandum nullum alium eſſe quam Deum credi-
Dan. 3. dit . Sic in camino pueris conſtitutis in ſe arſit E
incendium , dum ignes juſti tolerant quos de
gehenna Domino credendo metuebant . Unde &
retulere condigna , non in poſterum tracti , non
ſalutis æternæ præmio reſervati . Fidem illorum
Deus vidit , ut quod ſibi poſt exitum promiſerant videre mererentur in corpore . Nec enim
poterit æſtimari quanta in præſenti tribulatione ſit merces , ſi ſævitia fugit , ſi ceſſit flamma . Erat enim una mens omnibus , quam nec
violentia frangeret , nec ira ſubverteret , nec a
devotionis obſequio timor mortis inhiberet . F
Unde per gratiam Domini factum eſt ut ſic in
illis rex potius videretur punitus eſſe dum evadunt quos ſe crediderat [21] occidere . Nunc jam ad
eam rem , fratres cariſſimi , veniam ex qua oſtendere ſatis poſſim quanta martyrii virtus habeatur ; quæ tametſi omnibus eſt nota proque
ingenitæ claritatis inſignibus expetenda , tamen plus addidit neceſſitas temporis deſiderio
voluntatis . Etenim eſt in muneribus magnis ,
ſi eo tempore quis coronetur quo coronatum
ſe putat , ſi forte moriatur . Igitur cum ſit ſu-

A blime excelſumque martyrium , [22] nunc magis
eſt neceſſarium quando mundus ipſe ſubvertitur , partimque orbe concuſſo natura deficiens
ultimi exitus momenta teſtatur . Nam & cum
cælo imber incumbit , pluviam triſtem aer prætendit , & quoties atra tempeſtas horrenti imminet pelago , per inter aperta nubium nocte
coruſcantium fulmina reluceſcunt ; ſed & cum
mare magnis fluctibus volvitur , paulatim unda
ſe tollit , paulatimque æquor albeſcit donec
cernas ita poſtmodum ruere ut in illis quibus
B retunditur ſaxis ſpumam altius jaciat quam undam tumidum pelagus exſpuebat . Legis ſcriptum eſſe uſque quadrantem nos ultimum red- Matt. 5.
dere . Sed ſolis hæc pars eſt ablata martyribus .
Etenim qui ſalutis æternæ cupiditatibus freti
vitæ hujuſce deſideria vicerunt , hos expertes
doloris univerſi [23] Domini præcepta fecerunt .
Igitur hinc primum , cariſſimi fratres , poterimus [24] exponere quanta martyrii virtus poſſit
implere . Atque ut tranſeam cuncta , meminiſſe debemus quanta ſit gloria ad Chriſtum immaculatum venire , conſortem paſſionis exſiſte-
C re , perpetuaque cum Domino æternitate regnare , carere exitiis imminentibus ſæculi , nec
inter cruentam morborum [25] populantium ſtragem communi cum ceteris ſorte miſceri . Atque ut ſileam de corona , ſi tibi in his naturæ
lubricis malis poſito vitæ promitteretur exceſſus , nonne omni mente gauderes ? Si inquam
te in hujus mundi turbinibus fluctuantem vicina arceſſeret requies , nonne mortem pro remedio computares ? Poſitus inter arma carnificum ac tela probantium quæſtionum , ſtans ſu-
D blimis ac fortis , conſiderans quanta ſit pœna
negare eo tempore quo frui ſæculo nequeas ,
cujus cauſa negares : quoniam quidem gravia
tormenta ac puniendi noxias artes in perniciem noſtram Dominus ſciebat armari , quo
fortes ad omnem tolerantiam faceret . *Fili* , Eccleſ. 2.
inquit , *accedens ad ſervitutem Dei , ſta in juſtitia & timore , & præpara animam tuam ad tentationem* . Sed & beatiſſimus Paulus apoſtolus
exclamavit & dixit : *Mihi vivere Chriſtus eſt &* Philip. 1.
mori lucrum . Quamobrem , cariſſimi fratres , fide firma , devotione robuſta , contra minas ſæ-
E culi atroces & aſperos inſequentium fremitus
adverſa virtute reſiſtendum eſt nec timendum ,
quorum ſpes æternitatis & vita cæleſtis eſt ,
quorumque ardor in cupidinem lucis accenditur , & ſalus de promiſſis immortalitate lætatur . Hoc vero quod catenis artantibus manus
ſtrictæ & circumacti graves cervicibus nexus ſolido deprimunt pondere , vel quod eculeo corpus extenſum candentes ſtridet ad laminas ,
non expetendi ſanguinis ſed tentationis eſt
cauſa . Nam & ipſam martyrii dignitatem quem-
F admodum poſſemus agnoſcere niſi illam etiam
cum damno corporis noſtri cogeremur optare ?
Senſi equidem , nec me veritas fallit , cum ſævæ incumbentium manus membra divellerent ,
artuſque laniatos tortor ſæviens exararet , nec
tamen vinceret , circumſtantium verbis , magnum iſtud eſt profecto neſcio quod , non doloribus ſubigi , non pœnis angentibus frangi .
Sed erant aliæ dicentium voces ; & puto liberos habet . Nam eſt illi [26] ſocia in penatibus
conjux ; & tamen nec vinculo pignorum cedit ,
nec obſequio pietatis abductus a propoſito ſuo
deficit .

deficit. Noſcenda res eſt & virtus penitus ſcru- A
tanda viſceribus. Nec enim levia eſt iſta quæ-
cumque confeſſio propter quam homo patitur,
& mori poſſe. Etenim, cariſſimi fratres, vir-
tus eſt tanta martyrii ut per illam credere e-
siam ille cogatur qui te voluit occidere. Scri-
Eccli. 3. ptum eſt & legimus: *In dolore ſuſtine, & in*
humilitate tua habe patientiam, quoniam per ignem
probatur aurum & argentum. Quoniam ergo nos
serrenis tentationibus probat Dominus, & his
ſæculi malis ſcrutator Chriſtus expendit, gra-
tulandnm nobis eſt atque lætandum quod non B
illis nos perennibus reſervet exitiis, ſed gau-
deat ab omni contagione purgatos. Ceterum ab
his quos hereditatis participes adſciſcit & in re-
gna cælorum libenter adſumit quid utique alind
quam insegritatis ambitum quærit? Sua ipſe
dixit univerſa, & quæ jacentibus ſe explicant
campis, & quæ in obliqnos ſe erigunt colles,
ſed & qnod cæli magnitudo circumvenit, &
qnod pelago circumfluente lubricum æquor in-
cludit. Quod ſi illi adjacent omnia, nec a no-
bis expoſcit niſi facta ſincera, auro, us ipſe
dixit, ſimiles eſſe debemus. Aurum qnippe C
cum relucentibus terris tremulo videris ſplende-
re ſub lumine & in liquidum flammis torren-
tibus reſolvi, nam & artificis gratia fere ſic
eſt, caminis quoties anhelantibus æſtuans ignis
evomitur, aditu terræ canali anguſto dives
flamma elicitur; & refluentibus glebis arena
retinetur. Unde neceſſe eſt univerſa ſufferre,
quo poſſimus omni ſcelere carere, ſicut per
Sap. 3. prophetam ſuum dixit: *Etſi coram hominibus*
tormenta paſſi ſunt, tamen ſpes illorum immortali-
tate plena eſt, & vexati in paucis, in multis be- D
ne diſponentur, quoniam Deus tentavit illos, &
invenit illos dignos ſe, & quaſi holocauſti hoſtiam
accepit illos. Quod ſi te dignitas ambitioſa de-
serret, & congeſta in theſauris pecuniæ ma-
gnitudo admonet, quæ ſemper propoſitum bo-
næ mentis avertis, & devutam Domino ſuo
animam furiali agit horrore, quæſo repetas
verba cæleſtia. Nam & ipſa vox dicentis eſt
Matt. 10. & 16. Chriſti: *Qui perdiderit animam ſuam pro nomine*
meo, recipiet in hoc ſæculo centuplum, & in futu-
ro vitam æternam poſſidebit. qua utique nihil
majus, nihil utilins computare debemus. Nam E
licet pretioſarum veſtinm more [17] purpura in
imagines currat, & lenteſcentibus filis aurum
erret ad ſpeciem, nec de effuſſis gravia quibus
incumbis deſint metalla theſauris, vacua ta-
men, niſi ſallor, iſta atque inania computa-
buntur, ſi adjacentibus tibi cunctis, ſola ſalus
deeſſe videatur, ſicut ſpiritus ſanctus loquitur
nihil nos in vicem animæ noſtræ poſſe dare.
Matt. 56. Ait enim: *Si totum orbem lucrifeceris, & ani-*
mam tuam perdideris, quid proderit tibi, aut
quam homo commutationem dabit pro anima ſua? F
Vacua ſunt enim univerſa quæ cernimus, &
quæ infirmis radicibus poſita ſoliditatis ſuæ vim
nequeant ſuſtinere. Nam quod de ſæculu ca-
pitur, vetuſtate temporis fruſtratur. Unde ne
qnid eſſet dulce vel carum quod ſalutis æternæ
præferri cupiditatibus poſſit, dominicis ampu-
tata præceptis, jure proprio ac lege privata
ſunt, ne in tormentis ſcilicet patrem poſitum
filius rangeret, neve obſtrictum durasi roboris
pectus in aliam voluntatem affectus mutaret.
Solam veritatem ſalutemque ſolam inter ma-
gnos complectendam eſſe cruciatus ſuo Chriſtus
jure conſtituit, in quo conjux & liberi & ne-
potes, in quo omnis viſcerum ſoboles ſelici
uſurpanda victoria eſt. Nam & Abraham ſic
Deo placuit; qui tentatus a Deo, & filio ſuo
non pepercit; pro quo ignoſci forſitan poſſet,
ſi illum dubitaſſet occidere. Armavit manus re-
ligioſa devotio, & omnes pietatis affectus Do-
mini jubentis imperio pietas paterna neglexit.
Nec horruis quod nati funderet ſanguinem,
nec intremuit ad vocem; & adhuc pro eo Chri-
ſtus non fuerat occiſus. Quid enim carius eo
qui ne quid invitus hodie ſuſtineres, prius paſ-
ſus eſt quod doceret? Quid eo dulcius, qui
cum ipſe ſit Deus noſter & Dominus, tamen
patientem pru ſe hominem regni cæleſtis efficit
coheredem? O grande neſcio quid, ſive quia
illud conſcientiæ ratio vix ſuſtinet capere, quam-
vis magna ſemper miretur ad munera, ſive quia
tam larga eſt majeſtas Dei nt inſperansibus cun-
ctis etiam ea offerat quæ nobis contemplatione
ſactorum neſas fuerat uptare. Etenim ſi tan-
tum ſalus daretur æterna, pro ipſa perpetuita-
te vivendi haberemus in gratia. At nunc cum
cælum & judicandi de ceteris ſacultatem peren-
ni ſæculo largiatur, quid eſt in quo non ſe
parem his umnibus poſſit humana mediocritas
experiri? Si injuriis ageris, priur actus eſt il-
le. Si contumeliis premeris, Dei munus imi-
taris. Unde & parum eſt quidquid pertuleris
pro eo, qui nihil amplius putes ſacere, niſi
quod in hoc ſalus univerſa conſiſtit, qnia mar-
syrio sutum ille promiſit. Denique apoſtolus,
cui cordi fuere ſemper univerſa, cum inſtar
munerum prumiſſurum penitus miraretur, *Æ-* Rom. 8.
ſtimo, inquit, *non eſſe condignas paſſiones hujus*
temporis ad ſuperventuram claritatem quæ revela-
bitur in nobis. Etenim ſecum ipſe volvebat quan-
tæ mercedis exſiſteret ut ei cui ſufficeret morte
carere nun tantum ſalutis daretur præmium,
ſed & conſcendere cælum, cælum quod nec fu-
gata lnx cogit in noctem, nec alternis vicibus
dies aperit in lucem, ſed aeris liquidi ſerena
temperies per ſudum igneo fulgure rutilantem
puram explicat claritatem. Jam ſupereſt, ca-
riſſimi fratres, ut debeamus oſtendere cui rei
martyrium proſit, atque nt illud profecto do-
ceamus quod nus ad hunc gluriæ titulum me-
tus excitet futurorum. Etenim quibus magna
promiſſa ſunt, magia magna ſunt quæ metuen-
da illis eſſe videantur. Nam nec ſe in arma
miles accendit priuſquam inimica hoſtes tela
commoverins. Nec navem aliquis ſtatione ſub-
ducit niſi animum pelagi pavor ſtrinxerit. Sed
& intentans ſuis opibus ſcrutaror agricola non
ante ſelici terram ſuſtitat vomere quam in pul-
verem imbre concepto putris gleba ſolvatur.
Ita eſt omnis naturalis hic uſus, neſcire qnid
proſit niſi agnoveris quod occidit. Unde & da-
tur ſanctis omnibus præmium dum infliguntur
injuſtis tormenta ſactorum. Igitur quæ ſuis pro-
miſerit Dominus nemini qui neſciat dubium,
ſed nec dubium quantos minetur ignes ſuppli-
ciorum. Et quoniam ita ſe aſtulit ſermo ut de
utriſque habeatur ratio, paucis, ut de utriſque
dixi, breviter exponam. Sæviens locus, [18] cui
gehenna nomen eſt, magnu plangentium mur-
mure & gemitu & [19] eructantibus flammis per
horrendam ſpiſſæ noctis caliginem ſæva ſemper
inten-

incendia camini fumantis exſpirat, globus ignium artatus obſtruitur & in varios pœnæ exitus relaxatur. Tunc ſæviendi plurima genera dnm in ſe ipſe convolvit quidqnid ardoris emiſſi edax flamma cruciarit. Hos quibus recuſata vox Domini & imperia fuere contemta diſparibus coercet exitiis; proque merito ſalutis exactæ vires ſuas ſuggerit, dum par ſceleri diſcrimen imponit. [10] Et alios quidem moles intolerabilis curvat, alios per abruptum clivoſi tramitis collem vis ſæva præcipitat, & catenarum ſtridentium nexum grave pondus inclinat. Sunt & quos agens ſtrictim rota & indeſeſſa vertigo, & quos tenaci inter ſe denſitate conſtrictos adhærens corpori corpus includit, ut & abſumat incendium, & gravet ferrum, & ſe cruciet turba multorum. Quibus autem inquiſitus ſemper fuit Deus aut notus, numquam excidit Chriſti locus; ubi jacet gratia, ubi virentibus campis terra luxurians alumno ſe induit gramine, & redolente paſcitur flore; ubi altum nemora tolluntur in verticem, & ubi denſior arborem coma veſtit quidqnid curvantibus ramis ſcena dejiciens inumbrarit. Omnia illic non frigoris, nec ardoris, nec ut in autumno arva requieſcant, aut iterum vere novo tellus fecunda parturiat. Unius cuncta ſunt temporis, unius poma feruntur æſtatis; quippe cum nec menſibus ſuis tunc luna deſerviat, nec per horarum ſol momenta decurrat, aut in noctem lux fugata concedat. Habet populos qnies læta, ſedes tenet placida, ubi fons ſcaturiens medius ſinu alvei prorumpentis emergit, & rauco per intervalla circuitu ſinuoſis flexibus labitur, ut in ora naſcentium ſibi fluminum dividatur. Hinc ergo magna laus martyrum, hinc nobilis corona victorum, quibus majora his repromiſſa ſnnt, quibus auctiora ſunt præmia. Quod vero vel feris corpus objicitur, vel imminens gladius non timetur, dignationis oſtenditur ratio, manifeſtatur electio. Etenim incongruens fuerat ut quem æqunm tanti muneris judicaſſet, inter terrena vitia ſordeſque retineret. Merito enim [11] nihil vobis, o boni martyres, denegatum, quos ſpes æternitatis alit & lucis, quorumqne devotio univerſa & mens cæleſti dedita cernitur ſervituti. Merito inquam, merito nihil vobis velle non licitum, quorum animo deſpectus hic mundus & alienata ſæculi facies velut confuſa tenebrarum inhorruit cæcitas, cui eſt ſemper hic mundus loco carceris, tecta pro clauſtris, in vita ſemper habita commeatus. Sic quippe triumphante victoria de his malis rapitur quem non pompatico greſſu vana ſubjecit ambitio, aut popularis extulit magnitudo, ſed quem cæleſti cupiditate flagrantem ſuo Chriſtus addidit regno. Nihil itaque tam magnum atque venerandum quam quod liberat a morte & facit vivere & dat perpetuo regnare. Sanctis Dei hoc aptum, miſeris neceſſarium, omnibus gratum, quo lætantur boni, relevantur abjecti, coronantur electi. Etenim Deus omnium cultor velut quoddam martyrio remedium vitæ dedit quando aliis illud pro merito eorum tribuit, aliis pro miſericordia ſua tradidit. Vidimus quippe ad hunc nominis titulum fide nobiles veniſſe pleroſque ut devotionis obſequium mors honeſtaret. Sed & alios frequenter aſpeximus

A interritos ſtetiſſe, ut admiſſa peccata redimentes, cruore ſuo loti haberentur in ſanguine, & reviviſcerent interempti qui viventes computabantur occiſi. Mors quippe integriorem facit vitam, mors amiſſam invenit gloriam. Nam hoc ſpes jam amiſſa percipitur, hoc ſalus cuncta reparatur. Sic cum arentibus campis ſementa defecerint, & herbis terra morientibus æſtuarit, ſupinis e collibus fluvium juvit elicere & ſcaturientibus rivis arva ſitientia temperare, quo ſe in uberes culmos victa agri jejunitas funderet, & pluviali imbre mentito ſeges denſior B inhorreret. Quid igitur, fratres cariſſimi, potiſſimum referam, quidve dicam? Sic in unum convenientibus titulis dignitatis, turbatur animus, deducitur ſenſus, & in ipſo conatu nitentis eloquii impar ſermo vaneſcit. Quid enim eſt dici quod ſatis eſſe poſſit, cum ſi vim æternæ ſalutis expreſſeris, occurrat ambitio, ſi ambitum dixeris, præveniat magnitudo? Res ſimulque congruunt ſimulque concurrunt; nec eſt quod dignum proferendum eſſe videatur. Ita impetus orationis audentis velut implicitos C irretitoſque obviam ex adverſo martyrii exempla tenuerunt. Quæ vox, quæ latera, quæ vires inſtar muneris tanti capiant ſuſtinere? Confeſſione vocis unius adverſa ſuccumbunt, læta proveniunt, patent regna, parantur imperia, devincitur pœna, mors ſubigitur, vita profertur, & infeſtantis inimici repugnantia arma ſolvuntur. Si delictum eſt, occidit; ſi crimen, abſiſtit. Unde, quæſo vos, veſtris hoc mentibus ponderate, tantumque de noſtra oratione percipite quantum ſciatis vos poſſe ſentire. Veniat ante oculos veſtros qui dies ille ſit D cum ſpectante populo, atque intuentibus cunctis, contra terrenas cruces & minas ſæculi inconcuſſa devotio reluctetur, quam ſuſpenſi animi menteſque ſollicitæ de ancipiti trepidatione, gratulantium formidinis pavidæ quatiantur horrore, quæ illic anxietas, quæ exoptatio precum, quæ vota memorentur, cum adhuc nutante victoria, atque in incertos exitus caſu victrix capiti corona dependeat, cumque illa peſtilens ac furibunda confeſſio accendatur ira, inflammetur inſania, omni denique pecto- E ris rabie ac minis frendentibus torreatur. Etenim quantum hoc ſit quis ignorat, ut non doloribus vulnerum, non ictibus quæſtionum, velut deſpecta noſtra fragilitas & humanæ virtutis inopinata cedat audacia, ſtare hominem nec moveri, torqueri nec tamen vinci, ſed pœna ipſa potius qua cruciatus armari. Conſiderate quid ſit, cariſſimi fratres, omnem martyrii firmitatem ſenſibus veſtris animiſque proponite. Ecce enim in paſſione cujuslibet vocati gaudent jampridem acciti e ſæculo martyres, gaudent bonorum omnium nuntii, gaudent F pariter electi. Ibi lætatur milite ſuo Dominus, lætatur teſte nominis ſui Chriſtus. Parum eſt quod dico, fratres cariſſimi, parum eſt. Ita magna mihi ratio in hoc genere dicendi ac moles admiranda ſuſcepta eſt; ſed arbitrii, quæſo vos, gravitas ab intentione propria non deſit, ſciens tantum de martyrio poſſe dici quantum potuerit æſtimari. Unde & hæc ſola exſequendæ laudis fuit cauſa, non quo parem me gloriæ ejus atque idoneum judicarem, ſed quod tantam in illo cernerem eſſe virtutem ut etſi

parum

parum de eo dicerem, plurimum me dixiſſe profiterer. Nam præferatur licet bono fidei cuſtodita juſtitia, melioremque ſe inter omnium laudes virginitas immaculata cognoſcat, cedat tamen neceſſe eſt ſanguini ſummittaturque cruori. Illi elegerunt bonum, hi imitati ſunt Chriſtum. Nunc vero, cariſſimi fratres, ne quis me arbitretur omnem ſalutem non alio ſtatu quam in martyrio collocaſſe, hoc primo profecto reſpiciat, neque me tantum eſſe qui loqui videor, neque ita ſe habere ordinem rerum ut immortalitatis ſpes repromiſſa unius partis latere nitatur. Sed quoniam ita Dominus ſuo ore teſtatus eſt, *Joa. 14.* eſſe habitacula penes patrem multa, nihil majus credidi ea gloria qua probantur hic homines qui ſæculari indigni ſunt vita. Igitur, cariſſimi fratres, æmula religione certantes, velut incentivo quodam mercedis agitati, omnem virium copiam tolerantiamque ſubeamus. Non enim movere nos debent caduca, quæ ſemper in everſionem ſuam, non modo lege propoſita, ſed etiam ipſo fine temporis urgentur. Exclamat Joannes & dicit, *Joa. 12.* *Jam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt*, monſtrans ſcilicet & oſtendens ultimam eſſe rerum omnium ſenectutem. Sed & ipſe Dominus: *Matt. 3.* *Ambulate*, inquit, *dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant*. Quod ſi illo tempore ambulandum nobis eſſe prædixit, utique ut nos magis ambularemus oſtendit. Atque ut ad laudem martyrii redeam, vox eſt beatiſſimi Pauli dicentis: *1. Cor. 9.* *Neſcitis quoniam qui in agone currunt, multi certant, unus autem accipit palmam? Vos autem ſic currite ut omnes comprehendatis*. Sed & alibi, quod ad martyrium poſſit hortari, coheredes nos Chriſti vocavit. *Coloſſ. 2.* Quin etiam ne quid omitteret, *Si cum Chriſto*, inquit, *commortui eſtis, quid tamquam viventes in hoc ſæculo decernitis?* Etenim, cariſſimi fratres, qui reſurrectionis præmia ſuſtinemus, qui judicii diem quærimus, qui denique regnaturos nos eſſe cum Chriſto confidimus, ſæculo mortui eſſe debemus. Nam nec poteris optare martyrium, niſi ante oderis ſæculum, nec pervenire ad Dei præmium, niſi amaveris Chriſtum. Qui autem amat Chriſtum, non amat ſæculum. Chriſtus enim abjectus eſt ſæculo, ſicut & ſæculum Chriſto, ut ſcriptum eſt: *Gal. 6.* *Mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo*. Nemini amabilis ſuit mundus quem non ante damnaverit Dominus, nec ſalute potuit frui æterna qui mundi gloriatus eſt vita. Vox eſt iſta *Matt. 10* Chriſti dicentis: *Qui in hoc ſæculo amaverit animam ſuam, in futuro perdet illam; qui autem in hoc ſæculo oderit illam, in futuro inveniet eam*. *1. Cor. 6.* Sed & apoſtolus Paulus: *Imitatores*, inquit, *mei eſtote, ſicut & ego Chriſti*. Et alibi ipſe: *Volo vos omnes*, ait, *ſi fieri poteſt, imitatores meos eſſe*. Dixit hoc ille qui paſſus eſt, & qui

A ad hoc paſſus eſt ut imitaretur Dominum, utique & nos ad hoc voluit pati ut per ipſum imitaremur Chriſtum. Si juſtus es & Deo credis, quid pro eo ſanguinem ſundere metuis quem pro te toties paſſum eſſe cognoſcis? In Eſaia ſectus, in Abel occiſus, in Iſaac immolatus, in Joſeph venumdatus, in homine crucifixus eſt. Et de ceteris quidem taceo, quæ nec oratio poteſt dicere nec animus ſuſtinere. Vincitur conſcientia humilitatis exemplo; & quanta conſiderat quæ dum pateretur acciderint, miratur paſſum propter quem cuncta trepidarint. B Dies ſugit in noctem, in tenebras lux cuncta conceſſit, atque inclinato per alternas vices pondere, omnis terra commota diſſiluit, turbati manes, monumenta nudata ſunt, & ſepulcris in hiatum dehiſcentibus terræ, reddita luci corpora reſtiterunt, fluxu ſanguinis mundus intremuit, ſciſſa quæ foribus dependebant vela, templum omne mugiit. Unde magnum eſt imitari eum qui moriendo arguit ſæculum. Igitur cum ad exemplum dominicæ paſſionis atque ad omne teſtimonium C Chriſti animam tuam ponas nec ſundere ſanguinem metuas, martyrio totum neceſſe eſt cedat. Martyrii inæſtimabilis gloria, infinita menſura, immaculata victoria, inæſtimabilis titulus, triumphus immenſus; quippe qui & propria confitentis laude præfertur, velut ſocio Chriſti cruore decoratur. Itaque, cariſſimi fratres, licet ſit hoc totum dominicæ promiſſionis & muneris, licetque tribuatur ex alto, nec capiatur niſi ejus imperio, ſed nec aut mente concipi aut exprimi verbis aut oratione percurri aut quibuslibet eloquentiæ viribus poſ- D ſit impleri, tamen erit hoc benivolentiæ veſtræ, erit caritatis & amoris, ſi volueritis noſtri memores eſſe cum in vobis Dominus martyrium cœperit honorare. Vos intra ſe ſanctum illud altare, vos intra ſe magna illa venerandi nominis ſedes, veluti ſinu quodam gremii amplectentis includit, vos imperia perennis temporis ſuſtinent, & illud quo regnaturi ſemper eſtis ſemperque victuri. O beati & quibus vere dimiſſa ſunt peccata; ſi tamen qui Chriſti compares eſtis, aliquando peccaſtis. O beati quos a E primordio mundi Domini ſanguis inſecit, & quos merito ſplendor iſte nivei amictus induerit, & candor ſtolæ ambientis ornarit. Videor denique ipſe mihi jam cernere proque arbitrio mentis humanæ ante oculos & aſpectum divinum illud mihi & inſigne concurrit, videor inquam mihi jam cernere ut ille vere nobilis numerus Chriſti ſui gloriam iterque comitetur. Ibit ante ora ejus felix caterva victorum, & ſe denſantibus turmis, velut ſolis exortu totum illuminatum agmen inferet poteſtatem. Et utinam perabjecto mihi iſtud videre contingat. Sed hoc Dominus poterit efficere quod vobis petentibus creditur non negare.

NOTÆ AD LIBRUM DE LAUDE MARTYRII.

a HIc liber editus fuit ab Eraſmo ex codice Gemblacenſi admodum mendoſo. Ait autem Eraſmus in annotationibus ſuis neminem fore tam obeſæ naris quin illico ſenſurus ſit ſtilum hujus operis longe lateque diſcrepare a dictione Cypriani. Contra Baronius cenſet eſſe Cypriani, & opinionem Eraſmi de diverſitate ſtili convellit argumento ſuſcepto ex libro quarto ſancti Auguſtini de doctrina Chriſtiana, ex quo collegit Cyprianum non ſemper ſervare idem dicendi genus, nempe interdum ſublime ſectari & verborum exuberantia copioſum eſſe, aliquando vero humili atque ſubmiſſo dicendi genere. Quod verum eſt. Bellarminus quoque exiſtimat eſſe Cypriani. Aliqui colligunt hoc opus non eſſe Cypriani, quod directum ſit ad Moyſem & Maximum, & quod conſtet Moyſem mortuum eſſe ante electionem papæ Cornelii, adeoque ante luem & peſtem quæ univerſum orbem depaſta eſt anno 252. cujus occaſione Cyprianus ſcripſit librum de Mortalita-

te. Ve-

te. Verum iſta argumentatio nullius eſt momenti. Habemus enim plurimos codices optimos & vetuſtiſſimos in quibus nulla mentio Moyſis & Maximi, & in titulo libri ſcriptum eſt ſimpliciter *Incipit de laude martyrii*, vel aliquid ſimile. Moyſis ergo & Maximi nomina adjecta ſunt ab aliquo ſtudioſo, qui intelligens ex verbis iſtius libri opus eſſe directum ad confeſſores, ſibi perſuaſit eos non eſſe alios quam Moyſem & Maximum & ceteros confeſſores ad quos epiſtolæ xv. & xxiv. ſunt directæ. Adde in favorem hujus operis, illud ubique in omnibus codicibus antiquis reperiri conſtanter inter ea opera ſancti Cypriani, quæ nullam habent difficultatem quin ſint Cypriani. Ejus præterea varia loca deſcripſit Florus diaconus eccleſiæ Lugdunenſis in excerptis ſuis ex operibus ſancti Cypriani, in quibus nulla loca refert quæ non ſint vere Cypriani. Nam quod ad ſtilum ſpectat, poſſum ego eodem argumentandi genere uti quo uſus eſt vir doctiſſimus Jacobus Billius, ut aſſereret Gregorio Thaumaturgo metaphraſim in Eccleſiaſtem, quamquam reclamante ſtilo, quia inter germana ipſius opera reperiebatur in codice reginæ litteris capitalibus ſcripto ac Gregorii antiquitatem propemodum æquante, id quod magni apud ſe momenti eſſe ait. Ita quoque ego dicere poſſum de libro de Laude martyrii, qui exſtat in codice Seguieriano ſcripto litteris majuſculis ante mille annos. Habui autem ſexdecim vetera illius exemplaria ad quæ illum emendavi. Non afferam autem varias illorum lectiones. Quaſdam tantum annotabo quæ mihi videntur eſſe alicujus momenti. Illud autem in primis monebo, neſcire me quo fato evenerit ut magna pars iſtius operis omiſſa ſit in codice Thuano & in Metenſi ſancti Arnulphi, in quibus poſt illa verba in pagina 615. *oneratur facultas* multa deſunt omiſſa a librariis uſque ad hæc in pag. 617. *ſumma nimirum*. Rurſum eodem errore in pagina 623. poſt *coronantur electi*, cetera deſunt omiſſa ſimiliter a librariis, & illic, ut id quoque dicam, legitur in codicibus illis *curantur* pro *coronantur*.

2 *Animum*] Codex ſancti Arnulphi & Thuanus habent *animi mei deliberatione*. Sic etiam codex S. Dionyſii Rem. niſi quod librario excedit vox *mei*. Nicolaus Faber ita etiam emendavit in libro ſuo impreſſo, in quo annotavit varias lectiones ex codicibus mſſ.

3 *In eis. facultas*] Ita editio Manutii. Nam antea legebatur *fides*, quam lectionem habent etiam quidam libri veteres.

4 *Oratione munita*] Ita veteres editiones & plures libri veteres. Remenſis habet *orationem muniat ac vage*.

5 *Formido*] Non quæ terreat, ſed quæ proficiſcitur ex reverentia qua proſequimur eos quos veremur & honoramus, ut dixi ad librum primum teſtimoniorum cap. 81. in voce *formidoloſi*.

6 *Vita & fidei*] Quidam libri veteres non habent *vita &*.

7 *Relegatis*] Quidam libri veteres habent *debellatis*, alii *revelatis*.

8 *Redampliatur*] Id eſt augetur.

9 *Circumſt. populi*] Vide ſupra pag. 189.

10 *Immob. virtus*] Vox *virtus*, quæ non eſt neceſſaria, deeſt in quibuſdam libris veteribus. Et pronum eſt exiſtimare vocem *immobilis* referri ad molem.

11 *Victum æquor*] Quidam libri *ictum*, unus meus *ipſum*.

12 *Inanium*] Quinque libri veteres *alienati animi*.

13 *Teter. labem*] Codex ſancti Arnulphi & Thuanus *deterrimam*. Nicolaus Faber poſuit in ſuo libro *deterrima*, quo etiam modo ſcriptum eſt in codice ſancti Dionyſii Remenſis.

14 *Meſſes coguntur*] Quatuor libri veteres *coquuntur*.

15 *Inſtrumenta*] Codex ſancti Arnulphi *ſtrumenta*. Vide ſupra pag. 203.

16 *Novos exitus*] Duo libri veteres & editio Morellii, *exitus diverſos factis & ſævientibus*.

17 *Lues cæpit*] In quibuſdam libris veteribus ſcriptum eſt *eæperit*. Reſpicit autem auctor ad luem & peſtem quæ tunc depaſta eſt orbem, cujus occaſione Cyprianus ſcripſit librum de Mortalitate.

18 *Stantium*] Codex ſancti Arnulphi & Thuanus *ſtatu*.

19 *Inter o. gloria*] Codex ſancti Arnulphi, *inter omnia gloriarum*. Sic etiam Thuanus, niſi quod habet *omnium*.

20 *Dom. paſſionis*] Iidem codices *promiſſionis*.

21 *Occidere*] Iidem codices & quidam alii *occidiſſe*.

22 *Nunc magis*] Codices ſancti Arnulphi & Thuanus, *nonne magis*.

23 *Domini præcepta*] Tres libri veteres *promiſſa*.

24 *Expavere*] Codex ſancti Arnulphi *expendere*.

25 *Populantium*] Male *vapulantium* in codice ſancti Arnulphi.

26 *Socia in penatib.*] Editio Eraſmi & quidam libri veteres præferunt *ſocietas*.

27 *Purpura in imag.*] Iſta explicare videtur Tertullianus in libro de Pudicitia, ubi agit de veſtibus purpura oculandis.

28 *Cui gehenna nomen*] Gehennæ deſcriptio exſtat in libro ad Demetrianum.

29 *Ereſt. flammis*] Supra epiſt. 15. *in Domini area conſtituti, exuri paleas inexſtinguibili igne conſpicitis*. Epiſt. 55. *cum in tormentis cruciabundus flamma cremantis ardoribus aduretur*. Epiſt. 56. *perſecutores noſtri flammæ pœnalis perpetuo ardore flammare*. Ad Demetrianum pag. 441. *Cremabit addictos ardens ſemper gehenna & vivacibus flammis vorax pœna*. Vide Arnobium lib. 2. & Lactantium lib. 7. cap. 26.

30 *Et alios quidem*] Iſtic inſtituit enumerationem tormentorum quibus in tartaro cruciantur damnati; idque facit eo ferme modo quo Gentiles pœnas ſui tartari exprimebant. Nam & in epiſtola 31. tartarum dixit pro inferno. Erunt fortaſſis qui ex ea deſcriptione tartari quam iſtic inſtituit auctor iſtius libri, colligent iſta non eſſe Cypriani, quod illa nimis accedere videatur ad opiniones Gentilium de tartaro. Ad iſtam objectionem nihil reponi poteſt niſi quod Cyprianus, cum vellet inculcare Chriſtianis horrendas pœnas damnatorum, ut etiam ea enumeratione tormentorum eis perſuaderet omni ope nitendum eſſe ut pie viverent & ſecundum regulas Evangelii, ne in illas pœnas inciderent, excurriſſet more rhetorum per ea pœnarum genera quæ Gentiles putabant eſſe apud inferos, quia, ut ait Cicero in libro ſecundo de Legibus, multos divini ſupplicii metus a ſcelere revocat. Vide Proſperum lib. 3. cap. 12. de Vita contemplativa, & ſanctum Gregorium lib. 9. Moralium in Job cap. 39. ſive penultimo. Vide etiam notas noſtras ad illum locum libri tertii Salviani, *æterni ignis tormenta*.

31 *Nihil vobis denegatum*] Supra epiſt. 15. *Quid enim petitis de indulgentia Domini quod non impetrare mereamini*.

ANO-

Digitized by Google

ANONYMI
[1] LIBER
[2] DE REBAPTISMATE.

Non debere denuo baptizari qui ſemel in nomine Domini Jeſu Chriſti ſint tincti.

Animadverto quæſitum apud fratres quid potius obſervari oportet in perſonam eorum qui in hæreſi quidem, ſed in nomine Dei noſtri Jeſu Chriſti ſint tincti, poſtmodum inde digreſſi, & ſuppliciter ad eccleſiam Dei advolantes, totis præcordiis pœnitentiam agerent, & erroris ſui damnationem nunc demum intelligentes, auxilium ſalutis ab ea implorarent, utrum vetuſtiſſima conſuetudine ac traditione eccleſiaſtica, poſt illud quod foris quidem ſed [3] in nomine Jeſu Chriſti Domini noſtri acceperunt baptiſma, tantummodo imponi eis manum ab epiſcopo ad accipiendum ſpiritum ſanctum ſufficeret, & hæc manus impoſitio ſignum fidei iteratum atque conſummatum eis præſtaret, an vero etiam iteratum baptiſma his neceſſarium eſſet, tamquam nihil habituris ſi hoc quoque adepti ex integro non fuiſſent, perinde ac ſi numquam baptizati in nomine Jeſu Chriſti forent. Ideoque nonnulla ſuper hac nova quæſtione ſcripta aut reſcripta eſſe jactabantur, quibus utraque pars ad deſtruenda aliena ſummo ſtudio nitebatur. In quo genere quæſtionis, ut mihi videtur, nulla omnino potuiſſet controverſia aut diſceptatio emergere, ſi unuſquiſque noſtrum contentus venerabili eccleſiarum omnium auctoritate & neceſſaria humilitate nihil innovare geſtiret, cum locum contradictioni non quemlibet animadverterer. Namque omne quod anceps & ambiguum & in diverſis ſententiis prudentium ac fidelium virorum conſtitutum eſt, ſi contra priſcam & memorabilem cunctorum emeritorum ſanctorum & fidelium ſolenniſſimam obſervationem judicatur, damnari utique debet, cum in re olim compoſita & ordinata quodcumque eſt illud quod contra eccleſiarum quietem atque pacem in medium producatur nihil [præter] diſcordias & ſimultates & ſchiſmata allaturum; ubi nullus alius fructus reperiatur niſi hic ſolus, ut unus homo, quicumque ille eſt, magnæ prudentiæ & conſtantiæ eſſe apud quoſdam leves homines inani gloria prædicetur & hæreticorum [4] ſtupore præditus, quibus hoc unicum perditionis ſolatium eſt ſi non ſoli peccare videantur, errores & vitia univerſarum eccleſiarum correxiſſe apud ſimillimos ſui & compares celebretur. Hæreticorum enim omnium hoc ſtudium atque propoſitum eſt, ſanctiſſimæ matri noſtræ eccleſiæ ejuſcemodi & plurimas quantas calumnias nectere & inveniſſe aliquid quod ei crimini vel etiam leviter dari poſſet ſummam gloriam ducere. Quod cum nullum ſanæ mentis fidelium

A tenere, vel maxime nullum omnino [5] in quocumque clero conſtitutum, ac multo magis epiſcoporum, audere deceat, monſtri ſimile eſt ipſos epiſcopos talia ſcandala cogitare & turpitudinem matris eccleſiæ, ſi quam putant in hoc negotio eſſe, contra præceptum legis & omnium ſcripturarum nimis inreverenter cum ipſa ipſorum turpitudine & periculo non vereri detegere, quamquam nulla ſit in hoc niſi in errore ipſorum illorum turpitudo eccleſiæ. Itaque deterius delinquitur ab hominibus ejuſmodi ſi B id quod in obſervatione antiquiſſima [6] ab iis tamquam non recte fiat reprehenditur, & ab his qui ante nos fuerunt, tum etiam a nobis recte obſervatum eſſe & obſervari manifeſte ac fortiter oſtendatur, ita ut etſi paribus argumentis ex utraque parte congrederemur, tamen quia non poterat id quod innovabatur ſine diſſenſione fratrum & damno eccleſiaſtico conſiſtere, utique non debeat contra fas, quod ajunt, & nefas, id eſt contra bonum & æquum, eccleſiæ matri quaſi macula temere infligi, eiſ- C que qui hoc adtentarent audaciæ hujus atque impietatis ignominia merito deberet adſcribi. Sed quoniam non eſt in noſtra poteſtate ut ſecundum præceptum apoſtoli idipſum dicamus omnes, neve ſint in nobis ſchiſmata, tamen in quantum poſſumus connitimur hujus tractatus ſtatum demonſtrare & turbulentis hominibus ut vel nunc ſuum negotium agere incipiant perſuadere, conſecuturis plurimum etiam nobis, ſi hoc quoque conſilio ſano tandem voluerint adquieſcere. Et ideo quæcumque ſan- D ctarum ſcripturarum ad hanc partem pertinentia ſunt capitula neceſſario in unum congeremus, & quæ videntur eſſe diverſa aut varia, quantum poterit, manifeſte inter ſe conglutinabimus, & utilitatem ac commodum ſingulorum pro mediocritate noſtra examinabimus, ut [7] accendi in eccleſia formam & conſuetudinem ſaluberrimam atque pacificam univerſis fratribus inſinuemus. Igitur adgredientibus tractatum ſalutaris & novi hoc eſt ſpiritalis & evangelici baptiſmatis, in primis occurrit notiſ- E ſima omnibus prædicatio celebrata atque cœpta ab Joanne Baptiſta, qui aliquantum deſciſcens a lege, id eſt [8] Moyſis antiquiſſimo baptiſmate, & viam novæ & veræ gratiæ præſternens, & baptiſmate quod interim exercebat aquæ & pœnitentiæ ſenſim aures Judæorum præveniebat & occupabat ſpiritalis baptiſmatis futuri annuntiatione, adhortans eos & dicens: *Qui poſt me venit, fortior me eſt, cujus ego non ſum dignus corrigiam calciamenti ſolvere. Ipſe vos baptiza-* Marc. 1. Luc. 3.

Joan. 1. ptizabit in ſpiritu ſancto & igni. Propter quod nobis quoque hujus ſermonis orſus hinc incipere debebit. Nam & Dominus hanc eamdem vocem Joaonis poſt ſuam reſurrectinnem in
Act. 1. actis apoſtolnrum confirmans præcepit eis ab Hieroſolymis non diſeedere, ſed exſpectare illam promiſſionem patris quam audiſtis a me, quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto non poſt multos bos dies. Itemque Petrus eadem verba Domini percenſuit, rationem pro ſe apud apoſtolos reddens
Act. 11. diceodo: Cum autem inciperem loqui ego, irruit B ſpiritus ſanctus ſuper eos, ſicut & ſuper nos in principio, & recordatus ſum ſermonem Domini ſicut dicebat: Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto. Si ergo æquale donum dedit eis ſicut & nobis credentibus Dominum Jeſum Chriſtum, ego quis eram qui
Act. 15. poſſem prohibere Domino? Et iterum: Viri fratres, ſcitis quia a diebus antiquis in nobis Deus elegit per os meum audire gentes verbum evangelii & credere, & qui corda novit Deus teſtimonium perbibuit dans eis ſpiritum ſanctum ſicut & nobis. Ac propterea hujus ſententiæ quæ ſit vis & po- C teſtas conſiderare debemus. Ait enim Dominus eis qui poſtmodum baprizari haberent, quia crederent, baptizandos eſſe, non quemadmodum a ſe in aqua in pœnitentiam, ſed in ſpiritu ſancto. De qua prædicatione cum utique nemn noſtrum poſſit ambigere, maoifeſtum eſt qua ratione homines in ſpiritu ſanctn baptizati ſint. Nam & proprie in ipſo ſolo ſancto ſpiritu baptizati ſunt qui crediderunt, quia Joannes diſcrevit & dixit dicens ſe quidem in aqua baptizare, veoturum autem qui in ſpiri- D tu ſancto baptizet. Gratia & virtute Dei ſunt & hoc & occulta largiente & operante, nihilominus autem etiam in baptiſmate ſpiritus & aquæ, præterea etiam in baptiſmate ſpiritus in ſanguioe proprio uniuſcujuſque, ſicut declarant nobis ſanctæ ſcripturæ, quarum per ſingula quæque eorum quæ enarrabimus adferemus perſpicuas probationes. Ad quæ forte tu, qui novum quid inducis, contiouo impatienter reſpoodeas, ut ſoles, dixiſſe in evaogelio Domi-
Joan. 3. num: Niſi quis denuo natus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum cælorum. Ex E quo manifeſte apparet illi baptiſma ſolum prodeſſe cui poſſit etiam ſpiritus ſanctus ineſſe, ſuper ipſum enim Dominum, cum baptizaretur, ſpiritum ſanctum deſcendiſſe, factumque ejus atque dictum pariter coogruere, nec alia ulla ratiooe myſterium iſtud poſſe conſiſtere. Cui reſponſo nemo noſtrum adeo ita inſanus repetitur aut contumax nt audeat contra fas aut cootra verum contradicere, ſcilicet rebus integris & nmni modo ita in eccleſia gerundis & ſecundum diſcipliox ordinem perpetuo F a nobis obſervaodis. Sed ſi in eodem novo teſtamento hæc quæ in iſto negotio depreheodimus adunata nonnumquam reperiantur quodam modo diviſa ac ſeparata & proinde diſpoſita atque ſi ſiot ſingula, videamus utrum poſſint eſſe aliquando etiam ſingulariter ſolitaria, quaſi non ſint mutila, ſed tamquam integra atque perfecta. Nam cum per manus impoſitionem epiſcopi datur unicuique credenti ſpiritus ſanctus, ſicut apoſtoli circa Samaritanos poſt Philippi baptiſma manum eis imponendo fecerunt, & hac ratinne ſpiritum ſanctum in eos contu-

A lerunt (quod ut fieri poſſet ipſi pro eis oraverunt, nondum enim ſuper quemquam eorum deciderat ſpiritus, tantum autem baptizati erant in nomine Domini Jeſu) Dominus quoque noſter poſt reſurrectionem, cum inſufflaſſet & dixiſſet apoſtolis ſuis, Accipite ſpiritum ſanctum, Joan. 20.
ita demum largitus eis ſpiritum ſanctum cum ita invenirur, quid tibi, frater, videtur, ſi quis non ab epiſcopo baptizatus, ita ut ſi in contineoti etiam manus ei imponatur, priuſquam tamen accipiat ſpiritum ſanctum fuerit defun- B ctus, utrum cenſeas ſalutem percepiſſe eum necne: quoniam quidem & ipſi apoſtuli & diſcipuli, qui etiam alios baptizabant, qui etiam a Domino ſint baptizati, non ſtatim ſpiritum ſanctum acceperint, qui nondum erat, quia Jeſus nondum fuerat clarificatus, ſed poſt reſurrectinnem ejus nec modicum intervallum temporis quo id geſtum eſt interceſſerit. Sicuti & cum baptizati ſunt a Philippo Samaritani, donec Samariam rogati ab Hieruſalem apoſtoli deſcenderent ad illos ut eis manum imponereot & ſpiritum ſanctum per manus impoſitionem C in eos conferrent, vel quoniam illo intervallo temporis aliquis eorum non adeptus ſpiritum ſanctum morte potuit intercipi & defraudatus gratia ſpiritus ſancti deſungi. Quod hodierna quoque die non poteſt dubitari eſſe uſitatum & evenire ſolitum ut plerique poſt baptiſma ſine impoſitiooe manus epiſcopi de ſæculo exeant, & tamen pro perfectis fidelibus habeotur, ſicuti Æthiops eunuchus cum rediret ab Act. 8.
Hieruſalem & legeret prophetam Eſaiam & hæſitaret, ſuggerente ſpiritu, audita veritate a D Philippo diacono credidit & baptizatus eſt, & cum aſcendiſſet de aqua, ſpiritus Domioi rapuit Philippum, & non vidit eum jam nunc amplius eunuchus. Abibat enim viam ſuam gaudens: quoniam, ut animadvertis, impoſita ei manus non eſt ab epiſcopo ut ſpiritum ſanctum acciperet. Quod ſi hoc admittis & ſalutare eſſe credis, nec opinioni omnium fidelium refragaris, neceſſe eſt confitearis, proinde autem atque hoc latius tractatu procedit, etiam illud aliud latius poſſe conſiſtere, id eſt, ut per ſolam manus impoſitionem epiſcopi, quia E baptiſma in nomine Jeſu Chriſti Domini noſtri præceſſit, poſſit alio homini pœnitenti atque credenti etiam ſpiritus ſanctus tribui, quoniam eos qui in Chriſtum credituri eſſent ſcriptura ſancta prædixit oportere in ſpiritu baptizari, ita ut & hi quoque non videantur minus aliquid habere quam illi qui perfecti ſunt chriſtiani, nec neceſſe ſit quæri quale illud baptiſma fuerit quod in nomine Jeſu Chriſti ſunt conſecuti. Niſi forte in illo quoque ſuperiore tractatu circa eos qui tantummodo in F nomine Chriſti Jeſu baptizati fuerint ſtatuas etiam ſine ſpiritu ſancto poſſe ſalvos fieri, aut non hac ſola ratiooe, ſed ſi per manus impoſitionem epiſcopi ſpiritum ſanctum conſueſſe præſtari, aut etiam non epiſcopum dicas ſpiritum ſanctum ſolitum eſſe largiri. Quod ſi ita eſt, & poteſt aliquid horum eveniens ſalutem homini credenti non præripere, tu quoque ipſe annuis quoniam modo dimidiatum & non, ut contendis, conſummatum myſterium fidei, qua neceſſitas intervenit, ſalutem adimere non poſſe credeoti & pœnitenti homini. Aut ſi dicis hujuſmodi hominem ſalvum non poſſe fieri,

ri, omnibus epiſcopis ſalutem adimimus, quos
ita peticulis quam certiſſimis adſtringis ut o-
mnibus hominibus qui ſub cura eorum agunt &
hac atque illac diſperſis regionibus ipſorum in-
firmantur per ſemetipſos ſubvenire debeant, quia
ceteri homines minores clericis qui periclitan-
tur hoc idem præſtare non poſſint, ne ſanguis
eorum qui vacui de ſæculo exiſſe videbuntur de
manu epiſcoporum neceſſe habeat requiri. Por-
ro autem, ut non ignoratis, credentibus ho-
minibus invenitur ſpiritus ſanctus a Domino da-
tus ſine baptiſmate aquæ, ſicut actis apoſtolo-
Act. 10. rum continetur in hunc modum: *Adhuc lo-
quente Petro verba hæc, irruit ſpiritus ſanctus ſu-
per omnes qui audiebant verbum, & obſtupefacti ſunt
qui erant ex circumciſione fideles quotquot ſimul ve-
nerant cum Petro, quia & ſuper gentes donum ſpi-
ritus ſancti effuſum eſt. Audiebant enim eos lo-
quentes linguis ſuis, & magnificabant Deum. Tunc
reſpondit Petrus: Numquid aliquis aquam probi-
bere poteſt ut non baptizentur iſti qui ſpiritum ſan-
ctum acceperunt ſicut & nos? Et præcepit eos ba-
ptizari in nomine Jeſu Chriſti*. Sicut etiam idem
Petrus poſtmodum de eiſdem gentibus pleniſſi-
Act. 15. me docuit nos dicens: *Et nihil diſcrevit inter
nos & ipſos, fide emundatis cordibus eorum*. At-
que hoc non erit dubium in ſpiritu ſancto ho-
mines poſſe ſine aqua baptizari, ſicut animad-
vertis baptizatos hos prius quam aqua baptiza-
rentur ut ſatiafietet & Joannis & ipſius Domi-
ni prædicationibus, quandoquidem & hi ſine
manua impoſitione apoſtolorum & ſine lavacro
quod poſtea adepti ſunt gratiam repromiſſionis
acceperint, & ſic paulo ante emundatis cordi-
bus eorum Deua per fidem ipſorum etiam re-
miſſionem peccatorum ſimul eia largitus ſit, nt
hoc ſolum eis baptiſma ſubſequens præſtiterit
ut invocationem quoque nominis Jeſu Chriſti
acciperent, ne quid eis deeſſe videretur ad in-
tegritatem miniſterii & fidei. Quod etiam e con-
trario latere tractatus hujus ſunt conſecuti ipſi
illi diſcipuli Domini noſtri, ſuper quos jam-
pridem baptizatos poſtremò die pentecoſtes ſu-
pervenit ſpiritus ſanctus, voluntate Dei qui-
dem non ſua ſponte cælo lapſus, ſed ad huc
ipſum " munus effuſum ſedet ſuper unumquem-
que eorum, cum juſti jampridem, ut diximus,
baptiſmate Domini fuiſſent baptizati, ſicut & i-
pſi apoſtoli, qui tamen omnes Dominum no-
cte qua apprehenſus eſt deſeruiſſe inveniuntur,
& ille ipſe qui gloriatus eſt perſeveraturum ſe
in ſua fide Petrus & adverſus ipſius Domini
prædictum obſtinatiſſime repugnavit, poſtremo
tamen eum etiam negavit, ut hac ratione o-
ſtenderetur nobis quæ medio tempore quoquo
modo contraxerant delicta, eadem hæc in eis
fide poſtmodum ſincera per baptiſma ſpiritus
ſancti non dubie eſſe dimiſſa. Nec ulla, ut pu-
to, alia ex cauſa apoſtoli his quos in ſpiritu
ſancto adloquebantur præceperant ut in nomi-
ne Chriſti Jeſu baptizarentur, niſi quia virtus
nominis Jeſu ſuper quemcumque hominum ba-
ptiſmate invocata ad ſalutem adſequendam non
modicam prærogativam ei qui baptizaretur præ-
ſtare poſſet, ſicuti Petrus in actis apoſtolorum
Act. 4. enarrat dicens: *Nec enim aliud eſt nomen ſub cæ-
la quod datum eſt hominibus, in quo oportet ſalvos
Philip.* 2. *fieri nos*. Sicut etiam apoſtolus Paulns aperit
oſtendens quia Deus exaltavit Jeſum Domi-
A num noſtrum, & donavit illi nomen ad hoc
nt ſit ſuper omne nomen, nt in nomine Jeſu
omnes genua curvent cæleſtinm & terreſtrium
& infernorum, & omnis lingua confiteatur
quia Dominus eſt Jeſus in gloria patris, & il-
le in quo cum baptizaretur invocatum eſſet in
nomine Jeſu, licet in aliquo errore conſeque-
retur, tamen quandoqne non prohiberetur re-
ctum ſapere & errorem ſuum corrigere & ad
eccleſiam & ad epiſcopum venire & ſinceriter
confiteri Jeſum noſtrum coram hominibus, ut
B tunc cum ab epiſcopo ei manus imponeretur,
etiam ſpiritum ſanctum acciperet, nec invoca-
tionem illam priſtinam nominis Jeſu amitteret,
quam nemini noſtrum licet damnare, quum
hæc nuda & ſingularis ſi in errore ſit conſti-
tuta non poſſet ad ſalutem præſtandam ſuffi-
cere, ne hac ratione etiam ethnicos & hæreti-
cos abutentes nomen Jeſu credamus ad ſalutem
ſine vera re atque integra poſſe pervenire.
Quam tamen invocationem nominis Jeſu cor-
rectione erroris & agnitione fidei veritatis, &
abſciſa omni labe præteritæ converſationis, my-
C ſterio Dei circa ejuſmodi homines rite perpe-
tratam locum quem habitura non erat obtine-
re, & poſtremo in fide recta & ad integrita-
tem ſigni præſtandam non obeſſe, ſupplemen-
to ejus quod deerat accedente perquam utile
eſt credere, & tot annorum totque eccleſia-
rum itemque apoſtolorum & epiſcoporum au-
ctoritati cum bona ratione adquieſcere, cum ſit
maximum incommodum ac diſpendium ſanctiſ-
ſimæ matris eccleſiæ adverſus priſca conſulta
poſt tot ſæculorum tantam ſeriem nunc pri-
D mum repente ac ſine ratione inſurgere. Nec
enim propter aliud Petrus, qui jam fuerat ba-
ptizatus, & quid ſentiret de Domino ab ipſo
Domino erat interrogatus, & veritate revela-
tionis patris cæleſtis in eum collocata, quod
Dominus noſter non ſolum Chriſtus, verum
etiam filius Dei vivi eſſet confeſſus, poſtmo- *Matt.* 16.
dum eidem Chriſto prædicanti de ſua paſſione
refragatus eſſe monſtratus eſt, & propterea ſa-
tanas dici oſtenſus eſt, niſi quia futurum erat
ut quidam, tametſi variantes in ſententia pro-
pria & claudicantes aliquando in fide atque do-
E ctrina, cum in nomine Jeſu baptizarentur,
tamen ſi intervallo quodam temporis recorri-
gere id potuiſſent, non propterea a ſalute ex-
ciderent, ſed quandoque reſipuiſſent, integram
ſpem ſalutis pœnitendo obtinerent, præſertim
cum ſpiritum ſanctum, quo baptizari nnuſquiſ-
que hominum debet, acciperent, aliquid tale
deſignaſſent, ſicuti non ſolum Petrum hoc paſ-
ſum eſſe in evangelio deprehendimus, verum
univerſos quoque diſcipulos, quibus jam bapti-
zatis poſtea Dominns ait, *quia vos omnes ſcan-* *Marc.*
F *dalizabimini in me*: qui omnes, ut animadver- 14.
timus, correcta fide ſua poſt reſurrectionem
Domini in ſpiritu ſancto ſunt baptizati. ut
non immerito hodie quoque credamus homi-
nes correctos a priſtino errore in ſpiritu ſan-
cto poſſe baptizari, qui cum aqua baptizaren-
tur in nomine Domini aliquando ſcabram habuiſ-
ſent fidem: quoniam mulrum intereſt utrum
in torum quis non ſit baptizatus in nomine
Domini noſtri Jeſn Chriſti, an vero in ali-
quo claudicet cum baptizatur baptiſmate aquæ,
qnod minus eſt, dummodo poſtea conſtet in
veri-

veritate ſincera fides in baptiſmate ſpiritus, quod non dubie majus eſt. Nec æſtimes huic tractatui contrarium eſſe quod dixit Dominus: (Matt. 28.) *Ite, docete gentes, tinguite eos in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti*. Quia cum hoc verum & rectum & omnibus modis in eccleſia obſervandum ſit, & obſervari quoque ſolitum ſit, tamen conſiderare oportet quod invocatio nominis Jeſu non debet a nobis futilis videri propter venerationem & virtutem ipſius nominis; in quo nomine virtutes omnes ſolent fieri, & nonnumquam aliquæ etiam ab hominibus extraneis. Ceterum quo pertinent illa verba Chriſti, qui negaturum ſe eſſe dixit nec noſſe eos qui ſibi in die judicii dicturi eſſent, (Matt. 7.) *Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes magnas fecimus*, reſpondendo eis etiam cum jurejurando *quia numquam cognovi vos, diſcedite a me qui operamini iniquitatem*, niſi oſtenderetur nobis nonnumquam etiam ab his qui operarentur iniquitatem poſſe per nimiam virtutem nominis Jeſu etiam hæc fieri. Icircoque debet invocatio hæc nominis Jeſu quaſi initium quoddam myſterii dominici commune nobis & ceteris omnibus accipi, quod poſſit poſtmodum reſiduis rebus impleri, alias non profutura talis invocatio cum ſola permanſerit, quia poſt mortem ejuſmodi hominis non poteſt ei quidquam omnino adici vel ſuppleri aut in aliquo prodeſſe in die judicii, cum illi a Domino noſtro quæ ſupra memoravimus cœperint exprobrari; qui tamen univerſi hodie ut ſibi his modis ſubveniant quibus ſupra oſteodimus non poſſunt ab ullo hominum tam dure tamque crudeliter prohiberi. Sed ad hæc, ut ſoles, contradices, opponendo nobis tunc cum baptizarentur integre ac recte diſcipulos ac non ut hos hæreticos eſſe baptizatos. Quod ex perſona ipſorum & ejus qui baptizavit illos ſumas neceſſe eſt. Et ideo nos ad propoſitionem hanc tuam non ut accuſatores diſcipulorum Domini reſpondemus, ſed ſicuti compellimur, quia neceſſe eſt ubi & quando & quemadmodum unicuique noſtrum ſalus ſit præſtita rationibus inveſtigemus. Namque natum eſſe Dominum noſtrum & Chriſtum eſſe eum multis rationibus a diſcipulis ejus non immerito eredi videbatur, quod ex tribu Juda, quod ex geoere David, quodque in civitate Bethleem fuiſſet natus, & quod paſtoribus ab angelis quoniam ſalvator illis natus eſſet eodem momento fuiſſet annuntiatus, quod in oriente viſa ejus ſtella ſollicitiſſime fuiſſet a magis requiſitus & adoratus, & illuſtribus donis & inſignibus muneribus honoratus, quod puer admodum in templo ſedens cum legis doctoribus prudenter & cum admiratione omnium diſputaſſet, quod cum baptizaretur, ita ut nulli alii contigerat, cælis apertis deſcenſione ſpiritus ſaocti & ſuper eum manſiooe, teſtimonio etiam patris ſui itemque Joannis Baptiſtæ fuiſſet clarificatus, quod ſupra humanam mediocritatem corda & cogitationes univerſorum intelligeret, quod languores & vitia & valetudines cum poteſtate maxima curaret atque ſanaret, quod remiſſiones peccatorum cum evidenti probatione præſtaret, quod dæmonia juſſu expelleret, quod leproſos verbo mundaret, quod aquam in vinum convertendo convivium nuptiale admirabili lætitia amplificaret, quod cæcis viſionem reſtitueret aut indulgeret, quod doctrinam patris cum omni fiducia aſſereret, quod in loco deſerto de quinque panibus quinque millia hominum ſaturaret, quod reliquiæ atque buccellæ pluſquam duodecim cophinos implerent, quod mortuos pro ſua pietate paſſim ſuſcitaret, quod ventis & mari ut quieſcerent imperaret, quod ſuper mare pedibus ambularet, quod virtutes omnes omnino perficeret. Quibus rebus & hujuſcemodi compluribus factis ad claritatem ejus pertinentibus conſequens eſſe videbatur ut quemadmodum Judæi de Chriſto ſentiunt, quod tamen de Jeſu Chriſto Domino noſtro non credunt, ut etiam ipſi exiſtimarent, ut talis & tantus nulla obita morte in æternum perſeveret, & regnum Iſrael & totius orbis in perpetuum quod non [a] corriperetur poſſideret. Unde etiam Judæi auſi fuerunt eum rapere & in regnum unguere. quod quidem neceſſe habuit ille ſuperfugere. ac propterea diſcipuli ejus arbitrabantur quod nulla alia ratione vitam æternam his præſtaturus eſſet, niſi primum ipſe vitam hanc temporalem cum illa eterna in ſe ipſo continuaſſet. Denique cum converſarentur in Galilæa dixit eis Jeſus: (Marc. 9.) *Incipit filius hominis tradi in manus hominum, & interficient eum, & poſt triduum reſurget*. Et contriſtati ſunt nimis, quia, ſicuti diximus, longe diverſum prius animis ac mente conceperant. Denique hic fuit etiam Judæorum ſermo contradictionis adverſus eum, cum ſe ipſe quidem doceret eos & futura annuntiaret, illi autem dicerent: (Joan. 12.) *Nos audivimus a lege quia Chriſtus manet in æternum; & quomodo tu dicis quia exaltari oportet filium hominis?* Itaque fuit diſcipulorum eadem hæc præſumptio de Chriſto, prorumpente in iſtum ſermonem incredulitatis ſuæ Petro ipſo duce ac principe apoſtolorum. Cum enim a Domino ſimul cum ceteris fuiſſet interrogatus quidnam ſentiret de ipſo, id eſt quem eſſe eum exiſtimaret, & primo veritatem confeſſus fuiſſet dicens eſſe eum Chriſtum filium Dei vivi, & propterea beatus ab illo judicatus eſſet quod hoc non carnaliter ſed per patris cæleſtis revelationem adſecutus eſſet, idem tamen, ubi cœpit Jeſus oſtendere diſcipulis ſuis quia oporteret eum Hieroſolymam ire & multa pati a ſenioribus & ſacerdotibus & ſcribis & interfici & poſt diem tertium reſurgere, nihilominus ille verus Chriſti confeſſor poſt pauculos dies aſſumpto eo cœpit illum corripere dicens, (Matth. 16.) *Propitius ſit tibi, non erit iſtud*, ita ut propterea audire a Domino commeruerit, *Vade poſt me ſatanas, ſcandalum mihi es*, ob hoc quod non ſaperet ea quæ ſunt Dei, ſed ea quæ ſunt hominum. Quæ increpatio adverſus Petrum magis magiſque eluxit adprehenſo Domino, cum a muliercula conterritus diceret, (Matth. 26.) *Neſcio quid dicas, neque novi te*, & iterum cum hoc idem diceret adhibito jurejurando & tertio devotans & jurans adfirmaret quoniam non noſſet hominem, & non ſemel ſed ſæpius eum negaſſet, quod conſilium ei quoniam uſque ad paſſionem Domini perſeveraturum erat multo prius a Domino palam factum eſt, ut nos quoque id

que id non ignoremus. Denique poſt reſur-
Luc. 24. rectionem Domini unus e diſcipulis ejus Cleo-
pas cum eſſet mœſtus ſecundum errorem o-
mnium condiſcipulorum ſuorum, ipſi Domi-
no tamquam alicui ignoto referens quod con-
tigerat, ſic locutus eſt dicens de Jeſu Naza-
reno, qui fuit propheta potens in factis &
dictis in conſpectu Dei & univerſi populi,
quomodo hunc tradiderunt ſacerdotes & prin-
cipes noſtri in damnationem mortis & cruci
eum fixerunt. Nos autem ſperabamus quod
ipſe erat redempturus Iſrael. Juxta quæ omnes
quoque diſcipuli adſeverationem quoque mulie-
rum, quæ poſt reſurrectionem viderant Do-
minum, judicaverunt deliramenta, & quidam
ipſorum viſo eo non crediderunt, ſed dubita-
verunt, quique tunc non interfuerunt omnino
non crediderunt, niſi poſtmodum ab ipſo Do-
mino omnibus modis fuiſſent objurgati atque
increpati; quoniam mors eos ita offenderat ut
putarent eum non reſurrexiſſe, quem credide-
rant mori non debuiſſe, quia contra opinio-
nem ipſorum ſemel mortuus fuiſſet. Itaque
quod ad ipſos diſcipulos pertinet, neque inte-
gram neque perfectam fidem habuiſſe his mo-
dis quibus retulimus inveniuntur, & quod
multo gravius eſt, ſicut in evangelio cata
Joannem ſcriptum eſt, etiam alios baptiza-
bant. Præterea quid dicturus es de his qui
plerumque ab epiſcopis peſſimæ converſationis
baptizantur: qui tamen tandem, cum Deus
voluerit, in ſceleribus ſuis convicti, etiam ipſo
aut prorſus etiam communicatione privantur?
Aut quid ſtatues de eis qui ab epiſcopis prave
ſentientibus aut imperitioribus fuerint baptiza-
ti, quando non ad liquidum & integre vel
etiam aliter quam oportet in traditione ſacra-
menti fuerint locuti, certe aut interrogaverint
quid aut interrogantes a reſpondentibus audie-
rint quod minime ita interrogari aut reſpon-
deri debet, quod tamen non valde illam no-
ſtram rectam fidem lædat, ſed non tam orna-
te ut tu & compoſite, Iſti quoque ſimpliciores
homines myſterium fidei tradant. Dicturus es
enim utique pro tua ſingulari diligentia hos
quoque denuo baptizandos eſſe, cum maxime
eis res deſit aut obſtet quo minus inviolabile
illud divinum myſterium fidei intemeratum
poſſint accipere. Sed enim [13] virorum optime,
reddamus & permittamus virtutibus cæleſtibus
vires ſuas, & dignationi divinæ majeſtatis con-
cedamus operationes proprias, & intelligentes
quantum in ea ſit emolumentum, libenter ei
adquieſcamus. Et ideo eum ſalus noſtra in
baptiſmate ſpiritus, quod plerumque cum ba-
ptiſmate aquæ conjunctum eſt, ſit conſtituta,
ſiquidem per nos baptiſma tradetur, integre
& ſolenniter & per omnia quæ ſcripta ſunt
adſignetur atque ſine ulla ullius rei ſeparatione
tradatur; aut ſi a minore clero per neceſſita-
tem traditum fuerit, eventum exſpectemus ut
aut ſuppleatur a nobis aut a Domino ſupplen-
dum reſervetur; ſi vero ab alienis traditum
fuerit, ut poteſt hoc negotium & ut admittit
corrigatur, quia ſpiritus ſanctus extra eccleſiam
non ſit, fides quoque non ſolum apud hære-
ticos, verum etiam apud eos qui in ſchiſmate
conſtituti ſunt ſana eſſe non poſſit. Icciro-
que pœnitentiam agentibus correctiſque per do-

A ctrinam veritatis & per fidem ipſorum, quæ poſt-
ea emendata eſt purificato corde eorum, tan-
tummodo baptiſmate ſpiritali, id eſt manus im-
poſitione epiſcopi & ſpiritus ſancti ſubminiſtra-
tione, ſubveniri debeat, ſignum quoque fidei
integrum hoc modo & hac ratione tradi in ec-
cleſia merito conſuevit, ne invocatio nominis
Jeſu, quæ aboleri non poteſt, contemtui a no-
bis videatur habita. quod utique non opor-
tet, quamquam talis invocatio, ſi nihil eo-
rum quæ memoravimus ſecurum fuerit, ab
B operatione ſalutis ceſſet ac vacet. Dicente
enim apoſtolo unum eſſe baptiſma, neceſſe
eſt invocatione nominis Jeſu perſeverante,
quia non poteſt a quoquam hominum quæ ſe-
mel invocata eſt auferri, ſi eam contra decre-
tum apoſtolorum geminare auſi fuerimus ni-
mietate præſtandi immo ſuperaddendi bapti-
ſmatis ſtudio, ſi ille qui ad eccleſiam reverti-
tur nolit denuo baptizari, futurum eſt ut de-
fraudemus baptiſmate ſpiritali eum quem pu-
tamus defraudandum non eſſe baptiſmate aquæ.
Quid autem ſtatues in perſonam ejus verbum
C audientis qui forte adprehenſus in nomine
Chriſti ſtatim confeſſus, ac priuſquam bapti-
zari aqua permitteretur ei fuerit punitus,
utrum periſſe eum pronuntiabis quia non eſt
aqua baptizatus, an vero aliquid extrinſecus
patrocinari ei ad ſalutem exiſtimabis, licet non
ſit aqua baptizatus. Quod periſſe eum exiſti-
mabis obviam tibi veniet ſententia Domini di-
centis: *Quicumque me confeſſus fuerit coram ho-* *Matth.*
minibus, confitebor illum & ego coram patre meo *10.*
qui in cælis eſt: quia nihil intereſt utrum hic
verbum audiens an fidelis ſit qui confiteatur
D Domino, dummodo ipſum Chriſtum, quem
confiteri oportet, confiteatur, quia Dominus
pari vice confitendo & ipſe confeſſorem ſuum
apud patrem honore eum martyrii ſui, ut
pollicitus eſt, exornet. Quod utique non de-
bet latius accipi, quaſi poſſit uſquequaque
porrigi, quia poteſt Chriſti nomen etiam hæ-
reticus aliquis, qui tamen ipſum Chriſtum ne-
gat, confiteri, quia in alium Chriſtum cre-
dit, cum Chriſtus confiteatur quod ei prodeſſe
minime poſſit, ſiquidem Dominus non ſe
E ipſum in confeſſionem a nobis coram homini-
bus deduci oportere dixit. quod ſine ipſo &
ſine venerando nomine ejus non poteſt fie-
ri. Et ideo integrum ac ſincerum & inconta-
minatum & inviolatum utrumque debet conſi-
ſtere confitenti, nullo delectu habito ipſius
confeſſoris, ſive ille juſtus, ſive peccator,
perfectuſque chriſtianus, an vero etiam nunc
imperfectus, qui ſummo diſcrimine ſuo Do-
minum confiteri non timuit. Nec eſt hoc con-
trarium ſuperiori tractatui: quia illic quidem
tempus ſupererat ad corrigenda quæ [14] multa
F vel prava ſunt, & quoniam quædam conceſſa
ſunt ipſi tantummodo numini Domini noſtri,
martyrium autem non niſi in ipſo & per i-
pſum Dominum poſſit conſummari, & iccirco
neque Chriſtum ſine ipſius nomine quis poſſit
confiteri, neque nomen Chriſti ſine ipſo
Chriſto ad confeſſionem cuiquam poſſit patro-
cinari. Quapropter totus diſcernendus eſt tra-
ctatus hic, ut poſſit manifeſtior fieri. Nam-
que invocatio nominis Jeſu ideo tantum pa-
trocinari poteſt, ſi rite ſuppleta poſtea fuerit,
quia

quia & prophetæ & apoſtoli ita prædicave- A
runt. Ait enim Jacobus in actis apoſtolorum:
Act. 15. *Viri fratres, audite, Simon expoſuit quemad-
modum primum Deus viſitaverit accipere ex genti-
bus populum nomini ſuo; & huic conſonant ſermo-
nes prophetarum, ſicut ſcriptum eſt, poſt hæc re-
vertar, & reædificabo tabernaculum illud David
quod cecidit, & quæ demolita ſunt ejus reædifi-
cabo, & denuo erigam illud, uti exquirant re-
ſidui hominum Deum & omnes gentes ſuper quas
invocatum eſt nomen meum ſuper eos, dicit Do-
minus faciens hæc*. Itaque & reſidui hominum,
id eſt quidam Judæorum, & omnes gentes ſu- B
per quas invocatum eſt nomen Domini, poſ-
ſunt & neceſſe habent requirere Dominum,
quia ipſa invocatio nominis præbet eis occaſio-
nem vel etiam imponit neceſſitatem requiren-
di Dominum; cum quibus præcipiunt ſcriptu-
ras ſanctas, ſive univerſas, ſive quaſdam, ta-
men audentius de veritate tractare quam cum
gentibus, ſuper quos non eſt invocatum no-
men Domini, id eſt Chriſti Jeſu filii Dei vi-
vi, ſicuti nec ſuper Judæos, qui veteres tan-
tum ſcripturas recipiunt. Et ideo utriuſque C
hujus generis homines, id eſt Judæi & genti-
les, plene ut oportet credentes pari modo ba-
ptizantur. Hæretici vero jam baptizati aqua
in nomine Jeſu Chriſti, tantum in ſpiritu
ſancto baptizandi ſunt, & in Jeſu, quod no-
men ſolum datum eſt ſub cælo in quo opor-
teat ſalvos fieri nos, merito mors contemni-
tur; quoniam ſi ſic perſeverent, ſalvi eſſe
non poſſunt, quia non requiſiverunt Domi-
num poſt invocationem nominis ejus ſuper eos
ſicut & illi [15] qui in eos Chriſtus qui forte
credere noluerunt, de quibus Dominus ait: D
Matth. 24. *Cavete ne quis vos in errorem inducat. Multi
enim venient in nomine meo dicentes, Ego ſum
Chriſtus, & multos in errorem inducent*. Et ite-
rum ait: *Tunc ſi quis dixerit vobis, Ecce hic
Chriſtus, aut hic, nolite credere. Surgent enim
pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna
magna & portenta, ita ut errent, ſi fieri po-
teſt, etiam electi*. Quas virtutes non dubie
tunc illi ſub nomine Chriſti facient. In quo
nomine videntur quidam etiam modo quaſdam
virtutes facere & falſo prophetare. Sed cer- E
tum eſt eos, quod ipſi non ſint Chriſti,
propterea ad Chriſtum non pertinere; quem-
admodum etiam ſi quis deſciſcat a Chriſto,
inhærens ſolo nomini ejus, qui non multum
adjuvatur, immo magis hoc nomine etiam
oneratur, licet fuerit antea fideliſſimus aut
juſtiſſimus, aut clero aliquo honoratus, aut
confeſſionis dignitate præditus. Hi enim omnes
negando verum Chriſtum, introducendo aut
ſequendo alium, cum ſit nullus omnino alius,
nihil ſpei aut ſalutis ſibi relinquunt, non ali-
ter quam illi qui coram hominibus negave- F
runt Chriſtum, quos negari neceſſe eſt a Chri-
ſto, non habita ulla ratione ipſorum ex præ-
cedenti converſatione eorum aut ſenſu aut di-
gnitate, proinde atque ipſi auſi ſunt Chri-
ſtum id eſt ſalutem ſuam abrogare, damnari
per hujuſmodi clauſulam, quia manifeſtiſſime
Matth. 10. a Domino dictum eſt: *Quicumque me nega-
verit coram hominibus, negabo eum & ego co-
ram patre meo qui in cælis eſt*. Ut verbum hoc,
Quicumque, etiam in clauſula confeſſionis ple-

A niſſime nobis oſtendat quod nulla conditio i-
pſius confitentis obeſſe poſſit, licet negator
ille antea vel hæreticus fuerit vel audiens aut
audire incipiens, qui nondum baptizatus ſit,
vel de hæreſi ad veritatem fidei converſus,
vel ab eccleſia digreſſus & poſtea reverſus ſit,
& tunc cum rediret, prius quam ei manus
ab epiſcopo imponeretur adprehenſus confite-
ri Chriſtum coram hominibus neceſſe habue-
rit, ſicut iterum neganti Chriſtum nulla pro-
pria vetus dignitas poteſt ad ſalutem patroci-
nari. Quodcumque enim in homine ultimum
B in hac ſpecie deprehenſum fuerit, in illo
quis noſtrum judicari neceſſe habebit, abolitis
& obliteratis omnibus quæ prius geſſit. Et
ideo cum in martyrio tanta ſit mutatio rerum
in momento temporis ut in re perquam ve-
loci poſſint mutari univerſa, nemo ſibi blan-
diatur qui occaſionem amiſerit glorioſæ ſalu-
tis, ſi forte ſe ab ea excluſerit propria ſua
culpa, ſicuti & illa uxor Loth, quæ ſimiliter
in anguſtiis rerum contra præceptum angelo-
rum tantummodo poſt ſe reſpexit & tumulus
C ſalis facta eſt. Qua ratione etiam ille hæreti-
cus qui confitendo Chriſti nomen trucidatur,
nihil poſtea poteſt corrigere, ſi quid de Deo
aut de Chriſto male ſenſerit, eum in alium
Deum vel in alium Chriſtum credendo ſemeti-
pſum feſellit, confeſſor non Chriſti, ſed ſoli-
tario Chriſti nomine; quando & apoſtolus con-
ſequenter dicat: *Etſi corpus meum tradidero*, 1. Cor. 13.
*ita ut exurar igni, dilectionem autem non habeam,
nihil proficio*. Quia hoc facto nihil proficit qui
non habet dilectionem ejus Dei & Chriſti qui
per legem & prophetas & in evangelio in hoc
D modo prædicatur: *Diliges Dominum Deum tuum* Deut. 6.
*in toto corde tuo & in tota anima tua & in tota
cogitatione tua, & diliges proximum tibi tamquam* Matt. 22.
*te. In his enim duobus præceptis tota lex pendet
& prophetæ*, ſicut & Joannes evangeliſta dicit:
*Et omnis qui diligit ex Deo natus eſt, & cognoſcit
Deum*, quia Deus dilectio eſt. Sicuti & Deus
ait: *Ita enim dilexit Deus mundum ut filium ſu-* Joan. 3.
*um unicum daret, ut omnis qui in eum crederet
non periret, ſed haberet vitam æternam*. Ut ma-
nifeſte appareret eum qui hanc diligendi nos
E & diligendi a nobis dilectionem in ſe non ha-
beat inani confeſſione & paſſione nihil profi-
cere. [16] quam ut ipſa apparet & conſtat hæ-
reticum eſſe qui in alium Deum credat ſive
Chriſtum alium accipiat quam quem ſcripturæ
novi & veteris teſtamenti manifeſte prædicant,
quæ patrem omnipotentem creatorem omnium
& filium ejus ſine obſcuritate annuntiant. E-
veniet enim eis ut alii ab alio Deo ſalutem ex-
ſpectanti tunc demum contra opinionem ſuam
a Chriſto Dei patris omnipotentis creatoris fi-
F lio, quem blaſphemaverunt, in pœnam æter-
nam damnentur, cum judicare Deus cœperit
abſconſa hominum ſecundum evangelium per
Chriſtum Jeſum, eo quod in ipſum non cre-
diderint, licet ipſius nomine abluti ſint. Et
uſque adeo omne illud hæreticorum baptiſma
intercedente aliquo intervallo temporis corrigi
poteſt, ſi quis ſupervixerit & fidem correxerit,
ut [17] Deus noſter in evangelio ſecundum Lu-
cam ad diſcipulos ſuos locutus eſt dicens: *Ha-* Luc. 12.
beo autem aliud baptiſma baptizari. Item ſecun-
dum Marcum ad filios Zebedæi eadem ratione
dixerit:

Digitized by Google

Marc. 10. dixerit : *Poteſtis bibere calicem quem ego bibo aut* A
baptiſmate quo ego baptizor baptizari ? quod ſci-
ret homines non ſolum aqua verum etiam ſan-
guine ſuo proprio habere baptizari , ita ut &
ſolo hoc baptiſmate baptizati fidem integram &
dignationem ſinceram lavacri poſſint adipiſci &
utroque modo baptizari , æque tamen unum
baptiſma ſalutis & honoris pariter & æqualiter
conſequi . Quod enim dictum eſt a Domino ,
Habeo aliud baptiſma baptizari , hoc in loco
non ut ſecundum baptiſma ac ſi ſint duo ba-
ptiſmata ſignificat , ſed alterius quoque ſpeciei B
baptiſma ad eamdem ſalutem concurrens dona-
tum nobis eſſe demoostrat . Quas utraſque ſpe-
cies ab ipſo Domino noſtro primum initiari &
ſanctificari oportebat ut nobis quoque alterutra
ſive utraque ſpecies unom hoc duplex ſalutife-
rum atque honorificum baptiſma præſtaret , &
viæ quædam unius baptiſmatis ſic nobis patefie-
reot ut aliquaodo impuoe aliqua illarum deeſ-
ſet , ſicut in verbum audientibus martyribus
impune aquæ baptiſma deeſt , quos tamen cer-
ti ſumus , ſi quid laxamenti habeant , etiam
aqua ſolitos baptizari , itemque illis qui legiti- C
mi ſnnt fideles effecti impune deeſt baptiſma
ſanguinis proprii , quia baptizati in nomine
Chriſti redempti ſunt pretioſiſſimo ſanguine
Domini , cum utraque hæc ex uoo atque eo-
dem ſonte procedaot flumioa baptiſmatis domi-
nici , ut omnis qui ſitit veniat & bibat , ſicut
Joan. 7. ſcriptura dicit : *Flumina de ventre ejus currebant*
aquæ vivæ . Quæ flumina primum apparuerunt
in Domini paſſione , cujus de latere perforato
lancea militari ſanguis & aqua manavit , ut
emitteret duo flumioa diverſæ ſpeciei , ſed ta- D
men ejuſdem ac ſingulare latus , ita ut implea-
tur ſpiritu ſancto quicumque credens biberit ex
utroque flumine . Hæc enim de fluminibus his
loquens oſteodebat Dominus ſignificans ſpiri-
tum ſanctum quem accepturi eſſent qui credi-
Joan. 7. turi eraot in illum . [18] *Nondum autem erat ſpi-*
ritus , quia Jeſus nondum erat clarificatus . Igi-
tur diceus quemadmodum generari poteſt ba-
ptiſma quod apoſtolus uoum eſſe prædicat , u-
tique manifeſtum eſt illa ratione quia diverſæ
ſunt ſpecies unius atque ejuſdem baptiſmatis ex
uno vulnere profluentia iu aquam & ſangui- E
nem , cum illic duo ſint de quibus locuti ſu-
mus baptiſmata aquæ , id eſt unius atque ejuſ-
dem ſpecies , cum unom eſſe debeat baptiſma
uniuſcujuſque ſpecies , ſicut plenius ſumus lo-
cuti . Et quoniam videmur omne baptiſma ſpi-
ritale triſarjam diviſiſſe , veniamus etiam ad
probationem narrationis propoſitæ , ne videa-
mur proprio ſenſu & temere hoc feciſſe . Ait
enim Joannes de Domino noſtro in epiſtola
1. Joa. 5. ſua nos docens : *Hic eſt qui venit per aquam &*
ſanguinem Jeſus Chriſtus , non in aqua tantum , F
ſed in aqua & ſanguine . Et ſpiritus eſt qui teſti-
monium perhibet , quia ſpiritus eſt veritas ; quia
tres teſtimonium perhibent , ſpiritus & aqua & ſan-
guis . Et iſti tres unum ſunt . Ut ex illis col-
ligamus & aquam præſtare [[19] ſpiritum] ſoli-
tum , & ſanguinem proprium hominibus præ-
ſtare ſpiritum ſolitum , & ipſum quoque ſpiri-
tum præſtare ſpiritum ſolitum . Nam cum ef-
fundatur aqua ſicuti & ſanguis , ſpiritus etiam
effuſus ſit a Domino ſoper omnes qui credide-
runt , utique & aqua & nihilominus proprio

A ſanguioe , tunc deinde & ſpiritu ſancto poſ-
ſunt homines baptizari . Ait enim Petrus : *Sed* Act. 2.
hoc eſt quod dictum eſt per prophetam : Erit in
noviſſimis diebus , dicit Dominus , effundam ſpiri-
tum meum ſuper omnem carnem , & prophetabunt
filii eorum & filiæ eorum , & juvenes viſiones vi-
debunt , & ſeniores ſomnia ſomniabunt . Et qui-
dem ſuper ſervos & ſuper ancillas effundam de
ſpiritu meo . Quem ſpiritum in veteri teſtamen-
to , non quidem paſſim nec effuſe , ſed com-
municatum cum aliis , aut etiam ſponte inſi-
B luiſſe in quoſdam homines , vel induiſſe eos vel
ſuiſſe ſuper eos deprehendimus , ſicuti Moyſi
de ſeptuaginta presbyteris a Domino dictum
eſſe animadvertimus : *Et auferam ſpiritum qui* Num.
ſuper te eſt , & imponam ſuper eos . Propter 11.
quod etiam ſecuodum pollicitationem ſuam
Deus ab alio ex ſpiritu qui ſuper Moyſen fue-
rat impoſuit ſuper illos , & prophetaverunt in
caſtris ; quod Moyſes , ut homo ſpiritalis , ita
contigiſſe gaudebat , licet ab Jeſu filio Nave
ut huic rei intercederet invito ſuadebatur , &
iccirco non fuiſſe permotus . Porro autem in
C libro judicum , item in regoorum libris ani-
madvertimus ſuper pleroſque aut fuiſſe ſpiri-
tum Domini aut ioſiluiſſe in eos , tamquam
ſuper Gothoniel , Gedeon , Jephthe , Samſon ,
Saul , David , & ceteros alios . Quod uſque
adeo ita ſe habet ut ſpiritus ſancti ſponte ac-
cedendi ab eis libertatem ac facultatem maniſe-
ſtiſſime nos Dominus docuerit dicens : *Spiritus* Joan. 3.
ubi vult ſpirat , & vocem ejus audis , & neſcis
unde veniat aut quo vadat . ita ut idem ſpiritua
etiam ſuper indignos quoque ſui noonumquam
D invenietur eſſe , non utique otioſe nec ſine ra-
tione , ſed neceſſariæ alicujus operationis gra-
tia , ſicuti ſuper Saul fuit , ſuper quem factus
eſt ſpiritus Dei , & prophetavit . Quamquam
poſteriore tempore poſtquam receſſit ab eo ſpi-
ritus Domini , & poſtquam angebat eum ſpi-
ritus malignus a Domino , quooiam tunc ad
hoc poſtremus venerat poſt nuotios quos ante
aſſidue præmiſerat ut interficeret David : qui
icciroo inciderunt in chorum prophetarum &
prophetaverunt , oe id quod juſſi fueraot per-
ficere poſſent aut vellent . Quod admirabili ra-
E tione per voluntatem Dei ſpiritum qui ſoper
illos omnes fuit credimus operatum eſſe . Qui
ſpiritus implevit etiam Joanoem Baptiſtam ad-
huc ab utero matris ſuæ , & iocubit ſuper eos
qui cum Cornelio centurione erant prius quam
baptizareotur aqua . Ita dum cohæret bapti-
ſmati hominum ſpiritus ſanctus aut antecedit
aut ſequitur , vel ceſſante baptiſmate aquæ in-
cumbit ſuper eos qui creduot , dat nobis con-
ſilium quod aut ex integro rite baptiſma ob-
ſervare aut ſorte dato a quocumque io nomi-
F ne Jeſu Chriſti baptiſmate ſupplere id debea-
mus , cuſtodita nominis Jeſu Chriſti , ſicuti
pleniſſime expoſuimus , ſanctiſſima invocatione ,
cuſtodita præterea tanti temporis , tot virorum
veneranda nobis conſuetudine & auctoritate .
Quoniam autem prima pars diſputationis hujus
videtur explicata , etiam ſequentem ejus pro-
pter hæreticos debemus attingere : quia per-
quam neceſſarium eſt eum tractatum qui ſemel
in manus incidit non præterire , ne forte eos
qui ſuot ſimpliciores ex fratribus aliquis hære-
ticorum verſutia ſua audeat attentare . Nam

A quia Joannes dixit nos baptizandos eſſe in ſpiritu ſancto & igni, eo quod addiderit dicens *& igni*, iccirco quidam deſperati homines auſi ſunt uſquequaque pravitatem ſuam porrigere, & propterea homines verſutiſſimi quærunt quomodo ſanctitatis baptiſma ita corrumpant ac violent ut etiam evacuent; qui originem jam exinde trahunt a Simone mago multiformi perverſitate per varios errores *eum* exercentes. Cui

Act. 8. Simoni Petrus in actis apoſtolorum dixit: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia gratiam Dei exiſtimaſti per pecunias poſſe poſſideri. Non*

B *eſt tibi portio neque ſors in ſermone hoc. Cor enim tuum non eſt rectum coram Deo.* Et agunt iſti hæc omnia dum fallere cupiunt eos qui ſunt ſimpliciores aut curioſiores, & tentant nonnulli illorum tractare ſe ſolos integrum atque perfectum, non ſicuti nos mutilatum & decurtatum baptiſma tradere, quod taliter dicuntur adſignare ut quam mox in aquam deſcenderunt, ſtatim ſuper aquam ignis appareat. Quod ſi aliquo luſu perpetrari poteſt, ſicut adfirmantur plerique hujuſmodi luſus Anaxilai eſſe, ſive naturale quid eſt, quo pa-

C cto poſſit hoc contingere, ſive illi putant hoc ſe conſpicere, ſive maligni opus & magicum virus ignem poteſt in aqua exprimere, illi tamen talem fallaciam & ſtropham prædicant perfectum baptiſma eſſe; quod fideles homines ſi coacti fuerunt accipere, utique non dubitabitur eos id quod habuerant amiſiſſe, perinde ac ſi quis ſacramento miles dicto deſertis ſuis caſtris in hoſtium diverſiſſimis caſtris longe aliud ſacramentum velit dicere, hac ratione conſtat eum vetere ſacramento exauctora-

D tum eſſe. Item ſi hujuſmodi homo rurſus ad te redeat, utique hæſitabis utrum habeat baptiſma necne; & tamen oportebit te huic quoque pœnitentiam agenti quibuſcumque modis potueris ſubvenire. Eſt autem adulterini hujus immo internecini baptiſmatis ſi quis alius auctor, tum etiam quidam ab eiſdem ipſis hæreticis propter hunc eumdem errorem confictus liber qui inſcribitur [10] PETRI PRÆDICATIO. In quo libro contra omnes ſcripturas & de peccato proprio confitentem invenies

E Chriſtum, qui ſolus omnino nihil deliquit, & ad accipiendum Joannis baptiſma pæne invitum a matre ſua Maria eſſe compulſum, item cum baptizaretur ignem ſuper aquam eſſe viſum, quod in evangelio nullo eſt ſcriptum, & poſt tanta tempora Petrum & Paulum poſt conlationem evangelii in Hieruſalem & mutuam cogitationem & altercationem & rerum agendarum diſpoſitionem, poſtremo in Urbe quaſi tunc primum invicem ſibi eſſe cognitos, & quædam alia hujuſcemodi abſurde ac turpi-

F ter conficta: quæ omnia in illum librum invenies congeſta. Qui autem non ignorant ſpiritus ſancti qualitatem intelligunt quod dictum eſt de igni de ipſo ſpiritu dictum eſſe. Nam

Act. 2 in actis apoſtolorum ſecundum hanc eamdem promiſſionem Domini noſtri ipſo die Pentecoſtes cum deſcendiſſet ſpiritus ſanctus ſuper

A diſcipulos ut in illo baptizarentur, viſæ ſunt inſidentes ſuper ſingulos linguæ quaſi ignis, ut conſtaret eos ſpiritu ſancto & in igne baptizatos, hoc eſt eo ſpiritu qui eſſet ſive ignis ſive quaſi ignis, qualis ignis fuit qui in rubo ardebat & rubum non comburebat, qualiſque eſt ille ignis qui eſt angelorum ſpiritus, ſicut ſcriptura dicit: *Qui facit angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignem ardentem.* *Pſal.* 103. Cui cum ſimilis aut ſocius aut particeps fueris, poteris nullum ignem timere, nec illum quidem qui antece-

B dens Domino in die judicii conflagrabit totum orbem terræ, abſque eis qui baptizati ſunt in ſpiritu ſancto & igni. Et hominibus quidem ſpiritus perſeverat hodie inviſibilis, ſicut Dominus dicit: *Spiritus ubi vult ſpirat, & neſcis unde veniat vel quo vadat.* *Joan.* 3. Sed in principio myſterii fidei & ſpiritalis baptiſmatis hic idem ſpiritus manifeſte viſus eſt & ſuper diſcipulos inſediſſe quaſi ignis, item cælis apertis deſcendiſſe ſuper Dominum columbæ ſimilem, quoniam pleraque immo pæne omnia quæ eſſent futura manifeſta ſunt; quæ tamen modo eſ-

C ſent inviſibilia nihilominus, nunc quoque oculis & incredulitati hominum vel ex parte, vel aliquando, vel in figura ſunt monſtrata ad corroborandam & confirmandam fidem noſtram. Sed nec aliud omiſerim quod evangelium merito prædicat. Ait enim paralytico Dominus noſter, *Bono animo eſto, fili, dimittuntur tibi peccata*, *Matt.* 9. ut oſtenderet fide mundari corda ad remiſſionem peccatorum conſequendam. Quam remiſſionem peccatorum conſecuta eſt etiam illa quæ erat mulier peccatrix in civitate; cui Dominus ait: *Dimittuntur tibi peccata.* *Luc.* 7. Et cum

D cœpiſſent qui ſimul diſcumbebant apud ſemetipſos dicere, *Quis eſt hic qui peccata dimittit*, quod & circa paralyticum acerbius Scribæ & Phariſæi obmurmuraverant, ait ad mulierem Dominus: *Fides tua te ſalvam fecit, vade in pace.* Ex quibus univerſis oſtenditur fide emundari corda, ſpiritu autem ablui animas. Porro autem per aquam lavari corpora, ſanguine quoque feſtinantius perveniri per compendium ad ſalutis præmia puto nos plene exſecutos prædicationem Baptiſtæ Joannis, unde ſermonem ſu-

E mus exorſi, qui dixit ad Judæos: *Ego quidem vos baptizo aqua in pœnitentiam.* *Luc.* 3. *Qui autem poſt me venit fortior me eſt, cujus ego non ſum dignus ſolvere corrigiam calciamenti. Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni.* Arbitror autem & apoſtoli Joannis doctrinam nos non inepte diſpoſuiſſe, qui ait *quia tres teſtimonium perhibent, ſpiritus & aqua & ſanguis, & iſti tres unum ſunt.* *1. Joa.* 5. Niſi fallor autem etiam illud explanavimus quod Dominus noſter ait: *Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini in ſpiritu ſancto.* *Act.* 5. & 11.

F Præterea exiſtimo nos non infirmam rationem reddidiſſe conſuetudinis cauſam. Tueamur tamen, etſi poſteriore loco id facimus, ne qui putet nos unico articulo præſentem altercationem ſuſcitare. Quamquam hæc conſuetudo etiam ſola deberet apud homines timorem Dei habentes & humiles præcipuum locum obtinere.

NOTÆ

NOTÆ AD LIBRUM DE REBAPTISMATE.

1 HUnc tractatum primus in lucem protulit Nicolaus Rigaltius ex apographo Sirmondi, Sirmondus autem deſcripſerat ex veteri codice MS. monaſterii ſancti Remigii Remenſis, ubi poſitus eſt conſequenter poſt epiſtolam Cypriani ad Pompejum. Nos illum contulimus cum eodem libro veteri, & ex ejus fide emendavimus & ſupplevimus quæ aut male poſita erant, aut omiſſa in editione Rigaltii. Auctorem illius eſſe Urſinum monachum Afrum, cujus meminit Gennadius in libro de Scriptoribus eccleſiaſticis, monuit Philippus Labbeus in indice rerum quæ exſtant in tomo primo Conciliorum. At iſtud repulit Guillelmus Cave, eo in primis argumento quod conſtet, ut ipſe arbitrabatur, illum ſcriptum eſſe invaleſcente adhuc perſecutione adverſum Chriſtianos, Urſinus autem ille qui de ea materia ſcripſit, reponatur a Gennadio inter ſcriptores ævi quarti jam deſinentis; & quia Gennadius de Urſino agens tradit illum ſcripſiſſe adverſus eos qui rebaptizandos hæreticos decernunt, & docuiſſe rebaptizandos non eſſe eos qui in nomine vel ſimpliciter Chriſti, vel in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, quamvis pravo ſenſu, baptizantur, iis autem poſt ſimplicem Trinitatis confeſſionem ſufficere ad ſalutem manuum impoſitionem. Quod in Anonymo diſerte non reperiri, ait Guillelmus Cave. Sane fatendum eſt nonnulla in eo opere legi, quæ innuere videntur illud fuiſſe ſcriptum invaleſcente perſecutione. Sed præterquam quod mentionem perſecutionis factam fuiſſe antiquitus ab iis qui diu poſt exſtinctam perſecutionem vixere, nos olim oſtendimus in obſervatione noſtra de tempore concilii Eliberitani, illa res, ut verum fatear, me facile impellit ut credam hunc tractatum vere eſſe Urſini quod illius auctor teſtatur ſe diu poſt apoſtolos ſcripſiſſe, *poſt tot ſæculorum tantam ſeriem*. Quod arbitror dici non potuiſſe ab eo qui ſcripſiſſet ævo Cypriani. Ab exceſſu enim apoſtolorum uſque ad tempora ſancti Cypriani vix invenias ſeſquiſæculum, multo minus *tot ſæculorum tantam ſeriem*. At uſque ad tempora Urſini prætererant plura ſæcula.

2 *De rebaptiſmate*] Retinuimus inſcriptionem quam præfert vetus codex. Et in calce vetus codex habet: *Cæcili Cypriani finivit de rebaptiſmate*.

3 *In no. J. C. Domini noſtri*] In veteri libro ſcriptum eſt *Domini non*. Quod ita corrigendum eſſe cenſuit Sirmondus ut *Dominicum* poneretur; & ita edidit Rigaltius. Nos ſcripſimus *Domini noſtri*, tum quia paulo ante ſcriptum eſt *in nomine Dei noſtri Jeſu-Chriſti* tum quia infra diſerte ſcriptum eſt *in nomine Domini noſtri Jeſu-Chriſti*. Sic in allocutione Creſcentis a Cirta in concilio Carthaginenſi pag. 599 ſcriptum eſt in vetuſtiſſimo codice MS. ſancti Remigii Remenſis *dilectiſſimi non* pro *noſtri*, & in allocutione Munnuli a Girba ibidem *Domino n dicente*, cum legendum ſit *Domino noſtro*. Sic pro eo quod apud Marium Mercatorem in editione noſtra pag. 348. ſcriptum eſt *nondum verbum dicit*, nos monuimus pag. 470. legendum eſſe *non Deum*.

4 *Stupore*] Arrogantia, ſuperbia, ut recte monuit Rigaltius. Vox illa in eo ſenſu uſurpata eſt a Cypriano & a Pontio ejus diacono. Apud Marium Mercatorem pag. 75. In editione noſtra legitur: *In ſtupore remaneat dentium Paulus Samoſatenus*.

5 *In quocumque clero*] id eſt, in quolibet ordine eorum qui in clero connumerantur.

6 *Ab iis*] Ita putavi ſcribendum eſſe, cum antea legeretur *aliis*.

7 *Accendi*] Rigaltius conjecit legendum eſſe *tacendi*. Angli pro *accendi* poſuerunt *accedenti*. Ego puto ponendum eſſe *attendi*.

8 *Moyſis antiquiſſimo*] Antea editum erat *Moyſe, antiquiſſimo*. Certam eſſe hanc noſtram emendationem oſtendit locus ex epiſtola 73. Cypriani: *Illi quia jam legis & Moyſi antiquiſſimum baptiſma fuerant aſſecuti*.

9 *Quoniam, ut animadvertis*] Aſſentior erudito viro, qui monuit legendum eſſe *quamquam*.

10 *Modo dimidiatum*] Idem vir eruditus cenſet legendum eſſe *non modo dimidiatum, ut contendis, ſed conſummatur myſterium fidei*.

11 *Munus effuſum*] Facile aſſentior eidem viro doctiſſimo, qui putat reponi debere *effuſus*.

12 *Corriperetur*] Puto legendum eſſe *corrumperetur*.

13 *Virorum optime*] Antea legebatur *virorum*: emendatio facilis & obvia. Sic in epiſtola Paulini epiſcopi Aquilejenſis ad Carolum M. in libro primo miſcellaneorum noſtrorum pag. 365. *His & ſimilibus virorum optime*. Inter epiſtolas ineditas Traſmundi monachi Clarevallenſis reperitur una quæ ſic incipit: *Recipere a te, virorum optime, non catenulas ferreas, ſed murenulas aureas ſolebamus*. Matthæus Boſſus lib. 1. epiſt. 77. ad Polyclerum: *Polyclete virorum optime*. Joannes Vatellus in epiſtola ad Guillelmum Riviere. quæ edita eſt cum epiſtolis Guillelmi de Mara: *Non poſſum nobis non plurimum gratulari virorum optime*. Apud Marium Mercatorem pag. 53. 157. in editione noſtra *vir optime*. Interpres epiſtolæ Palladii ad Lauſum præfixæ libris de Vitis patrum: *Eſt autem hujus deſiderii ſpiritualis exactor virorum optimus Lauſus*.

14 *Multa vel prava*] Reponendum eſt *mutila*.

15 *Qui in eos Chriſtus*] Angli legendum eſſe monuerunt *qui ob pſeudochriſtos forte credere noluerunt*.

16 *Quam ut ipſa*] Rigaltius cenſuit ita emendandum eſſe hunc locum ut legatur *nihil proficere quam ut ipſum appareat & conſtet hæreticum eſſe*. Ego conjicerem legendum eſſe, *quoniam re ipſa apparet & conſtat*.

17 *Deus noſter*] Antea legebatur *Deum noſtrum*. Senſus autem poſtulat ut legatur eo modo quo nos emendavimus.

18 *Non. a. erat ſpiritus*] In evangelio Joannis in editione vulgata legitur *ſpiritus datus*. Sed hanc ultimam vocem non exſtare in Græco & ſubintelligendam eſſe jam monuerunt viri docti. Quamquam ſunt aliqui qui putant illam eſſe non neceſſariam.

19 *Spiritum ſolutum*] Aſſentior viro erudito quem ſupra laudavi, & admonitione ejus uſus ſum ut emendarem & ſupplerem hunc locum. Certa autem eſt emendatio.

20 *Pauli prædicatio*] Ita vetus codex. Rigaltius poſuit *Petri*, quia hujuſce ſcripti meminerunt Euſebius & Hieronymus in libro de Scriptoribus eccleſiaſticis. Angli repoſuerunt nomen Pauli, & id quidem recte. Etenim quamvis obſervatio Rigaltii bona ſit, nihil mutare oportuit, ut recognovit ipſe Rigaltius in indice erratorum. Nullus Catholicus inventus eſt, ut etiam obſervatum eſt a Paſchaſio Radberto, qui Zachariæ nomen poneret pro Hieremia apud Matthæum cap. 27. Contra Petrus Bleſenſis, ut recte monuit Buſæus, in epiſtola 141. Zachariam citat pro Hieremia; & tamen Buſæus noluit emendare. Aliter ei viſum eſt qui adornavit editionem Romanam operum Joannis Caſſiani. Cum enim apud illum collat. 7. cap. 12. legeret *Job quoque*, ſciret autem locum illic relatum non eſſe Jobi, ſed Salomonis, ſcripſit: *Salomon quoque*. Sana emendatio, ſed non ex mente Caſſiani, qui memoriæ lapſu erraverat in nomine. Pari memoriæ lapſu Gregorius Nazianzenus in oratione ad Julianum citavit Salomonem pro Jobo. Agnovit errorem Billius, & tamen non emendavit, ſed tantum monuit eſſe memoriæ lapſum. Idem Gregorius in oratione de pauperum amore citavit Michæam pro Amos, & Amos pro Michæa. Sic etiam apud Marium Mercatorem in editione noſtra pag. 28. Joannes Evangeliſta citatur pro Paulo, ut illic monuimus. In canone 13. concilii ſecundi Hiſpalenſis legitur in antiquiſſimis & optimis codicibus manuſcriptis *In Hieremia quoque corpus ſolum obtuliſſe Chriſtum*. Pro quo in vulgatis editionibus legitur *Eſaias quoque*, quia conſtat locum illum vere eſſe Iſaiæ, non vero Hieremiæ. De actibus Pauli vide quæ notantur in hiſtoria Eccleſiaſtica Joannis Clerici ad annum Chriſti 69. §. 3.

Digitized by Google

OPUSCULA

VULGO ADSCRIPTA

SANCTO CYPRIANO.

Digitized by Google

DE
DISCIPLINA ET BONO PUDICITIÆ.

Epiſtola Ignoti Auctoris.

1 Aliquas officiorum meorum partes non æſtimo præteriſſe, dum ſemper enitor, vel maxime quotidianis Evangeliorum tractatibus, aliquando vobis fidei & ſcientiæ per Dominum incrementa præſtare. Quid enim aliud in Eccleſia Domini utilius geri, quid accommodatius officio Epiſcopi poteſt inveniri, quam ut doctrina divinorum, per ipſum inſinuata collataque, verborum, poſſint credentes ad repromiſſum regnum pervenire cælorum? Hoc certe mei & operis & muneris, quotidianum votivum negotium, abſens licet obtinere conitor; & per litteras præſentiam meam vobis reddere conor. Dum vos ſolito more allocutionibus miſſis in fide interpello, ideo convenio, ut Evangelicæ radicis firmitate ſolidati, adverſus omnia diaboli prœlia ſtetis ſemper armati. Abſentem me non credam, ſi fuero ſecurus. Verumtamen omnia quæ utiliter proſeruntur, & æternæ vitæ ſtatum tractantibus vel definiunt, vel promittunt; ita demum fructuoſa ſunt, ſi ad emolumentum operis, divinæ indulgentiæ viribus, adjuventur. Non ſolum proſerimus verba quæ de ſcripturarum ſacris fontibus veniunt, ſed cum ipſis verbis preces ad Dominum & vota ſociamus, ut tam nobis quam vobis, & ſacramentorum ſuorum theſauros aperiat, & vires ad implenda quæ cogooſcimus, tribuat. Periculum enim majus eſt voluntatem Domini cognoviſſe, & in Dei voluntatis opere ceſſaſſe.

Quamvis ergo ad multa vos negotia & ad divinæ monitionis præcepta, ſemper ut ſcitis exhorter, (quid enim mihi aliud votivum aut majus poteſt eſſe, quam ut per omnia perfecti ſtetis in Domino) tamen ut præcipue pudicitiæ clauſtra teneatis (quod & facitis) admoneo: ſcientes templum eſſe vos Domini, membra Chriſti, habitationem Spiritus ſancti, electos ad ſpem, conſecratos ad fidem, deſtinatos ad ſalntem; filios Dei, fratres Chriſti, conſortes Spiritus ſancti, nihil jam carni debentes, quaſi renatos ex aqua & pudicitia, præter voluntatem quam velle debemus ut noſtra ſit: præſtetur etiam propter redemptionem, ut corrumpi non poſſit, quæ a Chriſto conſecrata ſit. Nam ſi Apoſtolus Eccleſiam ſponſam Chriſti pronnnciat: oro vos quanta pudicitia exigitur, ubi Eccleſia inter matrimonia ſponſa virgo præſtetur? Et ego quidem, niſi quod breviter vos admonere propoſui, latiſſimas ſatis puto, & locupletes pudicitiæ laudes proſerre potui: ſed ſupervacuum duxi laudare eam diutius apud colentes. Vos enim illam ornatis dum geritis, & plures ejus laudes exercendo proſertis; facti ejus ornamentum, dum & illa veſtrum eſt, mutuo decore invicem ſenerando. Illa vobis diſciplinam bonorum ſuggerit morum, vos illi miniſterium præſtatis operum ſanctorum. Nam & illa quantum & quid poſſit, per vos apparuit, & quid vos velitis, ipſa demonſtravit & docuit; copulatis in unum duobus bonis mandatorum & rerum, ne quid mutilum videretur, ſi aut præcepta miniſteriis, aut præceptis miniſteria defuiſſent.

Pudicitia eſt honor corporum, ornamentum morum, ſanctitas ſexuum, vinculum pudoris, ſons caſtitatis, pax domus, concordiæ caput. Pudicitia ſollicita non eſt cui placeat niſi ſibi: Pudicitia ſemper verecunda, dum innocentiæ mater eſt: Pudicitia ſemper ornatur ſolo pudore, bene ſibi tunc conſcia de pulchritudine, ſi improbis diſplicet: Pudicitia nihil ornamentorum quærit, decus ſuum ipſa eſt. Hæc nos commendat Domino, connectit Chriſto: hæc expugnat omnia de membris illicita deſideriorum prœlia, pacem noſtris corporibus inducit: beata ipſa, & beatos efficiens apud quoſcumque habitare dignatur; quam numquam accuſare poſſunt, nec qui eam non habent: venerabilis etiam hoſtibus ſuis, dum illam multo magis mirantur, qui eam expugnare non poſſunt. Sed ut matura & in viris probata ſemper, & a ſeminis appetenda; ſic inimica ejus impudicitia ſemper eſt deteſtanda: obſcœnum ludibrium reddens miniſtris ſuis, nec corporibus parcens nec animis. Debellatis enim propriis moribus, totum hominem ſuum ſub triumphum libidinis mittit: blanda prius, ut plus noceat dum placet: exhauriens rem cum pudore; hoſtis continentiæ, frequenter perveniens ad ſanguinem, cupiditatum infeſta rabies, incendium conſcientiæ bonæ, mater impœnitentiæ, ruina melioris ætatis, contumelia generis, expugnans ſanguinis & ſamiliæ fidem, alienis affectibus ſuos inſerens filios, in aliena teſtamenta ſobolem ignoti & corrupti generis inducens. Quæ plerumque extra ſexum ardens, dum ſe non continet intra conceſſa, parum ſibi putat ſatisfactum, niſi in virorum quoque corporibus non voluptatem novam quærat, ſed extraordinaria & portentoſa contra ipſam naturam ex viris per viros monſtra conquirat.

Sed enim pudicitia locum primum in Virginibus tenet, ſecundum in Continentibus, tertium in Matrimoniis. Verum in omnibus glorioſa eſt cum gradibus ſuis. Nam & Matrimoniorum fidem tenere laus eſt, inter tot corporis bella; & Matrimonio de continentia modum ſtatuiſſe, majoris virtutis eſt, dum etiam licita rejiciuntur. Certe ex utero ſanctitatem cuſtodiſſe, & infantem ſe uſque in ſenectutem in ſua ætate tota tenuiſſe admirandæ utique potentiæ eſt: niſi quod blandas corporis leges non ooſſe, magis felicitatis eſt, notas jam viciſſe, virtutis eſt; ſic tamen ut & virtus iſta de dono Dei veniat, licet ſe in membris hominibus oſtendat.

Pudicitiæ, fratres, antiqua præcepta ſunt. Quare antiqua dico? quia cum ipſis homini-

bus inſtituta ſunt. Nam & ideo vir ſuus feminæ eſt, ut præter eumdem alterum neſciat, & ideo viro reddita eſt mulier, ut ſubjecto quod fuerat ei proprium, nihil requirat alienum. Sic & duo, inquit, erunt in carne una, ut in unum redeat quod unum fuerat, ne ſeparatio ſine reditu occaſionem præſtet alterius. Inde & Apoſtolus: Caput mulieris pronunciavit virum, ut conjunctione duorum pudicitiam probaret. Nam ut alterius caput membris aptum non poteſt eſſe, ita & alieno capiti membra non ſua: caput enim ſuis convenit membris, & membra capiti ſuo; utraque naturali fibula in concordia mutua cohærent, ne qua oriente diſcordia de diviſione membrorum pactum divini fœderis rumperetur. Addit tamen & dicit: Quoniam qui uxorem ſuam diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim carnem ſuam odio habet, ſed nutrit & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam. Caritatis cum pudicitia ex hoc magna præſcriptio, ſi uxores diligendæ ſunt a viris ſuis ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam; & ita uxores maritos debent diligere, ut Eccleſia diligit Chriſtum.

Hanc ſententiam Chriſtus quando uxorem dimitti non niſi ob adulterium dixit; interrogatus, tantum honorem pudicitiæ dedit. Hinc nata eſt illa ſententia: Adulteras non ſinetis vivere. Hinc Apoſtolus dicit: Hæc eſt voluntas Dei, ut abſtineatis vos a fornicatione. Hinc & illud dicit: Membra Chriſti, membris meretricis non eſſe jungenda. Hinc traditur ſatanæ in interitum carnis, qui proculcato jure pudicitiæ, vitia carnis exercet. Hinc merito regnum cælorum non tenent adulteri; hinc eſt omne peccatum extra corpus eſſe, ſolum adulterum peccare in ſuum corpus: hinc ceteræ præceptoris auctoritates, quas nunc recolere omnes non eſt neceſſe, apud vos præſertim qui illas noſtis frequenter & facitis, quæ licet deſcripta non ſint, queruli tamen de his non poteſtis eſſe. Adulter enim non habet excuſationem, aut habere potuit, quia ducere licebat uxorem.

Sed ſicut matronis jura præſcripta ſunt, quæ ita ſunt nexæ, ut divelli inde non poſſint: virginitas vero & continentia extra jus omne ſunt; nihil ad virginitatem de matrimoniorum legibus pertinet, altitudine ſua tranſcendit omnes, ſi ulla prava hominum auſa leges ſupergredi conantur. Virginitas æquat ſe Angelis: ſi vero exquiramus, etiam excedit; dum in carne luctata victoriam etiam contra naturam refert, quam non habent Angeli. Virginitas quid aliud eſt quam futuræ vitæglorioſa meditatio? Virginitas neutri ſexus eſt: virginitas eſt perſeverans infantia: virginitas eſt voluptatum triumphus: virginitas filios non habet, ſed quod plus eſt, filiorum contemptum habet: non habet fecunditatem, ſed non habet orbitatem: felix quod eſt extra partus dolorem, felicior autem quod eſt extra funerum filiorum calamitatem. Virginitas quid eſt aliud quam ſoluta libertas? maritum non habet dominum. Virginitas affectationibus omnibus ſoluta eſt: non matrimoniis eſt dicata, non ſæculo, non liberis. Perſecutionem non poteſt timere, dum illam de ſecuritate poteſt provocare.

Sed quia pudicitiæ nobis breviter ſunt expoſita præcepta, jam pudicitiæ ponamus exemplum. Plus enim proficitur, cum in rem præſentem venitur: nec de virtute dubitabitur, quando quod præcipitur, exemplis etiam ſignatur. Exemplum pudicitiæ a Joſeph cœpit. Adoleſcens Hebræus generoſus de patre, generoſior de innocentia, ob invidiam revelationum diſtractus a fratribus Iſmaelitis, in domum devenerat hominis Ægyptii; obſequio & innocentia & tota ſervitutis fide facilem & benevolum in ſe animum ſui provocaverat domini, cujus faciem tam ſermo liberalis, quam ætas omnibus commendaverat. Sed iſta generoſitas ab uxore domini aliter quam decebat accepta eſt: in domus parte ſecreta, & ſine arbitris, alta & facinoribus accommoda; putavit ſe pudicitiam adoleſcentis incontinens mulieris impudicitia, nunc promiſſis, nunc minis poſſe ſuperare. Et cum retentus eſt veſtibus, eo quod moliretur fugam, propter tanti facinoris audaciam ipſas veſtes relinquens, & corporis nudi ſinceritatem habiturus innocentiæ teſtem; ad crimen impudicitiæ ſuæ imprudens mulier adjicere non dubitavit calumniam: & ceteris & marito, ſqualida & fervens, ſpreto deſiderio ſuo, conqueſta eſt dolore ſimulato, quod Hebræus adoleſcens vim ſibi molitus fuiſſet inferre, quam ipſa conata fuerat irrogare. Maritalis ardor rerum inſcius, & uxoris accuſatione graviter inflammatus inceditur. Pudicus vero juvenis, quia delicto conſcientiam non miſcuit, in imum carceris truditur. Sed ſola non eſt in carcere pudicitia: nam eſt cum Joſeph Deus, & nocentes dantur in manu ejus, quia innocens fuerat. Somniorum præterea obſcura diſſolvit, quia ſpiritus in tentatione vigilabat; & per dominum liberatur a vinculis. Qui in domo minor cum periculo fuerat, regiæ domus ſine periculo dominus effectus eſt: generoſitati ſuæ redditus, fructum pudicitiæ & innocentiæ, Deo judice, a quo meruerat, accepit.

Sed non minus ex parte diverſa, aliud nobis pudicitiæ ſimile de continentia feminarum exoritur exemplum. Fuit, ut legimus, Suſanna filia Helciæ, uxor Joachim pulcherrima, pulcrior moribus. Hanc nullum ad decorem commendabat ſpecies; ſimplex enim erat. Excoluerat pudicitia, & cum pudicitia ſola natura. Hanc e ſenioribus duo cœperant deperire, nihil memores nec divini timoris, ſed nec ſuæ annis jam marceſcentis ætatis; ita illos in flagrantia tranſactæ juventutis incendia, redivivæ libidinis flamma revocabat: Pudicitiæ latrones amorem profitentur, ſed oderant. Reſiſtenti minantur calumnias, adulterii ſe dicunt accuſatores voto adulteri. Inter quos libidinis ſcopulos auxilium de Domino petebat, quia viribus corporis repugnare non valebat. Et exaudivit de cælo clamantem ad ſe pudicitiam Dominus; & cum iniquitate oppreſſa duceretur ad pœnam, vidit inimicorum liberata vindictam. Bis victrix, & in periculo ſuo tam funeſte toties conſepta, & libidinem evaſit, & mortem. Infinitum erit ſi exempla proſequar plura: his duobus contentus ſum, præſertim cum omnibus ſit viribus per iſtos pudicitia defenſa.

Non illos emollire potuit in vita generoſi ſanguinis memoria, quæ in quoſdam licentia laſciviæ eſt miniſtra: non decor corporis, & apte poſitorum figura membrorum, quæ ſuggerit

gerit plerumque ut, quaſi flos quidam, properans velociter tranſituræ ætatis, porrecta voluptatis occaſione paſcatur: non anni primi virentis, ſed majoris ætatis; cum rudis adhuc ſanguis æſtuans, naturæ flammas accendat, & in medullis verſata cæca incendia ad remedium, verum etiam per periculum pudnris ituta: nnn ulla latebrarum & ſine ullo conſcio, quæ tuta quibuſdam putatur, occaſio; quæ maxima vis eſt admittendi ſceleris, cum deliberationibus occurrit impunitas. Nnn poſita neceſſitas de auctoritate jubentium, & in temeritate participum atque ſociorum; quo genere franguntur etiam ſæpe recta conſilia. Non præmia ipſa & bonitas, non accuſationes, non minæ, non pœnæ, non mortes; nihil tam ſævum, tam durum, tam triſte, quam cecidiſſe de alto pudicitiæ gradu. Digni tantn judicis divini præmio, quorum alter regio pæne throno illuſtraretur, altera concordia mariti dotata inimicorum mortibus redimeretur. Hæc ſunt & his ſimilia ſempet nobis ante oculos exempla ponenda, his paria diebus noctibuſque meditanda.

Nihil animum fidelem ſic delectat, quam integra immaculati pudoris conſcientia. Voluptatem viciſſe, voluptas eſt maxima: nec ulla major eſt victoria, quam ea quæ de cupiditatibus refertur. Qui hoſtem vicit, ſortiot fuit, ſed altero; qui libidinem tepreſſit, ſeipſo fortior fuit: qui inimicum proſtravit, externum hoſtem percuſſit; qui cupiditatem depreſſit, hoſtem domeſticum ſuperavit. Malum nmne facilius vincitur quam voluptas: quia illud quidqnid eſt, horridum eſt; hoc blandum eſt. Nihil tam difficile npprimitur, quam quod per illud armatur. Qui cupiditates tollit, & metus ſuſtulit; nam ex cupiditatibus metus veniunt. Qui cupiditates vincit, de peccato ttiumphat: qui rupiditates vincit, malum generis humani ſub pedibus ſuis jacere oſtendit: qui cupiditates vicit, pacem ſibi perpetuam dedit: qui cupiditates vicit, libertatem ſibi, quod etiam eſt ingenuis difficillimum, reddit. Meditanda ergo nobis, fratres, ut res docent, ſemper pudicitia: quo faciliot ſit, nullis artibus conſtat. Quæ enim illa conſummata voluntas, quæ niſi impediretur, longe eſt, ſed noſtra eſt: ita non eſt acquirenda, ſed fovenda quæ noſtra eſt.

Quid enim eſt aliud pudicitia, quam mens honeſta ad cuſtodiam corporis data; ut ſexibus redditus pudor, ſeveritate ſignatus, fidem honoris de incorrupta ſobole ſervaret? Pudicitiæ autem, fratres, competunt & cogniti ſunt in primis divinus pudor, & præceptorum ſancta meditatio, & animus propenſus ad fidem, & mens attonita ad ſacram religionem: deinde videre, ne quid in ſe ultra modum ſculptum, ultra honeſtatem productum, ne quid proditum, ne quid arte fucatum, ne quid ad irritandos, aut tedintegrandos dnlos lenocinatum. Nnn eſt pudica quæ affectat animum alterius movere, etiam ſalva corporis caſtitate. Longe abſint quibus pulcritudo non otnatur, ſed proſtituitur. Nam ſollicitudo de pulcritudine, & malæ mentis indicium & deformitatis eſt. Sit natura corporis libera, nec divinis operibus inferatur vis. Semper eſt miſera, quæ ſibi non placet qualis eſt. Quid capillorum mutatur color? qnid oculorum extremitates ſuffuſcantur? quid facies artibus in diverſam formam convertitur? quid poſtremo ſpeculum conſulitur, niſi quia ne ipſa ſit timetur? Cultus etiam mulietis pudicæ pudicus ſit: adulterium fidelis nec in coloribus noverit. Veſtibus aurum intexere, quaſi ptetin eſt veſtes corrumpere. Quid inter fila ſtaminum delicata, rigida ſaciunt metalla? niſi ut fluentes humerns premant, & luxnriam infelicitet animi jactantis oſtendant? quid cum cervices peregrinis lapidibus urgentur, & abſconduntur; quorum pretia etiam ſine artibus Kalendarium cujuſvis excedunt? Non otnatur mulier, ſed vitia mulieris oſtenduntut. Quid rum digiti tali auro nnerati, nec intrate poſſunt, nec egredi? utrum uſus expoſcitur, an patrimoniorum inania pompa monſtratur? Mirum negotium, mulieres ad nmnia delicatæ, ad vitiorum ſatcinas fortiotes ſunt viris.

Sed ut tepetam quæ cœperam, colenda ſemper pudicitia viris & ſeminis, nmni ruſtodia ſervanda eſt intra limites ſuos. Citn natura corporis periclitatur in corpore, dum rapit illam ſecum caro, quæ ſemper in lapſu eſt. Sub prætextu quippe naturæ quæ homines ſemper urget ad affectus, quibus ruinæ collapſi generis reſarciuntur; blandimentn vnluptatis fallens, non ducit ad continentiam legitimæ conjunctionis ſobolem, ſed jactat in crimen. Ergo cnntra has carnis inſidias, quibus ſe diabolus & ſocium ingetit & ducem ſacit, obluctandum eſt omni genete virtutis. Aſſumatut ſecundum Apoſtolum Chriſti opera, & a conſortio carnis quantum poteſt animus colligatut: ſeparetut conſenſus a corpore, vitia ſempet caſtigentut ut odiantur: ante oculos obverſetur deſnrmis iſte atque dejectus peccati pudor. Pœnitentia ipſa rum luctibus ſuis commiſſorum ctiminum inhoneſta conteſtatin eſt. Nihil conſideretur curioſe in alienis vultibus. Sermo & brevis ſit, & ſnbrius riſus, ſignum eſt enim animi facilis & remiſſi: nam contactus recedat etiam hnneſtus. Nihil corpori liceat, ubi vitandum eſt corporis vitium. Cogitetur quam hnneſtum ſit viciſſe dedecus, quam inhnneſtum victum eſſe dedecore.

Dicendum etiam, quod adulterium voluptas non eſt, ſed mutua contumelia: nec delectare poteſt, qnod & animam interficiat & pudnrem. Coerceat animus ſtimulos catnis, tefrenet impetum corporis. Accepit enim hanc poteſtatem, ut illi ad imperium ejus membra ſervirent; & quaſi legitimus ac perſectus auriga, ultra conceſſas corpotis metas extollentes ſe carnis impetus, cæleſtium præceptorum habenis reflectat; ne ultra terminos ſuos currus iſte corporis taptus, in periculum ſuum ſecum & ipſum rapiat aurigam. Sed inter hæc, immo & ante hæc, contra turbas & vitia omnia de divinis caſtris auxilium petendum eſt: ſnlus enim potens eſt Deus qui homines dignatus eſt facere, & plena hominibus auxilia præſtare. Ego pauca dictavi, quoniam non eſt propoſitum vnlumen ſcribere, ſed allocutionem tranſmittere. Vos ſcripturas aſpicite, exempla vobis de ipſis præceptis hujus rei majnra conquirite. Fratres cariſſimi, bene valete.

AD NOVATIANUM HÆRETICUM.

Quod Lapſis ſpes veniæ non eſt deneganda.

Tractatus ignoti AUCTORIS.

COGITANTI mihi, & intolerabiliter animo æſtuanti, quidnam agere deberem de miſerandis fratribus qni vulnerati non propria voluntare, ſed diaboli ſævientis irruptione, adhucuſque, hoc eſt, per longam temporum ſeriem agentes, pœnas darent; ecce ex adverſo obortus eſt alius hoſtis, & ipſius paternæ pietatis adverſarius hæreticus Novatianus; qui non tantum, ut in Evangelio ſignificatum eſt, ſicut ſacerdos vel Levites jacentem vulneratum præteriret, ſed ingenioſa ac nova crudelitate ſauciatum potius occideret, adimendo ſpem ſalutis, denegando miſericordiam patris, reſpuendo pœnitentiam fratris. Mirum quot acerba, quot aſpera, quot perverſa ſunt. Sed facilius quis in alieno oculo ſeſtucam perſpicit, quam in ſuo trabem. Nos autem, fratres dilectiſſimi, non moveat, aut turbet hæretici iſtius perfidi abrupta dementia: qui cum in tam ingenti diſſenſionis & ſchiſmatis crimine conſtitutus, & ab Eccleſia ſeparatus ſit, ſacrilega temeritate non dubitet in nos ſua erimina retorquere. Cum ſit enim a ſemetipſo nunc factus immundus, ſordibus ſacrilegis inquinatus; hoc nunc nos eſſe contendit. Et cum ſcriptum ſit, eanes foris remanſuros; & Apoſtolus hos eoſdem canes docuerit eſſe vitandos, ſicut legimus, ait enim: Videte canes, videte malos operarios: rabiem ſuam non ceſſat latratibus excitare, luporum more tenebroſam caliginem optare, qua facile poſſit ferina ſua crudelitate, oves a paſtore direptas, ſpelunca tenebroſa laniare. Aurum certe ſe ſuoſque quos colligit, eſſe pronunciat. Nec nos dubitamus deſertores Eccleſiæ apoſtatas factos, in aurum nunc facile potuiſſe converti, ſed illud aurum in quo prima delicta populi Iſrael denotata ſunt. Ceterum vaſa aurea & argentea, quæ ab Ægyptiis excuſa ſunt, in Dominica poteſtate, id eſt, Chriſti Eccleſia, perſeverant: in qua domo ſi perſeveraſſes, Novatiane, vas forſitan & pretioſum fuiſſes, ſed nunc te in paleas & in ſtipulam converſum nec intelligis, nec plangis.

Quid igirur vanis rebus extolleris? damna potius quam lucta conſequeris. Quid te ex quo pauperior factus es, divitem credis? Audi in Apocalypſi Dominicam vocem juſtis te objurgationibus increpantem: Dicis, inquit, dives ſum, & ditatus ſum, & nullius rei egeo: & neſcis quoniam tu es miſer, & miſerabilis, & cæcus, & pauper, & nudus. Has opes, has divitias paupertatis pro certo poſſidere ſe credat, quiſquis Chriſti Eccleſia derelicta ratione cæca, apud temerarios illos ſchiſmatum duces & diſſenſionis auctores converti non trepidat; quos Joannes antichriſtos appellat; quos Evangeliſta paleis ſimilat; quos Dominus Chriſtus fures & latrones deſignat, ſicut ipſe in Evangelio declarat dicens: Quia qui non introiit per oſtium in ovlle ovium, ſed deſcendit per alteram partem, ille fur & latro eſt. Item in eodem quoque ait: Omnes qni venerunt, fures ſunt & latrones. Qui iſti ſunt, niſi deſertores fidei, & tranſgreſſores Eccleſiæ Dei, qui contra ordinationem Dei nituntur? quos merito Spiritus ſanctus per Prophetam increpat, dicens: Feciſtis conſilium non per me, & conventionem non per ſpiritum meum, adjicere peccata ſnper peccata. Quid ad iſta reſpondeant perverſiſſimi iſti Novatiani, vel nunc infeliciſſimi pauci; qui ad tantam furoris dementiam proruperunt, ut nec Deo, nec homini reverentiam habuerint? Illie impudenter & ſine ulla ordinationis lege Epiſcopatus appetitur; hic autem propriis ſedibus & cathedræ ſibi traditæ a Deo renunciatur. Illic veritas: Aſpernantur me, ut ſacrificent mihi, nec offerunt oblationes ſanctas filiorum Iſrael, nec accedunt offerre ſancta ſanctorum, ſed accipient ignominiam ſuam in errore, quo erraverunt. Satis ſit paucis probaſſe quidnam ſint. Audite igirur Novatiani, apud quos ſcripturæ cæleſtes leguntur potius quam intelliguntur, parum ſi non interpolentur. Sunt enim veſtræ præcluſæ aures & corda cæcata, qui nullum de ſpiritalibus ae ſalutaribus monitis lumen admittitis. Sicut Eſaias ait, Excæcati ſnnt ſervi Dei; & merito excæcati, quia voluntas ſchiſmaticorum non eſt in lege, quæ lex unam nobis & ſingularem deſignat Eccleſiam; in illa ſcilicet quæ ſub Noe ante diluvium Dei providentia fabricata eſt arca, in qua non tantum munda animalia, ſed & immunda, ut tibi cito reſpondeatur Novatiane, invenimus eſſe recluſa. Quæ arca ſola cum his quæ ſecum fuerant liberata eſt: in qua & cetera quæ in ea inventa non ſunt, diluvio perierunt. Ex illa igitur arca remittuntur duæ aves, corax & columba. Qui corax vere hominum immundorum, & in tenebris perpetuis ſuturorum per ſæculi latam viam, & immunda veſcentium apoſtatarum futurorum, & ad Eccleſiam ſe ultra non vertentium, figuram portabat, quem legentes invenimus emiſſum, & non amplius reverſum. Huic ergo avi, id eſt, immundo ſpirirui, quique fuerint ſimiles inventi, ad Eccleſiam amplius reverti non poterunt; qui & ſi voluerint, Dominus prohibebit, qui Moyſi præcepit, dicens: Omne varium & immundum ejice foras extra caſtra. Columba autem emiſſa incontinenti ſignificatur reverſa, eo quod requiem non haberet pedibus ſuis: quam Noe recepit in arcam, & poſt ſeptimum diem iterato emiſſam, recepit eam portantem ſuo ore olivæ folium.

Et

Et ego quidem, fratres dilectiſſimi, non temere iſta cogitans, nec humana ſapientia conſpirans, ſed ut cæleſtis Domini dignatione neceſſarie & pertinenter mentibus noſtris concipere permittitur; dico illam, id eſt, columbam, duplicem nobis per ſemetipſam ſignificare figuram. Primam quidem & principalem, ſuam, hoc eſt ſpiritalem, olim, id eſt, ab initio divinæ adminiſtrationis inſiſtit, & ſacramentum baptiſmatis, quod in ſalutem generis humani proviſum, & ſoli Eccleſiæ cæleſti ratione celebrare, per os ſuum præoſtendit. Ter enim emiſſa ex arca, volitans per aerem ſuper aquam, ſignificabat jam tunc Eccleſiæ noſtræ ſacramenta. Unde & Dominus Chriſtus Petro, ſed & ceteris diſcipulis ſuis mandat, dicens: Euntes evangelizate gentibus, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: hoc eſt, ut Trinitas illa quæ ſub Noe per columbam figuraliter operata eſt, hæc nunc in Eccleſia per hos ſpiritaliter operetur.

Sumamus jam nunc & ſecundam perſonam columbæ ex arca emiſſæ, diluvii ſcilicet tempore, quando omnes abyſſi proruperunt, quando cataractæ cæli patefactæ ſunt ſuper terram, propter facinora hominum quæ quotidie exercebant coram Domino, ſicut Moyſes dixit: Et vidit Dominus Deus redundare nequitias hominum ſuper terram, & quod omnes in malum recordarentur a principio dierum ſuorum, & dixit: Perdam hominem quem feci a facie terræ, ab homine uſque ad pecus, & a reptili uſque ad volatilia cæli. Emittitur ergo tempore cataclyſmi columba ex arca, aquis violenter toto orbe terram infeſtantibus.

Illa arca figuram Eccleſiæ, ſicut ſuperius diximus, portabat, quæ verberabatur hinc atque inde aquis inſurgentibus tantum. Cataclyſmus ergo ille qui ſub Noe factus eſt, figuram perſecutionis quæ per totum orbem nunc nuper ſupereffuſa, oſtendit. Aquis autem, diruptis cataractis, undique convenientibus & excreſcentibus ſignificabantur gentes, quæ ad vaſtandam Eccleſiam excreverant. Sicut Apocalypſis docet, dicens: Aquæ quas vidiſti, populi ſunt, & gentes, & regna. Columba autem quæ pedibus ſuis requiem habere non poterat, lapſorum imaginem portabat; qui immemores divinarum prædictionum, vel ſimpliciter ignorantes, vel audacter diſſimulantes ceciderunt: quorum Dominus ruinam in Evangelio futuram his verbis ſignificaverat, dicens: Qui audit verba mea & non facit ea, ſimilabo eum viro ſtulto qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam: venerunt tempeſtates, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta eſt ruina ejus magna. Et ne temere comparaſſe videamur, columbam illam lapſorum imaginem portare; propheta civitatem ut columbam, hoc eſt, lapſorum perſonam increpat, dicens: Columba non exaudit vocem, id eſt, præclara & redempta civitas non recipit doctrinam, & in Dominum fidens non fuit.

Quod autem requiem pedibus columba illa, ſicut ſuperius diximus, invenire non poterat; hoc ſignificabat veſtigia negantium, hoc eſt, ſacrificatorum, lubrici veneno ſerpentis ſauciata, in lapſum converſa; quæ ulterius non poſſent ſuper aſpidem & baſiliſcum conſcendere, & draconem & leonem calcare. Quam poteſtatem tradidit Dominus diſcipulis ſuis, ſicut in Evangelio ait: Ecce do vobis poteſtatem calcandi ſuper omnem poteſtatem inimici, & ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & non nocebunt vobis. Iſtis ergo tot & tantis malignis ſpiritibus infeſtantibus, & in lapſorum necem inſurgentibus, proviſa eſt vulneratis ſalutis via: ut quibuſcumque viribus poſſent toto ſe corpore protrahere, caſtris ſuis recipere; quibus recepti poſſent medelis ſpiritalibus vulnera ſua curare. Recepta igitur columba, paucis etiam diebus interjectis, iterato emittitur ex arca; quæ reverſa, non tantum firma veſtigia, ſed & inſignia ſuæ pacis atque victoriæ, per illa olivæ folia quæ ſuo ore portabat, oſtendit. Duplex ergo illa emiſſio, duplicem nobis perſecutionis tentationem oſtendit: prima in qua qui lapſi ſunt, victi ceciderunt; ſecunda in qua hi qui ceciderunt, victores exſtiterunt. Nulli enim noſtrum dubium vel incertum eſt, fratres dilectiſſimi, illos qui prima acie, id eſt, Deciana perſecutione vulnerati fuerunt; hos poſtea, id eſt, ſecundo prœlio ita fortiter perſeveraſſe, ut contemnentes edicta ſæcularium principum, hoc invictum haberent, quod & non metuerunt exemplo boni paſtoris animam ſuam tradere, & ſanguinem fundere, nec ullam inſanientis tyranni ſævitiam recuſare.

Ecce, quam glorioſos, quam Domino caros, ſchiſmatici iſti ligna, fœnum, ſtipulam appellare non dubitant: quorum pares, hoc eſt, in eodem crimine lapſus ſui adhucuſque conſtitutos, nec ad pœnitentiam admittendos eſſe præſumunt; ex illa Domini pronuntiatione qua ait: Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum coram patre meo qui in cælis eſt. Proh dolor: quid contra dominica præcepta contendunt, ut ea quæ Chriſtus judicii ſui tempore ſit acturus, hæc nunc ſtirps Novatiani, patris ſui exemplum diaboli ſecuta, exercere conetur? dicente ſcriptura: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.

Reſpondebimus eis ad iſtam pronuntiationem Domini, quam male intelligant & male ſibi interpretentur. Quod enim ait: Qui me negaverit coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo qui in cælis eſt, utique futuri temporis ſignificatio eſt; quo tempore incipiet Dominus ſecreta hominum judicare; quo tempore tribunali Chriſti omnes nos oportet aſtare; quo tempore multi incipient dicere: Domine Domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia excluſimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? & tamen audient vocem Domini dicentis: Diſcedite a me omnes qui operati eſtis iniquitatem; non novi vos. Ibi adimplebitur quod ait: Negabo & ego illos. Quos autem maxime negabit Dominus Chriſtus, niſi vos omnes hæreticos, & ſchiſmaticos, & nominis ſui alienos? Qui enim aliquando Chriſtiani, nunc Novatiani, jam non Chriſtiani, primam fidem veſtram perfidia poſteriore per nominis appellationem mutaſtis; velim propoſitioni veſtræ reſpondeatis. Legite & docete, quem Dominus de his qui ſe dereliquerant vel nega-

gave-

Digitized by Google

gaverant, cum adhuc ipſe eſſet, negavit; atqui & ceteris qui ſecum remanſerant de Diſcipulis ait: Numquid & vos vultis abire? Petrum etiam quem negaturum ante prædixerat, cum negaſſet, ipſe non negavit, ſed ſuſtinuit; & amare illam ſuam negationem flentem ipſe poſtmodum lenit.

Quænam eſt tua, Novatiane, dementia, ut illa quæ ad exitium ſalutis pertineant, tantum legas: & quæ ad miſericordiam, prætereas? clamante Scriptura & dicente: Pœnitentiam agite qui erratis, convertimini corde. Et eodem quoque Propheta ſimiliter exhortante & dicente: Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, & ploratione, & planctu: & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta, & convertimini ad Dominum Deum veſtrum: quoniam miſericors eſt, & miſerator multæ miſerationis.

Adeo quia multæ miſerationis eſt Dominus, audivimus: audiamus quid per David conteſtatur Spiritus ſanctus: Si dereliquerint filii ejus legem meam, & in mandatis meis non ambulaverint, & ſi juſtificationes meas profanaverint, & præcepta mea non cuſtodierint; viſitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum: miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis. His ſimilia & per Ezechielem legimus dixiſſe Dominum: Fili hominis, domus Iſrael habitavit ſuper terram ſuam, & coinquinaverunt eam facinoribus ſuis. Sicut mulieris menſtruatæ facta eſt immunditia eorum ante faciem meam, effudi iram meam ſuper eos, & diſſeminavi eos inter gentes, & ſecundum peccata eorum judicavi eos: quia coinquinaverunt ſanctum nomen meum. Et quia dictum eſt de his: Hic eſt populus Domini; peperci eis propter nomen ſanctum meum, quod ſprevit domus Iſrael inter gentes. Et conjungens ait: Propterea dic populo Iſrael: Hæc dicit Dominus: Non vobis parco domus Iſrael: ſed propter nomen ſanctum meum parcam, quod coinquinaſtis inter gentes; & ſcietis quia ego Dominus, cum ſanctificatus fuero in vobis. Item Dominus ad eumdem: Fili hominis, dic populo Iſrael: Quare locuti eſtis dicentes: Erroribus noſtris contabeſcimus, & quomodo ſalvi eſſe poterimus? dic eis: Vivo ego, dicit Dominus; quia non deſidero mortem peccatoris: ſed deſidero ut avertatur peccator a via ſua peſſima, & vivat. Redite ergo a via veſtra peſſima. Quid morti vos traditis domus Iſrael? Sic per Eſaiam Prophetam: Non in æternum indignabor vobis, neque ſemper non defendam vos. Et quoniam Hieremias Propheta in perſona populi peccatoris deprecatur Dominum, dicens: Emenda nos Domine, ſed in judicio & non in ira, ne paucos facias nos; adjecit & dixit Eſaias: Propter peccatum modice contriſtavi eum, & percuſſi eum, & averti faciem meam ab eo, & contriſtatus eſt, & abiit triſtis in viis ſuis; & quia operatur, adjecit & dixit: Vias ejus vidi, & curavi eum, & dedi ei exhortationem veram, pacem ſuper pacem; pœnitentibus, deprecantibus, & operantibus reſtitui poſſe, quod male perierint, quodque a Chriſto declinaverint.

Denique hoc in Evangelio comprobatur, ubi illa mulier peccatrix deſcribitur, quæ venit ad domum cujuſdam Phariſæi, ubi erat Dominus vocatus cum Diſcipulis, portans vas unguenti; quæ ſtetit ad pedes Domini, & lacrimis ſuis lavit pedes ejus, & capillis extersit, & oſcula infixit, ut excitaretur ille Phariſæus & diceret: Hic ſi eſſet Propheta, ſciret quæ & qualis eſſet iſta mulier quæ eum tangit, quia peccatrix eſt. Unde incontinenti Dominus peccatorum remiſſor & pœnitentium receptor, ait: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille reſpondit dicens: Magiſter, dic. Et Dominus: Duo debitores erant cuidam feneratori, unus qui habebat denarios quingentos, & alius quinquaginta: cum non haberent unde ſolverent, ambobus donavit. Et interrogavit: Quis illorum plus diligit? Et reſpondit Simon: Utique ille cui plus donavit. Et adjecit dicens: Vides iſtam mulierem? Intravi in domum tuam, oſculum mihi non dediſti; hæc autem non ceſſavit oſculando pedes meos: pedes meos non lavaſti; hæc autem lacrimis ſuis lavit, & capillis extersit: oleo pedes meos non unxiſti; hæc autem unxit. Propter quod dico tibi, Simon, quia remittuntur illi peccata ejus. Ecce Dominus utriſque debitoribus larga ſua pietate debitum concedit. Ecce delicta donantem. Ecce mulierem peccatricem pœnitentem, flentem, deprecantem; & remiſſam peccatorum accipientem.

Erubeſce jam nunc, ſi fieri poteſt, Novatiane: deſine argumentis tuis impiis incautos decipere: deſine unius capituli præſcriptione terrere. Legimus & adoramus, nec prætermittimus cæleſtem Domini ſententiam, qua ait negaturum ſe negantem; numquid & pœnitentem? Et quid ego tamdiu de miſerationibus probare ſingula geſtiam? quandoquidem Ninivitis Allophylis, & longe a lege Domini conſtitutis, propter civitatis ſuæ annunciatam everſionem deprecantibus, miſericordia Dei non denegatur? Ipſi illi Pharaoni ſacrilega temeritate repugnanti, cum quondam cæleſtibus plagis verberaretur, & converſus Moyſi & fratri ejus dixiſſet: Orate pro me ad Dominum, quia peccavi; incontinenti ab eo ſuſpendebatur ira Dei. Et tu jam Novatiane, judicas, & nullam ſpem pacis ac miſericordiæ habere lapſos prædicas; nec increpanti Apoſtolo aurem accommodas dicenti: Tu qui es, qui judicas ſervum alienum? Domino ſuo ſtat aut cadit. Stabit autem, potens eſt Deus ſtabilire eum. Unde pertinenter & neceſſarie ex perſona eorumdem lapſorum increpat vos Spiritus ſanctus, dum dicit: Noli gratulari inimica mea mihi, quoniam ſi cecidi, & exſurgam: & ſi in tenebris ambulavero, Dominus lumen eſt mihi. Iram Domini tolerabo, quoniam peccavi illi, uſque dum juſtificet cauſam meam, & faciat judicium & juſtitiam, & producat me ad lucem. Videbo juſtitiam illius, & videbit me inimica mea, & cooperiet ſe confuſione.

Oro, non legiſti: Nolite gloriari, & nolite loqui excelſa, & ne exeat magniloquentia ex ore veſtro; quoniam erigit a terra pauperem, a ſterquilino erigit inopem, & ſedere eum facit cum potentibus populi? Non legiſti:

ſti : Quia Dominus ſuperbis reſiſtit , humilibus autem dat gratiam ? Non legiſti : Qui ſe exaltat , humiliabirur? Non legiſti : Quia Deus perdit memoriam ſuperborum , & non relinquit memoriam humilium? Non legiſti : Quia quo judicio quis judicaverit , eum judicari neceſſe eſt ? Non legiſti : Quia qui odit fratrem ſuum , in tenebris eſt , & in tenebris ambulat ; & non ſcit quo eat , quia tenebræ excæcaverunt oculos ejus ? Unde igitur & tam ſceleratus , & tam perditus , tam diſcordiæ furore veſanus exſtiterit iſte Novatianus , invenire non poſſum ; qui ſemper in domo una , id eſt , Chriſti Eccleſia , proximorum delicta nt propria fleverit ; onera fratrum , ſicut Apoſtolus hortatur , ſuſtinuerit ; lubricos in fide cæleſti allocutione corroboraverit . At nunc ex quo Cainam illam hæreſim , quæ non niſi tantum occidere geſtit , exercere cœpit ; nec ſibi noviſſime parcit . Ceterum ſi legiſſet , quia juſtitia juſti non liberabit eum in die qua erraverit , & iniquitas impii non nocebit ei ex qua die converſus fuerit , jam olim in cinere pœniteret , ille qui ſemper pœnitentibus adverſatur ; qui in ruina facilius ædificatorum ſtantium operatur , quam in ſtructione jacentium ruinarum ; qui multos ex fratribus noſtris miſerrimos falſis ſuis adverſationibus perterritos , iterum fecit ethnicos , dicendo quod pœnitentia lapſorum ſit vana , nec poſſit eis proficere ad ſalutem ; clamante Scriptura & dicente : Memento unde exeideris , & age pœnitentiam ; ſi quo minus , veniam tibi , niſi pœnitentiam egeris . Et quidem ad ſeptem Eccleſias ſcribens ſingulis ſua quoque facinora , & delicta ingerens , pœnitemini dicebat . Quibus ? niſi illis , ſcilicet , quos pretio magno ſui ſanguinis redemerat .

O te impium ſceleſtumqne hæretice Novatiane , qui poſt tot & tanta in Eccleſia , a quibuſdam retro voluntarie commiſſa crimina , quæ & ru ipſe in domo Dei priuſquam apoſtata eſſe cognoveras ; & hæc poſſe aboleri de memoria ſuccedente bono utiqne docueras , ſecundum fidem Scripturæ dicentis : Quia ſi converſus fuerit facinoroſus ab omnibus facinoribus ſuis quæ commiſit , & juſtitiam fecerit , vita æterna vivet , & non morietur in facinore ſuo (Delicta enim quæ commiſit , abolebuntur de memoria ſuccedentibus bonis factis .) Tu hodie retractas , an debeant lapſorum curari vulnera , qui nudati a diabolo ceciderunt , violentia aquæ , quam ſuo ore ſerpens emiſit poſt mnlierem . Sed quid dicam ? ait Apoſtolus : Laudo vos ? in hoc non laudo : quia non in melius , ſed in pejus veniſtis . Ubi enim ſunt æmulationes & diſſenſiones in vobis ; nonne carnales eſtis , & ſecundum hominem ambulatis ? Nec nos quidem mirari oportet , cur iſte Novatianus tam nefanda , tam gravia in perſonam lapſorum exercere nunc audeat : quandoquidem habemus exempla prævaricationis hujus præcedentia . Saul ille bonus , præter cetera , poſtea livore evertitur , & contra David omnia adverſa & inimica agere molitur . Judas ille inter Apoſtolos electus , qui ſemper in domo Dei unanimis & fidelis , ipſe poſtmodum Deum tradidit .

Prædixerat qnidem & Dominus multos eſſe venturos ſub pellibus ovium , rapaces lupos . Qui ſunt iſti rapaces lupi , niſi ſenſu ſubdolo conſpirantes ad infeſtandum gregem Chriſti ? ſicut legimus apud Zachariam poſitum : Ecce ego ſuſcito paſtorem in terra , qni quod averſum eſt , non viſitabit , & carnes electorum manducabit , & talos illorum torquebit . Similiter & per Ezechielem increpat hujuſmodi paſtores , ſcilicet prædones & laniones (dicam ut æſtimaverat) dicens : O paſtores , quare lae ebibitis , & coagulatum comeditis , & forte ad nihilum perduxiſtis , & infirmum non viſitaſtis , claudicantem non curaſtis , & errantem non revocaſtis , & permiſiſtis populum meum errare inter ſpinas & tribulos ? Propterea hæc dicit Dominus : Ecce ego veniam adverſus paſtores , & exquiram oves meas de manibus illorum , & repellam eos ut non paſcant oves meas , & non erunt eis amplius oves meæ in devorationem , & exquiram eas ſicut paſtor gregem ſuum in die qua fuerit caligo & nebula : ſic exquiram oves meas , & exquiram eas in omni loco quocumque diſperſæ ſunt : & quod perierat , requiram : & quod erraverat , revocabo : & quod claudicaverat , curabo : & quod infirmum eſt , cuſtodiam , & paſcam oves meas cum judicio.

Quis iſta loquitur ? Utique ille qui relictis nonaginta novem ovibus , quæſivit illam quæ de ſuo erraverat grege , ſicut David dicit : Erravi velut ovis quæ periit ; quam inventam Chriſtus redit humero ſuo portans peccatricem delicatam ; qui gaudens & exſultans vocatis amicis & domeſticis , ait : Congratulamini mihi , quoniam inventa eſt ovis mea quæ perierat . Dico , inquit , vobis , quia tale gaudium erit in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente . Et ſubjungens ait : Ant quæ mulier habens denarios decem , & cum perdiderit ex denariis unum , nonne accendet lucernam , & tota die domum ſuam emundat , quærens donec inveniat ? Et cum invenerit , convocat amicas & vicinas , dicens : Congrarulamini mihi , quoniam inveni denarium quem perdideram . Dico vobis , quia tale gaudium erit in conſpectu angelorum Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente . E contrario autem non agentes facinorum ſuorum pœnitentiam ; quæ eos maneant ex ipſius Domini reſponſo cognoſcant . Legimus enim in Evangelio : quod quidam venerunt de Galilæis ad Dominum , annunciantes ei de eis quorum ſanguinem miſcuit Pilatus cum ſacrificiis ipſorum : quibus reſpondit Dominus dicens : Putatis quia illi Galilæi ſuper ceteros Galilæos peccatores fuerant , quia paſſi ſunt talia? Non . Dico enim vobis , niſi pœnitentiam egeritis , omnes ſimiliter perietis . Aut illi decem & octo , ſuper quos cecidit rurris in Siloa , putatis quia debitores fuerunt morti ſuper omnes homines qui habitabant in Hieruſalem? Non . Dico vobis , inquit , quia niſi pœnitentiam egeritis , omnes ſimiliter perietis .

Excitemus itaque nos quantum poſſumus , fratres dilectiſſimi , & abrupto inertiæ & ſecuritatis ſomno , ad obſervanda Domini præcepta vigilemus . Quæramus tota mente quod perdidimus , ut invenire poſſimus : Quia quærenti , ait Scriptura , dabitur , & pulſanti aperietur . Mundemus domum noſtram munditia ſpiritali , ut ſecreta quæque & abdita pectoris noſtri , vero

Evangelii lumine radiata, dicant : Tibi ſoli deliqui, & nequiſſimum in conſpectu tuo feci ; Quia mors peccatorum mala, & apud inferos pœnitentia nulla : habentes in contemplatione maxime diem judicii & retributionis : & quod ab omnibus nobis credendum, & firmiter eſt tenendum, quia acceptio perſonarum non eſt apud Deum ; cum præceperit in Deuteronomio, non accipiendam perſonam in judicio : Non accipies, ait, perſonam, nec ſecundum minimum, nec ſecundum maximum judicabis. His ſimilia & per Ezechielem dixit : Omnes, inquit, animæ meæ ſunt, ſicut anima patris & anima filii. Anima quæ peccaverit, ipſa morietur. Hic erit igitur a nobis venerandus, hic tenendus, hic per plenam & dignam noſtram confeſſionem propitiandus, qui habet poteſtatem animam & corpus mittendi in gehennam ignis ; ſicut ſcriptum eſt : Ecce venit cum multis millibus nunciorum ſuorum facere judicium de omnibus, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem de omnibus factis impiorum quæ fecerunt impie, & de omnibus verbis impiis, quæ de Deo locuti ſunt peccatores.

His ſimilia & Daniel : Vidi, inquit, thronum poſitum, & vetuſtus dierum ſedebat ſuper eum, & veſtitus ejus erat tamquam nix, & capilli capitis ejus tamquam lana alba : thronus illius flamma ignis, rotæ illius ignis ardens. Fluman ignis prodibat ante eum, millia millium ſerviebant ei, & millia millium aſſiſtebant ei. Ad judicium ſedit, & libri aperti ſunt. Joannes autem manifeſtius & de die judicii & conſummatione ſæculi declarat, dicens : Et cum aperuiſſet, inquit, ſigillum ſextum, ecce terræmotus factus eſt magnus, & factus eſt ſol niger, ut ſaccus cilicinus, & luna tota ſanguinea facta eſt, & ſtellæ ceciderunt in terram, quomodo ficus a vento magno agitata mittit groſſos ſuos, & cælum receſſit ut liber cum involvitur, & omnis mons & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt : & reges terræ, & maximi quique, & tribuni, & divites, & fortes, & omnis ſervus & liber abſconderunt ſe in ſpeluncis & in cavernis montium, dicentes montibus & petris : Cadite ſupet nos, & abſcondite nos a conſpectu Patris ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni : quoniam venit dies interitionis, & quis poterit ſtare? Item in eadem Apocalypſi hoc quoque Joannes dicit ſibi revelatum : Vidi, inquit, thronum magnum ; & candidum ſedentem ſuper eum, a cujus facie fugit cælum & terra, & locus eorum inventus non eſt : & vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes ante conſpectum throni Domini, & libri aperti ſunt. Et alius liber apertus eſt qui eſt vitæ : & judicati ſunt ſinguli ſecundum ea quæ ſcripta erant in libro ſecundum opera ipſorum. *Sed & Apoſtolus* bonum conſulens, ſic hortatur nos, dicens : Nemo vos decipiat inanibus verbis : propterea enim venit ira Dei ſuper filios contumaciæ, nolite eſſe participes eorum.

Demus igitur totis viribus fidei noſtræ Deo laudem, demus plenam confeſſionem : quandoquidem ſuper pœnitentia noſtra gaudeant virtutes cælorum, gaudeant angeli omnes, gaudeat & Chriſtus ; qui nos denuo peccatis oneratos, delictis obrutos, plena & clementi moderatione ceſſare a facinore hortatur, dicens : Convertite vos, & redite ab impietatibus veſtris, & non erunt vobis iniquitates veſtræ ad pœnam. Projicite a vobis omnes impietates veſtras quas feciſtis adverſum me : & facite vobis cor novum & ſpiritum novum. Et ut quid vos morti traditis domus Iſrael? Non enim deſidero mortem peccatoris. Ego ſum, ego ſum, qui deleo facinora tua, & non commemorabor te ; tu autem in mente habe, & judicemus. Dic tu facinora tua prius, ut juſtificeris. Dum patet, fratres, indulgentiæ aditus, Deum plenis ſatisfactionibus deprecemur. Humiliemus nos, ut exaltari poſſimus. Acquieſcamus divinæ exhortationi, qua evadere liceat diem Domini & iram. Dicit enim ſic : Reſpice, fili, nationes hominum, & ſcito. Quis ſperavit in Domino, & confuſus eſt ; permanſit in mandatis illius, & derelictus aſt ; aut invocavit eum, & deſpexit illum? quoniam pius & miſericora Dominus, & remittens in tempore tribulationis peccata, omnibus inquirentibus ſe in veritate. Ait ergo : Dic tu facinora tua prius, ut juſtificeris. Præ manu ſit vobis oratio illa exomologeſeos plena.

DE ALEATORIBUS.

Tractatus perperam Cypriano adſcriptus.

Magna nobis ab univerſa fraternitate cura ſucceſſit : maxime ex rea perditorum omnium audacia, id eſt, aleatorum quæ animos ad nequitiam in ſe illicit, ut in lacum mortis mergat. Et quoniam nobis divina & paterna pietas Apoſtolatus ducatum contulit, & vicariam Domini ſedem cæleſti dignatione ornavit, & originem authentici Apoſtolatus, ſuper quem Chriſtus fundavit Eccleſiam, in ſuperiore noſtro portamus, accepta ſimul poteſtate ſolvendi ac ligandi & curatione peccata dimittendi ; ſalutari doctrina admonemur, ne cum delinquentibus aſſidue ignoſcimus, ipſi cum eis pariter torqueamur.

Ideo ſal terræ dicimur, ut ex nobis omnis fraternitas cæleſti ſapientia ſaliatur. Nam cum dicat : Sal autem ſi fatuatum fuerit, nihil valebit, niſi ut projiciatur foras & conculcetur ab hominibus ; hoc veremur & timemus, ne in Eccleſia ſecuri, quod nobu ſacerdotalis dignitas tradita eſt negligentes, juxta quoſdam fratres inertes reperiamur : aut dum falſam communicationem damus, id quod cum honore de Dei dignatione percepimus, indignante Do-

mino

mino & exprobrante amittamus ; dicit enim Scriptura divina : Væ erit Paſtoribus . Quod ſi ipſi paſtores negligentes reperti fuerint ; quid reſpondebunt Domino pro pecoribus ? Quid de Domino pecora dicent ? a pecoribus ſe eſſe vexatos ? non creditur illis : incredibilis res eſt , paſtores pati poſſe aliquid a pecore ; magis punientur propter mendacium ſuum . Et alia ſcriptura dicit : Rectorem te petierunt , noli extolli . Eſto In illis quaſi unus ex ipſis : curam illotum habe & conſidera . Et iterum : Exiſtimate ſacerdotem eſſe cultorem , & omnes eſſe apud eum delicias , granaria plena , & de quocumque deſideraverint pabulo oves , eas ſaturare . Nam ut conſtaret nos , id eſt , Epiſcopos , paſtores eſſe ovium ſpiritalium , hoc eſt , hominum fidelium qui ſub cura noſtra conſtituti , ne ullum in eis ſcabiei vitium reperiatur ; quo magis a nobis quotidie perſcrutentur , ut medicamine cæleſti adhibito , vellera eis florida creſcant , quæ ad naturam veſtis ſalutaris proficiant .

In Evangelio Dominus ad Petrum dixit : Petre , inquit , amas me ? Et Petrus reſpondit : Etiam Domine , tu ſcis quoniam amo te . Dixit : Paſce oves meas ; & ſollicite mandans tertio confirmavit dicendo , Paſce oves meas .

Et qnoniam Epiſcopium , id eſt , Spiritum ſanctum per impoſitionem manus , cordis excepimus hoſpitio ; cohabitatori noſtro ne ullam moleſtiam proponamus , Apoſtolus monet & dicit : Nolite contriſtare Spiritum ſanctum qui in vobis eſt ; & nolite exſtinguere lumen , quod effulſit in vobis . Quanta autem Epiſcopum bene agentem & ſalubriter admonentem , ſine tribulatione corporis , condigna maneant Martyria : tanta & in Epiſcopum negligentem nulla de Scripturis ſanctis documenta promentem , cumulentur tormenta ; Apoſtolus nos excitat Paulns , & condigno ſtatu Epiſcopos & procuratores Evangelicæ doctrinæ ponit , & dicit : Quamdiu erit infans , procuratores & actores habet ; at cum creverit , hereditatem ſuam expetit . Nos etiam diſpenſarores & procurarores Evangelii ſumus ; hoc quoque inter diſpenſatores & procuratores quæritur , ut quis fidelis & juſtus inveniatur ; ſi ergo apud diſpenſatores & procuratores quæritur , ut qnis fidelis & juſtus inveniatur ; quid ſi oves delinquant , & delinquentibus diſpenſatores ignoſcant ? Non ipſi delinquentium ſe pondere onerant ? Apoſtolus Paulus commemorat , quando ad Timotheum docendum & corroborandum in fidei firmitate , ne quid Deum fallat , & ne malignum orationibus juſtorum intercedat , providus & ſollicitus dicit : O Timothee fili commendatum ſerva : noli ſpernere donum quod in te eſt per impoſitionem manunm ſeniorum : accingere fortiter , & viriliter age miniſterinm tuum , & cum integritate ſupple : eſto ceteris bomim exemplum ; nemo tibi contradicat , nemo juventutem tuam contemnat : peccantem coram multis caſtiga , ut & ceteri metum habeant , & ne communicaveris peccatis alienis . Et iterum : Si quis frater fornicarius , aut idolotum cultor , aut avarus , aut rapror ſive injuſtus nominatus fuerit ; cum ejuſmodi quidem nec cibum capere . Et alio loco : Quicumqne frater more alienigenarum vivit , & admittit res ſimiles factis eorum , deſine in convictu ejus eſſe ; quod niſi tu feceris , & tu particeps eris ejus . Et in doctrinis Apoſtolorum : Si quis frater delinquit in Eccleſia , & non paret legi ; hic nec colligatur , donec pœnitentiam agat , & non recipiatur , ne inquinetur & impediatur oratio veſtra . Et Apoſtolus etiam iterum dicit : Eximite malos e medio veſtri .

Quod ſi multorum teſtium varia & conſonanti monitione docemur , cum delinquentibus fratribus cibo ne quidem veſci ; quanto magis debeat & ab ſacrificio Chriſti arceri ? Quam magna & larga pietas Dei filii , quod in futurum præſcius nobis conſulat : ne quis inter fratres incautus denuo laqueis diaboli capiatur ? Sollicitos eſſe juſſit & providos atque eruditos ; quoniam hoſtis ille antiquus circuit , pulſans Dei ſervos , non uno genere tentans . Multæ enim ſunt tentationes ejus qnarum primordia ſunt : idololatria , mœchiæ , furta , rapinæ , avaritia , fraus , ebrietas , impatientia , adulterium , homicidium , zelus , perfidia , falſa teſtimonia , eloqnium falſum , invidia , extollentia , maledictum , error , & ſi qua ſunt ſimilia quæ his congruunt ; ex quibus eſt aleæ tabula .

Præeſt diaboli laqueus manifeſtus , venennm portans letale ſerpentis , & inductio corrumpens ; quæ cum videtur nihil eſſe , magna amplexu operitur deletio . Quid illud eſt quæſo fideles , ut manus qnæ jam ab injuriis humanis expiata eſt , & ad ſacrificium Dominicum admiſſa , & quod ad ſalutem totius hominis pertinet , dignatione ſuſcipit ; quæ ad laudem Domini in oraculo exſurgit ; quæ ſignum crucis , per quod tuemur , frontibus imprimit : ipſa quæ divina ſacramenta conſummat : quid eſt , inquam , ut iterum laqueis diaboli , unde exutá eſt , implicetur , & per ipſa damnetur ? Aleatrices manus , libidinoſo ſtndio conſueverunt , id eſt , aleæ tabulæ ; quod eſt diaboli venabulum , & delicti vulnus inſanabile . Aleæ tabulam dico , ubi diabolus præſto eſt , ad capiendum ſummiſſus , & cum ceperit de captivo triumphum , perfidia , falſa teſtimonia . Tabulam aleæ dico , ubi dementia , & furia , & venale perjurinm , imperium & colloqnium ſerpentinum . Illic rabioſa amicitia , illic atrociſſimi ſceleris fraternitas diſcordans , illic convicia & audacia ſæva , & mens inſana , & fera impatientia . Aleæ tabulam dico , ubi poſſeſſionum amiſſio , & pecuniarum ingentium perditio , monſtrum , & demonſtrans litigioſum , furax dementia .

O aleatorum noxia , ſedentaria , & pigra nequitia ! O manus crudeles , & ad periculum ſui armatæ , quæ bona paterna & opes avorum ſudore quæſitas ignominioſo ſtudio dilapidant : manus trux , noxia & inſomnis , nocte dieque continuis inſtrumentorum ſnorum armigera : quæ peccando ſeipſam damnavit , & poſt peccata non deſinit ire . O nequam manus , in perniciem Domini ſui armata , quæ ſordidiſſimi æris totam ſubſtantiam perdit ; & cum tot eſſent angendæ rei familiaris & multarum abundantiæ opum , modo inops & pauper eſt . Alea eſt , quam lex odit : alea eſt , quam ſequitur crimen ignobile ; nbi manifeſta tentatio , & pœna occulta . Alea eſt alveus mali , & ſupplantatio amici , quæ nec lucrum confert , ſed totum conſumit . Hinc deinde pauperes fiunt , hinc opes

ſuas perdunt , hinc jam conſumtis omnibus rebus ſuis , mutuis pecuniis ſe obruunt : hinc patrimonium , ſine ulla fori calumnia amittunt . Qualis eſt lis , ut quos nemo perſequitur , ſeipſos per invidiam perſequantur ? ut paternas ſuas hereditates ſub oſſorum multiformi numero diſpergant ?

Eſt & quando ipſi aleatores cum proſtitutis mulieribus penes auctorem ſuum nocturnas vigilias clauſis foribus celebrant : armantur adverſus ſe miſeri , ſpiritu diaboli repleti : & illic duplex aut geminum crimen admittunt . Hic concrepat aleæ ſonus , illic ſilentio operatur inceſtus : hic ſine ullo dignitatis ſuæ reſpectu , ſine ulla excuſatione , peſtifero ſtudio cedere bonis ſuis cogitur ; illic ſecreto mortale venenum bibitur . Unde hæc ſacrilega meditatio ; unde hoc crimen , auctorum teſtimonio comprobamus ? Cum enim quidam ſtudio litterarum bene eruditus , multum meditando hoc malum & tam pernicioſum ſtudium adinvenit , inſtinctu ſolius Zabuli , qui eum artibus ſuis repleverat ; hanc ergo artem oſtendit , quam & colendam ſculpturis cum ſua imagine fabricavit . *Statuit itaque imaginem ſuam cum nominis ſui ſubſcriptione , ſuggerente ſibi amico , qui ut hanc artem excogitaret in pectore ſubjecit . Sic ergo ſe in imagine ſpecioſa demonſtrans , alto quodam loco condidit ; & in ſinus ſuos hanc aleæ tabulam geſtans , ut quaſi ipſe luſor & adinventor hujus malitiæ appareret , cujus nomen a Dei ſervis nominari non deberet (ſic enim in nomine turpis eſt , quomodo in factis iniquus) & quiſque Dei ſervus aleæ tabulam amplectitur , auctoris nomine vocaretur . Ille enim cum ſe in ſtatunculis & ſimulacris formaret , aliud crimen adinvenit , quo ſe ab imitatoribus ſuis colendum , & ſibi ſacrificandum inſtituit ; ita ut qui vellet ſtudio ejus adhærere , non ante manum in tabulam porrigeret , niſi auctori hujus prius ſacrificaſſet . Inde factum eſt , ut olim qui homo fuerat , & facinoris admiſſionis adulter , poſt mortem , a profanis & errantibus ſub fictitio nomine Dei , talis coli meruerit .

Aleæ tabula qui ludit , & maleficia noſſe debet , quod a Dei ſervis longe ſit , ſciens quoniam foris maleficus & venenarius , & iterum in judicii diem in igne rotante torquebitur . Aleæ tabula qui ludit , prius auctori ejus ſacrificare debet ; quod Chriſtianis non licet dicente Domino : Sacrificans diis eradicabitur , niſi Deo ſoli ; & iterum : Nolite ſacrificare diis alienis , ne incitetis me in operibus manuum veſtrarum ad diſperdendum vos . Chriſtianus qui es , & aleæ tabula ludis ; licet non ſacrifices , lege hujus facinoris particeps es . Et utique Dominus occurrit & dicit : Exi de ea populus meus , ne ſis particeps delictorum ejus . Et iterum : Diſcedite , diſcedite inde , exite de medio ejus qui portatis vaſa Domini , & immundum ne tetigeritis . Chriſtianus quicumque es & alea ludis , hoc primo in loco credere debes , quia non Chriſtianum , ſed Ethnicum tibi nomen eſt ; & illud quod ad ſacrificium Dominicum pertinet , in vacuum ſumis . Sic enim dicit : Omnis immundus non tanget ſacrificium ſancti . Dicit enim ſcriptura : Omnis vir manducans carnem ſacrificii , & immunditia ejus ſuper ipſum ; pereat anima illa de populo meo .

Aleator quicumque es , Chriſtianum te dicis ; quod non es , eo quod ſæculo particeps es : nec amicus Chriſti potes eſſe , qui cum inimico Chriſti tenes amicitiam . Certe qualis dementia aleatorum fidelium , ubi inſaniunt , & furaciſſimis vocibus pejerant ; & deorbati Zabuli caligine , invicem ſibi manus inſerunt , maledicunt , ſe devovent , parentum originem turbis præſentibus dehonorant . Sonat publice aleæ ſtrepitus , feſtinant ad necem hereditatis ſuæ manus : nec intelligit miſer , quid ſibi noceat , quando ſe aleæ auctorat . Et qui jam ſæpius vincitur , rurſus ad nocentius ſtudium , Zabulo ſuadente animatur . O ars infeſta ſtudentibus , & ſtuprum libidinoſum ; quod non divitias , ſed nuditatem & inopiam præſtat ; manus carnifex , manus noxia , quæ nec poſt lucra deſinit ; ſed adhuc poſt damna ludit . Chriſtianus qui alea ludit , ad ſacrificium Zabuli , immolantibus penes auctorem , manus polluit . Et iccirco Dominus ad hoc indignari dicit : Nolite , inquit , extendere manus veſtras injuſte , ne exacerbetis me , & non ſinam vos diu permanere ſuper terram ; & iterum : Abſtinete manus veſtras ab injuſto , & ne feceritis quidquam mali . Et Apoſtolus beatiſſimus Paulus ſimiliter dicit ; Videte fratres , ne obſiguremini huic ſæculo , & pompis & deliciis & voluptatibus ejus ; ſed continete vos ab omni injuſtitia . Nam qui delinquit in Deum , nulla ſit excuſatio , nec indulgentia ulla , & nemini venia datur . In Evangelio Dominus dicit : Si quis , inquit , dixerit blaſphemias in filium hominis , dimittetur illi : at is qui peccaverit in Spiritum ſanctum , non dimittetur illi , nec hic , nec in futuro ſæculo . Et iterum propheta dicit : Si delinquendo peccet vir adverſus virum , orabitur pro eo ad Dominum : ſi autem in Deum peccaverit , quis orabit pro eo ? Et beatus Apoſtolus Paulus procurator vicarius Chriſti , Eccleſiaſticam curam agens , ponit & dicit : Vos eſtis templum Dei , & in vobis Chriſtus habitat ; ſi quis templum Dei violaverit , perdet illum Deus . Iterum Dominus in Evangelio ſuo negat peccatores , & exprobrat dicens : Recedite a me omnes qui operamini injuſtitiam ; numquam vos cognitos habui . Et Joannes Apoſtolus dicit : Omnis qui peccat , non eſt de Deo , ſed de diabolo eſt ; & ſcitis , quoniam ideo venturus eſt filius Dei , ut perdat filios diaboli .

Si quis aleator Chriſtianus es , tuus & hereditatis tuæ inimicus es . Quicumque es , deſine ab illa dementia miſer . Quid te in laqueum mortis cum diabolo ultra præcipitas ? quid opes & divitias tuas ſordidiſſimo ære admittis ? quid te laqueis ſæcularibus involvis , ut de ſæculo judiceris ? quid inimicum tuum favoribus laudando , delinquis ; cum quo neceſſe eſt puniaris ? Eſto potius , non aleator , ſed Chriſtianus : pecuniam tuam adſidente Chriſto , ſpectantibus angelis , & martyribus præſentibus , ſuper menſam Dominicam ſparge : patrimonium tuum , quod forſitan ſævo ſtudio perditurus eras , pauperibus divide : divitias tuas Chriſto vincenti committe : ſervus cum Domino tuo vocare , ſtudio deifico obſequere ,

Digitized by Google

quere, artem Domini imitare, quæ non perdit ſed potius acquirit. Deſine ab illis tuis furaciſſimis moribus, cohibe præcipitem nequitiam tuam; ſit tibi cum pauperibus quotidianus luſus, ſit tibi cum viduis frequens operatio; cenſum & adparatus tuos omnes ad ſtudium Eccleſiæ diſtrahe: aurum tuum, & argentum, & pecunias tuas in theſauris cæleſtibus repone; fundos & villas tuas, juſta operatione ad paradiſum remove: ut peccata donentur tibi, eleemoſynis & orationibus continuis incumbe. Alea ne Inferis; ubi luſus nocivus eſt & crimen mortale; ubi dementia ſine conſideratione; ubi nulla veritas, ſed mendaciorum mandra. Abſcide inde manum tuam, & averte inde cor tuum: extrahe caliginem inimici ab oculis tuis, & purifica manum tuam a ſacrificiis Zabuli: abige abs te furaces mores, eſto patiens & Chriſtianus, eſto tibi & vitæ tuæ in operationibus juſtus & providus. Fuge diabolum perſequentem, & ſuge aleam inimicam retum tuarum: ſtudium ſit tibi ſapientiæ, Evangelii monitis erudire, puras mauus ad Chriſtum extende, ut promereri Dominum poſſis, Aleam noli reſpicere; Amen.

DE MONTIBUS SINA ET SION.

Tractatus ignoti Auctoris, adverſus Judæos.

PROBATIO Capitulorum quæ in Scripturis deificis continentur, quæ in veteri Teſtamento figuraliter ſcripta ſunt, per novum Teſtamentum ſpiritaliter intelligenda ſunt, quæ per Chriſtum in veritate adimpleta ſunt. Nobis enim per Jeſum Chriſtum ſpiritalis intellectus datus eſt, ipſo Jeſu dicente: Vobis quidem datum eſt intelligere ſacramenta Dei, aliis autem in ſimilitudinibus. Invenimus in Evangelio κατὰ Joannem ſcriptum: Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. Quæ lex Moyſi in monte Sina data eſt. Verum iterum invenimus ſcriptum: De Sion enim exiet lex, & verbum Domini ab Hieruſalem. Quatenus hoc intelligere debemus? utrum Sina mons, ubi a Deo Moyſi lex data eſt, & Sion mons unde lex exivit, unum ſint; an vero alter ſit Sina mons, & alter ſit Sion mons. Invenimus enim hæc nomina duorum montium eſſe Hebraica; verum Latina interpretatio nominum differentium ab invicem, oſtendit aliud eſſe Sina montem, & aliud montem Sion.

Hæc eſt interpretatio de Hebraica lingua in Latinam. Sina mons interpretatur, tentatio æterna & odium: æque & Sion interpretatur, tentatio exacerbationis & ſpeculatio. Vides ergo in Hebraica interpretatione non ſibi ſimilare, ſed neque eſſe unum montem, ſed potius duos invicem a ſe differentes gratia & honore. Præterea cum dicat David propheta in Pſalmo: Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, annuncians imperium ejus: ecce quatenus montem Sion ſanctum deſignat. Unde manifeſtum eſt montem Sion cæleſtem eſſe & ſpiritalem, & montem Sina eſſe terrenum. Nihil enim poteſt, quod in terra eſt, eſſe ſanctum; cum totus mundus mala facta habeat, & a diabolo ſit maculatus, dicente Jeſu: Odit me ſæculum, & ego odi illud: quia facta illius ſunt mala. Ex qua re quidquid eſt in hoc ſæculo terreno, ſanctum eſſe non poteſt.

Sion autem montem ex prophetico dicto conſtat eſſe ſanctum & ſpiritalem; in quo monte a Spiritu ſancto filius Dei rex conſtitutus eſt, annuncians voluntatem & imperium Dei patris ſui: & Sina montem terrenum eſſe in arida terra conſtitutum, qui eſt in Syria Palæſtina, ubi eſt terra Judæa, ubi eſt & civitas illa interſectrix prophetarum: ante cujus portam Chriſtus Judæis crucifixus eſt in horto: quæ civitas dicitur Hieruſalem per Eſaiam prophetam, ſpiritaliter vero execrata & derelicta. Nec immerito. Quia & Deus ex eodem monte Sina terreno, per Moyſen adhuc in carne terrena primi hominis poſitum, populo Judæorum terreno & carnali legem a Deo accepit illis tradendam, digitis ſacris ſcriptam in duabus tabulis lapideis, (licet digitis ſacris, tamen digitis in figura carnis) quaſi populo carnali & duriſſimo: ſicut fuerunt tabulæ lapideæ duriſſimæ, in quibus tabulis legem acceperunt. Ideo in duabus, quia ſignificaret unitatem populi dividi in duas partes, partem quæ ſalvatur, & partem incredulam quæ perit; dicente Angelo ad Rebeccam uxorem Iſaac: Duæ gentes in utero tuo ſunt, & duo populi de ventre tuo dividentur, & populus populum ſuperabit, & major ſerviet minori. Rebecca vero figuram portabat Eccleſiæ, ſicut Iſaac vir ejus typum in ſe portabat Chriſti. Ergo cum dicit, duæ gentes in utero tuo ſunt: quia & de gentibus duas partes futuras deſignabat, partem idololatram perditam, & partem credulam viventem per fidem; hanc unam partem gentium deſignat in utero Eccleſiæ permanere in generationem æternam in figura Rebeccæ; & partem populi infidelium Judæorum a ventre tunc Rebeccæ dividi, & ſeparari a nativitate Eccleſiæ. Hæc fuit præfiguratio in Geneſi per Angelum ſpiritaliter annunciata. Hæc vero nomina montium talem habent interpretationem in lingua Latina, ut demonſtret veritatem; qui ſint hi duo montes Sina vel Sion: quod quidem poſt paululum dicturi ſumus. Ita enim hanc veritatis interpretationem probavimus, de principio generis humani venientem. Ita ab initio mundi & deinceps omnes homines naſcentes, de tempore & facto nomina a parentibus ſuis accipiebant (non quidem ex ſe, ſed a Deo mente impellebantur;

qui

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

qui antequam fiant, præſcius eſt futurorum) ut quales poſt crementum ætatis ſuæ futuri eſſent, poſteriori tempore verbis & nominibus Hebraicis deſignaretur; & quid ſingulis futurum eſſet, interpretatio nominum deſignaret veritatem; ſicuti tunc temporis in Patriarchis completum eſt, ſecundum primi hominis carnem de terræ limo eſſe. Ex ipſo protoplaſto probamus veritatem.

Nomen accepit a Deo Adam. Hebraicum Adam in Latino interpretatur terra caro facta, eo quod ex quatuor cardinibus orbis terrarum pugno comprehendit, ſicut ſcriptum eſt: Palmo menſus ſum cælum, & pugno comprehendi terram, & finxi hominem ex omni limo terræ: Ad imaginem Dei feci illum. Oportuit illum ex his quatuor cardinibus orbis terræ nomen in ſe portare Adam. Invenimus in Scripturis, per ſingulos cardines orbis terræ eſſe a conditore mundi quatuor ſtellas conſtitutas in ſingulis cardinibus. Prima ſtella orientalis dicitur ἀνατολὴ, ſecunda occidentalis δύσις, tertia ſtella aquilonis ἄρκτος, quarta ſtella meridiana dicitur μεσημβρία. Ex nominibus ſtellarum numero quatuor, de ſingulis ſtellarum nominibus tolle ſingulas litteras principales, de ſtella Anatole, a, de ſtella Dyſis, d, de ſtella Arctos, a, de ſtella Meſembria, m; in his quatuor litteris cardinalibus habes nomen Adam. Nam & in numero certo per quatuor litteras Græcas nomen deſignatur ἀδὰμ, ita α μία, id eſt, unum, δ τέσσαρα, id eſt, quatuor, α μία, id eſt, unum, μ τεσσαράκοντα, id eſt, quadraginta. Fac & invenies numerum quadragenarium ſenarium. Hic numerus XLVI. paſſionem carnis Adæ deſignat, quam carnem in ſe figuralem Chriſtus portavit, & eam in ligno ſuſpendit. Quæ caro a Deo patre Jeſu vocitata eſt Spiritus ſanctus, qui de cælo deſcendit; Chriſtus, id eſt, unctus Dei vivi a Deo vocatus eſt; ſpiritus carni mixtus, Jeſus Chriſtus. Hic ergo numerus 46. paſſionem declarat, eo quod ſexto milleſimo anno hora ſexta paſſus, a mortuis reſurgens quadrageſima die in cælos aſcendit: vel quia Salomon quadraginta ſex annis templum Deo fabricaverit. In cujus templi ſimilitudinem Jeſus carnem ſuam eſſe dixit, dicens Phariſæis: Deſtruite fanum iſtud, & ego in tribus diebus excitabo illud. Et Phariſæi dicebant: Quadraginta ſex annis ædificatum eſt fanum iſtud, & hic in tribus diebus excitabit illud? Dicebat autem Jeſus fanum de corpore ſuo.

Deinde Abel filius Adæ nomen accepit Hebraicum, deſignans fratris interfectionem & parentum luctum. Item Enoch, qui ante diluvium Deo juſtus complacuit, & ideo de iſto mundo in carnis ſuæ nativitate vivus translatus eſt in loco, ubi Deus ſcit; ex quo loco in conſummatione mundi innovari habet in hoc mundo; unde etiam translatus eſt ad confundendum & revincendum antichriſtum. A quo interfecti martyria ſua complebunt, viventes in æternum in ſæcula ſæculorum. Et ideo Enoch interpretatur, innovatus. Deinde Job juſtus, qui ante diem judicii meruit voce judicis laudari, & ideo diabolo devicto & ſuperato, Job interpretatur, cariſſimus Dei. Æque & Abraham in ſua nativitate a parentibus ſuis Abram vocatus eſt; tentatus vero a Deo fidelis inventus eſt, & a Deo benedictus pater multarum gentium conſtitutus eſt; & ideo immutato a Deo nomine Abraham vocatus eſt, interpretatur, pater multorum populorum.

Ecce interim de multis probationibus pauca diximus, ut ad duorum montium nominum pervenientes interpretationes, eorum montium nomina probemus, qualiter deſignata ſunt ad noſtram inſtructionem; ut ex hac interpretatione nominum, intelligamus montem Sina eſſe terrenum, & montem Sion eſſe cæleſtem. Spiritaliter interpretatur Sina, tentatio æterna & odium; & mons Sion, tentatio exacerbationis & ſpeculatio. Ita intelligitur cum dicitur mons Sina, tentatio æterna & odium, eo quod ex eo monte Moyſes legem acceperit populo duriſſimo & contumaci. Per quam legem tentati a Deo æterno, inventi ſunt non poſſe eamdem legem ſuſtinere in perpetuum, exinde Deo in odium converſi ſunt. Ideo in nomine montis Sina, unde legem acceperant, interpretatio nominis deſignavit populum tentatum a Deo, & in odium æternum eſſe converſos: ideo dicitur Sina, tentatio æterna & odium. Invenimus enim in Scripturis eos eſſe a Deo tentatos. Ita poſitum dicente Domino ad Moyſen: Exeat populus iſte, & colligat ſibi diurnum in diem, & tentabo eos an poſſint legem meam ſuſtinere an non; & tentati a Deo per legem, inventi ſunt ab ea lege alieni. Exinde Deo in odium æternum converſi ſunt, & completa eſt interpretatio Sina. Manifeſta vero & Moyſen, per quem eos Deus per legem tentavit, in Latino interpretatur ſimiliter, Moyſes tentatio Dei, & inventio, per quem tentati a Deo inventi ſunt alieni a legis obſervatione, ideo in æternum Deo in odium converſi ſunt. Hoc odium in ipſo genere Judæorum ſcriptum invenimus, dicente Iſaac de duobus ſuis filiis Eſau majore, & Jacob minore: Jacob dilexi, Eſau autem odio habui. Eſau vero major piloſus fuit totus, inquit, quaſi corium piloſum, in figura populi majoris, in impietate delictorum ſuorum conſtituti. Et Jacob fuit lenis & minor, in figura populi novellioris, qui ex dicti audientia per credulitatis fidem ex aſpredine ſæculi in lenitatem converſus eſt ad Chriſtum Deum, & Dei filium.

Ecce probavimus per Scripturarum fidem populum majorem & vetuſtiorem eſſe Deo in odium converſum ſecundum interpretationem montis Sina dicentis, tentatio æterna & odium. Æque Sion mons ita interpretatur, tentatio exacerbationis & ſpeculatio. Hæc vero interpretatio Latina, ligni ſacri paſſionem deſignat, dicente Salomone de ipſa paſſione Dominica: Contumelia & tormento interrogemus illum, ut ſciamus reverentiam illius & probemus patientiam ipſius, & tentemus quæ eventura ſunt illi. Si enim vere filius Dei eſt, ſuſcipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum; morte turpiſſima condemnemus illum. Hæc cogitaverunt & erraverunt; excæcavit illos malitia ipſorum, & non intellexerunt ſacramenta Dei. Ecce tentatores Judæos. Item ſcriptum eſt: Et tentaverunt Deum in

loco

loco inaquoſo . Speculum vero altitudinem ligni declarat , dicente Salomone : Poſuerunt me velut cuſtodiam pomarii , eo quod in horto in ligno confixus inter duos latrones pependit : & de altitudine ligni ambos ſpeculatur , in figura duorum populorum malefactorum ; Gentes in ſæculi mala facta jacentes , & Judæos interfectores prophetarum . Hi ſunt duo populi malefactores , quorum figuram in ſe portabant duo latrones , inter quos pependit innocens . Unus blaſphemabat ; alius vero confeſſus eſt , quia innocens injuriam patiebatur . Jeſus autem ambos ſpeculabatur de ligno ſpeculatorio , blaſphemum & confeſſorem : confeſſorem ſalvavit , & blaſphemum perdidit , ſicuti de duobus populis fecit .

Perſecutores derelicti , qui in æternæ mortis ſententia ſibi non crediderint , ſi ſic de ſæculo exierint , perient . Gentes vero ad ſe converſæ fidem ſibi habentes , quia filius Dei eſt ; ſalvatæ videbunt in æterna ſæcula ſæculorum imperatorem & regem ſuum . Verum in ipſa paſſione pendens in ligno , duas partes populi proſpiciens ſpeculabatur , de alto ligno . Pars populi , qui viderant virtutes ejus mirabiles & deificas , patientem illum injurias dolentes plorabant : alii vero Judæi irridentes , de arundine caput ejus quaſſabant , blaſphemantes & dicentes : Ave rex Judæorum , ubi eſt pater tuus ? veniat & liberet te de cruce . Exinde exacerbatus pater fecit cælum patefieri , & tonitrua facta ſunt , & tenebræ inſuſtinibiles ; terra commota , patefacta ſunt ſepulcra , & corpora ſua ejecerunt , & foras a ſe miſerunt ; velum templi ſciſſum eſt ; & a tanto fragore cæli & terræmotu , omnes qui ſtabant ante lignum , alii dolentes , alii vero blaſphemantes , & illudentes , proſtrati in faciem jacuerunt , trementes tamquam mortui . Tunc Judæi intellexerunt ſe offendiſſe Deum , & in luctum converſi ſunt ; & fuit exacerbatio . Eo enim tempore quo in ligno confixus pependit , dies fuerunt azymorum , qui ſunt dies feſti Judæorum . Eo die metuentes factum eſſe terræmotum , & cæli fragorem , proſtrati in faciem , in terra plangentes , in luctum converſi ſunt ; & in ipſa ſua paſſione complevit propheticum dictum : Et convertam dies feſtos eorum in luctum , & cantica eorum in lamentationem . Ante enim cum captivi detenti eſſent in Babylone , dicebant illis Babylonii : Cantate nobis cantica de canticis Sion , & Judæi lamentantes captivitatem ſuam , dicebant Babyloniis , ut diximus , lamentantes ſe : Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena ?

Ecce quatenus completa eſt interpretatio montis Sion , tentatio exacerbationis & ſpeculatio . Unde manifeſtum eſt montem Sion ligni ſacri regnum eſſe in ſanctitate juſtificatum , dicente David : Annunciate regnum Dei in gentibus , quia Dominus regnavit a ligno , & tranſivit in gentibus . De quo regno ligni regalis idem propheta dicit : Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus , annuncians imperium ejus . Quod dictum propheticum per Pontium Pilatum in ſua paſſione pendens in ligno complevit . Pontius Pilatus impulſa mente a Deo accepit tabulam , & titulum ſcripſit tribus linguis , Hebraice , Græce , & Latine : Jeſus Nazarenus rex Judæorum ; & in capite ligni clavis tabulam cum nomine regis Judæorum confixit : & tunc manifeſtavit propheticum dictum , eo quod ſpiritaliter mons Sion crux eſt , quæ eſt virtus Dei , Apoſtolo dicente : Crux Chriſti non credentibus ſtultitia eſt , credentibus autem crux virtus eſt Dei ; & iterum dicit : Nos autem annunciamus vobis Chriſtum , & hunc crucifixum : Judæis quidem ſcandalum , gentibus autem ſtultitiam ; ipſis autem vocatis Judæis & Græcis , Dei virtutem & Dei ſapientiam . Sic vero & alius propheta declarat lignum paſſionis Dominicæ eſſe montem Sion ſanctum , in ſpiritu ita dicens : Quis aſcendet in montem Domini , aut quis ſtabit in loco ſancto ejus ? Innocens manibus ; dextera lævaque extenſis , clavis fixis , innocentiam demonſtrans . Ideo dicit innocens manibus , & mundo corde , qui non accepit in vano animam ſuam , & non juravit ſubdole proximo ſuo , hic accipiet benedictionem a Domino , & miſericordiam a Deo ſalutari ſuo . Omnis paſſio hominum in terram cadet , hæc ſola paſſio crucis ſtantem demonſtrat : unde verum dicimus , montem ſanctum lignum eſſe paſſionis . Inde innocens manibus & mundo corde : hoc dicto prophetico Judæos redarguebat , qui Moyſen præponunt Chriſto domino illius ; eo quod Moyſes cum in montem Sina aſcendiſſet , ut legem Judæis acciperet , innocens manibus & mundo corde non fuit . Nec enim mundus corde , eo quod Ægyptium calce percuſſerit in Ægypto , & mortificaverit eum , & manibus ſuis eum in arena obruerit ; Chriſtus autem in montem ſanctum aſcendit lignum regni ſui , ut moreretur a Judæis , quamquam ipſe aliquem hominum non mortificaverit , niſi ſolum diabolum inimicum generis humani . Exinde in montem aſcendit innocens & mundus corde ; & ideo propheta dicit : Quis aſcendet in montem Domini , & quis ſtabit in loco ſancto ejus ? Innocens manibus & mundo corde . Et declaravit montem Sion ſanctum eſſe ſanctam crucem , dicente æque propheta : De Sion exiet lex , & verbum Domini ab Hieruſalem . Lex Chriſtianorum crux eſt ſancta Chriſto filio Dei vivi , dicente æque propheta : Lex tua in medio ventris mei . Percuſſus in lateris ventre de lancea , ſanguis & aqua mixtus profuſus fluebat , unde ſibi Eccleſiam ſanctam fabricavit , in qua legem paſſionis ſuæ conſecrabat , dicente ipſo : Qui ſitit , veniat & bibat : Qui credit in me , ſicut ſcriptum eſt , flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ . Item in Pſalmis : Et erit velut lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum , quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo . Ecce verbum propheticum , fructum reſurrectionis die tertia ſpiritaliter intelligendum , dicentis : De Sion exiet lex , hoc eſt , de ligno regali , & verbum Domini ab Hieruſalem quæ eſt Eccleſia .

Caro ligno confixa emiſit verbum Dominicum dicens ; Heli , heli . Et adimpletum eſt propheticum ſpiritale ante dictum : De Sion exiet lex , & verbum Domini ab Hieruſalem . Hieruſalem dicit de cælo deſcendentem , novam civitatem , quadratam per quatuor Evangelia , habentem duodecim fundamenta duodecim

cim prophetarum, duodecim portas duodecim Apoſtolorum; per quorum annunciationem Chriſtiani in hanc civitatem ſanctam & novam introierunt, quæ ſpiritalis eſt Eccleſia.

Ecce probavimus per omnium Scripturarum deificarum fidem duos montes, Sina in terra, & Sion in cælo, duorum Teſtamentorum portare figuram; veteris Sina, & novi Sion. Ex quibus duobus montibus, videlicet duobus Teſtamentis, poſteriori tempore demonſtratos & declaratos habemus duos populos; veterem & priorem Judæorum, & novum & poſteriorem populum Chriſtianorum: Judæos terrenos, qui terram promiſſam a Deo acceperunt carnales; & Chriſtianos cæleſtes, qui regna cælorum a Deo promiſſa accepturi ſunt in futuro ſæculo. Caro enim Chriſtianorum ſpiritalis & immortalis erit.

Alia probatione veritatis in Scripturis poſita, ex ea veritate cæleſti ſpiritalem facimus figurarum comparationem, de hujus mundi converſatione. Diximus enim, montis ſancti Sion, quod lignum regale & factum haberet interpretationem de Hebraico, in Græcum vel Latinum, tentatio exacerbationis vel ſpeculatio, eo quod de ligno ſpeculabatur ante ſe ſtantes bonos & malos.

Ita invenimus ipſum Salvatorem per Salomonem ſpeculum immaculatum patris eſſe dictum, eo quod Spiritus ſanctus Dei filius geminatum ſe videat; pater in filio, & filius in patre, utrique ſe in ſe vident, ideo ſpeculum immaculatum. Nam & nos qui illi credimus, Chriſtum in nobis tamquam in ſpeculo videmus, ipſo nos inſtruente & monente in Epiſtola Joannis diſcipuli ſui ad populum; Ita me in vobis videte, quomodo quis veſtrum ſe videt in aqua aut in ſpeculo: & confirmat Salomonicum dictum de ſe dicens; Qui eſt ſpeculum immaculatum patris.

Verum etiam & vitem æternam & veram ſe eſſe dixit; patrem ſuum agricolam. Si ergo Chriſtus vitis vera: utique conſtat quia & nos qui in illo credimus & ipſum induimus, ſumus vitis vera, quæ eſt vinea Dominica, & Chriſtus cuſtos vineæ ſuæ, dicente Salomone; Poſuerunt me cuſtodem in vinea. Invenimus vero in converſatione hujus mundi in ſimilitudinem ſpiritalem figuraliter eſſe vineam, habentem dominum & poſſeſſorem ſuum. Tempore vero maturo prope dies vindemiarum poſitum in vineam cuſtodem puerum in alto ligno media vinea confixo; & in eo ligno faciunt ſpeculam quadratam de arundinibus quaſſatis, & per ſingula latera quadraturæ ſpeculæ faciunt cavernas ternas, quæ faciunt cavernas duodecim: per quam quadraturam cavernarum cuſtos puer omnem vineam perſpiciens cuſtodiat, cantans; ne viator ingrediens vineam dominicam ſibi aſſignatam vexet, vel fures uvam vineæ conculcent. Quod ſi importunus fur egens in vineam voluerit introire & uvam demere, illic puer ſollicitus de vinea ſua deintus de ſpecula dat vocem malam maledicens & comminans, ne in vineam viator fur audeat accedere, dicens, rectum ambula. Fur autem timens vocem pueri ſibi comminantis refugit de vinea, ſpeculam videt, vocem audit, puerum intus in ſpecula ſibi comminantem non videt, & timens poſt viam ſuam vadit.

Hæc converſatio ſæcularis ſimilatur gratiæ ſpiritali. Ita eſt enim & in populo deifico, ſicut in vinea terrena. Vinea Dominica & ſpiritalis plebs eſt Chriſtianorum, quæ cuſtoditur juſſu Dei patris a puero Chriſto in ligni ſpecula exaltato. Quod ſi viator diabolus, perambulans viam ſæcularem, auſus fuerit de vinea ſpiritali hominem de plebe Dominica ſeparare & vexare; ſtatim a puero cæleſti voce correptus, & ſpiritalibus flagris emendatus, exſulans ad centeſimum, effugit in locis aridis & deſertis. Hic eſt cuſtos puer filius Dominicus; qui vineam ſuam ſibi a patre commendatam ſalvandam & reſervandam accepit: de quo Eſaias propheta canit, dicens; Ecce puer meus dilectiſſimus, ponam ſuper eum ſpiritum meum, & judicium gentibus nunciabit: non clamabit, neque contendet. Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non exſtinguet, quoadusque expellat in contentione judicium; & in nomine ejus gentes credent & ſperabunt.

O R A T I O
CYPRIANI ANTIOCHENI.
Pro Martyribus.

Hagios, Hagios, hagios, ſancte ſanctorum, Pater patrum noſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob, Deus Apoſtolorum, Deus Prophetarum, Deus Virginum, Deus bene viventium, Deus credentium, Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti filii tui; te invocamus ſupplices, pariter & deprecamur Fili unigenite, qui ex ore Altiſſimi procreatus es ante mundi diſpoſitionem, & ex Mariæ ſanctæ virginis utero per myſterium editus; orantibus nobis, ſancti deſiderii ſpiritale incrementum, & integritatem cordis præſtare dignare, ut lavacro ſalutari recreatum pectus a delictis carnalibus incolume perſiſtat. Petimus fide illibata, mente incorrupta, devotione robuſta, operatione ſeu dilectione continua; ut in Eccleſia ſancta tua nos florere permittas: quoniam tibi flectimus genua, & curvamus cervices, cui Angeli & Archangeli, millia millium Martyrum, chorus Apoſtolorum, & Prophetarum gloria exſultant, cui omnes aves canunt laudes, linguæ confitentur cæleſtium, terreſtrium & infernorum: tibi omnes aquæ in cælo, & ſub cælo confitentur; te inſenſibilia ſentiunt: tu es ſolus, & præter te & extra te nemo. Te quæſumus,

Digitized by Google

ſumus, Domine Pater omnipotens, qui ſoli Filio conſpicabilis es, cujus Angeli & Archangeli obtemperant tibi Domine Pater: te oramus, ut tribuas nobis mentem integram, innocentiam puram, ſinceritatem devotam, conſcientiam ſanctam, puram, ſobriam, caſtam, contra omnes inſidias ſæculi glorioſa fide degentem: contra diaboli minas, & carnales illecebras munitum pectus concedas; ne violenti & cruenti hoſtis letalibus laqueis implicemur, ut ſignum ſalutis æternæ incolume perferamus. Pelle a nobis omnem ſæculi illuviem, omnemque diaboli perſuaſionem. Laqueetur, concidat, & ſuperetur a nobis, & amoveatur, ſicut a Sara ſamula tua Aſmodæus dæmon nequiſſimus, exſtinctus per Angelum tuum ſanctum Raphael. Et ſicut Tobiæ affuiſti, ita mihi adeſſe digneris. Et ut tribus pueris in camino, & Danieli miſericordiam præſtitiſti: ſic circa nos ſamulos tuos facere digneris. Qui mortuos ſuſcitaſti; cæcos illuminaſti; ſurdis auditum, mutis eloquia, claudis greſſum, leproſis ſanitatem dediſti: ita & da ſamulis tuis, qui te tota virtute mentis credimus natum, paſſum, venturum judicare vivos & mortuos. Aſſiſte nobis, ſicut Apoſtolis in vinculis, Teclæ in ignibus, Paulo in perſecutionibus, Petro in fluctibus. Qui ſedes ſuper ſeptem thronos ad dexteram Patris, reſpice nos & libera nos de æternæ mortis interitu: unus in uno, Pater in Filio, Filius in Patre, Spiritus ſanctus, per quem, & cum quo eſt tibi in ſancta Eccleſia honor, virtus, claritas, majeſtas, poteſtas, benedictio, immortalitas, & nunc & in æternum, ſemper & in omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

O R A T I O
CYPRIANI ANTIOCHENI
quam ſub die Paſſionis ſuæ dixit.

DOMINE Sancte Pater hagios, Deus hagie, & hagie Deus meus, quis enim major te? tibi gratias & laudem refero Deus Abrahæ & Deus Iſaac & Deus Jacob, Deus Patrum noſtrorum, Deus Apoſtolorum, & Deus Prophetarum, & Deus Martyrum, qui fuiſti ante mundi diſpoſitionem, Deus vivorum, venturus judicare vivos & mortuos: qui es Deus verax, qui ſedes ſuper Cherubim & Seraphim ſedem honoris tui, & proſpicis abyſſos: qui vides cuncta priuſquam naſcantur; qui habes poteſtatem occidere & rurſus reſtituere; qui habes poteſtatem de arido viride facere. Tu omnium Dominus dominator, libera me ab hoc ſæculo, & exaudi me orantem, ſicut exaudiſti filios Iſrael de terra Ægypti, & non tibi crediderunt, nec ſamulo tuo Moyſi.

Væ peccatis meis. Cum elevaveris confringere terram, ſub qua fiſſura petrarum me abſconſurus ſum ab ante virtutem tuam? Cui monti dicturus ſum, cade ſuper me; & cui colli, tege me ab ante metum Domini, cum te levaveris confringere terram? Rogo, Domine, ſubveni mihi: noli ſecundum actum meum me judicare: nihil enim in præceptis tuis parui. Exaudi me orantem, ſicut exaudiſti Jonam de ventre ceti; ſic exaudias me, & ejicias me de morte ad vitam. Sicut Ninivitæ induerunt cinerem & cilicium, & pœnitentiam egerunt ante Dominum. Exomologeſin facienti ante conſpectum tuum pro univerſis peccatis meis, qui es amator pœnitentiæ, miſerere mei. Sed & David dicit: Domine propter nomen tuum dele peccatum meum. Et ego deprecans majeſtatem tuam; dele univerſa peccata mea, & exaudi me orantem, ſicut audiſti tres pueros de camino ignis, Ananiam, Azariam, Miſaelem: & miſiſti Angelum tuum cum nimbo roris, & confuſus eſt Nabuchodonoſor præpoſitus regni: quoniam tu es Rex regnantium, & Dominus dominantium, qui ſolus habes immortalitatem, & lucem habitas inacceſſibilem, quam nemo hominum videt, nec videre poteſt. Exaudi me orantem, ſicut exaudiſti Danielem de lacu leonum: & miſiſti Abacuc Prophetam, & attulit ei prandium & dixit: Prande prandium, quod tibi miſit Deus. Et dixit Daniel: Non relinquet Dominus quærentes ſe. Exaudi me orantem, ſicut exaudiſti Tobiam & Saram dum orarent in atrio domus ſuæ: tunc obtulit pro eis Raphael Angelus orationes eorum: ſic & tu exaudias preces meas, & admittas ad aulam ſanctam tuam orationes meas, & continenter mittas Angelum tuum, qui deleat univerſa delicta mea, ſicut deleſti ſpiritum immundum a Sara filia Raguel: & illumines cor meum, ſicut illuminaſti oculos Tobiæ. Exaudi me orantem, ſicut exaudiſti Suſannam inter manus ſeniorum, ſic me liberes ab hoc ſæculo, quia tu es amator puræ conſcientiæ. Exaudi me orantem, ſicut exaudiſti Ezechiam regem Judæ & deleſti ab eo infirmitatem: ſic & a me auferas infirmitatem carnis, & augeas mihi ad fidem, ſicut illi auxiſti annos quindecim ad vitam. Libera me de medio ſæculi hujus, ſicut liberaſti Teclam de medio amphitheatro, libera me ab omni infirmitate carnis meæ.

Te deprecor Pater majeſtatis, qui in fine temporum miſertus es noſtri, mittens nobis Jeſum Chriſtum filium tuum Dominum Deum Salvatorem noſtrum, natum ex Maria virgine de Spiritu ſancto, annunciante Gabriele Angelo, per quem nos liberaſti de periculo mortis imminentis.

Et te deprecor Filium Dei vivi, qui feciſti tanta mirabilia, qui in Cana Galilææ de aqua vinum feciſti, propter Iſrael: qui cæcis oculos aperuiſti; qui ſurdos audire feciſti; qui paralyticos ad ſua membra revocaſti; qui ſolviſti linguas blæſorum; dæmonio vexatos ſanaſti; claudos, currentes feciſti velut cervos: mulierem de profluvio ſanguinis liberaſti; mortuos ſuſci-

ſuſcitaſti ; ſuper aqnam pedibus ambulaſti ; qui Petro labenti manum tradidiſti ; qui mare fundaſti , & terminum ei poſuiſti , & dixiſti : Hucuſque venies , & hic te confringes in virtute tna . Te deprecor Filium Dei vivi propter univerſa commiſſa mea , qni es in cælis Filius in Patre & Pater in te in ſempiternum , qui ſedes ſuper Cherubim & Seraphim ſedem honoris tui .

Tibi aſſiſtunt Angeli , Archangeli , numerus innumerabilis , timentes & paventes honorem & virtutem tuam , clamantes voce magna & dicentes : *Sanctus* , *Sanctus* , *Sanctus* , Dominus Deus Sabaoth . Tu ipſe nobis teſtamentum feciſti : Petite , & accipietis ; pulſate , & aperietur vobis . Quodcumqne a Patre meo petieritis in nomine meo , ego a Patre peto ut accipiatis . Ego peto , ut accipiam ; quæro , ut inveniam ; ego pulſo , ut aperiatur mihi ; ego in tuo nomine peto , ut tu a Patre petas , & detur mihi . Paratus ſum propter nomen tuum victimam ſanguinis fundere , & quodcumque tormentum ſuſtinere . Tu es , Domine , auditor meus & defenſor ; defende me ab adverſario meo . Angelus tuus lucis protegat me , quoniam tu dixiſti ; quod credentes petieritis per orationem , dabitur vobis.

Omnis homo mendax , tu es verax . Sicut tu repromiſiſti , poteſtatem habes , Domine , dare mihi omne ſacramentum tuum cæleſte , ut dignus ſim faciem ſanctorum tuorum videre . Spiritus in me operetur , voluntas tua in me fiat : qnoniam tibi ſpopondi omnibus diebus vitæ meæ , qui paſſus es ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem , qui crucifixus deſcendiſti , & conculcaſti aculeum mortis . Devicta eſt mors , devictus eſt inimicus diabolus . Tu reſnrrexiſti a mortuis , & apparuiſti Apoſtolis tuis : ſedes ad dexteram Patris , qui venturus es judicare vivos & mortuos . Tu dominaberis , libera me de manu quærentis animam meam . Per nomen tuum libera me ab adverſaria poteſtate , ut opem des vincendi inimicum meum : quoniam tu es potens aſſertor & advocatus precum & petitionum noſtrarum animarum . Die ac nocte interpelles pro peccatis meis , orationem meam perſeras ad Patrem tunm . Et tu Domine ſancte Pater , digneris reſpicere ſuper preces meas , ſicut reſpexiſti ſuper munera Abel . Digneris me liberare ab igne & pœna perenni , & ab omni tormento qnod paraſti iniquis : per bonum & benedictum Jeſum Chriſtum Salvatorem noſtrum , per qnem tibi laus , honor , virtus , gloria , in ſæcula ſæculorum , Amen.

ARNOLDI

ARNOLDI ABBATIS BONÆ-VALLIS
OPERA.

Tractatus de noviſſimis verbis Domini in Cruce.

PRÆFATIO.

ULTIMA Chriſti verba quæ cruci affixus, novi Teſtamenti heredibus tractanda propoſuit, licet ſparſim a nonnullis Commentariis Evangeliorum videantur expoſita, movit me tamen verborum ſanctorum reverentia, amplius eorum penetralia ſcrutari, & quod illa hora qua conſummata videbantur quæ de eo fuerant prophetata prolata ſint, cum jam non doctrinæ ſed paſſionis agebatur negotium, & quod in eis ſua omnia Chriſtus recapitulat dogmata, & tam diffuſe prius prædicata brevibus coarctat capitulis, ita ut in illo verborum compendio Chriſtianæ fidei ratio ſplendeat, & de ſemine exiguo ſeges immenſa univerſitati credentium profutura conſurgat. Quæ verba quanto brevius dicta ſunt, & in articulo quo ſeria & neceſſaria agi rerum circumſtantia poſtulabat, tanto diligentius inquirenda ſunt, & tanto penitius intuenda, quanto fecundior & cauſalis & ſeminalis ratio in eis deliteſcit. Evolutis igitur cauſis, quaſi ex quibuſdam latebris, & ex quodam reclinatorio aureo, honorabilem internorum intellectuum majeſtatem produces in medium; & egredietur palam in decore ſuo cognoſcibilis veritas, quam antea oppoſitis velaminibus ignorabas, & cum propius acceſſeris & infuderit ſe tibi illuminans ſenſum tuum divinæ radias veritatis, intelliges & videbis in ſcintilla incendium, & in ſtilla reperies pelagus; & in lecytho olei, unde creditori tuo reddas debitum, & tibi affatim ſuperſit in inconſumtibilem cibum. Ante tamen exordium, attendamus quiſnam ille ſit qui ſe clamat derelictum. Nonne ipſe qui Latroni promittit & donat Paradiſum? Utrobique, verbi virtutem intellige. Audi quid hæc ultima ſchola ſubtilitatis edoceat. Hic idem qui ſe derelictum cauſatur, non pro Latrone Patrem rogat, ſed poteſtative (immerito donatis reatibus) repente flagitioſum ſanctificat, & cæleſtibus invehit ſedibus, & ſecum in gloria locat. Hoc fundamentum fidei eſt, hoc argumentum probabile & neceſſarium, omni evidentia conſtat, quod regni Chriſti etiam in Cruce perfecta ſit efficientia: nec minuitur humilitate carnis, imperii dignitas: immo hoc ad gloriam crucifixi pertinet, quod in illa contumelia crucis, ſapientiam & fortitudinem mundi hujus vincat & ſuperet, quod ſtultum & infirmum æſtimabatur incarnati Verbi venerabile ſacramentum. Quod enim Filius in perſona derelictorum conqueritur, non eſt impoſſibilitatis judicium; ſed hoc potius intimat, quod diminutio illa excellentiæ ſuperioris, humilitati corporis tribuat incrementum: viciſſim humilitas & ſublimitas quibuſdam revolutionibus inter ſe partiantur negotium; forma Dei ſe exinaniens, & forma ſervi nomen quod eſt ſuper omne nomen accipiens. Non derelinquitur uſquequaque, ſed diſpenſatorie ſingularum exprimitur ratio naturarum, quia & relinqui & pati & mori, quidam arcti & difficiles ſunt tranſitus, per quos ad ſolidum & immobilem ſtatum, quaſi pelle peccati depoſita & omni ſcabie vitiorum deterſa, renovatus homo perveniat. Unde etiam quod ſitit in Cruce fons vitæ; quod ſupplicante Chriſto, etiam crucifigentibus locus eſt veniæ: quod inter convicia & ſupplicia, pietate matris afficitur: quod omnibus conſummatis victor migrat ad Patrem, indiſcuſſum relinquere, ingratitudinis eſſet & torporis: & cum hæc ſingula capitula proprium ſyntagma requirant, & meditatores Legis Dei totius hic religionis reperiant ſemina, de quibus exercitatus animus Divinorum intellectuum fructus uberes metat; ad quarum rerum indaginem licet inſufficientem me judicem, nec oculis impuris puram lucem intueri ſuſtineam: interim tamen ſub umbra Divinorum ſecretorum ſedens, a prohibitis & inacceſſibilibus abſtinens, ad reliquas Paradiſi arbores præſumſi manus extendere, & experiri guſta quid ſaporis intra ſe dulcedinum multitudo propoſita contineat.

Primum de verbo illo:

Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti.

POST regulas fidei, Evangelico dogmate promulgatas; poſt ſigna & miracula & documenta juſtitiæ; quia iter longum fuit per præcepta, ventum eſt & ad compendioſum & efficax, per exempla; ne aliquid doctrinæ deeſſet, ſecuta eſt forma; quæ ideo ad ultimum dilata eſt, ut quaſi piæ hereditatis Teſtamentum filii ſuperſtites eo devotius amplecterentur, quo Chriſti ſanguine conſcripta privilegia ſua viderent, & impreſſam obedientiæ ejus imaginem Bulla imputribilis exhiberet. Ideoque ex illa cathedra Crucis quoddam Deuteronomium dictatum eſt, in qua recapitulatis breviter quæ multa prolixitate diffuſa erant; ſatagit ſimul Magiſter bonus facere ac docere & exemplo conſummare doctrinam, nec tam veritatis præceptor eſſe quam teſtis.

Deus meus, &c. Modo ultro eloquitur qui paulo ante ad Herodis & Pilati inquiſitiones conticuit, curioſitatem & faſtum tumentium hominum aſpernatus, pauperes ſpiritu de patibulo edocet: ibique ſcholam religionis iterum inſtituens, pauca proponit capitula in qui-

bus & affectum caritatis intimat, & zeli ſancti imitationem commendat. Non poſſunt impedire tormenta doctrinam, ſed quaſi hebes contemnitur ſerrum; & providit ſollicita pietas ut ad regulam fidei, diſcipulorum mores æquentur; & conquadrato ſundamento ædificatio firma ſtabiliter innitatur. Se igitur ipſum modo hominem exhibet, modo Deum; modo omnipotentem, & modo infirmum: ut inter ſe ſublimitas & humilitas, vices nagotio congruas partiantur. Modo ſupplicat, modo imperat; modo ſe dicit derelictum, modo Latroni promittit Paradiſum. Agit ſecundum utramque naturam quod exigit cauſa. In hac contemnitur, in illa gloriam regnumque largitur. Perſtrepebant ante crucem clamores irriſorii; & ad dolorem vulnerum, cruenta plebs addebat convicia: ringebat, & torvis aſpectibus in faciem quam conſpuerat intendebat, & unanimi claſſico acclamabat; *Vah qui deſtruis Templum Dei, & in triduo illud reædificas.*

Vide quantum mali, error & perfidia Principum adliniverat plebi; quantum rubiginis ſuæ affricuerat populo imprudenti auctoritas ſacerdotum, quantum convaluerat conjuratio ſacta in Chriſtum, cum occiderent eum, & nomen ejus delerent e medio. Non verebantur omnes, homicidii titulo in perpetuum eſſe notabiles, nna in ſe & in parvulos ſuos tanti ſceleris reliquias congerebant, & ultro damnationis ſuæ chirographo ſubſcribebant. Nondum exſpiraverat Chriſtus, ſed ſoſſis manibus pedibuſque & ſciſſo vepribus capite vivebat in cruce; & parricidalium mentium intuens vota, non tam clavorum acumine quam illorum crimine pungebatur. Pro his igitur ad Patrem convertitur, & caritatis argumento prolato in medium, inauditum dicendi genus novus orator aſſumit: & inimicorum in cauſa allegans, ipſis invitis atque negligentibus parti contrariæ ſuffragatur: & utrum plus poſſit peccatum quam juſtitia, Deo Patri quæſtionem proponit, & ediſſerit eſſe inconveniens ut amplioris ſit virtutis delictum quam donum; & prævaleat malitia bonitati, & perditio ſaluti. Cum enim ipſe ad hoc nitatur ut ſalventur; & Judæi, ad hoc ut damnentur; plus debet apud Deum poſſe Filii caritas, quam populi cæcitas: quia & hoc non minimum habet pondus quod cauſæ huic non patrocinatur alienus, ſed Filius; neque Reipublicæ commodum ex hac indulgentia minuitur, ſed augetur: ideoque nec Legibus nec Judici derogat, ſi temperatur ſententia; quia cum communibus utilitatibus tribunalia deſerviant, non eſt ſibi contraria inſtitutio quæ quocumque tramite ad propoſitum redit; quæ quod a ſtatu integritatis ſuæ elapſum erat, reſtituit. Alioqui ſubtracta ſibi agonum ſuorum ſtipendia Chriſtus queritur: proteſtans non eſſe quæſtuoſos tanti diſcriminis ſudores, ſi hi quibus tanti laboris opera impenſa eſt ſic relinquantur, & ad ſalutem eorum inefficax ſit hæc humilitas, & ita ſanguis Filii in conſpectu Patris vileſcat, ut non omnia poſtulata obtineat.

Clamat igitur; *Heloi, Heloi, quare me dereliquiſti?* Non improperat Patri, nec derelictum ſe dicit quaſi contumelia Crucis contra propoſitum videatur appoſita; ultro enim & ulnas patibulo & palmas ſerro expoſuit: ſed quantum ſit obedientiæ fundamentum & culmen, interrogans innuit, cum ſe & minorem & æqualem oſtendit. Deſeritur humilitas, adeſt majeſtas; fortius eſt & ſapientius omni virtute & ſenſu hominum, quod in Chriſto Judæus & Græcus ſtultum æſtimat & infirmum. Secundum formam ſervi, legationis ſuæ miniſterium non erubeſcit, non diffitetur carnis naturam paſſibilem & mortalem. In hae forma Patri blanditur mediator attentus, nee abnegat quod videtur, nec rapinam arbitratur ſi aliquid pro poteſtate loquitur, & Patrem aliquando ex æquali affatur. Denm igitur ſuum vocat, ne quis qnod proprium eſt alterius ad alterum, exiſtimet alienum; & quod commune videtur, ſecare præſumat quaſi diviſum. Naturæ divinæ communio inter Patrem & Filium, non admittit ſciſſuram: & licet ſit ibi diſcretio Perſonalis, una tamen eſt divinitas & eſſentia naturalis. Suum dicit, ut manifeſtum fiat quod ille qui ſuus eſt, in nullo, ei contradicere poſſit. Deum ſuum dicit, nt nobis minime formidandum Judicem intimet, quam ſicut ſuum flectere poſſit; & ad eum tutum eſſe acceſſum, quem non ut alienum appellat, ſed ſuum. Ncc parvam confidentiam hujus familiaritatis germanitas exigit, quæ in conſpectu Patris tantam derelictorum ſollicitudinem gerit, ut ſe quoque in eo quod conſtat voluntarium eſſe & ſpontaneum, dicere non dubitet derelictum. Impoſſibile ſane eſt, ut in Patrem bonum, bonæ voluntatis cadat ingratitudo; & non magis in tam benigno dilecti ſibi Filii affectu complaceat. Quod autem derelictum ſe Filius commemorat, mercedem obedientiæ poſtulare videtur; nec diu beneficium differri tolerat, quod deberi ſibi obedientia morti obviam procedens, confidenter proclamat.

Quare (inquit) *me dereliquiſti?* Hujus myſterii rationem nondum intellexerat mundus, necdum tanti ſacramenti effectus palam advenerat; & neceſſe erat, ut tam opus quam virtus hujus Holocauſti innoteſceret, & auditoribus Evangelii imprimeretur hæc ſorma, & diſcerent ex præſenti regula, unumquemque nportere deinceps introire in Sancta in ſanguine proprio; & finem adveniſſe earum expiationum, quæ factæ erant eatenus in ſanguine alieno. Periret enim & prorſus dilueretur religionis auctoritas, ſi iterum circa imagines & umbras veritatis occuparetur; & non magis ipſam veritatem apprehendens, mores in ſe Taurinos, vel Hircinos mactaret, & in altari intrinſeco puræ devotionis, adoleret ſragrantiam: pro turture & columba pietatis & ſanctimoniæ intendens affectum.

Deſeritur Chriſtus, & ad modum Jonæ Prophetæ, projectum in mare, venter belluæ ſuſcipit: ſed prope erat ſuſceptio matutina, de qua Pater prædixerat dicens ad Filium; *Exſurge gloria mea;* & Filius ad Patrem; *Exſurgam diluculo.* Exarmata erat navis, ſractumque remigium: ſed recollectis reliquis, iterum navigii ſupellectilem gubernator magnus aptat ad curſum: & cujus res deploratæ eſſe videbantur, dum clauderetur intra ſepulcrum, devicta morte victor egrediens, imperavit ventis & mari: Et inferaus obſtupuit Judicem, quem quaſi

quaſi prædam peculiarem nnguibus carni infixis pro conſuetudine indifferenti attraxerat.

Sane ille Pſalmus cui titulus eſt; *In finem, pro ſuſceptione matutina*; ex perſona Chriſti ſic incipit: *Deus Deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti?* Sed hæc erant verba derelictorum, id eſt, in perſona eorum quibus ipſe ſe unierat, quibus per omnia abſque peccato ſimilis erat. Suos dicit peccatores propter quos venerat, quorum caput erat; neque membra ſua a ſe abſcindi, conveniens judicabat: Alioquin abſque nota & labe peccati ſi corpus inquiras, caput ſine corpore conſtituas, nec erit cui proficiat bonitas, ſi non ſit infra quæ regatur infirmitas. Agit igitur caput cauſam corporis ſui; & pro infirmis ſuis ſollicitus medicus, in tantum compatitur, ut etiam ex parte ſe infirmari non dedignetur; & (ut amplius dicam) ſit peccatum, qui abradebat peccatum. In qua parte patitur, derelinquitur; quia naturæ impaſſibili, in nullo congruit injuriari vel pati.

Abſentat ſe paſſioni divinitas: hoc ſolius carnis eſt, in hoc ſolo ſe deſeri Filius innuit, ut undique ſanæ Fidei veritas eluceſcat, & palam ſit quia ſecundum quod Deus eſt, omnino non moritur; ſecundum quod homo, diſpenſatoria ratione ad tempus moriturus deſeritur. Deſeritur itaque cum derelictis; & pro natura quam aſſumſerat, tributum ſolvit; & evecturus ſecum genus ſuum ultra hujus ſæculi pelagus, Piratis rapacibus naulum carnis ſuæ protulit; inviſcatiſque dentibus, eorum illuſit voracibus, & tam ſe quam prædam ſuam abſtraxit & evexit. Pro debitoribus debitorem ſe objecit, & quod ex ſe non debebat, ultro debere non abnuit; ideoque totius debiti ſummam ab eo qui pro omnibus ſe tradebat, exactor exegit. Relictum vidit ad tempus, & penitus poſſe exſtingui arbitratus eſt: ſed abjectio voluntaria non expers erat omnipotentiæ; & calix ille amaritudinis concupiſcentiæ venena inſuſa antiqnitus, ab imo avulſit, & vomitu repentino tota veteris fermenti conſperſio ejecta eſt. Extenſis igitur brachiis Chriſtus in cruce, totum corpus ſuum infra ſe poſitum complexus eſt: & ſub alis crucis aggregato genere noſtro, ibi & protexit & fovit ubi nihil poſſe putabatur; & in quo victus æſtimatus eſt, maximæ victoriæ vexilla erexit: quia neque mors in eum nſqnequaque prævaluit, neque Pater ullo modo negate Filio indulgentiæ privilegium potuit, quod ad pedes ejus proſtrata caritas poſtulavit. Obtinuit itaque dejectio capitis veniam corpori; & percuſſo vertice, ſolidata ſunt membra: ut non ſegnis ſit recompenſatio; & ſemper quid debeat homo Chriſto pro quo ille mortuus eſt, in hac forma meditetur & relegat; fixumque præ oculis ſit hoc caritatis argumentum, maneatque hoc vivum documentum & continuæ perſuaſionis exemplum.

Sed & nobis qui toties derelinquimur, quoties nos tentamina colaphizant, non negligenda quæſtio eſt, inquirere cur derelinquimur, & intellectis cauſis, indagare remedia; quia non poterit in illa mente diu labes obrepere, quæ ſe provida ſtuduerit circumſpectione munire. Deſerimur nonnumquam cum hanc curam negligimus, & commonent nos contumeliæ propulſantes ut ſolliciti ſimus, & medetur quandoque negligentiæ confuſio; compelluntque ad remedia confeſſionum nonnullos (cum ſe erubuerint aberraſſe) ipſa tentationum ludibria. Caſtigatur ſæpe ex caſu ſuperbia, & præſumptio ex ruina. Pulſatur ſanctitas, ne extollatur; & ut exerceatur, vexatur ad tempus; in modico derelinquitur, & in magnis miſerationibus denuo congregatur. Labitur, & erigitur; deficit, nec ſufficit ex ſe, ut ad medicum recurrat. Ad hanc inquiſitionis formam propoſita a Chriſto in cruce quæſtio nos invitat, quotidie nos pungit ſtimulus carnis, vel rapit in mirabilibus ſupra nos elatio mentis. Nec tamen peremtorius æſtimandus eſt recrudeſcentis peccati pruritus, cui obviam pergit ratio, & ſerpenti ſcabiei opponit cauterium. Licet enim ſubſumigent afflata incendia, & flamma vorax jam tectorum elambat faſtigia; una gratiæ ſtilla ſubituſque reſpectus clementiæ, uno flatu ea in cineres rediget: ſedataque procella divinitus, quod putabatur detrimentum, invenitur ſolatium; & quod relictum & oblitum, aſſumtum & reſtitutum.

I I.

Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo.

D*Omine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra*, qui & *ex* impiorum *ore perficis laudem!* Ecce unus de derelictis aſſumitur; Latro ille collateralis tuus, damnatus ob ſcelera: illum victoriæ tuæ præcurſorem conſtituis, & juſtificatum ex gratia, in Paradiſum præmittis; in quo confuſus eſt inimicus & ultor, hæreticus & proditor, perverſus diſcipulus & detractor Judæus. Opponebatur a Phariſæis, Chriſto pro crimine; quod cum peccatoribus quos Lex abdicabat, ad Legis injuriam non tantum verbo, ſed etiam communicaret convivio. Cum enim leproſos & immundos, ex ritu & decreto extra caſtra depellerent, abraſiſque parietibus earum domorum in quibus fuerant converſati, ipſis quoque in quibus conſediſſent ſubſelliis, propria mandaretur purgatio: hoc arguebant in Chriſto quod hujuſmodi perſonarum nec menſam vitaret nec domum, ſed ſuſciperet & ſanaret. Inoleverat ſuperſtitio; & occaſione Legis intellectæ carnaliter, perſequebantur quidem Miniſtri Legis peccatum, cum tamen nec ipſi eſſent a peccato immunes: ſubſcribebantque damnationibus propriis, nullum locum miſericordiæ reſervantes. Nefas putabant, quod Chriſtus curabat in ſabbato, quod miſericordiam præponendam docebat judicio. Ita & quidam hæretici (in quibus ſunt Novatiani) qui volunt videri defenſores Eccleſiæ: eos qui in quocumque crimine poſt baptiſmum lapſi ſunt, pœnitentia cenſent indignos; & omnino non poſſe reſtitui dogmatizat illa impietas, quem in aliquod crimen humana impegit infirmitas. Verum Chriſtus & falſos defenſores fidei hæreticos, & inimicos gratiæ Judæos præſente judicio deſtruit & convincit; mutans Legem in gratiam, terrorem in manſuetu-

ſuetudinem, aſpetitatem in lenitatem, umbram in veritatem, judicium io miſericordiam. Novus rex, nova lex; novus dux, nova lux. Fractis prioribus Tabulis, & ſilice ad ſilicem comminuto, novis ſubſcriptionibus figit titulum: & dictat pietas, & diſceroit omnia caritas.

Scribitur tribus Linguis inſignibus, Hebraica, Latina, & Græca regnum Chriſti; & dominatio ejus emanatura in Geotes, cruci inſculpitur, nec corrumpere Pilatus quod ſcripſerat voluit. Et licet tam inſignem titulum deleri perfidia Judæorum clamoſe expeteret, obtinere nullo modo prævaluit. Jam ad hanc ſculpturam Latro concrucifixus pertinebat, & eum intra ſe illæ litteræ colligebant: jam ſpes ſubintrabat converſo, quia crucifixo ſibi mundo, inhiabat cæleſtibus; dilatatuſque caritate, quaſi conſputis repudiatiſque quæ infra ſunt, cum Chriſto tractabat de regno, affectabat ſuperiora; & cum jam anima egreſſum accelerans io primis labris eſſet, & hora ultima adventaret, æquo aoimo ibat; nec urgebat formido pœnarum conſcientiam, quæ ſe ſanguine Chriſti præterfluente ſentiebat ablutam. Exacuebaot lioguas veoenatas, blaſphemantes Chriſtum Judæi, & conclamabant & evomebant convicia, & quaſi victores inſultabant pendenti: fugerant Apoſtoli; ſola plebs maledica, firmatis nequam ſermonibus, celebrabat ludibrium; Romanis militibus, ſeditionibus tumultuoſis, cedentibus; pro poteſtate miniſterium potius exhibentibus, quam conſenſum.

Sed & alter Latro oblatranti plebi aſſentiens, quod oec ſe nec alios ſalvos poſſet facere, teſtabatur; irridebatque conparticipem ſuum qui in eum quem in eadem ſecum damnatione videret, ſpem poneret; & nugatorium omoino videbatur, illum credere regem vel Deum, quem ſecum oppreſſerat idem opprobrium & ſimile tormeotum. Erat itaque unus irriſor, alter confeſſor; unus exprobrator, alter venerator; hic ſperans, ille deſperans: hic diligens, ille negligens: aderatque illi controverſiæ judex, qui data ſententia, blaſphemum ad tartara, confiteotem præmiſit ad regna. Sane hic de quo agimus Latro, manſueti animi; & ſicut teſtem Chriſti decebat, io Auditorio publico, fidei protulerat argumenta; & novo philoſophandi genere, ſupplicii tanti immemor, cum blaſphemo illo de timore Dei & juſtitia diſputabat. *Neque* (inquit) *tu times Deum, qui in eadem damnatione es; & nos quidem juſte, nam digna factis recipimus; hic vero nihil mali geſſit*. Credit & confitetur, teſtis eſt innocentiæ Chriſti; increpat maledicum, nec ſibi parcit; ſed tantum accuſator ſui, ſeipſum (adverſum ſe ſenteotiæ veritate prolata) perſequitur. Damnatio (inquit) ſimilis quidem eſt, ſed cauſa differens: cum hic ad hoc deſtinatus ſit ex obedientia, nos ob flagitia. Cauſam accuſat, non arguit pœnam, execratur ſcelus ſuum, non detrectat judicium. *Neque* (ioquit) *tu times Deum:* Deum fateri non erubeſcit, quem ex iovidia, noo ex merito, noverat crucifigi. Intelligere enim, revelante non carne & ſanguine, ſed ipſo cui atteſtabatur, jam poterat; quia quod fiebat voluntarium erat, non oeceſſarium; niſi ideo neceſſarium quia ut ſic fieret, volnntarie fuerat definitum. Ibi igitur philoſophatur & prædicat & fatetur, ubi non tantum diffugiunt & tremunt Apoſtoli, ſed & ipſi maligni Spiritus jamjam impoſiti ſibi freni ſalivaria maſticantes, per antiquum orgaoum ſuum (linguam ſemineam) nitebantur colligationes illas impietatis diſſolvere; ſcientes quia fortis armatus hoc aocipiti gladio erat, eos de diu poſſeſſo hujus mundi atrio ejecturus.

Itaque concionator illuſtris, oblato confeſſionis & fidei auctorameoto, impoſitoque latroni blaſphemanti ſileotio; victoriæ ſuæ palmam & auctoramentum a Judice exigens, ad Chriſtum convertitur, & dicit: *Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum*. Conſiderare neceſſe eſt, quem locum, quem modum, quod tempus hæc cauſa habuerit, & quam celerem auditum confeſſio meruerit; quid poſſit pœnitentia, quando bonus Dominus, tribulato corde clamantem ad ſe ſervum ſuum, etiam in ultimo peccati puncto non oegligat. Hora mortis erat, jamque confitentis anima faucibus hærebat, jamque linguam ejus alligabat anguſtia, illoque articulo temporis, fere ab ipſis Apoſtolis ſalus deſperabatur. Modus paſſionis, Crux inter omnia ſupplicia turpiſſimum & atrociſſimum. Quibus poſtpoſitis, quaſi plagarum & ſanguinis immemor, dictator Evangelii Latro efficitur; & (quod perſuaderi illa hora difficile erat) Chriſtum Deum in cruce fatetur: ibi orat, ibi adorat; multa ſimul pietatis officia complectitur. Credit & timet, compungitur & pœnitet, confitetur & prædicat, amat, confidit, & orat. Fide illuminatur, timore ſubditur, compunctione mollitur, pœnitentia concutitur, confeſſione purgatur, prædicatione zelatur, dilectione dilatatur; coofidentia ſperat, oratione impetrat.

Ne iraſcaris, prioceps Apoſtolorum; tibi dico Petre, cui *claves regni cælorum* commiſſæ ſunt: Et te amare flentem Chriſtus reſpexerat, & donaverat negationis reatum; quia oon ex ſententia, ſed ex infirmitate deſciveras: Te tamen juxta crucem non video; territus lates, nec ſaltem matrem Chriſti feminaſque ſanctas proſequeris, quæ ſpectaculo lugubri aſtabaot immobiles. Nec ibi Apoſtolica auctoritate uteris, ubi ad invicem fixis juxta crucibus privata miſcent colloquia Salvator & Peccator. Abſens eras, & miniſterii tui claves (quod pace tua dixerim) modo non profers. Supplet vicem tuam ſummus Sacerdos, apertiſque feris antiquis, Latro primitiæ derelictorum iotroducitur (aperiente Chriſto) in regoum cælorum. Amovetur ab introitu Paradiſi cuſtodia ab initio pervigil, & verſatilis gladius ille minax, quem Cherubin ab antiquo vibraverat. Ibi Latro locatur, unde Lucifer corruit; & cui tu forſitan ultra ſepties ignoſcere nolles; ultra ſeptuagies ſepties reus ſed abſolutus a bono Jeſu, modo cum Angelis converſatur. Reſurge, & diſce ignoſcere; neque annumeres peccata, vel multiplices tempora. Non arctatur numero, non clauditur fine, nullas omnino habet metas divina clementia. Sit qui invocet, erit qui exaudiat; ſit qui pœniteat, non deerit qui indulgeat. Non huic pœnitenti multorum annorum jejunia imponuntur; non nudipedalibus, vel ſacco afficitur; ſimul & confitetur, & juſtificatur, & glorificatur.

Vide

Vide horam, nota perſonam. Ultima hora, peccatrix perſona. Multa antiquaque peccata illico abolet gratia, nec proceſſu moraque temporis indulgentia limat corroditque culpæ rubiginem: ſed ubi repente, facto cælitus ſono, Spiritus ſanctus illabitur; quidquid immaduerat peccati tabe, ſiccatur: nec ſupereſt ullum fœditatis veſtigium vulneri, quod miſericordiæ abluit lavacrum. Fœtebat jam quatriduanus in monumento Lazarus, ſuſcitatus non tabeſcit languore; erigitur, ſolvitur, & ſtatim conveſcitur. Nulla lepræ crepido, nullus ſinus in facie Simonis ſupereſt. Hoſpes incolumis curatori ſuo hilarem exhibet ſamulatum: nullum ſignum horroris comitantibus magiſtrum; idem conviva & miniſter prætendit. Maria Magdalene ad pedes Chriſti plorat & orat, tergit & ungit; nec improperat Chriſtus vitam inſamem & inverecundam, nec opponit quod diluit, nec exprobrat quod ignoſcit. Quidqnid agit in hujuſmodi, celeri nutu Spiritus ſanctus conſummat, nec emendicat aliunde ſuffragia; qui quod dicit, facit; & quod illuminat, format; qui ſtatim piſcatores facit doctores, & idiotas prædicatores. In hac gratia non affligitur exſpectatio dilatione, nec intervallum eſt inter optatum & datum. David dicit, *Peccavi*; & Propheta, *Tranſlatum eſt peccatum tuum*. Ad Cain dicitur, *Peccaſti, quieſce*: & ad mulierem in adulterio deprehenſam; *Non te condemnabo: noli ultra peccare*. Quid commemorem Ninivitas, quorum pœnitentia ſubito Judicem amovet a ſententia? Quid Achab & Manaſſem reges impios; quorum contritionem in anguſtiis non eſt aſpernata divina clementia? Inter cetera pietatis exempla, Latro noſter nobis occurrit, pœnitentiæ regula, confeſſionis forma, indulgentiæ præco, ſpei exemplum; qui dum ingemit, ſubito quod quærit invenit, quod petit accipit, & illico audit: *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Non ad loca purgatoria, flammaſque peccatorum ultrices, confitens deſtinatur; non ad loca tenebroſa & tormenta deducitur; nullam pars adverſa gratiæ Dei præſumit inferre calumniam: una Crucis pœna, omnia abolet crimina: immo non pœna, ſed gratia. Præmittitur igitur in Paradiſum hic noſtræ nuncius abſolutionis, & primitias libertatis noſtræ (teſtis libertate donatus) Paradiſi civibus id exſpectantibus & deſiderantibus, primus invexit.

I I I.

Mulier, ecce filius tuus.

UBI *ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, Domine?*

Quid differs? Jam venit hora; Mater tua coram te eſt, & Joannes quem diligis. Latroni loqueris, & Matri non loqueris? Intuetur te illa in mulieribus benedicta; & fixis in te oculis, vulnera tua, materna pietate conſiderat: & licet non ignoret quid boni conſerat mundo Paſſio tua, tamen Parentis affectu commoritur, & pectus maternum immanitate doloris arctatur. Suſpirat intrinſecus, & erumpentes revocat lacrimas; & eo amplius anxietas intumeſcit, quo prohibetur egredi, & per luctus lamentaque diſſolvi. Emergebant quidem aliquando gemitus, ſed increpati reprimebantur; revertebanturque in ſinum mentis de quo prodibant, & collidebaot ſe ad invicem iotrorſus, eratque in anima illa, tempeſtas valida, occurrentibus ſibi procellis; & quaſi in ſartagine frixis medullis, ebulliebant amaritudines quas excoquebat & coagulabat exacerbatio perſeverans. Imperabat quippe dolori ſilentium, formido, & riogentium Judæorum torvi in eam oculi, illos turbines ſuffocabant. Verum illa tantarum procellarum ſalſuginem ebibebat: & (quod difficillimum erat) moriebatur & mori non poterat; & clauſo tanti doloris tormento intrinſecus, alium vultum palam exhibebat: nec poterat ex facie colligi Crux illa animæ & patibulum ſpiritus in quo erat hoſtia viva, beneplacens Deo, & medullatum holocauſtum; quod cum ipſa incenderet, tantum conſcientiæ miniſterio utebatur; ipſaque ſine ſtrepitu ſeipſam mactans, in altario interiori & ligna & flammas & latices congerebat. Nimirum in Tabernaculo illo, duo videres Altaria: aliud in pectore Mariæ, aliud in corpore Chriſti.

Chriſtus carnem, Maria immolabat animam. Optabat quidem ipſa, ad ſanguinem animæ & carnis ſuæ addere ſanguinem; & elevatis in Cruce manibus celebrare cum Filio ſacrificium veſpertinum, & cum Domino Jeſu (corporali morte) redemtionis noſtræ conſummare myſterium; ſed hoc ſolius ſummi Sacerdotis privilegium erat, ut de ſanguine munus intra Sancta inſerret: nec poterat ei conſors hæc eſſe cum aliquo dignitas; & in reparatione hominis, nulli Angelo, nulli homini cum eo fuit aut eſſe potuit communis auctoritas. Cooperabatur tamen plurimum ſecuodum modum ſuum, ad propitiandum Deum, ille Matris affectus, cum, tam propria quam Matris vota, caritas Chriſti perſerret ad Patrem; cum, quod Mater peteret, Filius approbaret, Pater donaret. Diligebat Pater Filium, & Filius Patrem; Mater vero poſt utrumque ardebat; unumque erat, quod diverſa exhibebant officia, quod Pater bonus, quod Filius pius, quod Mater ſancta intendebat, quod in commune elaborabat dilectio, ſimulque ſe complectebantur pietas & caritas & bonitas; Matre ſupplicante, Filio interpellante, Patre propitiante. Filius ad pectus Matris & ubera, Pater ad Filii crucem & vulnera reſpiciebat: & inter hæc, quid tanta pignora non moverent? quid illa ſanctitatis ſchola niſi pietatem doceret? quid niſi miſericordiam informaret? Dilectio & ſanctitas & bonitas nihil ſibi contrarium ſapere poterant, nec reluctari ſibi nec adverſari concordiæ congruebat: & omnino decebat, ut ſupplicatio & ſatisfactio & exauditio, in negotio rectitudinis convenirent.

Jeſus ergo ut per omnia, pietatis fœdera commendaret antiquum decretum quod de honorandis parentibus dictaverat, obſervavit; & Matrem adhuc volens ſic eſſe, ad conſolationem Apoſtolorum reſervavit ſuperſtitem, ut ex his quæ ipſa ab initio audierat & viderat & contulerat in corde ſuo, ſenatus Apoſtolicus doceretur, & Evangelica firmaretur doctrina. Honoratur etiam affatu familiariſſimo; & li-

cet brevis fuerit ſermo, Intimatus tamen eſt debitus affectus, & expreſſa ſingularis dilectio. *Mulier* (inquit) *Ecce filius tuus*. Præſens erat Joannes, cui & dicitur; *Ecce mater tua*. Non eſt paſſus Chriſtus ut Judaica rabies in ſanctuarium ſuum profanam mitteret manum, vel aliqua infeſtatione violaretur illud templum Spiritus Sancti: Poſitus eſt fidelis æditus ad tanti theſauri cuſtodiam. Diſcipulus qui in cœna Domini cervical ſibi in pectore Magiſtri aptaverat, ecce iterum alio privilegio honoratur; & poſt illud reclinatorium in quo viderat, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, officina illa in qua Verbum caro factum eſt, diligenter a Filio ei commendatur: probato dilectoque Diſcipulo pudor virgineus, Matris thalamus, & ſanctimoniæ integritas aſſignatur, ut teſtis eſſet idoneus, virgo virgini; fidelis cubicularius Matri Domini ſui, miniſter devotus pro reverentia Magiſtri. Vices Filii naturalis, filius accepit adoptivus, & transfunditur in miniſterium filialis affectus: formaturque & firmatur in ambobus pietatis unicæ gratus concorſque complexus, non ex traduce naturæ, ſed ex munere gratiæ. Unum igitur contubernium Joannis & Mariæ virginitas accipit; & unius moris in domo, unum integritatis propoſitum, unam habitationem meretur communemque convictum. Ecce Joannes, piæ hereditatis ſuſcipis teſtamentum; eligeris, & in hoc præponeris omnibus. Joſeph qui eatenus miniſtraverat, te ſubrogato, cedit, nec maritalia jura opponit; ut obſtruatur os loquentium iniqua in poſterum, quia matrimonium illud diſpenſationi divinæ, non copulæ carnali ſerviérar. Ideoqne nec Joſeph, cum Joannes eum ſuſcipit in parentem, queritur de disjuncto connubio quod diſpenſatorium fuerat ſine ullo carnalis copulæ commercio.

Hoc teſtimonium integritati Matris Chriſtus in fine perhibuit, ut haberet Eccleſia ſancta ex Evangelio lapidem quem Bonoſi Helvidiique hæreticorum impudenti fronti infigeret, qui in Matris illibatæ virginitatem auſi ſint impia blaſphemaque garrire. Tu igitur Joannes ſancte, ad hoc eligeris ut miniſtres & obſequaris ea dilectione qua filius, ea obedientia qua diſcipulus, ea ſubjectione qua miniſter & famulus. Petro commendarur Eccleſia, tibi Maria: illi tumultuoſa negotia, tibi pacifica & quieta: illi atria & veſtibulum, & altaria ſanguinum; tibi commendatur Altare incenſi, & Sancta Sanctorum. Ad culmen miniſterii tui nullus tecum admittitur; ſolus illi aſſiſtis propitiatorio, ſolus illud Vas aureum continens Manna, illud divinæ Legis ſcrinium Pontifex deſtinatus obſervas. Loco filii poſitus es, & ut vicem in Matre ſuppleas ordinaris; nec abnuit te Mater ſancta vicarium, licet longe imparem & inferioris tituli; tamen quia ſic viſum eſt Filio, amplectitur ſucceſſorem. Certe piſcator fueras, & in hac arte a parentibus inſtitutus; nullum te ſtemma inclitum facit: ſed qui infirma mundi elegit ut fortia confundat, in aſſumtione tua, paupertatis & humilitatis & caſtitatis gloriam commendavit, fundatamque caritatem, & illuſtris animæ puritatem, hoc ſingulari titulo honoravit.

Intueor igitur quadrigam qua currendum eſt ad Patrem, ſic debere diſtingui ut per te ad Matrem, per Matrem ad Filium, per Filium vero attingere poſſit pœnitentis affectus ad Patrem. Et in hoc ferculo quod nos ab hoc ſæculo evehit, tu ſis columna argentea; Mater, aſcenſus purpureus; Filius, media caritas, reclinatorium aureum, viſio Patris in decore ſuo, & æternæ pacis jocunda tranquillitas. Hanc interim gloriam proprie virginitas promeretur. Per hanc, in hunc gradum Diſcipulus ſublimatur, per hanc ipſa Mater & Virgo placuerat Deo, & obumbrante virtute Altiſſimi, in illo beatifico utero, Verbum caro factum eſt: per hanc fuerat Gabriel Archangelus Mariæ domeſticus, immo tota militiæ cæleſtis multitudo & naturæ Angelicæ gloria (admirans quod ſic integram in terris reperiſſet) circumfuſa undique cognato cœlibatui exhibebat reverentiam, & divino incolatui clientelam. Proprie tamen Gabriel & Joannes huic aſſignati officio, communibus ſtudiis miniſtrabant, ſimulque ab ambobus tam in cælo, quam in terra, divina & humana conſolatio procurabatur; Joanne, juxta quod res poſtulabat, providente ſubſidium, Archangelo pia vota perferente ad Filium.

Factum eſt igitur ut Dominus imperaverat; & cohabitabanr ſimul in bono jocundoque conventu, virginitas & humiltas, dilectio & puritas, ſubjectio & caritas; & erat unanimitatis participatio in id ipſum, inter Dominum & miniſtrum, ſicut Magiſtri ordinarat auctoritas. Bonus itaque Dominus, bono fine conſummans pietatis myſterium, in Cruce juſtificat impium, & debitum Matri reddit affectum. Addit quoque & rradit exemplum quod ad conſervanda quæ ſancta ſunt, debeat eligi ſanctitudo. Nec Sacramentorum arcana impuris ſint exponenda conſpectibus, nec poſſit digne ſacris miniſtrare myſteriis, niſi qui in ſchola ſtuduerit continentiæ converſari. Decet enim, ut qui mundandis, vel mundis officium exhibeat, omnimoda ſplendeat ſanctitate; quia omnino huic formæ contrarium eſt, ut contrectet incorrupta corruptus, & purificatoriis mnneribus manum apponat impurus. Quod non ideo dicimus quod in his qui jam abluti ſunt & ſanctificati, de quantiſcumque naufragiis evaſerint, aliqua poſt indulgentiam nota permaneat; quia niſi ad antiqua revertatur contagia, nulli prior præjudicat vita.

I V.

Sitio.

ECce iterum myſteria; & ad invicem ſibi Sacramenta divina occurrunt. Reſponſum erat de Cruce Latroni, & Marri; & ad confirmationem ſpei, pietatiſque exemplum, Latro in regnum præmittitur, Mater interim ob rerum myſterium reſervatur. His pie provideque diſpoſitis, Chriſtus inter ſupplicia ſitit. Exantlum erat ſacrum pectus ſudore ſanguineo; & lignum illud cui affixus erat, ſanctis bajulaverat humeris; & ut ſolet ex mœſtitia ſomnus nonnullis obrepere, ſic poterat ſitis illa ex tormento accendi. Forſitan ſic erat: Ego vero ſacramentalem hanc ſitim intelligo

ligo, in qua non tam deſideratur potus, quam hominum ſalus. Neque enim ab irriſoribus & interſectoribus poterat beneficium exſpectari, quia omnes ad impietatem proni, paratiores erant augere injurias, quam miſereri vel compati. Perſeverabant adhuc; nec flagellis, nec ſputis, nec colaphis poterant ſaturari. Unde nec conſequens videtur, ut audita ſitis, eorum cor emolliret, quibus parum erat quod in Cruce pendebat; nec ſatisfactum eſſe ipſa morte, malignantibus videbatur. Chriſtus tamen, ſicut per David prædixerat, irruentibus in ſe univerſis, *tamquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ*, currit & ſitit. Sitit converſionem, currit ad remiſſionem, exſolvit quæ non rapuit. Et licet illi pretium illud magnum cogitarent repellere; jam abſorpto ſerpente feſtinat ad lavacrum inimicorum, & moritur pro impiis, & rebelles adoptat, & tanti affectus beneficia largitur ingratis.

Hoc etiam in titulo Pſalmi 33. continetur; ubi affectare David in perſona Chriſti prædicitur, cum coram Abimelech vultum ſuum mutaſſe perhibetur. Affectabat David, & tympanizabat ad oſtia civitatis, & ferebatur manibus ſuis, & in barbam ejus diffluebant ſalivæ: Affectante quippe Chriſto, & hoc ſitiente, ut manſueſceret domus exaſperans, & duræ cervicis populus molliretur: exhauſtoque pœnitentiæ antidoto, felleas viſcoſaſque peccati fæces evomerent; viſa ſunt eis hujus doctrinæ verba omni ratione carentia, & dementiæ adſcribebant quod eos ad carnis ſuæ edulium invitabat. Horrebant potum ſanguinis, & carnem humanam eibum inſolitum menſis ſuis inferre, impium & nefarium judicabant. *Durus* erat *ſermo hujuſmodi;* quia ſenſu carnis oppreſſi, ſpiritum & vitam in verbis veracibus contemnebant. Hoc intimabant illæ per barbam David fluentes ſalivæ, quod infantilia hæc verba & frivola æſtimarent Judæi, & contemnenda eſſent a profanis ſacramenta Dominica, & quaſi arreptitii & furibundi reputandi eſſent horum dogmatum diſcipuli, & intellectualium myſteriorum miniſtri. Sed Chriſtus definitiones patientiæ edocens, nec iraſcitur, nec ulciſcitur: ſed ſuſtinet & præſtolatur, & affectat ut illuminetur populi cæcitas, ut convaleſcat & exſurgat infidelitatis mole ſuffocata illa tyrannica & effrenis obſtinatio, tandemque pateat veritas, & redeat ab errore converſa impietas. *Tympanizat* ergo *ad oſtia clauſa*, ad aures oppilatas, & incredulis cordibus intonat, & extenſa in Cruce pelle corporis ſui; *in pſalterio decachordo*, veteris & novi Inſtrumenti concutit conſonantiam: & quaſi incantatis ſerpentibus, ad inſolitam harmoniam reddit edomitos; & detractores facit cantores, & impios modulatores. Mutatur omnino facies Chriſti in ſpecie ſacramentorum, *coram Abimelech*, id eſt, coram Judæis qui ad regnum Chriſti, ex promiſſionibus factis ad patres, pertinere videbantur. Hic Achis, id eſt, ignorans, hoc eſt ex parte, populus ille qui non credit nec intelligit. Porrigit quidem diſcipulis ſuis, immo toti Eccleſiæ, propriis manibus Euchariſtiam, quaſi ſeipſum ferens: quam qui digne accipit, vivit; nec immerito proſcribitur, qui contemnit: & aliis quidem tantæ rei myſterium *odor eſt vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem*. Unde & Achis David dimittit, quia quibuſdam ex Judæis repellentibus verbum hoc, & *indignos ſe vitæ æternæ* judicantibus, doctrinam hujuſmodi Chriſtus ad gentes convertit.

Abimelech & Achis, non ſunt unius perſonæ nomina, ſed quia unius myſterii continent rationem, non incongrue diverſis reſpectibus uni perſonæ aptantur. Ex parte Achis, id eſt, ignorantia & error, adhuc in eodem populo perſeverat: & qui filii regni videbantur, contemto affectu caritatis Chriſti, & tympano Crucis; quaſi David a ſe dimittunt ut eat, cum dicunt Chriſto, *Recede a nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus*.

Maledicunt adhuc Judæi Chriſto, & veri Heliſæi derident calvarium: necdum tamen Urſis, id eſt, dæmonibus, deriſores exponit: ſed in multa patientia exſpectat pœnitentiam, & differt, nec infert pro meritis iram.

Sed perverſa & averſa mens carnalium, ſitis hujus non intelligens ſacramentum, ſancto ori amaritudinem applicat in calamo, & fonti miſericordiæ venena propinat. Non tangit, Judæe, Chriſtus poculum tuum, non guſtat acetum *de ſuburbanis Gomorrhæ & vinea Sodomorum*. Fons ille de quo aquæ vivæ emanant, cujus rivi in æternitatem proſiliunt, non exaruit; neque, ut a te impleatur, affectat. Hoc potius ſitit fons ille irriguus, ut ex eo affatim haurias, illoque replearis dulcedine, ut puri te refrigerent latices, & ardentium in te libidinum exſtinguant carbones. Hoc ſitit, ut virens in te caritas perſeveret, ut ſicut palma in ſublime comam ſpei attollas, & ſicut cedrus Libani imputribilis vivas. Pincernas veneficos ſitis iſta diſcernit, & propinatores amaritudinis horret & abjicit. Nullis paſſionum ardoribus fons iſte ſiccatur, nullis preſſuris caritas exhauritur. Etiam ubi percutis & irrides, ubi fel porrigis, non commutat ſe dulcedo in amaritudinem, nec exigit caritas ultionem. Sanguis & aqua de latere exeunt vulnerato, aqua in lavacrum, & ſanguis in mortis exemplum.

Caritati igitur Chriſti quæ eſurit & ſitit juſtitiam noſtram, teſtimonium perhibet in cælo Trinitas, ipſe Filius qui juſtificat, Spiritus qui ſanctificat, Pater qui glorificat, quia & juſtitia, & ſanctitas, & claritas noſtra deſurſum eſt, & teſtimonium Dei *(quod majus eſt hominis)* hæc in nobis dona ſua commendat, & informat, & confirmat. Nihilominus in terra, per viſibilia & corporalia ſacramenta, quod intus inviſibiliter agitur, commendatur extrinſecus; & atteſtantur fidei Chriſtianæ, *ſpiritus, aqua & ſanguis*: quæ tria unum ſunt & individua manent, nihilque eorum a ſui connexione ſejungitur, quia Catholica Eccleſia hac fide vivit ac proficit, ut jam nec ſine vera divinitate humanitas, nec ſine vera humanitate credatur divinitas. Nec ſufficere nobis poſſet ad intellectum veritatis, teſtimonium quod de cælo eſt, quod ſibiipſi perhibet Trinitas; niſi & nobis innoteſceret aliquibus ſignis, & aliquibus argumentis, fidei veritas. Sunt itaque hæc tria, ſpiritus ſanctificationis, ſanguis redemtionis, aqua purificationis. Non redimit ſanguis niſi quos gratia vocat & lavat, nec niſi ablutos & mortuos peccato, Spiritus ſanctificat. In commune participant, redemtio & ablutio & ſan-

ctificatio. Alterum ſine altero eſſe non poteſt, quodque agitur unum eſt, non multiplex. Spiritus namque ſanctus ſuperſertus myſteriis, intereſt ſacramentis, quorum rationem aqua mundans ſignificat, quæ illius rei continet ſignum, cui & ſanguis Chriſti & ſpiritus Dei præbet effectum. In aqua mundamur, in ſanguine informamur.

Mirum dictu, tremendum relatu. Profluentibus de ſacro latere aquis viventibus, & emanantibus de ſonte uberi largis liquoribus, Chriſtus ſitire ſe perhibet, & ipſe mundum irrigans & fecundans, de ariditate cauſatur. Omnino ſane ſitis illa exprimit, raros tunc extitiſſe qui crederent, cum ipſi & laterent & dubitarent illa hora Apoſtoli, & adhuc non illabebatur ſanguis & aqua in corda diſcipulorum radicitus, nec immaduerant ebrietate Spiritus, quorum animas timor & dubietas ſiccaverant.

Te ſitit Chriſtus, o Petre: revertere, & dic libere, *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*. Revertere & confide, & cum frater tuus In aliquo delicto præoccupatus fuerit; tu qui ſpiritualis es, judica in ſpiritu lenitatis. Et tu tentatus es aliquando, & ad unius ancillæ vocem a propoſito excidiſti. Verum ſanguis Magiſtri hunc reatum aſperſit, manet tibi eadem gratia, non privaris Apoſtolatu, manent tibi claves tuæ, & eadem excellentiæ tuæ dignitas perſeverat. Exſurge, & bibe de fonte miſericordiæ, *& tu aliquando converſus, confirma fratres tuos*, & in eadem menſura qua propinatum eſt tibi, remetire eis, & ad formam tuam, *qui ſtat, videat ne cadat; & qui cecidit, adjiciat ut reſurgat*.

Etiam te Judæe parricida, Chriſti caritas ſitit. Muta intentionem, replica orationem. Dixiſti, *Sanguis ejus ſuper nos & ſuper filios noſtros*. Bonum eſt quod dicis, ſi recte intenderis. Sit ſuper te ſanguis ejus, & conſepelire ei per baptiſmum in mortem. Opta ſalvari, non damnari: bibe & tu nobiſcum de calice paſſionis illius. Non eſt hoc horroris, ſed poculum pietatis. Liminare frontis tuæ lini hoc ſanguine, & præteriet te Angelus percutiens; nec tanget primogenita tua, ſed attrita Ægypto evades illæſus.

V.

Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.

OCULUM *pro oculo, dentem pro dente* evelli Lex præcipit. Nemini parcit Moyſes, omnes injurias ſuas perſequitur & ulciſcitur, & abſque ulla miſeratione, Decretorum ejus contemtor occiditur. Tempore gratiæ temperantur edicta, & Evangelica manſuetudo a populo acquiſitionis, iram & convicium & contemtum excludit: nec *racha* fratri dici aut *fatue*, vel etiam iraſci, Magiſtri noſtri diſciplina permittit. Ipſe quoque qui Judex eſt omnium, & cujus eſt vindicta, nequaquam per ſingulos dies iraſcitur, & gladium in vaginam revocari præcipiens, percutientes in gladio, gladio perituros denunciat. Ipſe ſciſſo dorſo verberibus, vellicatis genis, facie ſputis illita, puncto capite vepribus, latere ſaucio, terebratis palmis, pedibus confoſſis, tamquam agnus jugulatori ſuo alludens, carnem ſuam non reluctans explicuit, & nudum corpus, quaſi incudem, malleatorum ictibus patienter ſuppoſuit. Poterat utique acceitis multis millibus Angelorum agere pro ſe, & de tantis ludibriis erui: ſed qui præceperat, percuſſori ſiniſtræ maxillæ porrigi dexteram, & auferenti pallium præberi & tunicam; ſe ipſum intra regulas ſuas concludens voluit ut a capite, patientiæ forma prodiret in membra: & in hoc, æmulatio filiorum probaretur, ſi non ſe degeneres exhiberent.

Igitur quid prius ſitierit, manifeſtat; & iterum converſus ad Patrem, orat ut hæc ignorantia populo dimittatur: *Pater* (inquit) *dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt*. Quid eſt, Domine, quod dicis? Non accuſas, non quæris vindictam; potius excuſas, & conjurationis illius ſpiſſamentum attenuas: & hereditarium onus ab impiis transferens, crimen malitiæ non opponis, qui ideo dimittendum cenſes, quia admiſſum ignoranter ipſe teſtaris. Ubi eſt illud quod dixeras prius: *Si non veniſſem & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: Nunc autem & viderunt & oderunt, & me & Patrem meum?* Viderunt quidem, & oderunt; & quod de te ſcripſerat Moyſes, & antiqua conclamabant volumina, omni ſabbato decantabant. Intraſti Synagogam, & ſicut palam erat, nequaquam ex Commentario litteratus, librum Eſaiæ explicas, & in auribus omnium legis: *Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit me, ad evangelizandum pauperibus miſit me*: & in Auditorio publico, in te impletum hujus Scripturæ vaticinium, proteſtaris. Quis ignorantiæ locus erat, cum ipſis inquirentibus *quomodo litteras* noſſes *quas non* didiceras; hoc ipſum divinæ ſapientiæ documentum eſſet, quod te quem in Scholis ſuis numquam elementarium viderant, eruditum in Lege probarent? Certe latere non poterat, ſed hoc in te univerſitas mirabatur. Ex te ſapis, ex te intelligis, diſputas publice de Lege cum Scribis; & ex Lege brutos hebeteſque Doctores convincis. Quis dubietatis locus, quæ ignorantiæ ratio eſſe poteſt, ubi *cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, reſurgunt mortui, pauperes evangelizantur?* Sed obſtinatis animis & nolentibus intelligere, ut bene agerent; nec ſigna ipſa perſuaſoria erant, nec virtutes operariæ.

In tantum in eorum pectore Chriſti induruerat odium, ut & bona quæ negare non poterant, non virtute Dei, ſed præſtigiis dæmonum fieri dicerent: opera Chriſti, Beelzebub aſcribebant; & Spiritus ſancti unctionem, dæmoniis. Et tamen Chriſtus neſcire eos quid agant affirmat; ideoque pro errore eorum & cæcitate obnixe ſupplicat Patri. Sed habebat hæc ipſa poſtulatio ordinem; & neceſſe erat, in terra ſterili & paluſtri & purgamenta creante, pro frugibus, uſque ad imum fidei fundamenta infigi, & ex profundis Adytis primum ſubmoveri ſenſus erroneos, ut firmam ſtabilemque domum ſibi veritas aptaret & illuſtraret, fideique fundatum templum ſpes gloriæ pangeret. Nec tamen licet tanti criminis molem

Media-

Mediatoris auctoritas elimaret, obſtinatio illius infidelitatis ex ſe excuſabilis erat; nec habebat quid opponeret deſtituta ratione mens, & animus ad vera proſpicienda caligans, cui rectiſſima ſpecies veritatis (ad inſtar remi qui in aqua demiſſus, curvi præfractique ſimilitudinem reddit) aliter intelligebatur quam erat: & cum eſſet præ oculis res ipſa, nullaque interjectio impediret; ex ſe in tranſverſum intuens, ſtrabus ludificabatur aſpectus.

Ideoque nec ratio, nec doctrina in culpa erant, quæ utique non deerant; ſed dum multo impendio temporis ſupervacua quæruntur; malum inolitum in ipſis viſceribus ſedens, medicantem non admittebat manum: ideoque quia ſe ægrotare neſciebant, ſanitatis contemnebant ſubſidia, neque aliquid ipſa luce oculis malignis erat infeſtius; demiſſiſque palpebris & complosis in arctum, violenter ſibi cæcitatem imprimebant; uſque adeo in hoc malum voluntarii; ut voluntas conſuetudinem, & conſuetudo faceret neceſſitatem; neceſſitas vero uſque ad illam vecordiam erumperet, ut neſcirent quid facerent.

Hæc erat illa animi craſſitudo quam Eſaias populo Judæorum improperat; per quam in hanc hebetudinem venerant, ut *videntes non viderent, & audientes non audirent*: quia exaſperantes animos dignum erat in propriis ſenſibus confundi; & qui abutebantur juſtitiæ documentis & veritatis radios abhorrebant, abdicati a naturæ & gratiæ luce, in cæcitate ſua tabeſcerent, & haberent intra ſe fumoſas exhalationes quæ totum candorem intellectuum & ſenſuum denigrarent. Legis quippe ſaliva quam ab antiquo imbiberant, ita eorum faucibus inviſcata hærebat, & ceremoniarum vaterum ſapor, palatum mentis perfidæ ita infecerat, ut eſſet eis in Sathan, quiſquis a Moyſe doceret diſceſſum, & de occidente littera vivificantem ſpiritum hauriret. Unde & Moyſen Chriſto præponentes; quaſi in blaſphemum, linguas zelantes armabant: præferentes ſervum Domino, & diſcipulum Magiſtro. Nec negare poterant miracula: ſed tanti ponderis odium erat, tantæque immanitatis invidia, ut Chriſti bene geſta vel dicta eis non ſaperent. Ad veſanas mentes nullus omnino veritati patebat acceſſus; & quæ palam erant & nulla tergiverſatione abſcondi poterant, perverſe prout poterant interpretabantur, & in defenſione Legis, jam non tam rationibus quam conviciis utebantur. Ex ipſa quippe Lege convincebantur, & propriis concludebantur dogmatibus; nec ſupererat aliquod prævaricatoribus effugium, niſi quod detrahebant & perſequebantur violentia veritatem: unaque communis intentio omnium ad hoc conſpiraverat, ut contumelia gloriam ſuffocarent; & mortis opprobrio, pariter & nomen ejus delerent & famam. In hoc, omne conſilium eorum volvebatur; & ad hanc definitionem, omnia perfidiæ argumenta convenerant, ut ſanctum & juſtum (quia *contrarius* erat eorum *operibus*) de medio tollerent, ac per hoc probarent, nullum ei eſſe cum divina natura conſortium; cum ſicut ceteri homines, mortalis & paſſibilis videretur.

Hæc erat cæcitas, hæc ignorantia plebis erroneæ, quam dimitti Chriſti caritas poſtulat, beneficium præſtans ingratis, quod utique & ibi ex parte completum eſt, & in fine perfecte complendum, quando intra hujus indulgentiæ ſinum tota Iſraelitici populi maſſa concurret, cum *gentium intraverit plenitudo*. Hoc *ſciens Jeſus quod omnia dederat ei Pater in manus*; cum dare poſſet quod petebat, & poteſtative hæc propria contineret auctoritas; ſupplicantis tamen pro tempore perſonam exhibuit, ut ex affectu caritas, & ex ſubjectione humilitas, & ex effectu innoteſceret veritas. Quod in tanti abſolutione criminis, nulla eſſet inter Advocatum & Judicem repugnantia voluntatum, ſed una & concors eſſet in hoc negotio allegatio utriuſque: quia nullus omnino ſeveritati locus ibi eſſe poterat, ubi vulneratus Chriſtus proprii mercedem ſanguinis exigebat.

Exauditur ergo *pro ſua reverentia*; nec tunc gratis accipit, ſed ingens erogat pretium ut commendetur his pro quibus res tanti ponderis agitur, qua deſperata eſſet humani generis cauſa quæ aliter componi non poterat niſi exſolveretur pro pace ejus, tanti pretii quantitas, quod ſingulariter habebat apud ſe humilitas Chriſti & aſſumta humanitas. Convenerunt itaque *juſtitia & pax*, & oſculum datum eſt; & pro captivo ſuo vadem fidelem liberator ſe poſuit: tantaque auctoritate firmatum eſt hujus indulgentiæ privilegium, ut in ipſius Chriſti crucifixi membrana, proprio ſanguine conſcriptæ ſint illius abſolutionis litteræ: maneatque infixum uſque hodie ſigillum, plaga lateris, quam ſemper oculis Patris exhibet præſentia Salvatoris.

Perennem igitur hujus gratiæ hereditatem Teſtator noſter tranſmiſit ad poſteros, & originalis mali præciſa radice, licet recrudeſcat peccatum in multis, generalitas tamen in illa ita abraſa eſt, ut ad expiationem eorum quæ quotidie admittuntur, non iterum Chriſtum crucifigi oporteat, ſed unum confeſſionis ad omnia crimina ſufficiat lavacrum, & ad omnia flagitia, una pœnitentiæ ſufficiat hoſtia. Unde illud Crucis ſacrificium factum nobis eſt ſanitas & exemplum, quia & proprie ſanguis ille nos purgavit, Chriſto aſpergente populum, ſemel in ſancta illatus; & nos, ſimilis introitus formam, in proprio ſanguine (crucifixis membris noſtris, & abdicatis voluptatibus) retinemus.

Nec nos latitudinis Crucis, & altitudinis & longitudinis & profunditatis uſquequaque myſteria intacta præterire convenit. Nam ſua profunditate uſque ad intima noſtra penetrat hoc vexillum, & cuſpide præacuto rimatur interiora; *& pertingens uſque ad diviſionem animæ & ſpiritus*, ipſis infigitur affectibus, ſecretoſque & abditos comprimit motus, & totius petulantiæ perforat appetitus. Hoc in profundo cordis Crux agit abſcondita. Intus compungit animam: ſubterque, Leviathan verme venenato, hoc vecte transfixo; intrinſeca noſtra pacificat & conſcientiam munit, & meditationes ſanctificat. Et ſicut illud lignum quod Moyſi a Domino oſtenſum eſt, aquis Marath immerſum, omnem illarum amaritudinem in dulcedinem vertit; ita ſanctæ Crucis virtus animo recondita, omnem tentationum ſalſuginem ſua immerſio-

merſione contactuque indulcorat. Jam vero longirudo quæ a pedibus uſque ad ligni tranſverſi incaſtraturam ſe erigir, continuæ mortificationis Chriſtianæ indicium eſt; & oportere crucifigi ſimul cogitationes ſuas & opera, efficax documentum. Neceſſe quippe eſt, quantumcumque longa ſint hujus ſæculi ſpatia, ut omni vita, infatigabilis ad ea quæ ante ſunt ſemper tendat, ſemper ſe evehat patientia conſtans & longanimitas perſeverans. Latitudo autem caritatem, zeli amplitudine complectitur; cum ægris infirmatur, & cum his quibus eſt ſcandalum, uritur. Extendit ſe & ſuperſertur afflictia, affectu nutritio; expanſiſque alis, pullos implumes aggregat & ſovet & protegit: & ſe ipſam in tutelam parvulorum exponens, negligit; neque alios ut defendat, propria damna ſormidat. *Cum his* etiam *qui oderunt pacem*, in tantum eſt pacifica, ut nec læſa exigat ultionem, nec exacerbata reſerat contumeliam: & ſi corrigat, omnino ſollicite agit, ut plus agat benevolentia quam ſeveritas, cohortatio quam commotio, humilitas quam poteſtas. Juſtum & impium ſimul complectitur: alterum, ut ſtet: alterum, ut reſurgat. Non eſt ei advena bonitas, nec emendicata aliunde elementia, non ſtimulis, non legibus, non loria ad portanda aliena onera urgetur: ultro demiſſo poplite curvat ſcapulas, nec grave judicat eos pati qui ſeipſos ſerre non poſſunt, ſed de alterius miſeria beneficium ordinat, & liberalitatem exornat. Si qua ſunt apud infirmos inhoneſta, his abundantius honorem circumdat, non improperat, non diffamat; ſanar, non vulnerar; curat, non lacerat; exonerat, non gravat; *operit peccata*, non divulgat.

Hujus latitudinis myſteria Chriſtus etiam inter ſupplicia commendans, in eo quod expanſis manibus elevataque læva & dextera inter Latrones ſe medium exhibebat, volebat intelligi commune eſſe illud beneficium; & non ſolum bonis, ſed & impiis quod agebatur proficere; & ſe potius medicamina illa ægris propoſuiſſe quam ſanis; & gratia illa, pari libertate donaſſe eos qui de libera, & eos qui nati ſuerant de ancilla.

Reſtat altitudo, quam uſque ad ſummum intimat pars porrecta. Hæc eſt bonæ ſpei confidentia quæ crucifixos mundo, cæleſtibus invehit; & ex bonæ conſcientiæ teſtimonio ſecuros certoſque illi gloriæ conſociat, jamjamque bonis illis manum intentat, jam guſtat, jam os aperit, jam delibat, jam converſatur cum Angelis, jam illa proſequitur agmina, jam agnoſcit, jam liqueſcir, jam amat, jam lætatur & delectatur, hilareſcit & quieſcit, intelligit & diligit, & tamen quantalibet perfectione quiſque quæ ſurſum ſunt ſapiat, intereſt tamen plurimum inter fidem & ſpem, nec ſine cruce eſt electis dilatio plenitudinis, quos jam probatos conſummatoſque nulla quidem tentatio concutit, ſed (ur diximus) hoc ſolum deeſt ad cumulum pacia, quod nondum ex toto ſe integram exhibet comtemplatio veritatis.

V I.

Poſt myrrhatum calicem & reliqua Crucis ludibria, quod a Matthæo & Marco & Luca fuerat præmiſſum, Joannes non tacuit: hoc videlicet, quod bene diſpoſitis omnibus & aſſignato in noviſſimis reſtamento gratiæ; & certæ ſpei regulis commendaris; ad intimandum quod nihil omnino deeſſet ad doctrinam formamque juſtitiæ, Chriſtus intulerit: *Conſummatum eſt:* ae deinde in manus Patris ſpiritu commendaro, inclinans caput, quaſi gratias agens, poteſtative emiſerit animam, conſummans omnem legalium rationem hoſtiarum, & ultimam ænigmatibus antiquis manum imponens.

Seſe itaque totum obtulit Patri, & conſummata eſt illius holocauſti plenitudo, expenſis in illud miniſterium carne ſimul & ſpiritu; quia & pro carne & pro ſpiriru hominis angebatur, & totus homo rotum Chriſtum habuit ſanatorem, dum & caro in medelam carnis oblata eſt in ligno, & ad ſanctificationem animæ obtinendam, ſpiritus ille deſcendit ad inferos & aſcendit ad ſuperos; ibi conſringens *ferreos vectes*, & hic portas aperiens *æternales*. Et a corpore quidem Anima Chriſti per illud triduum ſe abſentans, non ita divinitatem quemadmodum carnem deſeruir; ſed erar Deus in ea indiviſibilirer, *mundum reconcilians ſibi*, tollens a nobis mortis formidinem, per maturam Reſurrectionem: purgans illa amaritudine, quidquid volnptatum venena inſecerant, victoriæ ſuæ gloriam cælo exhibens & inſerno. Abſtractiſque his qui in illa exſpectatione diu languerant, etiam Angelorum deſideria complevit, quibus hæc bominum reſtitutio grata ſuit.

Nec ſuit mora inter oblatum & impetratum; ſed ſub omni celeritate ſe complexa ſunt paſſio & abſolutio. Itaque alterum ex altero conſtitit, ut eadem hora & repleret ſuperos, & inferos captivaret: Acta ſunt tamen in cæleſtibus gaudia illa prolixiori ſpatio, neque ſtatim reverſa eſt ad corpus ſuum Anima Chriſti; ſed interim his quos de tam antiquis tenebris liberaverat, ſplendoris divini gratulabundam exhibebat præſentiam: & his qui in Mundo erant, conſolationem diſpenſatorie aliquantulum differebat, nt & dilatio augeret deſiderium, & reſurrectionis repentinæ lætitia impleret affectum. Quia igitur hoc *in capite Libri ſcriptum* erat, ut hanc Patris voluntatem Filius faceret, & res diu exſpectata & multis præfigurata modis, occultam a ſæculo faciem in lucem protulerat: exoneratum peccatis populum non ultra paſſus eſt Chriſtus ſupervacuis gravari culturis, quia deinceps non eſſet religio ſed ſuperſtitio, ſi ceremoniarum veterum ſæces cum vino mero in Evangelico calice miſcerentur. Nec tantum paſſionum ſuarum finem, ſed illarum etiam obſervantiarum intelligi voluit; ut poſtquam advenerat veritas, figuræ ceſſarent; nec ultra ſuperflue vexarentur fideles ſpinoſis circuitionibus per devia aberrando, cum indicaret eis ipſa veritas viam, & loqueretur publice *quia ego ipſe qui loquebar ecce adſum*. Unctus erat Chriſtus *oleo lætitiæ præ* cunctis humanæ naturæ *participibus*, qui etiam *præ Angelis nomen hereditabat differentius*: & exſiccata jam

jam erat *a facie* hujus *olei* Judaica unctio; & neceſſe erat, ut complicaretur *Ephod*, & *Teraphin* non apparerent; & quidquid Beſeleel, vel contexuerat, vel cælaverat, locum daret vivis & rationalibus documentis; & abeſſent umbræ & imagines & typica integumenta, ubi ipſa veritas nudam formam & puram ſpeciem intuentibus exhiberet. Itaque finem Legis adveniſſe, in fine Paſſionum Chriſti monſtratum eſt: & quidquid ab antiquo in ſanguine Hircorum & Vitulorum, ſive in aliis quibuſcumque, vel odoramentis, vel libamentis, lex multipliciter ad expiationem peccatorum agendum decreverat, gratia reduxit ad compendium; & abbreviato tantæ fatigationis itinere unum ſanguinem, unam incenſionem propoſuit, & unum holocauſtum omnia continens, ea moderatione aptavit, ut ad id comparandum, quantæcumque mendicitatis eſſet homo, haberet ſufficiens pretium, nec quemquam perſona, vel locus impediret a tantæ dignationis acceſſu. Unum igitur Agnum habet Eccleſia: neque quotiea Paſcha revolvitur, quæri alterum neceſſe eſt: & cum una ſit tribus & familia populi Chriſtiani, uni populo una ſufficit hoſtia; & in una domo, una ponitur menſa. Unum habet Panem & Calicem univerſitas fidei; & multitudini Credentium unus cibus apponitur, idemque ſumitur nec conſumitur; & cum omnes impleverit, ſupereſt & abundat. Mutabantur Panes propoſitionis per ſingula ſabbata, appoſitiſque calidis, frigidi tollebantur, quia veteres oblationes, quaſi frigidas & calorem ſpiritus non habentes, repudiandas tempore gratiæ, ipſa panum mutatio intimabat. Agnus noſter idem eſt, nec diverſi per diverſas familias immolantur, quia ſicut unitas Eccleſiæ nec ſcindi poteſt nec dividi; ita neceſſe eſt, ut unum agatur ab omnibus, & uniforme obſequium devotio communis exhibeat, totiuſque univerſitatis conſenſum, ſacrificii ſingularitas ipſa commendat.

Quod vero ad eſum Agni, ſi forte quid ſupereſſet, vicinus conjunctus domui ejus cui ſupererat, vocari præcipitur; introductionem Gentium ad communionem ſacramentorum Eccleſiæ exprimit: quas utique per Evangelium vocatas, convivii hujus ſapor illexit, & estenus jejunos ad ea quæ Judaicus populus edere non potuit, gratia mater admiſit. Mirum omnino eſt dictu, & res ipſa ſpiritualem exigit intellectum; quod cum Agnus non niſi ab una familia poſſet immolari, quæ eſſe poſſet tantæ paucitatis familia ita carens filiis, vel nepotibus aliiſque propinquis, ut unum non poſſet per ſe agniculum edere; maxime cum tam numeroſa illius gentis eſſet fecunditas, multaque conjugia multiplicem ſobolem cumularent? Sed (ut diximus) intimata eſt prophetice vocatio Gentium, & admiſſæ ſunt per fidem ad participationem ſacramentorum, Judæis ſecundum carnalem ſenſum litteraturæ hærentibus, nec pervenire valentibus ad ſpiritualis plenitudinem intellectus. Aſſatus eſt ergo Agnus noſter in veru Crucis, ſubter incenſis tormentorum carbonibus; nihil crudum aut carnale in eo jam ſapimus, nihil elixum aut molle: ſed ita illa boni odoris aſſatio in patibuli flamma induruit, ita ſolidata eſt ut nihil in ea ultra ſuperſit vel paſſibile vel mortale, ſed omnino mortis pyra ab antiquo accenſa, ſanguinis illius conſperſione exſtincta eſt. Ideoque & ſibi & nobis conſtat inconſumtibilis illius integritas, quia nec corrumpi poteſt quod omnino eſt ſolidum, nec minui quod æternum. Caput ejus cum pedibus edimus, nec abhorremus intrinſeca; quia fides noſtra in hoc vivit & proficit, hoc fatetur, hoc credit quod *Verbum* quod *erat in principio apud Deum*, *factum* ſit *caro* in fine ſæculorum, & majeſtas divina uſque ad infirmitatis noſtræ deſcenderit inteſtina, nec noſtræ fragilitatis abhorruit officinam: & qui erat noſtrum principium, ad finem quoque noſtrum acceſſit, conſtituens nobis in ſe metam & terminum, per finem temporalem revocans ad finem infinitum; & conſocians corporis & capitis gloriam, individua connexione aſtrinxit in unum. Sic caput, ſic pedes, ſic inteſtina comedimus, cum ita altitudinem Chriſti prædicamus, ut non erubeſcamus humilitatem; ita infirmum, ut fortitudinem quoque non negemus: ita ſtultum, ut ſapientiam admiremur; quia hoc amplius ſtupendum eſt in illo noſtræ Redemtionis negotio, quod exinaniri ſic ſe paſſa eſt divinitatis ſublimitas, quam quod in ſe incommutabilis virtus & incomprehenſibilis magnitudo, ſtat in beatitudine ſempiterna immobiliter perſeverans. Atque ita & apud Ezechielem faciem & pedes Dei quaſi prima & noviſſima Cherubin contegunt, media tantum videnda exponunt; quia quæ ante Mundi conſtitutionem apud ipſum erant, vel quis ſtatus rerum futurus ſit poſt judicium ultimum, cibus eſt fidei & ſpei: Interim dum intelligere ſatagit quæ ſecundum carnem geſta ſunt, & humanitatis indagare affectus; quaſi ex caritatis ejus viſceribus, religionis manſuetudo paſcitur. Carnem igitur hoc modo comedimus: oſſa vero igne comburimus, quia ſacramenta quidem (quæ quaſi divinæ virtutis caro ſunt, & veritatis integumenta) viſibiliter ſecundum ſuam ſpeciem percipimus & ſumimus; ipſam vero ſubſtantiam ſecundum inintelligibilem & inviſibilem ſtatum firmam omnino & ſolidam, nec frangimus nec minuimus; ſed flammis injicimus, id eſt, ſpiritualibus intelligentiis commendamus; quod *ſpiritus & vita* ſint in divinis myſteriis, nec fas ſit intellectu humano tantæ rei confringi notitiam, quam interim intra ſe Spiritus Sanctus colligit, *donec evacuato quod ex parte eſt*, *perfectum* prodeat palam: & cognoſcentes ſicut & cogniti ſumus; jam hoc non ſacramento agamus, ſed ſpecie.

Ideo nocte Agnum mactare præcipimur; quia nondum ad liquidum elucet hujus operis ratio, cujus fides miniſtra eſt, quam in ſplendoribus Sanctorum deteget veritas, cum novum vinum in regno Dei propinabitur, accenſiſque lampadibus, Virgines Animæ ad æternas nuptias admittentur; poſitaque inexſtinguibili lucerna ſuper candelabrum, omnibus qui in domo erunt lucebit, tam ſacramentorum veritas, quam ipſius ratio Trinitatis. Interim ſane immenſi quæſtus res agitur, & virtutem inviſibilem manifeſtus effectus eloquitur, fideique certitudinem beneficia indulta corroborant; & ex collatione præſentium, firma fixaque eſt exſpectatio futurorum. Datur nobis Agnus iſte ad epulum, datur ſanguis ejus ad poculum.

Man-

Mandatur extrinſecus liminaribus & poſtibus domorum noſtrarum ſanguis ipſe apponi in ſignum, ut munitum ſit quod patet & quod latet; habeantque caro & ſpiritus ſecura præſidia, cum cibus potuſque divinus animam intrinſus alat & vegetet, abigatque extra virtutes contrarias ſignum Crucis & ſanguinis nota. Nec dubium quin omnino formident dæmones Paſſionis formam, terroremque eis characteris hujus inſpectio ipſa incutiat. Etiam ipſos ſacramenta ſancta & fidei muniunt ſigna, quos conſtat non quantum expedit Chriſtiano dogmati & caſtis moribus conformari, ſed ſolius fundamenti obtuitu cui quoquomodo inhærent: nec ſtatim propter *ligna & fœnum* quæ ſuperponi a negligentibus vident, irruunt dæmones in quoſcumque carnales, ſed reverentur fundamentum, & diſparent ad vivificum ſignum, nec temere accedunt ad conſecratam ſanguinis balſamo domum. Alioquin, ſi ad ſingulos exceſſus vim ſuam penitus ſacramenrorum ſubtraheret virtus; & inaniter frontibus errantium Crucis titulus pingeretur, nulla ſpes ſupereſſet ruentibus. A quibus, licet lapſus articulo Spiritus Sanctus abſcedat, manent tamen etiam in reis nec ſunt inania ſacramenta; ad quæ, ut compungitur qui deliquit, idem Spiritus redit; tantaque eſt ſacramentorum dignitas, ut ipſo Spiritu abſente, non audeat vis inimica ingredi, niſi deſperatione & conſuetudine deliberatoque conſenſu, ſignum ſanctum victa captivaque mens, apoſtaſiæ ſcalpello eraſerit. Hinc eſt, quod exterminator Angelus, primogenita quæque Ægyptiorum percutiens, viſo hoc ſigno, a liminibus ſanguine illitis, quaſi increpatus ſe cohibet; anecatiſque Ægyptiis, illæſi incolumeſque manent quorum latera frontemque cruoris hujus conſperſio rubricaverat. Sic Raab cum eſſet meretrix, appenſa ad feneſtram reſte coccinea, ſalvatur, & ſola ex Hiericho libera evadit; nec patuit domus ejus vaſtationi & prædæ, quam tam celebris ſigni reverentia muniebat.

Jubetur etiam, ut feſtinanter & avide hoc agatur convivium: veſteſque itinerarios baculos habentes in manibus, lumbis præcinctis, panes azymos edant cum lactucis agreſtibus: quia tanti operis miniſtros, nec deſides decet eſſe nec molles; neque viaticum accipientibus exituriſque de Ægypro, quærenda ſunt diverſoria voluptatum: ſed *in exitu de populo barbaro*, ſimul ſe debent componera amaritudo pœnitentiæ & ſinceritas vitæ. Hæc carnaliter aliquando ſicut & cetera Legis ænigmata, profuerunt, dum fides & pietas ad id quod promiſerat veritas, concurrebant: ſed *ubi venit plenitudo temporis, finiſque Legis Chriſtus*, quidquid de agno, vel hœdo, vel juvenca ruffa mandatum eſt; omnia factus ſecundum congruos ſtatus, & in ſe omnia referens juxta proprios intellectus: ceſſatum eſt a multis, ubi unam ſufficientiam poſuit: nec oportuit adhiberi ſignantia, ubi ſignificatum advenit.

Sacrificia de craticula vel ſartagine, zelum fervoremque Sanctorum prælocuta ſunt; ſuffumigationes aromatum, incenſiones orationum, & pia vota affectuſque Sanctorum: incenſi adipes, emortuas voluptates; indumenta Sacerdotum, multiplicium gratiarum ornatum continebant. Feminalia quæ ad operienda pudenda primo loco poſita ſunt, tantam edocent oportere eſſe continentiæ verecundiam, ut ne ſuſpicioni quidem locum relinquat; & ita abſcondi quidquid eſt inhoneſtatis notabile, ut nullo caſu ad ea intuenda, zelotes admittatur aſpectus. Sed talem ſe exhibeat converſatio Sacerdotum, quaſi ſine ſexu ſit; & omnino abominetur hujuſmodi labem, quinetiam confundatus & erubeſcat ad membra communia, ipſamque operiat naturam conſciam ſui, deteſteturque quod poteſt, non quod agit; & quaſi emortuas & fœtidas partes illas ſepeliat & abſcondat.

Secunda veſtis, quæ Poderis; id eſt talaris; dicitur, linea eſt: quæ munditiæ perſeverantiam intimabat, & vitæ immaculatæ candorem; quæ ſtricta erat & adhærens corpori, quia ſingularitatem hoc propoſitum diligit, & expeditos eſſe oportet qui ſanctis miniſtrant altaribus, carnemque & veſtem & totam converſationem ſolitariam exhibere.

Tertio loco aderat Balteus, lineam tunicam inter umbilicum & pectus aſtringens; ut in eamdem Legem ſub ejuſdem propoſitionis vinculo, mens & actio convenirent; & utrumque quadam neceſſitudine ageretur, carnaliſque & ſpiritualis affectus hanc regulam ſibi pari voto conſcriberent, & in idipſum communi ſtudio perenniter conſentirent.

Quartus ornatus erat Tiara vel Cidaris: qui capitis cultus (eo quod domeſtica eſt ibi camera ſenſuum, & propria ſapientiæ domus) indicat, quo philoſophica contemplatio tendat, & quantæ ſit ſapientiæ, eligere cœlibatum. Hæc omnia fieri juſſa ſunt de lino; unde & byſſus aptatur, ut non lateat hujus ſtudii & propoſiti animos, quia multis ablutionibus opus eſt ut ad hunc candorem exercitatus quiſque perveniat; diu torqueri, & longa conſuetudine carnales ſolidari affectus ne tentationum mole facile diſrumpantur.

Et quidem ad caput noſtrum (quod eſt Chriſtus) hac Cidari ſignificante, tota puritatis noſtræ referenda eſt gloria; & tunc demum tuta poterit eſſe perſeverantia, ſi in eo fixa ſit ſpes, & fiducia radicata. Hæc quatuor indumenta minoribus & ſummis Sacerdotibus, ex Lege & decreto erant communia.

Quatuor reliqua, ſunt proprie ſummi Sacerdotis. In primis, poſt indumenta prædicta, Tunica hyacinthina ſummus Pontifex induebatur, dependebantque in inferiori ejus parte per circuitum LXXXII. tintinnabula; & inter duo tintinnabula unum malum punicum. Omnia erant ex auro puriſſimo, ut totus vocalis ingrederetur in Sancta, ſi aliter ageret, continuo moriturus. Veſtis ſane illa hyacinthina, animam in ſanctimonia enutritam, ad illum profectum indicat pervenire, ut ſpiritu vivat, ſpiritu ambulet, & a nemine judicetur & omnia judicet. Hoc enim eſt ſummum Sacerdotium, ad hunc apicem ſanctitatis attingere ut totum ſe vir juſtus cæleſtem exhibeat, moreſque ſupernos & divinam exprimat formam; ſolique Creatori mente infixa, individua converſatione inhæreat; hoc totum complectens, tunica hyacinthini coloris inſinuat.

Tintinnabula vero aurea erant: Mala autem ex hyacintho & purpura, cocco & byſſo, in modum

Digitized by Google

modum ſphærulæ facta; hoc ſignificante Spiritu Sancto, quod viri contemplativi quorum *converſatio in cælis eſt*, & qui *quæ ſurſum ſunt* ſapiunt, *non quæ ſuper terram*; fidei Chriſtianæ doctrinam, & maxime noviſſimum debent populis denunciare terribile Judicium: totuſque eorum inceſſus & ſermo reſonare debent divina myſteria; nec gratiam divinam quæ data eſt illis, premere vel ſuffocare debent ſilentio: Quia non ſatis eſt, acceptum in ſudario repoſuiſſe talentum, niſi a negotiatione ſervus revertatur cum lucro; nec prodeſt hyacinthina tunica, nec caſtitatis continentiæque inſignia Doctori ſufficiunt, nec pacificus eſt ad Altaria ſancta ingreſſus, ſi negligit annunciare impio viam ſuam, peccatique ſtipendium; cum & ille non habens correctorem, in peccato ſuo pereat; nec proſit Doctori ſua juſtitia, cum ſanguinem errantis Judex de manu ſpeculatoris requirat: nec magnum eſt ſibi vivere, niſi ſatagat & alios ſecum vivere. Ut ait Seneca; qui res & homines fugit, qui alios videre non poteſt, ſed velut timidum atque iners animal metu oblituit; nequaquam dicendus eſt vivere ſibi, ſed ſomno & ventri. Ideo ingrediens in Sancta Sanctorum, totum vocalem ſe debet ſummus Pontiſex exhibere & virtute verbi quaſi floribus odoriferis allicere auditores; ut prædicatio quaſi tintinnabulum ex auro puriſſimo, puritatem perfectionemque ſingularis intelligentiæ indicet; & ex omni parte per circuitum ſermo ejus, lucis divinæ intonet claritatem: & ipſi florum colores in hyacintho (nt dictum eſt) cæleſte deſiderium; in purpura magnanimitatem regiam adverſus peccatum; in cocco bis tincto, inflammatum in dilectione Dei & Proximi, piæ mentis oſtendat affectum.

Oportet ſane, ut ſacerdotalis actio ſemper ſit & auro ſapientiæ ſulgida, & hyacintho ſpei in ſnblime erecta, & purpura regni (nt debellatrix peccati & in captivitatem redigens dæmoniorum monſtra) eircumdara; & cocco bis tincto, dilectione gemina, flammea & byſſo retorta, ſemper in oppreſſione & caſtigatione carnis ſollicita. In malis punicis quæ intra corticem unum contegunt mulra grana, virtutum multiſaria operatio exprimitur, quæ nndique nno caritatis integumento ambitur. Et recte tintinnabulis mala miſcentur, cum ſimul prædicatio & actio cohærent; & Doctor ipſe, quæ dicit, hæc facit.

Sextum deinde additur indumentum, quod Superhumerale dicitur; hoc apud Hebræos etiam Ephod appellatur. Hoc Samuel eum puer eſſet, habuiſſe legitur; & David ante Arcam hoc tulit. Sed Ephod, id eſt, Superhumerale quod ſummorum erat Pontificum; erat ex hyacintho & purpura & cocco byſſoque contextum. Aliud vero Ephod quod & pro tunica linea accipitur; ſimplex erat & lineum. In hoc Superhnmerali, duo lapides onychini auro incluſi inſerti erant; unus in ora nna, & nnus in altera: & ſculpta erant nomina filiorum Iſrael; ſex in lapide uno, & ſex in altero. Itaque in Superhumerali Pontificis hoc debet intelligi, quomodo in portandis fratrum oneribus officium illud ſe habere debeat, quantaque eis, ex debito regiminis, ſollicitudo incumbat, ut propriis humeris ovem perditam ad ovile reportent. In hoc bonorum operum patientia, in laboribus perſeverantia indicatur. In coloribus vero Superhumeralis, quæ ſit ratio, dictum eſt ſupra.

Quod autem nomina Patriarcharum geſtat in humeris, ob recordationem eorum utique fit; ut videns populus Patrum nomina conſcripta in veſte Pontificis, eorum imitetur juſtitiam, veniatque in memoriam fides Abrahæ, manſuetudo Iſaae, patientia Iſrael, caſtitas Joſeph, diſciplina Moyſis, zelus Phinees, victoria Joſue, Samuelis ſinceritas, David hnmilitas, eorumque qui de illis XII. Patriarchis egreſſi ſunt Prineipibus vel Sacerdotibus, recte facta vel dicta: qui *per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones*. Duplex autem ratio eſt, quare hæc in humeris Pontiſex nomina portet: ut & ipſe auditoribus ſequenda Patrum exempla proponat; & ipſe, eos quos verbo inſtruit & exemplo, ſi præoccupati fuerint *in* aliquo *delicto*, *in ſpiritu lenitatis* ferat, & amplius exonerare quam gravare infirmos intendat. Eorum enim onera, ipſum Lege officii ſui ferre neceſſe eſt; & per ſingulos, ſicut diverſi morbi exigunt, cum his qui ignorant vel errant, & infirmari & uri.

Quod autem ſex nomlna in ſiniſtra parte erant, & ſex in dextera, in lapidibus onychinis ſculpta; illud eſt, quod ad conſcriptionem hereditatis ſupernæ pertinent, non tantum qui probati perfectique videntur, ſed etiam qui minoris æſtimationis habentur: quia imperfectum noſtrum non abjicit divina perfectio, & *calamum quaſſatum non conterit*, & *linum fumigans non exſtinguit*. Amplexatur quidem dextera ejus, eos qui digni ſunt promoveri ad oſcula; ſed & læva ejus ſupponitur eorum capitibus, quos imbecillitatis vertigo inclinat, nec patitur lapſos omnino collidi quos corruentes excipit, & piam manum inclinatis ſupponit. Onyx vero, lapis eſt habens unguis ſimilitudinem, albiſque cingentibus zonis igniculos emittit: unde per hunc lapidem, in quo dextrorſum & ſiniſtrorſum nomina XII. filiorum Iſrael ſculpi jubentur; recte intelligimus hanc Scripturam pertinere ad Chriſtum qui in carne aſſumta, quaſi unguem ſe nobis exhibuit & operuit multitudinem peccatorum: zonis candidis (id eſt continentiæ doctrinis) cingens electos, & miraculorum igniculis accendens ad fidem, ardebat intus & lucebat exterius. Ipſe eſt antem lapis ille in quo & Lex eſt conſcripta divinitus; & in quo ſcribuntur nomina eorum omnium qui nomen ipſius non aſſumunt in vanum, quos nulla tribulatio vel adverſitas, cum ſemel inſculpti fuerint, eradere poterit vel delere. Ideo a dextris & a ſiniſtris locantur, quia ſundatos vel ſcriptos in petra, nec altum concutit nec profundum: quia per arma juſtitiæ, in proſperis & in adverſis gradiuntur invicti.

Sequitur indumentum ſeptimum, quod Hebraice Hoſen; Græce λόγιον; Latine vero, Rationale vocatur. Hoc ex eiſdem ſpeciebus & coloribus quibus eſt Superhumerale, & propter eaſdem rationales aptari jubetur. Duplex vero ſit propter lapidum pondus, ne forte rumpatur. Quadrangulum quoque erat, & palmi menſuram tam in latitudine quam in longitudine continens. In quaternatio, doctrinæ Evangelicæ jugem memoriam accipe: In palmi menſura, plenam

nam juris menſuram, quantum poſſibile eſt operatione humana attingere. Qui enim palmo aliquid metitur, expanſis digitis manum extendit ut poſſit attingere in locum quo tendit. Eadem igitur menſura erit piæ intentioni in longitudine boni operis, & in latitudine caritatis. Inſerti quoque erant in eo XII. lapides per quatuor ordines; terni & terni in latere uno, & terni & terni in latere altero. Et ſculpta erant nomina filiorum Iſrael in ſingulis ſingula, per tribuum differentias & ætatum. Per quatuor vero Rationalis angulos, quatuor annuli aurei erant, habentes contra ſe in Superhumerali alios quatuor annulos; ut annulus contra annulum veniens, catenulis aureis utrimque ad hoc inſertis, Superhumerale & Rationale invicem jungeret, & mutuo copularet. Sed & uncini erant in Superhumerali infixi, in quibus catenæ inſerebantur, quæ annulos utrimque ſibi occurrentes nectebant. Erant etiam & in lateribus & in ſuperiori parte Rationalis & Superhumeralis, annuli duo in ſummitate, & duo in lateribus; & per ſingulos diſcurrentes catenæ, ſub & ſupra: ut in quatuor angulis & in ambobus lateribus juncturæ adeſſent, & ad ſcapulas & ad extremitates & ad media utrumque indumentum firmæ ſtringerent ligaturæ. Hoc autem indumentum non tantum Rationale, ſed etiam Rationale Judicii, a Domino dictum eſt: In quo doctrina & veritas poni jubentur, & hoc, ſummi Pontificis pectus cum ingreditur in Sancta Sanctorum, ornatur.

In primis diligenter attendendum eſt, quod qui hac veſte induitur; in qua, litteris, doctrina & veritas impreſſa eſt; conſecratum doctrinæ & veritati pectus ſuum intelligat: neque debere ſæcularibus negotiis & actionibus & lucris occupari; ſed doctrinam fidei exemplo & moribus indicare: quia omnino infame eſt, abuti ratione, & corrumpere doctrinam, & circumventionibus vel technis opprimere veritatem. Oportet quippe ut omnia quæ agit, moderatrix ratio ſic diſponat, & ſic ſuis locis aptet miſericordiam & judicium; ut cum judicat, ſeveritas non excludat clemantiam, & cum miſeretur juſtitiam pietas non relinquat; & ſive percutiat ſive parcat, a varitatis tramite non recedat. Conſiderans igitur loca & tempora & modos actionum, & ætates & gradus; in numero & pondere & menſura, ſingula ſuis aptet rationibus diſcretio Sacerdotis; in cujus pectore horum debet eſſe ſcientia, cujus etiam neceſſe eſt vitam eſſe doctrinam: nec ullum locum in anima illa habeat falſitas, quæ ad judicii divini regulam quadrare debet quæcumque vel docet, vel agit, vel ſtatuit, vel corrigit.

Superhumerale etiam & Rationale, ſibi junctis annulis catenarum complexu ad invicem copulantur; ut puri cogitatus in mente ſancta & rationabiles conveniant actiones, & omnia vinculo pacis cohæreant, univerſamque Pontificis diſpoſitionem caritatis complexus aſtringat. Aderat præter has ligaturas quæ cæleſtibus deſideriis piiſque affectionibus aptantur, præter Ephod quod poſterius & anterius Logion conjungebat; Baltheus tam Tunicam hyacinthinam quam ipſum Superhumerale & Rationale ſuperne conſtringens tanta firmitate, ut trium indumentorum una ſpecies eſſe videretur, & omnia ſibi ſtrictim cohærerent: ut daretur intelligi, quanta ſit diligentia, ſanctitas obſervanda; cui etiam poſt tantæ excellentiæ gloriam, poſt dona virtutum, poſt agones & colluctationes & victorias innumerabiles, reſtant plerumque circa noviſſima etiam, carnis pericula: & neceſſe eſt ut ſemper hujuſmodi ſollicitudo & intus & extra invigilet, ut actionum & meditationum, in finem, illibata gloria perſeveret. Etiam ſummos fulmina feriunt montes. Et niſi hoc Baltheo, etiam cum omnia eatenus bene diſpoſita fuerint, & ratio & opera jugi nexu ſtringantur; per motus & impulſus diverſarum tentationum disjungi poteſt & diſſilire, quod nullo turbine propellente firmum videbatur & competenter diſpoſitum. Baltheus iſte ex purpura erat & byſſo retorta, & hyacintho & cocco bis tincto; in ſimilitudinem pellis colubri in rotundo contextus. Geſtat autem ſic ornatus Pontifex, nomina filiorum Iſrael; pro diverſis rationibus, in pectore & in humeris. In humeris quidem, a dextra & læva; propter cauſas prædictas.

Vel ideo in duobus tantum ordinibus, quia noſter ſummus Pontifex, *cujus Imperium ſuper humerum ejus*, Judæis & Gentibus ſcripturam Crucis reliquit, & eorum nomina Redemtioni intimavit inſcripta; quorum linguas Crucis titulus continebat. In Rationali vero, quatuor lapidum ordines diſtincte ſunt poſiti (ut dictum eſt) in quatuor ejus extremitatibus; ſupra terni, & infra terni. In nominibus Patriarcharum quæ hærent pectori ſummi Pontificis, hoc intimatur quod qui in regimine ſunt, ſemper affici debeant pro his qui ad eorum ſollicitudinem pertinent; & quantum poſſibile eſt, recordari eorum debent ex nomine, & orationis exhibere ſuffragia: neque aliud illud pectus occupare debet, quam animarum zelus, quia officii illius eſt, revocare devios, reconciliare erroneos, confirmare eos qui proficiunt in juſtitia; & qui deficiunt, cohortari ne deſperent de venia. Sed & ſeipſum etiam ad præcedentium Patrum quorum geſtat nomina, conformare debet exempla; ut quorum recolit gloriam, imitetur & vitam; neque ab eorum fide & operibus ſe alienum exhibeat, quorum actus & titulos circumfert & probat. Quod autem duodenarius numerus in quatuor ordines diviſus, per ſingulas partes, ternarium reddit; accipi non incongrue poteſt, quod Evangelii quadratura præ omnibus Scripturis inſinuat Trinitatem. Et hæc eſt Apoſtolica doctrina quæ decem Legis præcepta in duobus conſummat; & totum illud antiquarum traditionum diſpendium, in dilectione Dei & Proximi abbreviat & coarctat.

Sequitur octavus ornatus Pontificis, Tiara videlicet, quam etiam nonnulli vocant Galerum, vel Cidarim. Hac etiam minores Sacerdotes utebantur; eratque byſſina, circumdata coronula aurea; opere textili facta, ſicut hodie Phrygium Mitris noſtrorum Pontificum plerumque conſuitur: eratque in modum caſſidis porrecta aliquantulum, verticis cacumen in ſublime excedens; aſtringebaturque capiti vitta hyacinthina, ne caſu aliquo, immolante Pontifice laberetur. At vero ſummi Tiara Pontificis, excellentior erat; & præter hæc, laminam auream (quam Petalum vocant) fronti habebat inſertam; in qua nomen Dei quod apud He-

bræos

bræos ineffabile dicitur, ſcriptum erat. Hæc Tiara quæ tegit & ornat caput Pontificis, totamque ejus pulcritudinem coronat & protegit (ut dictum eſt ſupra) omnes ſenſus capitis Deo indicat conſecratos; & totam corporis gloriam debere ad caput referri. Totus enim bonæ mentis candor, & ſapientiæ ſplendor, prædicationis gratia munditiæque gloria, benignitas caritatis, & quæcumque ſanctitatis inſignia, ab illo univerſali capite veniunt eo quod totum corpus per connexiones & ſubminiſtrationes creſcit ac proficit, ſolidatur ac perficitur. Ideoque ad totius candoris indicium, & complanatæ mentis compoſitum ſtatum, omniumque ſenſuum concordiam intimandam; Cidaris byſſina in capite Pontificis ponitur. In vitta vero hyacinthina quæ Cidarim capiti aſtringit, hoc intelligitur, quod amor & regni cæleſtis deſiderium, hujus perfectionis apicem cumulat; & ille reſpectus totas gratiarum connexiones unit & ſociat.

Auri vero lamina, cui nomen illud Dei quod definiri non poteſt ab homine, erat inſcriptum; ſubjectam & ſuppoſitam divinæ eſſentiæ omnem indicat creaturam. In ſuperioribus quidem hoc nomen ponitur, ut quidquid undique eſt, quantumcumque ſit, ſe cognoſcat inferius, ſe fateatur indignius: & ſi quid habet candidum, ſi quid conſpicuum, ad illud nomen referat unde accepit, illique excellentiæ devotus aſcribat. Hoc nomen tetragrammaton, id eſt, quatuor litterarum erat; ſcilicet יהוה: cujus interpretatio lingua Hebraica, ineffabile ſonat; non quia dici non poſſit, ſed quia (ut dictum eſt ſupra) ſicut eſt, nec capi humano ſenſu poſſit, nec definiri: In fronte vero hoc nomen Pontifex gerit, *quod* utique *eſt ſuper omne nomen, cui omne genu flectitur*; de quo & in Apocalypſi Joannis legitur, quod cum agno ſtabant ſupra montem Sion, centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus & nomen Patris ejus, ſcriptum in frontibus ſuis. Ibi enim verecundiæ ſedes eſt, & ſignificat profeſſionis noſtræ fiduciam; per quam non tantum in nomine gloriæ vel omnipotentiæ Dei, ſed etiam in Cruce Chriſti gloriamur. Unde & ipſæ quatuor litteræ, quatuor Crucis intimant cornua, de quibus Abacuc ait: *Cornua in manibus ejus, ibi abſcondita eſt fortitudo ejus*. Sic ornatus Pontifex, creaturarum omnium typum portabat in veſtibus ſanctis, in quarum coloribus, totius Mundi ſimilitudinem præferebat. Byſſus enim Terræ deputatur de qua gignitur; purpura, Mari, quia ex ejus cochleis tingitur; hyacinthus, Aeri cujus ſpeciem habet; coccus, propter ruborem, Igni vel Ætheri: Juſtum enim erat, ut Pontifex Creatorem non ſolum pro Iſrael, ſed etiam pro univerſo Mundo (qui ex his quatuor conſtat) rogaret, & indicaret cuncta indigere miſericordia Dei; & cum ſacrificaret, univerſalis conditio expiaretur. Nec tantum pro liberis & parentibus, ſed pro omni creatura & voce & habitu precaretur.

Hæc quæ dicta ſunt de inviſibili Pontifice, ad inviſibilia juſtitiæ ornamenta nos mittunt, de quibus dicitur: *Sacerdotes tui induantur juſtitia*. Et alibi: *Erit juſtitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus*. Hæc omnia, ſummus noſter Pontifex indutus *decore & fortitudine*, in ſpiritu & veritate conſummavit:

S. Cypriani Opera.

& ingreſſus ſacratiore cultu quam Aaron, virtutum ſignificatarum, ipſam rem amplius nos voluit moribus implere quam veſtibus; & lumbos ſpirituali zona ſuccingi præcipiens, ad lucem ſui intellectus cognitionem divinam, ſine carnis mentiſque munditia neminem poſſe pervenire, in illa præcinctione nos docuit. Denique ipſe tunica inconſutili quaſi Podere Pontificali indutus, integritatem caritatis & unitatem ſpiritus in vinculo pacis, in eo nos obſervare docuit. Crucem autem quaſi Superhumerale, Sacrificium oblaturus pro populo, humeris impoſuit: & plaga & ſanguis, loco Rationalis; non ſolum intra ſe duodecim filiorum Iſrael nomina concluſerunt, ſed & totius generis humani opus illud complexum eſt naturam; ſicut & infixus capiti titulus continebat, ſcriptus Græce, Hebraice & Latine. Nihil ad ſanguinem Chriſti coccus Legis bis tinctus apparet; ultra ſeptuagies ſepties noſtra tinctura procedit: totum pallidum eſt quidquid Lex typice coloravit, & ad comparationem veritatis totum marcidum eſt quidquid contextum fuerat in figuris. Nulla hyacinthi comparatio ad carnem Chriſti; quia cum *Verbum caro factum ſit*, totum cæleſte erat quod nulla peccati infecerat macula, nec quidquam ei de ſuo Princeps hujus mundi adlinivérat. Nec byſſus nec purpura hujus munditiæ vel gloriæ aliqua ratione aptantur; omnia ſuperat ejus poteſtas & ſanctitas, ſanctitudo naturæ, & principatus juſtitiæ; & amplióris gloriæ ſunt, quam fila quælibet torquentibus digitis elaborata, vel conchyliorum ſanguine delibuta. Impoſita eſt capiti Chriſti corona pro Cidari, & intextæ illi ſerto erant pro bracteis ſpinæ; & pro lamina aurea in qua nomen Dei ſculptum erat, lignum cervici ſupereminens; in quo Pilatus pro Beſeleel, conſcripſerat nomen quo nihil in cælo vel in terra ſanctius, nihil potentius, nihil mirabilius; JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM. Hæc ſcripſit Gentilis homo neſciens quia ipſe eſſet Rex etiam Gentium. Ideo autem ſcripſit, utique non intelligens quia ad hunc titulum perventurus erat & jungendus aliquando populus Gentium. Unxit etiam manus Sacerdotis noſtri, immo & caput & pedes & latus, ſanguis balſamo pretioſior; quem utique puncturæ veprium & clavorum & lanceæ exprimebant, & fundebant extrinſecus: eratque omni oleo liquor ille celebrior; ſanctificationem & emundationem noſtram non ſignificans, ſed conſummans. Hæc & alia multa quæ Lex velamine poſito ſuper faciem Moyſi abſconderat, Chriſto transfigurato in Monte, paucis patuere Diſcipulis: & conſummato in Cruce, facta ſunt evidentia univerſis. Ruptum quippe eſt illud velum integumentorum carnalium, & patuit Candelabrum, & propoſitionis Panes, & Altare incenſi, & Cherubim, & Propitiatorium, & Sancta Sanctorum. Petræ quoque ſciſſæ ſunt, & ſepulcra reſerata; quia hæc conſummatio, & lapideis cordibus aperit ſpiritualem intellectum; & ad eos qui mortui erant in peccato, vitalem revocat ſpiritum: ita ut qui deſperati erant, & malæ conſuetudinis inſtitis alligati, in civitate Dei noſtri (quæ eſt ſancta Eccleſia) deinceps viventes appareant; & qui diu fuerant cineres, fiant doctores; & qui ſepulti, magiſtri.

AD CORNELIUM PAPAM,

DE CARDINALIBUS OPERIBUS CHRISTI

USQUE AD ASCENSUM EJUS AD PATREM.

PRÆFATIO.

SOLENT matres infantulis nuper editis, in ipſo vitæ introitu aptare vocabula, & ex aliquibus præcedentibus vel circumſtantibus cauſis, vel ex genere, vel ex eventibus imponere nomina: ut in ipſis primordialibus initiis, quædam præfigerentur commonitoria ingredientibus vitam, ne nomen eis eſſet ad ignominiam, ſi originalis naturæ traductio a conſueto limite deviaret, & a virtute patrum degenerans, indigna ſucceſſia monſtri non hominis faciem exhiberet. Reſpicerent potius ad nomina vel officia ſua, quorum inſpectio honeſtæ converſationis formam eis infunderet & doctrinam, ut honorificarent naturales cauſas & rationales diſciplinas, nec in aliquo elementarias amaricarent dulcedines, vel primarias offenderent dignitates. Nam olim tumultuarie vel inconſiderate nomina rebus imponebantur: ſed ex quo ad Adam adducta ſunt ſingula, ut vocaret ea & propria imponeret nomina, proviſum eſt in populo antiquo & inſtitutum, ut aliqua eſſet in vocabulis ratio, & interpretarentur nomina vitam, & exprimerent aliquam perſonæ proprietatem, ſecundum quam vel differret a ceteris, vel etiam communicaret. Sic in nominibus Patriarcharum Abraham, Iſaac & Jacob magnarum rerum exſtitere indicia, & præloquebantur ventura, nec deerat impoſitorum nominum ſecundum ſenſum ſuorum effectuum certitudo. Apud gentiles etiam non in nominibus, ſed in agnominibus poſtea a viris illuſtribus obſervatum, (ut nobilitas generis vel virtutis gloria poſteros illuſtraret) Auguſti vel Cæſaris titulo ſuccedentem honorare progeniem, & Imperatoriæ dignitatis heredes primæ originis irradiare fulgoribus. Sic & philoſophi & doctores antiqui tractatibus ſuis nomina prætexere, brevi titulo grandis materiæ latitudinem prælibantes, & propriæ gloriæ, propoſito nomine ſuo, providentes; ut integritatem operis & laborem auctoris, tam ſtili quam perſonæ in poſterum auctoritas conſervaret; & facile ſcripturæ ſubtilitas indicaret, ſi aliqua manus invida elegantiæ tractatuum climatorum pannum rudem inſueret, vel nugis ſuis quaſi ſua eſſent quæ alius laudabiliter dictaſſet, furtiva tranſlatione infereret. Sic in capite libri ſui quiſque auctorem ſe poſuit, ut & ſtilus auctori, & ſtilo auctor famularetur, & auctoritate altrinſeca communis gloria muniretur. Hoc virorum illuſtrium præclara meruerunt ingenia, & per hæc vivax eorum fama & gloria indelebilis perſeverat. Nos vero qui vix intelligimus quæ ab eis dicta ſunt, ſenſu & eloquentia omnino eis impares, ſi quid aliquando ſcribimus, indignum titulo judicamus; ne forte nobilis materia, cujus explanationi ſtudium adhibemus, decoloratam ſe potius quam ornatam, noſtra præſumtione queratur. Verum quia ſolent aliquando patres nugis infantilibus arridere, & linguis balbutientibus delectari; indulgentiam meretur humilitas, quæ quo poteſt acceſſu ſublimitatis veſtræ manibus ſe porrigit attrectandam, non gloriam mendicans, ſed gratiam. Ego quidem nec a me ipſo, neque ab alio quæro nomen, neque enim aliquid me exiſtimo eſſe, cum nihil ſim; qui hoc a vobis maxima ſupplicatione quæſivi, ut non eſſem quod ſum, & humiliter ſupplicavi ut ab hac flamma in qua crucior, me veſtra clementia liberaret. Tentavi ſi poſſem manu veſtra me ſuſtinente, honeſte deſcendere: quod quia non potui urgentibus flammis, non attendi quo proſilirem, dum me vorax incendium non cremaret.

PROLOGUS.

SUBLIMES materiæ ſubtilium ingeniorum exigunt tractatores: nec facile de artibus recte judicat, qui artes ignorat. Exercitati in liberalibus diſciplinis ſimul ingenio conveniente & ſtudio philoſophari poſſunt, & ſecure aggredi res abditas: eorumque conatibus ſe perviam penetrata exhibet difficultas, & ænigmatibus enodatis, rerum ſecretarum facies patet, cujus ſerenitatem velabat nubes oppoſita, & veritati ſuperfuſa caligo. Ideoque tam in divinis, quam in philoſophorum doctrinis, nec tutum eſt nec honeſtum, ineruditos & ignaros ſenſuum ad litteras illas pertinentium, proſilire ad diſcuſſionem eorum quæ neſciunt: & de his ſibi uſurpare magiſterium quæ ignorant.

Hujus rei forma ſeraphim faciem Dei, & pedes velant; & patentibus quæ in medio ſunt, principium finemque majeſtatis divinæ alarum extenſio infra ſupraque operiens, aditum ad ſe temerariis tractatoribus vel ſcriptoribus interdicit: nec patitur ad liquidum ſe videri divinitas, quam utique inveſtigatio fidelis aliquo modo odoratur vel ſentit; ſed puram ejus eſſentiam nec conſpicit nec comprehendit. Affirmatio quippe de Dei eſſentia in promtu haberi non poteſt; neque enim definibilis eſt divinitas. ſed verius ſinceriuſque remotio indicat negando quid non ſit, quam aſſerendo quid ſit. Quoniam quidquid ſenſui ſubjacet, illud eſſe non poteſt, quod omnem ſuperat intellectum. Quidquid audiri vel videri vel ſciri poteſt, non convenit

maje-

Digitized by Google

majeſtati : hebes eſt in hac conſideratione omnis acies ſenſunm, & caligat aſpectus. Hanc inviſibilem lucem & inacceſſibilem naturam ſex alis hinc & inde ſeraphim ſtatu & volatu circumeunt & abſcondunt ; ſtatu æternitatis immobilitatem monſtrantes, volatu vero altitndinem ejus ſic in ſuperioribus elevatam, ut quantumlibet ad cor altum homo aſcendat, exaltetur Deus, & comprehenſionis importunitatem evadat. Nec tamen alæ illæ, quæ Dei velant ſubſtantiam, noſtros conſpectus diffugiunt, ſed illæ puris mentibus ſe viſibiles exhibent, & operum Dei ratio, ſive eorum quæ ex nihilo ſunt, ſive eorum quæ ex materia vel facta ſunt vel fiunt, ſe intelligibilem exponit : & quæ circa Deum & quæ ſub Deo ſunt mundi poteſt cordis quoquo modo ſinceritas contemplari.

Prima rerum conditio ſex inſtituta diebus fatetur artificem, & profitetur opus auctorem. Neque enim ſui ipſius artifex eſſe, aut potuit quis novam creare materiam ; nec potuerunt multa & diverſa rerum eſſe principia : quia niſi ad unum cuncta reſpicerent, diſcordia & infinitate cuncta turbata volverentur in chaos, & repugnarent & colliderentur in ſe diſcordes materiæ, niſi omnibus factoris auctoritas imperaret : & unins monarchia poteſtatis, univerſitatis cauſas & efficientias ordinaret. Homo itaque præpoſituram in inferiora accepit, ſciens quis hunc honorem contulerit : nec tamen ea ſcientiæ perfectione illuſtratus eſt, ut eo modo cognoſceret conditorem, quo ejus cognitioni reliquæ creaturæ ſubjectæ ſunt ; ſed diſtantiam maximam experiretur inter ſumma & infima, & ex hoc ipſo eſſet Deo acclivis & humilis, quo auctori ſuo ſe in nullo poſſet conferre, cujus nec effugere dominium, nec penetrare conſilium, nec poterat vitare judicium.

Itaque qui circa ipſum ſunt angelici ſpiritus, licet inviſibilis naturæ ſint ; in legationibus tamen ſuis ſe auditu manifeſtant & viſu : & ſalutis noſtræ miniſteriales eos ſæpiſſime experimur, quorum officia & nomina in ſcripturis ſanctis habentur. Illa quidem ſuperiora agmina nobis prædicant, non indicant Deum : & nunciant quæ jubentur, ſpecialitatem injuncti negotii peragentes, non univerſitatis explicantes ſcientiam : quia ad nos numerus & menſura & pondus refertur. Deus vero his omnibus non arctatur, ſed excedens omnia & æternaliter antecedens poteſtas & virtus nil habet coævum, nec immenſitatis ejus profundum ulla creatura vel cæleſtis vel terrena metitur. Quæ vero ſub ipſo ſunt, implent templum ; & præſens Eccleſia cognitionem earum rerum aſſequitur, quæ ad cultum juſtitiæ, quæ ad ordinem vitæ, quæ ad gradus aſcenſionum, quæ ad convenientiam morum, quæ ad honeſtatem hujus converſationis & gratiam pertinent contemplationis : hæc aguntur & excercentur in templo præſenti, & per hæc Deus quæritur, nec tamen quæſitus illico invenitur. Guſtamus, delibamus, odoramus, & prope eſt : cumque acceſſeris, longius abit. Et quomodo fulgur nubes diſrumpit, & repentina coruſcatio non tam illuminat quam hebetat oculum : ita aliquando neſcio quo modo tu tangeris, & tangi te ſentis, eum tamen qui te tangit non intueris.

Dicuntur tibi quædam verba arcana intrinſecus quæ efferri non ſufficis, ut dubitare non poſſis, quia juxta te eſt, immo intra te qui te ſollicitat : nec tamen ſicuti eſt, ſe tibi videndum concedat. Rachel ad odorem, non ad eſum, Liæ mandragoras concupiſcit ; tu ſponſo fide, non complexu conjungeris ; tu ſpe concipis, donec Chriſtus in te formetur ; & depoſito pondere hujus cadaveris, ejuſdem ſint puritatis caro & ſpiritus, & renovata natura ſobolem immaculatam parturiat. Rachel quippe viſum principium ſonat. Quod verbum in principio apud Deum in ſuo proprio eſſe, mihi non patet, ſed quibuſdam nominibus Deum invoco & dico : juſtitia, veritas, ſanctificatio, caritas ; & quæro aliquas ſpecies vel formas, per quas quid ſentio quoquo modo intimem. Nam quod verbum caro factum eſt, facilius video ſi hoc ſenſui meo quaſi eſu incorporo ; principium autem illud vix remotiſſimo odoratu quaſi pertranſiens ſentio. Illa quidem intellectualia per viſibiles creaturas, quantum fas eſt animæ videre vel prævidere, divina mente a longe proſpicimus ; in multis per opinionum & conjecturarum pelagus circumducti, in multis veritati hærentes, in multis magnitudine rerum oppreſſi, exclamamus cum Apoſtolo : O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei ! Cordi igitur noſtro ſe offert Deus, & aliquid ſui luminis infundit invitans & provocans. Niſi enim aliquo modo ſentiretur, nec appetendi, nec inquirendi ſpes eſſet aliqua vel facultas. Sed quia ex parte ſentitur, admirationi eſt odor ille & ſapor, nullam habens cum carnalibus dulcedinibus ſimilitudinem, & per omnia ſuavitate differens ; eoque deſideratur copioſius, quo cetera delectamenta excedit. Deſiderium autem inquirentes purificat, & purificatio excluſis enormitatibus ad formam Dei provehit aſcendentes : atque ita in opere ſuo imago & ſimilitudo Dei multis laborioſiſque provectibus propriam ſibi demum vendicat dignitatem.

Ad hanc rerum adeo profundarum indaginem niſi incarnati Verbi magiſterium acceſſiſſet, humana defeciſſent ingenia ; & neſcio ſi & aliqui auderent ad hæc tentanda conatus aſſurgere : ſed aſſociata carni divinitas, aſſumtam naturam ex parte voluit eſſe ſuæ claritatis conſortem, & apertis cælis ſuper doctorem & Dominum noſtrum ad ſuperiora noſtrum introduxit aſpectum : & vidimus gloriam ejus quaſi unigeniti a Patre : & de plenitudine gratiæ & veritatis quæ in ipſo eſt, inſtillata eſt nobis aliqua portio. Et cum Philippo audivimus : Qui videt me, videt & Patrem. Nec tamen in hac viſione plena poteſt eſſe ſufficientia, donec in ſplendoribus ſanctorum in die virtutis ſuæ agnoſcatur ratio gignentis & geniti & procedentis ; quam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ad liquidum hucuſque aſcendit.

In his omnibus quæ dicta ſunt omnino ſenſum noſtrum materiæ excedit ſublimitas, & ſtilum repellit moles nimii ponderis, & aſcenſionis arduæ difficultas : ſed præcepti veſtri, Pater excellentiſſime, me coegit neceſſitas, ut tentarem, ſi forte importunitate ſtudii aliqua poſſem de ſanctuarii ſupellectile vellicare, & reducto in partem velamine, arto ſubtilique aditu propitiatorium intueri. Præſumſit meditatio aſpicere a longe, & annos æternos inquirere, & quid ante tempora ſecularia eſſet indagare ; ſi tamen ſæculum vel tempus dici poteſt ante lucem & diem & ſo-

& ſolem; & quomodo ante cauſas elementarias & materiales origines illa æternitatis infinitas ſe haberet; ſi illa omnipotentia apud ſe ſolitaria eſſet, & miniſteriales ei deeſſent ſpiritus, & maneret apud ſe illocaliter ſempiterna divinitas, & in quo eſſet ſapientiæ regnum, cum non eſſet quod regeretur, & uſu ſpecieque careret illa inanis antiquitas. Ab his omnibus repulſus, ad ſæcularia viſibilia compulſus ſum redire, & utinam me ipſum cognoſcam & ſciam.

Quod ſi animæ meæ, quæ corporis mei obtinet principatum, nec originem ſcio, nec metior quantitatem, nec qualis ſit intueri ſufficio; ſi ignota eſt mihi ratio quare ipſa delectetur in corpore perſecutore ſuo; ſi neſcio quis hanc legem membris inſculpſerit, ut tam violenta dominatione ſpiritum opprimat, & melior digniorque natura deteriori ſuccumbat; patienter me ferre oportet, ſi operatorem univerſitatis non intelligo, qui in minimis operationum ſuarum particulis meam profiteor cæcitatem.

Inſolubilis videtur hæc quæſtio, quare homo rationabilis in negata nitatur & vetita, & ſemper illicitis delectetur. Omnino rarum eſt & difficile, fieri bonum: facile & pronum eſt, eſſe malum; & hac ſine magiſtro, ſine exemplo doctrina, ſtatim a pubeſcentibus annis imbuimur & docemur. Vide in ipſis qui ſanctimoniam profitentur, quæ religio manum claudat porrectis muneribus, quæ ſolitudo aures obſerat oblatis favoribus, quæ gula communibus eſt contenta ſaporibus. Quis non ſe habeat vilem, ſi videat humilem? Quis non putet opprobrium, ſi ſe ſentit inglorium? Quis enumeret voluptatum potius monſtra quam ſpecies, quæ per concupiſcentias carnis invitam animam trahunt, clam palamque de conclavi ad forum, de lupanari ad theatrum? In primis abraſa verecundia, pudoreque convulſo, non abſconditur ſcelus, nec nutat ratio, nec diſcretio reluctatur carnis affectibus; captivus ſpiritus conſentaneam exhibet clientelam. Hoc ipſum quod dico, carnis affectus, improprie dico; quia hæc vitia proprie animæ ſunt, quæ ſentit & movet & vivit: cui imputatur peccatum, quia ipſi datum eſt arbitrium, & judicium, & ſcientia, & potentia, per quæ poſſit improbare malum, & eligere bonum. Corpore autem ſic utitur anima, ſicut faber malleo vel incude, in qua format omnium turpitudinum idola, & fabricatur quælibet quarumcumque voluptatum ſimulacra. Non eſt caro dictatrix peccati, nec inventrix malitiæ, nec cogitatus format, nec diſponit agenda; ſed officina eſt ſpiritus, qui in ea, & per eam, quæcumque affectaverit, peragit & conſummat. Quod autem ipſa inſenſibilis ſit, ſpiritu recedente dignoſcitur: poſt cujus diſceſſum, nulli apta uſui ſupereſt putredinis maſſa & paludis acervus. Quidquid enim ſentit, a natura corporis alienum probatur.

Quod vero caro adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem contendere dicitur & repugnare, improprie arbitror dictum: quia ſolius animæ lis iſta eſt, quæ ſecum rixatur, & cum proprio arbitrio litigat, certior in hujuſmodi quæſtionibus quid bonum ſit, quid malum, quam in aliarum rerum inquiſitionibus quid verum ſit, quid falſum. Nam in abditarum cauſarum inſpectionibus & ſecretis naturæ, poteſt homo errare vel decipi; quia non per omnia a fine uſque ad finem intellectus humanus attingit; ſed in his quæ oculis & manibus ſubjacent, nulla ſubtilitas judicium impedit: quia fœtentia a non fœtentibus, decora a turpibus, amara a dulcibus, dura a ſuavibus, & a diſſonis conſonantia facile diſcernuntur. Sed deſiderii ſui veneno mens ebria, corpus contumeliis applicat, & junctis complexibus ambo in mortiferas ſuavitates elapſi, obdormiunt. Cumque evigilaverunt, ſero pœnitentiam adducit confuſio, & inquinamentorum horror fœdatæ menti occurrit.

Et in ceteris omnibus quæ maligne patrata ſunt, hujuſmodi ultio peccatorem perſequitur, & ipſe libidinum labe crapulatus ſe convomit. Sed avaritiæ ſolius & quæſtus ardor nec ſatiat cupidum, nec pœnitet eum cumulaſſe quod creſcere optat, non minui: & diſcola obſtinatus ſemper quid idolo ſuo immolet, ſedulus coacervat. Unde hæc ſitis divitiarum miſeris peccatoribus aſſidet, & ambitionis ſalſugo bibulam animam occupat; ut per fas & nefas ad loca ſuperiora etiam de latebris eremi nonnulli ſe ingerant: & de omni gradu ubi aliquis aditus patet anheli prodeant, diſcurrant ad judices, blandiantur mediatoribus, conducant auxiliarios, & modis omnibus elaborent, ut ſedeant cum principibus; eo quæſtu, ut maledicat Deus quod ipſi benedixerint, & benedicat quod maledixerint. Hæc lex peccati, quare in his & ſimilibus legem juſtitiæ opprimat, & quare enervata ratio cum ſtare poſſit, tam miſerabiliter ruat, difficile eſt aſſequi; maxime cum defectus iſte a damnationis ſententia pendeat, & hanc inevitabilem pœnam antiqua tranſgreſſio ſit ſortita.

Ergo ſi me ipſum neſcio, ſi animæ meæ ſubſtantiam & naturam ignoro, ſi eorum quæ intra me ſunt rationem non intelligo; qua audacia ſupra me erigam oculos, ut videam principium ſine principio, & finem ſine fine attingam? A talibus auſibus deſiſtendum excellentia majeſtatis imperat, etiam ipſa impoſſibilitas omnes ingenii noſtri conatus repellit. Quia in paradiſo poſiti ſumus, & in eſu reliquorum fructuum data eſt nobis licentia, a ligno æternitatis illius & inveſtigatione divinitatis ſempiternæ interim continentes, ſcientiam boni & mali intelligamus non nobis prohibitam quaſi veneno infecta ſit ligni hujus natura, ſed quia ea debet ſcientiæ boni & mali reverentia exhiberi ut nemo malum experimenro contingat, quæ utique experientia ideo juſtiſſime damnabilis eſt, quia quantum in ſe eſt omnem plantationem divinam deſtruit & eradicat, nam malum nihil aliud eſt quam remotio boni, & quiſquis bonum avellere nititur, evacuare quod bonitas ſuperna plantavit molitur; lignum quippe vitæ poſt peccatum eſt interdictum, lignum ſcientiæ boni & mali, ante peccatum prohibitum, ſcientia quippe boni numquam vetita eſt, ſed ubi peccatum tranſgreſſor expertus eſt, abuſus libertate arbitrii & a paradiſo expulſus, voluptatis poſſeſſor eſſe non potuit, nec facilis ad lignum vitæ reditus fuit, nam mors ſecuta eſt peccatum, & hæc inevitabilis lex uſque hodie ab Adam in ejus ſobolem perſeverat; verum in Chri-

Digitized by Google

Chriſti ſanguine amoto flammeo gladio, & aditu ad virtutum coloniam patefacto, jam propior acceſſus conceditur, & exheredatus homo tam libertate quam hereditate donatur.

Deambulemus igitur in paradiſo voluptatis. Ea igitur quæ licita ſunt & conceſſa tangamus, & circa cunabula Salvatoris prima infantiæ ejus fercula deguſtemus; & circumciſi & loti victo diabolo, ſanctificatiſque affectibus in cœna cum Domino recumbamus; ubi pane angelorum refecti, poſt illius cibi delicias ſurgamus ad tranſitum, ut de hoc mundo vehiculo crucis evehamur ad cælum; Spiritu ſancto nos replente, qui deinceps nos doceat, & pateſaciat quidquid in exſilii hujus peregrinatione moles corporis & imperſectionis lippitudo fecit obſcurum. Librum igitur quem de cardinalibus Chriſti domini noſtri operibus ſcripſi, paternitati veſtræ (ſuppreſſo nomine noſtro) miſi; in quo fons ſacramentorum eſt & diſciplinæ hujus in qua ſtamus origo; formam & exemplar recte vivendi nobis proponens, ab humili Chriſti adventu uſque ad glorioſum ejus reditum ad Patrem gradatim conſcendit: quem potius in mente noſtra quam in pagina ſcribi deſidero; & utinam in ſanctitatis veſtræ conſpectu, memoriam & recordationem noſtri ſupplex mereatur affectus.

DE NATIVITATE CHRISTI.

ADEST Chriſti multum deſiderata & diu exſpectata Nativitas, adeſt ſolennitas inclita; & in præſentia Salvatoris grates & laudes viſitatori ſuo per orbem terrarum ſancta reddit Eccleſia. Gaudia nobis cælitus nunciantur, lætitia imperatur. Nox iſta ſacri partus conſcia, novis fulgoribus illuſtratur. Gloriantur in cæleſtibus ſuperi, pax in terra bonæ voluntatis hominibus confirmatur. Adſunt angeli, loquuntur paſtoribus; non dedignantur loqui perſonis humilibus, & cum ipſi ſublimes ſint, infirmos non aſpernantur. Nec luce inſolita, nec angelorum terrentur paſtores præſentia; ſanæ & puræ fidei homines delectantur in eo quod audiunt conſonas laudantium voces cæleſtes, gloriæ & gratiæ divinæ præconia modulantes. Nec ſatis fuit ſuperis arcana reſerare cæleſtia, etiam hominibus pax reddita nunciatur, & bonæ voluntatis novi muneris largitate conſecratur affectus. Oportuit bonum Dominum certificare & lætificare in adventu ſuo bonas exſpectantium voluntates: & ſolutis antiquis inimicitiis quæ inter ſemen ſerpentis & ſemen mulieris ab initio fuerant, & contrito capite venenato, hoſtiles inſidias calcaneo hujus ſobolis aſſiſtentes prærogativa novæ ſobolis diſſipari.

Unus Gabriel virgini obumbrationem virtutis altiſſimi nunciat; & multitudo cæleſtis exercitus gratulabunda Salvatorem mundi prædicat adveniſſe, & reconciliata terreſtria ſuperis canit; & conſilium antiquum prodiit palam, nec jam ſecretum eſt; ſed innotuit publice in conſpectu gentium revelata Chriſti benignitas, & oblata mundo in nullo a nobis differens, excepto quod peccati expers fuit, Salvatoris humanitas. A ſupernis legationibus incipit Evangelium, cujus primi dictatores Angeli exſtiterunt. Nec jam in manibus prophetarum ſimilitudines & ænigmata involvuntur; ſed angelorum jubilo, & hominum ſtilo, & evidenti rerum indicio conſtant & conſonant ſimul promiſſa & data, umbriſque remotis, Lex & Evangelia ſunt unita. Multiplicantur teſtes, & militia cæleſtis conclamat, credit paſtorum cuneus & exſultat.

A ſapientibus & prudentibus non quærit teſtimonium, qui parvulis ſe revelat. In hujus doctrinæ initio ſtatim faſtus & ambitio condemnatur. Non colores rhetorum, non inductiones perſuaſoriæ adducuntur; ratio & miracula harum rerum ordinem complectuntur. In primis ſigna ſe fidei miſcuerunt; & maxima in hoc efficacia dogmatum fuit, cum ſimul verbis & rebus actum eſt, ut nullum infidelium repugnantia inveniret diffugium. Nox illa omni luce clarior; ſermones angelici pacem hominibus nunciantes, deſignato loco Bethleem, ad quærendum puerum cohortantur paſtores. Illi amplius mente quam oculis carnalibus illuminati, ad conſpiciendum Emmanuel feſtinant: & edocti intus inviſibili magiſterio Spiritus ſancti, quem parvulum vident, confitentur immenſum; & piæ ei devotionis affectum præſentant. Electa adeſt humilium perſonarum ſimplicitas; ut ponatur regula, & indiſſolubilis daretur forma, quod non niſi pauperibus ſpiritu, Chriſti pateret humilitas: nec ſuperbos ad intuitum ſui poſſet admittere veritas.

Veniunt in Bethleem; quem prædixit Gabriel, invenitur Emmanuel: civitas parvula, domus paupercula, ſupellex exigua. Nulla domus ambitio, ubi reclinatorium in ſtabulo; mater in fœno, filius in præſepio. Tale elegit fabricator mundi hoſpitium, hujuſmodi habuit delicias ſacræ virginis puerperium. Panniculi pro purpura, pro byſſo in ornatu regio, laciniæ congeruntur; genitrix eſt & obſtetrix, & devotam dilectæ ſoboli ipſa exhibet clientelam, attrectat, amplectitur, jungit oſcula, porrigit mammam. Totum negotium plenum gaudio; nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio. Pediſſequas ſubſtantia familiaris non patitur; mancipiorum obſequia ſumtus tenuis & inops menſa excludit. Nullum domus arta diverſorium occultabat, nec ſecreti receſſus erant illius caſulæ; incruſtaturam & tectum, ſoli parietes per circuitum veſtiebant. Nec locus ibi erat lavacris, quæ ſolent puerperis præparari, quippe nec aliqua naturæ injuria matrem Domini læſerat; quoniam ſine tormento peperit, quæ in conceptione caruit voluptate: & tamen conſuetudinem ſequens, ut legi ſatisfaceret, quaſi cum aliis mulieribus eſſet ei in hoc opere ratio ſimilis, diebus deſignatis recubuit, & depoſiti oneris laſſitudinem profeſſa, oblatæ quieti paruit: & in diebus ſeparationis non ſe a thoro Joſeph, qui eam numquam tetigit, ſed ab ingreſſu templi & ceteris quæ lex prohibebat, continuit. Ultro maturus ab arbore bajula fructus elapſus eſt: nec oportuit vellicari, quod ſpon-

ſponte prodibat. Nihil in hac re petiit ultio, nec præcedens delectatio aliquam expetiit pœnarum uſuram. Spiritu ſancto obumbrante incendium originale extinctum eſt; ideoque innoxiam affligi non decuit, nec ſuſtinebat juſtitia, ut illud vas electionis communibus laſſaretur injuriis; quoniam plurimum a ceteris differens, natura communicabat, non culpa. Eratque ei proprium privilegium, quod nulla mulierum nec ante, nec deinceps meruit obtinere, quod erat ſimul mater & virgo ſingulis titulis inſignita. Unde & matri plenitudo gratiæ debebatur, & virgini abundantior gloria; quæ carnis & mentis integritate iuſignis, ſpiritali & corporali intus & extra Chriſti præſentia fruebatur.

Ornamenta quæ deerant, etiam ſi adeſſent, non haberent oculos inſpectores: quia præſentia parvuli, ſic eorum qui aderant, Joſeph, & ſi quis ſorte alius ibi erat, oculos occuparat, ſic illuminaverat animos, ſic corda illexerat; ut in hoc ſummo bono omnium bonorum unita collectio videretur: nec opus eſſet evagari & mendicari per partes, quod ſimul in ſe uno fidelibus omnipotens infantia præſentabat. Angelica ſane non eſt credendum ibi miniſteria defuiſſe; nec receſſerat a venerabili pectore matris Spiritus ſanctus ad verbum Gabrielis elapſus. Poſſidebat domum ſuam, & templum quod ſibi conſecraverat adornabat: ſervabat ſacrarium ſuum, & ſanctimoniæ thalamum honorabat. Lætificabant conſolationes hujuſmodi animam benedictam, & tanti habitatoris reverentia concupiſcentiarum ludibria abigebat; legem mentis lex carnis non infeſtabat, rebellio nulla quietem ſpiritus affligebat. Parvulus ſugens ubera pura alimonia utebatur, & ſons ſacri pectoris defæcatum edulium ori mundiſſimo iufundebat. Sed & cor matris quædam dulcedines, quæ humanum ſuperant intellectum, imbuebant: eratque utrimque mira jucunditas, cum pia ſanctæ matris & devota humilitas, & ſancti ſanctorum immenſa benignitas confœderatis affectibus mergerentur.

Extrinſecus nuda erant & egena quæ videbantur; nihil in illa paupertate videbatur divinum, niſi his quibus revelatum eſt deſuper; quorum primi fuere ſupra memorati paſtores, quorum innocentia & ſimplicitas electa eſt, ut laus Chriſti perficeretur: cum piſcatores & paſtores ſequentibus temporibus confunderent oratores, & a pauperibus & humilibus prædicatio paupertatis haberet initium.

Execrari ſolent Ægyptii hoc hominum genus, & abominabiles eis ſunt oves & pecora. Sed hujuſmodi officium ab initio auctoritatem obtinuit: & Abel paſtor munera de gregibus ovium obtulit; quæ in eo qnod cælitus inflammari viſa ſunt, quod grata eſſent Deo, cunctis innotuit. Paſtores Abraham, Iſaac & Jacob viri Deo familiares: paſtores Patriarchæ duodecim: paſtor ipſe Moyſes, qui in eremi receſſu dum ſequitur pecudes, in rubo conſpicit Deum, & poteſtate ſignorum collata, populi recipit principatum. Heliſæus de aratro propheta conſtituitur: David de poſt fetantes accipitur, & in regni ſolio collocatur. Agnum quem abominatur Ægyptius, ſacrificari ſibi præcipit Deus, ejuſque ſanguis Iſraelitarum poſtibus illitus, exterminatorem angelum repellit & abigit; nec timetur mortis periculum, ubi tantæ reverentiæ conſpicitur ſignum.

Ad umbram Petri languentes conſurgunt; Apoſtolis ſubjiciuntur dæmonia; cedit idiotis reproborum eloquentia: prædicante Paulo captivas complicant manus gentes & regna. Pauperes electi, ſuperbi neglecti; nec faſtus, nec aſtus circa Chriſti diſcipulatum aliquem obtinent locum: Chriſtus pauper diſcipulos divites aſpernatur. Pauper mater, pauper filius, inops hoſpitium, his qui in forma hujus ſcholæ in Eccleſia militant, præbent efficax documentum. Hunc in cunabulis adoravere paſtores; & parvulum confitentes Deum, ſimpliciter argumentoſi in ſpiritu & veritate, quem adoraverunt, noverunt. Fuerat quidem miraculum, quod apertis cælis, lux fulgoris inſoliti nocte ſuper eos fulſerat, quod auditi angeli & conſpecti, quod ab ipſis fuerant edocti & inſtructi paſtores. Sed licet hæc præceſſiſſent, tamen circa infantiam pueri divinitatis intimatæ nulla humana ratio præbebat experimentum: nec circa illius præſepii anguſtias, vagiente inter alligaturas infantulo, aliquod majeſtatis erat indicium, ſed auditui fides obtemperans, nullum apud Deum impoſſibile verbum credidit; & per Spiritum ſanctum ad ſacramentum hoc intelligendum ſubtiliſſimis eſt intelligentiarum acceſſibus introducta: idemque ſpiritus qui longe ante prophetas docuerat, etiam nunc humilium mentibus ſe infundens, dilatabat humani intellectus anguſtias, & aperiebat interiores oculos; ut viderentur inviſibilia, intelligerentur ea quæ humanus non attingit ſenſus, nec rationis penetrat intellectus.

Hinc eſt quod prædixerat Eſaias: Parvulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Hoc potuit videri, hic nullum fides meritum quærit. Quod autem ſequitur, vocabitur nomen ejus Emmanuel, admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis, ſi clauſi ſint oculi mentis, exterioribus oculis neſcio quid mireris. Qui necdum loquitur, quomodo conſiliarius erit? parvulus, quomodo creditur omnipotens Deus? omnino infirmus, in quo videbitur fortis? nihil omnino poſſidens, ad apicem regni & principatus faſtigium quibus aſcenſionibus attinget? Sed ſi fide myſterium proſequaris, in his omnibus ſubtiliſſimas & puriſſimas rationes invenies, & quod omnino neceſſe fuit immenſum fieri parvulum, & filium Dei hominis filium evidenter agnoſces. Mirabitur etiam & dilatabitur cor tuum, quando intelliges profundiſſimum ſacramentum in eo quod contemtibilis factus eſt admirabilis, & qui litteras non didicit, nec legibus inſtructus eſt, ſufficiens ſit divinarum humanarumque rerum conſiliarius: quomodo divinitas & humanitas in unam perſonam convenerunt, & ubi æſtimata eſt infirmitas, fortitudo inventa eſt; ut corpus humilitatis noſtræ divinæ claritati configuratum, non in hoc mundo, ſed in cæleſti gloria perpetuum habeat principatum.

Ad parvulos venit Chriſtus, & cum parvulis converſatur; pauperes inſtruit, & creat, & facit. Ipſe in ſynagoga Judæorum in Eſaiæ volumine cum legiſſet in ſabbato, complicato libro prophetiam hanc in ſe completam edocuit,

quod

quod a Spiritu ſancto unctus ſit, & ad evangelizandum pauperibus Pater eum miſerit. Idem in Evangelio gloriatur, & confitetur Domino cæli & terræ, gratias agens quod revelata ſunt divina myſteria parvulis, a quorum intellectu ſublimitas hujus mundi repulſa eſt; quæ Deo ſubjici non poteſt, dum ſecundum carnem & ſanguinem inviſibile ipſius ſuis regulis inveſtigat. Hic eſt primus religionis introitus, ſicut in mundum primus Chriſti ingreſſus; ut quicumque pie vult vivere, humiliter de ſe ſenciat, neque ſupra ſe in mirabilibus ambulare præſumat. Fundamentum ſanctitatis ſemper fuit humilitas, nec in cælo ſtare potuit ſuperba ſublimitas. Hanc primam gratiam ingrediens mundum noſter parvulus attulit: & a cunabulis nos ſibi conformes fieri volens, teneri voluit in vita, quod exhibuit in perſona.

Quia vero filii Dei ſumus, humanitatis participatione frater noſter fieri voluit, ut eſſemus ſecum beatitudinis coheredes, & haberet tota compoſitio hominis perfectam plenamque lætitiam, cum ſpiritus divinam repræſentaret imaginem, & caro noſtra Chriſti corporis ſimilitudinem; conſummatæ ſocietatis beneficium obtineremus cum nominis Chriſti & hereditatis conſortes, & divinæ naturæ communicamus per ſpiritum, & humanæ per corpus. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum; & promiſſionum ſuarum non immemor, ſicut ſe daturum nobis juraverat, ſic complevit. Filius datus eſt nobis: qui cum in forma Dei eſſet, ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ ejus, non eſt confuſus ſe ad formam ſervi exinanire, ut qui de fraternitate ejus gloriantur & volunt aſcendere, non erubeſcant deſcendere; ſed eidem ſcalæ cum Jacob innitantur, & cantantes canticum graduum, ab imis ad ſuperiora conſcendant. O Domine, quam admirabile eſt nomen tuum, vere tu es Deus qui facis mirabilia.

Non modo mundi hujus ſtructuram admiror, non ſtabilitatem terræ, cum eam complectatur volubile firmamentum; non ſingulos dies, non lunæ defectum & incrementum, non ſolem ſemper integrum & laborem ejus perpetuum; non temporum viciſſitudines, in quibus quædam arent, quædam virent, & quæ mortua modo videntur, deinceps reviviſcunt. Miror Deum in utero virginis; miror omnipotentem in cunabulis; miror quomodo verbo Dei caro adhæſerit, quomodo incorporeus Deus corporis noſtri tegumentum induerit. Miror in hac diſpenſatione tanti diſpendia temporis, & tam lentos proceſſus ad obedientiam Salvatoris. In brevi poterat patrari negotium, & poterat tantus labor abbreviari ad ſolum Chriſti verbum; ſicut factus eſt mundus, & diſpoſita cuncta ad ejus imperium. Sed elementario mundo dignior eſt rationabilis homo, quod ex eo quod in ejus ſervitium facta ſunt omnia, facile creditur. In ceteris quocumque modo aliquæ ſatisfaciunt rationes, hic ſolus me complectitur ſtupor; & cum Abacuc cano: Conſideravi opera tua, & expavi. Miror jejunium, miror tentationes, miror omnipotentem in ſepulcro jacentem, miror occiſum & reſurgentem. Hæc ſunt nova mira quæ prædixerat Hieremias: Novum faciet Dominus ſuper terram; mulier circumdabit virum. Opus ſuum faciet, & peregrinum opus ejus ab eo. Jeſus Chriſtus heri & hodie ante luciferum genitus, initium carnis ſumſit ex virgine; quem cæli cælorum non capiunt; qui implens omnia cum ſit in omnibus, ab his tamen non capitur nec tenetur.

Novum eſt & inauditum, quod in materni anguſtia uteri circumdedit intra ſe fragilis caro virtutem Altiſſimi, & ordinem rerum curſumque naturæ mutavit ſapientia Dei: & ubique divinitas dilatata, plenitudinem ſui vaſi infundens exiguo, ſic eſt circumdata muliebri utero, ut cum univerſa ambiret implens omnia, excedens cuncta, intra ſe omnia continens, extra univerſa complectens. Quem nos parvulum, propheta nuncupat virum; inſinuans ei numquam defuiſſe virtutem, ſed ſemper virilis ætatis affuiſſe fortitudinem, quem infantilis infirmitas occultabat. Opus ſuum igitur fecit recreans quod creaverat, ſalvans quod perierat, ad vitam revocans quod mortuum erat. Sed peregrinum opus fuit in Deo, quod verbum factum eſt caro, quod factus eſt viſibilis & comprehenſibilis, paſſibilis & mortalis: & peregrinum a majeſtate, puer ſugens ubera, panniculis involutus & ſuſtinens convicia, filius Dei in patibulo conſtitutus. Conſiliarius quoque dictus eſt parvulus iſte, qui & alibi dictus eſt magni conſilii angelus, eo quod ſecreta Dei quæ ab hominibus erant abſcondita, publice revelavit: & cum nemo noſſet Patrem niſi Filius, ipſe arcana Dei reſerans, indaginem Trinitatis explicuit; loquens Patri, & a Patre reſponſum accipiens, & Spiritum ſanctum infundens diſcipulis, generationis & proceſſionis intimans rationes, ſubtiliter aſtruens perſonarum proprietates, & indiſſolubilis eſſentiæ unitatem. Alia quoque inferiora, ſed tamen neceſſaria conſilia edocens; ut beneficia collata homo intelligat, ut in eo quod ſtat, gratias agat, & quod poſſibile eſt ex Dei gratia, cum ceciderit reſurgat.

De virginibus, ait Apoſtolus, præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, tamquam miſericordiam conſecutus. Vult & laudat ex imperio Domini, ut quæ nupſerint, ſic permaneant; quæ vero virgines ſunt Dei æmulatione caſtitatis integritatem exhibeant Chriſto. Et in hunc modum quæcumque auctoritate divina immobilia conſtant, ſic maneant; quæ vero in alterutrum poteſt libertas arbitrii flectere, locum eligant priorem: quia etſi bona ſunt & a Deo inſtituta conjugia; melior tamen eſt continentia, & virginitas excellentior; quam non cogit neceſſitas aut mandatum, ſed perfectionis ſuadet conſilium. Quod ſi divinis conſiliis obviaverint tentamenta, & liberas mentes ad carnalea revocaverint appetitus; adeſt Deus fortis, nec ſpem ponat homo in homine, nec in brachio carnis ſuæ confidat, quia qui mundum vicit, victoriam ſuis promittit militibus; & qui victores ſunt ſui, cælo vim inferunt, quoniam ſicut ſcriptum eſt: Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

In parvuli hujus nomine cum hoſte antiquo congredimur, & fortis armatus ſuperveniente fortiore de atrio antiquitus poſſeſſo potenter expellitur, & præſumtæ infeſtationis audaciæ ſilentium imperatur. Defectui carnis noſtræ quæ a primitivis fæcibus originalis mali infecta langue-

languerat, ex Chriſti carne redditur fortitudo: & ſacramentorum communicatio, per quam illius corporis ſinceritati unimur, nos in tantum corroborat; ut de mundo, & de diabolo, & de nobis ipſis victoria potiamur, & ſacramentali guſtu vivificis myſteriis inhærentes, una caro & unus ſpiritus ſimus, dicente Apoſtolo: Qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt. Sic hi ad quos ſermo fit, dicuntur Dii & filii excelſi, nominis & hereditatis & æternitatis participes, fortitudine ſocietatis Chriſti ſubigentes tentamina: & cum homines ſint ex indigniori materia, in captivitatem redigunt, & conſpuunt ligantque dæmonia.

Et quidem in hoc tempore in ſtadio vitæ hujus ſe exercet militia Chriſtiana, & præeunte Chriſti vexillo, quem & parvulum vidimus & cognovimus Deum: & quos ſpiritus conſilii & fortitudinis munit, nec vinci, nec decipi poſſumus; quos eruditio, divina ſcientia & poteſtate fecit inſignes. Videtur autem in præſenti diſciplina hujuſcemodi non eſſe gaudii, ſed mœroris; eo quod non ſine periculo certamina peraguntur. Bonum vero certamen certantibus pacatiſſimum fructum in futuro exercitatis in juſtitia dabit princeps pacis æternæ, conſignans ſibi in beatitudine, quorum communicavit naturæ. Ipſi gloria & imperium, amodo & uſque in ſempiternum. Amen.

DE RATIONE CIRCUMCISIONIS.

Inter omnia teſtamenti veteris ſacramenta nihil Circumciſione ſolennius antiqua celebravit religio, nec tantum in Hebræos, ſed etiam in Phœnices & Arabes hæc traditio inolevit. Reliquæ gentes tam mandatum quam factum irrident; & Deo minime aſſerunt convenire, ut Salvatoris benignitas plagis infantium delectetur, & immeritos eos in ipſo vitæ initio periculo mortis addicat. Hoc de bono Domino ſentire, qui neminem vult perire, abſurdum & irrationabile judicant. Nec tamen eis omnia reliqua ſacrificia ſunt horrori; ſed in multis naturalem legem ſequentes, expiationum retinent inſtrumenta, & immolant victimas, & incendunt adipes, & cum odoramentis & libaminibus fundunt coram Deo vota & preces. Legimus Job Dei teſtimonio approbatum, jugibus ſacrificiis occupatum; nec legimus circumciſum. Et poterant eſſe eo tempore diverſis in locis multi viri inſignes, qui juſtitiæ Dei ſubjecti, hoc ſigno carebant; licet filios Eſau & Iſmael putandum ſit hujus traditionis non fuiſſe expertes. Verum cum opus iſtud & antiquitas commendet & jubentis auctoritas, inquirenda eſt tanti myſterii ratio, quæ Abrahæ ſpecialiter & ſemini ejus tanto pondere mandata eſt, ut quiſquis in illa gente hujus ſigni careret differentia, Ethnicus non Judæus reputaretur, & a titulo filiorum Iſrael abraderetur proſcriptus. Hoc cum octava die juſſum ſit celebrari, & nomen circumciſo aptari; intimatum eſt his qui digni ſanctorum conſortio cenſebantur quod eorum nomina ſcriberentur in cælis, & æternæ beatitudinis quam poſt vitæ hujus ſeptimanam octava conſequitur, heredes fierent & conſortes, quicumque vitæ innocentia & cælibatus ſanctimonia ſeſe Domino conſecraſſent.

Tenera itaque infantia hujuſmodi erat imbuenda doctrina; & ante concupiſcibiles motus, quos peccatum meruerat, miſerabili pœnæ, & inevitabili vindictæ etiam in parvulis adhibenda erat ſeveritas; & antequam ebulliret ſartago libidinum, proviſum eſt ventilabrum, quo refrigerari poſſet, & exſtingui depopulatricis flammæ vagus ardor, & univerſa perluſtrans incendium. Ideoque dolor voluptati, & ſanguini delectationis ſanguis tormenti opponebatur; ut in primis elementis diſcerent parvuli ſemper propriæ memores ſectionis contraria curare contrariis, & ad cohibendos refrenandoſque turpitudinum appetitus, neceſſarium eſſe ſale corroſorio carnis perfricare pruritus, & ſemper recrudeſcentes deſiccare putredines. Ad hoc corpus ſuum mortificabat Apoſtolus, non tantum circumcidens illud ſeminarium membrum, ſed totum ſe crucifigens, & omnibus extraordinariis motibus opponens cauterium, uſque adeo corpus ſuum redigens in ſervitutem ut diceret: Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Cujus facti æmulatores erubeſcimus in pudendis: & detecto ſectoque confuſionis operculo, quamvis conſcientia teſtis ſemper nobis exponat ſcaturientes intus peccati inſidias, nec internum vitare poſſimus judicium; viriliter tamen ſtandum eſt, & rationis auctoritate increpandi ſunt titillatorii ſenſus, & ſummopere vigilandum eſt ne ſequatur aſſenſus. Intra nos pudor iſte aboleri omnino non poteſt; quia nec totum hoc membrum, ſed anterior ejus portio juſſa eſt circumcidi. Res ſane maxima eſt, ſi non egrediatur foras hujus contagio corruptelæ, & inſaniens beſtia corrupti anhelitus, catenis ferreis in ultimis animæ receſſibus alligetur, intuſque fractis dentibus ſeipſam concupiſcentia captiva maſtiget & corrodat. Manet itaque erubeſcentia propter ſenſum; ut qui in agone contendit, ſciens circumciſionis myſterium, ab omnibus ſe abſtineat quæ poſſunt huic flammæ miniſtrare fomentum. Nec tamen peremtoria eſt contendentibus, ſed probatoria hujus ſenſualitatis colluctatio tam veterna: ſed inſtitutum eſt certamen inter ſpiritum & carnem, ut victor homo peccati & pœnæ, poſt triumphos ſolennes coronetur in gloria, ſine infeſtationibus deinceps, liber a peccato & pœna.

Hanc verecundiam poſt prævaricationem, vanitati ſubjecta, non volens anima pertulit, & vim ſuſtinet inquietudine perurgente, & involuntariis motibus fatigata, infelicitatis ſuæ deplorat miſeriam, liberari de corpore mortis hujus deſiderans, & pacifici tranquillique ſtatus a Deo poſtular libertatem. Quotidiano ſane conflictu ſpiritus & caro luctantur, & cauſatur ratio adverſus domeſticum malum; quod ita intra ſe exerceat regnum, quaſi natura ſit vitium, & ſecum traxerit creatio prima peccatum. Hoc utique prima nou ſentit conditio, ſed ſecutum eſt tranſgreſſorem ſupplicium, &

adhæ-

adhæſit individoa pœna peccato; de quo erubeſcent quicumque mundo corde regem in decore ſuo videre deſiderant. Quis in tam aſſiduis illuſionibus non confundatur? Quis non in tantis contumeliis erubeſcat? Fomes quippe hujus mali intus in teoebroſis receſſibus latitans, ut viderit animam alias occupatam, & minus ad ſui circumſpectionem ſollicitam; irruptionibus vehementibus erumpit, blanditiis venena ſupponens, pudicitiæ puritatem inopinatis invadit aſſultibus. Ideoque pudibundus homo nuditatem ſuam operit, & fœditatem confuſus occultat. His redivivis vulneribus ſemper hac ſanie illitis neceſſaria eſt per omnem hujus vitæ ſeptimanam jugis reſecatio putredinum, & continua circumciſio cicatricum. Et in ceteris quidem membra omnia imperio rationis obediunt, & arbitrii retinent libertatem: hic vero ubi Babyloniæ fornax exarſerit, & quaſi pice & naphtha conſperſi libidinum ebullierint appetitus, inflammata caro libertatis privatur hooore; in tantum ut rebellia membra velit nolit in motus neſarios audacter exſurgant.

Præcedebant olim integumenta rerum ſignificantia abolitionem peccati, & ad perfectionem inchoata tendebant. Nec hoc ſacramentum conſuetudini antiquæ ſubtrahere voluit Chriſtus, & licet non eſſet in hoc tempore neceſſarium, tamen ne antiqua religio prorſus reproba videretur, in ſe voluit circumciſionis aptare ſignaculum. Sane originale peccatum quod a primis patribus in totam generis hujus ſucceſſionem defluxit, omni tempore aliquibus remediis oportuit expiari; licet vim plenam ſignificantia non habuerint, donec ad rem ipſam ventum eſt, quæ figurarum operiebatur velamina. Et licet ſacramentorum arcana omnibus non paterent, virtus tamen & effectus eorum ignorari non poterat; quia ab Adam uſque ad Noe ſacrificia Deo conſtat fuiſſe accepta, quæ uſque ad illud tempus ſine legis diſtinctione divinitus inſpirata inſtitutione primi hominis celebrareot. Illa vero ſacrificia aut in aoimalium ſanguine, aut aliarum oblationum incenſionibus agebantur; non quod fumo aut mortibus pecudum delectaretur Deus, ſed ut intelligeretur immutabile judicium & prolata ab initio ſententia in peccatum.

Immutabile decretum ab æteroa lege exierat, concupiſcentia affligi, & morte peccatorem puniri: nec poterat plagis exterioribus remedium aliqnod ſubvenire, quin ſtimulus carnis ſine ulla exceptione colaphizaret infirmum, & uſque ad diſſolutionem mors importuna perſequeretur captivum. Et mors quidem carnis concupiſcentiarum interſecabat ludibria, nec poterat ultra peccare illud quod erat putredini ac diſſolutioni prædeſtinatum & datum; ſed ſupererat poſt mortem carnis animæ labor, & afflictio ſpiritus: nec poterat ulla ratione illa abſolvi damnatio, niſi morti omnium vita omoium ſubveniret, & pro generali morbo gratia Dei ſingulare propinaret aotidotum. Hoc antiquum redemtionis noſtræ cooſilium ſanctis patribus revelavit Deus, voluitque ut paulatim aſſoeſcerent homines paſſioni; & morti neceſſariæ, voluntariæ mortis opponerent libamentum, & pœnam in medelam, & ſupplicium in remedium commutarent.

Hujus oblationis doctrinam ſacrificia continebant antiqua: & incenſiones & mortes hujus conſummationis gratiam præſignabant. Propter hoc cum jam fidei tempora propinquarent, imperata eſt circumciſio; & pars illa corporis in qua eſt voluptatum ſeminarium & libidinis officina juſſa in parvulis amputari, ut proprii primitias ſanguinis, ei qui totum ſanguinem ſuum oblaturus erat, offerrent, & communia ſingulorum ſacrificia ſingulare præcederent holocauſtum. Ubi vero Chriſtus Dominus venit, de quo in capite libri ſcriptum erat, ut in morte ſua Patris voluntatem impleret, ceſſarunt ſacrificia; nec jam truncationem præputii evangelium imperavit, ſed circumciſionem cordis, & omnem tam membrorum quam affectionum petulantiam gladio ſpiritus reſecari immutabili decreto mandavit. Et tantæ dignitatis illa una redemtoris noſtri fuit oblatio, ut una ad tollenda mundi peccata ſufficeret; qui tanta auctoritate in ſancta introivit in ſanguine proprio, ut deinceps nulla ſupplicaotium poſtulatio ſanguine indigeret alieno. A diebus igitur viſitationis noſtræ regnum cælorum vim patitur, nec jam in exſpoliatione carnis circumciſio agitur, ſed Spiritus ſancti virtute vetuſtatis antiquæ ſanies expurgatur.

DE STELLA ET MAGIS.

ET INNOCENTIUM MORTE.

NATO in Bethleem Salvatore, audita eſt in Effrata ejus in terris præſentia, & uſque ad ſilvas campoſque gentium novæ hujus nativitatis eſt fama porrecta: in Judæa a paſtoribus & angelis primo ſunt hæc gaudia celebrata, nec multo poſt Arabum fines hujus rei notitia penetravit, & incolis Sabba præclari ſtella luminis cæleſtis ortum numinis novis ſplendoribus indicavit. Erant in illis regionibus viri ſiderum inſpectionibus aſſueti, qui arte mathematica vim diſcurſumque noverant planetarum; quia ex elementorum natura rationem temporum metientes, aſtrorum miniſteria certis experimentis propriis didicerant effectibus aſſignata. Hi ex vaticiniis Balaam olim audierant, ſtellam oriri in Jacob, & hominem in Iſrael, cujus fortitudo quaſi rhinocerotis, ad quem in trieribus de Italia venirent, qui ſuperarent Aſſyrios, & vaſtarent Hebræos, quo tempore nec in Jacob idolum, nec in Iſrael ſimulacrum eſſet.

Diu homines illi hujus prophetiæ proventum exſpectaverant, & ubi venit plenitudo temporis, orto repente novo ſidere, ad antiqua recurrentes volumina, tam teſtimonio muniti quam ſigno, dromadis invecti in Judæam ſtella duce perveniunt. Nec potuere Palæſtinæ incolas

latere tanti nominis perſonæ; ſed ubi auditum eſt quod ſtellam indicem nati in Bethleem parvuli ſequerentur, Herodi novi regis inquiſitio nunciatur. Evocatis itaque Magis, rei hujus ordinem cum omni diligentia ſciſcitatur. Audit natum in Bethleem eſſe parvulum, quem profitentes regem & Deum, qui de Sabba venerant, adorare & venerari feſtinant: intimatum eſt ei quod ab antiquis temporibus Moabites propheta, licet gentilis, prædixerat: & contulit cum litteris gentium, ſanctorum vaticinia prophetarum quorum ſcripta per omne ſabbatum legebantur; de quibus nulla in populo Judæorum ambiguitas erat, quin rata eſſent, quæ illi vel aſſeruiſſent præterita, vel prædixiſſent futura: a fortitudine ejus qui quaſi unicornis obvios penetraret, in cujus obſequium ultrices de Italia trieres in Judææ terminos adventarent, & uſque ad finem mundi dilatarent imperium, anxius expavit & timuit.

Conturbabat quoque aliud quod in Michæa ſcriptum eſt teſtimonium: Quoniam de Bethleem quæ eſt Effrata, egrederetur parvulus, qui Dominator eſſet in Iſrael, cujus egreſſus eſſet ab initio a diebus æternitatis. Cumque ea quæ domeſtici codices continebant, cum his quæ ab alienigenis dicebantur, intelligeret convenire; divinis tentans reluctari conſiliis, ſimulat perfidus religionis aſſenſum, promittens Magis ſeſe ad adorandum parvulum cum omni devotione illico adfuturum, cum per revertentes certitudinem de puero accepiſſet. Turbatur cum Rege maligno Hieroſolyma, non lætatur: expaveſcit & tabeſcit, & negare erubeſcit quod ſcriptura teſtatur. Nec minus horrendum ſcribarum ſacrilegium, quam Herodis impietas: quia proprio Judæi abutentes privilegio, eum viſitationi divinæ invenirentur ingrati, cauſam ſibi cum Herode fecere communem; cum hinc & inde impietas & infidelitas adverſus Dominum & Chriſtum ejus fremerent, & pariter in ejus odio conſentirent. Ecce alienigenæ a fluminibus Æthiopiæ ad parvulum Chriſtum ſupplices veniunt, & filii diſperſorum deferunt munera; accedunt qui longe erant, & qui prope recedunt; in loco humili & ſupellectile vili Rex regum & Dominus dominantium invenitur, cognoſcitur, & ab aliis adoratur.

Quia vero neminem in conſpectu Dei apparere vacuum antiqua lex edocet; prævaricatoribus legis abeuntibus vacuis, primitiæ gentium ſacramentalia munera proferunt de theſauris, & Domino aurum & odoramenta præſentant; profitentes ex ratione munerum de eo quem adorabant quid crederent, quid ſentirent. In auro regem, in ture ſacerdotem, in myrrha incorruptibilem, quamvis paſſibilem profitentur. Oblatio iſta incarnati Verbi & exponit myſteria, & brevi ſubtilique indicio utriuſque naturæ humanæ divinæque exprimit unitatem, quod proprium eſt unicuique ſingulatim diſtinguens. Nam Deo patri cujus regnum & imperium ſuis mundum replet ſplendoribus, in odorem ſuavitatis ſummus ſacerdos & pontifex Chriſtus ſe obtulit; cujus caro paſſionis cremata carbonibus, incenſionis ſuæ fragrantiam tranſmiſit ad cælos, & uſque hodie odor ille ſuaviſſimus in terreſtri cæleſtique Eccleſia indeficiens perſeverat. Quod autem paſſibilitas quam obediens Deo voluntarie ſuſcepit, incorruptione firmata ſit; virtus myrrhæ obvians corruptelæ ſuo probat effectu, & viſibilium ratione munerum immortalitatis ſolidæ conſtat evidens argumentum.

Adorato Domino Magi hilares alio tramite in ſuam patriam revertuntur: quia neceſſe eſt, ut qui corde credunt ad juſtitiam, ore etiam confeſſi ſint ad ſalutem, deinde vias eligant arctiores, & ſe diſtrictioribus mandatis obligent: quoniam per vias latas, deſcenſuſque præcipites itur ad inferos, per artas vero & difficiles reditur ad ſuperos. Propter verba labiorum Dei religioſius quiſque vias duras ingreditur, & jugulator voluptatum, ſtantem ex diverſo hoſtem ſecurus aggreditur. Arta via eſt caſtitas, trames ſtrictus humilitas; jejunio affligi, & carnem in ſervitutem redigere, ſcopuloſæ ſunt ſemitæ: ſed ad patriam ſuperiorem non niſi per meatus difficiles armati milites revertuntur. Non eſt tutus ad Herodem regreſſus, nec expedit cum his qui oderunt Deum fœdera jungere: nec de religione cum malignantibus inire conſilia, quorum familiaritas infantiam Chriſti ſtudioſe perſequitur; & antequam formetur Chriſtus in nobis, in ipſo piæ converſationis initio, ut exſtinguatur ſpiritus, & ſuffocetur vita juſtitiæ, penitus elaborat.

Deluſum ſe Herodes conqueritur, cum Magos alias comperit divertiſſe; quia moleſtiſſimum eſt principi tenebrarum cum excogitatis laqueis tentatos quoslibet noverit evaſiſſe; & acriori inflammatus rabie, in neces innocentium debacchatur. Sic ſanctorum perſecutionibus tyrannus crudelis illuditur, qui dum putat perdere quos occidit, melioris vitæ ſtatum eis procurat: & quod ille in perditionem molitur, hi utuntur pro beneficio, quibus lucra vitæ perpetuæ per hæc momentanea damna celeri compendio acquiruntur. Ecce parvuli iſti, quos hoſtis naturæ, pietatis inimicus; beſtialis ſævitiæ, inauditæ crudelitatis monſtrum Herodes occidit, ſubito fiunt martyres, & dum vice Chriſti, & pro Chriſto avulſi, a matrum uberibus detruncantur, teſtimonium quod nondum poterant ſermone, perhibent paſſione; & ſufficit cauſa teſtimonio, licet nondum eloquio diſtinguatur. Illico ſpiritus infantilis vaſculi receptaculum deſerens, jam non tenelli corporis ætatiſque novitiæ tempore tenetur: ſed ab illis infantilibus coagulis anima expedita, adepta rationis & intellectus plenitudinem in occurſum Chriſti feſtinat, a quo militiæ ſuæ quærens ſtipendium, ad lucis & pacis æternæ præmittitur gaudia; & Epiphaniæ ſolennia in cæleſtibus celebrat, nec in ſtellæ alicujus lumine, ſed in ipſa claritate divinæ præſentiæ gloriatur.

Acta eſt nativitatis ſolennitas surſum jubilantibus angelis, deorſum ex ore infantium & lactentium laus eſt perfecta, reſonantibus uſque ad cælos victoriæ tubis; & verſus eſt parvulorum vagitus in gaudium, & luctus in jubilum, ſequente non ſtellam, ſed agnum exercitu innocentium, & bajulante glorioſiſſimi triumphi ſolenne vexillum. Nec potuit mundus interficere nuper agonem ingreſſum infantilem exercitum: & pedes qui nondum lutum calcaverant, urgens citatuſque tranſitus non eſt paſſus ullis ſordibus inquinari: ſed in ipſo vitæ initio tota illa in-

nocua

nocua phalanx, ſine ullo integritatis detrimento, ad ſolidioris vitæ translata eſt gloriam. Et quæ exſpectari poterat annorum elapſu rationis diſcretio; repente nullis jam ætate illa temporibus ſubjecta, omnis conſummationis reperit finem, & caſuum accidentium mutabilitates evaſit. Evigilaverunt ſenſus quos ſopor infantiæ opprimebat; diſploſiſque palpebris intuiti lucem, in momento aſſecuti ſunt, quæ pacificis & mundo corde debetur, beatitudinem: & aſcendentes per omnium virtutum gradus ſine doctrinæ humanæ exercitio cumulatam invenere menſuram; ita ut in ordine ſanctorum protomartyres primum habeant locum, & ſecretotum conſeii divinorum, propinquitate ſamiliariſſima clementiam Dei pro noſtris exorent laboribus; quos uſque hodie ſuneſtus Herodes perſequitur, quotum ſanguine & morte diabolus delectatur. Hi itaque a cunabulis in cælum translati, ſacti ſunt ſuperni capitolii ſenatores & judices, nonnullis veniam obtinentes immeritis; aſſiſtuntque miſerationibus & ultionibus divinis, ſed ſæpius agni, quem quocumque ierit, proſequuntur, manſuetudine, quam ira vel ſurore utuntur. Hi nuper cruore lacteo loti, primitias baptiſmi martyrio conſecrarunt, tradentes poſteris formam, ubi neceſſitatis articulus excluſerit moram; non minus ad lavacrum animæ ſanguinem efficacem, quam ſanctificatas verbis ſolennibus aquas; maxime cum nec ſanguis hoc elemento careat, ſed aquarum motu per totum corporis alveum fluat. Spiritus vero ſanctus & aquis & ſanguini ſuperfertur, qui ſubjectos ſibi ſovet & abluit; quo baptizante idem occiſio quod merſio operatur, qua exſtinctam peccati vitam virtutemque emortuam utriuſque rei continet ſacramentum. Ipſe enim eſt qui vel hoc vel alio modo quicumque eſt ille modus baptizat, & ad idem refertur quod pura fide agitur per Chriſtum Dominum noſtrum.

DE BAPTISMO CHRISTI,

ET MANIFESTATIONE TRINITATIS.

NON ſatis eſt quod Angeli locuti ſunt paſtoribus, quod apparuit ſtella regibus, quod nativitati, & perſonæ, & loco conſona Prophetarum oracula, perfidæ gentis indicio, Chriſto perhibentia teſtimonium, in unam convenere ſententiam: ſublimius & perfectius teſtimonium profertur divinitus, & ipſe Pater inviſibilis auditur, & aures humanas omnipotentis Dei præclara vox penetrat, & inaudita a ſæculo fidei ſpecies declaratur. Veniebat Chriſtus ad baptiſmum Joannis, non egena lavaero, in quo peccatum non erat, ſed ut ſacramento perennis daretur auctoritas, & tanti virtutem operis nulla perſonarum acceptio commendaret: quoniam remiſſio peccatorum, ſive per baptiſmum, ſive per alia ſacramenta donetur, proprie Spiritus ſancti eſt, & ipſi ſoli hujus efficientiæ privilegium manet. Verborum ſolennitas, & ſacri invocatio nominis, & ſigna inſtitutionibus Apoſtolicis ſacerdotum miniſteriis attributa, viſibile calebrant ſacramentum: rem vero ipſam Spiritus ſanctus format & efficit, & conſecrationibus viſibilibus inviſibiliter manum totius bonitatis auctor apponit, & plenitudinem gratiæ unctionis divinæ pinguedo, ſanctificationibus officialibus infundit, & rem ſacramenti conſummat & perficit.

Si in Petri vel Pauli nomine baptiſmi gratia donaretur, poſſet alius alio videri ſublimior: & ſecundum miniſtrorum merita hæc ſingularis gratia æſtimari, ut melior eſſet baptiſmus ejus qui ſanctior videretur, & indignior eſſet qui ab eo acciperetur, quem non amplior æſtimatio commendaret. Hæc & in alia ſacramenta transferretur injuria, ut non in eis unitas, ſed diverſitas haberetur; ſi cenſerentur a melioribus fieri meliora, & minus haberent utilitatis & ponderis quæ fierent ab indignis. Sic euchariſtia una, alia melior; & baptiſmus, pro miniſterio vel melior vel deterior crederetur. Abſit hoc a fide catholica, abſit a religione Chriſtiana tantæ corruptionis fermentum. Una nobis fides, unus Dominus, unum baptiſma: quod ſi ab indigno forte fuerit conſecratum, non audet juſtus iterare vel corrigere quod ſemel eſt ſactum: quia per quemcumque fiat, idem eſt; nec hoc privilegium meritis eſt datum, ſed gratiæ; & proprie ſibi omnipotentia Dei retinet hunc effectum. Neque enim Paulus pro nobis crucifixus eſt, aut nos gloriamur in Paulo, ſed in Cruce Domini gloriamur; cujus virtus omnia peragit ſacramenta, ſine quo ſigno nihil eſt ſanctum, neque aliqua conſecratio meretur effectum. Hinc omnium ſanctificationum exſurgit ſublimitas & profundum, & longe lateque plenitudo diffunditur gratiarum.

Quod ne ulla præſumtio ſibi doni hujus in poſterum gloriam vendicaret, in hoc ſicut & in aliis, Domini noſtri Eccleſiæ ſuæ providit benignitas, ut ipſe baptizaretur a ſervo: ne conſarvi conſervorum miniſterium detrectarent, vel aliquis cuiquam in hoc opere præferatur; quoniam ſive Judas ſive Paulus baptizet; Chriſtus peccatum lavat, abſolvit, & delet. Sic Rachel & Lia, Balam & Zelpham maritis accommodant, & liberos accipiunt ex uteris ancillarum. Scribæ & Phariſæi in cathedra Moyſi ſedentes, dum agunt quæ ad cathedram pertinent, per omnia plenitudine poteſtatis utuntur; & officium, non vita tantis effectibus honoratur. Obediunt dæmones exorciſtis: Chriſtum, inquiunt, ſcimus, & Paulum novimus, & in nomine Chriſti quem Paulus prædicat, adjurati, egredimur: vos autem penitus ignoramus. Ecce in nomine ſuo nihil quæſtuarii peragunt exorciſtæ, nec ſe eis deferre ipſi dæmones profitentur, ſed nomen Chriſti etiam per lucrorum ſectatores ſuæ gloriæ retinet poteſtatem, & fiunt in talibus cauſis miniſtri mercenarii, ſicut naves onerariæ, quæ per pelagus evehunt inſtitores, quarum rectores potius eorum quos ducunt, pe-

cupiis inhiant quam ſaluti. Et tamen mare ſæculi hujus neceſſarios habet hujuſmodi tranſvectores: alioqui ceſſabunt commercia, nec ex tranſmarinorum copia aliorum inopia habebit ſubſidium, nec occurrent ſibi ſolatia regionum, ſi vehicula tollantur de invio, & pelagus immeabile relinquatur. Bonis quippe ſæpe malorum miniſteria ſuffragantur. Supponit itaque cervicem ſanctam manibus hominis humilitas redemptoris, & licet plenam non habeat virtutem, ſuſcipit tamen Chriſtus baptiſma Joannis. Præparabat viam Domino Joannes lavando exterius corpora; ut præcederet exterius lavacrum ſecuturum baptiſma, in quo conferretur animarum ablutio, & peccatorum remiſſio. Præceſſit quod erat ex parte, ut conſummatio ſequeretur.

Horret tamen Joannes, & acclive ſibi eſſe ſacrum Chriſti caput non patitur: quia majorem a minore benedici antiquis regulis refragatur, & criminalis ei viſa eſt uſurpatio poteſtatis. De plenitudine Chriſti omnes accepiſſe, & ſeipſum cum ceteris prædicarat Baptiſta; ideoque Deo hominem manus imponere judicabat temerarium, & lavare eum in quo non erat peccatum, æſtimabat ſuperfluum. Se ad ſolvendam calceamenti hujus corrigiam confeſſus indignum, formidabat exhibere prælatum, ſi ipſe in magiſtro ſine cauſa tentaret hoc agere, quod ab ipſo ſuſcipere neceſſarium dignoſcebat. Ideoque tremebundus, humili excuſatione poſtulanti miniſterium negat aſſenſum; non quod obedientiam detrahat imperanti, ſed quod judicio ſuo ſervo ſubdi, non competat majeſtati. Tu, inquit, venis ad me, & a te debeo baptizari? Cui Dominus: Sine modo: ſic enim decet nos omnem complere juſtitiam. Joannis humilitas non arguitur; nec vituperabile viſum eſt Chriſto ſimplicitatis diffugium, quod reverentia, non importunitas ſuggerebat. In hoc igitur omnem impleri juſtitiam aſſeverat, ſi doctrinam præcedat exemplum, & honore ſe invicem præveniant, qui majorem & qui minorem obtinent locum; & qui major eſt, fiat minor, & præceſſor ſicut miniſtrator: ſi in unitate ſacramentorum omnes ſimul conveniant, ſi pacis eccleſiaſticæ fœdera non diſrumpant.

Baptizatur Chriſtus, nec ultra Jordanis retrorſum convertitur: aruerunt unctiones, Judaicæ ceremoniæ putruerunt; perpetuo lapſu baptiſmi gratia emanat ad poſteros, nec ulla vetuſtate ſiccatur. Adeſſe ſe tantis myſteriis & præſentiam ſuam dignoſci, dignata eſt ſempiterna divinitas; cæliſque apertis in ſpecie columbæ Spiritus ſanctus ibi ſeipſum oſtendens, & intelligi voluit & videri; & quietiſſimo elapſu adveniens, ſuper Chriſtum quievit & manſit. Acceperat quippe familiare ſuper hoc ab eodem Spiritu Joannes reſponſum; quia ſuper quem Spiritum ſanctum ſub hac ſpecie videret, ipſe eſſet apud quem baptiſmi maneret auctoritas, qui mundi peccata tolleret, qui ſolus a nullo ſanctificatus & cuncta ſanctificans, non tam intereſſet ſanctificationibus & ſacramentis omnibus, quam patraret. Sed & vox Patris audita eſt cælitus: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite.

Hucuſque Domine ſancte Pater non audivimus te loquentem, qui multiſarie olim patribus locutus es in Prophetis, & per Angelos ſanctos quibus ad diverſa ſæpe myſteria a te legatio eſt injuncta. Teipſum non ita ante hoc tempus locutum audivimus, ut perſonaliter tibi aſſignetur locutio quam proferres. Hanc vocem a paternitate tua delatam nemo eſt qui ambigat; non eſt qui ſibi hoc verbum audeat arrogare, non eſt in cæleſtibus agminibus qui Dominum Jeſum, ſuum audeat filium nominare. Certe tibi ſoli nota eſt Trinitas; & ſolus Pater ſcit Filium, Patremque novit Filius, nec a quoquam niſi eo revelante eſt cognitus. In hac divini magiſterii ſchola Pater eſt qui docet & inſtruit, Filius qui arcana Dei nobis revelat & aperit, Spiritus ſanctus qui nos replet & imbuit. A Patre potentiam, a Filio ſapientiam, a Spiritu ſancto accipimus innocentiam. Pater eligit, Filius diligit, Spiritus ſanctus conjungit & unit. A Patre nobis datur æternitas, a Filio imaginis ejus conformitas, & e Spiritu ſancto integritas & libertas. In Patre ſumus, in Filio vivimus, in Spiritu ſancto movemur & proficimus. Convenerunt ſimul ſempiterna divinitas & temporalis humanitas; & eo tenore utriuſque naturæ facta eſt unitas, ut impoſſibile ſit quod junctum eſt ab invicem ſeparari, ſed verbum & caro ſic ſunt una eſſentia, ut perfectam & integram ſincera conjunctio faciat unitatem. Nec injuria eſt, ſed gratia Dei, ſi quod minus videtur, digniori jungatur; cum inferior natura contumeliam probrumque peccati non contrahat: nec eſt minoratio majeſtatis, provectio paupertatis; nec altitudinem Dei in aliquo humilitas diſpenſatoria dehoneſtat.

Hoc teſtimonium auditum eſt, quia Filius Dei eſt quem Joannes tenet in manibus, verus homo, verus Deus, unicus Patris, in ſua natura inviſibilis, in noſtra viſibilis; ut fide & experimento fulciatur doctrina, dum & viſu & intellectu incarnati Verbi notitiam aſſequatur. Dilectus a Patre immeritos nos dilexit, ultro viſitationis ſuæ nobis beneficium largitus eſt, ultro ſanavit, ultro curavit, ultro libertate donavit. Etiam ingratos proſequitur hic amor & revocat: neque tunc odit, cum corripit & flagellat: uſque ad mortem Chriſtum duxit dilectio, & reſurgens a mortuis caros habet, quibus tantæ caritatis affectum oſtendit. Duo grata vocabula, filius & dilectus, ipſo Deo dictante noſtris ſenſibus imprimuntur; ut communio nominum nos aſſociet collegio munerum, & tantæ dulcedinis nomina noſtrum emolliant animum, accendantque devotionis affectum. Per omnia ſibi Pater in Filio complacuit, nec ulla in eo ſerpentis ſunt reperta veſtigia, nec ſacerdotii ejus pœnituit Deum: quoniam ſacrificium quod in Cruce obtulit, ſic in beneplacito Dei conſtat acceptabile, & perpetua virtute conſiſtit, ut non minus hodie in conſpectu Patris oblatio illa ſit efficax, quam ea die qua de ſaucio latere ſanguis & aqua exivit, & ſemper reſervatæ in corpore plagæ ſalutis humanæ exigant pretium, & obedientiæ donativum requirant.

Huic dilecto Filio tuo tu Domine nos præcipis obedire. Loquere igitur Domine, quia audit ſervus tuus. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam,

Digitized by Google

titiam, doctrinam tuam amplector : ſuave eſt mihi eloquium tuum, vivus & efficax ſermo tuus, ancipiti gladio penetrabilior uſque ad diviſionem ſpiritus & animæ meæ attingens, carnales & ſpiritales intra me ſeparat & ſequeſtrat affectus; & a vilibus pretioſa diſtinguens, quaſi flagello de ſuniculis contexto, de meo interiori templo quod tu inhabitas, omnem nundinationem expellit, nec patitur in atriis tuis mereimonia columbarum, ſed a ſanctuario gratiæ tuæ omnem venalitatem excludit. Audio te cum iraſceris, audio cum miſereris; ſive parcis, ſive flagellas, juſtum & bonum te prædico : In ira te ſupplico, in clementia gratias ago, nec ſanctis ſermonibus contradico. Loquere, magiſter bone, libenter te audio, & cum adverſaris mihi, etiam in plagis & doloribus intelligo diſciplinam : nec latet me te docente, ad ſiccandas corruptionum mearum putredines prodeſſe cauterium, & mundare cicatrices veteres ſal diſciplinæ tuæ Evangelio tuo medente infuſum. Præcipis ut infundam corrupto pulmoni hyſſopum, & ſpiritus tui ſuavitate epota, totius malignitatis inflatio detumeſcat. A te, Deus bone, humilitatem diſcentes, quaſi manſueta animalia quieto greſſu te bajulamus ſeſſorem; nequaquam ſub hoc onere laſſitudinem, ſed quietem invenimus : quia jugum tuum non eſt grave, ſed leve : & lex tua, & teſtimonia juſtitiæ præcepta, & timor & judicia delectabilium in ſe rerum continent ſacramenta. Lex tua docet vitare peccatum, & corripit tranſgreſſores : & ut lotis mundiſque pedibus in via immaculata incedant, omnia præmonſtrat offendicula, & inſinuat diverticula, quibus periculoſi tranſitus evitentur; nihil impoſſibile, nihil jubet auſterum. In quibuſdam per legem tuam promiſſa præmia nos invitant; in multis pœnæ propoſitæ, & ſupplicia vel damna territos animos a ſcelerum retrahunt appetitu : neque lex tua ſcripta a lege naturali in aliquo diſſonat, ſed reprobatio mali, & electio boni ſic animæ rationali infixa ſunt divinitus, ut de hoc nemo recte cauſetur : quia nulli ad harum rerum perſecutionem deeſt ſcientia ſive potentia; quia & quod agendum eſt, ſcimus : & quod ſcimus, facere poſſumus.

Quod ſi impoſſibilia eſſent præcepta tua, vel tantis difficultatibus onerata, val voluntas tua ſic abdita, ut non poſſet intelligi, quid a nobis tua expeteret altitudo, licet invitus nemo peccet; poſſet tamen ex multis excuſare delictum, niſi nobis & moderatio mandari, & veritatis cognitio, & agendorum diſtinctio auctoritate cognoſcibili providiſſent : & ſimul ſe complecterentur poſſibilitas & facilitas, ſcientia & poteſtas. Præcipis mihi Domine Deus, ut diligam te; hoc & poſſum & debeo : & totum me & interius sibi eſſe jubes obnoxium; de proximo jubes, ut ad meam eum menſuram complectar. Gratias ago tibi clementiſſime Deus, quia quod quæris a me prius ipſe donaſti : & quomodo tu me dilexeris, ſi linguis hominum & angelorum loquar, nec digne poſſum eloqui, nec univerſa complecti, quæ mihi gratiæ tuæ contulit amplitudo. Juſtum eſt Domine ut diligamus te; quia & ipſe nos diligis : & iniquum omnino eſt, ut te in aliquo dilecti tui offendant. Vere hoc mandatum legem complectitur & prophetas, & in hoc verbo omnium ſcripturarum volumina coartantur. Hoc natura, hoc ratio, hoc Domine verbi tui clamat auctoritas; hoc ex ore tuo audivimus; hic invenit conſummationem omnis religio; primum eſt hoc mandatum & ultimum; hoc in libro vitæ conſcriptum, indeficientem & hominibus & angelis exhibet lectionem.

Legat hic unum verbum, & in hoc mandato meditetur Chriſtiana religio, & inveniet ex hac ſcriptura omnium doctrinarum regulas emanaſſe : & hinc naſci, & huc reverti, quidquid eccleſiaſtica continet diſciplina, & in omnibus irritum eſſe & frivolum quidquid dilectio non confirmat. Non pertinet Domine ad te, nec de tuis eſt qui te non diligit : nec diligit te, qui ſcienter offendit. Dilectioni tuæ detrahit, qui terminos a te poſitos tranſit, & Evangelii tui decreta tranſgreditur & contemnit. Non amat te qui pecuniam diligit, tibi & mammonæ nemo ſimul deſervit. Non pertinent ad te ſpeciem pietatis habentes & negantes virtutem, nec militant tibi negotiorum hujus ſæculi trajectores; non audiunt te, ſed ſicut aſpis aures ſuas obturant, ne eorum corda verbum tuum penetret, quotquot peccato ſerviunt & voluptati, carnalium amatores. Lex tua Deus, Apoſtolorum & Martyrum teſtimonio confirmata; parvulis tuis pauperibus ſpiritu, quibus tibi regnum tuum dare complacuit, ſapientiam præſtitit; & lætificaverunt animas eorum juſtitiæ tuæ, in quibus per eamdem legem edocti vixerunt : & hoc dilectionis præceptum ita fidelium mentes illuminavit, ut in pace & ſanctimonia viventes, pacificis & mundis cordibus te viderent, & ſimul amor ſanctus & timor caſtus perſeverantibus tibi ſtudiis obedirent; uſque adeo tibi aſcenſionibus hujuſmodi propinquantes, ut fierent judiciorum tuorum conſcii, & per ipſos tua & nunc poſtmodum judicia exerceres. Præcepiſti Domine ut audiamus dilectum Filium tuum : gratias tibi agimus, quia nos ejus magiſterio commendaſti. Nos vero ex præcepto tuo ejus doctrinæ nos tradimus informandos; & inhærentes ei, libenter eum, duce Spiritu ſancto, omni tempore audiemus.

DE JEJUNIO
ET TENTATIONIBUS CHRISTI.

ANNO triceſimo carnis aſſumtæ, baptizato Domino in Jordane, poſtquam revelante Patre, quod filius Dei eſſet, innotuit; non jam conveniebat eum putari filium Joſeph, vel eſſe ſubditum illi. Nec tamen repente ad ſigna & miracula & doctrinam uſus

eſt po-

eſt poteſtate , ſed interim anctoritatem continuit ; & antequam notum ſe faceret mundo , expoſuit ſe tentandum diabolo : non ut divinitatis integritas probaretur , ſed ut tentatoris confunderetur præſumtio ; dum fame & laſſitudine per jejunium veritas humanitatis pateret , quæ divinitati aſſociata , omnino peccati ſenſu .& conſenſu careret . Hac ætate tempus doctrinæ inſinuatum eſt rationabile , & ante has metas perperam invadendi magiſterium data eſt forma ; quia non competit annis impubibus ſedere in cathedra , & in primogenitis boum lege aratio eſt interdicta . Jam vero cum ætatis & temporis ratio conveniret , & ad obediendum verbo Chriſti mandatum cælitus adveniſſet : voluit tamen ſapientia Dei primo erudiendos informare exemplo , & contra tentamenta proponere documenta ; ut audiret & videret & ſentiret humana rationabilitas , quam inſuperabilis ſit victrixque peccati , ſi libertas arbitrii libero moderamine dirigatur.

Igitur deſertum Chriſtus ingreditur : ibi ſuo , id eſt , Spiritu ſancto duce & comite converſatur . Locus ſecretus eligitur ; quia ſolius Dei judicio jejunia ſunt agenda , & ſingulariter inſpectorem adjutoremque Deum volunt hæc habere certamina , neque in agonibus aliquibus periculoſius militatut . Nulli religionis exercitio fraudulentius inanis gloria adulatur , nulli virtuti favor ita blanditur . Jejuniorum ſudoribus laus importuna ſe ingerit : & ſubtiliſſimis aculeis penetrañs animam , dum extollit , emollit ; & pungit , cum ungit . Virtutem in hypocriſin vertit , & ſimpliciter inchoata pervertit . Quaſi tinea quod integrum erat , rodit & occupat , & ſanctitatis fundamenta evellit & diſſipat . Subtiliſſimum malum , proprio laqueo hypocritam jugulat , & propriis armis ſanctitatem impugnat . Caſtigatio carnis ſpiritum inflat , & macies corporis extenuatum arrogantem impinguat . Contemtus venerationem venatur , fames & calamitas laudibus ſaturatur . Mens hoc veneno imbuta , in miſeriis deliciatur , & occupata hac ſcabie , in ulceribus gloriatur . Religio fit ſuperſtitio , & ſuccedit ei ambitio ſubornata . Exſtincto ſpiritu quatriduano cadaveri ſolæ ſuperſunt exuviæ , virtutis ſpecies exanimis & ſimulacrum ſanctitatis . Tanta eſt hypocritarum dementia , ut fœtoribus pro odoribus abutantur , & pretioſa vilia , & aſpera ſuavia arbitrentur ; & favorum ſapor omnium dulcedinum ſuperet condimenta , omniſque delira ſeuſualitas contrariis delectetur . Propter hoc ſolitudo carens arbitris , & eremus aſſentatorum ſatellitio vacua a jejunante Chriſto eligitur , ut non cum carne & ſanguine , ſed cum ſpiritalibus nequitiis dimicetur , & amotis ruinarum occaſionibus homo cum diabolo colluctetur , & ſoli ſint in palæſtra Chriſtus & antichriſtus , Spiritus & antiſpiritus.

Neque putet homo ſe evaſiſſe pericula , cum in eremum venerit : quia quanto ſubtilius , tanto difficilins a tentatore invaditur , qui cogitationum foribus aſſidens , omnia virtutum germina in ipſo ortu ſtrangulare molitur . Imaginem Chriſti delere cupiens ; adulterinos colores naturali pulcritudini ſuperducit , claritatem ſpiritus interpolat & obnubit . Verum liberins anima expedita obviat impugnanti , ubi compedes impedimentorum defuerint , & aſpectus irritamenta non moverint : ſecuriorque eſt congreſſus , ubi ſingula non vellicant dimicantem , nec inebriant animum lenocinia voluptatum . Honeſtius cum ſpiritu quam cum carne luctamur : quia carnis complexus fœdas exhalans nebulas , eum qui ſibi adhæſerit aliqua ex parte contaminat : nec libidinnm morſus quiſquam evaſit illæſus . Flatus ille peſtilens etiam longe poſitos inficit , & hoc certaminis genus fugam potius quam aſſultum teqnitit . Et quia ſolent oratione & jejunio dæmones edomari , munitio eremi cum hujuſmodi armatura exemplo magiſtri recipit Chriſtianos : quos etſi omnes diverſoriıtm non excipiat loci ; animi tamen omnino neceſſaria eſt ſolitudo , ubi erecta ſpecula , mens ſibi inſopita provideat , & deterſa rubigine coruſcantibus armis importunum hoſtem terreat & repellat .

Jajutiis vitiorum ſentina ſiccatur , petulantia marcet , concupiſcentiæ languent , fugitivæ abeunt voluptates . Exſtinguitur ardentis Ætnæ incendium & flammivomi fornax Vulcani exſtincta intrinſecus , montes conterminos non adurit . Jejunium ſi diſcretione regatur ; omnem carnis rebellionem edomat , & tyrannidem gulæ ſpoliat & exarmat . Jejunium extraordinarios motus in eippo elaudit & artat , & appetitus vagos diſtringit & ligat . Jejunium ſi humilitate otnetur ; ſervos Dei , mundi efficit contemtores . Jejunium carnes azymas mundat & ſolidat : & putredines quæ ex adipe prodeunt , conſumit & ſiccat . Jejunium ſcripturarum deliciis paſcitur , contemplatione reficitur , gratia ſtabilitur , cæleſti pane nutritur . Danieli interpretatio ſomniorum revelatnr jejunio , & tres pueri de Babylonio illæſi egrediuntur incendio . Moyſes in monte quadraginta diebus cum Domino perſeverans ; & Dei familiare colloquium , & legis miniſterium jejunio promeretur . Helias quoque eodem dierum numero abſtinens in eremo converſatur .

Utilitas jejuniorum temporibus .Chriſtianis clarius patuit , & a multis frequentata in plurimos ſe effudit . Quotquot viros virtutum vidimus , non ſine jejunio legimus aſcendiſſe : nec aliquid magnum moliti ſunt , niſi prius abſtinentia præceſſiſſet . Quotiens aliquid a Deo obtinere conati ſunt , jejuniis incubuere & lacrimis , & pernoctantes in orationibus , ciliciis carni hærentibus ſupplices beneficia poſtularunt . Nec defuit proventus , ubi ad pedes Dei ſacrificium contriti cordis offerens , ſe proſtravit humilitas ; ſed prope fuit invocantibus ſe Deus , & porrexit manum naufragis , & ſubvenit afflictis . Si Moyſen , & Aaron , & Samuelem hodie haberet Eccleſia , cum invocarent , exaudirentur : & orantibus Job , & Noe , & Daniele , populo parceretur . Rarus hodie Phinees , qui perfodiat impudicos : rarus Moyſes , qui occidat ſacrilegos : rarus Samuel , qui inobedientes lugeat : rarus Job , qui pro filiorum negligentia ſacrificium offerat : rarus Aaron , qui coram Pharaone comminationes divinas edicat ; rarus Noe , qui his , quibus ſubmerſio imminet , arcam bitumine litam provideat . Flens cum Apoſtolo dico , inimicos Crucis qui terrena ſapiunt magiſtratus , quorum Deus venter eſt ; qui in his

quæ

quæ dicere neſas eſt, impudentes lætantur & gloriantur. Venerunt periculoſa tempora quæ prædixit Apoſtolus; in quibus voluptatum amatores magis quam Dei, ſpeciem pietatis habentes, virtutem vero abnegantes.

Inveniuntur præpoſiti innumerabiles, qui jejunia & orationes nec digito movent, in quorum manibus iniquitates ſunt, & muneribus eorum dextra oneratur: fruſtra ab his quærantur miracula, fruſtra auxilia implorentur: non ſunt idonei interceſſores, Domini contemtores: nec convenienter ad placandum eum accedunt, nec conciliant quem offendunt. Efficax eſt oratio præcedente jejunio, & ſacris ſtudiis antecedentibus non patitur poſtulatio devota repulſam. Eligitur ſolitudo; ut ſoli Deo vacans anima cum in ſe per continentiam mactaverit voluptates, purgatis affectibus ad cæleſtia evolet; & videns Deum oret & adoret, & dulcedinis ſupernæ ſuavitatem præguſtet.

Forma igitur jejuniorum propoſita, fixoque exemplo, poſtquam quadraginta dierum abſtinentiam Dominus conſummavit, Satan cum eſurientem videret, acceſſit. Retroactum tempus obtinuerat quies, & ſecum ſub ſilentii ſera opus illud eximium Salvator exegerat; modo oblata famis occaſione tumultuator de latebris prodiens, foras egreditur, & ſubdola profeſſione quaſi compatiens ei, ſubvenire periclitanti naturæ hortatur: Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Nec vult fateri, nec præſumit diabolus diffiteri Chriſtum filium Dei; ſed dubie ſuſpenſeque conſulens, tendiculas blandis innectit ſermonibus, ut obaudientem ſibi reddat obnoxium, & ſe de compaſſionis ſpecie reddat acceptum.

Caro & laſſitudo, & cetera hujuſmodi hominem teſtabantur; virtutis integritas & vita carens omni peccato, perfectius ei privilegium adſcribebant, & divinitas potentiſſima ex ipſis effectibus negari non poterat. Fuerant & ante Chriſtum viri inſignes, prophetæ & ſacerdotes: ſed in peccatis concepti & nati, nec originali nec perſonali caruere delicto: & inventa eſt in omnibus vel ignorantia, vel inſufficientia; in quibus erronei peccaverunt, & eguerunt miſericordia Dei, per quam edocti & reſtituti gratias egerunt Deo, & ad plenitudinem juſtitiæ multum ſibi deeſſe confeſſi ſunt, & ſperantes in Deo nullam ſibi ſoliditatem attribuere præſumſerunt. Non ita Chriſtus in quo verbi carniſque ſic convenit natura, ut nulla alteri ex altero injuria deveniret: quia in carne ſocia nullam divinitus maculam reperit, nec ſecuta eſt, nec præceſſit.

Hæc naturarum conjunctio diabolum excæcabat: quia impoſſibile ei videbatur vel quod eſurire poſſet divinitas, vel quod tantæ tolerantiæ poſſet eſſe, tantæque poteſtatis corporalis humilitas. Duplicem itaque inquiſitionem ſinuoſa calliditate orditur, ut de Chriſto utrum naturalis filius Dei ſit, ipſo reſpondente certitudinem habeat: ut cum Deum confeſſus ſe fuerit, abſurdum videatur quod Deus eſuriat, & in quamcumque partem ſe reſponſio verterit, neceſſitas concluſionis occurrat: Si filius Dei es, tibi non competit eſurire. Quod ſi eſuris, manifeſtum eſt te filium Dei non eſſe, quem violentia neceſſitatis communibus indigentiis intercludit. Succurre, inquit, neceſſitati ſi potes, alioqui deficies: & præſentes lapides in panis muta ſubſtantiam. Sic enim fiet ut evadas periculum; & ſi hoc potueris, probes te Deum. Non erat digna reſponſione quæſtio malignantis; neque enim technas diaboli Dominus ignorabat, ſed divino cavillatori ſatisfecit eloquio, ſubtiliſſimo dogmate edocens corporis & animæ vitæ propriis alimoniis deberi ſubſidia, & cibum animæ, id eſt, verbum Dei eduliis corporalibus præponendum, & citius attentiuſque menti providendum quam ventri.

Nec opus erat ut hoc facto inſidiatori innoteſceret Chriſtus: quia nullo ſigno ejus poterat invidia commutari, cujus incorrigibilem iniquitatem deſperatio ſugillavit. Superfluum igitur erat ad ſuggeſtionem ejus ibi nulla profutura miracula operari; cum ſatis eſſet diligenter conſideranti, quod eſurientem cibi non ſuperabat appetitus, & deſiderii motus defectio non eſſet, ſed virtus. In nullo Chriſtum aliqua coegit aut dominata eſt ei neceſſitas; qui propriæ moderamine voluntatis diſpoſuit & perſolvit quod exegit humanitas. Sicut in ipſius voluntate fuit conſecrare jejunium; ita & in poteſtate fuit tempore opportuno ſumere cibum. Quod utique nec miniſterio, nec conſilio diaboli fuerat ordinandum; quia & abſtinentiæ & refectionis penes ipſum erat & arbitrium & facultas. Itaque nihil certitudinis ſeductor extorſit, ſed dubius incertuſque dimiſſus eſt; nec obtinuit ut ſe proderet Chriſtus miraculo, vel intemperanter ad cibum properans, obediret ſeductoris conſilio: quaſi tunc primum quid fieri oporteret data doctrina, acceptaque ſententia.

Repulſus igitur auctoritate ſcripturæ, & propoſiti firmitate, defecit ſcrutinio: nec tamen alia aggredi via deſtitit, & falſatis argumentis prioribus alia ſubjiciens, quibus ab eo conſentaneas ſibi reſponſiones aliquas extorqueret, adjecit. Eo igitur ſupra templi pinnaculum conſtituto, quem gula non potuit, vana gloria ſubvertere nititur. A multis ambigitur utrum fuerit hæc translatio corporalis: & ſi de loco ad locum ſe Chriſtus transferri permiſerit, eo modo quo Abacuc de Judæa in Chaldæam delatus eſt; & Philippus de Azoto in occurſum eunuchi, qui revertens de Hieruſalem non intelligens Eſaiam, codicem revolvebat. Sed quod corporaliter eum diabolus tulerit, videtur inconveniens: quod humeris ejus Salvator inſederit, & pro vehiculo uſus ſit quem præcipitatorem ſciebat; vel ei ferendum ſe commiſerit, cujus inſidias agnoſcebat. Suo itaque ſpiritu eum credendum eſt ductum & in deſertum, & ſuper templum, ut utrobique eum diabolus aſſumeret ad tentandum.

Et localiter quidem in deſerto prima fuit tentatio; ſed ceteras eo modo circumduxit tentatoris aſtutia, vel circumduci paſſa eſt patientia Salvatoris, quo modo Ezechiel cum ſuper fluvium Chobar ſederet, Hieroſolymam raptus in ſpiritu civitatem ædificat & metitur, & muros & templum inſtaurat. Hoc modo ſuper culmen templi Chriſtus erat in ſpiritu; ſciens quid Antiſpiritus affectaret, & hoſti ſe de vana gloria

gloria pulſaturo opportunitatem parabat. Hac igitur occaſione loci hortatur & conſulit, ut in urbe ſancta & frequentia populorum quaſi novus ſunambulus in excelſo pendulus, ſe deorſum ad ſpectaculum vulgi jactet intrepidus; addens ex teſtimonio ſcripturæ angelorum affutura ſuffragia, quæ ruentem exciperent, & conſervarent illæſum.

O execrabilis diaboli malitia, o ſtulta nequitia; o inſenſata verſutia, o præſumtio excæcata. Putabat malignus quem gula non vicerat, vana gloria ſuperari. Experientia quippe rerum didicerat, & in multis probaverat; vitiorum victores ſæpe nugis laudationum corruptos, & cognatum propinquumque eſſe virtutibus malum adulationem: nec facile quemquam poſſe evadere, quin libenter aſſentatorum canticis porrigat aures, & laudatorum modulationibus delectetur. Et ſicut rarus eſt, aut nullus qui de ſe mala dici æquanimiter ferat: ita rarus eſt, qui non bene de ſe velit ſentiri, & ſe ſi recte vivit ſtantem in vitæ rectitudine non diligat æſtimari. Quod ſi opera virtutum foras exierint, rarus eſt qui hominum judicia conſpuat, & laudes humanas contemnat. Hoc generale malum in humano genere Satan putabat ex præcedentis occaſione victoriæ ſuggerere Salvatori: ut popularibus laudibus vellet attolli, & facere ſibi nomen juxta nomen magnorum qui ſunt in terra, ſi geminato miraculo jejuniorum conſtantia innoteſceret populo, & vectoribus angelis ſine offendiculo ſuſtentatus, ſe filium Dei tam potenti abſtinentia, quam angelorum obedientia comprobaret.

Hujuſmodi conſiliis filios hominum Satan corrumpere conſueverat, & robuſtis virilibuſque animis etiam hujuſmodi cogitatus immittit: & ſi ab ingreſſu mentis arceatur renitente conſenſu, aliquid tamen de ſpurcitia ſua ibi evomens, abominationum horrore nauſeare compellit. Sic, ut aliquid poeticum inſeram, temulentus Cyclops illiciti conjugii appetitor, licet a Pallade repellatur, in gremio tamen ejus Erichthonium fundit; & incorrupta Minerva, ſupereſt tamen deforme monſtrum, nec omnino affectata ſcelera in memoria moriuntur.

Non tentabis, inquit, Dominum Deum tuum. Hoc in Deuteronomio ſcriptum eſt: Ecce lex legi objicitur, & Satan auctoritate ſcripturæ abutens, malus legis interpres præcipitium quaſi ex ratione mandati hortatur: ſed intellectus fallax & falſus veritate ſincera confunditur; & generali edicto interdictum oſtenditur, ne dum patet in quibuslibet anguſtiis quilibet exitus, Deus ulla præſumtione tentetur. Alia explorator malignus argumenta conatur adducere; & ad ſummam cumulumque nequitiæ ſuæ, continentem & humilem oblata aggreditur poteſtate; & oſtenſa mundi hujus ſublimitate & gloria (quaſi indignum ſit tantæ auctoritatis doctorem, & inſignium operum patratorem, ignobili & contemtibili ſchemate obumbrari) & dominatione univerſorum uſuque animum dignum honore ſollicitat; & daturum ſe omnia pollicetur, ſi ei pro tanto munere gratias agat, & procidens adoret tanti culminis largitorem.

Solent viris virtutum hujuſmodi præſtigia ſe offerre, & teſtimonium religionis conſcientia perhibente, cum ab aliis digni honoribus judicentur, facile acquieſcunt: & tam proprio quam alieno faſcinati judicio, a rectitudine corruunt, everſaque cathedra mentis, humo fractis cervicibus colliduntur: repenteque & ſubito quod multis erat partum ſudoribus, ambitione irruente obliteratum eſt, & turbinis hujus impetu avulſum eſt, quidquid antiquæ religionis labor meruerat.

Malum hoc Adam in paradiſo pulſavit & ſtravit; cum ſubjectionem quam Deo debebat faſtidiens, appetiit dominatum; & cum vellet eſſe ſicut Deus, ſine Deo ſe vidit & novit: & conſpectam carnis Evæ abhorruit fœditatem, quam licet operiret, manens tamen perpes ibi contumelia; ſtetit & adhæſit. Ad ſuaſionem diaboli animam vanitati ſubjectam dejecit ambitio; poteratque exterminio ejus poſteritas didiciſſe, quam miſera mutatio fuit de deliciis ad ſpinas & tribulos emigraſſe, & raſtris ligonibuſque avaritiam condemnatam. Huic malo reſtitit, & reſiſtere nos ſalvator edocuit, ut ſoli Deo ſubjectus ſit homo quantumcumque profecerit, ut in ipſo, immo ipſe ſit ſubſtantia noſtra; & pateat nobis, quod ſicut peremtoria eſt altitudo quæſita, ita & periculoſiſſima eſt oblata. Non quod poteſtas quæ ex Deo eſt ſit damnabilis, aut ordinatio divina peccatorum ſit obſtetrix; ſed quod excellentiam, cujus Spiritus ſanctus auctor eſt, ita debet complecti humilitas, ut qui vocatus eſt ſuperius, neſciat ſe ſublimem, & per omnia agnoſcat conditio conditorem, & gratia largitorem.

Gloriabantur aliquando diſcipuli, & complacebant ſibi in miraculis, gratulabundi quod eis etiam dæmonia obedirent: ſed repreſſa eſt, increpante Domino, ſimplicitatis eorum præſumtio: Videbam, inquit, Satanam tamquam fulgur deſcendentem de cælo. His verbis eorum animis intimans; quia ante hoc temporale initium ipſe in principio, immo ipſe principium exſiſtens apud Deum, ante hominis conditionem ſuperbientis diaboli ruinam vidit, & affectatæ dominationis ambitionem, dejectionis ejus fuiſſe cauſam: nec in hoc gaudendum eſſe ſi quis prærogativa celſitudinis donaretur, ſed hanc eſſe certam ſtabilemque veri gaudii metam, ſi vocatio noſtra juſtificatione muniretur: & tunc demum ratum conſtare beatificationis proventum, ſi hujus ordinis ſcriptura in conſpectu Dei indelebilis ſervaretur.

Hoc igitur attendentes, quod non in nobis quaſi ex nobis ſufficientes ſumus, ſed ex Domino ſufficientia noſtra eſt; & contentos ſolo Deo neceſſe eſt ei eſſe omnes acclives, cui totum debemus quod vivimus, quod movemur, quod ſumus. Qui de plenitudine ſua nobis interim prout cuique opus eſt, donationes partitur donec ad cumulum perveniat copia conſummata; uſque adeo conferta coagitataque menſura, ut nihil vel accedat amplius, vel recedat; ſed in cognitione Dei certum finem ſtabilemque metam omnes & animæ & corporis obtineant appetitus. Fruſtra itaque regna hujus mundi tranſitoria & mutabilia, immutabili & æterno regi oſtendit vel promittit diabolus; cum ipſe dicat regnum ſuum de hoc mundo non eſſe: non quod creationem ſuam removens,

Digitized by Google

vens, dæmonum ſubjecerit poteſtati; ſed quia in his qui amorem mundi Dei amori præponunt, non dignetur divinitas ſibi facere manſionem : & impoſſibile ſit eos a Deo regi, qui ſe diabolo tradiderunt : quia Chriſti & Belial nulla eſt participatio, nec aliqua juſtitiæ cum iniquitate poteſt eſſe communio.

Regnat ſane malignus ſpiritus in filiis diffidentiæ, ſed eo modo quo ſatellitiis perditorum hominum præeſt, quia in malitia potentiſſimus invenitur, & quia crudeliori tyrannide depopulare poteſt & conterere, quidquid ſibi invenerit obvium, & perſequi quod videt in fugam converſum. Regnum hoc non eſt naturæ, ſed malitiæ; perſecutio eſt, non defenſio : & tota hujus poteſtatis virtus in mortem damnationemque eorum qui ſub hoc principe militant, elaborat. Regnum hoc munitur vitiis, ambitur flagitiis : turres ejus ſunt crimina, arma quarumcumque turpitudinum molimina. Hujus regis teloniarii ſunt pauperum oppreſſores; tribuni, ſeductores; præfecti, judiciorum perverſores. Cubicularii ejus ſunt quæſtuum aduncatores, mercimonii trajectores, ærarii ſacerdotes, nummularii doctores, conductitii defenſores, linguæ ſubdolæ vel conſilii locatores, venales auxiliarii, bilingues cauſidici, concinnatores mendacii, fabricatores peccati, veſtiti mollibus, amicti diſcoloribus. In domo hujus regis ſunt, qui paludamentis talaribus pavimenta verrentes, capillis muliebribus ſe in feminas transfigurant, & dignitatem virilem non ſine naturæ injuria dehoneſtant. In hoc regno ſunt quicumque veritatem Dei commutant in mendacium; quicumque quaſi in taberna vitiorum præcones, venales animas impuriſſimis dæmonibus corrumpendas exponunt. Hic avaras manus cupidi muneribus complicant; hic genu flexo concupiſcentiæ ſuæ quiſque idolum colit, & propriæ libidinis adorat ſimulacrum.

Non hæc te Domine Jeſu gloria movet; non hujus mundi tu tenes imperium; non horum cupidine tu cadis aut proſterneris; non adoras malitiam, non peccato ſubjiceris : qui ſervis tuis dæmonia ſubdis, & omnem hujus mundi gloriationem deſtruis & confundis. Inſaniſſime ſatan, qua fronte, qua lingua auſus es dicere Salvatori; ut ante te, qui ſtat inflexibilis & immobilis, caderet? ut te damnatum, ipſe qui te damnaverat, adoraret? Quis auſus, quam impudens hæc fuit præſumptio? Quid deſperate ſperaſti? An filium Dei putabas poſſe tecum apoſtatam fieri? Si de mundo viſibili, id eſt, cælo & terra, & de his quæ in eo aguntur, te jactas habere dominium; nec cæli, nec terræ tu conditor; nec ſolem moves, nec curſum das ſideribus, nec per te volvitur firmamentum : nec vides aut intelligis Deum, nec ullum tibi eſt cum cæleſti militia conſortium, vel aliquam habes ad ſuperioris mundi claritatem acceſſum. Hujus inferioris mundi tua eſt ſcabies, tua languentia ſunt ulcera, hæc ſcalpis, hæc impurus ablingis. Si quid vitii eſt, ſi quid corruptelæ; tu cadaveribus aſſides, tu contrectas putredines, tu diſtemperas fæces, tu verſas fœtores : tu ſpiritus nequam, tu in piſtrino ſæculi hujus fermentator immundus, tu ſanctitatis corruptor, & ſimplicium perturbator, tu incendiator libidinum, & omnium turpitudinum adinventor : in his regnas, quos inquinas; & in his quos polluis, dominaris. Fornicatores & adulteri te habent ſuggeſtorem, te habebunt tortorem; te quoque cum illis ultricia incendia concremabunt.

Stultis vaniſque promiſſionibus nullus a corde Chriſtiano dari debet acceſſus, ſed primis titillationibus obviare debet abigens manu : nec foveri debet coluber, donec in draconem formetur. Mendax eſt diabolus, & his qui ſibi obtemperant, multa ſe daturum promittit. Malum hoc in univerſa Eccleſia vagatur, & communis peſtilentia innumerabiles occupat; ut pro gloria hujus mundi qui liberi erant, ſe vendant in ſervos, & per vitia ad ſervitia deputentur, & obligati pacto, chirographum ſubjectionis conſcribant diabolo. Per omne nefas voluptates emuntur; & per omne ſcelus copioſæ libidines exquiruntur. Judas ille proditor venditurus magiſtrum, prætaxatum pretium a principibus exegit ſacerdotum. Quid mihi, inquit, vultis dare; & ego eum vobis tradam? Uſque ad mortem Domini amor lucri ſe ingerit; nec vitæ Salvatoris, quæſtus deſiderium parcit.

Etiam in ſinu ſacerdotum ambitio dormit, ibi ſub umbra recubat, in ſecreto thalami ſe fraudulenter occultat. Simon Apoſtolorum temporibus venalem putans Spiritum ſanctum, Petrum donis aggreditur, & tentat emere poteſtatem, per quam plura lucretur. Hæc ſacrilegii forma per omnia officia graduſque diſcurrit, & nihil intentatum ambitio prætermittit. Nec dubitet quiſquam diaboli hæc eſſe negotia, & nundinatores ejus quicumque hæc exercent commercia; nec quidquam hujuſmodi ab eo, niſi præmiſſa apoſtaſia, donari. Nihil funeſtius comparatur quam execranda dulcedo libidinum & abominabilis gloria luxuum, per quæ immundus ſpiritus ab immundis & dyſcolis adoratur. Inverecunde tentator ambitioſos aggreditur, & conditione pernicioſa præmiſſa præmia talia pollicetur, ultra quæ extendi non poſſit cupiditas; regnorum ſcilicet omnium monarchiam & univerſitatis dominatum, ut in omnibus mundanis unus homo quaſi Deus habeat poteſtatem, & uni omnia ſubjecta ſint, & generale vectigal excellentiæ Principali cuncta perſolvant.

Quid ultra cupide quæris? quid amplius avare deſideras? numquid & ſic poteſt impleri ambitio tua, aut ſatiari poteſt fames tua, offa hujus mundi injecta dentibus tuis, & faucibus tuis univerſa rerum maſſa intruſa? Mundum habes, Deum non habes : quid enim facies? Mundus tranſibit; Deus autem idem ipſe eſt : tu vero qui cum Deo non ſtas, neceſſe eſt ut cum mundo pereunte diſſolvaris & cadas. Peremtoria ſunt hæc conſilia, quæ tibi talia pollicentur, in quibus te neceſſe eſt aut vomitu, aut ruptis interire viſceribus.

Sed & pretium quod petitur, ut diabolum adores proſtratus, & eum tibi Deum conſtituas, quem non dubitas ſeductorem, quid ſequetur præmonſtrat; quia ſi conſenſeris ut concedas, caſus tui te non potes excuſare improvidum; cum ipſe tibi caſum & ruinam prænominet, & præcipitium exigat, qui tanti ſe facit nundinatorem culminis, & tantæ tibi promittit faſtigia poteſtatis. Regnum igitur Chriſti non eſt de hoc mundo : regnum cælorum tibi Deus promittit, ipſum ſolum adora, ipſi ſoli memen-

to ut ſervias, qui repulſo tentatore, te quoque gloria & honore poſt victoriam coronabit, ſi in juſtitiæ rectitudine ſteteris, nec falſis promiſſionibus obtemperans, ad venerationem diaboli damnationis ejus factus particeps incurveris.

DE CŒNA DOMINI

ET PRIMA INSTITUTIONE

CONSUMMANTIS OMNIA SACRAMENTI.

Suscitati Lazari Hieroſolymis increbuerat rumor, & tam ſolenne miraculum ad venerationem Chriſti excitaverat populum: unde & ei civitatem ingredienti, cum ramis palmarum obviam proceſſerunt; ſedentemque ſuper aſinum reſonantibus laudibus introduxerunt in urbem, regem Iſrael confitentes, & acclamantes filium David in nomine Domini advenisse, cujus æternum imperium prophetarum vaticinia antiquitus conclamarant. Nec latebat Dominum, qui ſciebat omnia, quod in viæ illius confinio de torrente paſſionis erat bibiturus, & ex ea veneratione quæ impendebatur ei a plebe, inflammandam amplius invidiam magiſtratuum, & animos exacerbatos vehementiori inſania perturbandos, & conſpirationis malignæ non ultra poſſe occultari conſilia, nec differri amplius quæ de ejus interitu cogitarant. Sed volebat pius magiſter cum jam damnationis ſuæ dictaretur ſententia, & prope eſſet ut figeretur in cruce, ſuæ dare indicia poteſtatis, ut qui animam Lazari revocaverat ab inferis, & quatriduano mortuo reddiderat vitam, dignoſceretur virtute divina, non humana tantum opus patraſſe: & impoſſibile eſſe ſuam animam ab inferno teneri, qui alienam poteſtative extraxerat: nec ſe neceſſitate, ſed obedientia urgeri ad mortem; & vitam quam aliis reddebat, ad ſe quoque ubi juberet, illico redituram.

Finem igitur legalibus ceremoniis impoſiturus, parari ſibi voluit Paſcha, & ex conſuetudine legis ea quæri quæ ſolennitas exigebat, agnum aſſum, panes azymos, & lactucas agreſtes. Non oportet eſſe fermentarios novi Teſtamenti miniſtros: puras ſincerasque mentes ſanctum quærit convivium. In vera crucis boni odoris aſſatio omnem excoquat carnalium ſenſuum cruditatem, & induret ſolidetque mentis affectus: nec in Eccleſiæ ſanctæ ſacrificio ulla ſit macula, ſed pura ſimplicitas & innocentia vitæ, in una Eccleſiæ catholicæ domo a fidelibus de Ægypto egredientibus, tranſito mari rubro, lotis Chriſti ſanguine affectibus offeratur.

Cœna itaque diſpoſita inter ſacramentales epulas obviarunt ſibi inſtituta antiqua & nova: & conſumto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconſumtibilem cibum magiſter apponit diſcipulis. Nec jam ad elaborata impenſis & arte convivia populi invitantur; ſed immortalitatis alimonia datur, a communibus cibis differens, corporalis ſubſtantiæ retinens ſpeciem, ſed virtutis divinæ inviſibili efficientia probans adeſſe præſentiam. Significata olim a tempore Melchiſedech prodeunt ſacramenta, & filiis Abrahæ facientibus opera ejus ſummus Sacerdos panem profert & vinum: Hoc eſt, inquit, corpus meum. Manducaverant & biberant de eodem pane ſecundum formam viſibilem, ſed ante verba illa cibus ille communis, tantum nutriendo corpori commodus erat, & vitæ corporali ſubſidium miniſtrabat. Sed ex quo a Domino dictum eſt: Hoc facite in meam commemorationem, hæc eſt caro mea, & hic eſt ſanguis meus; quotieſcumque his verbis & hac fide actum eſt, panis iſte ſuperſubſtantialis & calix benedictione ſolenni ſacratus, ad totius hominis vitam ſalutemque proficit, ſimul medicamentum & holocauſtum ad ſanandas infirmitates & purgandas iniquitates exſiſtens.

Manifeſtata eſt etiam ſpiritalis & corporalis cibi ſubſtantia, aliud fuiſſe quod prius eſt appoſitum & conſumtum, aliud quod a magiſtro datum eſt & diſtributum. Quamdiu cibi illi qui ad diem feſtum erant parati a conveſcentibus Apoſtolis ſumebantur, veteris paſchæ agebatur memoria: necdum Judas ad veterem vitam pertinens, diabolo invadente & occupante animum ejus egredi cogebatur, ſed ubi ſacrum cibum mens perfida tetigit, & ſceleratum os panis ſanctificatus intravit, parricidialis animus vim tanti ſacramenti non ſuſtinens, quaſi palea de area exſufflatus eſt, & præceps cucurrit ad proditionem & pretium, ad deſperationem & laqueum.

Orta fuerat aliquando, ſicut in Evangelio Joannis legitur, de novitate verbi hujus quæſtio: & ad doctrinam myſterii hujus obſtupuerant auditores, cum diceret Dominus: Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quod quidam quia non credebant, nec poterant intelligere, abierunt retro: quia horrendum eis & nefarium videbatur veſci carne humana; exiſtimantes hoc eo modo dici, ut carnem ejus vel elixam, vel aſſam, ſectamque membratim edere docerentur, cum illius perſonæ caro ſi in fruſta partiretur, non omni humano generi poſſet ſufficere, qua ſemel conſumta, videretur interiſſe religio, cui nequaquam ulterius victima ſupereſſet.

Sed in cogitationibus hujuſmodi caro & ſanguis non prodeſt quidquam: quia ſicut ipſe magiſter expoſuit, verba hæc ſpiritus & vita ſunt: nec carnalis ſenſus ad intellectum tantæ profunditatis penetrat, niſi fides accedat. Panis eſt eſca, ſanguis vita, caro ſubſtantia, corpus Eccleſia. Corpus, propter membrorum in unum convenientiam; panis, propter nutrimenti congruentiam; ſanguis, propter vivificationis efficientiam; caro, propter aſſumtæ humanitatis proprietatem.

Hoc

Digitized by Google

Hoc ſacramentum aliquando corpus ſuum, aliquando carnem & ſanguinem; aliquando panem Chriſtus appellat, portionem vitæ æternæ; cujus ſecundum hæc viſibilia corporali communicavit naturæ. Panis iſte communis in carnem & ſanguinem mutatus, procurat vitam & incrementum corporibus: ideoque ex conſueto rerum effectu fidei noſtræ adjuta infirmitas, ſenſibili argumento edocta eſt viſibilibus ſacramentis ineſſe vitæ æternæ effectum, & non tam corporali, quam ſpiritali tranſitione Chriſto nos uniri. Ipſe enim & pania, & caro, & ſanguis, idem cibus & ſubſtantia, & vita factus eſt Eccleſiæ ſuæ; quam corpus ſuum appellat, dans ei participationem ſpiritus.

Accedit; hoc ſacramentum aliquando carnem & ſanguinem, aliquando panem, aliquando corpus ſuum Chriſtus appellat; panis dicitur propter nutrimentum vitæ, caro & ſanguis propter veritatem naturæ, corpus propter unitatem ſubſtantiæ. Corpus ſuum, ſe & Eccleſiam ſuam, cujus caput ipſe eſt, intelligi voluit, quam carnis & ſanguinis ſui communione univit. Et nos quidem cum caro eſſemus & ſanguis, corrupta & infirma corporis animæque natura, reformari non poteramus, neque ad ſimilitudinem Dei reverti, niſi morbo inveterato imponeretur malagma conveniens, & in curatione deſperatæ infirmitatis contraria removerentur contrariis, & ſimilia ſimilibus convenirent.

Panis iſte quem Dominus diſcipulia porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro: & ſicut in perſona Chriſti humanitaa videbatur, & latebat divinitas; ita ſacramento viſibili ineffabiliter divina ſe infudit eſſentia, ut eſſet religioni circa ſacramenta devotio, & ad veritatem cujua corpus & ſanguis ſacramenta ſunt, ſincerios pateret acceſſus, uſque ad participationem ſpiritus; non quod uſque ad conſubſtantialitatem Chriſti, ſed uſque ad ſocietatem germaniſſimam ejus hæc unitas perveniſſet. Solus quippe filius patri conſubſtantialis eſt, nec diviſibilis eſt, nec partibilis ſubſtantia Trinitatis: noſtra vero & ipſius conjunctio nec miſcet perſonaa, nec unit ſubſtantias; ſed affectus conſociat, & confœderat voluntates. Ita Eccleſia corpus Chriſti effecta obſequitur capiti ſuo; & ſuperius lumen in inferiora diffuſum, claritatis ſuæ plenitudine a fine uſque ad finem attingens, totum apud ſe manens, totum ſe omnibus commodat, & caloris illius identitas ita corpori aſſidet, ut a capite non recedat.

Panis itaque hic azymus, cibus verus & ſincerus, per ſpeciem & ſacramentum nos tactu ſanctificat, fide illuminat, veritate Chriſto conformat. Et ſicut panis communis quem quotidie edimus, vita eſt corporis: ita panis iſte ſuperſubſtantialis, vita eſt animæ & ſanitas mentia. Omnino nos a tantarum rerum intellectu carnalis ſenſus repellit, & ſicut ipſe Dominus dicit, in tantorum myſteriorum intuitu caro & ſanguis non prodeſt quidquam; quia verba hæc ſpiritus & vita ſunt, & a ſolis ſpiritualibus virtua hæc magnifica judicatur.

Ille qui a nemine judicatur, cujus vita vel conſcientia Deo cognita, humana judicia non formidat, de tantorum poteſt ſecretorum profunditatibus judicare; & cum ſeipſum corpua Chriſti cognoverit, vivifico cibo libenter ſe reficit, ſciens corpori & animæ ſuæ, ex ſacramento & re ſacramenti indiſſolubilem æternitatem donari: quia & ad hoc verbum caro factum eſt, ut nos qui ſecundum carnem Deo placere non poteramus, ſocietate verbi deterſa ſaliva infantiæ, & carnalis petulantiæ ſputamentis, audiremus per verbum, & revelaretur nobis per ſpiritum cognitio veritatis, & hujus cibi munere erogato, gauderemus nos ad cæleſtem menſam admiſſos, ſuperno intereſſe convivio. Panem angelorum ſub ſacramento manducamus in terris, eumdem ſine ſacramento manifeſtius edemus in cælis; non miniſterio corporali, ſæpe repetitis actionibus ad eumdem revertentea, ſed conſummato ſacerdotio noſtro, erit & permanebit perpetua & ſtabilis, implens & reficiens nos ſufficientia, qua proferet ſe palam abſque ullis integumentis, omnibus conſpicabilis, ſummi præſentia ſacerdotis.

Nunc interim corporalia beneficia ſic ad corporis ſufficiunt nutrimentum, ut alimentum animæ non excludant: immo ſacramentorum inſtitutio nullum ſecum veheret commodum, ſi ſpiritualia non adeſſent. Cumque utrumque neceſſarium ſit, res tamen ſacramenti differentiorem obtinet locum, & perfectiorem habet effectum. Sacramenta quidem, quantum in ſe eſt, ſine propria eſſe virtute non poſſunt; nec ullo modo divina ſe abſentat majeſtas myſteriis: ſed quamvis ab indignis ſe ſumi vel contingi ſacramenta permittant; non poſſunt tamen ſpiritus eſſe participes, quorum infidelitas vel indignitas tantæ ſanctitudini contradicit. Ideoque aliis ſunt hæc munera odor vitæ in vitam, aliis odor mortia in mortem: quia omnino juſtum eſt, ut tanto priventur beneficio gratiæ contemtores, nec in indignis tantæ gratiæ puritas ſibi faciat manſionem.

Nova eſt hujus ſacramenti doctrina, & ſcholæ Evangelicæ hoc primum magiſterium protulerunt, & doctore Chriſto primum hæc mundo innotuit diſciplina, ut biberent ſanguinem Chriſtiani, cujus eſum legis antiquæ auctoritas diſtrictiſſime interdicit. Lex quippe eſum ſanguinis prohibet, Evangelium præcipit ut bibatur: in quibus mandatis hoc maxime diſcernere debet Chriſtiana religio, quod ſanguia animalium a ſanguine Chriſti per omnia differens, temporalis tantum habeat vivificationis effectum, & vita eorum finem habeat, & ſine ulla revocatione terminum conſtitutum. Ideoque ad obtinendam æternitatem non poteſt proficere, quod ſemel obrutum non ſurgit ulterius, nec aliqua ei ſupereſt virtus, quod ſine ulla ſpe præciſis radicibus mors penitus exſiccavit. Vita vero hominis licet aliquam habeat affinitatem cum ſanguine, non tamen ſolo ſanguine regitur: ſed anima ſanguini dat caloris & nutrimenti effectum, ſicut & ceteris quæ in corpore ſunt, propria diſtribuit officia, & dividit motus, & quaſi talenta partitur. Nec oportuit ut ſanguini humano ſanguis pecudum miſceretur; quia vita rationalis hominis, vitæ beſtiali conſociari non habet: ſed omnino a fidelium animis, quaſi ſanguis impurus, detergenda eſt hæc carnalis opinio, ne putetur vita hominis eo modo tranſitoria, quo vita pecudum inaneſcit; vel quod ſanguis conſub-

ſtantialis ſit animæ, & neceſſe ſit utrumque ſuperveniente ſuffocatione diſſolvi.

Carne quidem animalibus ſimiles ſumus, ſed vita diſſimiles: ideoque quod commune cum eis habemus, nobis incorporare licenter poſſumus: quod vero dignitati noſtræ non convenit, & ab æternitate alienum videtur, a nobis ſubtiliſſimn legis indicio ſeparamus. Bibimus autem de ſanguine Chriſtn ipſo jubente, vitæ æternæ cum ipſn & per ipſum participes; animalis vitæ peccata, quaſi ſanguinem impurum horrentes, & fatentes nos per peccati guſtum a beatitudine privatos & damnatos, niſi nos Chriſti clementia ad ſocietatem vitæ æternæ ſuo ſanguine reduxiſſet. Nobis itaque pro quibus ſanguis Chriſti oblatus eſt in cruce, & qnos reconciliavit Deo, omnes excedens victimas hoc ſacrificium ſingulare, ipſe Chriſtus pincerna porrexit hoc poculum, & docuit; ut non tantum exterius hoc ſanguine liniremur, ſed & interius aſperſione omnipotenti anima muniremur, & penetrans omnia tanti medicamenti virtus, quidquid eſſet intus ibi durum effugaret, & renuvaret, ſanaretque quidquid morbi carni vel ſpiritui veteris vitæ adliniverat corruptela. Dixerat ſane hujus traditionis magiſter, quod niſi manducaremus ejus carnem, & biberemus ejus ſangninem, non haberemus vitam in nobis; ſpiritali nos inſtruens documento, & aperiens ad rem adeo abditam intellectum, ut ſciremus quod manſio noſtra in ipſo ſit manducatio, & potus quaſi quædam incorporatio, ſubjectis obſequiis, voluntatibus junctis, affectibus nnitis.

Eſus igitur carnis hujus quædam aviditas eſt, & quoddam deſiderium manendi in ipſo, per quod ſic imprimimus & eliquamus in nnbis dulcedinem caritatis, nt hæreat palato noſtro & viſceribus ſapor dilectionis infuſus, penetrans & imbuens omnes animæ corporiſque receſſus. Potus & eſus ad eamdem pertinent rationem; quibus ſicut corporea nutritur ſubſtantia & vivit, & incolumis perſeverat, ita vita ſpiritus hoc proprio alimento nntritur: & quod eſt eſca carni, hoc animæ eſt fides: quod cibus corpori, hoc verbum ſpiritui; excellentiori virtute peragens æternaliter, quod agunt alimenta carnalia temporaliter & finaliter.

Celebrantes ſacramenta commonemur, quaſi ungulam findens & ruminans pecus, revocare ad fauces, & minutatim commolere Dominicæ inſtitutionis exemplum, ut ſemper paſſin Chriſti ſit in memoria; nec terreant crucifixi heredes mortis ſupplicia, ſed paſcant & reficiant maturatæ reſurrectionis lætabunda ſnlennia. Quam præclarus eſt calix iſte, quam religinſa eſt hujus potus ebrietas, per quam excedimus Deo, & quæ retro ſunt nbliti ad anteriora extendimur, non habentes ſenſum hujus mundi, ſed divitis purpnrati delicias contemnentes, cruci hæremus, ſanguinem ſugimus, & intra ipſa redemptoris noſtri vulnera figimus lingnam: quo interius exteriuſque rubricati, a ſapientibus hujus ſæculi judicamur amentes, qui religionis hujus abhorrentes mandatum, uſque hodie retro abeunt; & a ſecretis divinis nmnium intra ſe myſteriorum continentibus ſummam diffugiunt, & recedunt.

Qui manducat ex hoc pane, ultra non eſurit; qui bibit, ultra non ſitit: quoniam myſterii hujus ſic ſufficit gratia, ſic reficit intelligentia, ut cuicumque tantæ rei innotuerit plenitudo, omnis conſummationis fine invento Chriſti bajulus ipſum ferat in pectore, ipſum gerat in mente, & omni tempore habitatori ſuo dicta & facta jubilatione conſona laudes reſonent & gratiarum actinnes decantent. Hæc ebrietas non accendit, ſed exſtinguit peccatum: in hoc vino non eſt luxuria, nec mnvetur ad ludnm poſt hunc potum laſcivia. Cum ſopivit oblivio cuncta carnis ludibria: mira ſunt quæ ſentit, magna quæ videt, inandita quæ loquitur; quem agnus iſte Paſchalis inhabitat, cujus animam meri hujus fortitudo hilaritate inexplicabili lætificat & delectat. Inter Dominicæ menſæ convivas animalis homo non admittitur; quidquid caro & ſanguis dictat, ab hoc cœtu excluditur. Nihil ſapit, nihil prodeſt quidquid humani ſenſus mnlitur ſubtilitas. Omne quidquid a ſuis ratinnibus devium videtur, ſapientes hujus ſæculi ad dementiam referunt, & a veritate reputant alienum. Sed veritas ab erroneis hominibus comprehendi non potuit; & cum in ſole vellet figere oculos, vim luminis non ferens, cæcata eſt, non illuminata humana præſumtio, & aſpectui ejus lippitudo inhæſit.

Vident hæc ſacramenta pauperes ſpiritu, & hoc uno contenti ferculn, nmnes mundi hujus delicias aſpernantur: & poſſidentes Chriſtum, aliquam hujus mundi poſſidere ſupellectilem dedignantur. Eſurientes & ſitientes juſtitiam cum ſaturati fuerint, vide quid agant, intellige quæ loquantur, quam ſancti odoris ſit quidquid illa eructat plenitudo; verbum bonnm, mores compoſitos, affectus pudicos, ſenſus pacificos, illa interior ſinceritas ubique diffundit; ita ut poſt odoramenta iſta gratiæ hujus comparticipes diſcurrant, & mutuis ſe ad invicem affectibus complectantur, & quibus unus eſt panis, unum eſt corpus, & omnium unum cor, & anima una, uni Chriſto adhærens, cetera omnia quaſi fermentata reſpuens, in unius azymi ſinceritate lætatur.

Perpes eſt hoc ſacrificium & ſemper permanens hnlocauſtum: nulla panem hunc multitudo cnnſumit, nulla antiquitate veteraſcit. Una eſt domus Eccleſiæ, in qua agnus editur, nullus ei communicat, quem Iſraelitici nominis generoſitas non commendar. Hujns panis figura fuit manna quod in deſerto pluit, ſic ubi ad verum panem in terra promiſſionis ventum eſt, cibus ille defecit. Per ſingula ſabbata panes propoſitionis jam frigidi & duri mutari conſueverant, & calidi panes ejnſdem numeri in menſa proponi. Jam nulla fit panis mutatio, unus eſt panis caloris continni, ſtatus integri, qui ſemel oblatus Deo in ſapore dulciſſimo, & candore puriſſimo perſeverat. Nec ſolos ſacerdotes ad panis hujus dignitatis Leviticæ prærogativa admittit: univerſa Eccleſia ad has epulas invitatur. Æqua omnibus portio datur, integer erogatur, diſtributus non demembratur: incorporatur, non injuriatur; recipitur, non includitur; cum infirmis habitans non infirmatur, nec pauperum miniſterio indignatur: fides pura, mens ſincera hunc habitatorem delectat, neque immenſi & omnipotentis Dei magnitudinem pauperculæ domus noſtræ anguſtia offen-

Digitized by Google

offendit vel artar. Panis iſte angelorum omne delectamentum habens virtute mirifica, omnibus qui digne & devote ſumunt, ſecundum ſuum deſiderium ſapit; & amplius quam manna illud eremi implet & ſatiat edentium appetitus, & omnia carnalium ſaporum irritamenta, & omnium exſuperat dulcedinum voluptates.

Vide quomodo his qui Chriſti commemorant paſſionem intra ſacra officia, quaſi per quoſdam canales de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & ſuper omnes delicias lacrimis nectareis anima delectetur; quantam ſuavitatem animæ inquirenti ubi ſit Deus ſuus, ſuſpiria contemplationis eliciant. Non illos imbres procelloſæ tempeſtatis deponunt, ros matutinus eſt de cæleſtibus ſtillans, & quaſi unctio Spiritus mentem deliniens. Gemitus illos pietas excitat, & inter diem & noctem retro & ante ſe affectio intuens, & inter data & condonata ſe dividens, gratias agit tam uberis beneficii largitori; & ſe ſanatam & ſanctificatam agnoſcens, fletibus ſe abluit, & lacrimis ſe baptizat.

Verum hi qui verbo tenus corde ſicci & mente aridi ſacris interſunt, vel etiam participant donis; lambunt quidem petram, ſed inde nec mel ſugunt, nec oleum: qui nec aliqua caritatis dulcedine, nec Spiritus ſancti pinguedine vegetantur, nec ſe judicant, nec ſacramenta dijudicant: ſed ſicut cibis communibus irreverenter ſacris utuntur muneribus, & Dominicæ menſæ in veſte lutulenta ſe ingerunt impudenter, quibus melius erat mola aſinaria collo alligata mergi in pelagus, quam illota conſcientia de manu Domini buccellam accipere; qui uſque hodie hoc veraciſſimum & ſanctiſſimum corpus ſuum creat, & ſanctificat, & benedicit, & pie ſumentibus dividit. In hujus præſentia non ſupervacuæ mendicant lacrimæ veniam, nec umquam patitur contriti cordis holocauſtum repulſam.

Quotiens te in conſpectu Domini video ſuſpirantem, Spiritum ſanctum non dubito aſpirantem: cum intueor flentem, ſentio ignoſcentem. Tu ſi templum Spiritus ſancti violas, ſi intra te ſacrarium Dei deturpas & fœdas, ſi cum calice Chriſti de calice dæmoniorum communicas, contumelia eſt, non religio; injuria, non devotio. Idolorum ſervitus & horrenda abominatio, velle ſimul Baal famulari & Chriſto. Abi retro cum ſaccellis tuis qui lucris inhias, & mercedes ſectaris; qui opulentus in Sion quotidie crapularis, qui in lectis eburneis recubas, & in ſtratis ſegmentatis laſcivis, qui veſtitis mollibus, & in terra ſuaviter viventium converſaris, cujus manus plenæ ſunt ſanguine; cujus lumbi diſcincti ſunt, & ſine baltei diſcurris ligamine. Non eſt tibi pars in ſermone iſto: quia quod Dei eſt, auſers Deo, & imaginem Dei conſecras idolo.

Pauperea quidem ſpiritu ad hoc myſterium eligit & diligit Spiritus ſanctus, & eorum qui pompatice & glorioſe ſacris ſe altaribus ingerunt, obſequia deteſtatur. Ozias licet rex ob præſumtionem lepra percuſſus, a ſanctuarii ingreſſu repellitur, & ejus oblatio quaſi ſordida refutatur. Incenſi odor de immundorum manibus reputatus eſt pro fœtore, & iram non gratiam præſumtio meruit: quia contra fas rem uſurpans illicitam, temerarie in ſancta conſcendit. Sed & propter malignantium inſolentiam altare ſuum Deus repellit, & ſanctificationibus maledicit, odit ſabbata, abominatur ſolennia, odoramenta fœtent, diſplicent holocauſta. In his omnibus laborare ſe dicit Deus, nec eſſe voluntatem ſuam in miniſtris impuris, indignatione diſtricta teſtatur. Sed hierarcha pius quem Spiritus ſanctus compungit, excitat, inhabitat, & ſanctificat, elevatione manuum crucis myſterium repræſentans, confidenter orat pro ſua & populi ignorantia; recolens pudibundi & contriti animi confeſſione, quod aliquando prævalente adverſum ſe peccato fuerit derelictus, juxta illud quod David plorans ait: Avertiſti faciem tuam a me, & factus ſum conturbatus. Et Dominus per Iſaiam: Ad tempus in modico derelinquam te. Verecundatur fateri, & tamen fatetur juventutis delicta.

Sed accuſatrici conſcientiæ neceſſe eſt coram judice reſpondere; nec poteſt ibi eſſe ullum diffugium, ubi ipſa teſtis eſt quæ accuſat, & nihil ei poteſt eſſe occultum qui judicat. Sed ubi cum judice agit qui judicatur, & ipſe in partem accuſatoris tranſiens, etiam in ſua proſcriptione ſententiam approbat condemnantis, experitur clementiam Salvatoris, & lætabundus canit: Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem. Et iterum per Iſaiam audit: In miſerationibus magnis congregabo te. Sed & in eodem articulo temporis cum jam anima feſtinet ad exitum, & egrediens ad labia exſpirantis emerſerit, pœnitentiam clementiſſimi Dei benignitas non aſpernatur, nec ſerum eſt quod verum, nec irremiſſibile quod voluntarium: & quæcumque neceſſitas cogat ad pœnitudinem; nec quantitas criminis, nec brevitas temporis, nec horæ extremitas, nec vitæ enormitas (ſi vera contritio, ſi pura fuerit voluptatum mutatio) excludit a venia: ſed in amplitudine ſinus ſui mater caritatis prodigos ſuſcipit revertentes, & velit nolit Novatus hæreticus, omni tempore Dei gratia recipit pœnitentes.

Ipſe Dominus noſter derelictorum perſonam gerens in cruce, ſe queritur derelictum: & ne deſperarent etiam in ultimis conſtituti, feſtinans in adjutorium illico adeſt, & re in arto poſita non differt beneficium, ſed repente indulgentiæ celeris documentum ejuſdem ſtatuit & exemplum, latroni inquiens: Hodie mecum eris in paradiſo. Latrocinium damnationem meruerat & ſupplicium, ſed cor contritum pœnam mutavit in martyrium, & ſanguinem in baptiſmum. In momento impietas religionem, crudelitas induit pietatem; & ſtatim conſummatus civis ſanctorum & domeſticus Dei, præmiſſus eſt in regnum: reconciliationis humanæ privilegium ſecum ferens ad ſuperos; quod Deo patri tantæ legationis fungens honore, in ſeipſo ſcripturæ hujus experimentum continens, libero & ſecuro aditu penetrans, præſentavit.

Quid tu Domine amplius Stephano contuliſti? quid amplius ille obtinuit dilectus tuus, qui ſupra pectus tuum in cœna recubuit? quid amplius Pauli meruere ſudores? quid labores ſanctorum? quid tot annorum tormenta? quid martyrum plagæ? Una hora huic collatum eſt præmium, ad quod illi per tot diſcrimina perve-

Digitized by Google

venerunt. Sic tu Domine armentarios ſtatim ſacis prophetas, opiliones reges, teloniarios apoſtolos, piſcatores doctores. Neque ab his quos ſanas, lente languor abſcedit, ſed illico quem reſtituis, ex integro convaleſcit: quia conſnmmatum eſt quod ſacis, & perſectum quod largiris. Hanc Dei gratiam recolens, qui de ſacro calice bibit, amplius ſitit: & ad Deum vivum erigens deſiderium, ita ſingulari fame illo nno appetitu tenetur, ut deinceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis ſapor delectamentorum catnalinm ſit ei quaſi rancidum, radenſque palatum acutæ mordacitatis acetum. Ad hæc inter ſacra myſteria ad gratiarum actiones convertitur, & inelinato capite, munditia cordis adepta, ſe intelligena conſummatum, reſtitutus peccator ſanctificatam Deo animam quaſi depoſitum cuſtoditum fideliter reddit, & deinceps cum Paulo gloriatur & lætatur dicens: Vivo jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Hæc in Chriſti eommemoratione retractantnr a fidelibus, & deſæcatis animis carnis ejus edulium non eſt horrori, ſed honori; potuqne ſancti & ſanctificantis ſanguinis ſpiritus delectatnr.

Hæc quoties agimus, non dentes ad mordendum acuimus, ſed fide ſincera panem ſanctum ſrangimus & partimur; dum quod divinum, & quod humanum eſt, diſtinguimus & ſepatamus; itemque ſimul ſeparata jungentes, unum Deum & hominem ſatemur. Sed & nos ipſi corpus ejus effecti, ſacramento & re ſacramenti capiti noſtro connectimur & unimur ſinguli alter alterius membra, miniſterinm dilectionis pro invicem exhibentes, communicamus caritate, participamus ſollicitudine, eumdem cibum manducantes & eumdem potum bibentes qui de petra ſpiritali profluit & emanat, qui eibus & potus eſt Dominus noſter Jeſus-Chriſtus.

DE ABLUTIONE PEDUM.

JAM Sacramenta corporis ſui Apoſtolis Dominus diſtribuerat, jam exierat Judas; cum repente de menſa ſurgens, linteo ſe præcinxit, & ad genua Petri, lavaturus pedes ejus, ipſe genibus flexis Dominus ſervo conſummatæ humilieatis obtulit ſamulatum. Et ne quid conſummationi doctrinæ deeſſet, inter fixa & immobilia præcepta, & ea qnæ moveri poſſunt & repeti, diſtinctionem poſuit; ut ceteris immutabiliter ſemel ſtatutis, ultima lavaeri ſpecies quotidianis expiationibus commodata, commendaretur fidelibus: & ſicut lex per ſingulas offenſiones propria ſacrificia requirebat, unum figeretur fidei Chriſtianæ remedium; ad quod curreret, quoties ſe cognoſceret offendiſſe. Quod qnidem Petro nondum ſuerat revalatum; quippe qui hujus traditionis nondum audierat diſciplinam.

Docetur ergo quæ ſit baptiſmi & aliorum ſacramentorum ſtabilitas, & quantum ad expiationem proficiat humilia pietas & pia humilitas; & quomodo omni tempore proſequenda & repetenda ſit ablutio pedum, per qnam recte cognitam & intellectam, adhærentes animæ ſordes quotidiana ſatisfactione lavantur. Nam baptiſmum repeti, Eccleſiaſticæ prohibent regulæ: & ſamel ſanctificatis nulla deinceps manus iterum conſacrans præſumit accedere. Nemo ſacros ordines ſemel datos iterum renovat; nemo ſacro oleo lita iterum linit aut conſecrat, nemo impoſitioni manuum vel miniſterio derogat ſacerdotum: quia contumelia eſſet Spiritus ſancti, ſi evacuari poſſet quod ille ſanctificat, val aliena ſanctificatio emandaret, quod illa ſemel ſtatuit & confirmat. Ipſe ſummus ſacerdos ſui eſt ſacramenti inſtitntor & auctor, in ceteris homines Spiritum ſanctum habuere doctorem; & ſicut par aſt Spiritui ſancto & Chriſto divinitas, ita in ſuis inſtitutis æqua eſt auctoritas & poteſtas: nec minus ratum aſt quod dictante Spiritu ſancto Apoſtoli tradiderunt, quam quod ipſa tradidit, & in ſui commemorationem fieri præcepit. Manet ſingulis propria dignitas, & uniſormis In ſuo genere ſtat actio omnium; nihil addi, nihil ſubtrahi, nihil poteſt corrigi vel mutari.

Ornata & honorata eſt Eccleſia quaſi paradiſus, in amplitudinis ſuæ umbilico ſontem continens gratiæ ſingularis, flumina ereans in vitam æternam ſalientia, vivam habens originem & decurſum perennem. Hinc egredientia quatuor Evangelii flumina per univerſum mundum ſecum regenerationis evehunt lavacrum; & de abdito & ſecretiſſimo Spiritus ſancti mnnere hujus gratiæ liqnor emanat, ſic lavans quos parentalis labes inſecerat, ut nec actualis, nec originalia macula aliqua ſui poſt ablutionem illam veſtigia derelinquat. Præteritis lotis, vita deinceps arbitrio eſt proprio deducenda; ita tamen ut actnalibus aliquando recrudeſcentibus jam non imputentur originalia, nec propter illa damnationi obnoxius ſit, cui ſemel illa ſunt in baptiſmo indulta. In originalibus enim corruptio naturæ abjici & exterminari meruerat; ſed quia non erat voluntas in culpa, providit Deus generali damnationi remedium, & ſuæ ſententiam juſtitiæ temperavit, hereditarinm onus a ſobole removens, & miſericorditer ablutione & unctione medicinali corruptionis primitivæ ſermentum expurgans. Sed in eos qni poſt indulgentiæ hujus gratiam volnntarii per peccata evagati ſunt; qui proprio abutuntur arbitrio, & voluntate non neceſſitate ducuntur; indignatio & ira non immerito redit: nec in morte Chriſti aliquis eis ſupereſt quæſtus, ſed juſtiſſime eos beneficia contemta condemnant.

Nunc contemtum ſuum non ſtatim ulciſcitur Deus, nec per ſingulas offenſas judicantis ira diſcurrit, nec obſtruxit ſonti miſericordiæ ſuæ oſtia meatnſque multiplices; ſed obviat ſugientibus, & cogit regredi deſperatos, oſtendens eis pœnitentiæ viam, qua nulla latior invenitur: & reverſis dat ut iterum eis poſſint ſacramenta injuriata prodeſſe, quorum ſi pœnitentia non ſubeſſet, nullo modo deinceps experiri

periri

periri poſſent effectum. Propter hoc, benigniſſime Domine, pedes lavas diſcipulis : quia poſt baptiſmum quem ſui reverentia non patitur iterari, aliud lavacrum procuraſti, quod numquam debeat intermitti : tamen ipſe quod doces facis, ut quanti quæſtus hoc opus ſit, ex tua bonitate diſcamus, & inclinata ad pedes noſtros altitudine tua, ſtans adverſus proximum, & erigens ſe contra Deum confundatur ſuperbia hominum, & ad humilitatem Dei noverit de ſe humilia ſapere lutum.

Pavent diſcipuli, nec audent obloqni, & quaſi ecſtaſis teneat eos, vel mens alias rapta peregrinetur, nec magiſtro reſiſtere ; neque quid hoc ſit, vel cur fiat inquirunt. Solus Petrus ſciens quia perhibuerat ei teſtimonium quod filius Dei vivi eſſet, & quia verba vitæ æternæ haberet, judicans apud ſe indignum & inconveniens, ſanctum ſanctorum flectere genua ad pedes peccatorum : Neutiqusm, inqnit, tu mihi pedes ablues, & hujus humilitatis ſuſtinere obſequium, non eſt noſtrum, qui adorare debemus in loco ubi ſtant pedes tui, & ſatis eſt nobis quod ſicut catuli de menſæ tuæ reliquiis manducamus. Hoc in muliere peccatrice aliquando paſſus es, nec dedignatus es in menſa ſolemni multis conveſcentibus infamis perſonæ ſuſcipere ſamulatum ; cujus devotio uſa eſt ibi capillis pro linteo, oculis pro catino, lacrimis pro baptiſmo, tetigit, lavit, & unxit unguento. Mactata intrinſecus anima proprium in ſancta ſanguinem intulit ; ſingula ſuum præbuere miniſterium, cor contritum erupit in lacrimas, fides lavit, caritas unxit. Hæc multa in conſpectu tuo congerens holocauſta, de ſonte cordis fletus hauſit quos protulit : de pœnitentiæ pyxida unguenta quæ obtulit, caputque pro ſuppedaneo ſtravit, crinibus circumſuſis pedes ſacros involvit & terſit. Nihil ſibi de ſe retinens, totam ſe tibi devovit : & tu affectum potius quam factum attendens, ungebas ungentem, abluebas lavantem, tergebas intrinſecus pœnitentem. Superbo oculo Simon leproſus hanc clementiæ tuæ diligentiam non poterat intueri, ſed moleſte ferebat quod tangi ſe ab hnjuſmodi perſona Dominus ſuſtinebat. Qui ſi lepræ ſuæ te attenderet mundatorem, non dedignaretur ſi de plenitudine gratiæ tuæ alii accipiunt, ſi lavas immundos, ſi juſtificas impios, ſi revocas exſules & abjectos.

Honor tuus Deus judicium diligit, & æquum eſt ut omnis terra adoret te, & in nomine tuo omne genu flectatur : varum quod tu ante figmentum tuum curvaris, quod ſervis pedes abluis ; non competit majeſtati. Habebat in excuſatione ſua zelum Dei Petrus, ſed non ſecundum ſcientiam : & tolerabile aliquo modo videretur quod humilitas ſnggerebat, ſi non obſtinatio reſiſtere præceptori niteretur. Non lavabis, inquit, mihi pedes in æternum. Ego, ſi oportuerit me mori tecum, paratus ſum. Hoc enim debeo, hoc amplector. Pro te libenter cervicem porrigo percuſſori, ſed Deum meum & Dominum meum ad pedes meos proſtratum non patior, non audeo ſuſtinere.

Simili modo & Joannes venienti Domino ad baptiſmum tentavit reſiſtere, ſed manſuetius increpatus, illico obedivit : & quia ſuper hoc etiam reſponſum acceperat, licet territus acquievit. Sed differentiam cauſæ hujus Petrus intelligens, lavare magiſtrum & obſequi ei tolerabile judicabat. Lavari autem ab eo, & tantam humilitatis ejus pati dejectionem, ita videbatur indignum, ut omnino cogi non poſſet, niſi interminatio periculoſiſſima coartaret. Ait ei Dominus : Niſi lavero te, non habebis partem mecum. Paulatim myſterii hujus declaratur neceſſitas, quam conditio propoſita inevitabilem reddit : & ſi cum Chriſto aliter partem habere non poſſumus, niſi ipſe pedes noſtros abluat, quandoquidem ſic artatur conſenſus, lavet & tergat, & ſacramenti hujus nobis virtutem exponat.

Supra diximus ſemel lotos baptiſmate, eodem lavacro ulterius non egere : ſed hoc lavacrum quotidianis eſt exceſſibus inſtitutum, & jugis retractatio uſque ad noviſſima veniens, omnia debet opera & cogitatus ſingulos perſcrutari ; & affectus per vitia diſcurrentes, vagam inſtabilemque animam per inania evehentes corrigere & lavare ; nec quidquam in vita prætermittere indiſcuſſum, quod gemitibus & ſuſpiriis non fuerit expiatum. Hoc cum Dominus ſuos uſque in finem diſcipulos dilexiſſet ; in fine ſtatuit & dixit neminem poſſe habere perfectam ablutionem, niſi hac ſollicitudine muniatur. Mandatum igitur ſimul & exemplum complexus eſt, ut hoc exemplo inſtructi, non dedignarentur in alterutrum agere, quod actnm eſt a magiſtro, & mandato poſteris religionis auctoritas firmaretur. Unde & ſubjungit : Si ego Dominus & magiſter lavi veſtros pedes, & vos debetis alter alterius lavare pedes. Nnn erubeſcat ſervus, ſi facere jubetur quod prius fecit Dominus : nec difficile nobis eſſe debet, ſi ſicut ille nobis donavit, & nos invicem condonemus : quia alter alterius onera comportantes ſic legem Chriſti implemus.

Quoties igitur cohortamnr puſillanimes, & his qui Pharaoni in luto & latere famulati ſunt perſuademus, ut exeant de Ægypto ; quoties cum infirmis infirmamur, & cum his qui ſcandalum ferunt urimur ; quoties cum afflictis gemimus ; toties inhærens lutum peccatorum qua poſſumus ſollicitudina lavamus ; non quod noſtra ablutio ex nobis ſufficiat, niſi ad lavandum omni tempore nos pius magiſter accedat. In hoc ſe periculo fluctuantem laborans anima in Canticis canticorum conqueritur : Lavi, inquit, pedes meos, quomodo Inquinabo illos? Quod ablutum eſt, timet iterum inquinare : ſed in via lutulenta vix aliquid ſolidum ubi pedem figat invenit : & in quibus ſæpe provoluta eſt, paludum inquinamenta formidat.

Clementiſſime magiſter, quoties ego doctrinæ tuæ trangreſſus ſum regulas, quoties edicta tua Domine ſancte contemſi : & cum diceres mihi, revertere, non ſum reverſus ; cum minareris, non timui ; cum bonus eſſes & lenis, exaſperans fui ; ultra ſaptuagies ſepties in cælum & coram te peccavi ; quis tot ſordes abluet? quis abradet ſtercora conglobata? Quidquid dicat Petrus, neceſſe eſt ut ipſa nos abluas : neque enim lavare nos poſſumus, ſed in omnibus quæ agimus indulgentiæ tuæ lavacro indigemus. Ad menſæ tuæ participationem Judas proditor eſt admiſſus ;

ſed

ſed ab hoc lavacro ſalutari excluſus, lavari in fine non potuit, quia Apoſtolatus ſui honorem deteſtabili cupiditate fœdavit. Quia vero apud te fons vitæ eſt, & miſerationnm quæ a ſæculo ſunt profunditas infinita: quos abluiſti baptiſmo, quos laviſti ſanguine tno, quos ſemper lavas quotidiana peccata donando, transfer a paludibus ſæculi hujus, & luto vitæ præſentis ad purgatiſſimum gloriæ tuæ regnum, nbi nec ſcabies ulla, nec lippitudo, ubi nemo fluxum ſanguinis patiens, nemo immnndns, ubi nullo amplius opus eſt lavacro, configurato corpori claritatis tuæ corpore noſtro; ſecundnm promiſſa tua, neceſſe eſt ut impleas, & qui incœpiſti in nobis opns bonnm, perficias ſolideſqne per te Chriſtum Dominum noſtrum.

DE UNCTIONE CHRISMATIS
ET ALIIS SACRAMENTIS.

DIES iſta multiplicibus myſteriis honoratur. Hae die primum commendata eſt nobis fractio panis, & menſa Eccleſiæ panem Angelorum hominibus propoſuit ad manducandum. Hodie Chriſtus pedes lavit Apoſtolis, & hoc ſolemni devotione omni tempore agendum inſtituit. Hodie in Eccleſia cum ceteris unctionibus ad populum acquiſitionis ſanctificandum, in participationem dignitatis & nominis, ſacrum chriſma conficitur, in quo mixtum oleo balſamum, regiæ & ſacerdotalis gloriæ exprimit unitatem, quibus dignitatibus initiandis divinitus eſt unctio inſtituta. Hodie reconciliantur Eccleſiæ peccatores; & ejecti foras ad matris ubera reducuntur, & excluſi a cœtu ſanctorum, ad commnnionem qua caruerant revertuntur. Hodie patent carceres, & damnati libertate donantur. Severitate depoſita hodie judices manſueſcunt, & undique conjugata pietatis negotia, quaſi abortivas traditiones antiquas ſepeliunt, & Chriſtianæ religionis parturiunt novitatem. Mortuus quippe eſt Moyſes, & veteris litteræ putruerunt ænigmata: a facie novi olei deſiccatæ ſunt unctiones antiquæ, tota veteris inſtrumenti incompacta eſt ſtrues, tabernaculum demolitum, arca ab allophylis capta, totus templi decor ad Aſſyrios eſt translatus. Neque enim decebat ut Chriſtiana religio ornamentis viſibilibus occupata, in manuſactis delectaretur: ſed ipſa tabernaculi conſumtio, & templi ruina, & ſancta in rapinam expoſita, excellentioris gloriæ intimarent ſtabilitatem; & manentia in perpetuum ſacramenta cultores ſuos ad intuitum inviſibilium informarent, & abſtractum a corporalibus deſiderium noſtrum, cæleſtis templi concupiſceret & ambiret decorem; cujus nec antiquatur, nec ſeneſcit religio, in quo lucerna inexſtinguibilis ſine fine coruſcat: ubi ſanguis animalium non infertur in ſancta, nec ſunt hereditariæ ſucceſſiones Pontificum, vel uni Leviticæ tribui miniſteria aſſignata: ſed de omni tribu, & gente & lingua, quos dignos & idoneos divina probat electio, ſecundum vitæ, non generis meritum ſtatuit ſacerdotes, quibus calicem ſanguinis ſui inexhauſtæ plenitudinis abundantia ſemper refertum, conſervandum tradidit & erogandum, cujus aſperſione & communione intus & extra corda & corpora mundarentur. Hodie, ut diximus, ungnentum ad ſanctificationem paratur, cujus fragrantia adoleſcentulæ & novellæ animæ accedentes ad fidem illectæ delectantur, & exinanitionis ejus ſuavitate delibutæ, diligunt & ſequuntur aromatum largitorem, & uſque ad regis accubitum ſpiramine illo trahuntur, & poſt odorem illum ubiqne deſiderio ſancto perurgente ſitibundæ diſcurrunt.

Nihil hoc oleum commune habet cum liquoribus qui ex quorumdam fructuum pinguedine exprimuntur, nec vis ejus eſt ex craſſitudine penetrativa, quæ ſecundum quaſdam naturales rationes emollit & temperat ſpiſſamenta humorum, quos ſolet intrinſecus aſtringere ſiccitas aliqua, vel corruptio conglobare. Non hæc medendis corporibus eſt unctio inſtituta: quia ſanctificatis elementis jam non propria natura præbet effectum, ſed virtus divina potentius operatur, ſed adeſt veritas ſigno, & ſpiritus ſacramento; ut & ipſis rerum efficientiis gratiæ dignitas pateat, & interiori homini quanta ex his detur auctoritas deiformi converſatione & cæleſtibus moribus innoteſcat. Hoc oleo antiquitus ſacerdotes ſacrabantur & reges, & ipſi altarium lapides delibuti, ſpiritualem intelligi volebant ſacris myſteriis ineſſe pinguedinem. Et ſicut oleum fluitat & humidis quibuslibet ſuperſertur; ita excellentia & ſacerdotalis & regiæ dignitatis ſecundum formam Dei & Chriſti ſub ſe omnia continens, regimen & munimen tam activæ, quam contemplativæ vitæ obtinet: & ex hoc humore conſtat deſcendere omnes gratiarum diviſiones, quas Spiritus ſanctus, prout vult, ſingulis diſtribuit & largitur.

Ex hujus unctionis beneficio & ſapientia nobis & intellectus divinitus datur; conſilium & fortitudo cælitus illabitur; ſcientia, pietas & timor inſpirationibus ſupernis infunditur. Hoc oleo uncti cum ſpiritualibus nequitiis colluctamur, nec fœtoribus ſpuriis imbui poſſumus, qui balſami ſpiritalis odore fragramus. Hoc oleum a creditorum uſuris ſub Heliſæo Propheta mulierem paupercnlam liberavit. Hoc Heliæ tempore Sareptanam pavit, nec lecythus trina effuſione defecit. Hoc oleo Jacob lapidem quem ſuppoſuerat capiti unxit, & familiari mandato eruditus, inter ſacramenta aſcenſionum & deſcenſionum, & diſcurſus angelicos, innixum ſcalæ ſublimi videns Deum, quid virtutis hæc haberet unctio, intellexit. Moyſes hoc oleo tabernaculum & ſacra vaſa perunxit, & ſuper caput Aaron tanta abundantia ſudit, nt uſqne in barbam ejus deſcenderet, & ſuper oram veſtimenti manaret. Samuel quoque ad reges initiandos ſine oleo non accedit,

Digitized by Google

accedit, & uſque ad defectum & reprobationem carnalium cæremoniarum in populo illo hujuſmodi perſeveravit traditio, ſed vaſis Judaicis deficientibus defecit gratia, & ſtetit oleum. Impletis vaſis propheticis & ſanctis regibus ad patres appoſitis, in apoſtaſiam & diſcolatum verſum inſtabile vulgus, in ſe non retinuit locum quem poſſet Spiritus ſanctus inhabitare, & vaſa amurca plena non ſuſcepere liquorem, ſteteruntque in ſummo fæces, quæ longo ſitu induruere; & ubi domicilium religioois fuerat, ſterquilinium peccati computruit.

Nec tameo ceſſantibus his quæ ritu antiquo inoleverant, cum jam in populo Chriſtiano circumciſio videretur damnabilis, & ſacrificia idolatriæ imputarentur, unctionis myſterium religio Chriſtiana contemſit, ſed ceteris generali ſanctorum conſenſu damnatis, non ſolum in regibus & ſacerdotibus unctionis honor permanſit, ſed in omnem populum catholicum effuſa eſt hujus gratiæ plenitudo. Ut ſicut Chriſtus a chriſmate dictus eſt, eo quod ſingularis excellentiæ oleo unxerit eum Deus; ita & participes ejus quotquot ſunt, conſortes ſint tam unctionis quam nominis, & dicantur a Chriſto Chriſtiani, ut ſint ſui Chriſto duce rectores & duces, & offarant Deo quotidianum ſacrificium, ordinati a Deo ſanctimoniæ ſacerdotes.

Nec immerito huic diei aſſignata eſt tanti operis cauſa; & ex hoc ſacramenta hæc obtinuere initium quo hodie in ſacramento calicis Chriſti Eccleſiæ unitas, in lavacro pedum concors ſocietas, & donans invicem caritas, & ſubjecta humilitas; in unctione Chriſtiani nominis dignitas excellentiæ ſpiritalis proprie data eſt, & confirmata filiis adoptionis perpes auctoritas & dignitas perſeverans. Dedit itaque Dominus noſter in menſa in qua ultimum cum Apoſtolis participavit convivium, propriis manibus panem & vinum: in cruce vero manibus militum corpus tradidit vulnerandum; ut in Apoſtolis ſecretius impreſſa ſincera veritas, & vera ſinceritas, exponeret gentibus, quomodo vinum & panis caro eſſet & ſanguis, & quibus rationibus cauſæ effectibus convenirent, & diverſa nomina vel ſpecies ad unam reducerentur eſſentiam, & ſignificantia & ſignificata eiſdem vocabulis cenſerentur, ut ſacramentum & res ſacramenti, veritas & figura uſque adeo indivulſam haberent efficientiam, ut dicatur de Gentibus & Judæis quia eamdem eſcam ſpiritalem manducaverunt conſequenti eos petra quæ erat Chriſtus. His gratiæ ſupernæ privilegiis eſu ſanctificati panis, refecti, loti & uncti, non eam quam amiſerant, ſed ampliorem & digniorem recuperant libertatem: & ejecti de paradiſo nudi, ad lignum vitæ hodie revertuntur veſtiri, reddita ſtola & annulo prolato in medium: & reconciliantur matri Eccleſiæ, quos inobedientiæ malum foras expulerat; & Cherubim flammeum gladium ab introitu tranquilli ſtatus & innocuæ converſationis amovit.

Hodie in terra maledicta relictis raſtris & gravi vomerum pondere, & ſtimulis fatigatorum boum cruore perluſis, deterſo ſudore vultus exuſti caloribus, attriti laboribus, hilari facie, ſtellaribus oculis in facie micantibus corpore candido, ornatu compoſito, ad paternam domum exſules reducuntur: & egreſſus obviam revertenti filio lætabundus Pater clementiam improperio non corrumpit, nec indulgentiam fœdat conviciis, ſed bonitatis ſuæ honorat magnificentiam, & hilaritate magnificat largitatem. Reſonant in ſuſceptione hujus ſolemni muſica inſtrumenta, & communis jubilatio pari conſonantia Patri miſericordiarum gratias agit; cujus imperio antiquam prædam evomunt inferi, ligantur dæmones, & diruptis ferreis nexibus diu quaſſati liberi revertuntur. Hæc dies nocti illi contigua eſt, qua abſolutionis noſtræ negotium Dominus inchoavit: qua a principibus ſacerdotum ad Romanum præſidem ductus judex omnium ſuſtinuit judicari: paſſus eſt Rex illudi, & vita occidi; deſcendenſque ad inferos captivam ab antiquo captivitatem reduxit: hoc Eccleſiæ ſuæ hodierna traditione exemplum relinquens, ut fieret in Eccleſia abſolutio peccatorum, & hereditati redderentur ejecti, & præcedentibus beneficiis quæ ſupra enumeravimus, libertate donarentur pœnitentes, qui ſecundum merita, niſi gratia ſubveniret, fuerant condemnati. Et omnino convenit, ut eo tempore quo Chriſtus captivos eduxit ab inferis, reconciliati peccatores ad Eccleſiam reducantur: & quo confracta ſunt infernalis repagula carceris, judiciaria ſeveritas manſueſcat; & quo ab infernalibus tormentis ceſſatum eſt, humana ſupplicia crudelitatis horrorem deponant.

DE PASSIONE CHRISTI.

DOMINE audivi auditum tuum & timui. Terruit me cum appropinquaret traditor Judas, & immineret paſſionis hora, quod dixiſti ad Patrem: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte: & triſtem te uſque ad mortem, præ nimia anxietate ſanguineo ſudore perfuſus, coram Apoſtolis es profeſſus. Audiens hæc ego expavi. Quis enim non timeat, ſi timet ille, quem omnia timent; ſi pavet ille, cui omne genu curvatur; ſi ille, qui mors eſt mortis & morſus inferni, morte propinquante pertimeſcit? Nonne ad hoc veneras, & ita futurum ipſe prædixeras? Nonne hoc & ſigna, & oracula, & vaticinia prophetarum a mundi initio conclamarunt? Si voluntarie obediſti Patri, & non te ut patereris coegit neceſſitas; quid quereris, quid cauſaris? Nonne tu docueras & inſtruxeras fideles tuos, ut non timerent eos qui corpus occidunt, quia uſque ad animam tyrannica violentia non attingit? Sed metus ille infirmitatis humanæ communem exprimebat effectum, & generalitatem omnium in carne viventium hoc dolore urgeri, & diſſolutionem corporeæ ſpiritaliſque naturæ hac moleſtia non poſſe carere; & hanc pœnam univerſæ ſucceſſioni Adam ſine exceptione impoſitam, ut difficultas extremi tranſitus timere-

tur. Et hæc quidem moleſtia in eos, qui Dei judicio rationem reddituri occurrunt, non immerito cadit: qui de eo quod beneficio vitæ & rationis, & reliquorum largitate munerum abuſi ſunt, accuſante conſcientia redarguti, examen illud in quo nullum eſt ſubterfugium timent: & ipſa avulſio ſpiritus carnis teneritudinem dirumpit & lædit: hanc nemo anxietatem evaſit, & nemo egrediente anima ſine amaritudine exſpiravit.

Sed tu Domine, qui judex es omnium, qui poteſtative ponis animam tuam, & poteſtative reſumis; nec pœna te ex neceſſitate perſequitur, nec formidabilis Patris tibi poteſt eſſe conſpectus; quid anxiaris? quid tremebundus ad orationem diſcurris? Dormitantibus Apoſtolis pervigil proditorem exſpectas, nec tamen te abſcondis; ſed obvius in adventum eorum procedis, qui te ligare veniunt, & trahere ad Pilati tribunal, quos Judas ſignifer inſtructa malignitate præcedit.

Audivi, Domine, auditum tuum & expavi, dum quæris a quærentibus quid quærant, cum noveris quod te quærant, & dixiſti eis te eſſe Jeſum Nazarenum. Invaſit illico timor tuus eos quos tu timueras, & proſtrati ſolo jacuero exanimes, & armatam cohortem vox unius hominis terruit; & latens in humanitate omnipotentia te diſcipulis pavidum, coram perſecutoribus terribilem exhibebat. Sed ut fieret voluntas Patris, & ſacrificium carnis a timore & triſtitia inchoaret; ſuberant victimæ deſolatorii carbones, quos obedientiæ liquefactus adeps exſtinxit: & cum traheretur vinctus ad præſidem, non ſupplicavit apparitoribus, ſed Petri compeſcuit zelum: nec gladiorum paſſus eſt adhiberi ſuffragia, immo & Herodis & Pilati contemſit faſtigia. nec potuit altitudo poteſtatum extorquere ad interrogata reſponſum. Jam poſtpoſito timore quaſi utens potentiori auctoritate, inter ſputamenta & colaphos, & reliqua ludibria patientia & manſuetudine veſanas perſecutorum mentes conturbat, & in eo quod inter injurias & convicia ſe malitia Judaica ſentit contemtam, vehementius exacerbatur, & de impietate & malitia ſuavitas pietaſque Chriſti triumphat.

Fruſtra funeſtas judex manus in prætorio abluis, a ſanguine Domini te profitens innocentem. Tu ipſe cauſam mortis cum diligenter inquiſieris, te non inveniſſe in eo fateris: ipſa conjux tua nihil tibi & juſto huic eſſe mandaverat, quod utique per os ejus dæmonia imminere ſibi judicium ſententia teſtabantur: non excuſas, ſed accuſas, cauſam tibi facis cum Judæis communem. Illi ſe proditione, tu parricidio te condemnas. Illi lingua, tu ferro occidis: tam te quam illos inauditæ crudelitatis ſcelus involvit. Veniet anima tua in manus judicis quem condemnas, fractiſque tribunalibus tuis judicaberis, & demergeris in profundum inferni: eruntque tibi & Judæ ſcelerato in tenebris & gehennalibus flammis pœnæ irremediales, inconſumtibiles ignes, dolores perpetui, & tormenta æterna. Et quidem Filius hominis, ſicut ſcriptum eſt de illo, vadit: qui damnatus eſt, ut liberaret damnatos; doluit, ut ſanaret infirmos; timuit, ut faceret ſecuros; opprobria pertulit, ut improperia detrahentium non moverent electos. Deputatus inter impios, quorum alter aſſumtus, alter reprobatus eſt: ut daretur exemplum & forma indiſſolubilis manens in poſteros; quia nec in ultimis Dei clementia pœnitentes excludit; nec ulla hora ſera eſt, cui compunctio diſtricta occurrit; nec eos qui vitæ ſuæ quocumque articulo temporis veri ſunt judices, iterum judicari. Quia, cum judicis & tortoris vices non parcens peccator aſſumit, ſemetipſum perſequens, dum confeſſionem confuſione onerat; holocauſti hujus incenſio in conſpectu Dei veniam impetrat. Neque enim bis in idipſum judicat Deus; ſed impœnitentes ipſe judicat & damnat, pœnitentes vero quia a ſeipſis ſuſcipit judicatos, abſolvit: neque judicio quod pœnitentiæ humanæ ſeveritas protulit, aliquid juſtitia cæleſtis apponit.

Judicati ſunt Ægyptii, cum in redeuntibus ſuper ſe maris fluctibus involverentur; judicati Sodomitæ, cum ſubverſis eorum urbibus flammis ſulphureis cremarentur: ſed in eiſdem ſubverſionibus gemerent pœnitentes, temporali pœnæ æternalis non ſuccederet, ſed eſſet eis pro remedio ſupplicium, & pro abſolutione tormentum; nec contritos corde æternum contereret & aggravaret judicium. Sic in cruce latro confitens non tantum indulgentiam meruit, ſed Chriſti familiaris effectus, præmiſſus eſt in paradiſum; & factus eſt particeps regni, per confeſſionem factus collega martyrii. Illi vero blaſphemo, quia de Domini deſperavit potentia, nulla potuit ſubvenire clementia: nec potuit illi crucis prodeſſe conſortium, cujus malitiam non expiabat pœnitentiæ lavacrum. Aſcendiſti Domine palmam: quia illud crucis tuæ lignum portendebat triumphum de diabolo, vel de principatibus, & poteſtatibus, & nequitiis ſpiritalibus victoriam: erantque in manibus tuis duo cornua, in quibus erant fortitudo tua abſcondita, & imperium tuum ſuper humerum tuum: tu ipſe patibuli tui bajulus, hærebas ligno quod tuleras, evectionis & paſſionis anxietates ſuſtinens & labores.

Conſideravi opera tua & expavi. Clavis ſacros pedes terebrantibus, foſſiſque manibus, de vulnerum anxietate non loqueris; de ſpinis ſacrum caput pungentibus non quereris; ſed ſatagis ut innoteſcat poſteris, quare derelictus a Deo videaris, expoſitus contumeliis & Judæorum ludibriis. Cauſam mortis in te non eſſe Pilatus ipſe prædixerat, & Caiphas mortem tuam pro inimico populo ſatisfacturam, cum eſſet anni illius pontifex, prophetaverat. Tu de morte non agis, de opprobriis non contendis: ſed hoc vis intelligi, quæ ſit cauſa mortis, quis quæſtus; ut utraque re cognita, peccatum appareat & gratia; & quanti ponderis ſit utrumque, rerum probet effectus: cum originali morti nullum niſi in Chriſti morte potuerit eſſe remedium; nec reconciliare Deo potuerit exſules & damnatos quælibet oblatio, niſi ſanguinis hujus ſingulare ſacrificium. Et ſine hoc holocauſto poterat Deus tantum condonaſſe peccatum; ſed facilitas veniæ laxaret habenas peccatis effrenibus, quæ etiam Chriſti vix cohibent paſſiones, quæ vix ſceleratos animos a voluptatum fæce avellunt.

Vulneri ſane tam putrido & antiquarum cicatricum fœtori non inveniebatur medicamentum con-

conveniens, niſi unguento ſanguinis hujus plaga vetus liniretnr, & malagmate carnis in cruce extenſæ ſiccarentur venena, quæ calcaneo primi hominis & omni poſteritati ejus ſerpens ille ſeductor antiquus infuderat. Hæc una medela corroſit illas quæ in immenſum excreverant cicatrices: & vim ſuam concupiſcentiarum perdidit corruptela, & deleta damuationis conſcriptione, novis litteris aſſignata eſt & reſtituta libertas; privilegio dato, charta indulgentiæ, ſigillo plagæ lateralis firmata.

Conſidero opera tua: & admiror te cruci inter damnatos affixum, jam nec triſtem nec pavidum: ſed ſuppliciorum victorem elevatis manibus triumphantem de Amalech; & quaſi ſanctificantem de excelſo plebem, & elevatum in ſublime, & quaſi cælo proximum ſuperioribus inſerentem conſnmmati agonis vexillum; & inferioribus erexiſſe ſcalam in Patris occurſum. Ibi dolorum & conviciorum immemor, ſubtiliter inveſtigas & ipſe exponis quare derelictus fueris, indicans anxietates illius querimoniæ verba eſſe delictotum tuorum, quotum perſonam & cauſam aſſumſeras; in tantum ut per Moyſen & per Apoſtolum ſuſtineres vocari peccatum, & maledictum pro ſimilitudine pœnæ, non culpæ: quod pro eis voluiſti intelligi, qui deſeri a Deo propter peccata meruerant, quorum reconeiliationis agabas cauſam. In qua allegator ſubtilis pro ſervis ſervilem non dedignaris accipere perſonam: & in tantum infirmis compateris, ut nec crucifigi, nec mori dum illi vivant, & te patrocinante non pereant, nec erubeſcas, nec formides; altitudinem tuam derelinquens ad tempus, gloriæ tuæ majeſtatem evacuans, ut redeant diſperſi, & reſpirent derelicti.

Hæc eſt cauſa quare derelictus ſis, ut colligeret & revocaret inanitio tua eos qui fuerant derelicti; & qui ſine Deo fuerant dum dominaretur eis peccatum, reducti ad juſtitiam, conformes Chriſti, & chriſti efficerentur & dii. Unde ſcriptum eſt: Ego dixi, dii eſtis.

Conſidero, Domine, te in illo patibulo ubi videbaris ſine adjutorio, quomodo imperatoria poteſtate latronem præmittis ad regnum: & in cujus aſſumptione jam manifeſte conſtat quantum apud derelictos profeceris, quorum primus iſte gloria & honore coronatus, ipſa die paradiſi civis & domeſticus curiæ cæleſtis efficitur. Impoſſibile quippe erat illam ſanctam animam tuam teneri ab inferis, de qua ipſe ad Patrem dicis: Quia non derelinques animam meam in inferno, nec permittes corrumpi carnem meam in ſepulcro: quia ubi in præſentia illius effractis inferis eſt captivata captivitas, præſentata victrice anima in conſpectu Patris, ad corpus ſuum ſine dilatione reverſa eſt: & appropinquaverunt ſaluti, qui longe erant a ſalute, & inter mortuos liber, morti obnoxios perpetua libertate donavit.

Conſidero te in cruce de matre ſollicitum, cui volenti loqui tecum cum evangelizares, negaveras retroactis diebus colloquium, & prætuleras matri auditores verbi, pauperes ſpiritu; dicens eos tibi eſſe pro matre & fratribus, qui voluntati Patris obtemperant. Nunc materno moveris affectu, & thalamum humanitatis tuæ cubiculario dilecto commendas, & provides ſedulo benedictæ inter mulieres apoſtolicam clientelam, & obſequium virginis virgini diſcipulo tradis: ut jam non Joſeph tanti myſterii honoretur præpoſitura, ſed Joannes; quia jam exigebat ratio ut conjugii removeretur opinio: nec ultra pater Chriſti æſtimaretur, qui eatenus vicem patris & conjugis tenuerat. Habebat Joſeph in hac Chriſti diſpoſitione rationabilem contradictionem, cum alteri commendaretur Maria, ſi ſe cognoviſſet carnalem maritum: ſed quia in ſpiritu actum erat conjunctionis illius myſterium, paſſus eſt Joſeph æquanimiter ſibi eum in hoc ſervitio præponi, quem digniorem ſe judicabat; & ideo maxime, quia magiſtri electio ſic negotium ordinabat.

Ad hæc ſacerdotalis auctoritatis privilegium in medio proferens, mediator inter nos & Patrem oras pro his qui ad dolorem vulnerum tuorum opprobria addiderunt, & pro inimicis impetras veniam, ſupplicas & obſecras, ut hæc eis iniquitas dimittatur, & a morte tua habeantur innoxii ipſi, qui ſanguinem tuum ſuper ſe & ſuper filios ſuos manere precantur, uſque adeo excæcati, ut ſcelus ſuum non intelligant, nec odium Chriſti ipſa mors crucifixi exſtinguat. Sed caritas tua interim ſuſpendit judicium, & reis ingratiſque patientia tua pœnitentiæ providet locum, tempuſque reſervat, & differt punire dignos exitio; hæc orans ut aperiantur oculi eorum, & agnoſcant quæ ſit virtus crucis, quæ efficientia ſanguinis, quæ magnitudo delicti & doni, gratiæ & peccati. Tanta erat ſpiſſitudo velaminis, & craſſitudo doctrinæ, qua erant Moyſeos ſcriptura imbuti: ita erant eorum ſenſus hebetes, & ingenia tenebroſa, ut in verbis legis nihil divinum ſaperent, nihil aliud quam exterioris umbraculi integumenta viderent, neque ad ſacramentorum ſecreta aliqua intellectus indagine peuetrarent. Immo ſi quis eos vellet in ſancta inducere, & introducere in arcana profundaque myſteria, impium judicabant & ſtultum mel de petra ſugere, & de ſaxo duriſſimo oleum eliquare. Dimiſſum eſt ergo Chriſto orante peccatum, & ex parte maxima cæcitas illuminata eſt, & malignantium perfidia demum credidit & intellexit: & de torculari crucis muſtum expreſſit, accepit, & bibit; & in calice quod propinarat Moyſes vinum merum a fæcibus ſegregavit. Ecce plus potuit donum quam delictum, & gratia quam peccatum: quoniam ex debito damnationi obnoxios, gratis ſine ullo merito gratia beneficio pietatis abſolvit: & judicium imperante Chriſto miſericordiæ dedit locum, & diſtrictionis ſuæ temperamentum juſtitia Domino diſponente modeſte ſuſtinuit.

Jam videt Hebræus, & quicumque de ſervitute Ægyptia ad repromiſſæ patriæ libertatem anhelat, quod ſanguis Chriſti efficacius quam ſanguis agni illius, quem in Ægypto Iſrael immolavit, contrarias abigat poteſtates. Cujus hodie tanta eſt auctoritas & poteſtas, ut non ſolum Iſraelitica limina muniat, ſed etiam ab his qui Iſraelitice non vivunt, ſolum ſacramenti ſignum repellat dæmonia: & ubicumque conſpecta fuerit, terribilis ſit eis ſacri nominis virtus & ſanguinis nota. Denique quicumque ſint ſacramentorum miniſtri; qualeſcumque ſint manus quæ vel mergunt accedentes ad baptiſmum, vel ungunt; qualecumque pectus, de quo ſacra exeunt verba:

operationis auctoritas in figura crucis omnibus ſacramentis largitur effectum, & cuncta peragit nomen, quod omnibus nominibus eminet, a ſacramentorum vicariis invocatum. Et licet indigni ſint qui accipiunt, ſacramentorum tamen reverentia & propinquiorem ad Deum parat acceſſum, & ubi redierint ad eor, conſtat ablutionis donum, & redit effectus munerum: nec alias quæri aut repeti neceſſe eſt ſalutiferum ſacramentum.

Jam ſanguis tuus, Domine, non quærit ultionem, ſanguis tuus lavat crimina, peccata condonat. Clamat ſanguis Abel, clamant Sodomorum peccata, & parricidium & libido digna ſunt ultione. Tu olim ultionum Deus, modo miſereris & parcis his qui offenderunt; ſanas contritos corde, & alligas vulneratos; filio prodigo revertenti non improperas luxum; mulieri adulteræ non opponis proſtibulum; peccatricis publicæ non recuſas ſervitium; debenti pecuniam dimittis depoſitum. Judæis perfidis & dediſti gratiam, & dimiſiſti ſcelus ſcelerum & peccatorum peccatum. De latere tuo fons egreditur in vitam æternam proſiliens; & de eadem conſubſtantiali origine, diviſis limitibus, aqua & ſanguis emanant, ad complementum perfectionemque totius juſtitiæ, ſacramenta in perpetuum duratura; & fontis illius ubertas perenni lapſu univerſam Eccleſiam irrigat & fecundat. Ex hoc fonte non tantum ablutionis primæ, qua initiantur accedentes ad Chriſtum, undas haurimus: ſed & compunctionum & lacrimarum perennes effluunt rivi, & miſericordiarum ſuavitas, & totius pietatis effectus emanat.

Tu, Domine ſacerdos ſancte, qui in tempore iracundiæ factus es reconciliatio, ſancti hujus ſanguinis permanentem plenitudinem reliquiſti, & beneficium hujus ſancti liquoris in perpetuum tradidiſti, & conſtituiſti nobis inconſumtibiliter potum vivificum, crucis ſignum, & mortificationis exemplum. Tu conſummatis omnibus vade ad Patrem, & trahe nos poſt te: da nobis in vita præſenti, ut ſimus ſine angaria bajuli crucis tuæ, & comprehendamus cum omnibus ſanctis quid latitudo, quid longitudo, quid ſublimitas, quid profundum hujus ligni ſignificet; quo conſpecto non noceat nobis, neque mordeat coluber ſolitudinis, ſed incolumes per omnia ſequamur te, tecum parvuli ſimus, tecum circumcidamur, tecum baptizemur, tecum jejunemus, tecum lotis pedibus panem angelorum edamus, tecum crucifixi mundo vivamus, tecum Spiritu ſancto repleti, & corpore & ſpiritu in æternum maneamus. Qui vivis, & ultra non morieris in ſæcula ſæculorum. AMEN.

DE RESURRECTIONE CHRISTI.

QUÆSITIS aromatibus ad ungendum Dominum Jeſum in monumento poſitum, ſacræ mulieres communicato conſilio convenerunt, & repertis ibi ſine corpore ſudariis, quem non invenere, putavere ſublatum. Nam & lapis revolutus & vacuum monumentum, ſimplicibus animis conjecturas hujuſmodi opponebant; quod corpus ſtrictum linteis, niſi translatum eſſet, moveri loco non poſſet; nec lapis magni ponderis niſi vi humana, ullatenus revolvi potuiſſet: unde & mane venientes quomodo poſſet ab oſtio monumenti lapis gyrari, anxie cauſabantur. Sed Dominus qui inſpiraverat ut venirent, prævenerat venientes; & egreſſus de ſepulcro vacuum locum reliquerat, apertoque oſtio ingredi volentibus liberum dederat aditum, & quaſi monebat ſe alias quæri, qui illis anguſtiis non poterat occultari. Flebant igitur ſacræ feminæ, quæ eum cui obſequi volebant, ſe perdidiſſe putabant; & obriguerant mœſtitudine, eo quod devotio ſua deſiderato fruſtraretur effectu. Habuerant ſiquidem eum ſicut prophetam, non inferiores fide illis diſcipulis, qui dicebant, quod Jeſus Nazarenus vir propheta fuerat, potens in opere & ſermone. Et licet de reſurrectione ſua ipſe tam Apoſtolos quam reliquos diſcipulos, in quorum ſocietate iſtæ eſſe meruerant, magiſter providus inſtruxiſſet; incuſſerat tamen omnibus dubietatem & terrorem ſupplicium crucis & mortis atrocitas: nec tamen ab eorum cordibus avelli poterat dilectio qua adhæſerant, & recordatio ſignorum quæ viderant, & admiratio doctrinæ quam audierant, & converſationis piæ admirabilis ſanctitudo qua fuerant informati. Necdum firmo greſſu ibant, ſed lababat pes dubitantium, ſed quærebant quem amabant, nec maligne deſperabant: unde factum eſt, ut quæſtum inventionis dilectionis perſeverantia mereretur. Illæ itaque primæ viderunt & cognoverunt quæ ardentius dilexerunt, quæ devotius quæſierunt: illæ ſermocinatæ cum Chriſto, certificatæ quod ipſe eſſet qui a mortuis reſurrexiſſet, nunciant Petro & ceteris, quod Chriſtus reſurgens a mortuis jam non moritur. Evangelizarunt viventem, qui mortuus putabatur: nec jam ſepulturæ ejus odoramentis corporalibus deſerviunt, ſed aromatibus firmæ fidei, & certæ ſpei, & caritatis ſinceræ regnanti Domino famulantur, & virtutum fragrantiam non judicato præſentant, ſed judici.

Lætantur Apoſtoli, quos mundus quaſi dehiſcens terruerat, & quaſi diſſolutione elementorum quaſſaretur, omnia præcipiti ruina ſterneret, minas horribiles intentarat: ſolidatiſque & compactis cæleſtibus & terrenis, æterna redemtione inventa, gratulabundi adorant quem reliquerant; credunt, nec in aliquo hæſitant; aſſiſtunt quantum poſſunt ei, a quo diffugerant. Quem non fragor ille mundi terreret, quando terra tremuit, ſol expalluit, & radios lucis ſuæ ſol contenebratus abſcondit? Ipſa monumenta lapides ſibi ſuperpoſitos projecerunt; & indignata ſuperior & inferior plaga, tenebris & motibus & ſciſſuris, compaſſionis ſuæ & vehementis anguſtiæ indicaverunt affectum: nec ſuſtinuit intueri mundus perfidiæ Judaicæ ſcelus; & viſa ſunt inſenſata elementa ſenſu uti abundantiore quam homines, quibus ſecundum naturam ratio inerat: & crudeliores exſtitere feris abutentes intellectu; in tantum Chriſti ſanguinem ſitientes, ut ſe-

ut ſeipſos maledictione æterna damnarent, & in parvulos ſuos anathematis illius reliquias immobili ſtabilimento firmarent.

Sed ne in eorum ſcelere dintius immoremur, qui repulſi ſunt & deſtructi in finem, quorum parricidalia vota ſervitinm & exterminium meruerant, quos cum Dathan & Abiron (quos ob diſſenſionis flagitium terra dehiſcens vivos abſorbuit) conſtat in tenebris inſeri ſigillatos, ne tantarum abominationum recordatio paſchalem ſerenitatem interpolet, circa ſolemnitatis inclitæ gaudia devotis & alacribus animis inſiſtamus. Neque enim fas eſt, ut a nobis aliqua his diebus triſtia recitentur: ſed ſicut filiis Chore datum eſt ut ſemper læta canerent & prophetarent, & omnes pſalmi eorum attitnlati nominibus gaudia prædicant, nec aliqua minantur adverſa; ita nos ad Chriſtum pertinentes, cujus ſanguine conſperſa creditnr Adam calvaria, qui ſub loco quo crux Domini fixa eſt humatus traditur ab antiquis; ejuſdem ſanguinis ſanctificati elapſu, lætemur & delectemur in Domino: nec jam amatoribus crucis mors magiſtri ſit horrori, neque pœna ſit dolori, nec paſſio ſit pudori; cum hæc omnia vitæ noſtræ ſint inſtrumenta: quia mors ejus pro peccatis noſtris ſacrificium fuit, & pœna crucis exceſſibus pœna dignis occurrit; labor ejus onera noſtra depoſuit, dolor ejus nos ſanavit, & damnatio indebita nos a damnatione æterna abſolvit. Et ſi quid confuſionis viſa eſt in tempore illo pati ſancta ejus humilitas, rerum hodie manifeſtatur effectu quod Apoſtolus ait: ſtultum hujuſcemodi ſapientius eſſe hominibus, & infirmum fortius omni fortitudine, per quod reprobata ſapientia hujus mundi, & de ſapientibus & potentibus in nomine crucifixi pauperes ſpiritu poteutiſſime triumpharunt.

Cantemus igitur Domino, glorioſe enim honorificatus eſt. Liber populus egreditur de Ægypto, Moyſe duce: mare fit pervium; colnmna flammea nocte coruſcans Iſraeliticum antecedit exercitum; ſtat a dextera & læva mare ſuſpenſum, deſiccato luto profundi, inoffenſum abyſſus dat tranſitum: & egreſſo populo Dei, Pharaonem cum populo ſuo repentina mole illapſum pelagus intercludit. Jam præceſſerat agnus quem Iſrael in Ægypto immolarat, cujus ſanguine limina rubricata percuſſor angelus non eſt auſus attingere: nec exterminatoris gladium populus formidabat, cui & de ſpiritalibus nequitiis parabat victoriam, illud ſine macula ſacrificium, & mare diviſum, & totum Ægypti robur exſtinctum.

Primum illud antiquum paſcha his miraculis coruſcavit, & excluſo fermento, præceptum eſt ut horum dierum celebritas ageretur in azymis: nec ſolemnitatis hujus gaudia ſervilibus operibus fuſcarentur, nec omnino aliqua tantæ ſinceritatis gloriam malignitas inquinaret. Certa data eſt ex lege diſtinctio, quæ eſſet paſchalis oblatio, & tempus, & locus, & modus; & quando, vel ubi, vel quomodo ſacra deberet hoſtia immolari. Victima, agnus, locus, una per ſingulas familias domus; caro non elixa, ſed aſſa, hora veſpertina. Hæc cum eo tempore fierent in figura, quod nos in veritate agimus, typice loquebantur: & dirupto in Chriſti morte templi velamine, verus agnus ſolus inter filios hominum ſine macula Chriſtus ætate ultima in qua mundi veſperaſcit conditio, ab una populi Chriſtiani familia in unitate Eccleſiæ aſſus in cruce, projectis foras hæreticorum fermentis, ſinceræ fidei ſolidata compagine, inconſumtibiliter editur, creditur, & tenetur.

Nova & vetera ſub hoc nomine convenerunt: egreditur Iſrael de ſervitute Ægypti; exit populus Dei de regno diaboli: baptizantur in nube & mari Hebræi, & jam Spiritu ſancto & ſanguine Chriſti mundatur a peccatis populus Dei: ex diverſis familiis, una fit domus, una fit tribus, unus eſt cibus, ſignificantia & ſignificata, res & ſigna, virtus inviſibilis & viſibilia ſacramenta ſic faciunt unum corpus, ſicut caro & ſpiritus, & quod videtur, in nomine & virtute Chriſti corpus cenſetur. In hac rerum convenientia honorificatus eſt Chriſtus, & glorioſæ laudis triumphos lætabunda hodie canit Eccleſia, in lapide angulari conſocians disjunctos olim parietes, quos in unum mirabilis artifex fuſo ſanguine glutinavit, & reprobato diu a malignis fidei fundamento, caritatis ſuæ nexibus diviſas copulavit macerias, & redegit partes in totum, & multa in unum; & facti ſunt una domus confœderati parietes, & ſtabile fundamentum. Honorificatus eſt Chriſtus reſurgens a mortuis, victor mortis, ſpolians inferos, & captivos præmittens ad ſuperos. Hucuſque per humilitatis gradus aſcendens, modo gloria & honore coronatus, nil mortale, nil paſſibile retinens, impaſſibilitatis & immortalitatis donavit nos gloria, & reſurgentes in beatitudine conſtituit ſempiterna.

Reſurtexerunt quidem ante Chriſtum, ſed in nomine & fide ejus, ſub Helia vivente in corpore, unus: & Heliſæo vivo & mortuo, duo qui obierant: ſed ad mortem quam guſtaverant, iterum redierunt. Reſurrexit & Lazarus, & alii nonnulli ad imperium Chriſti: & aliquo tempore beneficio vitæ uſi, iterum ad funera rediere. Res quidem honorabilis & dominatio poteſtativa fuit, ad corpus exanime ſpiritum revocare: ſed reſurrectionis hujus, cujus ſunt in Chriſto primitiæ, incomparabilis eſt dignitas, quam nec ſequitur corruptela, nec diſſolvit antiquitas, nec aliqua mutabilitas labefactat. Mirati ſumus in transfiguratione quæ facta eſt in monte præſentibus apoſtolis Petro, & Jacobo, & Joanne, quando ſicut ſol reſplenduit facies Salvatoris, & veſtimenta ejus candorem omnem exſuperantia apoſtolorum hebetavere conſpectum: ſed momentaneus ille decor imaginem, non ſpeciem; ſimilitudinem, non ſubſtantiam; partem, non plenitudinem transformationis mirifice explicavit: ſed neque eamdem gloriam quam ante oſtendit; ſed quod videre conſueverant, hoc viderunt; & dilata eſt claritatis illius quam nobis pollicitus eſt plenitudo, quæ in ſe erat perfecta, & a nobis exſpectatur perficienda, lucidior & ſincerior quam æſtimari poſſit ab aliquo, vel quam illa etiam claritas intimaverit, cujus primitias in Chriſto transformato accepimus.

Opus inclitum & nobile plaſma primi hominis conditio fuit, ſed quaſi ſeminarium reformationis hujus. Illa prima formatio imaginem & ſimilitudinem artificis ad veritatis eſſentiam pertrahebat, paulatimque conſummata prodiit ſpecies,

cies, & apperuit candor quem occultabat immortalitas, qua abſorpta eſt eadem quidem & non alia humanitatis natura; ſed ſanato morbo quo periculis tenebatur obnoxia, ſana & incolumis ſtabili felicitate, corpore & anima idem ſapientibus, in nullo diſſentientibus; præceptis duplicibus ſtolis, conſpectibus divinis aſſiſtit.

Agunt in cæleſtibus hæc paſchalia gaudia ipſi angelici ſpiritus, & reſurgentis Domini gloriam admirantur; lætantur & delectantur in eo, quod forma ſervi reverſa ſit in formam Dei, & exinanitio humilitatis ad depoſitæ altitudinis redierit majeſtatem. Sed & in hoc multiplicata ſunt gaudia, qnod ab his pro quibus ſe humiliaverat, tantæ excellentiæ beneficium dignatur eſſe commune, & partiri nobis ſuæ abundantiam voluit claritatis: ut poſt reſurrectionem corpus non aggravet animam, ſed ſit caro ſine mole & pondere, agilis & mobilis, nullis clauſa obſtaculis, viſu & auditu penetrans omnia & attingens quocumque voluerit ſine impedimento diſcurrens. Inerit reſuſcitatis corporibus nulli vanitati ſubjecta libertas, & quæ cogi non poſſit ad aliquid, in nullo laborans, jam a ſpe educta, re ipſa perfruens, nulla exſpectatione ſuſpenſa; & in pace quietiſſima confirmata, omniſque expers formidinis, in ſpiritalibus deliciis jugis illa manſio reflorebit.

Quam mirabilis eſt ſcientia tua Deus, confirmata eſt ſuper nos, nec poſſumus ad eam attingere. Hæc ſapientiæ tuæ altitudo, qua mundum non ex præcedente materia, ſed ſolo verbi tui condidiſti imperio: creaturis vero corporalibus ex mundi eſſentia dediſti initium, ſuis incolis ſingula elementa adornans, hominem quem de mundo feciſti, cunctis in terra & aquis & aere viventibus præficiens, ita ut ſuo præpoſito ſingula in ſuo genere miniſtrarent. Tu aliis vitam temporalem, aliis procuraſti perpetuam; admirabili ordine quædam mutans & renovans: & præfinito tempore metam irrationabilibus omnibus præfixiſti & terminum, quem tranſire non poſſit diſſolutioni conditio deſtinata. Homo quia ex cæleſti & terrena materia compactus eſt, veſtitus extrinſecus pelle & carnibus, tempus accepit, quo te jubente, redderet terræ quod de terra aſſumſerat, & ad immaterialem originem reverteretur ſpiritus, cujus natura diſſolutionis non admittit injuriam. Corpus putredine, & caro vermibus conſumenda, ſecundum naturæ ſuæ rationem æternitatis non poterat privilegio perfrui, & quod ſibi jure non competebat, a conditore nequibat exigere; neque ulla eorum interrogatio ſuper hoc merebatur reſponſum. Sed tu, optime Deus, ultro gratiam volens dare ſpiritui, decreviſti clementius, ut ex ſocietate & clientela quam reddiderat animæ caro, aliquid ei commodi proveniret: & quæ ei vehiculum fuerat & particeps ſtudiorum, in recompenſatione miniſterii, iterum dilecto accolæ conſociata, pudica & pacifica rediret, nullas ſecum revehens contumelias, quibus deinceps quietis internæ concuteret puritatem. Sed & hoc, Domine, ad cumulum beneficii addidiſti, ut inter legem carnis & ſpiritus nulla poſtmodum eſſet diverſitas, ſed una utriuſque ex lege tua ſancta firmetur, nec poſt initum fœdus ulla iterum inter eos recrudeſcat rebellio; ſed per manum tuam reconciliatio ordinata ſtabilis in perpetuum perſeveret. Te igitur jubente, terra fir caro, & expulſa de domo iterum conjugatur viro, non jam ancilla, ſed libera: & habitant nnius moris in domo murmurationibus conſopitis, quas olim compugnantes inter ſe concupiſcentiæ concitabant.

Quis, Domine Deus, conſiderare hæc opera tua ſufficit? & quis lutum coagulare poteſt in carnem? quis formare poteſt in hominem, quis infundere animam, quis reddere vitam; quis dare æternitatem, quis addere felicitatem? Ad hunc proventum humana laborat creatio, hæc ſemper fidelium exſpectatio fuit. Hoc optabat rex ille humilis qui ſe noverat imperfectum, ut adderes conditioni tuæ quod deerat, & perficeres & ſolidares opus tuum, quod corruptibilitas & mortalitas aſſidue conviciis multis ſolebant affligere, & variis opprobriis conſueverant infeſtare. Tu morti imperas, & abſorpta eliditur: inaneſcit corruptio, ubi æger te medente ſanatur. Guſtaviſti mortem pro filiis hominum, ut qui tecum mortui erant, tecum viverent, & participes tribulationum, etiam conſolatione gauderent. Reſurrectio quidem communis eſt, & ante tribunal Chriſti neceſſe eſt in corpore juſtos ſtare & impios, Dei hoc dictante juſtitia, ut pietas & impietas in operatoribus debitis ſtipendiis donarentur; & qui finem habere contemſerunt in malis, infinita clauderentur ultione in pœnis; & qui gloriati ſunt in cruce, cum crucifixo regnantes beatæ fierent perennitatis participes. Non ſunt participes hujus gaudii, quos damnat ambitio: uon poteſt furtivos habens loculos, paſchalibus ſolemniis intereſſe. Nihil proditor & venditor magiſtri, fermentator profanus commune habet cum azymis; omnis immundus in anima ad eſum hujus agni prohibetur accedere. Nulla ad hanc lætitiam perfidia recipitur; omnis malignitas excluditur; calceatus pedibus ad evangelizandum paratus, accinctus renibus & ſanctimoniæ deſtinatus, habens baculum in manibus, & feſtinans ut Ægypti deſerat idola, ſequens Moyſen, nec formidans viæ diſcrimina, quiſque purus & ſincerus, ſine fraude homo verus, accedat & edat: & ſecurus quod reſurgat, mortem optet, ut attingat ad æterna gaudia, in quibus eſt vita noſtra ſurſum manens, & nos trahens ad bona cæleſtia. Qui vivit, & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum.

DE ASCENSIONE CHRISTI.

CELEBRATA in cruce ſolemni victoria, cum jam templum corporis ſui, quod perſecutio Judæorum effoderat, Dominus reparaſſet; noluit ſtatim ad Patrem aſcendere, & glorificati corporis præſentiam inſerre cæleſtibus: ſed neceſſaria diſpenſatione diſcipulorum infirmitati conſulens, utiliter diſtulit; & quadraginta diebus in terra converſatus, & viſus eſt ſæpe, & locutus eum Apoſtolis, & manducavit & bibit; & vulnera quæ ad dubietatem eorum tollendam, in corpore reſervarat, & videnda & palpanda expoſuit, & impleta in ſe quæ in ſcripturis erant prædicta, evidentia rerum Dominus noſter edocuit. Ad hoc neceſſaria fuit hujus temporis mora, ut recollectis quos in fugam timor impegerat, quos ſupplicium crucis terruerat, in multis argumentis apparens, mentes quæ diffidentia titubaverant, ſolidaret: nec eſſe phantaſticum, ſed verum corpus quod ſurrexerat, tam comeſſationibus quam contrectationibus probaret. Ad hoc dilata eſt aſcenſionis gloria, ut ſub hoc dierum interſtitio præcedens doctrina effectibus firmaretur, immo ut diſcipulorum deſideria receſſionem ejus corporalem ambirent; quia ſpiritalis præſentiæ plenitudo quamdiu conſpectu carnis præſens aderat, adventare non poterat: & paulatim in hoc conducti ſunt, ut libenter conſuetudine convictus aſſueti carerent, cum inhabitator Spiritus ſanctus eorum animas poſſidens, inviſibili acceſſu ſinceriores eis affectus inſunderet, & aperiret interiores oculos ad intuendum intellectu puro Patrem luminum, & ſubſtantia rerum ſperandarum propoſita apparentia ſepeliret: nec incertitudinis ſcrupulus ſupereſſet, cum Dominus & magiſter, quem verum hominem probaverant, eis videntibus cælum aſcenderet; ſed jam ſecuri ſe crederent ſecuturos, nec eſſe impoſſibile quin & ipſi in carne & ſpiritu ad ſuperos transferrentur.

Omnibus itaque ad tam delectabile ſpectaculum aggregatis, Aſcendo, inquit, ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum. Horum verborum auctoritas, cum jam eorum virtutem Spiritus ſanctus intimaſſet, omnem poterat excludere diffidentiam, & hilareſcebant animi eorum paternitatis divinæ illuſtrati honore, & fraternitatis Chriſti honorati conſortio, cum audirent & crederent ſe filios Dei & fratres Chriſti, in quo omnis excellentiæ plenitudo & ſufficientia inerat. Nec jam quaſi idiotæ & hebetes huic verbo applaudebant carnaliter: ſed ſubtiliſſime generationem & dignitatem creaturæ a voluntate & nutu creatoris habuiſſe initium, & imaginem & ſimilitudinem Dei in interiori homine videbant; & dinoſcebant intellectu potius quam viſu, quam affinitatem habeant inter ſe pater & filius; & quia ſubſtantivo & naturali filio filii adoptivi conformes, a prima origine multa habeant ex natura, & multa ex gratia.

Sane hujus generoſitatis conſortium, ſecundum quam ſimul cum Chriſto filii Dei ſumus, nobilitatem exſiſtentiæ noſtræ exponit & intimat: in quo honore ſi manſerimus non degeneres, conſtat omnino non poſſe patrem diffidere a filiis, ſed deiformibus tutum eſſe ad paternitatem acceſſum; nec poſſe pati, ad hereditatem poſſidendam diſpoſitos, in petitionibus divinis repulſam. Sed in quibuſcumque filius filialiter genitorem appellaverit, neceſſe eſt bonitatem largitoris juſte ſupplicantis proſequi voluntatem; maxime cum ipſe pater qui largitur, iſta ſuggerat peti quæ non differt benigne largiri. Et quidem paterna caritas bonis filiis & heredibus maxime delectatur: & hoc gloriæ Chriſti unigeniti dilectio accumulat, quod beatitudinis ſuæ non patitur eſſe ſolitariam magnitudinem, ſed addit fratres; non qui minuant quaſi diviſam in plures excellentiam, ſed qui altitudinem divitiarum ejus exornent participes & conſortes. Quod cum ipſum qui pater eſt, conſtet eſſe Deum, & eum Deum noſtrum, ſicut & ſuum filius atteſtetur, in eo quod filii ſumus, ipſe nos poſſidet: in eo quod noſter eſt Deus, quod noſtrum eſt, ipſum cujus proprii ſumus, proprie poſſidemus.

Dico igitur Domino meo: Deus meus es tu, & dicit mihi Dominus meus: Ego Dominus Deus tuus. Homo, cujus Deus eſt, quid amplius quærit? Si ſufficis tu Deo, ſufficiat tibi Deus. Bonorum tuorum Deus non indiget, nec conferre potes ei quidpiam, nec auferre. Si eſurierit, non dicet tibi. Ejus eſt orbis & plenitudo ejus, & magnitudinem ejus cæli cælorum non capiunt. Non infirmatur, non eget indumento vel cibo; omnia ſcit, omnia poteſt, omnia continet: in ipſo omnes vivimus, movemur & ſumus. Quid tu ei quaſi indigo conferes? Te ſolum bonitate, non neceſſitate deſiderat. Scriptum eſt, & ipſo jubente tabulis inſculptum lapideis, ut diligas eum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Dilige, & diligeris: prope eſt merces tua, in manibus porrigitur præmium. Eſto tu Dei, & erit Deus tuus. Impar ſane commercium, pretium inæquale: ſed qui pro nobis triginta argenteis appretiatus eſt, hoc in pretio hujuſmodi intelligi voluit, ut adimpletio legis quæ in proximi dilectione conſiſtit, ternario & denario figurata, fide & opere mereretur conditori ſuo uniri & jungi, ut haberet homo Deum proprium ſuum, cui ſe proprie & ſingulariter obtuliſſet: intelligi voluit, quanta fuerit in pretio quod pro eo datum eſt, & in eo quod ipſe dedit pro mundo diſſimilitudo, cum ipſe exiguo argento emtus & venditus, tanto pretio damnatos redimeret, ut dubium eſſe non poſſit, quin pretii magnitudo ſuperaret negotium; nec æquari poſſet damnum, quod omnino damnatio juſta meruerat, obedientiæ Chriſti, quæ gratis uſque ad mortem progreſſa eſt, & ultro ſolvit quod non debebat.

His

His Intellectis Apoſtoli ſicut filii prophetarum olim verum Heliam aſcenſurum ſciebant, & horam illam præſtolabantur gaudentes : nec jam anxiebantur parturientes, ſed exorta lætitia parati erant proſequi recedentem ; minime dubitantes, quin & ipſi poſt modicum converſaionis hujus, poſtquam de torrente paſſionis in via hac bibiſſent, exaltato capite & erecto, ſe ad cæleſtia Dominum ſecuturos. Elevatis igitur manibus hereditariam eis benedictionem relinquens, non manufacto vehiculo, nec auxiliaribus carpentis evectus eſt Chriſtus : ſed naturæ divinæ propria uſus virtute, carnem cælo intulit, & corpus glorificatum Patris conſpectibus præſentavit. Non indiguit vectoribus angelis, qui offendicula tollentes e medio, ferrent eum in manibus; ſed præcedentes & ſubſequentes applaudebant victori, & concinentes in jubilatione, modulabantur canticum novum, & implebat cælos conſonantiæ illius harmonia : thronis & dominationibus parantibus Filio juxta Patrem conſeſſum; cherubim & ſeraphim pacificos pedes ambientibus, radiantibus undique divinis claritatibus, & ſplendoribus ſupercæleſtibus, quos nec ardor perſeverans conſumit, nec turbinis alicujus afflatus exſtinguit, nec interpolatio caliginis ullius abſcondit.

Celebrat tanti triumphi magnificentiam lætabundus cæleſtis exercitus ; & qui deſcendenti coram paſtoribus Bethleemitis decantaverunt in ſublimi præconia, modo expreſſioribus conatibus, & intenſioribus jubilis revertenti ad Patrem ſolemniora obſequia impendebant, & feſtivis affectibus venerabantur hominem ſupra ſe ſublimatum, quem gloria & honore coronaverat Pater, ad dexteram ſuam collocatum : hoc dato ei privilegio ſingulari, ut in nomine ejus omne genu flecteretur, & ſuper omne nomen ejus nomen excellentius coleretur. Quanta in ejus ſuſceptione in cælis jucunditas fuerit, nemo ſufficit enarrare. Rei hujus magnificentia omnem ſuperat intellectum. Si linguis hominum vel angelorum quis eloquatur, vel ad hoc cujuslibet elaboret acumen ingenii, ut definire velit quæ Patris in reditu Filii hilaritas fuerit : aut ſi forte illud ſempiternum gaudium aliquod tunc admiſerit incrementum, ſi ſtabilitatis æternæ ſe aliquo modo mutare poſſit immobilis magnitudo; ſcrutator ille majeſtatis opprimetur a gloria : & verendum eſt ne dum vehementius exprimit ubera quam oportet, ſanguinem pro lacte emungat.

Attamen inviſibilem Deum viſibilem Filium recepiſſe ad dexteram ſuam, manifeſtum eſt ; & humilitatem carnis noſtræ throno judiciario honoratam, paternæ complacuiſſe altitudini ; duo genera gentium civitati ſupernæ, de qua glorioſa dicta ſunt, deinceps aſſignari, & eſſe ſupra manſionarios homines & angelos, & beatitudinis illius gloriam his duobus ordinibus in perpetuum frequentari. Hæc merces obedientiæ Chriſti, hæc crucis & mortis ſtipendia, hic paſſionis labor promeruit, ut corpus humilitatis noſtræ fieret corpori claritatis Chriſti conforme, & mortale hoc indueret immortalitatem, & corruptibile incorruptionem : & fierent homines cum Chriſto in cæleſtibus judices, qui cum eo judicia pertulerant malignorum, & exſtiterant uſque ad mortem tribulationum conſortes. Hac die primum invecta eſt in cælis hæc novitas inaudita ; & gaviſuseſt Pater hereditate amplificata, ſobole multiplicata, promiſſionibus quas locutus fuerat in prophetis, redditis & completis.

Solum ad hæc quæ prædicta ſunt, reſtat judicium, & examinationi ultimæ adhuc reſervant antiqua oracula locum. De judicio quippe & anguſtia, Chriſto ſublato, ſupereſt poſt miſericordiæ tempora quæ ad finem feſtinant, ut juſtitiam comitetur judicium : & habeant ſinguli quod merentur, & honoretur honore dignus, & contemtor confundatur inglorius. Hoc & duo angeli Chriſto aſcendente teſtati ſunt, quia qui judicatus abibat, judex eſſet terribilis rediturus ; & videret collecta in unum generalitas hominum, quas foderat manus, quod terebraverat latus, faciem quam conſpuerat, & prolata in medium inflexibili ſententia, occurrentibus Salvatori electis, remaneant impii infinitis deputati tormentis. Quanta illud edictum ſequentur lamenta, illius ultimæ tubæ clangor quam horribilis erit ; continuus erit & ſuperfluus illarum lacrimarum decurſus. Stridorem illum dentium flammæ inexſtinguibiles agitabunt. Immortales miſeri vivent inter incendia, & inconſumtibiles flammæ nudum corpus allambent. Ardebit purpuratus dives, nec erit qui æſtuanti linguæ ſtillam aquæ infundat. In proprio adipe frixæ libidines bullient, & inter ſartagines flammeas miſerabilia corpora cremabuntur : & omni tormento atrocius deſperatio condemnatos affliget.

Non miſerebitur ultra Deus, neque tunc audiet pœnitentes, ſera erit illa confeſſio : & tum clauſa fuerit janua, fruſtra carentes oleo, acclamabunt excluſi. Nullum ibi refrigerium, nullum remedium : ſemel Chriſtus deſcendit ad inferos, ulterius non deſcendet. Non ultra videbunt Deum in tenebris ſigillati : irregreſſibilis erit illa ſententia, & immutabile judicium, & ſtabit damnationis hujus immobile conſtitutum. Exſultabunt ſane ſancti in gloria, videbunt Deum & gaudebunt ; lætabuntur & delectabuntur & fruentur gloria, & in felicitate jucundabuntur æterna. Ibi non guſtabunt quam ſuavis ſit Deus, ſed implebuntur & ſatiabuntur dulcedine mirifica : nihil eis deerit, nihil oberit, omne deſiderium eorum Chriſtus præſens implebit. Non ſeneſcent, non tabeſcent, non putreſcent amplius : perpetua ſanitas, & felix æternitas beatitudinis illis ſufficientiam confirmabunt. Non erit concupiſcentia in membris, non ultra ulla exſurget rebellio carnis, ſed totus hominis ſtatus pudicus & pacificus, ſana ex integro natura, ſine omni macula & ruga deinceps permanebit. Erit denique Deus omnia in omnibus, & illius præſentia omnes animæ & corporis implebit appetitus ; ceſſabuntque de cetero conſummatis omnibus miniſtratoris angelicarum virtutum diſcurſus : & impleta ordinataque omnino civitate Dei, nec innovabitur, nec mutabitur ultra fixæ & conſummatæ beatitudinis ſtatus. Ei igitur, ante cujus tribunal ſtabimus, qui nunc vultui Dei apparet pro nobis, cui de nobis tanta cura fuit, ut pro nobis vellet naſci & mori, in præſenti quæ-

quæſumus, ut cura ſit curandi nos, & nobis auctoritatem & poteſtatem judicandi noſmetipſos & corrigendi concedat; ut in illo terribili judicio ſuo inter electos aſciti & congregati, liberi a ſervitute & captivitate peccati, cæleſtibus civibus conjungamur, & fruamur bonis, quæ ipſe diligentibus ſe repromiſit, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit.

DE SANCTO SPIRITU.

ADESTO ſancte Spiritus, & paracleſin tuam exſpectantibus illabere cælitus. Sanctifica templum corporis noſtri, & conſecra in habitaculum tuum; deſiderantes te animas tua præſentia lætifica; dignam te habitatore domum compone, adorna thalamum tuum, & quietis tuæ reclinatorium circumda varietatibus virtutum: ſterne pavimenta pigmentis, niteat manſio tua carbunculis flammeis & gemmarum ſplendoribus; & omnium chariſmatum intrinſecus ſpirent odoramenta: affatim balſami liquor fragrantia ſua cubiculum tuum imbuat: & abigens inde quidquid tabidum eſt, quidquid corruptelæ ſeminarium, ſtabile & perpetuum hoc facias gaudium noſtrum, & creationis tuæ renovationem in decore immarceſcibili ſolides in æternum. Interfuimus ſacræ Verbi infantiæ, & puerperio virginis obſecuti ſumus. Cum cæleſti militia gloriam decantavimus parvulo; confeſſi ſumus omnipotentem, quem in cunabulis vidimus vagientem. Circumciſionis celebravimus ſacramenta, & truncato præputio voluptatum, ſanctimoniæ didicimus mancipari. Interſuimus baptiſmati Salvatoris, & audita Patris voce de cælis, ad obediendum Chriſto traditi ſumus, & inſtructi cælitus quomodo Patrem & Filium dilectio jungat & uniat; ita ut in ipſis nominibus intimetur diſtinctio perſonarum, & naturæ unitas evidentiſſime innoteſcat. Sed & Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ inter illa myſteria vidimus, & intelleximus ex illa ſpecie, gemitus pœnitentiæ & deſideria contemplationis divinæ, ex ſimplicitate cordis & innocentia vitæ immaculatæ inceſſanter prodire; & neminem niſi ſuſpiriis hujuſmodi præcedentibus, & inſpiratione divina monente, poſſe ad cæleſtia aſpirare; ut ſuſpiratio, & inſpiratio, & aſpiratio a ſancto Spiritu & cauſam habeant, & effectum, & materiam, & proventum. Secuti quoque ſumus in eremum Dominum jejunantem, & repulſa potenter diaboli vidimus tentamenta. Interfuimus cœnæ, & de calice Domini bibimus; pedes lavimus; mortui ſumus cum Chriſto, & ecce vivimus: proſequimur aſcendentem; & præſtolamur promiſſum nobis Spiritum ſanctum; cujus unctio nos de omnibus doceat, qui inviſibili magiſterio nos doceat, & cæleſtibus inſtruat diſciplinis: qui carnales hebetet ſenſus, & conterat appetitus.

Hic Spiritus ſanctus ab ipſo mundi initio aquis legitur ſuperſuſus; non materialibus aquis quaſi vehiculo egens, quas potius ipſe ferebat, & complectentibus firmamentum dabat congruum motum, & limitem præfinitum. Hujus ſempiterna virtus & divinitas, cum in propria natura ab inquiſitoribus mundi antiquis philoſophis proprie inveſtigari non poſſet; ſubtiliſſimis tamen intuiti ſunt conjecturis compoſitionem mundi; compoſitis & diſtinctis elementorum affectibus præſentem omnibus animam affuiſſe, quæ ſecundum genus & ordinem ſingulorum vitam præberet & motum, & intranſgreſſibiles figeret metas, & ſtabilitatem aſſignaret & uſum.

Hanc vitam, hunc motum, hanc rerum eſſentiam animam mundi philoſophi vocaverunt; putantes cæleſtia corpora, ſolem dico & lunam & ſtellas, ipſumque firmamentum, hujus animæ virtute moveri & regi, & aquas, & terram, & aerem hujus ſemine imprægnari. Qui ſi Spiritum, & Dominum, & creatorem, & vivificatorem, & nutritorem crederent omnium quæ ſub ipſo ſunt, convenientem haberent ad fidem acceſſum. Sed abſcondita eſt a ſapientibus & prudentibus tantæ rei majeſtas: nec potuit humani faſtus ingenii ſecretis intereſſe cæleſtibus, & penetrare ad ſupereſſentialis naturæ altitudinem; & licet intelligerent quod vere eſſet creatrix & gubernatrix rerum divinitas; diſtinguere tamen nullo modo potuerunt quæ eſſet deitatis trinitas, vel quæ unitas, vel quæ perſonarum proprietas. Superſerebatur quidem elemento purificatorio Spiritus ſanctificator, jam tunc baptiſmi virtutem enuncians. Jam tunc illa præfigurabantur tempora quibus arca Noe aquis invecta diluvii, viri juſti familiam conſervavit illæſam; abolita generatione adultera, qui in filiabus hominum beſtiali petulantia effrenes, imprudenter ſe illis commiſcuerant, nec divinos, nec humanos in flagitiis publicis verebantur aſpectus. Arcam illam quæ typum gerebat Eccleſiæ, Spiritus ſanctus & tunc regebat, & adhuc regit, extra quam quiſquis perfidus evagatur, involutus fluctibus mergitur in profundum; & impoſſibile eſt eum vivere, cui non ſuperfertur Spiritus vitæ, cujus vivificus calor animat omnia, & fovet, & provehit, & fecundat. Hic Spiritus ſanctus omnium viventium anima, ita largitate ſua ſe omnibus abundanter infundit, ut habeant omnia rationabilia & irrationabilia ſecundum genus ſuum ex eo quod ſunt, & quod in ſuo ordine ſuæ naturæ competentia agunt. Non quod ipſe ſit ſubſtantialis anima ſingulis, ſed in ſe ſingulariter manens, de plenitudine ſua diſtributor magnificus, proprias efficientias ſingulis dividit & largitur; & quaſi ſol omnia calefaciens, ſubjecta omnia nutrit, & abſque ulla ſui diminutione integritatem ſuam de inexhauſta abundantia, quod ſatis eſt & ſufficit omnibus, commodat & impartit.

Hic Spiritus rubri maris aquas ſiccavit, & ſuſpenſis hinc inde vehementibus fluctibus, ab ollis carnium & Ægypti pulmentariis populum ad ſpiritalem eremi libertatem eduxit incolumem; & alimoniis cæleſtibus pavit, manna quaſi rorem matutinum infundens graminibus, quod colligi juſſum eſt ad menſuram. Aderat plena menſura per totam hebdomadam vacante ſabbati die; cui ſexta præcedens dies conſueti victus duplicans quantitatem, octavæ præfigurabat quietem, in qua abſque labore & ſollicitudine in deliciis epulabuntur electi, & ſaturabuntur in terra ſua duplicia poſſidentes, corporis & ani-

mæ felici perennitate, & perenni ſelicitate ditati.

Hic eſt Spiritus ſanctus, quem Magi in Ægypto tertii ſigni nſtenſione convicti, cum ſua defeciſſe præſtigia faterentur, Dei digitum appellarunt, & antiquis philoſophis ejus intimarunt præſentiam deſuiſſe. Et licet de Patre & Filio aliqua ſenſiſſent Platonici: ſpiritus tamen tumidus & humani appetitor favoris ſanctificationem intellectus divini mereri non potuit; & ubi ad profunditatem ſacramentorum ventum eſt, omnis eorum caligavit ſubtilitas, nec potuit infidelitas ſanctitudini propinquare. Hie digitus Dei, mundanæ judex & vindex perfidiæ, novi tempore teſtamenti potenter expellit dæmonia: nec laborat agendo, ſed ſnlo nutu perficit omnia: quod dicit, facit; quod jubet, implet; ſecreta indicat, pandit occulta, revelat ignota: hebetat acutos, & perſpicaces confutat. Hoc digito in lapideis tabulis lex primum conſcripta, quinquageſimo die poſt egreſſum Iſrael de Ægypto in mnnte Sina Moyſi eſt commendata: ſed populus nequam & gens duræ cervicis, a quorum animis terror ille receſſerat, quem mons ardens, & flammea juga, & clangor buccinæ, & lampades coruſcæ, & horrenda tonitrua nuper incuſſerant, in apoſtaſiam converſi, & de Moyſis reditu deſperantes, lege divinitus miſſa indigni judicati ſunt, quia in oculis eorum Moyſes frangens tabulas, tam verba quam inſtrumenta comminuit & delevit. Quinetiam ſceleris ultione patrata, reverſus in montem ad Dominum, quadraginta diebus jejunans & colloquens, tandem obtinuit, ut ipſe alias ex ſaxo ad inſtar priorum exciderit tabulas, in quibus eamdem quæ in primis fuerat, ſcripturam inſculperet & formaret. Factumque eſt mirabili diſpenſatione ſuperni judicii, ut lex quam ſanctus ſcripſerat Spiritus, deleretur: & quam manus humana reſtituit, in poſterum teneretur. Quod ea ratione credi poteſt ſic actum, ut populus prior ſecundum carnem ambulans & vivens, divinis colloquiis & ſpiritalibus mandatis oſtenderetur indignus; nec poſſe mentes perfidas ſancta percipere, nec intelligere ſacramenta, quæ exemplarium tegmine velabantur. Porro teſtamenti novi quæ Chriſto evangelizante patuit veritas verbo Chriſti prolata, indiſſolubilis permanſit, & ſolida deinde ſtabilitatis perpetuæ auctoritate ſulcita eſt, eo quod oblatam gratiam humiles ſuſceperunt, & quod filius inter pauperes ſpiritu invenit ſibi domum in qua caput reclinaret: & merito reprobatos viſibiles tabulæ inviſibilis Dei indicant contemtores, & ampliori dignos honore incarnati Verbi credulos auditores, & devotos veneratores.

Lex igitur a paſchalis agni immolatione die quinquageſimo datur: & Pentecoſtes nomen tantæ rei ſolemnitas ex lege accepit, in ipſo dierum numero ſacramenti magni complicans rationem. Septenarius quippe numerus ſepties revolutus, quinquageſimum efficit, addiro monade; qui præſentis ſæculi metam & futuri initium, perpetuitatem ſub octavæ nomine continens, ſic præſentia terminat, nt nos ad perpetua introducat. Sacratus hic ſeptenarius numerus a conditione mundi auctoritatem nbtinuit: qunniam in ſex diebus prima Dei opera patrata ſunt, & ſeptima conſecrata quieti, quaſi ſancta & ſanctificans ſolemnitate vacationis honorata, & Spiritui ſanctificatori attitulata. Unde & ceſſanti a ſervilibus operibus populo jubetur ut diem ſabbati ſanctificet; & Spiritui rectitudinis, & ſanctitudinis, & ſortitudinis adſcribat, quod directe, quod honeſte, quod viriliter incedit: quia totum ex ejus conſtat ducatu, quod devii diriguntur, quod impii convertuntur, quod debiles confirmantur. Spiritus rectus, Spiritus ſanctus, Spiritus principalis regit, componit, conſummat, & perficit quas inhabitat mentes, & corda quæ poſſidet: nec errare patitur, nec corrumpi, nec vinci, quos docuerit, quos poſſederit, quos gladio potentiſſimæ virtutis accinxerit.

Septeuarius iſte ex quaternario & ternario conſtans, cum in ſe propter prædictas cauſas honorabilis habeatur, habet ex partibus ſuis excellentiam maximam: quia artificis & materiæ videtur exprimere & diſtinguere primarias ſubſtantias; ut ternarius creatorem propter trinitatem enuntiet, & quaternarius creaturam propter quatuor elementa, quæ rerum omnium cauſæ ſnnt & ſemina, ſnb hujus numeri brevitate concludat. Spiritns ſanctus a Patre procedens, a Patre & Filio qnaternario ſuperfertur, & conditor benignus npus ſuum amplectitur, & diligit quod plaſmavit, & creaturam ſuam ſanctus ipſe ſanctificat & conſociat ſibi, & caritatis nexu ſtatuit & cnnquadrat. His aliiſque ſecretioribus rationibus quas illuſtrium virorum ſubtiliora ingenia indagarunt, ſeptenarius numerus in Scripturis ſanctis ſæpe ſacramentales cauſas complectitur; & ſimplex & multiplicatus, neceſſarios ad intelligentiam divinorum opetum parturit intellectus.

In hebdomadibus apud Hebræos, dies ſeptimus Sabbatum, id eſt, reqnies appellatur: qui numerus non tam in ſeptimanis, ſed etiam obſervatur in annis, & annorum bebdomada conſummata ſeptimus annus requietionis eſt: & ipſi terræ ſabbatum imperatur, nec fas eſt cuiquam eo anno ſerere vel metere quidpiam, ſed qnæ ſponte. ſive in terra, ſive in vineis, vel in arboribus naſcuntur, alimoniæ pauperum deputantur. Annnrum quoque ſeptimanæ apud Hebræos, quinquageſimum annum faciunt, quem jubilæum appellant; in qun decreto legis (nt ſnpra dictum eſt) fit terræ remiſſio, & ſervorum libertas, & reſtitutio poſſeſſionum, quas eatenus diſtractio alienaverat, & cetera hujuſmodi gratis ad hereditatis ordinem revertuntur. De numero ſeptenario cum multa dicta ſiut, plura ſuperſunt quæ in lege & Evangelio præcipue commendantur. Quinquageſimus itaque annus perficit jubilæum; quinquageſimus dies a paſchate pentecoſten facit, in quo vere Spiritu ſancto infuſo Apoſtnlis, ad hereditatem cæleſtem a quo venumdati ſub peccato exſulabant, quos diabolo domino mendicitas & egeſtas ſubjecerat, revertuntur.

Septem ſacerdotalibus clangentibus tubis, Hiericho corruit: ſeptem petitionibus orandnm Patrem Filius docuit. Remiſſio peccatorum duplicato ſepties ſeptenario, Petro mandatur. Leproſus ſeprimi diei inſpectione a ſacerdote judicatur; ſummi ſacerdotis in ſeptem diebus conſecratio conſummatur. Dominus Jeſus Chriſtus de ſeptem panibus quinque millia hominum reficit: & juſtus quiſque Deo laudes per diem ſepties dicit.

Digitized by Google

dicit. Ipſe Dominus Jeſus ab Adam ſecundum generationes, quas Lucas commemorat, ſeptuageſimus ſeptimus invenitur; ut ultionem in Lamech ſeptuagies ſepties promulgatam veniens terminaret. Septem diebus in paſchate editur azyma; ſeptem diebus menſe ſeptimo tabernaculorum ſolemnitas celebratur. In ſeptem annis templum a Salomone conſtruitur; ſeptem brachiis & totidem luminibus candelabrum adornatur.

Celebramus tam nos quam Judæi quinquageſimum diem, ſed illi in typo: nos autem in veritate, non tam ſignificamus quam agimus. Pentecoſten igitur celebrantes, commemoramus quæ olim ſub Moyſe in veteri Teſtamento ſunt acta, & quæ ſub Chriſto facta ſunt. Poſt cujus aſcenſionem in cælos Spiritus ſanctus viſibiliter ſuper Apoſtolos in linguis igneis apparuit, & ad inſtar prioris ſæculi univerſitatem fidelium unius labii eſſe voluit: ut quorum erat cor unum & anima una, una eſſet & lingua, nec poſſet impedire intellectum credentium aliqua diverſitas verborum: ſed Evangelica doctrina propria lingua prolata ad omnium auditum eamdem efficientiam obtineret, ut Græcis & Barbaris omnibuſque gentibus verbum Evangelii ſic eſſet intelligibile, ac ſi in eorum auribus linguæ in qua nati erant idiomata reſonarent. Aderant Medi & Elamitæ, Meſopotameni & Arabes. Hi omnes, dum Hebræa lingua Apoſtoli prædicarent, locutio Judaica enunciationis ſuæ articulos curſu conſueto evolvens, nullo exponebatur interprete, ſed verbo eorum per Spiritum ſanctum inerat virtus & gratia, ut habitantes Pontum & Aſiam, ſuam eſſe dicerent linguam, quam audiebant; quaſi primitivæ linguæ libertas ad antiquitatis reverſa originem, confuſionis contumeliam evaſiſſet. Non tantum Apoſtolis collata eſt hæc gratia, ſed multitudini credentium idem Spiritus ſuperfuſus eſt, intus ardentibus, extra loquentibus; & complectebantur ſe dilectio & verbum, & de calore Spiritus ſermo fervebat ignitus. Jam omni timore excluſi, obedire ſe Deo magis quam hominibus, publice profitebantur; & videbatur eis gloria, ſi pro Chriſto injuriam paterentur.

Ad hunc modum olim Moyſi juſſum eſt, ut in viros ſeptuaginta quos ipſe presbyteros judicaret, de Spiritu ſuo partiretur, ut in negotiis partem gererent ſollicitudinis: quibus cum impoſuiſſet Moyſes manus, requievit in eis Spiritus ſanctus; qui non Moyſi ablatus eſt, quaſi ipſe ſine Spiritu remaneret, vel idem Spiritus ſecaretur in partes; ſed ſecundum menſuram donationis divinæ quæ erat in Moyſe, gratia ſingularis facta eſt multiplex & communis, & data eſt multis in eo poteſtas, quod prius ſolius Moyſis diſponebat auctoritas. Sic Heliæ Spiritum duplicem recepit Heliſæus: non quod in duas ſubſtantias idem Spiritus ſit diviſus, & duos Propheta ſanctus habuerit Spiritus; ſed quod populo chriſtiano, cujus typum Heliſæus gerebat, accepto Spiritu ſancto data ſic poteſtas in opere & ſermone; & aſcendentem Heliam, id eſt, Chriſtum, pio deſiderio proſecutus, fide claruerit & intellectu, & vita & ſignis & miraculis fulſerit & exemplis.

Hic ſacrorum ordinum diſtributor, reges creat & principes, ſacrat pontifices, eligit ſacerdotes. Hic ſapientia Salomonem, intellectu Danielem, Joſeph conſilio, Samſonem fortitudine, Moyſen ſcientia, David pietate, Job timore proſequitur: & ſanctorum animas omnimodis fecundat virtutibus, in tantum affectus pacificos provehens, ut jam in cælis noſtra ſit converſatio, diffuſa in nobis caritate per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Hic in pudicis mentibus ſibi ſtatuit manſionem. Hic humiles & cælibes habet domeſticos, abominatur ærarios, falſarios deteſtatur. Hic Giezi mercenarium lepra condemnat, & Jeroboam vendentem ſacerdotia cum apoſtatis locat. Hic Simonem gratiæ Dei nundinatorem a ſanctorum conſortio exheredat, cujus deteſtabiles auſus ultrix ruina confundit & quaſſat. Hic Balaam ad maledicendum conducto ſilentium imponit; & per aſinam redargutum, colliſo ad parietem pede, vacuum pecunia, contumelia oneratum, claudicantem ad propria remiſit confuſum. Hic omnibus Eccleſiæ ſacramentis intereſt, quæ ipſe efficit & conſummat. Hic peccata diluit, hic juſtificat impios, & ad vitam revocat mortuos. Hic diſcordes pacificat, & vinculo dilectionis adſtringit & ligat. Hic nos cælo invehit, & a mundi hujus vanitatibus avulſos ſuperni regni conſtituit heredes, cujus ſumma eſt felicitas, quod corpus iſtud ſpiritali effectu cum angelis converſabitur, nec ultra erit carnis & ſanguinis aliquis appetitus, ſed erit omnium plena ſufficientia, cognoſcibilis Deus, & inhabitator Spiritus ſanctus.

GENESIS.

CARMEN IGNOTI AUCTORIS PERPERAM TERTULLIANO ET CYPRIANO ETIAM ATTRIBUTUM.

a PRINCIPIO Dominus cælum terramque [a] creavit ;
Namque erat informis fluctuque abſcondita tellus ;
Immenſuſque Deus ſuper æquora vaſta meabat,
Dum chaos & nigræ fuſcabant cuncta tenebræ.
Has dum disjungi juſſit de cardine, fatur :
b Lux fiat, [b] claro & nituerunt omnia mundo.
Cum Dominus primi compleſſet facta diai,
Condidit albentem nebulis naſcentibus axem ;
c Accipit immenſus [c] errantia littora Pontus,
Multiplices rapiens validis cum tractibus amnes.
Tertia lux faciem terrarum fulva retexit,
Arida mox poſito narratur nomine terra ;
Florea ventoſis conſurgunt germina campis,
Pomiferique ſimul procurvant brachia rami.
Quarta dies generat ſolis cum lampade lunam,
Et ſtellas tremulo radiantes lumine fingit ;
Hæc elementa dedit ſubjecto inſignia mundo,
Tempora quæ doceant varios mutanda per ortus,
At quinta accipiunt liquentia flumina piſces,
d Et volucres varias [d] ſuſpendunt aere pennas.
Sexta at prægelidos in ſpiras lubricat angues,
Quadrupedumque greges totos diffundit in agros ;
Cunctaque multiplici mandavit creſcere paſſim
Germine, & immenſis errare & paſcere terris.
Hæc ubi conſtituit divina potentia juſſu :
Rectorem inſpiciens mundanis defore rebus,
e Hæc memorat : Noſtris hominem [e] faciamus ad unguem
Vultibus aſſimilem, toto qui regnet in orbe ;
Et licet hunc uno poſſet componere verbo ;
Ipſe tamen ſancta dignatus ducere dextra,
Inſpirat brutum divino a pectore pectus.
f [f] Quem poſtquam artificis formatum in imagine vidit,
g [g] Metitur ſolum mordaces volvere curas.
Ilicet irriguo perfundit lumina ſomno,
Mollibus ut vulſa formetur femina coſta,
Atque artus mixtu gemino ſubſtantia firmet.
Inditur & nomen vitæ, quod dicitur Eva.
Quapropter nati linquunt de more parentes,
Conjugibuſque ſuis poſitis cum ſedibus hærent.
Septima, quando Deus factorum fine quievit,
[h] Sacratam ſtatuens venturi ad gaudia ſæcli, h
Ilicet exhibitis animantum ex ordine turbis,
[i] Viritim cunctis nomen quod permanet, indit i
Adami a Domino donata [k] ſcientia ſolers. k
Quem Deus alloquio, junctam dignatur & Evam :
Creſcite multimodo ventura in tempora partu,
Ut polus & plenæ veſtro ſint germine terræ ;
Heredeſque mei, varios decerpite fructus,
Quos nemora & pingui [l] reddunt de ceſpite campi. l
Hæc ubi diſſeruit, læta paradiſus in aula
Inſtruitur, primique aſpectat lumina ſolis.
Gignitur hæc inter pomis letalibus arbos,
Conjunctum generans vitæ mortiſque ſaporem.
Ædibus in mediis puro fluit agmine flumen,
Quod rigat inſignes liquidis de fluctibus ortus,
Quadrifidoſque ſecat undante ex fonte meatus.
Phiſon auriferis prædives fluctuat undis,
Conſpicuaſque terit rauco de gurgite gemmas ;
Praſinus huic nomen, illi eſt carbunculus ardens ;
Perſpicuuſque vadis terram prælambit Hevilath.
Poſt hunc Æthiopas Gihon allapſus opimat.
Tertius eſt Tigris, Euphrati adjunctus amœno,
Aſſyriam celeri diſcretim flumine ſulcans.
Hic poſitus cuſtos Adamus cum conjuge fida,
Atque opifex tali formatur voce tonantis:
Ne trepidate ſimul licitos præcerpere fructus,
Quos nemus intonſum ramo frondente creavit ;
Solliciti ne forte malum noxale legatis,
Quod viret ex gemino diſcreta ad munia ſucco.
Nec minus interea cæcos nox alta tenebat,
Ac modo formatos veſtis nec texerat artus.
Has inter ſedes, & baccis mitibus ortus ;
Spumeus aſtuto vincens animalia ſenſu,
Serpebat tacite ſpiris frigentibus anguis,
Livida mordaci volvens mendacia ſenſu,
Femineo tentat ſub pectore mollia corda :
Dic mihi cur metuas felicia germina mali ?
Numquid poma Deus non omnia nota ſacravit ?
E queis ſi ſtudeas mellitos carpere victus,
Aureus

a *Creavit*] *Locavit*, cod. Victorinus.
b *Claro*] Sic Pamelius poſt Fabricium. *Clare* Morel. & cod. Vict.
c *Errantia*] Sic emendavi ex cod. Vict. Editi *verrentia*.
d *Suſpendunt aere pennas*] Sic Pamelius pro eo quod eſt apud Morel. & cod. Vict. *ſuſpendunt corpore pennas*.
e *Faciamus ad unguem*] *In unguem* Morel. & Vict.
f *Quem poſtquam*] Hunc verſum emendavit editor Oxonienſis ; ſed aliter editi & Vict. *Quem poſtquam effigie formatam ceu ſua vidit*. Quæ poſtrema lectio haud ſcio an verior ſit ; neque enim mirum eſt metricam legem ab ejuſmodi poeta non ſervari.
g *Metitur*] Legendum videtur *non patitur*.
h *Sacratam*] Hunc verſum emendavimus ex cod. Vict. Aliter in edit. *Sacrata ſtatuens venturi gaudia ſæcli*.
i *Viritim*] *Diſtinctim* edit. Ox.
k *Scientia*] Sic edit. Ox. *Prudentia* apud Morel. & Pamel. Aliter in cod. Vict. *Adamus donata ſibi prudentia ſolers*.
l *Reddunt*] *Reddent* Vict.

Aureus aſtrigero remeabit cardine mundus.
Illa negat, vetitoſque timet contingere ramos;
Sed tamen infirmo vincuntur pectora ſenſu.
Ilicet ut niveo jam mitia dente momordit,
Affulſit nulla maculatum nube ſerenum:
Tum ſapor illecebram mellitis faucibus iudens,
Compulit inſueto munus deferre marito.
Quod ſimul ac ſumſit, deterſa nocte nitentes
Emicuere oculi, mundo ſplendente, ſereni.
Ergo ubi nudatum proſpexit corpus uterque,
Cumque pudenda vident, ficulnis frondibus umbrant.
Forte ſub occiduo Domini jam lumine ſolis
Agnoſcunt ſonitum, trepidique ad devia tendunt.
Tum Dominus cæli mœſtum compellat Adamum:
Dic ubi nunc degas? Reſpondit talia ſupplex;
O Domine affatus pavido ſub corde tremiſco
Magne tuos, nuduſque metu frigente fatigor.
Tunc Dominus: Quis poma dedit noxalia vobis?
Tradidit hæc mulier, dum dicit lumina promtim
Candenti perfuſa die, liquidumque ſerenum
Affulſiſſe ſibi, ſolemque & ſidera cæli.
Protinus ira Dei turbatam territat Evam;
Auctorem vetiti dum quærit Maximus acti.
Illa ſub hæc pandit: Serpentis ſuaſa loquentis
Accepi, fallente dolo blandoque rogatu:
Nam ſua vipereis intexens verba venenis,
Hæc mihi præ cunctis narravit dulcia pomis.
Ilicet Omnipotens condemnat geſta draconis,
Præcipiens cunctis inviſum viſere monſtrum;
Pectore mox fuſo prorepere, tum ſola morſu
Mandere: manſuro quæcumque in tempora bello,
Humanus inter ſenſus, ipſumque labantem;
Vertice ut abjecto pronus poſt crura virorum
Serperet, ut calcet dum labens cominus inſtat.
Femina fraudigeris miſere decepta loquelis,
Præcipitur duro diſcrimine ponere partum,
Servitiumque ſui ſtudio perferre mariti.
Tu vero cui viſa fuit ſententia verax
Conjugis, immiti ceſſit quæ victa draconi;
Deflebis miſerum per tempora longa laborem.
Nam tibi triticeæ ſurget pro germine meſſis
Carduus, & ſpinis multum paliurus acutis,
Ut cum viſceribus laſſis & pectore mœſto,
Plurima ſollicitos præſtet ſuſpiria victus;
Donec in occiduo venientis tempore mortis,
Unde geris corpus, terræ reddare jacenti.
His actis Dominus trepidis dat tædia vitæ,
Dejectoſque procul ſacratis dimovet hortis,
Obverſoſque locat, medioque eliminat igni;
In quo perceleri Cherubim evolvitur æſtu,
Dum calidus defervet apex, flammaſque volutat.
Queis Dominus, pigro ne frigore membra rigerent,
Conſuit evulſas pecudum de viſcere pelles,
Operiens nudos calidis de veſtibus artus.
Ergo ubi conjugio ſeſe jam fidus Adamus
Eſſe virum ſenſit, nomen genitricis amatæ
Exhibet uxori; [a] bino qui germine factus a
Continuo genitor diverſis nuncupat orſis.
Atque Cain hic nomen habet, cui junctus Abelus:
Innocuas hujus ſervabat cura bidentes;
Aſt alius curvo terram vertebat aratro.
Hi cum perpetuo ferrent ſua dona tonanti,
Diſſimiles fructus ſenſu ſuadente dedere.
Nam prior uberibus fuerant quæ proſata glebis
Obtulit: aſt alius miti ſe devovet agno,
Exta manu ſincera gerens adipemque nivalem;
Confeſtimque placet Domino pia vota tuenti.
Quod propter gelida Cain incanduit ira.
Quem Deus alloquio dignatus, talibus infit:
Dic mihi, ſi rectum vivas, & noxia cernas,
Degere non poſſis contracto a crimine purus?
Deſine mordaci fratrem diſperdere ſenſu,
Qui tibi ceu Domino ſubjectus colla daturus.
Nec tamen his fractus, fratrem deducit ad arva;
Atque ubi deprenſum deſerto in gramine vidit,
Elidit geminis [b] frangens pia guttura palmis. b
Quod factum Dominus cælo ſpeculatus ab alto,
Diſquirit, quonam terrarum degat Abelus?
Ille negat poſitum cuſtodem ſe fore fratris.
Cui Deus effatur: [c] Numnam vox ſanguinis ejus c
Ad me miſſa ſonat, celſumque aſcendit ad axem?
Noſce igitur manſura tibi pro crimine tanto.
Nam modo quæ maduit germani ſanguine terra,
Inviſo maledicta tibi commiſſa negabit
Semina, & aſſumtis fructum non proferet herbis.
[d] Torpidus ut multo collidens membra tremore. d

SODO-

a *Bino qui germine factus*] Aliter in cod. Vict. *binos qui germine factos*.

b *Frangens*] Sic Pamelius conjecit pro eo quod erat apud Morel. *fraudans*.

c *Numnam*] *Nonne* apud Morel. quod forte melius.

d *Torpidus*] Cum prorſus mutilus ſit finis hujus carminis, ſuſpicatus eſt Pamelius cetera quoque Geneſeos capita, ad everſionem uſque Sodomæ, metro a Cypriano converſa.

S O D O M A.

CARMEN IGNOTI AUCTORIS PERPERAM TERTULLIANO ET CYPRIANO ETIAM ATTRIBUTUM.

IAM Deus omnipotens, primævi tempora ſæcli
Vindice diluvio cunctis aboleverat undis,
Quas cælum ſparſit terræ, maris expuit æquor:
Hactenus haud liquido pœnas decernere pactus
Excidio; quoties hiemes induceret aer,
Frenandis varium pluviis mandaverat arcum,
Purpureo & viridi ſignantem nubila limbo;
Iridis huic nomen; propria eſt quæ fibula nimbis.
Sed recidiva hominum pariter cum gente ſecunda
Impietas, iterumque mali nova pullulat ætas;
Excidio jam non imbres ſortita, ſed ignes,
Sic Sodomum meruit tellus ardentibus uri
a [a] Roribus, & finis portendere ſigna futuri.
Effera luxuries illic inimica pudoris
Inſtar legis erat, fugeret quam præſcius hoſpes,
Ante vel ad Scythicas, vel apud Buſiridis aras,
Exoptans per ſacra necem, cæſuſque cruorem
Fundere Bebryeium, & Libycas ſatiare palæſtras;
Anteque vel Circæa novas per pocula formas
Sumere, quam læſum Sodomis amittere ſexum.
Pulſabant cælum invidia connubia mixta,
Inceſtu parili generis natura rebellis
In ſeſe, læſumque viri cum corpore nomen.
Tempore ſed certo Deus omnia proſpeculatus,
Judicat injuſtos; patiens, ubi criminis ætas,
b [b] Ceſſandi ſpatium vis nulla coegerit iræ.
Jamque dies ultrix aderat: duo de grege miſſi
c [c] Angelico, forma juvenes, qui ſpiritus ambo
Diva miniſterio Domini mandata ferebant,
Succedunt Sodomis. Illic de ſtirpe piorum
Tranſvena Loth aderat, ſapiens juſtique colonus
Unus erat meminiſſe Deum; ſolet utilis arbor
d In ſilvis latitare [d] feris velut hoſpita fructu.
Is tunc pro porta reſidens (vix mœnia adibant
Cælicolæ) quamquam divinos neſcius, ultro
Advocat, appellat, patrio veneratur honore,
Hoſpitioque vocat, longe ſtabulare parantes;
Eniſus longis precibus, pia pignora menſa
Officiiſque probis ſtudio diſpungit amicos.
Nox requiem dederat, lux ſolverat altera noctem,
Et Sodoma in foribus ſtrepitat [e] cum lege pudenda. e
Loth contra ſupplex: Ne vos nunc [f] pacta libido f
Incendat juvenes iſtam fœdare juventam;
Quo luxus genitura vocat? Quo femina fruſtra?
Quo nullæ nuptant animæ; non luſtra colentes,
Non ſabulis reduces, non undis ſubter hiantes,
Nec quæ pennarum modulis prope nubila pendent,
Nec quæ per terram protracto corpore reptant.
Omne genus [g] luxu genus eſt, ſed femina conjux g
Omnibus, & numquam cuiquam niſi femina mater.
Nunc ſi fas juvenilis habet vaſtare pudorem,
Sunt intus natæ bijuges mihi, nubilis ætas,
Virginitas in flore tumet, jam dedita meſſi;
Digna cupido viris tulerit quam veſtra voluptas;
Dedo pater, proque hoſpitibus penſabo dolorem.
Vulgus ad hæc demens: quiſnam tu, quantus, & unde,
Qui nobis domineris, ait, legeſque recondas?
[h] Tranſvena num rector Sodomorum ut ingerat iras. h
Nunc igitur tute ipſe lues, quod noſtra cupido eſt,
Pro natis, proque hoſpitibus; ſatis unus in omnes.
Dicta & facta ſimul: vulgi mora nulla furentis.
Turbidus hiberno ut dum volvitur impete torrens,
[i] Rivorum innumeros uno pede fertur in amnes; i
Siqua illic arbor rapidis offenditur undis,
Haud manſura diu; quantum radice licebit
Crinitas durare moras, ubi ſubter adeſam
Perdit humum circumfoſſo jam caudice pendens,
Huc illuc certam differt incerta ruinam:
Haud aliter Loth in media vertigine vulgi
Nutabat vinci prope jam; ſed diva poteſtas
Subvenit, Angelici juvenes de limine raptum
Reſtituunt tectis; demens ſed vulgus ibidem
Pœnarum auſpiciis [k] interdum lumine multant. k

Tunc

---

a *Roribus*] Sic emendavimus ex cod. Colb. *fontibus* cod. Vict. *facibus* Morel. *flammis* poſt Fabricium Pamelius, quamvis cum Cauchio *faſcibus* legi non improbet.

b *Ceſſandi ſpatium*] Locus obſcurus & corruptus.

c *Angelico*] *Angelica* duo mſſ. codices.

d *Feris*] Sic cod. Colb. *feras* edit.

e *Cum lege pudenda*] Sic cod. Colb. *cum lege rudendam* Vict. *conqueſta rudendum* Morel. & Pam. *congeſta rudentum* Ox.

f *Pacta*] *Paſta* ed. Ox.

g *Luxu*] Videtur ea vox eodem ſenſu uſurpata ab Auctore libri de Singularitate clericorum, qui feminas ab eccleſiis excludendas negat, quia ibi femina *perdit ſua voluptatis uſum, perdit & luxum dum tractantur cæleſtia*.

h *Tranſvena num rector*] *Tranſvena correctar* cod. Vict. *non rector* Colbert. Ibidem codex Vict. cum Morellio: *ut ingerat iras*. Fabricius ſic emendat: *Tranſvena corrector Sodomorum duplicat iras*. Male in edit. Oxon. *atque ingerit iras*.

i *Rivorum innumeros*] Sic cod. Colbert. *numeros* in edit. In eodem verſu lego *amnes* ex cod. Vict. pro *omnes* quod in editis legitur. Uterque codex habet *vehitur* pro eo quod Pamelius poſuit poſt Fabricium *fertur*.

k *Interdum lumine multant*] Sic Morel. & duo codices mſſ. niſi quod Victorinus habet *lumina*. *Interdiu* legendum videtur. Fabricius & Pamelius emendant: *Multatur lumine diro*.

a Tunc [a] decreta Dei referant, dignam adfore pœnam
De cælo Sodomis; ipſum meruiſſe ſalutem
Juſtitiæ titulo: Quin ergo accingeris iſtinc
Feſtinare fugam, pariterque educere ſi quid
Gentis habes: nos exitium jam inducimus urbi.
Loth generos citus alloquitur: ſed dura hominum mens
Credere deſpexit monitum, riſitque timorem.
Tempore mox quo lux tenebras conſcendere tentat,
Et bicolor cæli facies de nocte dieque eſt,
Inſtabant juvenes Chaldæam educere gentem
Ex Sodomis, juſtamque domum donare ſaluti:
Eja age Loth exſurge, tuamque aſſume jugalem,
Et natas duplices, atque hinc exterminus iro;
Præveniens Sodomum pœnas. Manibus quoque amicis
Producunt trepidos, atque hæc ibi cetera mandant:
Serva Loth animam; ne viſum in terga retrorſum
Vertere forte velis, cœptum vel ſiſtere greſſum;
In montem propera. Timuit Loth ardua tardo
Ereptare gradu, cæleſtes ne prius iræ
Opprimerent: alios igitur depoſcere portus
Aggreditur, parvam quam contra aſpexerat, urbem.
b [b] Huc, inquit, contendo fugas; vix mœnibus exſtat,
Nec longe, nec magna. Illi ſavere precanti,
Urbis & ipſius pariter geſſere ſalutem;
Segor inde loco nomen vox barbara novit.
Tunc Loth ingreditur Segor, ſimul exoritur ſol,
Ultimus ille quidem; in Sodomamque incendia ſervens
Infert, nam totos radios armaverat igni:
Æmula ſubſeritur caligo, includere lucem
Cœptans, atque globos conſuſo intexere cælo:
Fumantes coeunt nubes, novus irruit imber;
Sulphura cum flammis flagrantibus æſtuat æther,
Exuſtus crepitat liquidis ardoribus aer.
Hinc habet in falſo de vero fabula famam,
Solis progeniem currus optaſſe paternos,
Nec valuiſſe levem puerum frenare ſuperbos
Solis equos, arſiſſe orbem; tunc fulmine raptum
Aurigam illicitum, planctum mutaſſe ſorores.
Viderit Eridanus, ſi qua illic populus albet,
Aut ſi quis plumat ſenio modulatior ales:
Hic aliter verſæ mœrent miracula formæ.
Namque comes conjux heu me, male tum quoque legis
Femina non patiens, divina ad murmura cæli
Audaces oculos nequidquam ſola retorſit,
Non habitura loqui quod viderit; & ſimul illic
In fragilem mutata ſalem, ſtetit ipſa ſepulcrum;
Ipſaque imago, ſibi [c] formam ſine corpore ſervans; c
Durat adhuc etenim nuda ſtatione ſub æthram,
Nec pluviis dilapſa ſitu, nec diruta ventis.
Quinetiam ſi quis mutilaverit advena formam,
Protinus ex ſeſe ſuggeſtu vulnera complet;
Dicitur & vivens alio jam corpore, ſexus,
Munificos ſoliro diſpungere ſanguine menſes.
Nuſquam ſunt Sodomi, nuſquam illorum impia lucent
Mœnia, cum Dominis domus omnis, inops ita nuſquam:
Tota rogus regio eſt; hinc atro horrore favillæ,
Hincque ſitu cano cineres incendia ſignant.
Occidit illa prior [d] feritas, quam proſpiciens Loth d
Nullus arat fruſtra piceas fuligine glebas.
Semiperemta etiam ſi qua illic jugera lætas
Autumni conantur opes; facile optima ſeſe
Promittunt oculis, pira, perſica, & omnia mala,
Donec carpantur: nam protinus indice tactu,
Solvitur in cinerem, [e] fit vana favillaque pomum. e
Sic igitur cælo pariter terraque ſepultis
Nec mare vivit ibi, mors eſt maris illa quieti;
[f] Quod nullus animat per anhela volumina fluctus, f
Quodque etiam patrio nuſquam ſuſpirat ab auſtro;
Quodque nequit proferre aliquam de gurgite gentem
Squamigeram, lævive cuti vel cortice ſeptam,
Vel criſpam concham, aut duplici compagine clauſam.
Solum illic propria mentitur fruge bitumen,
Exuſti ſuligo maris; quod vividus ardor
Subter ſtagna coquens de ſulphuris & ſalis æſtu,
Temperat, inque picem dat terræ hærere marinam:
Invehitur proprio cum tempore pingue crematæ
Virus aquæ, ſpumiſque cutis ſuper æquora nigra
Texitur. Appellunt queis eſt ea captio mercis;
Acclinant laterum læves libramine lembos,
Ut ſemel impoſitam doceant conſcendere venam:
Nam ſe ſponte levans annabit inertis ad ora
Navigii, preſſumque dabit præ munere largo,
Ni plaga contigerit quam menſis ſemina veſtit.
Ecce aliud monſtrum pelagi de clade notatur:
Cuncta illic [g] immiſſa natant; natura receſſit g
Mergendis data corporibus. Si denique tædæ
Luciferam narem ſiſtes qua ſpiritus igni eſt,
Velificavit apex flammæ, ſi flamma peremta eſt,
Ibit ſubter aquas deſtructio naufraga lucis.
Hæ So-

a *Decreta*] *Secreta* Colbert.

b *Huc inquit*] Aliter hi duo verſus in cod. Colb. *Huc, inquit, fuga, ſi certe manibus exſtat, Nec longe nec magna mihi eſt: favere precanti*. Secundus verſus eodem modo habetur in cod. Vict. & apud Morel. niſi quod iſte legit, *favete*.

c *Formam ſine corpore ſervans*] *Formam ſine carne reſervans*, cod. Colb. *Forma*, Morel.

d *Feritas quam proſpiciens Loth*] Corruptum locum ſic emendari & expleri poſſe putat editor Oxon. *Occidit illa prior ſpecies, quam proſpiciens Loth deſeruiſſe pii fertur commercia fratris*.

e *Fit vana favillaque pomum*] Aliter duo codices mſſ. *ſolvitur in cinerem, vacuus favillaque pomi*.

f *Quod nullus animat*] *Quod nullos* Morel. & Colb. *Idque animat nullus*, Fabricius & Oxon.

g *Immiſſa*] Duo codices mſſ. *invita*.

Digitized by Google

Hæ Sodnmum & Gomorum ſignatæ in ſæcula pœnæ
a Gentibus injuſtis, queis [a] corda obdura timorem
Deſeruere Dei, cæleſtia jura tueri,
Inque nnum rerum Dominum ſperare docebunt.

Carmen ignoti Auctoris, ad Senatorem ex Chriſtiana Religione ad Idola converſum.

Quum te diverſis iterum variiſque viderem
Inſervire ſacris, priſcoque errore teneri;
b Obſtipui [b] monitus: quia carmina ſemper amaſti,
Carmine reſpondens, properavi ſcribere verſus;
Ut te corriperem, tenebras præponere luci.
Quis patiatur enim, re Matrem credere magnam
Pnſſe deam dici, rurſuſque putare colendam,
Cujus cultores infamia turpis inurit?
Namque ſacerdnres tunicis muliebribus idem
c Interius vitium cultu [c] exteriore fatentur;
Idque licere putant, quod non licet: unde per nrbem
Leniter incedunt, mollita voce loquentes,
Lapſatoſque tenent extenſo pollice lumbos,
Et proprium mutant vulgato crimine ſexum.
Cumque ſuos celebrant ritus, his eſſe diebus
Se caſtos memorant: ar ſi tanrummodo tunc ſunt
Ut perhibent, caſti, reliquo jam tempore quid ſunt?
Sed quia coguntur ſaltem ſemel eſſe pudici,
Mente fremunr, lacerant corpus, ſunduntque cruorem.
Quale ſacrum eſt vero quod ſertur nomine ſanguis?
Nunc etiam dicis, quod te non ſecerit ætas,
Sed tua relligio calvum: caligaque remota,
Gallica ſit pedibus molli redimita papyro.
Res miranda ſatis dejectaque culmine ſummo:
Si quis ab Iſiacis conſul procedar in orbem,
Riſus oris erit: quis re nnn rideat autem,
Qui ſueris conſul, nunc Iſidis eſſe miniſtrum?
Quodque pudet primo, te non pudet eſſe ſecundn;
Ingeniumque tuum turpes damnare per hymnos
Reſpondente tibi vulgo & lacerante ſenatu.
Te, ue domn prnpria pictum cum ſaſcibus ante,
Nunc quoque cum ſiſtro ſaciem portare caninam.
d [d] Hæc tua humilitas, ſed humilitatis imago.
Ædibus illa tuis ſemper mnnumenta manebunt.
Rumor & ad noſtras pervenit publicus autes,
Te dixiſſe: Dea erravi, ignnſce, redivi.
Die mihi ſi valeas, cum talia ſæpe rogares,
Et veniam peteres; quæ tecum verba locuta eſt?
Vere mente cares, ſequeris qui mente carentes.
Hæc iterum repetis, nec te delinquere ſentis.
Quid mereare vide: minus eſſes ſorte norandus,
Si tantnm hoc ſcires, & in hoc errore maneres:
At cum vericolæ penetraveris oſtia legis,
Er tibi noſſe Deum paucis acceſſerit annis;
Cur linquenda tenes, aut cur retinenda relinquis?
Nilque colis, dum cuncta colis; nec corde retractas
Vera quid a falſis, quid ab umbris lumina diſtent.
Philoſophum fingis, cum te ſententia mutet:
Nam tibi ſi ſtomachum popularis mnverit aura;
Et Jndæus eris, totuſque incertus haberis.
Indulge dictis, ſapientia non placet alta.
Omne quod eſt nimium contra cadit: unum operantur
Et calor & frigus: ſic hoc, ſic illud adurit;
Sic tenebræ viſum, ſic ſol contrarius auſert,
Et pariter lædunr gelidum ſervenſque lavacrum:
Eſca alitur corpus, corpus corrumpitur eſca;
Vimque ſuam minuit, ſi quid protenditur ultra.
Denique ſi ſedeas, requies eſt magna laboris;
Si multum ſedeas, labor eſt. Maro namque poeta
Pro pœna poſuit: ſedet, æternumque ſedebit
Inſelix Theſeus. Semper nocet urile longum;
Prandia longa nocent, jejunia longa ſatigant:
Sie nimium ſapere ſtultum facit: improba ſecta,
Me dea ſic docuit, moderamen amabile dixit.
Sed tu nec ſectam modo, nec moderamina curas.
Mens autem ſtabilis nullo pervertitur æſtu,
Ipſaque ſimplicitas numquam mala cogitat ulla.
Hinc ſincera fides æterna ſede ſruetur:
Et dolus e contra longo cruciabitur igni.
Elige quid velles, ut digna piacula vites.
Sic tamen hanc veniam mereatur creditor inqnam.
Ut leve crimen erit, ſi nolis noſcere vera;
Non leve crimen erit, ſi cognita vera relinquas.
Sed re correctum ſorſan matura ſenectus
In melius revocat ſatiatum erroribus iſtis;
Tempus enim mutar mala, digerit omnia tempus.
Tune igitur cum re conſulta reduxerit ætas,
Diſce Den ſervare fidem, ne ſorte bis unum
Incurras lapſum; quia vere dicitur illud:
Qui pedis offenſi lapidem vitare ſecundo
Neſcit, & incautus iterum vexaverit artus,
Imputet ipſe ſibi, nec caſibus imputet ullis.
Corrige delictnm fidamine, corrige menrem.
Suffecit peccare ſemel, deſiſte vereri:
Nnn erir in culpa quem pœniter ante fuiſſe.

HY.

a *Corda obdura*] Sic cod. Colb. *corpora dura* Morel. & Vict. Poſuit Pamelius *pectora dura* ex conjectura Cauchii. Paulo poſt, *jura vereri* Colb.
b *Monitus*] *Motus* Morel.
c *Exteriore*] Male Pamel. & Oxon. *interiore*.

d *Hæc tua humilitas, ſed humilitatis imago*] Obſervat Pamelius hunc ſcriptorem littera *h* more veterum uti pro conſonante. Conjicit legendum *humilitas non eſt*. Emendat editor Oxon. *Hæc tua non pietas eſt, ſed pietatis imago*.

HYMNUS VICTORINI PICTAVIENSIS

[a]DE CRUCE DOMINI,

PERPERAM CYPRIANO ATTRIBUTUS.

EST locus ex omni medium quem credimus orbe,
Golgotha Judæi patrio cognomine dicunt:
Hic ego, de ſterili ſucciſo robore lignum
Plantatum, memini fructus genuiſſe ſalubres;
b Non tamen hoc illis qui ſe poſuere [b] colonis
Præbuit; externi fructus habuere beatos.
Arboris hæc ſpecies uno de ſtipite ſurgit,
Et mox in geminos extendit brachia ramos;
Sicut plena graves antennæ carbaſa tendunt,
Vel cum disjunctis juga ſtant ad aratra juvencis.
Quod tulit hoc primo, maturo ſemine lapſum
Concepit tellus: mox hinc mirabile dictu,
Tertia lux iterum terræ ſuperiſque tremendum
Extulerat ramum vitali fruge beatum.
Sed bis vicenis conformiter ille diebus,
Crevit in immenſum, cælumque cacumine ſummo
Contigit, & tandem ſanctum caput abdidit alte.
Dum tamen ingenti biſſenos pondere ramos
Edidit, & totum ſpargens porrexit in orbem;
Gentibus ut cunctis victum vitamque perennem
Præberent, mortemque mori qui poſſe docerent.
Explicitis etiam mox quinquaginta diebus
Vertice de ſummo divini nectaris hauſtum
Detulit in ramos cæleſtis ſpiritus aura:
Dulci rore graves manabant undique frondes.
Ecce ſub ingenti ramorum tegminis umbra
Fons erat: hic nullo caſu turbante ſerenum,
Perſpicuis illimis aquis, & gramina lætos
Fundebant circum vario de flore colores.
Hunc circum innumeræ gentes populique coibant;
Quam varii generis, ſexus, ætatis, honoris,
Innuptæ nuptæque ſimul, viduæque nuruſque,
Infantes, puerique, viri, juveneſque, ſeneſque,
Hic ubi multigenis flexos incumbere pomis
Cernebant ramos, avidis attingere dextris
Gaudebant madidos cæleſti nectare fructus.
Nec prius hos poterant cupidis decerpere palmis,
Quam lutulenta viæ veſtigia fœda prioris
Detererent, corpuſque pio de fonte lavarent.
Ergo diu circumſpatiantes gramine molli,
Suſpiciunt alta pendentes arbore fructus:
Tunc ſi quæ ex illis delapſa putamina ramis,
Et dulces multo rorantes nectare fructus,
Veſcuntur, veros optantes ſumere fructus;
Ergo ubi cæleſtem ceperunt ora ſaporem,
Permutant animos, & mentes perdere avaras
[c] Incipiunt; dulcique hominem cognoſcere ſenſu. c
Inſolito multis ſtomachum moviſſe ſaporem
Vidimus; & fellis commotum molle venenum,
Rejeciſſe bonos turbata mente ſapores:
Aut avide ſumtum non dilexiſſe, diuque
Et male potatum tandem evomuiſſe ſaporem.
Sæpe quidem multi revocatis mentibus ægros
Reſtituere animos, & quæ ſe poſſe negabant,
Pertulerant, fructumque ſui cepere laboris.
Multi etiam ſanctos auſi contingere fontes,
Diſceſſere iterum ſubito, retroque relapſi,
Sordibus & cœno mixti volvuntur eodem.
Multi vera bono portantes pectore, totis
Accipiunt animis, penituſque in viſcera condunt.
Ergo quique ſacros poſſunt accedere fontes,
[d] Et quos ſeptima lux optatas ſiſtit ad undas, d
Tingunt in liquidis jejunos fontibus artus;
Sic demum illuviem mentis, vitæque prioris
Deponunt labem, puraſque a morte [e] reducunt e
Illuſtres animas, cælique ad [f] lumen ituras. f
Hinc iter ad ramos, & dulcia poma ſalutis:
Inde iter ad cælum per ramos arboris altæ.
Hoc lignum vitæ cunctis credentibus. Amen.

a *De Cruce Domini*] In multis codicibus antiquis legitur, *De Paſcha Domini*.
b *Colonis*] Sic Regius codex & Vict. Male in editis legitur *colonos*.
c *Incipiunt*] Hunc verſum ex Fabricio addidit Pamelius cum quinque ſequentibus. Deſunt in antiquis codicibus & apud Morellium.
d *Et quos ſeptima lux*] Sic Morel. & codices mſſ. Reg. & Vict. Minus recte Pamelius: *Septima lux reparans optatas ſiſtit ad undas*.
e *Reducunt*] Male apud Pamel. & Oxon. *recudunt*.
f *Lumen*] *Limen* Morel.

DE SINGULARITATE CLERICORUM.

Tractatus Cypriano perperam adſcriptus, necnon Auguſtino & Origeni.

a 1. EMISERAM quidem vobis ante tempus epiſtolam, filii cariſſimi, quæ omnium morum inſtituta de lege commendans, ſummatim omnia contineret, quæcumque univerſis clericis generaliter ad dirigendam regulam competunt diſciplinæ. Sed quia nunc de feminarum commoratione vulgariter inter b vos quidam [b] ignominiæ devoluti ſunt, etiam de hac re ſpecialiter vobis, Domini correptione ſcribere compulſus ſum: qui miſerum me pro veſtra negligentia cum ſeveritate convenlens, mandare præcepit, ne clerici cum feminis commorentur. Et licet hæc admonitio ſola litterarum mearum auctoritate ſufficeret; tamen ne me ſomniatorem irrideat quiſquam, ſicut Joſeph fratres irriſerunt, ſcripturarum addimus firmitatem; ut omnes ſciant hoc etiam modo per revelationem Dominum jubere, quod litteris cognoſcitur ante juſſiſſe; nec nos eſſe adulterantes verbum Domini, aut volentes jactanter de revelationibus gloriari, ſed ſic ante conſpectum Domini referendo non mentiri quod loquimur; ſicut a Domino confidimus nos non audiſſe mendacium, [c] præ- c
2. Cor. 4. 2. ſumentes vocem apoſtoli Pauli proteſtantis: *Non enim ſumus*, inquit, *ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate ſicut ex Deo coram ipſo in Chriſto loquimur*. In dolore itaque maximo conſtituti de quibuſdam tabefactis membris corporis noſtri; & in gemitu jacturam lamentantis Eccleſiæ, quæ per ſegnitiem noſtram redigitur per dies ſingulos ad nimiam paucitatem; credimus nos ex parte aliqua ſublevari, quod diligentiæ noſtræ negligentia quorumdam obeſſe non poſſit, quibus numquam noſtræ litteræ defuerunt, quæ per abſentiam noſtram frequentiam omnibus penſa- d verunt, [d] diſſimulationis ſuæ ut unuſquiſque contemtor reum ſemetipſe conſcribat, nos autem libera fronte contemtoribus exclamemus,
Prov. 1. 24. quod Salomon confidenter exprobrat: *Quoniam quidem vocabam*, inquit, *& non obaudiebatis: & extendebam verba mea, & non intendebatis, ſed irrita faciebatis mea conſilia, meis autem increpationibus non intendebatis: itaque & ego veſtræ perditioni ſuperridebo. Gratulabor ergo adverſum vos, cum advenerit vobis interitus, cum advenerit vobis ſubito tumultus, everſio autem* [e] e *ſimilis procellæ, & cum advenerit vobis preſſura & expugnatio. Erit enim cum me invocaveritis, ego autem non exaudiam vos. Quærent me mali, & non invenient: oderunt enim ſapientiam. Verbum autem Domini non aſſumſerunt, neque voluerunt meis conſiliis intendere. Spreverunt enim meas correptiones: ideoque edent viæ ſuæ fructus, & ſua impietate ſatiabuntur.*

2. Ad vos nunc mea exhortatio convertitur, quos nolumus experiri talia præcipitia ruinarum. Metuite quantum poteſtis ejuſmodi caſus exitia: & in iſta ſubverſione, labentium vos experimenta perterreant. Nimium præceps eſt qui tranſire contendit, ubi alium conſpexerit cecidiſſe: & vehementer infrenis eſt, cui non incutitur timor alio pereunte. Amator vero eſt ſalutis ſuæ, qui evitat alienæ mortis incurſum. Et ipſe eſt providus, qui ſollicitus fit cladibus ceterorum: ſicut Salomon approbat, dicens: *Aſtutus videns malum puniri, vehementer erudietur*. Et iterum: *Cadentibus impiis juſti vehementer terrebuntur*. Adverſaria eſt confidentia, quæ periculis vitam ſuam pro certo commendat. Et lubrica ſpes eſt, quæ inter fomenta peccati ſalvari ſe ſperat. Incerta victoria eſt, inter hoſtilia arma pugnare. Et impoſſibilis liberatio eſt, flammis circumdari, nec ardere. Quod Salomon [f] abnegat, dicens: *Quis alligabit in ſinu ſuo ignem, veſtimenta autem ſua non comburet? aut quis ambulabit ſuper carbones ignis, pedes vero non comburet? Sic qui introierit ad uxorem proximi ſui, non erit immunis, neque omnis qui tangit eam*. Credite quæſo vos, credite divinæ fidei, quinimmo [g] quam veſtræ: quia omne

(margin: f Prov. 6. 27. g)

---

a *Emiſeram*] Sic vetus codex Sangermanenſis; quæ legendi ratio confirmatur ex his quæ addit auctor hujus libri ſe *etiam de hac re ſpecialiter ſcribere compulſum eſſe*. Habent alii codices & editi, *premiſeram*. Ex eodem codice & alio vetuſto legimus paulo poſt, *omnia contineret*, non ut in editis, *omnia etiam contineret*.

b *Ignominiæ*] Sic quatuor mſſ. codices & edit. Spirenſis ac Remboltt. Legit Eraſmus ex conjectura *ignominioſe*. Pamelius poſuit *ad ignominiam*, ſicque ſe legiſſe ait apud Antoninum & vetuſtam editionem. Paulo poſt ex eorumdem codicum mſſ. & edit. auctoritate expunxi lectiones a Pamelio invectas & reſtitui, *convenIens* pro *corripiens*, & *tabefactis membris* pro *putrefactis*, & *lamentantis eccleſiæ* pro *lamentantes*, & *ſemetipſe conſcribat* pro *ſemetipſum*. Exſtat tamen *tabefactis* in duobus tantum codicibus, ſed quorum alter eſt antiquiſſimus.

c *Præſumentes vocem*] *Voce* in duobus mſſ. Sangermanenſibus.

d *Diſſimulationis ſuæ*] In codice pervetuſto Sangerm. ſic incipit periodus: *Diſſimulationis ſuæ unuſquiſque contemtor reum ſemetipſe conſcribat; nos autem &c.* Alia tamen manu addita eſt particula, *ut*.

e *Similis procellæ*] Sic emendavi ex cod. Sangerm. pervetuſto. *Simul & procellæ* in edit.

f *Abnegat*] Sic quatuor mſſ. codices & editiones antiquæ. Pamelius habet, *non negat*.

g *Quam veſtræ*] Sic vetuſtiſſimus codex Sangerm. editi *noſtræ*. Fruſtra Eraſmus addidit *plus* ante has voces. Paulo poſt habent ſimiliter mſſ. & edit. Spir. & Remb. *expedit bene timere*. Eraſmus & alii eum ſecuti, *expedit plus bene timere*.

omne quidquid pollicetur, non poteſt falle-
Luc. 16. re, dicente Domino: *Facilius eſt*, inquit,
17. *cælum & terram præterire, quam de lege unum*
Matt. 24. *apicem cadere*. Et iterum: *Cælum & terra*
35. *tranſibunt, verba autem mea non præteribunt*. I-
pſi ergo nos fallimus, quoties inordinaliter
credimus, æſtimantes per fidem noſtram legis
a præcepta [a] poſſe mutari: ut inter maſculos
& feminas ſperemus paſſim caſtitatem immo-
bilem cuſtodiri.

3. Difficile quis venenum bibet & vivet.
Verendum eſt dormienti in ripa, ne cadat,
1. Cor. 10. cum dicat Apoſtolus: *Qui ſe putat ſtare, vi-*
12. *deat ne cadat*. In hac parte expedit bene ti-
mere, quam male fidere. Et utilius eſt infir-
mum ſe homo cognoſcat, ut fortis exſiſtat,
quam fortis videri velit, & infirmus emergat.
De qua re præſumtores objurgat Apoſtolus,
Gal. 6. dicens: *Si quis putat ſe aliquid eſſe, cum nihil*
3. *ſit, ſeipſum implanat*. Pro certo implanator
proprius ſuam animam decipit, qui non ca-
vendo contraria, noxiis rebus ſemetipſe com-
miſerit. Ille autem tutius ſibi conſulit, qui
circa malos ſemper infidus ſpecies quaſcum-
que noxias extimeſcit. Quorum diſtantiam Sa-
Prov. 14. lomon diſſeruit, dicens: *Sapiens timendo de-*
16. *clinabit ab omni malo: inſipiens autem confidens*
ſui, miſcetur iniquo. Magnum ſapientiæ divi-
næ conſilium inventum eſt, ubi timoris au-
xilio liberemur. Magna compendia providen-
tiæ, ut aliquando fiat virtus & victoria per
timorem. Magna remedia Dominus contulit
ad ſalutem, ut habeat & timidus laudem, ſic-
Eccli. 25. ut Salomon repetit, dicens: *Beatus vir qui*
15. *veretur omnia per metum*. Inæſtimabilis Domi-
b ni miſericordia, quæ [b] undique homini ſuo
contulit gloriam: & incomprehenſibilis pie-
tas, quæ ſecundum pugnas dedit & palmas:
c ut [c] confidendo maſculorum ſævitiam ſupere-
mus, & timendo feminarum blandimenta vin-
camus; dummodo & de virtute & de infirmi-
tate ſuper nos Dominus glorias operetur: ut
in omnibus & per omnia omnipotentem ſe-
metipſe teſtetur, dividens differentias trium-
phorum; ut tam conſiliis quam viribus a no-
d bis bella vincantur, ne ſi [d] vinceremus ſolius
fidei fortitudine, contra Salomonem vacua eſ-
ſent opera ſapientiæ. Nunc igitur ſapientiæ
arma geſtanda, ubi feminei & virilis ſexus
certamen indicitur. Unde Salomon ſic inſtruit,
Prov. 2. dicens: *Prudentiam*, inquit, *fac notam tibi, ut*
16. *te ſervet a muliere aliena & peſſima*. Videte
nunc prudentiam in iſto bello, non fidem no-
bis datam eſſe victricem, quæ nos timiditatis
remedio liberaſſet: & contemplamini quæ
ſunt modo arma ſumenda, ſi vultis habere
legis auxilia. Eſtote timidi, ut ſitis intrepi-
di: & licet timor in certamine infirmitas eſ-
ſe videatur; tamen ſecundum verbum Apo-
ſtoli, *Virtus in infirmitate perficitur*. Separa- 2. Cor. 12.
mini deprecor, ſeparamini a contagione pe- 9.
ſtifera.

4. Quantumcumque fuerit unuſquiſque lon-
gius ab adverſis, tantum non ſentit adverſa.
Minus voluptatibus ſtimulatur, qui non eſt
ubi frequentia eſt voluptatum. Et minus ava-
ritiæ moleſtias patitur, qui divitias non vi-
det; ſi admittimus Apoſtolum pollicentem:
Qui volunt, inquit, *divites fieri, incidunt in* 1. Tim. 6. 9.
tentationem & in [e] *muſcipulam, & deſideria mul-* e
ta & inutilia & noxia, quæ mergunt hominem
in perditionem & in interitum. Non aliter ten-
tationibus ſubjacet, qui junctus eſt feminæ,
in qua nihil eſt aliud niſi quod feriat proxi-
mantem. Aculeus peccati facta eſt forma fe-
minea; & mortis conditio non aliunde ſur-
rexit, niſi de muliebri ſubſtantia. Quod Sa-
lomon ad noſtram ſollicitudinem memorat,
dicens: *A muliere factum eſt initium peccati, &* Eccli. 25.
propter hanc omnes morimur. Inde mortales te- 33.
nemur, nec timemus. Quid ſi jam immor-
tales eſſemus? Per mulierem liberavit nos
equidem Chriſtus, ſed unde adhuc morimur
formidare debemus. Tunc liberatio ipſa con-
ſtabit in femina, ſi a nobis mors revincatur,
quæ per feminam venerat. Ceterum ſi ad-
huc per mulierem circa nos ſcandala domi-
nantur; liberationis Chriſti fecimus pro cer-
to diſpendium. Siquidem in futurum ſpes
iſta libertatis manet, quam fidei noſtræ Chri-
ſtum credimus contuliſſe; ut tunc nobis o-
mnino mulier non noceat, cum & ipſa mors
fuerit evacuata. Nam ſi modo putamus nos
intentabiles eſſe muliebribus jaculis; [f] quid f
ergo reſtat cæleſtibus regnis? Non immerito
tales ſenſus Apoſtolus increpat, dicens: *Jam* 1. Cor. 4.
ſatiati eſtis, jam divites facti eſtis: ſine nobis 8.
regnatis, & utinam regnetis. Tempus ergo lu-
ctaminis adhuc geritur, & mors per femi-
nam adhuc uſque graſſatur. Mentior, ſi non
videmus exinde interitus plurimorum. Quan-
ti & quales epiſcopi & clerici ſimul & laici,
poſt confeſſionum victoriarumque calcata cer-
tamina, poſt magnalia & ſigna vel mirabi-
lia uſquequaque monſtrata, noſcuntur cum
his omnibus naufragaſſe, cum volunt in na-
vi fragili navigare? Quantos leones domuit
[g] una infirmitas delicata, quæ cum ſit vilis & g
miſera,

a *Poſſe*] Hanc vocem addidimus ex duobus mſſ. Sangerm. Paulo poſt legitur in tribus codicibus mſſ. & Remb. *cum dicit Apoſtolus*; quæ loquendi ratio familiaris huic ſcriptori.

b *Undique*] Lectionem Eraſmi & Morel. revocavimus quæ & in quatuor vetuſtis exſtat codicibus & ſententiæ ſcriptoris congruit. Probat enim & *de virtute & de infirmitate ſuper nos gloriam Dominum operari*. Remboltus & editio Spirenſis habent *unicuique homini ſuo*: Pamelius *unicuique homini ſuam*. Paulo ante legitur in vetuſtiſſimo cod. Sangerm. *tutius conſulit*. Duo alii & Remb. ac Spir. *tutius ſe conſulit*.

c *Confidendo*] Sic emendavimus ex duobus codicibus mſſ. Editi *confitendo*.

d *Vinceremus*] Sic Morel. & tres vetuſti codices: alii *vicerimus*. Paulo poſt legimus, *ſeparamini a contagione*. Deeſt præpoſitio apud Pamel. exſtat in vetuſtis codicibus & editis.

e *Muſcipulam*] Sic tres vetuſti codices & editi. *Muſcipulas* Pamel. Addunt *diaboli* Eraſmus & Morel.

f *Quid ergo*] *Nihil ergo* in tribus mſſ. Remb. Morel.

g *Una infirmitas*] Legit Pamelius, *una muliebris infirmitas* ex uno cod. ſed repugnant alii omnes. Paulo poſt ex quatuor mſſ. legimus, *quantum eſt unius panis*: ſic etiam editio Spir. & Remboltus, alii *tantum*.

miſera, de magnis efficit prædam? Quod Sa-
Prov. 6. lomon loquitur, dicens: *Pretium meretricis*
26. *quantum eſt unius panis, mulier autem pretioſas*
animas capit.

5. Ante nos iſta tractantur, & nullis terro-
ribus coercemur; quid faceremus, ſi opinio-
nibus tantummodo geſtas hiſtorias audiremus?
Sed hæc eſt ſemper incredulitas humanæ du-
ritiæ, ut non ſolum audiendo, ſed etiam vi-
dendo non credat alteros interiſſe, niſi & ſe-
ipſam viderit interire; nec ſociorum mortibus
quatitur, dum illos promeritos aut invalidos
opinatur. Se autem multum mereri, aut mul-
tum valere fiducialiter putat, neſciens præbe-
ri cunctis exempla, cum fuerint quibuſdam
irrogata ſupplicia, ſicut Dominus in Evange-
Luc. 13. lio proponit & dicit: *Putatis quod hi Galilæi*
2. *præ omnibus Galilæis fuerint peccatores, qui ta-*
lia paſſi ſunt? Non. Dico vobis: niſi pœnitentiam
habueritis, ſimiliter perietis, ſicut illi ſupra quos
cecidit turris in Siloa, & occidit eos. Putatis
quoniam & ipſi debitores fuerunt præ omnibus
a *hominibus habitantibus in* [a] *Hieruſalem? Non.*
Dico vobis: ſi non pœnitueritis, ſimiliter perietis.

6 Miramur ſi Adam per Evam ſeductus
eſt, quem nulla morientium exempla præceſ-
ſerant, & niſi juſſio una conſtrinxerat, cum
modo nos nec innumerabiles mortes, nec in-
b finita juſſa [b] compeſcunt. Quibus convenien-
ter dicitur ſecundum increpationem Domini:
Si Adam vidiſſet mortes, quæ factæ in vo-
bis; olim in cilicio & cinere pœnitentiam e-
giſſet. Dico autem vobis, quoniam Adæ to-
c lerabilius erit in die judicii, quam vobis. [c]
Longe ſatis longe ſit peſtis illa, & lues, &
d clandeſtina pernicies. O quam [d] inordinalis
feminæ propinquitas. Jaculatur cujus vicina
eſt delictorum latrocinium. Non eſt in hac
ſocietate ſinceritas approbabilis, quæ colliſio-
nes habet velut quibuſdam fluctibus turbulen-
tas. In hac familiaritate non habitat amica
concordia: quoniam non niſi diſcordantes ini-
micitias creat. Fecit equidem viro Dominus
mulierem adjutricem, ſed ſerpentis invidia per-
ſonam ſumſit hoſtilem. Quod ſi illa de viro
ſuo nata, uſque hodie ipſum cui jungitur,
tentat: quanto magis illa quæ copulatur nul-
la lege conjuncta? Et ſi illi qui duo ſunt in
carne una concreti, tentationibus mutuis in-
vicem pungunt; quid facient hi qui in una
carne nec nati nec juncti ſunt? Præſertim
quia nec Deum jam invocare permittitur, qui
caritate alterius avocatur; nec ſinitur cogitare
divina, qui ſibi quæſivit cui exhiberet dome-
ſticam curam. Propter quod ſic Apoſtolus con-
ſulit, dicens: *Volo vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui* 1. Cor. 7.
ſine uxore eſt, ſollicitus eſt quomodo placeat Deo: 32.
qui autem habet uxorem, cogitat quæ ſunt hujus
mundi, quomodo placeat uxori. Quid eſt nunc
quod in hac conjunctione delectet, in qua ſunt
ſolæ pugnæ? aut quæ utilitas favet, ubi non
ſunt officia conjugalia, quando nec ipſa poſ-
ſunt eſſe ſecura? [e] Cauſale eſt omne quod fe- e
minæ eſt; & copulatio ejus ſemper infeſta eſt.
Fœdere ſuo magnas moleſtias præſtat; & cui ad-
hæſerit contra fas, inſanabilem iogerit plagam.
De carbonibus ſcintillæ diſſiliunt, de ferro ru-
bigo nutritur, morbos aſpides ſibilant, & mu-
lier fundit concupiſcentiæ peſtilentiam, quam
Salomon ſic comparat, dicens: *De veſtimentis* Eccli. 42.
procedit tinea, & a muliere iniquitas viri. 13.

7 Volo ſcire quæ ſit affectio iſta commu-
nis, quæ morbi diſſenſio ſemper ambigua,
quæ propoſitum ſuum nutantibus conſiliis im-
pugnando conturbat. Ut quid ſibi adhibuit
mulierem qui ducere contemſit uxorem? O-
mnis qui non manducaverit carnem; ut quid
habitationem ſuam carnis apparatibus replet?
Et qui non biberit vinum, quid vini [f] oble- f
ctatione perſruitur? quaſi non aliquoties ha-
bendo, nec guſtando copia eſculentorum ani-
mus paſcitur, & vini odoriferi ſola fragran-
tia ſuſcitatur ſæpius animus. Quid per hy-
pocriſin vult ab hominibus abſtinens dici, &
in ſecreto carnibus & ebrietate diſtendi? Ha-
bent multi divitias quas ſuis uſibus negant,
ſed pro cupiditate conſervant; quibus ſi nulla
cupiditas inhæſiſſet, nec cupiditatis inſignia
poſſiderent. At vero quia cupiditate poſſeſſi
ſunt, perfruuntur animo quod uſu non tan-
gunt. Ita is qui deſpexit vinculum nuptiarum,
& aliter vinculis femineis obligatur, quamvis
nullo concubitu miſceatur, deſiderio tamen,
viſu, colloquio, conjunctione ſemper oblectā-
tur. Nam ſi deſiderium feminæ non haberet,
numquam feminam ſuis oblectamentis aſſume-
ret. Immo vero inſuper mihi ſuſpectum placi-
tum dedit qui non legitimam duxit, & legi-
timam recuſavit: niſi fallor, in publico argu-
mentatus eſt hominibus promittere ſanctitatem,
& in occulto ſine uxore non eſſe. Duo argu-
menta ſanctitatis & libidinis hinc & inde miran-
da ſunt, quæ utraque invicem tegunt, & utra-
que invicem produnt. Ingenioſus eunuchus &
mœchus invidet ſibi dum conſulit, & dum quæ-
rit utrumque, [g] neutrum facit; ut ſanctus mini- g
me deputetur, qui non vera conjunctione per-
fruatur, cum Paulus Apoſtolus dicat: *Alligatus* 1. Cor. 7.
es uxo- 27

a *Hieruſalem*] Poſt hanc vocem in multis editionibus additur *non*, quæ conjunctio deeſt in edit. Spir. & Remb. & quatuor vetuſtis codicibus.

b *Compeſcunt*] Sic editio Spir. & Remb. & tres mſſ. alii *compeſcant*. Paulo poſt Regius cod. *facta ſunt in nobis*.

c *Longe ſatis*] Sic Morel. & quatuor mſſ. Editi: *longe ſit peſtis*.

d *Inordinalis cujus vicina eſt*] Sic veteres editiones & mſſ. Aliter Eraſmus & alii eum ſecuti: *O quam inordinabilis feminæ propinquitas jaculatur, cujus vicinia eſt delictorum latrocinium*. Gravius legendum conjicit *lenocinium*.

e *Cauſale*] *Caſuale* Eraſmus.

f *Quid vini*] Hanc lectionem & proximam, *habendo*, ſumpſimus ex Eraſm. & Morel. & tribus mſſ. Habet Pamel. *Quid videndi oblectatione*, & poſtea, *videndo nec guſtando*. Remboltus: *Quid oblectatione perfruitur*, & *bibendo nec guſtando*. Sic cod. Vict. in quo tamen ut in aliis legitur, *habendo nec guſtando*.

g *Neutrum facit*] Duo vetuſti codices, *neutrum fecit*.

es axori? ne quæſieris ſolutionem. Solutas es ab
axore? ne quæſieris uxorem. Sed conſentio non
eſſe caſtitatis hujus pudicitiam violatam : ſu-
ſpicioſis tamen malam porrigit famam ; &
pudicitiæ bonum fruſtra intrinſecus laborioſo
a agone cuſtodit, [a] quod forinſecus efficit in-
famari, deſtruens magiſterium Panli Apoſto-
1.Cor.10. li providentis pariter & monentis : Ut quid,
29. inqnit, libertas mea judicatur ab infideli con-
ſcientia? Si ergo gratiæ participò : at quid bla-
ſphemor pro eo quod gratias ago? Pejus eſt
quam mœchia, continentiam ducere crimino-
ſam, & infamem facere ſanctimoniam. Bla-
b ſphemiam ingerit religioni [b] quam colit, qui
quod confitetur, non ante omnes impleverit;
ne Chriſtianitas credatur eſſe fallacia, & mœ-
chatio videatur eſſe ſanctitatis velamento ve-
ſtita. Propter qnod Dominus in Evangelio
Matth.5. ſic præmonet, dicens: Sic luceat lumen ve-
16. ſtrum coram hominibus, at videntes opera veſtra
bona, magnificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.
Hoc ſequitur & Paulus Apoſtolus, dicens :
Rom.14. Non ergo blaſphemetur bonum veſtrum. Et ite-
16. rum : Providentes bona non tantum coram Deo,
Rom.12 ſed etiam coram hominibus. Et alio loco : Sive
17.
1.Cor.10. ergo manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid fa-
31. citis, omnia in gloriam Dei facite. Et eſtote
ſine ſcandalo Judæis, & Græcis, & Eccleſiæ
Dei, ſicut & ego per omnia omnibus placeo.

8. Sed opponitur forſan, quid eſt quod i-
Gal.1. pſe iterum dixerit? Si hominibus placere vel-
10. lem, Chriſti ſervus non eſſem. Numquam ſe
quæcumque dicta legis excludunt, ſed certis
locis reſponſa univerſa defixa ſunt. Illic pla-
cere hominibus non licet, ubi voluntas homi-
num non capit Domini voluntatem. Ubi ve-
ro acceptant homines, quod ad gloriam pro-
ficit Dei; innoteſcere omnibus ipſe Paulus
Rom.15. Apoſtolus præcepit. Unuſquiſque, inquit, no-
2. ſtrum, proximo ſuo placeat ad bonam ædificatio-
nem. Quale ergo præmium ſanctitatis exſpe-
ctat, qui non ſolum blaſphemiam ſanctitatis
ab infidelibus provocat, ſed etiam fidelibus
pernicioſum præbet exemplar; ut infirmi ſub
prætextu dilectionis ſubtiliter fornicentur, &
pudicus impudiciſſimæ caſtitatis præbeat ma-
giſterium, deſtruens quod Paulus Apoſtolus
1.Cor.8. comminatur : Perit, inquit, frater infirmus
10. in tua conſcientia, propter quem Chriſtus paſſus
eſt? Sic autem peccantes in fratres, & percu-
tientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum
peccatis. Et quidem non hoc juvenibus tan-
tum, ſed & ſenibus congruit, fratrum imbe-
cillitati conſulere; ne ſenectus perire provo-
cet juventutem, ex qua debent omnia ſaluta-
ria documenta procedere : ſicut Eleazarus in
libro Machabæorum profitetur & dicit : Præ- 2. Mach. 6. 23.
mitti malo in infernum [c], quam patrias leges de- c
ſerere. Non enim ætatem noſtram dignum eſt fin-
gere; ut multi adoleſcentium arbitrati Eleazarum
nonaginta annorum, tranſiſſe ad vitam alienigena-
rum, & ipſi propter meam ſimulationem, & pro-
pter modicum & corruptibile tempus vitæ, per
me ſeducantur, & odium ac maculam ſenectuti
meæ acquiram. Ille maluit vitam ſuam tormen-
tis objicere, quam cuiquam magiſter perditio-
nis exſiſtere ; & nos ubi nulla tormenta ſunt,
fluxibus ſolis nolumus ſalvandos fratres ante-
ponere : nec contenti ſumus ſine ullis crucia-
tibus tam nobis prodeſſe quam ceteris, cum
ille noluit vivere moriturus, ſicut inferius pro-
ſecutus eſt, dicens : Quamobrem fortiter vita
excedens, [d] ſenectute quidem dignus apparebo, d
adoleſcentibus autem exemplum forte relinquam,
ut promto animo ac fortiter pro gravibus & ſan-
ctis legibus [e] honeſta morte ſecedant. Cum hoc e
etiam laicos deceat, ne aut extraneis [f] occa- f
ſionem blaſphemandi, aut fraternitati oppor-
tunitatem fornicationis opponant; tum ma-
xime clericos vehementer neceſſitas iſta con-
ſtringit, quibus aut religio blaſphemata, aut
fraternitas perdita pœnas duplices irrogabit.
Nec invenient in judicio Domini ullum omni-
no ſolatium, qui alienigenis & fratribus pec-
candi fomitem miniſtrarunt. Propter quod
ſic Paulus Apoſtolus Titum inſtruit, dicens:
Teipſum bonorum factorum præbens exemplum in Tit.2. 7
doctrina, in integritate, in gravitate, in verbo
ſano atque irreprehenſibili, ut adverſarius reve-
reatur, nihil habens de nobis dicere mali. Et i-
terum : Omnibus, inquit, fidem bonam oſtende, Ibid.
ut bonam doctrinam Salvatoris Domini noſtri præ-
ferant in omnibus. Sic & ad Timotheum ſcri-
bit, dicens : Forma eſto fidelibus in ſermone, in 1.Tim.4.
converſatione, in caritate, in fide, in caſtitate. 12.
Quod & Petrus Apoſtolus hortatur, dicens :
Converſatio, inquit, veſtra in gentibus bona ſit, 1.Petr.2.
ut in eo quod detrahunt de vobis tamquam de 12.
malefactoribus, de bonis operibus veſtris glo-
rificent Deum. Et iterum : Quoniam ſic Ibid.
eſt, inquit, voluntas Dei, ut benefacientes
obmuteſcere faciatis ſtultorum hominum ignoran-
tiam.

9. Nec quiſquam ſibi proponat & dicat, habe-
re volo quod vincam : hoc eſt enim dicere, vive-
re deſidero ſub ruina. Quis tam ſtultus qui arcta-
ri cupiat ad laborem, cui offertur [g] delicatus tri- g
umphus? Neque enim duplex triumphus eſt ſub
feminæ præſentia probari victorem, quam eſt in
ſingularitate ſervare integram ſponſionem ſancti-
moniæ.

a Quod] Sic tres codices mſſ. & veteres editiones. Pam. qui illud, ex uno codice quem citat Morellius. Paulo poſt vocem Apoſtoli reſtituimus ex duobus Sangermanenſibus mſſ. & editis nonnullis.

b Quam colit] Sic Pamelius ex uno codice Morellii. Editi & quatuor mſſ. quam contulit.

c Quam patrias &c.] Hæc deſunt in quatuor mſſ. Paulo poſt reſtituimus ætatem noſtram, ut habetur in antiquis codicibus & editis, excepta editione Oxon.

d Senectute quidem] Sic quatuor mſſ. codices: & paulo poſt iidem habent adoleſcentibus autem, Pamelius adoleſcentibus quidem.

e Honeſta morte ſecedant] Sic emendavi ex antiquiſſimo cod. Sangerm. Editi honeſta morti ſuccedant.

f Occaſionem] Occaſiones duo codices mſſ.

g Delicatus triumphus] Delicatum triumphare quatuor mſſ. codices & Morel.

moniæ. Et cum ſit unus titulus gloriarum,
a hoc loco [a] vanus fortis eſt, qui ſatis labo-
rat, & cum illo qui parum laborando vice-
rit, pariter muneratur. Quid quod ille quin-
immo conſummatus adſcribitur, qui ſe omni
parte femineis affectibus oſtentat abſciſſum?
Matth. Quia cum Dominus in Evangelio perfectum
19. vocat, qui totum ſuis uſibus amputaverit pa-
trimonium. Certe etiam ſoli cuicumque quo-
tidiani triumphi pro caſtitate non deſunt;
quia numquam deſideriis carnalibus ſpiritum
ceſſat infeſtare corpus humanum, quod Apo-
Gal. 5. ſtolus affirmat, dicens: *Caro*, inquit, *con-*
17. *cupiſcit adverſus ſpiritum, ſpiritus autem adver-*
ſus carnem: hæc enim invicem adverſantur ſibi,
ut non quæcumque vultis, illa faciatis. Habes
nunc carnem tuam, quam ſuperes ſemper:
quid tibi vis alteram vel conducere? Nemo
ſuper unam febrem cupit adhibere pejorem;
ne incipiat hemitritæo inſanabili laborare,
cui nullus valeat medicus ſubvenire. Neque
aliquis ſuper onus proprium tollit inſuper
alienum; ne oneribus duobus oppreſſus uſque
ad inferos demergatur. Unde ſic Hieremias
propheta docet ſanctitatis pondus ſingulariter
Thren. 3. ſuſtinendum. *Bonum eſt*, inquit, *viro cum*
27. *portaverit jugum grave in juventute ſua; ſedebit*
ſingulariter & ſilebit, quoniam tulit ſuper ſe ju-
gum grave.

10 Sed quiſquam malignus obſecutor ad
dictum Apoſtoli Pauli confugiet dicentis:
Gal. 6. 2. *Onera veſtra ſuſtinete invicem, & ſic implebitis*
legem Chriſti: Non hæc ſunt onera, quæ
Paulus Apoſtolus imperat ſubvehenda; ſed
ut tolerantes noſmetipſos diſcordia nulla diſ-
cernat, & in tentationibus conſtitutis fratri-
bus præbeamus auxilia: non ut ipſi nobis
tentamenta per feminas procuremus, ſed ut
tentamentorum magis pondera ſublevemus;
cum ſciat quale ſit ſanctitatis jugum, quod
vix ſingulare portetur. De quo non ſolum
ipſe, ſed & Dominus noluit certum definire
Matth. præceptum, dicens: *Non omnes capiunt ver-*
19. 11. *bum iſtud, ſed quibus datum eſt*. Et iterum;
qui poteſt capere, capiat. Si ergo difficile ſin-
gulariter magnitudo iſtius ponderis toleratur;
quomodo tolerabitur, ſi geminatis ponderibus
prægravetur? Et ſi ſingulares pæne omnes
vix durant carnales inſidias ſuſtinere; quid
b faciunt illi, qui ex utroque latere gladiis [b]
impendentibus non cunctantur incumbere?
Plus dico. Si mariti & uxores deſideria con-
jugalia quotidie gerentes, ſibi non ſufficiunt;
c quid agunt illi qui ad [c] augendas impugna-
tiones feminis ſociantur? Ex improviſo vel
tranſeuntes ad horam femineus aſpectus oc-
currens, velut ſagittas alienis oculis jactat.
Quando libera non eſt ſimplex reverentia;
quid illic geritur, ubi libertatis ſumit mulier
in contubernalitate conſtantiam? quando in
domeſticis negotiis nunc lacertos ac femora
lanificis operibus nudat, nunc æſtuans detegit
membra, nunc fatigata jactatur, aut [d] in ri- d
ſu aliquando diſſolvitur; nunc blanditias ex-
hibet, & quod eſt venenoſius ſuper cuncta
pſallere delectatur, aut canere? Cujus can-
tu tolerabilius eſt audire baſiliſcum ſibilan-
tem. Contra quam Salomon ſic nos cautos
efficit, dicens: *Cum cantatrice noli aſſiduus* Eccli. 9.
eſſe, nec audias illam, ne forte diſpereas in effi- 4.
cacia ejus. Taceo reliqua, quæ magis pu-
denda ſunt quam dicenda: ſolum hoc dico,
in dolore vel in ira mulierem frangi conſpi-
cere, jam non eſt ſine mulcedine. Quid di-
cimus ſi videas jucundantem, aut quod eſt
deterius blandientem? Semel dixerim, omnis
inconveniens ſodalitas mulierum, gluten eſt
delictorum, & viſcum toxicatum, quo diabo-
lus aucupatur. Incongrua eſt ſodalitas femi-
narum: quarum ſodalitatem ita nos rurſum
Salomon docet in omnibus præcavere: *Cum* Ibid. 12.
aliena, inquit, *muliere ne ſedeas omnino, &*
ne alterceris cum illa in vino, ne forte declinet
cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in
perditionem.

11 Poſtremo ſi animum noſtrum confidi-
mus in hac communitate durare ſemper; vel
illud apud nos debet eſſe ſuſpectum, ne ipſæ
quæ nobiſcum conveniunt, in nos ipſos for-
ſitan moveantur, aut in alteros amores præ
rapida ætate incitamentis furialibus ſtimulen-
tur, & erit nobis cauſa, aut quod pejus eſt,
ſine cauſa ut fornicatio nos maculet aliena,
apud quos ſuggeritur ceteris occaſio lupana-
ris; & crimine alieni reatus abſorbebimur,
cui nos ipſi ſubornamus immunditiæ lenoci-
nium. Propter quod Apoſtolus Paulus de ſi-
milibus ita nos inſtruit, dicens: *Si propter* Rom. 14.
eſcam frater tuus ſcandalizatur, jam non in ca- 15.
ritate ambulas. Noli eſca tua illum perdere,
propter quem Chriſtus mortuus eſt. Et iterum:
Bonum eſt non manducare carnem, neque bibere Ibid.
vinum, [e] neque in quo frater tuus offendit, aut e
ſcandalizatur, aut infirmatur. Et alio lo-
co: *Hoc*, inquit, *judicate magis, ne po-* Ibid.
natis offendiculum aut ſcandalum fratri. Et
de ſemetipſo ſic ait: *Propter quod ſi cibus* 1. Cor.
ſcandalizat fratrem meum, jam non manducabo 8. 13.
carnem in æternum, ne fratrem ſcandalizem.
Cum ergo nos pulſat conjunctionis hujus mo-
leſtia deteſtabilis; & ſi adulteros non poteſt
facere, facit tamen [f] lenones adulteris & f
inceſtis. Quis enim cordis alterius ſcrutator
qualitatem uniuſcujuſque perpendat; & pro
altera perſona contra ſatanan repugnator,
circa Deum vero idoneus fidejuſſor eſſe præ-
ſumat?

---

a *Vanus fortis eſt*] Sic omnes codices mſſ. & editio Spir. Remb. ac Morel. Aliter Eraſmus & Pamel. *unus fortis eſt*. Iiſdem auctoribus paulo poſt poſuimus *omni parte* pro eo quod legitur *omni tempore* apud Eraſm. & Pamel.

b *Impendentibus*] Deeſt iſta vox in quatuor mſſ. & in edit. Spir. ac Remb.

c *Ad augendas*] *Ad jungendas* cod. Sangerm.

d *In riſu*] Sic quatuor cod. mſſ. & Remb. Eraſmus poſuit *in riſum*. Pamelius *in uſu* ex vetuſta editione.

e *Neque in quo frater tuus offendit*] Sic tres vetuſti codices. Editi *neque offendere in quo frater tuus offenditur*.

f *Lenones*] Sic cum editione Spir. & Remb. vetuſtiſſimus cod. Sangerm. & Vict. Habet *leones* cod. Reg. & alius Sangerm. *pejores* Eraſmus & Pamelius. Manifeſta eſt ſcriptoris ſententia. Probat enim eos qui cum mulieribus habitant, etiamſi ipſi evadant, *crimine alieni reatus* abſorberi, cui ſubornant *immunditiæ lenocinium*.

ſumat ? De ſemetipſo demens eſt , qui ali-
quid pollicetur , ne dicam ſi etiam pro ſe-
mina ſponſionem ponere videatur ; cum Pau-
lus Apoſtolus ſic de ſe pronuntiet , dicens :
a *Non quia jam accepi , aut* [a] *jam juſtificatus*
Philip. 3. *ſum , aut jam perfectus ſum : ſequor autem ſi*
12. *comprehendam , in quo & comprehenſus ſum a*
Chriſto . Fratres , ego me non arbitror comprehen-
diſſe adhuc : unum tamen , poſteriora quidem o-
bliviſcens , ad ea quæ ſunt ante petens , ad re-
gulam ſequor , ad palmam ſupernæ vocationis
Domini noſtri Jeſu Chriſti . Quicumque ergo
b perfecti ſumus , hoc ſentiamus . Et [b] iterum :
1. Cor. 4. *Mihi* , inquit , *pro minimo eſt , ut a vobis ju-*
3. *dicer , aut ab humano die ; ſed neque meipſum*
judico , qui autem judicat me , Dominus eſt .
Rom. 14. Et alio loco : *Beatus* , inquit , *qui non judi-*
22. *cat ſemetipſum , in quo probat alium* . Quamvis
ergo nos nec de noſtra ſtabilitate certum ali-
quid habeamus , qui ſine ceſſatione concuti-
mur , inter fluctus ſæculi ſuſtinentes procel-
loſos incurſus : tamen ſi alicui tanta fiducia
eſt de immobilitate propriæ firmitatis ; ſaltem
ſollicitus reformidet , ne ipſe ſit ſcandalum
viſibus alienis , ſed terreatur voce Domini
Matth. comminantis : *Væ* , inquit , *huic mundo ab*
18. 7. *ſcandalis : verumtamen væ homini illi per quem*
ſcandalum venit . Si has Domini comminatio-
c nes religioſo corde meruimus & [c] reveremur ,
plus de aliis quam de nobis extimeſcamus pe-
riculum noſtrum , qui mutuis (ab Apoſtolo
Philip. 2. Paulo) utilitatibus obligamur : *Non quæ ſua*
4. *ſunt* , inquit , *ſinguli cogitantes , ſed quæ alio-*
1. Cor. 10. *rum* . Et iterum : *Nemo quod ſuum eſt quærat ,*
24. *ſed quod alterius* .

12 Sed aliquis arripiens de ipſo Paulo
Rom. 14. quod opponat : *Unuſquiſque* , inquit , *veſtrum*
12. *pro ſe rationem reddet Deo : & unuſquiſque ſuam*
ſarcinam portabit . Qui non vult ergo pro al-
tero reddere rationem , nec cauſis ejus , nec
negotiis debet particeps illicitus intereſſe : &
qui liber vel immunis circa ſarcinas alienas
conatur exſiſtere , nihil alienum contraria con-
ditione teneat infra ſe . Nam neceſſe eſt ut
rationi alterius ſubjiciatur , qui negotium tra-
ctaverit alienum . Oportet eum damno per-
ſtringi vel diſpendio ſarcinarum , apud quem
ſub intuta cuſtodia fratris ſarcinæ perierunt ;
quia quidquid in domo noſtra ſub minus ido-
d nea tutela [d] perditum fuerit , aut latrones
effregerint , noſtrum eſt , & a nobis exigetur
quidquid per inertiam noſtram male com-
miſſum cuſtoditur . Tunc vero ab invicem
liberi ſumus , ſi nihil apud nos de re alte-
rius reſervetur .

13 Forſitan aliquis dicat : Ergo nec ad do-
mum orationis debemus pariter convenire ,
ne aliquis aliquem ſcandalizet . Hæreticæ pro-
feſſionis eſt iſta contradictio calumnioſa , quæ
de bonis præſcribit , ut aſſerat mala ; & de
ſanctitate præjudicat , ut immunditiam ſubti-
liter introducat ; de licito calumnias facit ,
ut obtinere illicitum poſſit . Propter quod
Apoſtolus Paulus hæreſi huic ante præſcribit ,
dicens : *Verumtamen neque mulier ſine viro , ne-* 1. Cor.
que vir ſine muliere in Domino . Abſit , abſit , 11. 11.
ut ubique feminæ præſcribantur , aut ubique ,
permiſſio tribuatur . Habent loca ſua circa
maritum , circa filios , circa fratres , circa pa-
rentes , circa ſervos ; & in domo orationis
tantummodo juxta cunctos clericos . In man-
ſione autem una , ſine cognatione compe-
tenter non habent ſocios . Hæc eſt [e] libra e
quæ ſtat . Stare vero non poteſt quidquid in-
clinaverit libram , dicente Scriptura : *Non de-* Prov. 4.
clinabis in dexteram , neque in ſiniſtram . Et 27.
Dominus in Evangelio : *Quod amplius eſt ,* Matth. 5.
a malo eſt . Diſce nunc temperantiæ modum , 37.
qui per licentiam quæris exceſſum . Ama fe-
minas inter ſacra ſolemnia , & odio habe in
communione privata ; ſi vis Salomonis tenere
doctrinam : *Tempus* , inquit , *amandi , & tem-* Eccl. 3.
pus odiendi . 8.

14 Tunc ergo cavenda ſunt feminæ parti-
cipia , quando geritur carnalium curarum
continua [f] unanimiter frequentia : quoniam f
inter curas ſuas caro ſemper incitamenta cu-
pidinis provocat ; & illic parit fomenta pec-
candi , ubi pertractans commoda ſua tempo-
ralis vitæ cogitationibus ſenſerit paululum re-
laxari ; ſicut Salomon aſſerit , dicens : *Depri-* Sap. 9.
mit terrena cogitatio ſenſum multa cogitantem . In 15.
conventu vero ſacrorum , ubi ſpiritus domi-
natur , [g] ancillam ſemetipſam cognoſcens , g
perdit ſuæ voluptatis uſum ; perdit & luxum
dum tractantur cæleſtia , dum celebrantur
ſancta myſteria ; tota humanitas occupatur ,
ubi non humana , ſed divina ſunt omnia ;
ubi veneratio vel tremor & terror incutitur
[h] profecto animis univerſis , ſepulta eſt ſub- h
ſtantia carnalis . Inter ipſa fere carnis mer-
cimonia multi voluptatem corporis negligunt ,
ſcilicet quando a legionibus exercitia medi-
tantur armorum , aut crepat litibus forum ,
aut reſonant litteris auditoria , aut negotia-
tores commerciis inſtanter incumbunt , aut
artifices in artificia ipſa propenſi ſunt : quan-
to magis ubi non carnale opus hominum ,
ſed ſpiritale geritur angelorum ? Nihil illic
impugnationes poſſunt , ubi & ipſi dæmones
cedunt ; & nulla ſexus alicujus permittitur
conſiderari diſtantia , ubi nec ætas , nec di-
gnitas , ſed ſola æqualitas regnat : atque ut
plenius dicam , omnes illic tales ſenſus acci-
piunt ;

---

a *Si comprehendam*] Sic quatuor codices vetuſti , & paulo poſt *ante petens* . Editi *ante pedes* . Habet *ſi comprehendam* editio Spir. Deeſt etiam in editis *adhuc* quod addidimus ex duobus vetuſtis codicibus.

b *Et iterum*] Has voces addidimus ex duobus cod. mſſ.

c *Reveremur*] Sic antiqui codices mſſ. & vetuſtæ editiones , *veremur* Pamel.

d *Perditum*] Hæc vox deeſt in edition. Spir. & Remb. & in tribus mſſ. Sic etiam paulo poſt in iiſdem legitur *male commiſſum eſt* pro eo quod Eraſmus & alii deinceps habent , *male commiſſum cuſtoditur* .

e *Libra*] Sic codices antiqui & Eraſm. & Morel. At Remb. & Pamel. *libera* , & paulo poſt *quidquid inclinaverit libera* ; pro quo repoſuimus *libram* ex tribus mſſ. quamvis Eraſmus & Morellius legant iterum *libra* .

f *Unanimiter*] Cod. vetuſtiſſimus Sangerm. *unanimitate* .

g *Ancillam*] Sic quatuor codices mſſ. & Remb. *Ancilla* Morel. Eraſm. & Pamel.

h *Profecto*] Sic quatuor codices mſſ. & Morel. *Perfecte* Remb. Eraſm. Pamel. *Perfecta* Oxon.

Digitized by Google

piunt ; ut & ipſa conjugalitas ignoretur, ubi
Chriſtus loquitur, auditur, attenditur, &
per omnia & in omnibus ſolus eſt totum,
Coloſſ. 3. 11. teſtante Apoſtolo & dicente : *Ubi non eſt*, inquit, *Judæus & Græcus, circumciſio & præputium, Barbarus & Scytha, maſculus & femina, ſervus & liber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus*. Hunc plane conventum gloria
eſt celebrare cum feminis, in quo nulla eſt
diſcretio qualitatis, ubi tantum licet omnes
æquare ſine aliqua differentia, ut nec in ipſo
baptiſmate cujuſquam nuditas erubeſcat ; ubi
Adæ & Evæ renovatur infantia, nec exponit, ſed potius accipit tunicam.

15 Quod ſi & illic ſit aliquis diabolo pejor, qui feminarum aſpectibus feriatur ; de
a nullo tamen congregatio [a] veſtra culpatur,
quæ propter cæleſtia, non propter terrena
b colligitur. [b] Viderit ſi quis illic luxurioſis
obtutibus fuerit : nullo modo alterum lædit,
qui non ad hominem, ſed ad Chriſtum pro
ſalute proceſſit. Quinetiam de ſuis contradictionibus contradictores excludam, ut non
meis, ſed ſuis propoſitionibus cedant. Si inter feſta ſancta poteſt communis conventio
ſcandalizari, ubi tentator ipſe diabolus tremit ; quis illic ſtabilem ſe eſſe promittit,
ubi tentator audenter occurrit ? & ſi illic periclitamur, ubi Dei præcepta nos congregant, quid agimus ubi Dei juſſa nos ſeparant ? & ſi turbamur illic, ubi Dei voluntate munimur ; quanto magis ubi non ſolum
diabolum, ſed etiam Dominum habemus ad-
c verſum ? Cum ſacroſanctis enim [c] & juſtis
d nobis divina protectio [d] miniſtratur, ſicut
Eſaias ait : *Legem*, inquit, *in adjutorium dedit* ; ſine juſſionibus vero divinis nullum poteſt eſſe præſidium.

16 Aliud eſt quod Deus imperat facere,
& aliud voluntati ejus obſiſtere : cujus ita
ſunt mandata ſervanda, ut ſi aliquid juſſerit
quod ſecundum homines injuſtum eſſe videatur, juſtum credatur & fiat ; & ſi juſtum
e juſſerit, juſtum reputetur & fiat : cum [e] ſine
victoria non poteſt eſſe quod mandat, qui
potens eſt injuſtitiam juſtificando vocare juſtitiam, & juſtitiam reprobando injuſtitiam
probare tranſverſam, cujus voluntas eſt ſola
& vera juſtitia. *Si* enim totum quod gerimus, ad hoc tantummodo gerimus, ut Domino placeamus ; profecto hoc ſolum erit juſtum quidquid voluerit, & juſſerit, & probaverit Deus cui placere geſtimus. Nam cum
ſervi non poſſint a ſemetipſis ſcire quid ſuis
dominis placeat, niſi dominorum ſequantur
f imperia ; & utique [f] homines hominum fimilium ſibi non valeant [g] voluntates agnoſce- g
re, niſi acceperint quod obſervent : multo
magis mortales neſciunt immortalis Dei juſtitiam comprehendare, niſi ipſe juſtitiarum
ſuarum dignetur indicia demonſtrare, ſicut
Salomon approbat, dicens : *Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei ? aut quis poterit* Sap. 9. 13.
cogitare quid velit Deus ? Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ providentiæ noſtræ.
Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam : & deprimit terrena [h] *inhabitatio ſenſum* h
multa cogitantem. Difficile æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt invenimus cum labore : quæ in cælis autem ſunt, quis inveſtigabit ? Senſum autem tuum quis ſcit, niſi tu dederis ei ſapientiam, & miſeris Spiritum ſanctum de altiſſimis ? Et ſi correctæ ſunt ſemitæ eorum qui in terra ſunt, & quæ tibi placent, didicerint homines, & per ſapientiam ſanati ſunt : ambulantes in tenebris ſibimetipſis lumen non poſſunt oſtendere, niſi ultroneum
ſeipſum non videntibus offerat lumen. Ita
humana cæcitas ad Deum non dirigit viam,
niſi ipſe lucernam legis oſtendat. Unde David ſic loquitur, dicens : *Lucerna eſt*, in- Pſalm. 118. 105.
quit, *pedibus meis verbum tuum, & lux ſemitis meis*. Et iterum : *Præceptum Domini lu-* Pſalm. 18. 9.
cidum illuminans oculos. Hoc eſt ergo luciferum quodcumque fuerit a Deo intimatum :
& hoc Deo dignum, quod ipſe Deus voluntati ſuæ fatetur acceptum, ut exerceat per
omnia dominatum. Alioqui nec nos ſervi
adſcriberemur, nec ipſe Dominus haberetur ;
ſi ſecundum voluntatem noſtram permitteremur impendere ſervitutem, & arbitrio noſtro, non Dei, eligeremus exercitamenta
juſtitiæ. Tales Paulus Apoſtolus vanificat,
dicens : *Ignorantes*, inquit, *Dei juſtitiam*, Rom. 10. 3.
& ſuam volentes ſtatuere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti. Tollantur nunc e medio ambages
iſtæ tam vanæ, & querimoniæ inaniter calumnioſæ. Ad ſpiritales actus cum feminis, Deo
juvante, non metuimus adunari, qui per
Dei juſſionem juſtitiam nos credimus operari, ex qua nobis ſcimus munimenta ſupponi.
Privatim vero, continentibus quamplurimum
clericis & virginibus hoſpitia ſeparanda ſunt :
quia quod Deus iniquum judicat, juſtum eſſe non poteſt. Contubernium tamen etſi nulla in ipſo contubernio turpis conſuetudo [i] i
noſcatur, accendit ; quia impoſſibile eſt integritatem ad victoriam pervenire, quæ contendit contra Dei juſſa pugnare. Quantum enim
lex obedientibus ſuggerit adjutorium, tantum
inobedientibus incitat peccatum, dicente Apoſtolo : *Virtus*, inquit, *peccati, lex*. Qui nos 1. Cor. 15. 56.
ergo

a *Veſtra*] *Noſtra* cod. vetuſtiſſimus Sangerm.

b *Videris*] Sic quatuor codices mſſ. & Morel. *verumtamen* Pamel. *quod ſi* Remb. Eraſm. Paulo poſt *feſta ſacrata* apud Remb. & Morel. & in codice vetuſtiſſimo Sangerm.

c *Et juſtis*] Sic quatuor codices mſſ. & Spir. Remb. Eraſm. Morel. *ſacroſanctis juſſis* Pamel.

d *Miniſtratur*] *Monſtratur* unus cod. antiquus.

e *Sine victoria*] Sic quatuor mſſ. vetus editio a Pamelio citata, & edit. Spir. Remb. ac Morel. *ſine juſtitia* Eraſm. & Pamel. Paulo poſt legitur in edit. Spir. & Remb. & in quatuor codicibus mſſ. *injuſtitiam reprobare tranſverſam*.

f *Homines*] Addunt, *& ipſi homines*, tres codices mſſ. & edit. Spir. ac Remb.

g *Voluntates*] Sic Pamel. ex veteri edit. *utilitates* tres codices mſſ. edit. Spir. Remb. Eraſm. Morel.

h *Inhabitatio*] *Cogitatio* codex vetuſtiſſimus Sangerm.

i *Noſcatur, accendit*] *Naſcatur* Eraſm. & Morel. *accedat* tres codices mſſ. & edit. Spir. ac vetus a Pamelio citata cum Remb. & Morel. *accendit* Eraſm. & Pamel.

ergo juſſit ut in ſacris ſuis cum feminis triumphemus, ipſe jubet ut privatim pugnas femineas caveamus.

17 Sunt equidem neceſſitates aliæ, quæ nos quoque privatim feminas videre compellant, ſed etiam ipſæ divini operis vel præcepti imperant efficaciam, ut viſitemus, ut ſolatia præbeamus, ut hortamenta vitalia ſalubriter intimemus: nec tamen & in his officiis minor cura [a] agenda eſt pro moribus noſtris, ut clareſcant in noſtra operatione indicia puritatis. Severitas non deſit, quæ ſub clerico feminam poſſit aſtringere, ut ipſam conſolationem noſtram ſuſcipiat cum tremore, & ita ſentiat viſitationis affectum, ut clericum veneretur. Ac ne tardius ſit evagari per ſingula, totum quidquid agimus, honeſtum eſſe poteſt, ſi ſemper in nobis ſigna honeſtatis eluceant: ſicut Paulus Apoſtolus univerſa complexus eſt, dicens: *Omnia veſtra boneſtr fiant*. Et iterum: *Sicut præcepimus*, inquit, *vobis, ut honeſte ambuletis*. Non bene ſuccedit quidquid agitur paſſim: & ſanctum non eſt quod geritur ſanctum, niſi ſancte quod ſanctum eſt peragatur, ſicut Salomon aſſerit, dicens: *Qui enim cuſtodierint juſte juſta, juſtificabuntur*. Sinceriter ergo ſinceritas ipſa ſervanda eſt; & omne quod voti eſt, etiam in actu ſignandum, ne aliud vota commendent, & aliud actus inſinuent. Undique probanda eſt inſtitutio voluntatis, & undique conſummandus eſt curſus uniuſcujuſque certaminis; ne minus ſit aliquid ad triumphum, ſi non plenius dimicetur. Hinc Paulus Apoſtolus introducit documenta certaminum: *Sed & qui in agone*, inquit, *certat, non coronabitur, niſi qui legitime certaverit*. Et iterum: *Neſcitis*, inquit, *quoniam qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium. Sic currite, ut comprehendatis.* [b] *Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.* Plenitudo eſt ergo ſanctitatis, & palma perfecta, ut ex omni parte ſecum non habeat quod recuſet; ne quod profitetur odiſſe, tenendo videatur amare.

1. Cor. 14. 40. — 1. Theſſ. 4. 11. — Sap. 6. 11. — 2. Tim. 2. 5. — 1. Cor. 9. 24.

18 Quod ſi aliquis dicit: Captivum teneo adverſarium meum, cui ſemper inſultem; videat ne forte adverſus eum captivus incipiat prævalere. Numquam ſecurus cum theſauro latro tenetur incluſus: nec intra unam caveam habitans cum lupo tutus eſt agnus. Ipſe ſe voluit [c] penetrari, qui hoſtem proprium in ſuas portas induxit; & inteſtinum gladium ſibi ipſe ſuppoſuit, qui locum habitationis ſuæ adverſarii ingreſſibus reſeravit: & qui fretus eſt converſari cum ſcandalo, ſine cauſa [d] non dicit: Pacatus eſſe volo cum diabolo; contra Apoſtolum dicentem: *Nolite locum dare diabolo*. Omni ergo modo muniendus eſt locus, ubi fuerit theſaurus abſconditus, ne per unam cavernam totum parietem latro ſuffodiat. Nam ſi deforis expugnans vix muris expellitur; quantum valebit ſi intra muros acceperit habitaculum? Et ſi illi qui contra eum claudunt, aliquoties ab eodem capiuntur; quanto magis ille, qui ultroneus illi patefecerit [e] ingreſſum, cum dicat Salomon: *Si juſtus vix ſalvus fit*, [f] *injuſtus ubi parebit?* Omnes ergo rimæ, ne dicam portæ, claudandæ ſunt, ne per unum foramen caſtra omnia penetrentur: & univerſa componenda ſunt munimenta, ne per modicum non muniſum tota civitas ruat, ſicut Salomon repetit, dicens: *Qui ſpernit modica, paulatim cadet.*

Epheſ. 4. 27. — Prov. 11. 31. — Eccli. 19. 1.

19 [g] Stupeo autem hujus perverſitatis arbitrio, ut a clericis ad communitatem femina magis quam maſculus eligatur. Numquid tantum mulier utilior eſt commodis clerici, quantum prodeſt maſculus continens, vel puer maſculo continenti? Aut ipſa erit decens utilitas, quam indecens communitas facit? Et ubi erit quod Salomon ait: *Omne animal diligit ſimile ſibi?* Et iterum: *Volatilia* [h] *ad ſimilia conveniant*. Sed & ſi femina utilior exiſtimaretur, non oportebat carnalia emolumenta præponere utilitatibus ſpiritalium commodorum: & expediebat qualemcumque virum inutilem ſuſtinere pro exiſtimatione munienda, quam bonos effectus mulieris cum exiſtimatione turpiſſima. Quod Salomon comparat, dicens: *Melior eſt*, inquit, *iniquitas viri, quam benefaciens mulier*. Artificialia ſunt itaque ſemper diaboli beneficia, quibus ingenium ſuæ calliditatis exercens, ſanctimoniæ deditos doloſis commoditatibus juvat ut perdat: & inter continentes quaſi neceſſaria emolumenta mutuis adjuvaminibus ſubminiſtrans, agit prius maſculum & feminam pariter [i] converſari; ut poſtquam inſeparabiles fecerit per alterutra ſolatia, poſſit occidere dantes ſimplices animos ad caſtitatis vota ſervanda: & impugnationis ſuæ arma ſubducens interim, quaſi placidus fautor ſuggerit ſanctitatis argumenta, donec diutius inter ambos inimicam nutriat [k] concordiam. Facit affabiles ſibi invicem & deſervire, & aſſentator

Eccli. 13. 19. & 27. 10. — Eccli. 42. 14.

a *Agenda*] Codices antiqui duo *gerenda*.

b *Omnis enim &c.*] *Omnis autem qui ....:: continens eſt* cod. vetuſtiſſimus Sangerm. Paulo poſt *vos autem* Pamel.

c *Penetrari*] Sic quatuor mſſ. cum Spir. & Remb. *ſuperari* Eraſm. Morel. & Pamel.

d *Non dicit*] Sic quatuor codices antiqui & vetus editio ac Spir. male in aliis *ſine cauſa dicit*. Paulo poſt legitur *infra muros*, & antea *infra unam caveam* in antiquis codicibus mſſ. & editis.

e *Ingreſſum*] Poſt hanc vocem addit Eraſm. *decipitur*, quem Morellius & Pamelius ſecuti ſunt. Deeſt in codicibus mſſ. & vetuſtis edit.

f *Injuſtus*] *Peccator & impius* tres mſſ. cod. & Morel.

g *Stupea autem hujus perverſitatis arbitrio*] Sic duo antiqui codices Sangerm. *ſic ſtupeo* Reg. & Vict. Pro *arbitrio* quod erat in editis poſuit Eraſmus *arbitrium*, eumque Morellius & Pamelius ſecuti. Editio Oxonienſis habet ex conjectura minime neceſſaria: *Fit ſtudio autem perverſitatis arbitror*.

h *Ad ſimilia*] Sic edit. Spir. & Remb. cum tribus vetuſtis codicibus, & paulo poſt ex iiſdem mſſ. & Remb. poſuimus *exiſtimaretur*. Eraſmus & alii eum ſecuti, *ſibi ſimilia* & *exiſtimatur*.

i *Converſari*] Sic Pamelius ex veteri editione, deeſt in Spir. edit. & Remb. & antiquis cod. qui habent *adigit*.

k *Concordiam*] *Amicitiam* vetuſtiſſimus codex Sangerm.

infeſtus impedimenta removens univerſa, commodis eorum gaudet efficaciam commodare; ut tota eos ſibimetipſis neceſſitate commendans, exhibere eos poſſit in alterutrum ſolita conſolatione pendere. Non vult eos in aliquo impedire, ne ſeparet tam ſpiritaliter quam carnaliter. Inconcuſſos efficit vivere, ne ipſa ſocietatis initia immaturo tempore fœdera cœpta conturbent. Uſque adeo illos videntibus cunctis ad perfectum ſanctitatis invitat, fovet, ſublevat; ut Dei eſſe computent beneficia ipſa contraria, quibus inducuntur ut pereant; neſcientes numquam Deum juvare quod vetat. Quibus in tantum diabolus blandiens ſecuritatem præparat ſanctimoniæ, ut conjunctos ſe magis æſtiment quam disjunctos, immobiles circa libidinem perdurare; quos cum omni tranquillitate deducens, nullis procellis aut fluctibus inquietat; & velut in medio mari minus cautos inducit relaxare vela, nec quærere gubernacula, ut ſubita tempeſtate concitatos, naufragos ex inſperata commotione ſubmergat. Hanc primo exhibet lenitatem, ut duas naves oblectet ad invicem convenire; quas cum fecerit junctas, repentinis turbinibus in ſemetipſas elidere poſſit &
a frangere: & his utitur blandimentis, [a] ut ſubtractis omnibus jaculis compeſcens adverſa, ſuggerens proſpera tamdiu ſopitum ignem ſine ullis flammis occultet, donec duas faculas jungens, ſimul ambas accendat: & tamdiu ceſſat ſævitiæ ſuæ tela ſupponere, donec ſicut peritus venator quos occiſurus eſt, laquei ſui vinculis alliget. At ubi indiſſolubili catena devinctos adſtrinxerit; velut laniſta protinus duos gladiatores adverſus invicem compellit armari; & ſubinde ſtimulans membra, ſtatim gla-
b dios aptat, ſtatim ſuccendit inſaniam, & [b] in vulnificos amplexus impingens, utrumque ſimul uno ictu mortificat. Sic explicat quod ante præſtare videtur, ſic de ſimplici caritate amorem conflat illicitum, ſic per ſanctitatem
c [c] ſubinducit interitum; dum contentus eſt cedere, ſic valet fortius occupare; & dum ſummiſſus patitur ſemetipſum præbere devictum, ſic plenius devincere gloriatur. Cujus verſutias Paulus Apoſtolus ſic intelligit, dicens:
2. Cor. 2. 11. *Non enim ignoramus*, inquit, *aſtutias ejus*. Male itaque in hac participatione pacati ſunt, qui ad bella pacificante diabolo perducuntur, & non bene in ſanctitate proficiunt, quibus ad detrimentum profectus ipſe inimici artificio ſubornatur; nec recto curſu moliuntur continentiæ ſcalas aſcendere, quos ut de alto præcipitet, elaborat ad culmen adverſarius protelare. Sed neceſſe eſt caducis lapſibus elidantur, qui viam lubricam tenuerunt, de qua
Prov. 14. 12. Salomon ſic prædicat, dicens: *Eſt via quæ videtur apud homines recta eſſe; noviſſima autem ejus veniunt in profundum infernorum.*

20. Sed ajunt; Si de hac conjunctione clerici denotantur, notandi ſunt etiam ſancti plerique nobiſcum. [d] Sive Helias, qui man- d
ſit apud viduam: ſive Apoſtoli, qui mulie- 3. Reg. 17.
res ſecum comites circumducebant: ut Joannes, qui matrem Domini aſſumſit, eodem Domino delegante; aut ipſe Dominus, cui de ſuis facultatibus alimenta præſtabant aliquæ mulieres religioſæ, cui etiam Martha miniſtrabat ad menſam, & qui ſingulariter locutus eſt ad puteum ſedens cum alienigena muliere Samaritana, vel cui recumbenti femina lacrimis pedes lavit, & capillis exterſit. Callidi argumentatores & juriſperiti fallaces; qui dum cupiunt prævaricari, controverſias actioneſque cauſarum, etiam ipſa jura tranſvertunt; & cum nolunt competentibus coerceri juſſionibus legum, ad illudendos judices inconvenientibus exemplis velut ſimiles conjecturas juris objiciunt; qui per Salomo-
nem ipſius legis ſagacitate produntur: *Pec-* Eccli. 32.
cator, inquit, *homo evitat correptionem, & ad* 21.
voluntatem ſuam invenit comparationem. Tales ergo non per orationem, ſed per correctionem potius revincendi ſunt, ut non ante
interpretatis orationibus inſtruantur, quam [e] e
amiſerint quod ad defenſionis ſolatium repererunt; ſicut nos adverſus hujuſmodi homi-
nes Salomon edocet, dicens: *Noli*, inquit, Prov. 26.
reſpondere inſipienti ad ipſius inſipientiam, ne ſi- 5.
milis fias illi; ſed reſponde inſipienti contra ipſius inſipientiam, ut non videatur ſibi ſapiens eſſe.

21. Revera magni homines qui ſe comparant ſanctis, & eximia converſatio noſtra, quæ Prophetis vel Apoſtolis videatur æqualis. Ad occaſionem luxuriæ noſtræ in perverſum ſanctos volumus imitari; & in ceteros actus veſtigia juſtorum nolumus ſequi. In quibuſdam infirmos nos excuſamus ad imitanda facta majorum; & in aliis nos æquales majoribus proteſtamur: cum Helias ipſe in anguſtia conſtitutus, imparem ſe pa-
tribus ſuis ante Deum fateatur. *Numquid* 3. Reg. 19.
inquit, *melior ſum patribus meis?* Hoc Helias 4.
de anteceſſoribus ſuis in infirmitate ſua cogitur exclamare: & nos Heliæ vel Prophetis, & Apoſtolis, & Domino virtutem noſtram non dubitamus æquare? Video plane ſic apud vos calcari avaritiam, ſicut Apoſtoli propria cuncta dimiſerunt. Video crapulam & ebrietatem ſic veſtris conviviis abeſſe, ſicut Apoſtoli nihil habentes frequenter coacti ſunt eſurire. Cognoſco taliter in nobis jejunia, ſitim, famem, nuditatem propter inſtantiam doctrinæ ſolius ubique pollere, ſicut

a *Ut ſubtractis*] Aliter in nonnullis antiquis codicibus mſſ. & editis: *his utitur blandimentis, ſubtractis omnibus . . & . . . . occultat.*
b *In vulnificos*] Præpoſitionem adjeci ex duobus mſſ. & Morel. deeſt in aliis. Paulo poſt *provectus* in tribus mſſ. & edit. Spir. Remb. & Morel.
c *Subinducit*] Sic cod. vetuſtiſſimus Sangerm. editi *ſibi inducit*.
d *Sive*] Sic edit. Spir. Morel. & Remb. & tres vetuſti codices, alii *ſicut*.
e *Amiſerint*] Sic emendatur auctoritate antiquiſſimi cod. Sangerm. editi *admiſerint*.

a ſicut in Apoſtolis legimus triumphaſſe; & ᵃ approbatur apud nos eadem exercitia fervere virtutum, quibus Apoſtolos omnia vitia tremuerunt. Plane quadraginta dierum jejunium Domini meditamur, & orationes excubiaſque quibus ille per ſolitudines etiam nocturna ſilentia rumpebat. Numquid ſimiles agones frequentamus contra luctamina vitiorum, & ſic agimus rigore, auſteritate, vigiliis, paſſioni-
b bus, labore, neceſſitate, ᵇ afflictione, abſtinentia, quibus peccata calcantur, ut nemo de nobis mali aliquid ſuſpicetur? Per quæ Paulus Apoſtolus conſcientiam ſuam innotuiſſe o-
2. Cor. 6. 4. mnibus gloriatur: *In omnibus*, inquit, *commendantes noſmetipſos quaſi Dei miniſtros, in ſuſtentatione multa, in preſſuris, in tentationibus, in tribulationibus, in anguſtiis, in plagis, in cuſtodiis, in carceribus, in ſeditionibus, in invocationibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in bonitate, in Spiritu ſancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma juſtitiæ a dextris & a ſiniſtris*. Ad has imitationes infirmi ſumus; & ad mulieres circumducendas poſſibilitatem nobis comparandæ imitationis adſciſcimus. Quod ſi etiam cuncta illorum quiſquam ſe implere jactaſſet; me tamen nullius ſuadela poterat inclinare, ut alios nunc Apoſtolos crederem, contra Apoſtoli Pauli
1. Cor. 12. 29. profeſſionem: *Numquid*, inquit, *omnes Apoſtoli? Numquid omnes Prophetæ?* Si Chriſtus
Joan. 14 28. ſeipſum comparare auſus eſt Deo, qui ait: *Pater major me eſt*: aut ſi Apoſtoli coæquare
c ſemetipſos auſi ſunt Chriſto: ᶜ & nos hodie Apoſtolis æquales faciat conſimilis fortitudo. Miſera humanitas in hac æqualitate non times fulminari, quæ de filio Dei, aut de filiis tonitrui, non cunctaris peccatis tuis exampla velut ſimilia mutuare? Cum ſuperbiæ ſit elata jactantia, etiam minimis Eccleſiæ quemquam comparabilem velle conſcribi, cum Paulus mo-
Philip. 2. 3. neat & dicat: *Alter alterum ſuperiorem ſibi exi-*
Ibid. 5. *ſtimantes*. Et inferius addidit, dicens: *Hoc ſentite de vobis quod & in Chriſto Jeſu, qui cum in forma Dei eſſet conſtitutus, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens*.

d 22. Minus ᵈ itaque de noſtris viribus ſentiendum eſt, nec fortitudini ſanctorum noſtra infirmitas comparanda eſt, ſicut nobis Apoſtolus Paulus de ſemetipſo magiſterium proponit,
2. Cor. 10. 12. & dicit: *Non enim audemus*, inquit, *comparare nos aut conferre quibuſdam qui ſeipſos commendant, ſed ipſi in nobis ipſis noſmetipſos nobis commendantes: non ſupra menſuram gloriantes,*

ſed ad menſuram gratiæ, quam nobis menſus eſt Deus. Etenim contemplamur quod ᵉ ipſe ite- e
rum dixit: *Plus ab illis omnibus laboravi*. Ni- 1. Cor. 15. 10.
hil melius, nihil aptius mihi proponitur, unde vincam, niſi ut de ipſo de quo mihi præſcribitur, ego ipſe præſcribam. Certe plus omnibus ipſe laboravit, & tamen ad mulieres circumducendas collegas ſuos imitari contremuit, ne ſe ᶠ ad incertum ſubjiceret tentatio- f
ni carnali. Unde ipſe rationem ſic reddidit, dicens: *Ego*, inquit, *ſic curro, non quaſi in in-* 1. Cor. 9. 26.
certum: ſic pugno, non quaſi aerem cædens, ſed affligo corpus meum & in ſervitutem redigo, ne forte aliis prædicans, ipſe reprobus inveniar. Huic ergo te compara, qui Apoſtolum jactas; & ex ipſo diſce quid metuas, qui clamat & dicit:
Oro vos, imitatores mei eſtote. Noluit itaque de 1. Cor. 4. 16.
mulieribus circumducendis habere fiduciam; qui non ignorabat quantum aliæ virtutes ab aliis virtutibus differant, & aliam claritatem ſolis, & aliam lunæ, aliam vero ſtellarum, qui de chariſmatibus eccleſiaſticis ſimilitudinem comparans intimaverat. Sed nos contra de Apoſtolica nobis coæquatione blandimur, non intendentes penitus quid Apoſtoli & ſancti omnes invicta virtute geſſerunt, & difficilem rumpere quærimus viam, cum per facilia planior ſit nobis appoſita; contra Salomonem di-
centem: *Non te credas*, inquit, *viæ laborioſæ,* Eccli. 32. 25.
ne ponas animæ tuæ ſcandalum. Nec ullus conſiderat, quoniam unus ſecurus in lubrico graditur, & alius qui impar eſt, labitur: unus
per ᵍ rupes curſu montes aſcendit, alius ſi ſe g
coartaverit, cadit. Uni contingit per tempeſtates navigia faliciter explicare, & alteri talis felicitas non poteſt evenire; quod Paulus Apoſtolus
decernit, dicens: *Unuſquiſque*, inquit, *proprium* 1. Cor. 7. 7.
donum habet ex Deo, unus quidem ſic, alius vero ſic.

23. Sed qui mihi de ſanctorum exemplo præjudicant, quid aliud exemplum nolunt contemplari, quod metuant: & qui Apoſtolis coæquari contendit, quare non magis preſbiteros adulteros apud Danielem ad formi- Dan. 13.
dinem ſibimetipſe proponit? Hæc autem non ideo propono, ut quaſi Apoſtolorum imitatoribus contradicam, ſed ut illos confundam,
qui ſe ſanctis ʰ exæquant. Nec nego ipſos h
eſſe ſectandos, quos doctores accepimus cuncti, ſed adverſus eos contendo, qui cupientes ad mala ſua bonorum hiſtorias depravare, legem Dei ſibi æſtimant ſuffragari; ſicut omnes qui perire feſtinant, & ſub obtentu ſanctorum dedecora ſua volunt eſſe celata, ut ſub imitatione majorum contraria quæque committant; quos Apoſtolus Paulus prodit & publicat,

dicens:

a *Approbatur*] Sic Remb. Morel. & tres mſſ. *approbantur* Eraſm. & Pamel. Corrupte apud eoſdem legebatur, *quibus Apoſtoli omnia vitia tremuerunt*. Emendavimus ex auctoritate vetuſtarum edit. & trium mſſ. Legitur in altero Sangermanenſium: *quibus omnia vitia tremuerunt*.

b *Afflictione*] *Afflictatione* tres cod. mſſ. & Remb. Paulo poſt ſic legitur in altero cod. Sangerm. *In preſſuris, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis*.

c *Et nos . . . . faciat*] Sic duo antiqui codices, Eraſm. & Morel. *faciet*, alii *facit*. Male interpoſita paulo ante negatio ab Eraſm. & Morel. qui legunt, *auſus non eſt, non auſi ſunt*.

d *Itaque*] Tres codices mſſ. *utique*.

e *Ipſe iterum*] Deeſt *ipſe* apud Pamel.

f *Ad incertum*] Sic quatuor codices mſſ. & Spir. Remb. ac Morel. *ad interitum* Eraſm. & Pam.

g *Rupes*] Tres codices mſſ. & veteres editi *ripas*. Ex iiſdem repoſuimus *coartaverit* pro eo quod eſt apud Pam. *coartavit*. Paulo poſt in vetuſtiſſimo codice Sangerm. & in Vict. legitur, *quare aliud exemplum*.

h *Exæquant*] Sic tres codices antiqui. Editi *exæquent*.

2. Cor. dicens : *Quod autem facio , & facturus ſum ,*
11. 12. *ut amputem occaſionem eorum qui volunt occaſio-*
nem ; ut in eo in quo gloriantur , tales inveniantur
quales & nos ſumus . Nam & hujuſmodi pſeu-
doapoſtoli ſunt operarii doloſi , transfigurantes ſe
in Apoſtolos Chriſti . Hoc addunt ad cumulum
perditionis cumulandum , ut bonos infament ,
quorum exemplo utuntur ad malum ; quibus
utile eſſet ſatis & ſalubre , ſi cujuſcumque hi-
ſtoriæ ſeipſos magis crederent non intellexiſ-
ſe rationem , quam aliquid inhoneſtum arbi-
trarentur in lege : quos Apoſtolus Paulus
1. Tim. corripit & confundit , dicens : *Non intelligen-*
1. 7. *tes neque de quibus dicunt , neque de quibus aſ-*
1. Cor. 8. *firmant .* Et iterum : *Si quis putat ſe ſcire ali-*
2. *quid , necdum cognovit quemadmodum eum opor-*
teat ſcire . Vacant itaque præjudicia petulan-
tium , quos ingenia ſuæ perverſitatis errabun-
da tranſducunt ; & quærunt competentes ſuis
ſenſibus hiſtorias quas exponant , qui male
agentes mutuant legalia patrocinia . Bene
agentibus bona ſunt omnia , quæcumque ſcri-
pta ſunt , qui bene dicta bene ſuſcipiunt ; ſic-
1. Tim. ut Paulus Apoſtolus pollicetur : *Scimus quo-*
1. 8. *niam bona eſt lex , ſi quis ea legitime utatur .*

24 Obtinuimus confundendo contradicto-
res . Convertamur ſubinde eoſdem quos vi-
cimus inſuper erudire , ne aut ut ſanctos re-
a manere patiamur in crimine , aut ignari [a]
deputentur in reddendo rationem , ut publi-
ce victi pœnitentiam gerant : aut ſi nolue-
rint , nos expunximus quod ad noſtram per-
tinet diligentiam ; ut quomodo ſatisfecimus
ſupradictæ ſententiæ Salomonis , ita ſatisfa-
2. Tim. ciamus Paulo Apoſtolo concionanti : *Ser-*
2. 24. *vum , inquit , Domini non oportet litigare ,*
ſed mitem eſſe ad omnes , docibilem , patientem ,
cum omni modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt
veritati ; ne forte det illis Deus pœnitentiam
ad cognoſcendam veritatem , & reſipiſcant a dia-
boli laqueis , a quo captivi tenentur ſecundum ejus
voluntatem .

25 Omne quidquid ab auctoribus noſtris
geſtum eſt , rationabiliter gerebatur : ut po-
ſteris nobis adverſus prævaricatores munita
undique auctoritas traderetur . Propter hæ-
b reſim [b] amputandam quam ſuperius taxavi-
c mus , de aſſumendis feminis [c] ſive per ſemet-
ipſum , ſive per ſervos ſuos Dominus pau-
lulum relaxavit , ne nimio rigore in totum
Domini fabrica damnaretur . Prævidebantur
a Domino hæretici , qui nuptias auferunt ;
d & [d] quod Dominus junxit , contra naturæ
principium , & contra Evangelium ſeparare
contendunt . Quibus interdicens jam tunc au-
ctoritas parabatur , ne maritatæ mulieres ac-
cedere vetarentur ad Chriſtum , cui in præ-
ſentia ſervierunt . Sed non ſine moderami-
ne fuit etiam ipſa permiſſio procurata , quæ
non ſibi operabatur quod gerebat , ſed cete-
ris . Nam ſi allocutus eſt Dominus Samari-
tanam , ad horam docuit & receſſit , nec de-
fenſionem continuandis exceſſibus fecit . Ad
horam quoque Martham paſſus eſt miniſtran-
tem . Sed quid erat aliud Domino , niſi re-
gni cæleſtis prandia miniſtrare ? Numquid
ſub Domino non fuere convivia ? Aut ſub
majeſtate ejus erat alius cibus aut potus ,
quam diſciplina tantummodo quæ paſcebat ?
Teſtante ipſo Domino ac dicente : *Meus ci-* Joan. 4.
bus eſt , ut faciam voluntatem ejus qui miſit 34.
me . Sic Apoſtolos mulierum comitatus dece-
bat non ut perderent , ſed ut diſcerent re-
verentiam , & propter humanitatis exhiben-
dum miniſterium ſequebantur , ſicut in Evan-
gelio de Domino & de ipſis pariter memo-
ratur : *Et factum eſt* , inquit , *poſt hæc &* Luc. 8.
ipſe iter faciebat per civitates & caſtella evan- 1.
gelizans regnum Dei , & duodecim cum illo , &
mulieres quæ erant curatæ a ſpiritibus immundis
& infirmitatibus , Maria quæ vocatur Magda-
lene , de qua dæmonia ſeptem exierant , &
Joanna uxor [e] Chuzæ procuratoris Herodis , & e
Suſanna , & aliæ multæ quæ & miniſtrabant ei
de facultatibus ſuis .

26 Numquid adhærebant ſingularibus ſin-
gulæ , aut indiſciplinatæ [f] commorationes f
perſeverabant illecebroſo conſortio converſan-
tes ; ubi tota Eccleſia propemodum [g] vide- g
batur , ut non ad convivationes improbas ,
ſed ad diſcenda bonæ converſationis ſtudia ſe-
querentur ? [h] Ideo non inde ſcribitur , quod h
noſtris convivationibus coæquetur , non ri-
ſus , non jocus dicitur affuiſſe . Nec ſicut
apud quoſdam nunc uſque aſſolet fieri ; cho-
rus pſallentium virginum aures venenoſis can-
tibus aſſeritur demulſiſſe . Et ut de Apoſtolis
breviter probem , quantum illis fluxa fami-
liaritas potuit diſplicere , qui compulſi ſunt
& de ipſo Domino loquente cum femina du-
bitare , niſi eos majeſtatis notitia probata
compeſceret , ſicut Evangeliſta refert , di-
cens : *Inter hæc* , inquit , *venerunt diſcipuli* Joan. 4.
ejus , & mirabantur quod cum muliere loquere- 27.
tur . Nemo tamen dixit illi : quid quæris , aut
quid loqueris cum ea ? Quid autem loquar
acceſſum feminæ ad pedes Domini provolu-
tæ , cujus luctus & planctus ad defenſionem
laſciviæ ſuæ non erubeſcunt improbi flagita-
re ? Uſque adeo illos propria cæcitas rapit ,
ut nec de ſimilibus cauſis audeant reluctari ,
de quibus Salomon ; *Excæcavit* , inquit , *eos* Sap. 2.
malitia eorum , ut neſcirent ſacramenta Dei . 21.
Joannes autem matrem Domini ſuſcepiſſe vi-
detur ,

a *Deputentur*] Sic emendavimus auctoritate cod. Vict. & Remb. alii *deputemur* .
b *Amputandam*] Tres codices mſſ. & Remb. *anticipandam* .
c *Sive per ſemetipſum*] Editi *quam ſive* . Emendavimus auctoritate vetuſtiſſimi cod. Sangerm.
d *Quod Dominus*] Sic tres codices mſſ. & veteres editiones . Pamelius *quos Dominus junxit* Paulo poſt ex duobus codicibus legimus *ſi allocutus eſt Dominus* , pro eo quod eſt in editis , *ſic allocutus Dominus* .

e *Chuzæ*] *Oxi* edit. Spir. Remb. & cod. Sangerm. vetuſtiſſimus ; ſic etiam Reg. & Vict.
f *Commorationes*] Sic quatuor codices mſſ. & edit. Spir. *commorantes* in aliis .
g *Videbatur*] Sic legitur in duobus mſſ. & apud Morel. alii *videbitur* . Habent etiam *improbroſas* pro *improbas* tres codices mſſ. & editio vetus ac Spir. & Remb.
h *Ideo*] Sic Pamelius ex vet. edit. *adeo* duo codd. mſſ. Remb. & Morel.

detur, ſed matrem cujus mores maternum indicat nomen. Tamen non poſſum & alias Chriſti matres admittere, nec æquanda eſt mulieribus cunctis, quæ genuit majeſtatem,
1. Reg. 17. Helias quoque juſſus eſt a Domino relinquere ſolitudinem & ingredi tabernaculum viduæ. Pro imperio Domini laboravit ut in
a domo manſiſſet, cui ſolitudo [a] ſolatium præſtabat & requiem: occaſionem illi Dominus obtulit ad magnalia facienda, ut magis famis tempore tam ipſi viduæ quam pupillis ejus ſufficientia tribueret alimenta, qui jejuniis uſquequaque afflictus toleraverat indigentiam; & qui miſſus venerat paſci, paſtus quinimmo conferens miſeris, miſerias ageſtatis ſecit excludi. Et hoc non poteſt cujuſquam ſavere luxuriæ, cum nulla fuerit opportunitas ſcandali, ubi tranſeunter quod pejus eſt egeſtoſam habuerit manſionem, quam quicumqne hoſpes effugeret. At hic apud quos hoſpitatus eſt, implevit & rediit; qui etiamſi moraretur, ſuſpectus eſſe non potuit. Qua-
b lis illic fuit communitatis [b] affectus, ubi non erat victus? Et qualem ad viduam habuit Helias introitum, cui ſames dedit hoſpitium? Quiſquis es qui te vis Heliæ de commoratione viduæ vocari diſcipulum, prius ſolitudinis
c afflictiones, & quadraginta dierum tolera [c] jejunus exitum, & aut non quæres feminam, aut non erit qui cum femina commoretur, & tamen ſi valueris tibi ſerva. Nobis autem in ſpiritu & virtute Heliæ non alium quam Joannem ſolum Angelus & Dominus Chriſtus inſinuat.

d 27 [d] Pro dolor! dolere cogimur quod docemus; qui uſque ad hoc venimus, ut in comparatione fluxorum, de ſanctorum tremendis virtutibus diſputemus. Parce jam parce, protervitas. Numquam tibi ſancti conſentiunt, qui religioſa, modeſta, veneranda, pudica, pudorata cum feminis negotia peregerunt. Aut ſi adhuc per ſanctos cavillationis anſractus contendis exquirere; nos tamen amicos Dei non novimus, niſi ad venerationem tantummodo memorari,
Pſalm. 138. 17. quod David docuit, dicens: *Mihi autem vehementer honorificati ſunt amici tui, Deus*. Eant nunc prædones pudoris, & plagiarii caſtitatis, mulierculis ſuis exponere moleſtias querelarum. Apud ſanctos noſtros non habent
e omnino ſuffugium, quibus miſceri [e] Eccleſia
2. Tim. 3. 5. auctoritate Pauli Apoſtoli prohibetur: *Et hos*, inquit, *devita; ex his enim ſunt qui repunt in do-*
f *mos, & [f] captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis deſideriis*.

28 Poſt hoc edictum utinam confidant ſibi Angelorum exempla conducere. Nos jam non valent flectere, qni novimus & Angelos cum feminis cecidiſſe. Ab ipſis equidem bene patrocinia mutuantur, ſed nos nullum Angelum audimus contra Paulum Apoſtolum: [g] *Etſi*, inquit, *ego aut Angelus Dei* g
aliter evangelizaverit vobis, præterquam quod Gal. 1. 8.
evangelizavimus vobis, anathema ſit. Inſaniunt prorſus & ardent [h] incendio feminarum, h
quotquot huic interdictioni non cedunt, & obſcœnitatibus inhiantes, malunt mori, quam contenti ſint a lateribus mulierum aliqua disjunctione divelli: ut ad explendam ſuæ aviditatis [i] illuviem etiam puncto tempo- i
ris non ſint ſine feminæ voluptate: & hunc habent in mulieribus fructum, ut in illis ſemper defixa intentione, deſideria ſatient oculorum, ne vel momentum aliquod tranſeat, quando indigeant quod affectant. Sic inter eos integritas emoritur; ubi omnis commoratio, ſive convivendo, ſive commanendo corruptis affectionibus inquinatur. Quos ſanctus Petrus Apoſtolus deſignavit, dicens:
In conviviis ſuis luxuriantes, oculos habentes ple- 2. Petr.
nos mœchationibus, & inceſſabilibus delictis, ca- 2. 13.
picntes animas infirmas. Hos etiam ita Salomon denotat: *Abominatio eſt*, inquit, *coram Domino defigens oculum*. Plane contra, purum
oculum teſtatur ſe habere Job, qui ait: *Et,* Job 31.
ſi oculis conſenſit cor meum. Verum enimvero 7.
ille poteſt ſuis oculis obnoxius non teneri, cui nolenti repentinus occurſus mulieris ſcandalum moverit, quod protinus mens quod nolebat expellit. Ille autem commotionem ſui viſus non meretur evadere, qui apud ſe ſcandali materiam tenet, qui vult intentionis ſuæ affectibus frui, qui affectat habere quod oculis offenſionem ingerat, quorum aviditas inexplebilis inter offendicula continua nullo modo poteſt omnino compeſci, quod
Salomon approbat, dicens: *Infernus & inter-* Prov.
itus non ſatiantur, ſimiliter oculi hominum inſa- 27. 20.
tiabiles ſunt. Et in alio loco: *Non ſatiatur* Eccleſ.
oculus videndo. Et iterum: *Nequius oculo quid* 8.
creatum eſt? Eccli. 31. 15.

29 Hac caſtigatione non compuncti, divina interdicta nefandæ familiaritatis obſtinatione contemnunt, & adhuc inſuper de ca-
ritate cauſantur, qui ſecundum verbum Eſaiæ Eſa. 5.
amaritudinem pro dulcedine devorantes, nudam fœditatem velamento boni nominis tegunt; dum apud eos ſub falſa dilectione, vera dilectio violatur. Sed exclamat caritas &
appellat, tales ego non junxi, [k] altera k
eſt quæ me ſimulando confingit. Numquam Dei præceptis obſiſto, numquam fluxis faveo;

a *Solarium*] *Palatium præſtabat ad requiem* unus cod. mſ. Remb. & Morel. *Palatium præſtabat & requiem* alius mſ.
b *Affectus*] Sic vetuſtiſſimus cod. mſ. & Vict. cum Remb. & Morel. *effectus* Eraſm. & Pamel.
c *Jejunus*] Sic duo codices mſſ. *jejunii* edit. Paulo poſt legitur *ſi volueris* in uno mſ.
d *Pro dolor*] *Proh nefas* codex vetuſtiſſimus Sangerm.
e *Eccleſia*] Sic quatuor codices mſſ. Spir. Remb. Eraſm. & Morel. *Eccleſiæ* Pam.
f *Captivas ducunt*] *Captivant* cod. vetuſtiſſimus Sangerm.
g *Etſi ego*] Duo codices mſſ. *Etſi nos*, inquit, *aut angelus de cælo evangelizaverit*. Alius: *Etſi*, inquit, *ego aut angelus de latere evangelizaverit*. Remboltus: *Etſi*, inquit, *aut angelus de latere evangelizaverit*. Spir. *Etſi*, inquit, *aut angelus Dei de latere evangelizaverit*.
h *Incendio*] Sic quatuor codices mſſ. cum Remb. & Morel. *deſiderio* Eraſm. & Pam. *calent incendio* cod. Sangerm. vetuſtiſſimus.
i *Illuviem*] Sic quatuor codices mſſ. cum Spir. & Remb. alii *ingluviem*.
k *Altera eſt*] Sic quatuor codices mſſ. Spir. & Remb. alii *falſa altera eſt quæ me confinxit*. Paulo poſt, *averſa germanitas* non ſine mendo apud Pamel. editi & mſſ. codices *adverſa*.

veo ; per me ſanctitatem non opto culpari. Calumnias mihi adverſa germanitas facit, pericula & ego inter falſos fratres incurri. Succurre meus præco, ſuccurre Paule Apoſtole, dic teſtimonium meum, ne quod de me an-
1. Tim. 1. 5. nuntias pervertatur. *Finis autem præcepti eſt caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.* Dilectio deputabitur, per quam ſanctitatis injuria criminationibus appetitur? Aut illorum erit ſincera fraternitas æſtimanda, de quibus filiæ matris Eccleſiæ perducuntur in culpam? Si talis chriſtiana caritas adnotatur; indubitanter odia meliora ſunt, quæ dum ſeparant, neminem maculant. Hæc autem parricidalis dilectio fratres perſecutores adunare conſuevit, qui libenter patiuntur de ſuo conſortio filias Eccleſiæ fornicarias diffamari, contra caritatem quam Paulus Apoſto-
Rom. 13. 10. lus docuit, dicens: *Dilectio proximi malum non operatur.* Egregia probatio caritatis, quæ non
a tantum noxia germanitate [a] officit proximo, ſed etiam ſubjecta non vult eſſe præſcriptionibus Apoſtolicæ juſſionis. Confundantur aſſertores dilectionis hujuſcemodi, quos judicant illi, qui pro communibus commodis etiam conſanguineam deſerunt caritatem.

30. In omni mundo pæne totum junctum eſt genus humanum, & ubique cognatio naturalis alterna peregrinatione diſcernitur. Poſſunt parentes, poſſunt filii, poſſunt fratres, poſſunt & ipſi quod plus eſt conjuges a Deo conceſſa ſibi naturæ vincula diſrumpere; & clerici Deo non concedente, inſuper prohi-
b bente, mulierum nexibus [b] ancillatam non valent recuſare caritatem? Optanda ſemper cognatis abſentatur affinitas proximorum; & peregrinari ab extraneis feminis clerici reluctantur? quibus faciendum fuerat, etiam ſi peculiare aliquid vel inconſuetum Dominus imperaſſet; qui ad explicanda impoſſibilia haberit Spiritum ſanctum, quem mundani homines non habent. Unde Joannes Apoſtolus
1. Joan. 4. 4. ſic admonet, dicens: *Filioli vincite illos, quoniam major eſt qui in vobis eſt, quam qui in hoc mundo.* Nunc vero poſſibile etiam gentibus (non dicam Chriſtianis) & leve proſpicitur, & apud clericos ſine ullis effectibus evacuatur; ut parum ſit eis Dei mandata deſpicere, niſi aliud dedecus habeant quod nec ſectantur, non dicam vincunt omnium gentium conſuetudinem: quibus Dominus per Ezechielem
Ezech. 11. 12. exprobrat & dicit: *In legalibus meis non ambulaſtis, & juſtificationes meas non feciſtis. Sed neque ſecundum juſtificationes gentium, quæ ſunt in circuitu veſtro, feciſtis.* Pudendum neſcio quid dilectio iſta ſignificat, [c] cui extorqueri c
contra naturam putatur.

31. Adhuc habeo quid mirari: cum videam de Chriſtianis pleroſque maritos pariter & uxores continentiam deſtinantes, domicilia ſingularia magis eligere, ut [d] conſen- d
ſus communium votorum ſine irritatione præſentiæ concordante ſeceſſu valeant obtinere: & eunuchi noſtri non durant ſine feminæ ſodalitate dormire? Apud illos amor conjugalis continentiæ amore penſatur; & apud ſpadones cohabitatio feminæ numquam poteſt habere faſtidium. Dicat nunc eunuchorum caritas, dicat, ne forte in hac ſeceſſione magis conjugalis caritas peccet; ut Apoſtoli Pauli conſilium videatur conjugibus inſinuaſſe divortium: *Tempus*, inquit, *quod reſtat, breve eſt.* 1. Cor. 7. 29.
Reliquum eſt ut & qui habent uxores, ſic ſint quaſi non habentes. [e] Quanta perverſitas dile- e
ctionis intenditur, ut & qui habent quaſi non habentes eſſe nitantur, & qui non habent, quaſi habentes eſſe glorientur. De his ipſe Apoſtolus ait: *Gloria in turpitudine ipſorum.* Philip. 3. 19.

32. Dilectio eſt, inquiunt. O dilectio quæ invidet ſibi! O caritas quæ cupit ſe in vituperatione laudari! Grande miraculum, ut virginum caritas virgines faciat velut conjuges credi: & conjugum caritas conjuges faciat velut virgines æſtimari. Ecce vera dilectio, quæ in conjugalitate dividit, ut in caſtitate conjungat. Ecce ſancta dilectio, quæ conjugalibus ad communem laudem inducit abſentiam. Hi pro certo ſeſe inſeparabiliter diligunt, qui ut triumphos ſibi inſerant, a ſeipſis diſcedunt; quibus nec crimen, nec natura, nec lex, nec Dominus, nec Apoſtolus poteſtatem unius [f] f
converſationis interdixit aut tulit, ſed pro tuendis paribus votis, ſemota unanimitate abſentari caritas perſuaſit. Illi vero viderint quid ſit caritas quam noverunt, qui nec crimini, nec naturæ, nec legi, nec Domino, nec Apoſtolo, nec ipſi conjugalitati ſuccumbunt; quos tantum virginitas probroſa condemnat, quantum illos conjugalitas caſtrata glorificat, quibus ſufficiat ad ſupplicium dedecoroſum, quod ſpadones a conjugibus judicantur. Ad quorum increpationem non tacendi ſunt etiam filii Iſrael, qui apud Eſdram uxores & filios 1. *Eſdræ* 10.
contra divina jura ſuſceptos non cunctati depellere, nec contra Domini caritatem conati ſunt excuſare. Verum fatear, ſi permittor. Qui nunc pro dimittendis feminis, alienis adhærent, quid facerent ſi liberos & uxores proji-
cere [g] juberentur? Aut quando valebunt pro g
Chriſto renuntiare cognatis, qui mulierculas non ſuas præponunt Chriſti præceptis? Dico vos faci-

a *Officit proximo*] *Proximos* cod. vetuſtiſſimus Sangermanenſis. Paulo poſt in quatuor mſſ. legitur *evangelica vel apoſtolica*.

b *Ancillatam*] Addunt tres codices mſſ. & Remb. *vel compeditam*.

c *Cui extorqueri*] Sic quatuor codices mſſ. edit. Spir. & Remb. alii *qua*,

d *Conſenſus*] Sic Spir. Remb. & duo mſſ. codices, alii *conſenſu*. Conjunctionem *&* ante *concordante* ſuſtuli ex auctoritate codicis vetuſtiſſimi Sangerm. Ex eodem paulo poſt addidi *nunc* ante *eunuchorum*.

e *Quanta perverſitas*] Hunc locum in editionibus Remb. Eraſm. & Pam. mutilum & corruptum explevimus pluribus vocibus deſumptis ex quatuor codicibus mſſ. & Morel. Deeſt *intenditur* in vetuſtiſſimo cod. Sangerm.

f *Converſationis*] Fruſtra Pamelius hanc vocem expunxit, quæ & in duobus codd. mſſ. exſtat & apud Eraſm. & Morel.

g *Juberentur*] Sic quatuor mſſ. & Morel. alii *jubeantur*.

[a] facile pro iiſdem mulierculis parentes proprios abnegare, quam propter Chriſtum ipſas mulierculas relinquere poſſe; deſpicientes quod in Evangelio ipſe Dominus [b] dixit: *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut fratres, & ſorores, & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* (Luc. 14. 26.)

33. Si de abjiciendis parentibus dubitantes, indigni ſunt Chriſto; quid ſibi promittunt, quos contemtores exhibet Chriſto non parentalis affectio? Ac per hoc illorum meritis evacuantur, quos vident contemplatione Chriſti nullas perſonas excipere cognatorum. Nec minus eos, ſed pejus etiam illi confundunt, qui metuentes non tantum cum aliena, ſed etiam cum ſua carne luctari, amputatis genitalibus [c] ſemetipſos abſcidunt. De quibus modo examinationis ſuſpendo ſententiam, relinquens alia diſputatione promendam. Secundum confuſionem ſpadonum, non dubito meliores aſſerere, qui nec ſibi parcunt quidem, non dicam ſeminis audent tentamenta porrigere. Reſpondeant ſpiritales eunuchi, quis furor in dilectione mulierum, vel quod ſic in contubernalitate feminæ [d] myſterium, ut in perniciem ſuam alienis membris indulgeant, cum illi ſua quoque incunctanter abſcindant? Hi confirmatos in ſe artus abjiciunt; & illi adverſariis artubus glutinantur. Hi pro integritate ſpiritali cum tormento non integri corporis dimicare non dubitant; & illi ſine tormento, integri eſſe ſine feminarum dimidietate detrectant. Sed adverſus illos comparatio nulla eſt facienda de noſtris; ne conſolentur addicti quibuſcumque judiciis Chriſtianis. Pejores ſunt & aliqui memorandi, ut major pœna ſit a detruncato damnari. Judæos conſiderent uſque hodie pro legis imperio carnis ſuæ partem circumciſione truncare; & ſciant quid mereantur, qui Evangelio jubente, diſſimulant circumciſi mulierum præſentia peragere Domini voluntatem, non intelligentes quod ipſe Dominus dixerit: *Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* (Matth. 5. 20.) Puto etiam de Gallis ſuis nobis idololatræ exprobranter inſultent, qui abſcidentes ſemetipſos libenter excruciant, dummodo cum damno ſtatus ſui, ſimulacrorum diſſimulationibus pareant. Clerici autem noſtri, ad lucrum magis corporis proprii, damnum volunt mulierum ſecum commorantium ſuſtinere; quas etiam de ſubſtantia propria evellere oportebat, ſi cum illis naſci contingeret, ne comparati idololatris & ſacrilegis, erubeſcerent. De quibus & Dominus contemtores arguit, dicens: *Prudentiores ſunt filii ſæculi hujus, filiis lucis.* (Luc. 16. 8.) Ergo noſtris clericis talium profana devotio eſt præponenda, quibus cum tantis exitiis amabilia ſunt turpia ſacerdotia. Clerici vero pro dignitate ſacerdotii cæleſtis non ſanguinem fundunt, non tolerant ferrum, non eſt aliquod vulnus, non eſt aliquis cruciatus; ſed ſolus contra Dominum feminæ [e] terret aſpectus. Sic in feminas ruunt, ſic feminas amant; ut non ſperent manifeſtari dilectionis ſuæ quandoque poſſe pura myſteria; ſicut per conſimiles eorum turpitet publicata ſunt & detecta; quos Paulus Apoſtolus præviderat, jam tunc, dicens: *Quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad judicium, quoſdam autem & ſubſequuntur. Similiter autem & facta bona manifeſta ſunt, & quæcumque aliter ſe habent abſcondi non poſſunt.* (1. Tim. 5. 24.)

34. At contra & ipſi dicunt: Nonnulli de contemtoribus noſtris ſimiliter feminas habentes in domibus, martyrium conſecuti ſunt, ut [f] illorum innocens conſcientia probaretur. Nolo mihi de martyrio quiſquam moveat actionem; quia ſæpius & mœchi, & ſanguinarii, & ebrioſi, & omnium ſcelerum rei, reperta pugnæ occaſione converſi, meruerunt ad martyrii [g] veniam pervenire. Ideo enim martyrium appellatur tam corona, quam baptiſma, quia baptizat pariter & coronat. Age nunc, [h] ſi licuerit quibuſdam inviolata feminarum ſocietate martyrium promereri; ſine indulgentia quoque illis martyrium ipſum non fuit, quos reatus prohibitæ contubernalitatis non abſolvit. Nec innocentes in ipſa innocentia potuit approbare, quibus contemtum legis & converſationis illicitæ fœditatem, & quod eſt gravius ſuper omnia crimen Eccleſiæ cernitur ignoviſſe. Etenim noxia eſt innocentia, quæ ſponſæ Chriſti officit famæ. Et cum Chriſtus agnus innocens, immo ipſe cæleſtis innocentia, quod eſt verius, totum ſe contemſerit pro Eccleſia, ut eam ſine macula ulla vel ruga redderet illibatam; qualis eſt clericus cui ad hoc ſponſa Chriſti committitur, ut pro unius feminæ amore culpari totam Eccleſiam patiatur? [i] Auſim dicere, a Deo patre miſſus eſt filius de ſinu patris, & regno abſens eſſe duravit, ut Eccleſiam faceret innocentem, & clericus mulieris latus deſerere non poteſt, ne Chriſti Eccleſiam reddat infamem?

35. Sed ajunt: In martyrio ignoſcitur nobis, ſicut indultum eſt parentibus. Hoc ergo & nos omnes de peccatis [k] omnibus confidamus; ut qui bene agere laboramus, inter luxurias evagemur,

---

a *Facile*] Sic quatuor codices mſſ. & antiquiores Pamelio editiones, qui familiarem huic ſcriptori loquendi rationem non belle emendavit, habet enim *facilius*.

b *Dixit*] Quidam codices mſſ. & editi *teſtatus eſt dicens*.

c *Semetipſos abſcidunt*] Sic emendavimus auctoritate quatuor codd. mſſ. & Morel. alii *amputatis genitalibus abſcedunt*, deeſt *amputatis* in vetuſtiſſimo cod. Sangerm.

d *Myſterium*] *Miniſterium* cod. Sangerm. vetuſtiſſimus.

e *Terret*] Sic quatuor codices mſſ. & editiones antiquæ. Pamelius legendum putavit *tenet*, & paulo poſt *impura* pro *pura*, ac *ſua* addidit ante *ſubſequuntur*; ſed ſine cauſa probabili.

f *Illorum innocens*] *Innocens inter illos* cod. vetuſtiſſimus Sangerm.

g *Veniam*] Unus codex antiquus habet *palmam* cum Eraſm. & Morel.

h *Si licuerit*] Tres codd. mſſ. cum Morellio habent *ſi licuit*.

i *Auſim*] Sic duo codices mſſ. cum Eraſmo & Morel. alii *audemus*.

k *Omnibus*] Sic quatuor codices mſſ. & Remb. alii *peccatis noſtris*.

gemur, & diſcurramus per ſemitas peccatorum, retinacula dimittamus, & ſrena laxemus. Eamus quacumque nos mundus abſtulerit, & ubicumque diabolus invitaverit, libere ſornicemur, invideamus, rapiamus, fraudemus, omnia mala ſecuri committamus; martyrium ſubveniet & evademus. Sic enim Paulus Apoſto-
Rom. 3. 8. lus pollicetur: *Faciamus mala ut veniant bona: quorum damnatio juſta eſt*. Huic martyrio ſpem tradant, quos mathematici docuerunt habere de craſtino præſcientiam; has coronas exſpectent, qui ſuper angelos & Chriſtum per aſtrologos didicerunt ſcire tempora, quæ Pater in ſua poſuit poteſtate, ut vel tunc recordentur, ante martyrii tempus bene agere debuiſſe, cum diem Domini ſenſerint ſicut furem. Sed credamus ſuper illos martyrium jam jamque pendere. Interim priuſquam martyres fiant, legibus ſubjacent; ut judicio ſubjiciantur. Niſi armis exarmentur audaciæ, neſas eſt illis adverſus auctoritatem Domini parentum perſonas objicere; quibus ipſe Dominus contradictionis hujus abſtulit vocem.
Ezech. 20. 18. *In legalibus*, inquit, *patrum veſtrorum nolite ambulare, & juſtificationes eorum nolite caſtodire; & ſtudiis eorum nolite commiſceri, & nolite inquinari. Ego Dominus Deus veſter. In præceptis meis ambulate, & juſtificationes meas cuſtodite*.

36. Sciant nunc adempta ſibi eſſe parentalia patrocinia, qui huc atque illuc recurrentes contradictionum latebras quærunt, ne umquam feminis careant: & quia undique defenſionis ſuffragio deſeruntur, [a] in noviſſimo
a cunctis argumentis exhauſti, ſententiam Pauli Apoſtoli opitulari ſibi opinantur, & dicunt:
b *Tu quis es*, [b] *ut de ſervo alieno judices?* Agno-
Rom. 14. 4. ſcit equidem Paulus Apoſtolus conſtitutionis ſuæ verba prolata; ſed conſtitutionarios & prolatores ipſos ignorat. Illis enim contulit defenſionem, qui nullam partem legis impugnant; & ipſis tribuit patrocinium, qui ex voto ſuo aliquid faciunt, nec quidquam eccleſiaſtici juris impediunt. Jus tractat vivendi, & non edendi; arbitrium uniuſcujuſque confirmans. De ſimilibus neminem juſſit judicari, quæ voluntati ſingulorum auctoritas divina concedens, in utraque parte faciendi & non faciendi clementer indulſit. Illos autem
c [c] eccleſiaſticis tribunalibus ſubdidit, quos tranſgreſſores ordinariæ tranſgreſſionis nulla im-
Ibid. punitas excuſavit; ut qui paſſim (*Tu quis es, ut de ſervo alieno judices?*) adverſus nos veluti libellum contradictorium proferunt, rationabile ſimul & certum recognoſcant quod accipimus ab eodem Paulo Apoſtolo repulſo-
2. Theſ. 3. 6. rium: *Præcipimus*, inquit, *vobis fratres in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut ſeparetis vos a fratribus ambulantibus inordinate, & non ſecundum traditionem quam accepiſtis a nobis*.

37. Evaſimus opinor tanta ligamina quæſtionum, quibus amatores eunuchos amplexus feminei ligaverunt: qui perverſis interpretationibus decreta legalia demutare coguntur; & malunt audiri proponentes vana & fabuloſa commenta, quam ipſi quæ vera ſunt audiant: quos Paulus Apoſtolus annuntiat, dicens: *A veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur*. Quidquid vo- 2. Tim. 4. 4.
lunt adhuc exquirant, ut obſiſtant pro mulieribus veritati. Victoriam non habent, apud quos contra Eſdram mulier potius quam 3. Eſd. 4.
veritas vicit. Vos autem, filii cariſſimi, non tantum perſuaſione, [d] ſed etiam poteſtate d
convenio. Tale deliramentum deſpicite, quorum quæſtiones Paulum Apoſtolum ſcitis ubique damnaſſe, ſicut ad Romanos ſcripſit, dicens: *Rogo vos, fratres diligenter obſervare* Rom. 16. 17.
eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam quam vos didiciſtis, aut dicunt, aut faciunt, & declinate ab ipſis. Sic & Timotheo delegat: *Noli*, inquit, *verbis contendere; ni-* 2. Tim. 2. 14.
hil enim utile eſt, niſi in ſubverſionem audientium. Sollicite cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium irreprehenſibilem, recte tractantem verbum veritatis. Stulta autem & inania eloquia devita: multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum ſicut cancer ſerpit. Atque ut oſtenderet, clericis diſponendis ad evacuandas quæſtiones quæ ſit doctrina conveniens, etiam Tito ſic inſinuat, dicens: *Tu* Tit. 2. 1.
autem loquere quæ conveniunt ſanæ doctrinæ, majores natu ſobrios eſſe, prudentes, ſanos in fide, in caritate, in patientia ſincera. Ergo auditiones
ſimplices obedientia veſtra [e] ſuſcipiat, & ver- e
ſipellem contradictionum vitate fallaciam. Purum iter veſtris greſſibus mundate, & ſuper
ſpinas & tribulos [f] nolite calcare, ne bonum f
ſemen non poſſit vobis propter ſpinarum frutices ſanctitatis fructus afferre. Unde Propheta Hieremias ſic hortatur & docet, dicens:
Nolite, inquit, *ſerere in ſpinis. Circumcidite* Hier. 4. 3.
vos Deo veſtro, circumcidite præputium cordis veſtri. Abſcindenda ſunt ergo de agro noſtro cuncta quæ pungere & lacerare conſueverunt, ne animus agricultoris in poſſeſſione ſua malignis ſentibus inſeratur. Et ampu-
tanda ſunt omnia [g] nobis, quæcumque igni- g
feri fomitis ſulphurantibus flammis ſcatens fornax ebullientis carnis exæſtuat, ne vel tenuis quidem ſcintilla ſervata majora conflet incendia. Quod Salomon manifeſtat, dicens:
Ab ſcintilla una augetur ignis. Avertite occa- Eccli. 11. 34.
ſiones impuras, quibus interiora pectoris penetrantur, ut liquida in vobis perſpicuitas honoretur. Contenti eſtote ſingularitatem laborioſam pro pudore ſervando potius ſuſtinere,

---

a *In noviſſima . . . . exhauſti*] Sic codex vetuſtiſſimus Sangerm. *in noviſſimis & exhauſtis* Remb. & Morel. omittunt præpoſitionem Eraſmus & Pamel.

b *Ut de ſervo*] Quidam codices mſſ. & editi *ut qui de*, alii *tu quis es qui de*.

c *Eccleſiaſticis*] *Eccleſiaſticos* tres codices mſſ. & edit. Spir. ac Remb.

d *Sed etiam*] Sic codices mſſ. & quidam editi.

e *Suſcipiat*] Sic quatuor codices mſſ. Remb. Eraſm. alii *ſuſcipiet*.

f *Nolite calcare*] Sic antiqui codices mſſ. & editi, alii *nolite ſeminare & calcare*. Paulo poſt *ſpina fruticea* in nonnullis edit.

g *Nobis*] *Vobis* nonnulli codices mſſ. & editi.

Digitized by Google

nere, quam ſine labore ad dedecus pervenire.

38 Contemplamini quid ſit populo ſancto præeſſe, & conſiderate quale ſit divinis ſacramentis inſiſtere. Alteris placere debent, qui alteris vivunt: & talis covenit [a] cura ſinceritatis ſacratis, qualia ſunt ſacra ipſa quibus exhibent officia ſervitutis; ne circa Dominum offendant ipſi quod tractant, aut circa populum incipiant impedire quod prædicant. Propter quod
Cor. 9. 12. Paulus Apoſtolus ſic teſtificatur: *Et omnia*, inquit, *ſuſtinemus, ne quod impedimentum de-*
Cor. 6. 3. *mus Evangelio Chriſti*. Et iterum: *Nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum*. Hac igitur inſtitutione vobis quamplurimum laborandum eſt de iis, quibus ad manifeſtandam gravitatem ſingularitas magis quam [b] parilitas teſtis vera eſt. Reſpicite quanta mala converſatio parilitatis hujus acquirat; quæ non niſi corruptionem ſeminat, pullulat vitia, cupiditatem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit furiam, laſciviam paſcit, petulantiam nutrit, caſus exaltat, ruinas ædificat, ripas [c] erigit, præcipitia inſtruit, periculis navigat, naufragiis velificat, perditione gaudet, interitum fovet, confuſionem mercatur, theſaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, accuſationes inflammat, & catervatim ſemel in faſcem glomerans numeroſas indagines captionum, per infinita dedecorum, multiplices mortes invehit in perniciem perditorum.

39 Tot itaque & tantas [d] ſtrages calamitatis & peſſimæ converſationis nemo proſternit, nemo calcat, nemo funeſtat, niſi ſingularis caſtitas ſola: quæ munimen invictum eſt ſanctimoniæ, & expugnatio fortis infamiæ; fortitudinis firmitas, & laſciviæ petulantis infirmitas; probitatis præſidium, & improbitatis excidium; animæ victoria, & corporis præda; ubertas gloriarum, & [e] ſterilitas criminum; pronuba ſanctitatis, & repudium turpitudinis; ſinceritatis indicium, & abolitio ſcandalorum; exercitium continentiæ, & [f] evacuatio tota luxuriæ; pax ſecura virtutum, & debellatio quieta bellorum; puritatis culmen, & [g] libidinis carcer; honeſtatis portus, & ignominiæ naufragalis locus; virginitatis mater, & hoſtis immunditiæ; lorica pudoris, & ſpolium probroſitatis; corruptionis exitium, murus rigoris, & deſtructio vulgaritatis; ſeveritatis gladius, triumphator & occiſor diſſolutionis; armatura virium, & [h] exarmatura fluxorum; integritatis dignitas, & fornicationis addictio; claritatis faſtigium, & dedecoris præcipitium; voluntas bonorum operum, & afflictio vitiorum; refrigerium pudicitiæ, pœna petulantiæ; acquiſitio triumphorum, & facinorum detrimentum; requies ſalutis, & perditionis exſilium; vita ſpiritus, & carnis interitus; ſtatus qualitatis angelicæ, funus humanæ ſubſtantiæ. Hujus retinaculis omnis obſcœnitas frenatur, & compedibus ejus calces [i] furentis libidinis ſtatuuntur. In hanc velut in ſcopulos franguntur impetus qualeſcumque ſanguinis inundantis; & in illa ſedatur ſpumans [k] humoris inſania corporalis. Quæ dum ſibi ſubtrahit adminicula concupiſcentiæ, mortua membra ſua cognoſcitur bajulare: de quibus Apoſtolus Paulus præmonet, dicens: *Mortificate ergo membra, quæ* Coloſſ. 3.
ſunt ſuper terram; fornicationem, immunditiam, li- 5.
bidinem, concupiſcentiam malam & avaritiam, quæ eſt idolorum ſervitus, propter quæ venit ira Dei.

40 Ab his omnibus nonniſi ſplendido ſingularitatis cultro caſtratur humana natura, ut illibatos ſpadones ad convivium ſanctitatis [l] deſponſante circumciſione introducat. Cui ſanctitas ita promiſit annuli ſui nuptiale ſignaculum, ut ſine ipſa virginitas reſignetur, quæ ſe ſola contenta cupidinem domat, mentemque [m] rectificat, concupiſcentiam ſubigit, deſideria ardoris exſtinguit, artus debilitat, corpus ancillat: & ita carnalia crucifigit, ut tam maſculus quam femina videatur in converſatione mentiri, dum illos utrinſque ſexus operatione abſcidit: aut neutrum faciens de duobus, tertiam formam conferre gloriatur ambobus, ut ante reſurrectionem reſurrectionis imaginem, ad inſtar Angelorum meditari noſcatur. Quod promittens Dominus [n] futurum: *Qui digni*, inquit, *habentur ſæculi illius* Luc. 20.
& reſurrectionis a mortuis, non nubent, neque 35.
nubentur, neque enim morientur. Nam ſunt ſimiles Angelis Dei: quia reſurrectionis filii ſunt. Hoc exigit ſancta ſingularitas [o] meritorum, ut antequam transfiguretur, jam transfigurata cernatur in angelicæ claritatis aſpectum, quæ omnia ſibi amputans concupiſcentiæ certamina deprædatur: cujus laudes Salomon exſequi-

a *Cura ſinceritatis*] *Sinceritatis cura* in vetuſtiſſimo cod. Sangerm. Paulo ante Eraſmus ſic emendat: *Altaribus placere debent, qui de altaribus vivunt*.

b *Parilitas*] Sic edit. Spir. Remb. Eraſm. Morel. & quatuor codd. mſſ. niſi quod in vetuſtiſſimo Sangerm. recentior manus emendavit *pluralitas*. Habent etiam *pluralitas* vetus editio a Pamelio citata, & ad marginem Eraſmus. Illa vox arriſit Pamelio, ſed immerito, carpitur enim hoc loco clerici cum muliere, veluti paris cum pari, ſuſcepta conjunctio.

c *Erigit*] Sic emendo auctoritate cod. Reg. *eripit* Remb. & Pam. *rapinas exigit* Eraſm. & Morel.

d *Strages calamitatis*] *Calamitatis ſtrages peſſimæ converſationis* cod. vetuſtiſſimus Sangerm. *ſtrages calamitatis & ſtrages peſſimæ converſationis* Reg. Remb. Eraſm. & Morel.

e *Sterilitas criminum*] Sic Pamel. ex vetuſta editione: *captivitas criminum* quatuor mſſ. & Eraſm. *cupiditas criminum* Spir. & Remb.

f *Evacuatio*] *Vacatio* tres codd. mſſ. & edit. Spir. ac Morel.

g *Libidinis carcer*] *Cancer* tres codices mſſ. Spir. Remb. Morel. Paulo ante in pluribus mſſ. & editis *debellatio inquieta*.

h *Exarmatura fluxorum*] *Exarmatio fluxurarum* duo codices mſſ. & Morel. *exarmatura fluxurarum* duo alii mſſ. cum edit. Spir. *fluxarum* Remb. Eraſm.

i *Furentis*] *Furentes* in pluribus mſſ. & edit. Paulo poſt plures mſſ. & editi habent *in hac velut in ſcopulo*.

k *Humoris*] *Tumoris* duo codd. mſſ. Remb. Eraſm. & Morel.

l *Deſponſante*] Sic emendavimus auctoritate codicis vetuſtiſſimi Sangerm. in aliis & editis *diſpenſante*.

m *Rectificat*] *Caſtificat* in quatuor mſſ. & nonnullis edit.

n *Futurum*] *In futurum* duo mſſ. & nonnulli editi.

o *Meritorum*] Pro hac voce Eraſm. ad marginem & Pamelius in contextu poſuerunt *clericorum* contra antiquarum editionum & mſſ. fidem. Singularitas meritorum hoc loco nihil aliud eſt quam merita in ſingularitate comparata.

exſequitur, dicens: *Melius eſt eſſe ſine filiis cum claritate. Immortalitas eſt enim in memoria illius;* [a] *quia & apud Deum nota eſt, & apud homines. Cum præſens eſt, imitantur illam, & deſiderant eam, cum ſe abduxerit; & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum prœlium vincens.*

41. Non eſt ſine filiis cum claritate, niſi ſingularitas ſola, quam non ſolum conſcientia ſua nullis ſordibus maculat, ſed etiam nullæ opiniones ſuſpectæ [b] parilitatis infamant. Nam ſi caſtitas, quod eſt difficile, maſculum & feminam [c] pariter in virginitate conſervet, non habet claritatem; quam communitas ipſa non poteſt niſi quibuſdam probroſitatum tenebris obſcurare. Singularitas vero ita clara eſt omnibus & exerta, ut cunctis ſplendore ſui candoris pura manifeſtetur & lucida. Unde ſic nos Apoſtolus edocet, dicens: *Sicut filii lucis ambulate: fructus enim luminis eſt in omni bonitate, & juſtitia, & veritate, probantes quod beneplacitum ſit Deo.* (Ephef. 5. 8.) Et iterum: *Omnia,* inquit, *facite ſine murmuratione & haſitatione, ut ſitis irreprehenſibiles & ſimplices ſicut filii Dei immaculati in medio nationis pravæ & perverſa, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.* (Philip. 2. 14.) Sic ubique ſingularitas ſplendet, ut omnes pro illa [d] ſpondere non dubitent: & ita ſanctitatem in ſemetipſa clarificat, ut laudem ſibi ab ipſis quoque inimicis extorqueat. Quod maxime de præpoſito quocumque Paulus Apoſtolus mandat, dicens: *Oportet autem eum & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt, ut non in opprobrium incidat & laqueum diaboli.* (1. Tim. 3. 7.) Hanc igitur amate, [e] hanc tenete, quæ ſola poteſt feminas debellare: cum adhuc concupiſcentia nulla pectus impulſat, & dum adhuc ſimplicitas incorrupta permanet vel quieta, ad ſecretæ ſingularitatis tutelam cito concurrite, ne poſtmodum non valeatis effugere.

42. Præoccupandus eſt aditus cunctis inſidiis, ne hoſtilitas prior ob epens occurrat improvidis. Salutare remedium eſt prævenire potius quam præveniri: & anticipare potius quam anticipari, viribus fortibus congruit. Ubicumque fuerit providentia, fruſtrantur univerſa contraria; ubi autem providentia negligitur, omnia contraria dominantur. Ante famem certamus, ante inopiam laborando ſatagimus. Sic per omnia calamitatibus cunctis tollimus locum, dum gerimus providentiam temporum futurorum. Quanto magis ante prævenienda eſt omni proviſione calamitas feminarum; cujus cupido ſi admittitur incipere, numquam prorſus accipit finem? Cujus comparationem Salomon explicat, dicens: *Infernus, & amor mulieris, & terra quæ non ſatiatur aqua, & ignis non dicit: ſufficit.* (Prov. 30. 16.) Unuſquiſque itaque qui ſecurus eſt quia necdum tentatur, timeat; quia nihil de eo dicitur, proſpiciat ne dicatur: homines ſumus, fragilitatem noſtram carne portamus. Sic jam undique nos circumſpecta vivacitate circumdare debemus & cingere, ut non ſit pars aliqua quæ vacillet. Accipimus quidem fortitudinem ſpiritalem, per quam ſubſtantiæ noſtræ fragilitas roboretur. Sed ita nobis ſpiritalis fortitudo collata eſt, ut providos non ut præcipites tueatur: ut illos muniat qui renuntiant importunitatibus delictorum, non eos qui ſe magis importunis delictis immergunt. Cuſtos nobis datus eſt ſpiritus, ſed ut contraria declinantibus aſſiſtendo ſubveniat, non ut contraria eligentibus faveat; nec ut voluntarios & pronos in adverſa conſortet, ſed ut ab adverſis nitentes ſeparari confirmet. Nam quicumque pernicioſis conatibus audet exercere virtutem, juvamen non habet Spiritus ſancti, qui neminem vult ultroneum virum fortem ad fraudulentas victorias coartari: nec protegit illum, quinimmo ſed deſerit, quem periculis irruentem per illicitos eventus exquirere triumphos agnoverit; ſicut ipſe jam tunc per Salomonem locutus eſt, dicens: *Amans periculum, in ipſo peribit.* (Eccli. 3. 27.)

43. Ordine ſuo igitur, non noſtro arbitrio virtus ſancti Spiritus miniſtratur, & ſecundum inſtitutum ejus prœlia proſperantur. Numquam niſi præcipitatus exercitus cecidit, qui avidus fortiter facere ducis vel imperatoris ſui diſpoſitiones irrupit; multo magis [f] perperituram erogat fortitudinem, qui ſine armis doctrinæ magiſtri Spiritus præſumſerit triumphare: cum dicat: *Væ qui per præſumtionem ſuam aliquid faciunt, non per Deum.*

44. Si qua igitur in vobis eſt fiducia virium ſpiritalium, quid ſpiritales deceat [g] recordetur: & ſi creditis vos ſpiritaliter militare, agnoſcite quod docemus non eſſe carnale, ſicut Paulus Apoſtolus loquitur, dicens: *Si quis putat ſe Prophetam eſſe, aut ſpiritalem, cognoſcat quæ ſcribo vobis.* (1. Cor. 14. 37.) Non eſt quod vobis in hac perſuaſione deceptoria blandiamini, ut quia ſpiritales eſtis, velitis inter flagitioſorum armamenta verſari; nec vos inhabiles eſſe pro clericatus dignitate, quia majores majoribus conſueverunt conflictiones occurrere. Acrius divitibus quam pauperibus invidetur, & non inopes, ſed locupletes in-

---

a *Quia &*] *Qua &* duo mſſ. Paulo poſt duo mſſ. *ſe duxerit*. Alius cum Remboltо & Eraſmo *cum ſe ſubduxerit*.

b *Parilitatis*] Sic emendavimus ut antea pro *pluralitatis*.

c *Pariter*] Id eſt, ſimul; unde Pamelius immerito negationem tollendam cenſet ex his quæ ſequuntur, *non habet claritatem*.

d *Spondere*] Sic Eraſmus & vetuſtiſſimus cod. Sangerm. melius quam alii *ſplendere*.

e *Hanc tenete*] Nonnulli codices mſſ. & editi *hanc timete*. Paulo poſt duo mſſ. habent ad *ſecretam ſingularitatis tutelam*.

f *Perperituram*] Sic cod. vetuſtiſſimus Sangerm. Habent tres alii & edit. Spir. Remb. Eraſm. & Morel. *per perituram*. Pamelius *perperam*, qui etſi veterem editionem, qua uti ſolet, hoc loco non citat, videtur tamen ex ea hanc hauſiſſe lectionem, quia Remboltum alterius lectionis auctorem facit; in quo ſane fallitur.

g *Recordetur*] Id eſt, fiducia recordetur. Sic habent quatuor mſſ. cum edit. Spir. & Rembol. Maluit Eraſmus *recordemur*, Pamelius *recordemini*.

tes inquietat infeſtatio ſæva latronum. Plus duces & principes quam milites ab hoſtibus appetuntur in pugna: & violentius propulſantur ventis & turbinibus culmina, quæcumque ſunt altiora. Ideo magis magiſque, quo plus ceteris unuſquiſque poteſt, ſciat eſſe ſibi metuendum ne in aliquo minoretur, propter quod Salomon ſic admonet, dicens:
Eccli.10. 34. *Qui gloriatur*, inquit, *in divitiis, paupertatem vereatur*. Rogo vos quantum valeo, & ultra
a quam valeo, [a] hæc ſint ſtudia omnium clericorum, ut ſingularitatis inaccuſabilis ſeceſſione fungantur: ne aut ipſi per feminas, aut feminæ per illos ad ignominioſa ludibria provocentur. Si quis habet matrem, vel filiam, vel ſororem, vel conjugem, vel cognatam, ſic habeat, ut nulla ancilla interſit, neque aliqua ingrediatur extranea; ne ad hoc videatur tenere proximas ſuas, ut ipſarum cauſa libere ſibi adhibeat alienas. Quod ſi non poſſint ipſæ quæ ſunt proximæ ſine famularum miniſterio, vel ſine amicarum eſſe ſolatio; expedit ut migrent ad aliud domicilium, quam propter illas perſonæ contrariæ teneantur. Humanum eſt enim, ut nec clericus illas neceſſariis feminis fraudet, nec ipſæ clericum per importunas feminas ſordident. Aſſignari poſſunt ſanctis mulieribus, cum quibus vivant, dummodo cum clerico femina nulla commaneat. Non deſpecta, non vetula, ſine affinitate, peculiariter ſuſcipienda ad domeſti-
b cum obſequium: quia magis [b] illic cito delinquitur, ubi ſine ſuſpicione ſecurum poteſt eſſe delictum; maxime quia cupidini nulla deformitas, nulla deſpectio faſtidii, vel vilis exſiſtit, cui diabolus pingens ſpecioſum efficit, quidquid fœdum vel horridum fuerit.

45. Si quis antem modo profectione cogente apud fratres, vel apud extraneos hoſpitatur, ubi mulieres interſunt; omnino ſe artet, ne paſſibilitate aliqua vitietur. Semotus ac ſecretus Deo vacet & ſibi, ne intus capiatur a diabolo; & qui foris capi non potuit, apud ſuos cadat. Qui hoſtes effugit, ad tempus pro ſalutaribus cauſis procedat ad faciem, & iterum cito diſcedere de conſpectu feſtinet. Ubique guſtanda eſt cum mulieribus, non continuanda præſentia, ſed quaſi tranſeunter feminis exhibenda eſt acceſſio quodammodo fugitiva. Protervitatis enim jam cœpta ſunt repræſentari ſemper in medium; & perditionis meditatio eſt, [c] frequentativum inter mulieres c
celebrare proceſſum. De qua re nobis Salomon moderamen impoſuit, dicens: *In medio* Eccli.42.
mulierum noli aſſiduus eſſe. Sic igitur ambula- 12.
te, ſic agite, ut ſemper in clericis Eccleſiæ ſenatus candidus conſtet. Severitas in vobis circa feminas vigeat, auctoritas polleat, vigor teneatur, gravitas veneretur.

46. Ut ſemel omnia colligamus ad clauſulam, breviarium relegimus vobis, quod ad compendioſam plenitudinem redigens Paulus Apoſtolus inſinuat: *De cetero, fratres,* Philip.4.
quæcumque ſunt vera, quæcumque pudica, quæ- 8.
cumque juſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, quæ accepiſtis, & didiciſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me. Hæc agite; & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. Amen.

---

a *Hæc ſint ſtudia*] *Hæc ſunt* cod. vetuſtiſſimus Sangerm. & plures editi. Sic etiam infra legitur, *expedit ut migret* in tribus mſſ. & pluribus editis.

b *Illic cito*] Sic emendamus auctoritate codicum mſſ. & veterum edit. Male apud Pamelium *illicito*. Paulo poſt ex duobus mſſ. poſuimus *cui diabolus*, Remboltus *vel diabolus*, Morel. *quia diabolus*, alii *ſed diabolus*.

c *Frequentativum*] *Frequentantium* cod. vetuſtiſſimus Sangerm. & Morel.

E X P O S I T I O
IN SYMBOLUM APOSTOLORUM.

a Ruffino Torano, Aquilejenſis Eccleſiæ Presbytero Auctore.

1 MIHI quidem, fideliſſime Papa Lau-
renti, ad ſcribendum animus tam
non eſt cupidus, quam nec idoneus; ſcienti
non eſſe abſque periculo, multorum judiciis
ingenium tenue & exile committere. Sed quo-
b niam, ut b cum venia tua dixerim, temere
in epiſtola tua per Chriſti me ſacramenta, quæ
a nobis maxima cum reverentia ſuſcipiuntur,
aſtringis, ut aliquid tibi de fide, ſecundum
ſymboli traditionem rationemque componam;
quamvis ſupra vires noſtras ſit pondus præce-
pti (non enim me latet ſententia illa ſapien-
tum, quæ probe admodum dicit, quia de Deo
etiam vera dicere, periculoſum eſt) tamen ſi
expoſitionis a te impoſitæ neceſſitatem oratio-
nibus juves, dicere aliqua obedientiæ magis re-
verentia, quam ingenii præſumtione tentabi-
mus. Quæ quidem non tam perfectorum exer-
c citiis digna videantur, c quam ad parvulorum
in Chriſto & incipientium librentur auditum.
d d Et quidem comperi nonnullos illuſtrium tra-
ctatorum aliqua de his pie & breviter edidiſ-
ſe: Photinum vero hæreticum ſcio eatenus con-
ſcripſiſſe; non ut rationem dictorum audienti-
bus explanaret, ſed ut ſimpliciter & fideliter
dicta ad argumentum ſui dogmatis traheret;
cum in his verbis ſanctus Spiritus providerit,
nihil ambiguum, nihil obſcurum, nihil a re-
liquis diſſonans poni; quia in his vere com-
Iſa. 10. 23. pletur prophetia qua dicitur: *Verbum enim
conſummans & brevians in æquitate: quia ver-
bum breviatum faciet Dominus ſuper terram.*
Nos ergo vel ſimplicitatem ſuam verbis Apo-
ſtolicis reddere & aſſignare tentabimus, vel
quæ omiſſa videntur a prioribus adimplere.
Sed ut manifeſtius fiat argumentum verbi hu-
jus, ut diximus, breviati, cauſam qua hæc
traditio eccleſiis data eſt, ab origine repete-
mus.

2 Tradunt majores noſtri quod poſt aſcen-
ſionem Domini, cum per adventum ſancti Spi-
ritus ſuper ſingulos quoſque Apoſtolos igneæ
linguæ ſediſſent; ut loquelis diverſis variiſque
loquerentur, per quod eis nulla gens extera,
e e nulla linguæ barbaries inacceſſa videretur &
invia; præceptum eis a Domino datum, ob
prædicandum Dei verbum ad ſingulas f quaſ- f
que proficiſci nationes. Diſceſſuri itaque ab
invicem normam prius futuræ ſibi prædicatio-
nis in commune conſtituunt: ne forte alius ab
alio abducti, diverſum aliquid his qui ad fidem
Chriſti invitabantur, exponerent. Omnes ergo
in uno poſiti, & Spiritu ſancto repleti, breve
iſtud futuræ ſibi, ut diximus, prædicationis in-
dicium, conferendo in unum quod ſentiebat
unuſquiſque, componunt; atque hanc creden-
tibus dandam eſſe regulam ſtatuunt. Symbo-
lum autem hoc multis & juſtiſſimis ex cauſis
g appellari voluerunt. Symbolum enim Græ- g
ce & indicium dici poteſt & collatio, hoc eſt,
quod plures in unum conferunt. Id enim fe-
cerunt Apoſtoli in his ſermonibus, in unum
conferendo unuſquiſque quod ſenſit. Indi-
cium autem vel ſignum iccirco dicitur: quia
illo tempore ſicut & Paulus Apoſtolus dicit, &
h in Actis Apoſtolorum refertur, multi ex cir- h
cumciſis Judæis ſimulabant ſe eſſe Apoſtolos
Chriſti, & lucri alicujus vel ventris gratia ad
prædicandum proficiſcebantur; nominantes qui-
dem Chriſtum, ſed non integris traditionum
lineis nuntiantes. Icirco ergo iſtud indicium
poſuere, per quod agnoſceretur is, qui Chri-
ſtum vere ſecundum Apoſtolicas regulas præ-
dicaret. Denique & in bellis civilibus hoc ob-
ſervari ferunt: quoniam & armorum habitus
par, & ſonus vocis idem, & mos unus eſt,
atque eadem inſtituta bellandi, ne qua dolo
ſubreptio fiat, ſymbola diſcreta unuſquiſque
dux ſuis militibus tradit; quæ Latine vel ſi-
gna, vel indicia nominantur: ut ſi forte oc-
currerit quis de quo dubitetur, interrogatus
ſymbolum, prodat ſi ſit hoſtis, an ſocius. Ic-
circo denique hæc non ſcribi chartulis atque
membranis, ſed retineri cordibus tradiderunt,
ut certum eſſet, neminem hæc ex lectione quæ
interdum pervenire etiam ad infideles ſolet, ſed
ex Apoſtolorum traditione didiciſſe ſufficeret.
Diſceſſuri ergo, ut diximus, ad prædicandum,
iſtud unanimitatis & fidei ſuæ indicium Apo-
ſtoli poſuere: non ſicut filii Noe diſceſſuri ab *Gen. 11.*
alte-

a *Ruffino*] Sic inſcribitur hoc opus in vetuſto cod. Sangermanenſi. *Incipit expoſitio ſymboli ſancti Ruffini.*

b *Cum venia tua*] Sic vetus & nova editio Oxon. aliæ & mſſ. habent *tui*. Paulo poſt deeſt *tua* in duobus mſſ.

c *Quam ad parvulorum*] *Quam ut ad parvulorum* cod. Reg.

d *Et quidem*] *Equidem* in pluribus mſſ. & editis codd.

e *Nulla lingua barbaries*] Al. in duobus mſſ. olim Baluzii, nunc Regiæ bibliothecæ, & apud Remb. Eraſm. Morel. *Nulla linguæ barbaræ inacceſſa viderentur & invia*. Paulo poſt in iiſdem legitur *prophetia quæ dicit*.

f *Quaſque*] Sic tres codices mſſ. quibuſcum hunc librum contulimus & vetus editio Oxonienſis anno 1468. & aliæ editiones operum Cypriani uſque ad Pamelium, qui poſuit *quemque* ex veteri editione operum Hieronymi & Frobeniam.

g *Appellari*] Sic vetuſtus codex Sangerm. & vetus editio Oxon. Alii *appellare*.

h *In Actis*] *In Actibus* tres mſſ. & veteres editiones.

alterutrum turrem ex latere coсto & bitumine conſtruentes, cujus eacumen pertingeret uſque ad cælum; ſed munimenta fidei quæ ſtarent adverſum faciem inimici e lapidibus vivis, & margaritis Dominicis ædificantes: quæ neque venti impellerent, nec flumina ſubverterent, neque tempeſtatum ac procellarum turbines permoverent. Merito ergo illi ab invicem ſeparandi turrem ſuperbiæ ædificantes, linguarum confuſione damnati ſunt, uti ne unuſquiſque poſſet advertere proximi ſui loquelam; iſti vero qui turrem fidei conſtruebant, omnium linguarum ſcientia & agnitione donati ſunt; ut illud peccati, hoc fidei probaretur indicium.

3 Sed jam nobis etiam de ipſis aliquid contreсtandum eſt margaritis; in quibus primo in loco fons & origo omnium bonorum ponitur, cum dicitur [a] *Omnipotente*. Verum priuſquam incipiam de ipſis ſermonum virtutibus diſputare, illud non importune commonendum puto; quod in diverſis eccleſiis aliqua in his verbis inveniuntur adjeсta. In eccleſia tamen urbis Romæ hoc non deprehenditur faсtum, quod ego [b] pro eo eſſe arbitror, quod neque hæreſis ulla illic ſumſit exordium: & mos ibi ſervatur antiquus, [c] eos qui gratiam baptiſmi ſuſcepturi ſunt, publice, id eſt fidelium populo audiente, ſymbolum reddere, & utique adjeсtionem unius ſaltem ſermonis, eorum qui præceſſerunt in fide non admittit auditus. In eeteris autem locia quantum intelligi datur, propter nonnullos hæreticos addita quædam videntur, per quæ novellæ doсtrinæ ſenſus crederetur exeludi. Nos tamen illum ordinem ſequimur, quem in Aquilejenſi eeeleſia per lavaeri gratiam ſuſcepimus. *Credo*, ergo primum omnium ponitur, ſicut & Paulus Apoſtolus ad Hebræos ſcribens, dicit: *Credere enim* [d] *primo accedentem ad Dominum oportet, quia eſt, & credentibus in ſe remunerator ſit*. (Heb. 11. 6.) Sed & Propheta dieit: *Niſi credideritis, non intelligetis*. (Iſa. 7. 9.) Ut ergo intelligentiæ tibi aditus pateſcat, reсte primo omnium te credere profiteris; quia nec navem quis ingreditur, & liquido ac profundo vitam committit elemento, niſi ſe prius credat poſſe ſalvari: nec agricola ſemina ſulcis obruit, & fruges ſpargit in terram; niſi crediderit venturos imbres, affuturum quoque ſolis teporem, qnibus terra conſota, [e] ſegete multiplicata frugem producat, ac ventis ſpirantibus nutriat. Nihil deniqne eſt quod in vita geri poſſit, ſi non credulitas ante præceſſerit. Quid ergo mirum ſi accedentes ad Deum, eredere nos primo omnium profitemur, cum ſine hoc nec ipſa exigi poſſit vita communis? Hoc autem ieeireo in principiis præmiſimus, qnia pagani nobis objicere ſolent, quod religio noſtra, quia quaſi rationibus deficit, in ſola credendi perſuaſione conſiſtat. Et ideo oſtendimus nec agi, nec ſtare aliquid poſſe, niſi præceſſerit vis credendi. Denique ideo & matrimonia contrahuntur, quia creditur ſucceſſura poſteritas; & pueri diſeendis artibus traduntur, qnia magiſtrorum in diſeipulos transfundenda creditur diſciplina: imperii quoque inſignia unus ſuſcipit, dum credit ſibi urbes & populos, armatum etiam exercitum parituros. Quod ſi hæc ſingula niſi prius crediderit futura, nullus aggreditur; quomodo non multo magis ad agnitionem Dei eredendo veniatur? Sed videamus quid jam [f] brevialis hic ſymboli ſermo proponat.

4 [g] *Credo*, inquit, *in Dea patre omnipotente*. Orientis eccleſiæ fere omnes ita tradunt: Credo in uno Deo patre omnipotente. Et rurſum in ſequenti ſermone, ubi nos dicimus: Et in Jeſu Chriſto unico filio ejus Domino noſtro, ita illi tradunt: Et in uno Domino noſtro Jeſu Chriſto unico filio ejus. Unum ſeilicet Deum & unum Dominum ſecundum auсtoritatem Pauli Apoſtoli profitentes. Sed de hoc [h] in ſequentibus locis repetemus. Nunc interim quod ait: In Deo patre omnipotente, videamus. Deus ſecundum quod opinari poteſt humana mens, naturæ ipſius vel ſubſtantiæ, quæ eſt ſuper omnia, eſt appellatio. Pater vero arcani & ineffabilis ſacramenti vocabulum eſt. Deum cum audis, ſubſtantiam intellige ſine initio, ſine fine, ſimplieem, ſine ulla admixtione, inviſibilem, Incorpoream, ineffabilem, inæſtimabilem, in qua nihil adjunсtum, nihil creatum ſit. Sine auсtore enim eſt ille, qui auсtor eſt omnium. Patrem cum audis, filii intellige patrem, qui filius ſupradiсtæ [i] ſit imago

a *Omnipotente*] Morellius & Pamelius habent: *Credo in Deum Patrem omnipotentem*. Apud Remb. & Eraſm. cum dieitur *Omnipotentem*, ſic etiam duo codices mſſ. Habet Regiorum codicum alter *Omnipotente*; quam leсtionem veram eſſe patebit ex nota paulo poſt ſubjieienda.

b *Pro ea*] Sic tres mſſ. Remb. Eraſm. & vetus editio Oxonienſis, *propterea* Morel. & Pam.

c *Eos qui gratiam*] Sic Pamel. *apud eos qui* Remb. Eraſm. Morel. & duo codices mſſ.

d *Primo*] Pamelius & Morellius addunt *omnium*.

e *Segete multiplicata frugem*] Sic tres mſſ. Remb. Eraſm. Morel. Aliter Pamel. ex Froben. *ſegetem multiplicata fruge*.

f *Brevialis*] Sic iidem eodices mſſ. & edit. Pamelius ex Froben. *brevatus*.

g *Credo in Deo patre omnipotente*] Sie tres mſſ. codices cum Remb. Eraſm. & Morel. & ſie in ſequentibus articulis, *& in Jeſu Chriſto* &c. Pamelius his in locis accuſativum poſuit, tum quia ſic invenit in Frobeniana & in aliis duabus vetuſtis editionibus, tum quia ſic habent tria apud Hieronymum ſymbola, & ſic ipſe Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos, uno loco excepto; ſic etiam ubique Auguſtinus. Verum Pamelii rationes probant illud quidem in pleriſque ſymbolis dici ſolere, *Credo in Deum*: at minime probant ſic etiam exſtitiſſe in ſymbolo eceleſiæ Aquilejenſis. Quinetiam quo uſitatior erat accuſativus in ſymbolis; eo minus probabile eſt librarios vel incuria vel de induſtria ablativum in hoc ſymbolo poſuiſſe. At minime mirum ſi, cum reperirent ablativum, novitate offenſi aceuſativum inſeruerint. Quamobrem codices in quibus legitur: *Credo in Deo* &c. *& in Chriſto* &c. *& in Spiritu ſanсto* videntur mihi accuratius conſuetudinem eecleſiæ Aquilejenſis retinere, quam qui aceuſativum uſurpant. Hæc autem ſymboli pronuntiandi ratio non videtur ab hac eccleſia adſcita ſine conſilio fuiſſe; ſed ut trium perſonarum divinarum elarior eſſet diſtinсtio ab articulis ſequentibus, *ſanсtam Eeeleſiam*, &c.

h *In ſequentibus locis*] Sic codices mſſ. & editi excepto Pamelio qui ex Froben. poſuit *in competentibus*.

i *Sit imago*] *Eſt imago* in cod. Sangerm.

Digitized by Google

imago ſubſtantiæ. Sicut enim nemo dicitur dominus, niſi habeat vel poſſeſſionem, vel ſervum cui dominetur, & ſicut nemo magiſter dicitur, niſi diſcipulum habeat: ita & pater nullo pacto quis dici poteſt niſi filium habens. Hoc ergo ipſo nomine quo Deus ipſe pater appellatur, cum patre pariter ſub-
a ſiſtere etiam filius demonſtratur. [a] Quomodo autem Deus pater genuerit filium, nolo diſcutias, nec te curioſius inſeras in profundi hujus arcanum: ne forte dum inaccessæ lucis fulgorem pertinacius perſcrutaris, exiguum ipſum qui mortalibus divino munere conceſſus eſt, perdas aſpectum. Aut ſi putas in hoc omni indagationis genere nitendum, prius tibi propone quæ noſtra ſunt: quæ ſi conſequenter valueris expedire, tunc a terreſtribus ad cæleſtia, & a viſibilibus ad inviſibilia properato. Expedi primo ſi potes, & explana, quomodo mens quæ intra te eſt, generet verbum, & quis ſit in ea memoriæ ſpiritus: quomodo hæc cum diverſa ſint rebus & actibus, unum tamen ſint ſubſtantia vel natura; & cum e mente procedant, numquam tamen ab ipſa ſeparentur. Sed hæc quamvis in nobis & in animæ noſtræ ſubſtantia habeantur, tamen tanto nobis occulta videntur, quanto & aſpectui corporeo inviſibilia. De apertioribus requiramus. Fons quomodo ex ſe generat fluvium? Quo autem ſpi-
b ritu rapidum fertur fluentum? [b] Quid eſt quod cum unum & inſeparabile ſit, & fluvius & fons; tamen nec fons fluvius, nec fluvius fons intelligi aut appellari poteſt, & tamen qui viderit fluvium, videt & fontem? Exerce te prius in horum explanatione, & diſcute ſi potes quæ habentur in manibus; & tunc ad horum ſublimiora veniemus. Nec putes, quia te ſtatim de terra ſuadeam aſcendere ſuper cælos; ſed prius te ſi placet ad iſtud firmamentum quod oculis patet, educam, & ibi ſi potes naturam hujus viſibilis luminis diſcute. Quomodo ignis iſte cæleſtis generat ex ſemetipſo ſplendorem lucis? quomodo etiam producit vaporem? & cum ſint tria in rebus, unum tamen ſunt in ſubſtantia. Quod & ſi hæc ſingula inveſtigare potueris; ſcito adhue divinæ generationis myſterium tanto eſſe differentius & eminentius, quanto creator creaturis potentior, quanto artifex opere ſuo præſtantior, quanto ille qui ſemper eſt, eo qui ex nihilo cœpit eſſe nobilior. Credendus eſt ergo Deus, pater eſſe unici filii ſui Domini noſtri, non diſcutiendus: neque enim fas eſt ſervo de natalibus domini diſputare: Conteſtatus eſt pater de cælis, dicens: *Hic eſt filius meus dilectus*, [c] *in quo mihi bene complacui, ipſum au-* c
dite. Pater ipſum dicit eſſe filium ſuum, & *Matth.*
ipſum audiri jubet. Filius dicit: [d] *Qui me* 17. 5.
vidit, vidit & patrem. Et: *Ego & pater* d
unum ſumus. Et: *Ego a Deo exivi, & veni* *Joan.* 14. 9.
in hunc mundum. Quis eſt qui inter has Patris & Filii voces medium ſe diſcuſſorem interſerat, & Deitatem dividat, affectum ſeparet, & ſubſtantiam rumpat, ſpiritum ſecet, neget eſſe verum quod veritas dicit.
Eſt ergo Deus pater verus [e] veritatis pater, e
non extrinſecus creans, ſed ex eo quod ipſe
eſt filium generans, Id eſt, [f] quaſi ſapiens f
ſapientiam, quaſi juſtus juſtitiam, quaſi ſempiternus ſempiternum, quaſi immortalis immortalem, quaſi inviſibilis inviſibilem, quaſi lux ſplendorem, quaſi mens verbum.

5 Quod autem diximus, Orientis eccleſias tradere unum Deum patrem omnipotentem & unum Dominum, hoc modo intelligendum eſt, unum non numero dici, ſed univerſitate. Verbi gratia: Si quis dicit unum hominem, aut unum equum; hic unum pro numero poſuit. Poteſt enim & alius homo eſſe & tertius, vel equus. Ubi autem ſecundus vel tertius non poteſt jungi, unus ſi dicatur, non numeri, ſed univerſitatis eſt nomen. Ut ſi exempli cauſa dicamus unum ſolem, hic unus ita dicitur, ut alius vel tertius addi non poſſit; unus eſt enim ſol. Multo magis ergo Deus cum unus dicitur, unus non numeri, ſed univerſitatis vocabulo nuncupatur, id eſt, qui propterea unus dicatur quod alius non ſit. Similiter & de Domino accipiendum eſt, quod unus ſit Domi-
nus [g] Jeſus Chriſtus per quem Deus pater g
dominatum omnium tenet, unde & ſequens ſermo omnipotentem pronuntiat Dominum. Omnipotens autem ab eo eſſe dicitur quod omnium ille teneat potentatum. Tenet autem omnia pater per filium, ſicut & Apo-
ſtolus dicit: *Quia per ipſum creata ſunt omnia,* *Coloſ.*
viſibilia & inviſibilia, ſive throni, ſive domina- 1. 16.
tiones, ſive principatus, ſive poteſtates. Et iterum ad Hebræos ſcribens dicit: *Quia per i-* *Hebr.*
pſum ſæcula inſtituit, & ipſum conſtituit univer- 12.
ſorum heredem. Conſtituit autem quod ait, genuit, intelligitur. Quod ſi per ipſum ſæcula inſtituit pater, & per ipſum creata ſunt omnia, & ipſe eſt heres omnium; per ipſum ergo & potentatum omnium tenet. Quia ſicut

a *Quomodo autem*] Vetuſti codices mſſ. & editi *quomodo ſane*. Habent iidem paulo poſt *inſeras* pro *ingeras*, quod Pamelius induxit.

b *Quid eſt quod cum unum*] Sic reſtitui ex cod. Sangerm. & alio ex biblioth. Reg. & Morel. Male in aliis *quod quidem cum unum* referendo videlicet ad *fluentum* quod præceſſit.

c *In quo mihi bene complacui*] Cod. Sangerm. & Remb. *in quo bene complacui*. Paulo poſt ex iiſdem & Eraſm. ac Morel. reſtitui *audiri* pro *audire*.

d *Qui me vidit, vidit & patrem*] Sic cod. Sangerm.

e *Veritatis pater*] Sic codex Sangerm. cum Remb. & Eraſm. in aliis edit. *tamquam veritatis pater*.

f *Quaſi ſapiens ſapientiam*] Id eſt, ut ſapiens ſapientiam. Idem enim valet illud *quaſi* ac ὡς apud Græcos. Habent Morel. & Pamel. *quia ſapiens, quia juſtus*, &c. Lectio quam reſtituimus, cum auctoritate trium codicum mſſ. & Remb. ac Eraſm. nititur; tum ad Theologiæ rationem multo accuratior. Nemo enim neſcit quam ſolemne ſit ſanctis patribus Filium a Patre, ut ſplendorem ex luce, genitum dicere. Sic non multo poſt ipſe Ruffinus.

g *Jeſus Chriſtus*] Addit editio Oxonienſis *Filius Dei omnipotens*, ſed has voces nullo prorſus in codice mſſ. aut edito reperi.

Digitized by Google

ſicut lux de luce, & veritas de veritate: ita & de omnipotente omnipotens natus eſt. Ut in Apocalypſi Joannis de Seraphim ſcriptum
Apoc. 4. 8. eſt: *Et requiem non habebant die ac nocte, dicentes: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus* [a] *Deus, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt omnipotens.* Omnipotens ergo dicitur qui venturus eſt. Et quis eſt alius qui venturus eſt, niſi Jeſus Chriſtus filius Dei? His additur, *invisibili & impaſſibili*. Sciendum quod duo iſti ſermones in eccleſiæ Romanæ ſymbolo non habentur: conſtat autem apud nos additos, hæreſeos cauſa Sabellii, illius profecto quæ a noſtris Patripaſſiana appellatur; id eſt, quæ patrem ipſum vel ex virgine natum dicit, & viſibilem factum, vel paſſum affirmat in carne. Ut ergo excluderetur talis impietas de patre, videntur hæc addidiſſe majores, & inviſibilem patrem atque impaſſibilem dixiſſe. Conſtat enim filium, non patrem, [b] in carne natum, & ex nativitate carnis filium viſibilem & paſſibilem factum. Quantum autem ſpectat ad illam Deitatis immortalem ſubſtantiam, quæ una ei eademque cum patre eſt; ibi neque Pater, neque Filius, neque Spiritus ſanctus viſibilis aut paſſibilis creditur. Secundum vero dignationem carnis aſſumtæ, filius & viſus & paſſus in carne eſt. Quod & propheta prædixerat, ubi
Baruch. 3. 36. ait: *Hic Deus noſter, & non reputabitur alter ad eum. Invenit omnem viam diſciplinæ, & dedit eam Jacob puero ſuo & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.* Sequitur poſt hæc.

6 *Et in Chriſto Jeſu unico filio ejus Domino noſtro.* Jeſus Hebræi vocabuli nomen eſt, quod apud nos Salvator dicitur. Chriſtus a chriſmate, id eſt, ab unctione appellatur. Legimus enim in libris Moyſis, quod Auſes Nave filius cum electus eſſet dux populi, commutato nomine, de Auſe Jeſus cognominatus ſit. Quo ſcilicet oſtenderetur hoc eſſe nomen quod principibus & ducibus conveniret, iis dumtaxat qui ſalutem ſequentibus ſe populis darent. Itaque & ille Jeſus appellatus eſt, qui eductum de terra Ægypti populum, & de erroribus eremi liberatum in terram repromiſſionis induxit. Et hic Jeſus dicitur, qui populum de ignorantiæ tenebris eductum, & de mundi erroribus evocatum introducit ad regna cælorum. Chriſtus quoque vel pontificale, vel regium nomen eſt. Nam prius & pontifices unguento chriſmatis conſecrabantur & reges: ſed illi velut mortales & corruptibiles unguento materiæ corruptibilis ungebantur; hic vero ſancto Spiritu perunctus, Chriſtus efficitur, ſicut Scriptura
Act. 10. 38. de eo dicit: *Quem unxit Pater Spiritu ſancto miſſo de cælis.* Et Eſaias præſignaverat, dicens ex perſona filii: *Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me, evangelizare pau-* Isa. 61. 1.
peribus miſit me. Quia ergo oſtendimus quid ſit Jeſus qui populum ſalvet, & quid ſit Chriſtus qui pontifex factus ſit in æternum: nunc ex conſequentibus de quo dicantur iſta, videamus. *Et in unico filio ejus*, inquit, *Domino noſtro.* Per hoc docet nos, quia Jeſus iſte de quo diximus, & Chriſtus de quo expoſuimus, unicus filius ſit Dei, & noſter Dominus. Ne forte putes quod humana iſta vocabula terrenum te aliquid doceant, ideo ſubjungit unicum hunc eſſe filium Dei Dominum noſtrum. Unus enim de uno naſcitur: quia & ſplendor unus eſt lucis, & unum eſt verbum cordis. Nec in numerum pluralem defluit incorporea generatio, nec in diviſionem cadit; ubi qui naſcitur, nequaquam a generante ſeparatur. Unicus eſt, ut menti ſenſus, ut ſapientia ſapienti, ut cordi verbum, ut forti virtus. Nam ſicut ſolus ſapiens pater ab Apoſtolo dicitur, ita & ſolus filius ſapientia nominatur. Unicus ergo filius eſt: & cum ſit gloria, ſempiternitate, virtute, regno, poteſtate, hoc quod pater eſt; omnia tamen hæc non ſine auctore ſicut pater, ſed ex patre tamquam filius, ſine initio, & æqualis habet; & cum ipſe ſit omnium caput, [c] ipſius tamen auctor eſt pa- c
ter generando ſine initio; quia nec pater præcedit filium, nec filius ſequitur patrem in faciendo quaſi adoptivum, ſicut nos.

7 Filium ſane cum audis, nolo cogitationem carnalis nativitatis aſſumas, ſed memento hæc de incorporea dici ſubſtantia & natura ſimplici. Si enim, ut ſupra jam diximus, vel in eo quod cor generat verbum, vel mens ſenſum, vel lux ex ſe parit ſplendorem, nihil horum requiritur, nec ulla in tali generatione fragilitas cogitatur; quanto purius & ſacratius de horum omnium creatore cenſendum eſt? Sed fortaſſe dicas, iſta quæ memoras, inſubſtantiva eſt generatio. Neque enim lux ſubſtantivum profert ſplendorem, aut cor ſubſtantivum generat verbum. Filius autem Dei ſubſtantialiter aſſeritur generatus. Ad hoc primo omnium illud dicimus quod etiam in ceteris rebus, cum proferuntur exempla, non per omnia ſimilitudinem ſervare poſſunt rei illius, cui præbere putantur exemplum; ſed unius alicujus partis, pro qua videntur aſſumta, ſimilitudinem tenent. Verbi gratia, ut cum in Evangelio dicitur: *Simile eſt regnum cælorum fermento, quod abſ-* Matth. 13. 33.
condit mulier in farinæ menſuris tribus. Numquid putabimus regnum cælorum ſic per omnia ſimile eſſe fermento, ut & ſubſtantia illa

---

a *Deus qui erat*] Sic duo codices mſſ. alius habet *Dominus qui erat*, Pamel. *Deus Sabaoth.* Remb. & Eraſm. *Dominus Deus & qui eſt & qui venturus eſt.*

b *In carne natum*] Sic cod. Sangerm. & Reg. cum Remb. & Eraſm. *incarnatum* Morel. *in carne & ex carne natum* Pamel. *in carne natum & ex carne natum* Oxon.

c *Ipſius tamen auctor eſt pater*] Sic codices mſſ. & editi quos ſequi maluimus quam Pamelium, qui ex editionibus Hieronymi mancam & imperfectam, ut ipſe fatetur, hanc ſententiam appoſuit: *Et cum ipſe ſit omnium caput, ipſius tamen caput eſt pater. Sic enim ſcriptum eſt*, Quia caput Chriſti Deus, *ipſius tamen auctor eſt pater generando ſine initio.*

illa [a] ita palpabilis ſit ac fragilis, ut acida fieri poſſit & corrupta? An ad hoc ſolum exemplum iſtud videtur aſſumtum, ut oſtenderetur, ex parva prædicatione verbi Dei, humanas mentes fidei fermento poſſe [b] coaleſcere? Similiter & cum dicitur: *Simile eſt regnum cælorum reti miſſo in mare, quod ex omni genere piſcium attrahit*: (Ibid.) & in hoc numquid putandum eſt, quod naturæ lini quo rete aptatur, ac nodis quibus naſſulæ nectuntur, regni cœlorum ſubſtantia per omnia conferatur? An ad hoc ſolum videtur aſſumta comparatio, ut oſtenderetur, quia ſicut rete de profundo maris piſces [c] educit ad litus, ita de profundo hujus ſæculi errore humanas animæ regni cælorum prædicatione liberaotur? Ex quibus conſtat, exempla non in omnibus, his quorum exempla ſunt eſſe ſimilia. Alioquin ſi eadem eſſent omnia, jam non exempla dicerentur: ſed ipſæ potius res, de quibus agitur, viderentur.

8 Deinde etiam illud dicendum eſt, quod nulla creatura talis eſſe poteſt qualis creator ejus. Et ideo ſicut ſine exemplo eſt divina ſubſtantia, ita & ſine exemplo eſt divina [d] nativitas. Tunc etiam illud addimus, quia omnis creatura ex nihilo eſt. Si ergo inſubſtantiva ſcintilla quæ ignis eſt, gignit ex ſe creaturam quæ ex nihilo facta eſt, & conditionem in hoc ſervat originis ſuæ: illius æternæ lucis ſubſtantia, quæ ſemper fuit, quia inſubſtantivum in ſe nihil habuit, [e] inſubſtantivum ex ſe ſplendorem proferre non potuit. Et ideo recte unicus dicitur filius. [f] Unicus enim & ſolus eſt, quia natus ſit. Nec comparationem aliquam poteſt habere quod unicum eſt. Nec ſimilitudinem ſubſtantiæ cum facturis ſuis habere poteſt ille, qui factor eſt omnium. Hic ergo Jeſus Chriſtus filius eſt unicus Dei, qui eſt & Dominus noſter. Unicus & ad filium referri & ad Dominum poteſt. Unus eſt filius, vere filius, & unus vere Dominus Jeſus Chriſtus. Ceteri quippe, licet dicantur filii, [g] adoptionis tantum gratia dicuntur; non veritate naturæ. Et ſi dicuntur alii Domini; conceſſa, non ingenita poteſtate dicuntur: hic vero ſolus eſt unicus filius, & ſolus unicus Dominus, ſicut & Apoſtolus dicit: *Unus pater Deus, & unus Dominus Jeſus-Chriſtus, per quem omnia*. (Ephes. 4. 6.) Igitur poſtea quam propoſitus ordo fidei, ineffabile ſacramentum filii de patre nativitatis expoſuit; nunc ad humanæ ſalutis dignationem diſpenſationemque deſcendit. Et hunc quem ſupra dixit unicum filium Dei, & Dominum noſtrum nunc dicit.

9 *Qui natus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine*. Hæc jam inter homines diſpenſationis nativitas eſt, illa divinæ ſubſtantiæ; hæc dignationis eſt, illa naturæ. De Spiritu ſancto ex virgine naſcitur. Et jam [h] hoc loco mundior auditus requiritur, & purior ſenſus. Huic enim quem dudum de patre natum ineffabiliter didiciſti, nunc a ſancto Spiritu templum fabricatum intra ſecreta uteri virginalis intellige. Et ſicut in ſancti Spiritus ſanctificatione nulla ſentienda eſt fragilitas: ita & in partu virginis nulla eſt intelligenda corruptio. Novus enim huic ſæculo datus eſt partus, nec immerito: qui enim in cælis unicus filius eſt, conſequenter & in terra unicus filius eſt, quia & unice naſcitur. Nota ſunt omnibus & in Evangeliis decantata de hoc ſcripta Prophetarum [i] quæ dicunt, quod *Virgo concipiet & pariet filium*. (Iſa. 7. 14.) Sed & partus ipſius mirabilem modum Ezechiel Propheta ante formaverat, Mariam figuraliter portam Domini nominans, per quam ſcilicet, Dominus ingreſſus eſt in mundum. Dicit ergo hoc modo: *Porta autem quæ reſpicit ad Orientem, clauſa erit: non aperietur, & nemo tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ipſe tranſibit per eam, & clauſa erit*. (Ezech. 44. 1.) Quid tam evidens dici de [k] conſecratione virginis potuit? Clauſa fuit in ea virginitatis porta, per ipſam introivit Dominus Deus Iſrael, & per ipſam in hunc mundum de utero virginis proceſſit: & in æternum porta virginis clauſa, ſervata virginitate, permanſit. Igitur Spiritus ſanctus refertur Dominicæ carnis & templi ejus creator.

10 Incipe hinc jam intelligere etiam ſancti Spiritus majeſtatem. Conteſtatur enim & Evangelicus ſermo de ipſo, quod cum loquenti Angelo ad virginem & dicenti: *Quia paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum; hic enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis ſuis*: (Luc. 1. 31.) illa reſpondiſſet: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* dixerit ei Angelus Dei: *Spiritus ſanctus veniet ſuper te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Et ideo quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei*. Vide ergo

---

a *Ita palpabilis*] Sic cod. Sangerm. & Morel. *ita* deeſt in edit. Ex eodem & Rembolio ac Eraſm. legimus paulo poſt in duobus locis *an ad hoc ſolum*, pro eo quod eſt in aliis *ſed ad hoc ſolum*.

b *Coaleſcere*] Edit. Oxon. *coaceſcere*. Paulo poſt in cod. Sangerm. *rete miſſa*.

c *Educit*] Sic cod. Sangerm. editi *adducit*.

d *Nativitas*] Sic cod. Sangerm. & vetus edit. Oxon. *majeſtas* aliis.

e *Inſubſtantivum*] In hoc loco nonnulla emendant Morelius & Pamelius; ſed quod legunt, *cur illius æternæ lucis ſubſtantia, inſubſtantivum ex ſe ſplendorem proferre non potuit?* id & fidei & Ruffini ſententiæ contrarium eſt. Hoc enim in loco refellitur *inſubſtantivus generatio*, nec quidquam aliud diſputat Ruffinus, niſi Filium eſſe *ſubſtantivum ſplendorem*, *ſubſtantivum Verbum*, *ſubſtantialiter generatum*, longe aliter ac in exemplis quæ ex rebus creatis petuntur. Quamobrem tollenda interrogatio, quæ non exſtat in mſ. Sangerm. nec apud Remb. ac Eraſm. vel legendum: *cur ſubſtantivum ex ſe ſplendorem proferre non potuit?*

f *Unicus enim & ſolus eſt*] Sic cum Morel. & vet. Ox. legere malui quam cum aliis, *Unicus enim eo ſolus eſt*.

g *Adoptionis tantum*] *Adoptionis tamen* cod. Sangerm. & Morel.

h *Hoc loco*] Cod. Sangerm. *hoc in loco*; alii *in hoc loco*.

i *Quæ dicunt*] Pamel. *qui dicunt*.

k *Conſecratione*] Hic quoque prætulimus Sangermanenſem codicem & editos omnes Frobenio, ex quo Pamelius ſumpſit *conſervatione*. Paulo poſt ex iiſdem legimus *de utero* pro *utero*.

de ergo cooperantem ſibi invicem Trinitatem. Spiritus ſanctus venire dicitur ſuper virginem, & virtus altiſſimi obumbrare ei. Quæ eſt autem virtus altiſſimi, niſi ipſe Chriſtus, qui eſt [a] Dei virtus & Dei ſapientia? Cujus autem hæc virtus? Altiſſimi, inquit. Adeſt ergo altiſſimus, adeſt virtus altiſſimi, adeſt Spiritus ſanctus. Hæc eſt Trinitas ubique latens, ubique apparens, vocabulis perſoniſque diſcreta, inſeparabilis vero ſubſtantia Deitatis. Quamvis ſolus filius naſcatur ex virgine, adeſt & altiſſimus, adeſt & Spiritus ſanctus, ut & conceptus virginis ſanctificetur & partus.

11 Verum hæc quia ex Scripturis Propheticis aſſeruntur, poſſunt forte Judæos quamvis ſint infideles & increduli confutare. Sed pagani ſolent ridere nos cum audiunt prædicari a nobis virginis partum: propter quod paucis & eorum obtrectationibus reſpondendum eſt. Omnis partus, ut opinor, ex tribus conſtat. Si adultæ ætatis ſit femina, ſi virum adeat, ſi non ſit [b] illius vulva vitio ſterilitatis obcluſa. Ex his tribus in hoc partu quem prædicamus, unum deſuit, vir ſcilicet; & hanc partem, quia qui naſcebatur non erat terrenus homo ſed cæleſtis, per cæleſtem Spiritum dicimus, ſalva virginis incorruptione, completam. Et tamen quid mirum videtur ſi virgo conceperit; cum Orientis avem quam Phœnicem vocant, in tantum ſine conjuge naſci vel renaſci conſtet, ut ſemper & una ſit, & ſemper ſibi ipſa naſcendo vel renaſcendo ſuccedat? Apes certe neſcire conjugia, nec fetus nixibus edere, omnibus palam eſt. Sed & alia nonnulla deprehenduntur uti hujuſcemodi ſorte naſcendi. Hoc ergo incredibile videbitur, divina virtute ad totius mundi redintegrationem factum; cujus exempla etiam in animalium nativitate cernuntur? Et tamen mirandum cur hoc gentilibus impoſſibile videatur, qui credunt Minervam ſuam de cerebro Jovis natam: quid ad credendum difficilius? aut quid magis contra naturam? Hic femina eſt, hic naturæ ordo ſervatur, hic conceptus & partus temporibus ſuis editur. Ibi nuſquam femineus ſexus, ſed vir ſolus & partus. Qui illa credit, cur iſta miretur? Sed & Liberum de femore ejus aſſerunt natum. Ecce aliud portenti genus, & tamen creditur. Venerem quoque, quam Aphroditem vocant, de ſpuma maris, ſicut etiam nominis ipſius compoſitio oſtendit, credunt eſſe progenitam; de ovo natos Caſtorem Pollucemque confirmant; ex formicis Myrmidones: & alia mille ſunt, quæ contra rerum naturam venientia, ipſis tamen viſa ſunt credibilia: ut Deucalionis & Pyrrhæ lapides jactos, & hominum ex his ſegetem natam. Et cum hæc tot & talia figmenta crediderint, unum eis verbum impoſſibile videtur quod adoleſcens femina divinum germen, non hominis vitio, ſed Deo inſpirante conceperit. Qui utique ſi ad credendum difficiles ſunt, illis tot & tam turpibus monſtris fidem nequaquam commodare debuerant: ſi vero faciles ſunt ad credendum, multo promtius hæc noſtra tam honeſta & tam ſancta recipere, quam illa tam indigna & tam fœda credere debuiſſent.

12 Sed dicent fortaſſis, quia poſſibile quidem fuerit Deo ut virgo conciperet, poſſibile etiam fuerit Deo ut pareret; ſed indignum videri ut tanta illa majeſtas per genitales feminæ tranſiret [c] exceſſus: ubi quamvis nulla fuerit ex virili admixtione commixtio, fuit tamen ipſius puerperii obſcenæ attrectationis injuria: pro quo pauliſper eis ſecundum ſenſum ſuum reſpondeamus. Si quis videat parvulum in profundo cœni necari, & ipſe cum ſit vir magnus & potens, extremis, ut ita dixerim, plantis ingrediatur cœnum, ut parvulum morientem liberet; pollutuſne a te accuſabitur hic vir, quod paululum luti calcaverit? an ut miſericors laudabitur, quod vitam contulerit morituro? Sed hæc etiam de communi homine dicta ſint. Redeamus nunc ad naturam ejus qui natus eſt. Quantum putas natura ſolis eo inferior eſt? quantum creatura ſine dubio creatore. Intuere nunc ſolis radios; ſi in cœni alicujus voraginem demittantur, [d] numquidnam aliquid inde pollutionis acquirunt? aut obſcenorum illuſtratio ſolis [e] ducitur in injuriam? Ignis quoque natura quanto eſt inferior his de quibus ſermo eſt? Et nulla materia vel obſcena, vel turpis adhibita ei, ignem polluiſſe creditur. Cum ergo hæc ita eſſe in rebus materialibus conſtet; tu in illa ſupereminenti & incorporea natura, quæ ſuper omnem ignem & ſupra omne lumen eſt, pollutionis aliquid putas aut obſcenitatis incidere? Tum deinde etiam illud adverte: Nos hominem a Deo creatum de terræ limo dicimus; quod ſi obſcenitas Deo reputatur opus ſuum requirenti, multo magis ei reputabitur opus illud ab initio fabricanti; & ſuperfluum eſt dicere cur per obſcena tranſierit, cum non poſſis dicere, cur obſcena condiderit. Et ideo obſcena hæc eſſe, non natura ſed obſervantia docuit. Ceterum quæ omnia ſunt in corpore ex uno eodemque luto formata, uſibus tantum & officiis naturalibus diſtinguuntur.

13 Sed nec illud quidem [f] ab abſolutione vacare hujus quæſtionis omittam; quod ſubſtantia Dei quæ per omnia incorporea eſt, inſeri corporibus, vel capi ab eis principaliter non poteſt,

a *Dei virtus & Dei ſapientia*] Pamel. *Domini*.
b *Illius vulva*] Deſunt in cod. Sangerm. Remb. Eraſm.
c *Exceſſus*] Sic cod. Sangerm. Remb. Eraſm. *egreſſus* Morel. & Pamel.
d *Numquidnam aliquid inde*] Sic codex Sangerm. & Remb. ac Morel. *numquid inde jam aliquid* Pamel. qui ex Froben. legit *demittantur*, alii *dimittantur*.
e *Ducitur in injuriam*] Sic Pamel. ex Froben. *ſolis ducitur injurius* cod. Sangerm. Remb. Eraſm. Morel.
f *Ab abſolutione vacare*] *Ad ſolutionem vocare* vet. edit. Oxon.

teſt, niſi aliqua media ſit ſubſtantia ſpiritalis, quæ capax eſſe divini ſpiritus poſſit. Verbi gratia, ut ſi dicamus: Lux omnia quidem membra corporis illuſtrare poteſt, a nullo tamen eorum niſi a ſolo oculo capi poteſt; ſolus enim oculus eſt qui capax ſit lucis. Et filius ergo Dei naſcitur ex virgine, non principaliter ſoli carni ſociatus, ſed anima inter a carnem Deumque media generatus. [a] Anima ergo media, & in ſecreta rationabilis ſpiritus arce, verbum Dei capiente, abſque ulla quam ſuſpicaris injuria Deus natus eſt ex virgine. Et ideo nihil ibi turpe putandum eſt, ubi ſanctificatio ſpiritus inerat, & anima quæ erat Dei capax, particeps fiebat etiam carnis. Nib hil [b] ibi dicas impoſſibile, ubi aderat virtus altiſſimi. Nihil de humana fragilitate cogites, ubi plenitudo inerat Deitatis.

14 *Crucifixus ſub Pontio Pilato, & ſepultus, deſcendit in inferna*. Docet Apoſtolus Paulus, illuminatos debere eſſe oculos cordis noſtri ad intelligendum quæ ſit altitudo, latitudo & profundum. Altitudo ergo & latitudo & profundum, deſcriptio crucis eſt. Cujus eam partem quæ in terram defixa eſt, profundum appellavit; altitudinem vero, illam quæ in aerem porrecta ſublimis erigitur; latitudinem quoque, illam quæ diſtenta in dexteram lævamque protenditur. Cum ergo tot ſpecies mortis ſint, quibus de hac vita exitus dari hominibus ſolet; vult nos Apoſtolus illuminatos corde ſcire rationem, cur ex his omnibus crucis potius ſpecies ad mortem delecta ſit Salvatoris. Unde ſciendum eſt, quod crux iſta triumphus erat: triumphi enim inſigne eſt tropæum, tropæum autem devicti hoſtis indicium eſt. Quia ergo adveniens Chriſtus, ſicut Apoſtolus dicit, tria pariter ſibi regna ſub- (Philip. 2. 10.) jecit; hoc enim indicat, ubi ait: *Quia & in nomine Jeſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum*, & hæc omnia ſua morte vincebat: conveniens myſterio mors quæſita eſt; ut in aerem ſublimatus, & aereas ſubjugans poteſtates, victoriam de his ſuperc nis & cæleſtibus traderet; [c] expanſas autem (Iſa. 65.) manus tota die, ſicut ſanctus Propheta dicit, tenderet ad populum incredibilem, qui eſt in terra, ut & incredulos conteſtaretur & invitaret credentes; ea vero parte quæ ſub terram demergitur, inferna ſibi regna ſubjiceret.

15 Etenim ut breviter aliqua etiam de ſecretioribus perſtringamus, ab initio Deus cum feciſſet mundum, præfecit ei & propoſuit quaſdam virtutum cæleſtium poteſtates, quibus regeretur & diſpenſaretur mortalium genus. Quod ita factum Moyſes indicat in Deuteronomii cantico, ubi dicit: *Cum divideret excelſus gentes, ſtatuit terminos gentium ſecundum numerum Angelorum Dei* (Deut. 32. 8.); ſed & horum nonnulli, ſicut & ipſe qui princeps appellatus eſt mundi, datam ſibi a Deo poteſtatem non his quibus acceperant legibus temperarunt, nec humanum genus divinis obedire præceptis, ſed ſuis parere prævaricationibus docuerunt. Et hinc adverſum nos peccatorum chirographa ſcripta ſunt, quia, ut Propheta dicit, peccatis noſtris venumdati ſumus. Pretium namque animæ ſuæ unuſquiſque conſequitur, cum concupiſcentiæ ſatisfecerit. Iſtud ergo uniuſcujuſque chirographum ab illis rectoribus peſſimis tenebatur, quod Chriſtus detraxit adveniens, & hac eos poteſtate nudavit; idque ſub ingenti myſterio Paulus indicat, cum dicit de eo: *Delens quod adverſum nos erat chirographum, & affigens illud cruci ſuæ, traduxit principatus & poteſtates, triumphans eos in ſemetipſo* (Coloſſ. 2. 14.). Rectores ergo illi quos humano generi præfecerat Deus, in tyrannidis contumaciam verſi, impugnare commiſſos ſibi homines aggreſſi ſunt, & peccati prœliis debellare. Sicut Ezechiel Propheta myſticis deſignat eloquiis, eum dicit: *In illa die procedent angeli feſtinantes exterminare Æthiopiam, eritque inter eos perturbatio in die Ægypti*, (Ezech. 30. 9.) d [d] *quoniam ecce venit*. Recte ergo eos omnipotentia nudatos Chriſtus dicitur triumphaſſe, ablatamque ab eis poteſtatem hominibus tradidiſſe. Sicut ad diſcipulos ſuos dicit ipſe in Evangelio: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici* (Luc. 10. 19.). Illos itaque qui accepta poteſtate male abuſi ſunt, ſubjectis quondam ſuis ſubjicit crux Chriſti. Nos vero, hoc eſt, humanum genus edocet primo omnium uſque ad mortem reſiſtere adverſus peccatum, & libenter interitum pro pietate ſuſcipere. Tum deinde & obedientiæ nobis in hac eadem cruce proponit exemplum, ſicut illis qui aliquando rectores noſtri fuerant, poſuit [e] contumaciæ e pœnas. Audi ergo quomodo Apoſtolus vult per crucem Chriſti obedientiam nos [f] docere: f *Hoc*, inquit, *ſentite in vobis quod & in Jeſu Chriſto, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens*, (Philip. 2. 5.) [g] *in ſimilitudinem* g

a *Anima ergo media*] Sic multi alii ſcriptores locuti, quos recenſet Petavius lib. 4. de Incarn. cap. 13. Videtur autem illos ut ita loquerentur hæc potiſſimum cautio adduxiſſe, ne dolores quos Chriſtus ſenſit, & alii motus in ejus anima ad occaſionem corporis motuum excitati, in divinitatem ipſam referrentur; quod impium prorſus foret, ac ſoli hæreſi congrueret Arianæ. Ruffino ſane hoc in loco nihil aliud propoſitum, niſi ut divinam majeſtatem, nec in Chriſti nativitate contaminatam, nec in morte doluiſſe demonſtret.

b *Ibi dicas*] *Dicas* cod. Sangerm. Remb. Eraſm.

c *Expanſas*] Sic cod. Sangerm. Remb. *expenſas* alii. Correxit hunc locum Pamelius ex Cauchio. Nam in vetuſtis codicibus & editis legitur *tendis manus*, & paulo poſt: *eam vero partem quæ ſub terram demergitur, quod inferna ſibi regna ſubjiceret*. Sic totum hunc locum Morellius legit: *expenſas autem manus tota die ſanctus Propheta dicit*, Tetendi manus tota die ad populum incredibilem, *qui eſt in terra, ut incredulos conteſtaretur, & invitaret credentes: eam vero partem*, &c.

d *Quoniam ecce venit*] *Quoniam venit* duo codices mſſ. Remb. & Eraſm.

e *Contumaciæ*] *Contumeliæ* duo codices mſſ. Remb. Eraſm.

f *Docere*] *Doceri* duo codices mſſ.

g *In ſimilitudinem*] *In ſimilitudine* duo codices mſſ. & vetus Oxon.

nem hominum factus & habitu repertus ut homo, factus eſt obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Quia ergo ille magnus magiſter eſt qui fecerit & docuerit, ideo obedientiam quæ piis morte etiam ſuſcepta ſervanda eſt, docuit ipſe prius pro hac moriendo ſervari.

16 Sed fortaſſe terreatur aliquis in hujuſcemodi doctrina, quod quem paulo ante cum Deo patre diximus ſempiternum, ac de ejus ſubſtantia eſſe progenitum, quemque regno, æternitate & majeſtate unum cum patre eſſe docuimus, nunc de ejus morte tractemus. Sed nolo terrearis, O fidelis auditor, paulo poſt iſtum quem audis mortuum, rurſum videbis immortalem; mors enim ab eo mortem ſpoliatura ſuſcipitur. Nam ſacramentum illud ſuſceptæ carnis, quod ſupra expoſuimus, hanc habet cauſam, ut divina filii Dei virtus, velut hamus quidam habitu humanæ carnis obtectus, & ſicut ante Apoſtolus dixit,
Ibid. *Habitu repertus ut homo*, principem mundi [a] in-
a vitare poſſet ad agonem: cui ipſe carnem ſuam velut eſcam tradidit; ut hamo eum divinitatis intrinſecus teneret inſertum, & effuſione immaculati ſanguinis, qui peccati maculam neſcit, omnium peccata deleret, eorum dumtaxat qui cruore ejus poſtes fidei ſuæ ſi-
b gnaſſent. Sicuti ergo hamum eſca [b] conſeptum ſi piſcis rapiat, non ſolum eſcam cum hamo non removet, ſed & ipſe de profundo eſca aliis futurus educitur: ita & is qui habebat mortis imperium, rapuit quidem in mortem corpus Jeſu, non ſentiens in eo hamum divinitatis incluſum; ſed ubi devoravit, hæſit ipſe continuo, & diſruptis inferni clauſtris, velut de profundo extractus traditur, ut eſca ceteris fiat. Quod ita futurum ſub hac eadem figura & Ezechiel dudum ſignaverat,
Ezech. 32. 3. dicens: *Et extraham te in hamo meo, & extendam te ſuper terram: campi implebuntur de te, & conſtituam ſuper te omnes volucres cæli, & ſaturabo ex te omnes beſtias terræ*.
Pſalm. 73. 14. Sed & Propheta David dicit: *Tu confregiſti capita draconis magni, dediſti eum in eſcam* [c]
c *populi Æthiopum*. Et Job de eodem myſterio ſimiliter proteſtatur; ait enim ex per-
Job 40. 20. ſona Dei loquentis ad ſe: *Aut adduces draconem in hamo, & pones capiſtrum circa nares ejus?*

17 Non ergo damno aliquo aut injuria divinitatis Chriſtus in carne paſſus eſt, ſed ut per infirmitatem carnis operaretur ſalutem in medio terræ, divina natura in mortem per carnem deſcendit; non ut lege mortalium detineretur a morte, ſed ut per ſe reſurrecturus januas mortis aperiret: velut ſi quis rex pergat ad gentem in qua proprios habeat captivitatis vinculo alligatos, devictaque ea car-

cerem intret, in quo vincti detinebantur; & ingreſſus aperiat januas, reſolvat catenas, vincula, ſeras, & clauſtra comminuat, & vinctos in remiſſionem educat, & eos qui ſedent in tenebris, & in umbra mortis luci ac vitæ reſtituat. Ergo dicitur rex fuiſſe quidem in carcere, non tamen ea conditione qua ceteri qui tenebantur incluſi: ſed illi quidem ut pœnas ſolverent, hic vero ut abſolveret pœnas.

18 Cautiſſime autem qui ſymbolum tradiderunt, etiam tempus quo hæc ſub Pontio Pilato geſta ſunt, deſignaverunt: ne ex aliqua parte velut vaga & incerta geſtorum traditio vacillaret. Sciendum ſane eſt quod in eccleſiæ Romanæ ſymbolo non habetur additum: *Deſcendit ad inferna*, ſed neque in Orientis eccleſiis habetur hic ſermo: vis tamen verbi eadem videtur eſſe in eo quod ſepultus dicitur. Sed quoniam tibi erga Scripturas divinas amor & ſtudium ſubjacet, ſine dubio dicis mihi oportere hæc magis evidentibus Scripturæ divinæ teſtimoniis approbari. Quanto enim [d] majora ſunt quæ credenda ſunt; tan- d
to idoneis magis & indubitatis teſtibus indigere, vera eſt & conſequens propoſitio. Sed nos tamquam ſcientibus legem loquentes, teſtimoniorum ſilvam brevitatis cauſa [e] reliqui- e
mus; pauca tamen ex multis, ſi etiam hoc requiritur, adhibemus, ſcientes ſtudioſis quibuſque in Scripturis divinis latiſſimum teſtimoniorum pelagus patere.

19 Primo ergo omnium ſciendum eſt, quod ipſa ratio crucis non omnibus una eademque eſt, ſed aliud gentibus, aliud Judæis, aliud credentibus ſapit, ſicut & Apoſtolus dicit: *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Ju-* 1. Cor.
dæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam; 1. 23.
ipſis vero vocatis Judæis & Græcis Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam. Et alibi: *Ver-* Ibid.
bum enim crucis, pereuntibus quidem ſtultitia eſt, his vero qui ſalvi fiunt, virtus Dei eſt. Judæi ergo quibus ex lege traditum fuerat, Chriſtum in æternum manſurum, ſcandalum patiebantur de cruce ejus; quia reſurrectionem ejus recipere noluerunt. Gentibus autem ſtultitia videbatur, Deum mortem ſuſcepiſſe, quia ignorabant myſterium carnis aſſumtæ. Fideles vero qui & natum & paſſum in carne receperant, & a mortuis reſurrexiſſe; merito virtutem Dei credebant eſſe, quæ vicerat mortem. Primo ergo hoc ipſum, quod Judæi quibus Prophetæ hæc prædixerant, non eſſent crediturì, ſed illi qui numquam hæc a Prophetis audierant: audi quomodo prophetico ſermone ſignatur. *Quibus non eſt,* Iſa. 52.
inquit, *annuntiatum de eo, videbunt: &* 15.
qui non audierunt, intelligent. Quod autem his qui meditabantur legem Dei a pueritia uſque ad ſe-

a *Invitare poſſet*] Pamelius commode hunc locum reſtituit, ſed minus accurate videtur poſuiſſe *poſſit*, cum in cod. Sangerm. & vetuſtis editionibus legatur *poſſet*.
b *Conſeptum*] Cod. Sangerm. *contentum*, quidam editi *contectum*. Paulo poſt legitur in eodem cod. mſ. & Remb. *cum hamo removet*.

c *Populi Æthiopum*] *Populo* cod. Sangerm.
d *Majora*] Sic Pamel. ex Froben. vet. edit. & Morel. *magna* cod. Sangerm. Remb. Eraſm. vet. Ox. & paulo poſt *tanto idoneis & indubitatis*.
e *Reliquimus*] *Relinquimus* Morel. *derelinquimus* cod. Sangerm. vet. Ox. Remb. Eraſm.

Digitized by Google

ad ſenectutem non credentibus, ad gentes eſ-
ſet omne myſterium transſerendum, Eſaias
Iſa. 25. hoc modo prædicit: *Et faciet*, inquit, *Do-*
6. *minus Deus Sabaoth omnibus gentibus in monte*
iſto inveniri lætitiam, bibent vinum, ungentur un-
guento: trade hæc omnia gentibus. Hoc enim
conſilium Dei omnipotentis ſuper omnes gen-
tes. Sed dicent fortaſſe nobis illi qui ſe ja-
ctant in ſcientia legis: Blaſphematis, qui ſic
dicitis Dominum corruptioni mortis ſubjectum
& paſſioni crucis fuiſſe. Legite ergo quod
ſcriptum habetis in Lamentationibus Hiere-
Thren. miæ, ubi dicit: *Spiritus vultus noſtri Chriſtus*
4. 20. *Dominus, comprehenſus eſt in corruptionibus no-*
ſtris: in quo diximus, ſub umbra ejus vivemus
in gentibus. Audis quomodo Propheta dicit
Chriſtum Dominum comprehenſum eſſe, &
pro nobis, id eſt, pro peccatis noſtris cor-
ruptioni traditum. In cujus umbra quoniam
populus ille qui permanſit incredulus, abje-
ctus eſt, dicit quia vivemus non in Iſrael,
ſed in gentibus.

20 Quod ſi operoſum non videtur, quam
poſſumus breviter, ſingula quæ in Evange-
liis referuntur, qualiter in Prophetis prædi-
cta ſunt deſignemus; ut hi qui prima fidei
elementa ſuſcipiunt, teſtimonia hæc habeant
in corde deſcripta, ut nulla eis umquam de
his quæ credunt ambiguitas inimica ſurripiat.
Edocemur per Evangelium quod Judas unus
de amicis & convivis Chriſti tradiderit eum.
Audi quomodo hoc prænuntietur in Pſalmis:
Pſalm. *Qui manducat*, inquit, *panes meos*, [a] *am-*
40. 10. *plabit adverſum me ſupplantationem*. Et alibi:
a *Amici mei & proximi mei adverſum me appro-*
Pſalm. *pinquaverunt & ſteterunt*. Et iterum: *Molliti*
37. 12. *ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt ja-*
Pſalm. 54. 22. *cula*. Vis videre quomodo molliti ſunt? *Ve-*
Matth. *nit*, inquit, *Judas ad Jeſum, & dixit ei:*
26. 49. *Ave Rabbi, & oſculatus eſt eum*. Per mol-
le ergo oſculi blandimentum, execrabile ja-
culum proditionis infixit. Unde & Dominus
Luc. 22. ad eum dixit: *Juda, oſculo filium hominis tra-*
48. *dis?* Triginta argenteis audis eum appretia-
tum eſſe cupiditate proditoris. Audi & de
Zach. 11. hoc propheticam vocem: *Et dixi*, inquit,
12. *ad eos: Si bonum eſt in conſpectu veſtro, date*
b *mercedem meam* [b] *aut abnuite*. Et poſt hæc:
Et accepi, inquit, *triginta argenteos, & miſi*
eos in domum Domini in conflatorium. Nonne
hoc eſt quod in Evangeliis ſcribitur, quia
Judas pœnitentia ductus reportavit pecuniam,
& projecit eam in templo, & diſceſſit? Be-
ne autem mercedem ſuam dicit, velut impu-
tantis & exprobrantis affectu. Etenim tam
multa opera bona apud eos egerat: cæcos eo-
rum illuminaverat; claudis pedes, paralyticis
greſſum, mortuis quoque reddiderat vitam.
Pro his ergo omnibus bonis mercedem reſti-
tuunt ei, mortem triginta argenteorum æſti-
matione penſatam. Refertur item in Evange-
liis, quod vinctus ſit. Prædixit hoc ſermo
Iſa. 3. 9. propheticus per Eſaiam, dicens: *Væ animæ*
ipſorum quia cogitaverunt cogitationem peſſimam
adverſum ſeipſos, dicentes: Alligemus juſtum,
quia inutilis eſt nobis.

21 Sed dicet aliquis: Numquid hæc de
Domino intelligenda ſunt? Numquid Domi-
nus ab hominibus teneri poterat, & in ju-
dicium protrahi? Et de hoc te idem Prophe-
ta convincet; dicit enim his verbis: *Ipſe Do-* Ibid. 14.
minus in judicium veniet cum ſenioribus & princi-
pibus populi. Judicatur ipſe Dominus ſecun-
dum Prophetæ teſtimonium, & non ſolum
judicatur, ſed & flagellis cæditur, & palmis
in faciem verberatur, & conſpuitur, & o-
mnem pro nobis perfert indignitatis injuriam.
Et quia hæc ſtupenda erant omnibus cum
prædicarentur ab Apoſtolis, iccirco etiam ex
perſona ipſorum Propheta exclamat & dicit:
Domine, quis credidit auditui noſtro? Incredi- Iſa. 53.
bile enim eſt ut Deus Dei filius iſta pertuliſ- 1.
ſe dicatur & prædicetur. Et ideo prædicun-
tur per Prophetas, ne qua credituris dubita-
tio naſceretur. Ipſe ergo ex ſua perſona
Chriſtus Dominus dicit: *Dorſum meum dedi* Iſa. 50.
flagellis, & maxillas meas ad palmas, & fa- 6.
ciem meam non averti a confuſione ſputorum.
Scribitur etiam illud inter ceteras paſſiones
ejus, quod alligantes eum duxerunt ad Pila-
tum: præſignavit etiam hoc Propheta ubi di-
cit: *Et alligantes adduxerunt eum xenium regi*
Jarim: niſi ſi objiciat aliquis & dicat, ſed
Pilatus non erat rex. Audi ergo quid in ſe-
quentibus Evangelium refert: *Audiens*, in- Luc. 23.
quit, *Pilatus eum eſſe de Galilæa, miſit eum* 6.
ad Herodem, qui tunc erat rex in Iſrael. Et
bene addidit nomen Jarim, quod eſt ſilve-
ſter. Non enim erat Herodes de domo Iſrael,
nec de illa vinea Iſraelitica, quam eduxerat
Dominus de Ægypto, & plantaverat in cor-
nu in loco uberi: ſed erat ſilveſter, id eſt,
ex ſilva alienigenarum. Et ideo ſilveſter ap-
pellatur, quaſi qui de Iſraeliticæ vitis nequa-
quam palmitibus pullulaſſet. Sed & quod ait
Propheta, *xenium*, convenienter aptavit.
Tunc enim Herodes & Pilatus, ut Evange-
lium teſtatur, ex inimicis in concordiam re-
vocati ſunt; & velut reconciliationis ſuæ xe-
nium, vinctum ſibi invicem mittebant Je-
ſum. Quid intereſt dummodo Jeſus ubique
ut ſalvator diſſidentes reconciliet, pacem re-
paret, concordiam reddat? Unde etiam de
hoc ſcriptum eſt in Job: *Dominus reconciliat* Job 12.
corda principum terræ. 24.

22 Refertur item quod cum Pilatus vellet
eum dimittere, omnis populus clamaverit:
Crucifige, crucifige eum. Prænuntiat hoc Hie- Luc. 23.
remias Propheta, dicens ex perſona Domini 21.
ipſius: *Facta eſt*, inquit, *hereditas mea mi-* Hier. 12.
bi, ſicut leo in ſilva. Dedit ſuper me vocem 8.
ſuam, propterea exoſus ſum eam. Et propter
hoc, inquit, *dereliqui domum meam*. Et ite-
rum alibi dicit: *Super quem aperuiſtis os ve-* Iſa. 57.
ſtrum, & adverſus quem relaxaſtis linguas ve- 4.
ſtras. Cum judicaretur, ſcribitur tacuiſſe.
Multæ de hoc ſcripturæ teſtantur; in Pſal-
mis dicitur: *Factus ſum ſicut homo non au-* Pſalm.
diens, 37. 15.

---

a *Amplabit*] *Ampliavit* cod. Sangerm. vet. Ox. Remb.
b *Aut abnuite*] Habent duo codices mſſ. Remb. Eraſm. & *abite*, Morel. *aut abite*. Paulo poſt legitur *accepit*, *miſit* in cod. Sangerm. Remb. Eraſm.

dicus, & non babens in ore ſuo increpationes. Et iterum: *Ego autem ſicut ſurdus non audie-*
a *bam, & ſicut mutus* ᵃ *non aperiens as ſuum.*
Iſa. 53. 7. Et iterum alius Propheta: *Sicut agnus coram tondente ſe, ſic non aperuit as ſuum. In humilitate judicium ejus ſublatum eſt.* Impoſita ei ſcribitur corona ſpinea. Audi de hoc in Canticia Canticorum, ſuper iniquitates Hieruſalem mirantis de injuria filii patris vocem, & di-
Cant. 3. 11. centis: *Exite & videte filiæ Hieruſalem coronam qua coronavit eum mater ſua.* Sed & de
Iſa. 5. 2. ſpinis ita alius Propheta commemorat: *Et exſpectavi ut faceret uvam, fecit autem ſpinas, & non juſtitiam, ſed clamorem.* Verumtamen ut myſterii ſecreta cognoſcas: oportebat eum, inquam, qui peccata mundi venit auferre, etiam terræ maledicta purgare; quæ protoplaſto peccante ſententiam prævaricatio-
Gen. 3. 17. nis acceperat, dicente Domino: *Maledicta terra in operibus tuis, ſpinas & tribulos producet tibi.* Propterea ergo ſpinis coronatur Jeſus, ut prima illa condemnationis ſententia ſolveretur. Ad crucem ducitur, & in ligno totius mundi vita ſuſpenditur. Vis & de hoc propheticis teſtimoniis confirmari?
Hier. 11. 19. Audi Hieremiam dicentem: *Venite, & injiciamus lignum in panem ejus, & conteramus eum de terra viventium.* Et iterum: Moyſes velut
Deut. 28. 66. deflens eos dicit: *Et erit vita tua ſuſpenſa ante oculos tuos, & timebis per diem & noctem, & non credes vitæ tuæ.* Sed tranſcurrendum nobis eſt, jam enim propoſitæ brevitatis excedimus modum, & breviatum ſermonem longa diſſertatione diſtendimus; pauca tamen addemus, ne penitus quod cœpimus prætериſſe videamur.

23 Scribitur Jeſus in latere percuſſus, aquam ſimul & ſanguinem profudiſſe. Hoc quidem myſticum eſt; ipſe enim dixerat,
Joan. 7. 38. quia *Flumina de ventre ejus procedent aquæ vivæ*, ſed produxit & ſanguinem, quem petierant Judæi venire ſuper ſe & ſuper filios ſuos. Produxit ergo aquam, quæ credentes diluat: produxit ſanguinem, qui condemnet incredulos. Poteſt tamen etiam intelligi, quod duplicem gratiam baptiſmi figuraverit, unam quæ datur per aquæ baptiſmum: aliam quæ per martyrium profuſione ſanguinis quæritur; utrumque enim baptiſmum nominatur. Quod ſi & hoc quæris cur non ex alio membro, ſed ex latere potius produxiſſe dicatur aquam & ſanguinem; videtur mihi in latere per coſtam mulier indi-
b cari. ᵇ Quia ergo fons peccati & mortis de muliere prima, quæ fuit primi Adam coſta, proceſſit; iccirco & fons redemtionis ac vitæ de ſecundi Adam coſta producitur.

24 Scriptum eſt quod in paſſione ejus ab hora ſexta uſque ad horam nonam tenebræ factæ ſunt. Accipe & de hoc Prophetæ teſti- Amos
monium dicentis: *Occidet tibi ſol meridie.* Et 8. 9.
iterum Zacharias Propheta: *In illa*, inquit, Zach.
die non erit lux, ſed frigus & pruina erit in 14. 6.
una die; & dies ille notus Deo, & neque dies neque nox, & ad veſperam erit lux. Quid tam evidens a Propheta dici potuit? Ut jam tum hæc, non tam futura prædici quam narrari præterita videantur, etiam pruinam & frigus prædixit. Propterea enim Petrus calefaciebat ſe ad ignem, quia frigus erat, & frigus patiebatur, non ſolum temporis, ſed & fidei.
Addidit etiam: *Et dies illa nota Domino, ne-* Zach.
que dies, neque nox. Quid eſt, neque dies ne- 14. 7.
que nox? Nonne aperte de inſertis diei tenebris & revocata rurſum luce diſſeruit? Non fuit illa dies, neque enim cœpit ab ortu ſolis, neque integra nox fuit; non enim peracto diei curſu, ſpatia ſibi debita vel ab initio ſuſcepit, vel ad ultimum terminata perduxit, ſed fugata per impiorum facinus lux reparatur ad veſperam. Poſt horam enim nonam depulſis tenebris ſol redditur mundo. Et
iterum ᶜ alius de hoc ipſo teſtimonium di- c
cit: *Obſcurabitur ſuper terram in die lux.* Matth.
25 Docet Evangelii prædicatio quod etiam 24. 29.
milites diviſerunt ſibi veſtimenta Jeſu, & ſu-
pra tunicam ejus miſerunt ſortem: ᵈ hoc e- d
tiam curæ fuit Spiritui ſancto Prophetarum
vocibus proteſtari, cum dicit: *Diviſerunt ſibi* Pſalm.
veſtimenta mea & ſupra veſtem meam miſerunt 21. 19.
ſortem. Sed nec de illa quidem veſte, quam dicuntur milites illudentes induiſſe eum, id eſt, de veſte coccinea Prophetæ ſiluerunt.
Audi enim quid dicit Eſaias: *Quis eſt iſte qui* Iſa. 63.
venit de Edom, rubor veſtimentorum ejus ex Bo- 1.
ſor? Quare rubicunda ſunt veſtimenta tua, & indumentum tuum tamquam a torculari calcato? Unde & ipſe reſpondit: *Torcular calcavi ſolus, filiæ Sion;* ſolus eſt enim qui peccatum non
fecit, & abſtulit ᵉ peccata mundi. Si enim e
potuit per unum hominem mors introire, quanto magis per unum hominem qui & Deus erat, potuit vita reſtitui?

26 Refertur etiam quod aceto potatus ſit vel vino myrrhato, quod eſt amarius felle. Audi quid de hoc Propheta prædixerit.
Et dederunt, inquit, *in eſca mea fel, & in* Pſalm.
ſiti mea potaverunt me aceto. Atque reſpon- 68. 22.
dens jam tunc Moyſes dicebat de populo illo: *Ex vineis Sodomorum vitis eorum, & pal-* Deut.
mes eorum de Gomorrha. Uva eorum uva fel- 32. 32.
lis, botrus amaritudinis ipſis. Et iterum
exprobrans eos, dicit: *Populus ſtultus & non* Ibid. 6.
ſapiens, hæc Domino retribuiſti? Sed & in Canticis

---

a *Non aperiens*] *Qui non aperit* mſſ. & veteres editiones. Paulo poſt cod. Sangerm. *Sicut ovis ad occiſionem ductus eſt & ſicut agnus*, &c.

b *Quia ergo*] Poſtremam vocem, quæ deerat in editis, reſtituimus ex cod. Sangerm. ſicque locum corruptum emendavimus, mutata interpunctione; ex eodem addidimus *iccirco &*

c *Alias*] *Aliud* codices mſſ. & vet. Oxon. Remb. Eraſm.

d *Hoc etiam*] Totus hic locus cum ſequenti teſtimonio neſcio quo pacto excidit ex Pamelii editione atque ex Oxonienſi, quæ Pamelianam ducem ſequitur. Paulo poſt in eadem editione Oxon. legitur *filius Sion.*

e *Peccata*] *Peccatum* duo codices mſſ. vet. Oxon.

a Canticis [a] Canticorum eadem prænuntiantur,
ubi etiam hortus in quo crucifixus eſt deſi-
Cant.5.1. gnatur; dicit ergo: *Intravi in hortum meum,*
ſoror mea ſponſa, & vindemiavi myrrham meam.
Ubi evidenter vinum myrrhatum quo pota-
tus eſt declaravit.

27 Spiritum poſt hæc ſcribitur reddidiſſe.
Prænuntiatum fuerat & hoc per Prophetam
Pſal.30.6. dicentem ex perſona filii ad patrem: *In ma-*
nus tuas [b] *commendo ſpiritum meum.* Sepultus
b quoque perhibetur, & lapis magnus poſitus
ad oſtium monumenti. Accipe etiam de hoc
quid propheticus per Hieremiam ſermo præ-
Thren.3.53. dixerit: *Mortificaverunt*, inquit, *in lacu vi-*
tam meam, & poſuerunt lapidem ſuper me. E-
videntiſſima hæc ſepulturæ ejus indicia pro-
pheticis vocibus deſignata ſunt; accipe tamen
Iſa.57.1. & alia: *A conſpectu*, inquit, *iniquitatis abla-*
Iſa.51.9. *tus eſt juſtus, & erit in pace locus ejus.* Et ali-
bi: *Et dabo malignos in ſepultura ejus.* Item
c alius: [c] *Recubans dormivit ut leo, & ut catulus*
Gen.49.9. *leonis: quis ſuſcitabit eum?*

28 Sed & quod in infernum deſcendit, e-
Pſal.21.16. videnter prænuntiatur in Pſalmis, ubi dicit:
Et in pulverem mortis deduxiſti me. Et iterum:
29.10. *Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendero in*
d *corruptionem?* Et iterum: [d] *Deſcendi in limum*
68.3. *profundi, & non eſt ſubſtantia.* Sed & Joannes
Matth.11.3. dicit: *Tu es qui venturus es,* [e] *in infernum ſine*
dubio, an alium exſpectamus? Unde & Petrus
e dixit: *Quia Chriſtus mortificatus carne, vivifi-*
1.Pet.3.18. *catus autem ſpiritu. In ipſo*, ait, *eis qui in car-*
cere incluſi erant, deſcendit ſpiritibus prædicare,
qui increduli fuere in diebus Noe, in quo etiam
quid operis egerit in inferno, declaratur. Sed
& ipſe Dominus per Prophetam dicit, tam-
Pſal.15.10. quam de futuro, *quia non derelinques animam*
meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre
corruptionem. Quod rurſus prophetice nihilo-
Pſal.29.4. minus oſtendit impletum, cum dicit: *Domi-*
ne, eduxiſti ab inferno animam meam, ſalvaſti
me a deſcendentibus in lacum. Sequitur poſt
hæc:

f 29 *Tertia die reſurrexit a mortuis:* [f] Reſur-
rectionis gloria in Chriſto, omne quod infir-
mum & fragile videbatur abſolvit. Si tibi pau-
lo ante non videbatur eſſe poſſibile uſque ad
mortem veniſſe immortalem; aſpice nunc quia
qui devicta morte reſurrexiſſe dicitur, non po-
teſt eſſe mortalis; ſed bonitatem in hoc intel-
lige creatoris, quia eo uſque ille miſerando
deſcendit, uſquequo tu peccando dejectus es.
Nec creatorem omnium Deum impoſſibilitatis
accuſes, ut ibi putes opus ejus caduco lapſu
potuiſſe concludi, quo ille id reparaturus per-
venire non poſſet. Inferna & ſuperna nobis
dicuntur, qui certa corporis circumſcriptione
concluſi, intra præſcriptæ nobis legis termi-
nos continemur. Deo autem qui ubique eſt,
& nuſquam deeſt, quod infernum eſt, aut
quod ſupernum patet. Verumtamen in aſſum-
tione corporis etiam iſta complentur. Reſu-
ſcitatur caro quæ depoſita erat in ſepulcro, ut
adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam:
Quia non dabis ſanctum tuum videre corruptio- Pſal.15.
nem. [g] Redit ergo victor a mortuis, inferni 10.
ſecum ſpolia trahens; eduxit enim eos qui tene- g
bantur a morte, ſicut & ipſe prædixerat, ubi ait:
Cum exaltatus fuero a terra, omnia ad me tra- Joan.12.
ham. Atteſtatur autem Evangelium de hoc, 32.
cum dicit: *Quia monumenta aperta ſunt, &* Matth.
multa corpora ſanctorum dormientium reſurrexe- 27.52.
runt & apparuerunt multis, & ingreſſi ſunt ſan-
ctam [h] *civitatem illam*, de qua Apoſtolus di- h
cit: *Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalem libera* Gal.4.
eſt, quæ eſt mater omnium noſtrum. Sicut ad 26.
Hebræos [i] iterum dicit: *Decebat enim propter* i
quem omnia, & per quem omnia, multos filios in Hebr.2.
gloriam adducentem, auctorem ſalutis eorum, per 10.
paſſionem conſummari. [k] Igitur conſummatam k
paſſionibus carnem humanam, quæ in mor-
tem ceciderat per protoplaſti lapſum, re-
ſurrectionis virtute reparatam, in dextera
ſedis Dei [l] altiſſimi collocavit. Unde & Apo- l
ſtolus dicit: *Qui ſimul conſuſcitavit nos, ſimul-* Ephes.1.
que ſedere fecit in cæleſtibus, hic enim erat fi- 20.
gulus, qui, ut Hieremias docet Propheta, *Vas* Hier.18.
de manu ſua collapſum & confractum, rurſum eleva- 4.
vit manibus ſuis, & reformavit ſicut placuit in
conſpectu ejus. Placuit autem ita, ut corpus
quod mortale & corruptibile ſuſceperat, de
ſepulcri petra levatum, & immortale atque
incorruptibile effectum, jam non in terrenis,
ſed in cæleſtibus & in patris dextera colloca-
ret. Plenæ ſunt de his ſacramentis ſcripturæ
veteris Teſtamenti. Nullus ſuper his Prophe-
ta, nullus legiſlator aut pſalmographus ſiluit,
ſed omnis pæne ſacra de his loquitur pagina:
& ideo ſuperfluum videtur immorari nos ad
congreganda teſtimonia. Pauca tamen & ad-
modum pauca ponemus, ad ipſos fontes di-
vinorum voluminum remittentes eos, qui po-
tare abundantius cupiunt.

30 Dicit ergo ſtatim in Pſalmis: *Ego dor-* Pſal.3.
mivi, & ſomnum cepi, & [m] *reſurrexi, quoniam* 6.
Dominus ſuſcepit me. Et iterum in alio loco: m
Propter

a *Canticorum*] Deeſt in codice Sangerm. vet. Oxon. & Froben.
b *Commendo*] *Commendabo* cod. Sangerm.
c *Recubans*] *Recumbens* edit. Oxon.
d *Deſcendi*] Sic Morel. & cod. Sangerm. alii *deſcendiſti*.
e *In infernum ſine dubio*] Sic cod. Sangerm. & Morel. niſi quod iſte habet *in inferno*. Deſunt apud Remb. Eraſm. & Pamel.
f *Reſurrectionis gloria*] *Reſurrectionis quippe gloria* Morel. & Pamel.
g *Redit*] Sic cod. Sangerm. Remb. Morel. Eraſm. *rediit* Pamel.
h *Civitatem illam*] Addit cod. Sangerm. *ſine dubio ingreſſi ſanctam civitatem*, Morel. *ſine dubio ingreſſi ſunt civitatem illam.*
i *Iterum*] Hanc vocem addidi ex cod. Sangerm. Remb. Morel. Paulo poſt legitur *paſſionem* in codicibus mſſ. Remb. Eraſm. alii *paſſiones*.
k *Igitur conſummatam*] Aliter in codicibus mſſ. Remb. Eraſm. & vet. Oxon. *Igitur conſummatam paſſionibus carnem, atque in eam protoplaſti lapſum reſurrectionis virtute reparatam.*
l *Altiſſimi*] Magis arridet lectio codicis Sangerm. *in altiſſimis*.
m *Reſurrexi*] Cod. Sangerm. *Surrexi, quoniam Dominus ſuſcipiet me.*

Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum
nunc exſurgam , dicit Dominus . Et alibi ſicut
Pſal.29. 4. jam ſuperius diximus. *Domine , eduxiſti de in-*
ferno animam meam : ſalvaſti me a deſcendenti-
Pſal.70. 20. *bus in lacum* . Et in alio : *Quoniam converſus*
vivificaſti me , & de abyſſa terræ iterum redu-
xiſti me . Evidentiſſime autem in octogeſimo
Pſal.87. 5. & ſeptimo Pſalmo de eo dicitur : *Et factus*
ſum ſicut homo ſine adjutorio , inter mortuos li-
ber . Non dixit homo , ſed ſicut homo . Sic-
ut homo enim erat , quia etiam deſcenderat
in infernum : ſed inter mortuos liber erat ,
quia a morte teneri noo poterat . Et ideo in
a uno natura humanæ fragilitatis , in alio [a] di-
vinæ majeſtatis oſtenditur . Oſee autem Pro-
pheta etiam de tertia die manifeſtiſſime præ-
Oſea 6. 2. nuntiat hoc modo : *Sanabit nos* , inquit , *poſt*
biduum : in die autem tertia reſurgemus & vive-
mus in conſpectu ejus . Hæc autem ex perſona
eorum dicit , qui cum ipſo die tertia reſur-
geotes , de morte revocantur ad vitam : & i-
Heb.13. 20. pſi ſunt qui dicunt : *Die tertia reſurgemus , &*
vivemus in conſpectu ejus . Eſaias vero aperte
dicit : *Qui educit de terra paſtorem magnum o-*
vium . Sed & quod mulieres viſuræ eſſent re-
ſurrectionem ejus , Scribis & Phariſæis & po-
pulo noo credentibus , etiam hoc prædixit E-
Iſa. 32. 9. ſaias his verbis : *Mulieres quæ venitis ab ſpe-*
ctaculo , venite : non enim eſt populus habens in-
tellectum . Sed & de illis quæ poſt reſurrectio-
nem perrexiſſe ad ſepulcrum dicuntur & quæ-
b ſiſſe eum , & non inveniſſe , ſicut [b] Maria
Magdalena refertur veniſſe ad monumentum
ante lucem , & oon invento eo , flens dixiſ-
Joan.20. 13. ſe ad angelos qui aderant : *Quia tulerunt Do-*
minum , & neſcio ubi poſuerunt eum : Etiam de
Cant. 3. 1. hoc ita prædicitur in Canticis Canticorum :
In cubili mea quæſivi quem dilexit anima mea ,
in noctibus quæſivi eum , & non inveni eum . De
illis quoque quæ invenerunt eum , & te-
nuerunt pedes ejus , prædicitur io Canticis
Ibid. Canticorum : *Tenebo eum , & non dimittam*
c *eum* [c] *quem dilexerit anima mea* . Hæc interim
d pauca de multis ; [d] brevitati enim ſtudentes
plura coacervare non poſſumus .

31 *Aſcendit in cælos , ſedet ad dexteram Pa-*
tris : inde venturus eſt judicare vivos & mor-
e *tuos* . [e] Conſequenti brevitate in fine ſermonia
hæc continentur ; in quibus quod dicitur qui-
dem palam eſt , ſed requiritur quo ſenſu io-
telligi debeant quæ dicuntur . Nam aſcendiſ-
f ſe & ſedere & venturum eſſe , ſi [f] ſecuodum
dignitatem divinitatis intelligas , aliquid per
hæc humanæ fragilitatis videbitur indicari .
Conſummatis etenim his quæ in terra gere-
bantur , & animabus de inferni captivitate re-
vocatis , aſcendere memoratur ad cælos , ſicut
Propheta prædixerat : *Aſcendens in altum , ca-* Epheſ.4. 8.
ptivam duxit captivitatem , dedit dona homini-
bus . Illa ſcilicet dona , quæ Petrus in [g] Actis g
Apoſtolorum de Spiritu ſancto dicebat : *Exal-* Act. 2. 33.
tatus ergo dextera Dei , effudit hoc donum quod
vos auditis & videtis . Donum ergo Spiri-
tus ſancti hominibus dedit : quia captivita-
tem , quam prius diabolus per peccatum de-
duxerat io infernum , Chriſtus per mortis
ſuæ reſurrectionem revocavit ad cælum . A-
ſcendit ergo ad cælos , non ubi Verbum
Deus ante non fuerat : quippe qui erat ſem-
per io cælis , & manebat in patre ; ſed ubi
Verbum caro factum ante non ſederat . De-
nique quia novus iſte ingreſſus portarum cæ-
li æditius & principibus videbatur , videntes
naturam carnis cælorum ſecreta penetran-
tem , dicunt ad invicem , ſicut David [h] h
plenus Spiritu enuntiat : *Tollite portas prin-* Pſal.23. 7.
cipes veſtras , & elevamini portæ æternales ,
& introibit Rex gloriæ . Quis eſt iſte Rex glo-
riæ ? Dominus fortis & potens , Dominus po-
tens in prælio . Quæ vox utique , noo pro-
pter divinitatis potentiam , ſed propter no-
vitatem carnis aſcendentis ad dexteram Dei
ferebatur . Dicit & alibi idem David : *A-* Pſal.46. 6.
ſcendit Deus in jubilatione , Dominus in voce
tubæ . In voce enim tubæ , moris victorum
eſt redire de prælio . De ipſo quoque &
alias dicitur : *Qui ædificat in cælo aſcenſum* Pſalm. 103. 3.
ſuum . Etiam alibi : *Qui aſcendit ſuper Che-* Pſal.17. 11.
rubim & volavit , volavit ſuper pennas vento-
rum .

32 Sedere quoque ad dexteram patris , car-
ois aſſumtæ myſterium eſt : neque enim in-
corporeæ illi naturæ convenienter iſta abſque
aſſumtione carnis [i] aptantur : neque ſedis cæ- i
leſtis profectum divina natura , ſed humana
cooquirit . Unde & dicitur de eo : *Parata* Pſalm. 92. 2.
ſedes tua Domine ex tunc , a ſæculo tu es .
Parata ergo a ſæculo ſedes eſt , in qua ſeſ-
ſurus erat is in cujus *nomine omne* [k] *genu flecti-* k
tur , cæleſtium , terreſtrium , & infernorum . Et Philip. 2. 10.
omnis lingua confitebitur ei , quia Dominus Jeſus
Chriſtus in gloria Dei patris eſt . De quo &
David ita refert : *Dixit Dominus Domino meo ,* Pſalm. 109. 1.
ſede a dextris meis , donec ponam inimicos tuos ,
ſcabellum pedum tuorum . Quæ tamen dicta
Dominus in Evangelio diſſerens , dicebat ad
Phariſæos : *Si erga David in ſpiritu Dominum* Matt.22. 45.
eum vocat , quomodo filius ejus eſt ? Per quod ſe
oſtendit ſecundum ſpiritum Dominum , ſecun-
dum caroem filium eſſe David . Unde & ipſe
Dominus iterum dicit : *Verumtamen dico vo-* Matt.26. 64.
bis a modo videbitis filium hominis ſedentem a
dextris

---

a *Divina majeſtatis*] Pamel. ex Froben. & vet. edit. legit *Divina poteſtas majeſtatis* ; ſed deeſt *poteſtas* in codice Sangerm. vet. Ox. Remb. Eraſm. Morel. Male in Oxon. editione *in una natura* .

b *Maria Magdalena*] Deeſt *Magdalena* in cod. Sangerm. Remb. Eraſm. Morel.

c *Quem dilexerit*] Cod. Sangerm. *quem dilexit* .

d *Brevitati enim*] Aliter in cod. Sangerm. Remb. Eraſm. Morel. *brevitati ſtudentes poſuimus , plura & relinquentes* . *Et* deeſt in codice Sangerm.

e *Conſequenti brevitate*] *Conſequentia brevitatis* codices mſſ. Remb. Eraſm. & Morel. *hæc continent* cod. Sangerm. Remb. Eraſm. *hæc continet* Morel.

f *Si ſecundum*] Sic Remb. Eraſm. Morel. *niſi* Pamel.

g *Actis*] *Actibus* mſſ. & veteres editiones.

h *Plenus Spiritu*] *Spiritu ſancto* Pam.

i *Aptantur*] *Adduntur* cod. Reg. Remb. Eraſm. Morel. *adaantur* cod. Sangerm.

k *Genu flectitur*] *Genu flecletur* cod. Sangerm.

dextri-*s virtutis Dei*. Et Petrus Apoſtolus di- 1. Petr. 3. 22. cit de Chriſto : *Qui eſt in dextera Dei, ſedens in cælis*. Sed & Paulus ad Epheſios ſcri- Epheſ. 1. 19. bens : *Secundum operationem*, inquit, *potentiæ virtutis ejus, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans eum a mortuis, & ſedere faciens in dextera ſua*.

33 Quod autem veniat judicaturus vivos & mortuos, multis quidem divinarum Scripturarum teſtimooiis edocetur : ſed priuſquam propheticis hæc eioquiis prædicta doceamus, illud neceſſario arbitror admoneodum, quod iſta fidei traditio quotidie nos vult de adveotu judicis eſſe ſollicitos; ut actus noſtros ita præparemus velut reddituri imminenti judici rationem. Hoc enim erat quod & Propheta Pſalm. 111. 5. dicebat de viro beato : *Quia diſponet ſermones ſuos in judicio*. a Quod antem dicitur judicare vivos & mortuos oon quod alii vivi, alii mortui ad judicium veniaot; ſed quod animæ ſimul judicabuntur & corpora, io quibus vivos animas, corpora mortuos nominavit. Sicut & ipſe Dominus in Evangelio dicit : Matth. 10. 28. *Nolite timere eos qui corpus poſſunt occidere, animæ autem nihil facere poſſunt : ſed timete potius eum qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam*.

34 Nunc jam paucis, ſi videtur, etiam per Prophetas hæc prædicta eſſe doceamus. Plura autem teſtimonia cum volueris, ipſe tibi de Scripturarum latitudine congregabis. Malach. 3. 2. Dicit ergo Malachias Propheta : *Ecce venit Dominus omnipotens, & quis ſuſtinebit diem adventus ejus, aut quis ſuſtinebit aſpectum ejus? quia ipſe* b *ingreditur ſicut ignis conflatorii, & ſicut ſpuma lavantium : & ſedebit conflans eas, & purgans ſicut argentum & ſicut aurum*. Ut autem evidentius agnoſcas quis ſit iſte Domious, de quo hæc dicuntur; audi Dan. 7. 13. quid & Daniel Propheta prænuntiat. *Videbam*, inquit, c *in viſu noctis, & ecce in nubibus cæli quaſi filius hominis veniens, & uſque ad vetuſtum dierum perveniet, & in conſpectu ejus oblatus eſt : & ipſi datus eſt principatus, & honor, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ ipſi ſervient, & poteſtas ejus poteſtas æterna, quæ* d *non peribit : & regnum ejus non corrumpetur*. Ex his ergo edocemur, noo ſolum de adveotu & judicio, ſed & de poteſtate ejus & regno, quia poteſtas ejus æterna ſit, & ſiue corruptionis fine ſit regnum, ſicut io Evangelio dicitur: Luc. 1. 33. *Regni ejus non erit finis*. Unde valde alienus a fide eſt, qui regoum Chriſti dicit aliquando fioiendum. Scire tamen debemus, quod ſalutarem hunc Chriſti adventum conabitur inimicus ad decipieodum fideles quoſque callida fraude ſimulare, & pro filio hominis qui exſpectatur veoturus in majeſtate patris ſui, filium perditioois in prodigiis & ſignis meodacibus præparare, ut pro Chriſto mundo huic iotroducat antichriſtum. De quo & ipſe Dominus in Evangeliis prædixit Judæis: *Quia ego veni in nomine patris mei, & non* Joan. 5. 43. *recepiſtis me : alius veniet in nomine ſuo, & ipſum recipietis*. Et iterum dicit : *Cum vi-* Matth. 24. 15. *debitis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, ſicut dicit Daniel Propheta : Qui legit, intelligat*. Daniel ergo de adveotu erroris iſtius plenius & latius in ſuis viſionibus edocet : ex quibus valde operoſum eſt exempla nunc ponere, quia ſatis amplis narratiooibus dilatantur. Et ideo ſcire de his plenius e delectaotem, ad ipſas magis receoſeodas remittimus viſiooes. Sed & Apoſtolus de eo dicit: *Ne quis vos ſeducat ullo modo : quoniam ni-* 2. Theſſal. 2. 3. *ſi diſceſſio venerit primum, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adverſatur & extollit ſe ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tamquam ſit Deus*. Et paulo poſt : *Et tunc revelabitur*, ioquit, Ibid. *inimicus, quem Dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui : & evacuabit illuminatione adventus ſui eum, cujus eſt adventus ſecundum opera ſatanæ, in omni virtute, ſignis & prodigiis mendacibus*. Et iterum paulo poſt : *Et ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati*. Propterea ergo propheticis & evaogelicis atque apoſtolicis vocibus nobis prænuntiatur hic error, ne quis pro adventu Chriſti adventum credat antichriſti. Sed & ipſe Dominus dixit : *Cum* Matth. 24. 23. *dixerint vobis, ecce hic Chriſtus, aut ecce illic, nolite credere : venient enim multi pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & ſeducent multos*. Sed quomodo demonſtrabitur judicium veri Chriſti, videamus : *Sicut fulgur*, io- Matth. 24. 27. quit, *de Oriente reſplendet uſque ad Occidentem : ita erit adventus filii hominis*. Cum enim advenerit verus Dominus Jeſus Chriſtus, ſedebit, & judicium ſtatuet : ſicut Evangelium dicit : *Et ſegregabit oves ab hæ-* Matth. 25. 32. *dis*, f id eſt, juſtos ſeparabit ab injuſtis. Sicut & Apoſtolus ſcribit : *Quia omnes nos* 2. Cor. 5. 10. *ſtare oportet ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſque propria operis ſui, prout geſſit ſive bona ſive mala:* judicabimur autem non ſoium pro geſtis, ſed & pro cogitatis, ſecundum quod & ipſe Apoſtolus dicit : *Inter ſe invicem* Rom. 2. 15. *cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus in die quo judicabit Deus occulta hominum* : ſed de his iſta ſufficiaot. Poſt hoc ponitur io ordine fidei.

35 *Et in Spiritu ſancto*. Ea quæ in ſuperioribus paulo latius de Chriſto ſunt tradita, ad incarnationis vel paſſionis ejus myſterium perti-

a *Quod autem &c.*] Sic cod. Sangerm. & Froben. ac vetuſtiſſima hujus operis editio, ut teſtatur Pamelius, qui tamen ſequi maluit corruptam hanc Rembolti, Eraſmi, & Morellii lectionem : *Quid autem dicitur judicare vivos & mortuos, niſi quod alii vivi, alii mortui ad judicium veniant?* Liquet ex his quæ ſequuntur exiſtimaſſe Ruffinum omnes morituros, & iccirco verba ſymboli ſubtilius interpretari voluiſſe, ne quis ex illis concluderet alios vivos, alios mortuos ad judicium venturos.

b *Ingreditur*] *Ingredietur* cod. Sangerm. & Remb. & poſtea iidem & Reg. *conflatores*.

c *In viſu noctis*] *Noctis* deeſt in codicibus mſſ. Remb. Eraſm. iidem habent : *Et omnis populus, tribus & linguæ ipſi ſervient*.

d *Non peribit*] *Non præteribit* cod. Sangerm. vet. Ox.

e *Delectantem*] *Volentem* Sangerm. Morel. vet. Ox.

f *Id eſt, juſtos ſeparabit ab injuſtis*] Sic cod. Sangerm. editi & *juſtos ab injuſtis*, Morel. *id eſt, juſtos ab injuſtis*.

pertinent. Quæ dum media intercedunt per-
a ſonæ ipſius [a] coaptata ſancti Spiritus comme-
morationem paulo longius reddiderunt. Ce-
terum ſi ſolius divinitatis ratio habeatur, eo
modo quo in principio dicitur, Credo in
Deo Patre omnipotente, & poſt hæc: In
Jeſu Chriſto Filio ejus unico Domino noſtro;
ita jungitur: Et in Spiritu ſancto: illa ve-
ro omnia quæ de Chriſto memorantur ad
diſpenſationem carnis, ut diximus, ſpectant;
igitur ſancti Spiritus memoratione adimpletur
myſterium Trinitatis. Sicut enim unus dici-
tur Pater, & alius non eſt Pater: unus dici-
tur & unigenitus Filius, & alius unigenitus
non eſt: ita & Spiritus ſanctus unus eſt, &
alius non poteſt eſſe Spiritus ſanctus. Ut er-
go fiat diſtinctio perſonarum, affectionis vo-
cabula ſecernuntur; quibus ille Pater intel-
ligatur, ex quo omnia, & quod ipſe non
habeat Patrem; Filius vero tamquam qui ex
Patre natus ſit; & Spiritus ſanctus tamquam
de Dei ore procedens & cuncta ſanctificans.
Ut autem una eademque in Trinitate divini-
tas doceatur; ſicut dictum eſt, in Deo Pa-
tre eredi, adjecta præpoſitione *in*: ita & in
Chriſto Filio ejus, ita & in Spiritu ſancto
memoratur. Sed ut manifeſtius fiat quod di-
cimus, ex conſequentibus approbabitur. Se-
quitur namque poſt hunc ſermonem.

b 36 [b] *Sanctam Eccleſiam, remiſſionem pecca-
torum, hujus carnis reſurrectionem*. Non dixit:
in ſanctam Eccleſiam, nec in remiſſionem
peccatorum, nec in carnis reſurrectionem.
Si enim addidiſſet *in* præpoſitionem, una
eademque vis fuiſſet cum ſuperioribus. Nunc
autem in illis quidem vocabulis, ubi de di-
vinitate fides ordinatur; in Deo Patre dici-
tur, & in Jeſu Chriſto Filio ejus, & in Spi-
ritu ſancto; in ceteris vero ubi non de divi-
nitate, ſed de creaturis ac myſteriis ſermo
eſt, *in* præpoſitio non additur, ut dicatur
in ſanctam Eccleſiam, ſed ſanctam Eccleſiam
credendam eſſe, non ut in Deum, ſed ut
c Eccleſiam [c] Deo congregatam: & remiſſio-
nem peccatorum credendam eſſe, non in re-
miſſionem peccatorum; & reſurrectionem car-
nis, non in reſurrectionem carnis. Hac ita-
que præpoſitionis ſyllaba creator a creaturis
ſecernitur, & divina ſeparantur ab humanis.
Is ergo Spiritus ſanctus eſt, qui in veteri Te-
ſtamento legem & Prophetas; in novo vero
Evangelia & Apoſtolos inſpiravit. Unde &
Apoſtolus dicit: *Omnis Scriptura divinitus in-
ſpirata, utilis eſt ad docendum*. Et ideo quæ 2. Tim. 3. 16.
ſunt novi ac veteris inſtrumenti volumina,
quæ ſecundum majorum traditionem per i-
pſum Spiritum ſanctum inſpirata creduntur,
& Eccleſiis Chriſti tradita, competens vi-
detur in hoc loco evidenti numero, ſicut
ex Patrum monumentis accepimus, deſi-
gnare.

37 Itaque veteris inſtrumenti primo o-
mnium Moyſi quinque libri ſunt traditi,
Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deu-
teronomium. [d] Poſt hos Jeſu Nave, & Ju- d
dicum ſimul cum Ruth: quatuor poſt hæc
Regnorum libri, quos Hebræi duos nume-
rant; Paralipomenon, qui dierum dicitur
liber; & Eſdræ libri duo, qui apud illos
ſinguli computantur, & Eſther: Propheta-
rum vero Eſaias, Hieremias, Ezechiel &
Daniel: præterea duodecim Prophetarum li-
ber unus: Job quoque & Pſalmi David ſin-
guli ſunt libri: Salomonis vero tres Eccleſiis
traditi, Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica
Canticorum. In his concluſerunt librorum
numerum veteris Teſtamenti. Novi vero qua-
tuor Evangelia, Matthæi, Marci, Lucæ,
Joannis: Actus Apoſtolorum, quos deſcripſit
Lucas, Pauli Apoſtoli [e] Epiſtolas quatuor- e
decim, Petri Apoſtoli Epiſtolas duas, Jacobi
fratris Domini & Apoſtoli unam, Judæ
unam, Joannis tres, Apocalypſim Joannis.
Hæc ſunt quæ Patres intra Canonem conclu-
ſerunt; ex quibus fidei noſtræ aſſertiones
conſtare voluerunt.

38 Sciendum tamen eſt, quod & alii li-
bri ſunt [f] qui non Canonici, ſed Eccleſia- f
ſtici a majoribus appellati ſunt: ut eſt Sa-
pientia Salomonis, & alia Sapientia quæ di-
citur filii Syrach, qui liber apud Latinos hoc
ipſo generali vocabulo Eccleſiaſticus appella-
tur; quo vocabulo non auctor libelli, ſed
ſcripturæ qualitas cognominata eſt. Ejuſdem
ordinis eſt libellus Tobiæ & Judith, & Ma-
chabæorum libri. In novo vero Teſtamento
libellus qui dicitur Paſtoris ſive [g] Hermetis, g
qui appellatur duæ viæ, vel [h] judicium h
Petri; quæ omnia legi quidem in Eccleſiis
voluerunt, non tamen proferri ad auctorita-
tem ex his fidei confirmandam. Ceteras ve-
ro ſcripturas apocryphas nominarunt, quas
in Eccleſiis legi noluerunt. Hæc nobis a
Patribus, ut dixi, tradita opportunum vi-
ſum eſt hoc in loco deſignare, ad inſtru-
ctionem eorum qui [i] prima fidei elementa i
ſuſci-

a *Coaptata*] Sic cod. Sangerm. Remb. Eraſm. alii *cooptata*.

b *Sanctam Eccleſiam*] Pamelius addit *catholicam* ex Froben. & vet. edit. Hieron. ſed deeſt illa vox in aliis codicibus editis & mſſ. nec a Ruffino explicatur, ut ipſe fatetur Pam.

c *Deo congregatam*] *Dei* cod. Sangerm.

d *Poſt hos*] *Poſt hoc* cod. Sangerm. Remb. Eraſm. Morel. In eadem voce idem paulo poſt diſcrimen occurrit, iidem præter Morellium habent *Regum libri*.

e *Epiſtolas*] Hanc vocem & quæ ſequuntur in plurali numero appoſuimus ex codd. mſſ. & vetuſtis editionibus. Pamelius legit *epiſtola* & ſic quæ ſequuntur.

f *Qui non Canonici*] Mirifice placet editori Oxonienſi hæc Ruffini de his veteris Teſtamenti libris ſententia. Sed unum eſt quod obſervatum velim. Ruffinus hos libros in canonem non admittebat, ſed nec eos vituperabat, nec eccleſias a quibus recipiebantur. Cum enim nondum inter omnes eccleſias ea de re conveniſſet, merito admittendi aut non admittendi venia dabatur & petebatur viciſſim. At longe alia Proteſtantium agendi ratio, qui his libris omnium conſenſu receptis notam erroris inuſſerunt, ac eccleſias quæ receperant, improbare auſi ſunt & damnare.

g *Hermetis*] Sic duo mſſ. *Hermatis* edit. *Hermes* Morel.

h *Judicium Petri*] *Judicium ſecundum Petrum* cod. Sangerm. & veteres edit. *ſecundum Petri* Reg.

i *Prima fidei*] Sic codices mſſ. & vetuſtæ Cypriani editiones; male Pamelius ex Hieronymi edit. *prima ſibi eccleſia ac fidei*.

ſuſcipiunt, ne ſciant ex quibus ſibi fontibus verbi Dei haurienda ſint pocula.

39 Tenet deinde traditio fidei ſanctam Eccleſiam. Cauſam jam ſuperius diximus, cur non dixerit etiam hic in ſanctam Eccleſiam, ſed ſanctam Eccleſiam. Hi ergo qui ſupra in unum Deum credere docti ſunt ſub myſterio Trinitatis, credere etiam hoc debent, unam eſſe Eccleſiam ſanctam, in qua una eſt fides, & unum baptiſma, in qua unus Deus creditur Pater, & unus Dominus Jeſus Chriſtus Filius ejus, & unus Spiritus ſanctus. Iſta eſt ergo ſancta Eccleſia, non habens maculam aut rugam. Multi enim & alii eccleſias congregarunt, ut Marcion, ut Valentinus, ut Hebion, ut Manichæus, ut Arius & ceteri omnes hæretici. Sed illæ eccleſiæ non ſunt ſine macula aut ruga perfidiæ. Et ideo dicebat de illis Propheta: *Odivi eccleſiam malignantium, & cum impiis non ſedebo.* (Pſalm. 25. 5.) De hac autem Eccleſia quæ fidem Chriſti integram ſervat, audi quid dicit Spiritus ſanctus in Canticis Canticorum: *Una eſt columba mea; una eſt perfecta* [a] *genetricis ſuæ.* (Cant. 6. 8.) Qui ergo hanc fidem in Eccleſia ſuſceperit, non declinet in concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introeat. Concilium namque vanitatis eſt, quod ait Marcion, qui negat patrem Chriſti Deum eſſe creatorem, qui per filium ſuum fecerit mundum. Concilium vanitatis quod Hebion docet, ita Chriſto credi debere, ut & circumciſio carnis, & obſervatio ſabbati, & ſacrificiorum ſolemnitas, ceteræque omnes obſervationes ſecundum litteram legis teneantur. Concilium eſt vanitatis quod Manichæus docet; primum quod ſe paraclerum nominavit, tum deinde quod mundum a malo factum dicit, Deum creatorem negat, Teſtamentum vetus repudiat, unam bonam, aliam malam naturam ſibi invicem adverſantes aſſerit, coæternas Deo animas hominum ſecundum Pythagoricos in pecudes & animalia & beſtias redire per diverſos naſcendi circulos adſtruit, reſurrectionem carnis noſtræ negat, paſſionem Domini & nativitatem non in veritate carnis, ſed in phantaſiis fuiſſe confirmat. Concilium vanitatis eſt, quod Paulus Samoſatenus & poſt ejus ſucceſſor Photinus aſſeruit Chriſtum non fuiſſe ante ſæcula natum ex Patre, ſed ex Maria cœpiſſe: & non eum Deum hominem natum, ſed ex homine Deum exiſtimat factum. Concilium vanitatis eſt, quod Arius atque Eunomius docuit, qui Filium Dei non ex ipſa Patris ſubſtantia natum, ſed ex nihilo creatum volunt, & Filium Dei habere initium, & minorem eſſe Patre, ſed & Spiritum ſanctum non ſolum minorem eſſe [b] Filio, ſed & mittendarium aſſerunt. Concilium vanitatis eſt & quod illi ajunt, qui Filium quidem de ſubſtantia Patris fatentur, ſanctum vero Spiritum ſeparant & ſecernunt; cum utique unam eamdemque virtutem & divinitatem oſtenderit Trinitatis Salvator in Evangelio, cum dicit: *Baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* (Matth. 28. 19.) Et eſt aperte impium ſeparari ab homine quod divinitus jungitur. Concilium vanitatis eſt & hoc, quod olim congregavit pertinax & prava contentio, aſſerens quidem Chriſtum carnem humanam ſuſcepiſſe, non tamen & animam rationalem: cum utique & carni, & animæ, & ſenſui, & menti una eademque ſalus a Chriſto collata ſit. Sed & illud concilium vanitatis eſt, quod Donatus per Africam traditionis Eccleſiam criminando contraxit; & quod Novatus ſollicitavit, lapſis pœnitentiam denegando, & ſecundas nuptias [c] cum forte iniri eas neceſſitas exegerit, condemnando. Has omnes ergo velut congregationes malignantium fuge, ſed & eos ſi qui illi ſunt qui dicuntur aſſerere, quod Filius Dei non ita videat vel noverit patrem, ſicut ipſe noſcitur & videtur a patre: vel regnum Chriſti eſſe finiendum, vel carnis reſurrectionem non integra naturæ ſuæ ſubſtantia reparandam: futurum Dei juſtum erga omnes negare judicium: diabolum debita abſolvere damnatione pœnarum. Ab his, inquam, omnibus fidelis declinet auditus, ſanctam vero Eccleſiam teneat; quæ Deum Patrem omnipotentem, & unigenitum Filium ejus Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, & Spiritum ſanctum concordi & conſona ſubſtantiæ ratione profitetur, Filiumque Dei natum ex virgine, & paſſum pro ſalute humana, & reſurrexiſſe a mortuis in eadem carne qua natus eſt credit, eumdemque venturum judicem omnium ſperat, in qua & remiſſio peccatorum & carnis reſurrectio prædicatur.

40 Verum de remiſſione peccatorum ſufficere deberet ſola credulitas. Quis enim cauſas aut rationem requirat, ubi indulgentia principalis eſt? Et tamen cum terreni regis liberalitas diſcuſſioni non ſit obnoxia, ab humana temeritate diſcutitur divina largitio? Solent enim cum irriſione dicere adverſum nos pagani, quod ipſi nos decipiamus, qui putamus crimina, quæ opere commiſſa ſunt, verbis poſſe purgari; & ajunt: Numquid poteſt qui homicidium commiſit, homicida non eſſe; aut adulter non videri, qui adulterium perpetravit? Quomodo hujuſcemodi criminum reus, ſanctus vobis effici ſubito videtur & purus? Sed ad hæc, ut dixi, melius fide quam ratione reſpondeo. Rex enim eſt omnium qui promiſit, terræ cælique Dominus eſt qui hæc pollicetur. Vis ut ei qui me hominem ex terra fecit non credam, quod ex criminoſo me faciat innocentem: & qui me cum eſſem cæcus, fecit videre; cum eſſem ſurdus, audire me fecit; qui mihi claudo reddidit greſſum; qui me infirmum, ſanum fecit; innocentiam mihi perditam non poterit reparare? Et tamen veniamus ad ipſius

---

a *Genitricis*] *Genitrici* cod. Sangerm.
b *Filio*] Hanc vocem addidi ex cod. Sangerm.
c *Cum forte*] Sic Pamelius, aliter in codice Sangerm. Remb. Eraſm. Morel. *Et ſecundas nuptias non iniri, eas, etiamſi neceſſitas exigit, condemnando.* Sic etiam cod. Reg. niſi quod *eas* deeſt.

ipſius naturæ teſtimonium. Occidere ho-
minem non ſemper criminoſum eſt, ſed ma-
litia non legibus occidere criminoſum eſt.
Non ergo factum me in talibus, quia inter-
dum & recte fit, ſed animus male conſulens
damnat. Si ergo animus in me, qui crimi-
noſus effectus eſt & in quo origo fuit vitii,
corrigatur; cur tibi non videar poſſe inno-
cens effici, qui prius fueram criminoſus? Si
enim, ut ſupra oſtendimus, conſtat quod
non in facto, ſed in voluntate ſit crimen,
ſicut mala voluntas, auctore malo dæmone,
a peccato me & morti fecit obnoxium; ita [a]
in bonum voluntas mutata auctore bono Deo,
innocentiæ me reddit & vitæ. Similis cauſa
& in ceteris criminibus. Et hoc modo fides
noſtra non invenitur naturalibus rationibus
adverſari; dum remiſſio peccatorum non ge-
ſtis quæ mutari non poſſunt, ſed animo quem
de malo in bonum verti poſſe certum eſt,
deputatur.

b 41 Sed & [b] ultimus iſte ſermo, qui re-
ſurrectionem carnis prænuntiat, ſummam to-
tius perfectionis ſuccincta brevitate concludit;
quamvis etiam de hoc non ſolum a gentili-
bus, ſed etiam ab hæreticis fides impugne-
tur Eccleſiæ. Nam Valentinus reſurrectionem
carnis omnimodo negat, & Manes, ſicut
ſuperius oſtendimus. Sed & iſti, qui Eſaiam
Iſa. 26. 19. Prophetam dicentem quidem: *Reſurgent mor-*
tui, & ſuſcitabuntur qui in monumentis ſunt,
audire noluerunt; nec Danielem ſapientiſſi-
Dan. 12. 2. mum omnium prophetantem: *Quia tunc re-*
ſurgent qui ſunt in terræ pulvere; hi quidem in
vitam æternam, hi autem in opprobrium & con-
fuſionem æternam; inde vel in Evangeliis quæ
recipere videntur, diſcere debuerunt a Do-
mino Salvatore noſtro Saducæos docente di-
Marc. 12. 26. ctum: *Quod autem reſurgant mortui, non legi-*
ſtis quomodo dicit Moyſes in rubo: Deus Abra-
ham, Deus Iſaac, & Deus Jacob? Deus au-
c *tem non eſt mortuorum*, [c] *ſed viventium*. In
quo etiam quæ ſit & quanta reſurrectio-
nis gloria, in ſuperioribus memoravit, cum
Matth. 22. 30. dixit: *In reſurrectione autem mortuorum neque*
nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli
Dei. Reſurrectionis ergo virtus angelicum
hominibus confert ſtatum, ut qui de terra
reſurrexerint, non iterum in terra cum pe-
cudibus, ſed in cælo cum angelis vivant;
d quos tamen ad hoc ratio [d] vitæ purioris ad-
miſerit: illos ſcilicet, qui jam non carni
ſerviunt, ſed animæ ſuæ carnem caſtis pudi-
S. Cypriani Opera.

citiæ frenis in obedientia ſancti Spiritus ſub-
jugaverunt, & omni eam vitiorum labe te-
nuatam, & ad ſpiritalem gloriam ſanctifica-
tionis virtute mutatam, angelorum quoque
meruerunt [e] conſortiis inſerre. e

42 Sed infideles reclamant & dicunt: Quo-
modo poteſt caro quæ putrefacta diſſolvitur,
aut in pulverem vertitur, maris etiam inter-
dum profundo ſorbetur, fluctibuſque diſper-
gitur, recolligi rurſum & redintegrari in
unum, & corpus ex ea hominis reparari? Ad
quos primam interim reſponſionem ſermoni-
bus Pauli faciamus, dicentes eis: *Inſipiens* 1. *Cor.*
tu, quod ſeminas [f] *non vivificabitur niſi prius* 15. 36.
moriatur. Et quod ſeminas, non corpus quod fu- f
turum eſt ſeminas, ſed nudum granum tritici,
aut alicujus ceterorum ſeminum: Deus autem
dat illi corpus prout vult. Quod ergo in ſemi-
nibus quæ tu in terram jacis, per annos ſin-
gulos fieri vides; hoc in tua carne, quæ
Dei lege ſeminatur in terra, futurum eſſe
non credis? Cur, quæſo te, tam anguſtus
& invalidus divinæ potentiæ æſtimator es,
ut diſperſum uniuſcujuſque carnis pulverem
in ſuam rationem colligi & reparari poſſe
non cenſeas; cum videas quod etiam morta-
le ingenium demerſas in profundum terræ
metallorum venas rimatur, & artificis oculus
aurum videt, in quo imperitus terram pu-
tet? Nec tantum quidem concedimus ei qui
fecit hominem, quantum homo qui ab ipſo
factus eſt, aſſequi poteſt? Et cum auri eſſe
propriam venam, & argenti aliam, æris quo-
que longe diſparem, ferrique & plumbi di-
verſas in terra ſpecies terræ latere, mortale
deprehendat ingenium: divina virtus inveni-
re poſſe ac diſcernere non putabitur uniuſ-
cujuſque carnis proprium [g] cenſum, etiam g
ſi videatur eſſe diſperſus?

43 Sed adhuc tentemus animas, quæ defi-
ciunt in fide, naturalibus rationibus adjuva-
re. Si quis diverſa ſemina in unum permi-
ſceat, & hæc indiſcreta ſeminet vel paſſim
ſpargat in terram; nonne uniuſcujuſque ſe-
minis, quocumque loci [h] fuerit ratio, com- h
petenti tempore ſecundum naturæ ſuæ ſpe-
ciem germen producit, & culmum ſuæ for-
mæ ſuique corporis reparat? Ita ergo uniuſ-
cujuſque carnis ſubſtantia quamvis varie & di-
verſe diſperſa ſit, ratio tamen ipſa quæ ineſt
unicuique carni immortalis eſt, quia immor-
talis animæ caro eſt. [i] Tempore quo ſemina- i
tis in terram corporibus primum verbum Dei
O 2 volun-

a *In bonum voluntas*] *Bona voluntas* mſſ. & vet. edit.
b *Ultimus*] Sic mſſ. & vet. edit. *ulterius* Pamel. Paulo poſt legitur in cod. Sangerm. *pronuntiat & gentibus*.
c *Sed viventium*] Hæc deſunt in Reg. & pluribus edit. *ſed vivorum* cod. Sangerm.
d *Vitæ purioris*] Sic vet. edit. Oxon. & cod. Sangerm. alii *prioris*. Ex eodem cod. paulo ante poſuimus *reſurrexerint*, pro eo quod habetur in editis *reſurrexerunt*.
e *Conſortiis inſerre*] Sic Pamel. ex vet. edit. Hieron. *conſortiis inſerere* duo mſſ. *miſceri* Remb. Eraſm. Morel.
f *Non vivificabitur*] *Non vivificatur* mſſ. vet. edit. Oxon. & Morel. Paulo poſt *exiſtimator* legitur in cod. Sangerm. Remb. Eraſm. Habet idem cod. Sangerm. *terram putat*.

g *Cenſum*] Ita hoc in loco & infra emendamus auctoritate cod. Sangerm. editi *ſenſum*. Paulo poſt poſuimus *diſperſus* ex vet. edit. Oxon. & Morel. editi *diſperſum*.
h *Fuerit ratio*] Sic etiam idem cod. editi *fuerat ſatio*.
i *Tempore quo*] Corruptus videtur hic locus, quem partim ex Pamelio & aliis nonnullis apud quos vox *immortalis* ſemel legitur, partim ex Morellio & vetuſta editione a Pamelio citata ſic libenter emendaverim: *Ratio tamen ipſa, quæ ineſt unicuique carni, quia immortalis animæ caro eſt, ex eo tempore, quo ſeminatis in terram corporibus veri Dei voluntati arriſit, collectum &c.* Confirmat hanc legendi rationem vet. edit. Oxon. quæ habet, *vere Dei voluntas*.

voluntate cum arriſerit, collectum de terra, & attractum ſubſtantiæ ſuæ cenſum reddit ac reparat in illa ſpecie, quam mors aliquando diſſolverat. Et ita fit ut unicuique animæ non confuſum, aut extraneum corpus, ſed ſuum quod habuerat reparetur: ut conſequenter poſſit pro agonibus præſentis vitæ cum anima ſua caro vel pudica coronari, vel impudica puniri. Et ideo ſatis cauta & provida adjectione fidem ſymboli Eccleſia noſtra docet, quæ in eo quod a ceteris traditur, carnis reſurrectionem, uno addito pronomine tradit hujus carnis reſurrectionem. *Hujus* ſine dubio, quam is qui profitetur, ſi-
a gnaculo crucis fronti impoſito [a] contingit; quo ſciat unuſquiſque fidelium, carnem ſuam ſi mundam ſervaverit a peccato, futuram vas eſſe honoris, utile Domino ad omne opus bonum paratum: ſi vero contaminata fuerit in peccatis, futuram eſſe vas iræ ad interitum. Jam vero de ipſa reſurrectionis gloria, & de promiſſionum magnitudine ſi quis plenius ſcire deſiderat, omnibus pæne divinis voluminibus inveniet indicari; ex quibus nos commonitionis tantummodo gratia, pauca in præſenti loco memorantes, finem injuncti a te opuſculi faciemus. Igitur Apoſtolus Paulus quod reſurgant mortui, tali-
1. Cor. bus aſſerit argumentis, dicens: *Quod ſi re-*
15. 13. *ſurrectio mortuorum non eſt, ergo nec Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, vacua eſt & fides noſtra.* Et paulo poſt: *Nunc autem Chriſtus reſurrexit a mortuis, primitiæ dormientium. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam*
b *omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes* [b] *vivificantur: unuſquiſque autem in ſuo ordine; initium Chriſtus, deinde hi qui ſunt Chriſti in adventu ejus, deinde finis.* Et in conſequen-
Ibid. tibus addit etiam hæc: *Ecce myſterium vobis dico: Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.* Sive ut in aliis exemplaribus invenimus, *Omnes quidem dormiemus, omnes autem non immutabimur, in momento, in ictu oculi, in noviſſima tuba. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur.* Sed & ad Theſſalonicenſes nihilomi-
1. Theſ- nus ſcribens, dicit: *Nolo autem vos ignora-*
ſal. 4. 12. *re, fratres, de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut & ceteri qui ſpem non habent. Nam ſi credimus quia Jeſus mortuus eſt, & reſurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Jeſum adducet cum illo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini: quia nos qui vivimus, qui relicti ſumus in adventu Domini non præveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe Dominus in juſſu, in voce Archangeli, in tuba Dei deſcendet de cælo, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi: deinde nos qui vivimus, qui relicti ſumus, ſimul cum illis rapiemur in nubibus obviam Chriſto in aera, & ita ſemper cum Domino erimus.*

44 Verum ne exiſtimes hæc Pauli ſolius
[c] prædicatione quaſi novella ſignari: audi c
quid etiam Ezechiel Propheta olim per Spi-
ritum prælocutus ſit: *Ecce*, inquit, *ego ape-* Ezech.
riam ſepulcra veſtra, & educam vos de ſepul- 37. 21.
cris veſtris. Job quoque myſticis redundans totus eloquiis, audi quam evidenter reſur-
rectionem prædicet mortuorum: *Eſt*, inquit, Job 14. 7.
arbori ſpes: ſi enim abſciſſa fuerit, iterum pullulabit, & virgultum ejus numquam deficit: quod ſi ſenuerit, in terra erit radix ejus. Si autem in petra mortuus fuerit, truncus ejus ab odore aquæ reflorebit, & faciet fruticem quaſi novella. Vir vero ſi mortuus fuerit, abiit: & mortalis ſi ceciderit, ultra jam non erit? Non tibi videtur in his cum quodam pudore arguere homines & dicere: Itane eſt ſtultum hominum genus, ut cum videant exſciſſæ arboris truncum iterum pullulare de terra, & lignum emortuum iterum vitam recipere; ipſi nec lignis ſimile aliquid de ſemetipſis, nec arboribus opinentur? Ut autem ſcias quod velut interrogantis modo legen-
dum ſit [d] quod dixit: *Mortalis autem cum* d
ceciderit, non reſurget? de conſequentibus probat, ſubjungit namque ſtatim: *Si autem mortuus fuerit homo, vivet.* Et paulo poſt dicit: *Exſpectabo uſquequo iterum fiam.* Et
iterum idem dicit: *Qui reſuſcitaturus eſt* [e] e
ſuper terram pellem meam, quæ hæc nunc haurit.

45 Hæc quidem dicta ſunt ad comprobationem profeſſionis noſtræ, qua confitemur in ſymbolo hujus carnis reſurrectionem. Quod enim adjunctum eſt, *hujus*, vide quam conſonum ſit omnibus his quæ de exemplis di-
vinorum voluminum [f] memorabamus. Quid f
enim aliud indicatur in dictis Job, quæ ſuperius expoſuimus, cum dicit: *Qui reſuſcitabit pellem meam quæ hæc nunc haurit*, id eſt, quæ iſta tormenta perpetitur, nonne aperte hujus carnis dicit reſurrectionem futuram, *hujus*, inquam, quæ tribulationum & tentationum cruciamenta nunc ſuſ-
tinet? Sed & Apoſtolus cum dicit: *Opor-* 1. Cor.
tet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, 15. 53.
& mortale hoc induere immortalitatem: numquid non corpus ſuum quodammodo contingentis, & digito palpantis eſt vox? Hoc ergo quod nunc corruptibile corpus eſt, reſurrectionis gratia incorruptibile erit, & hoc quod nunc mortale eſt, immortalita-
tis virtutibus induetur; ut ſicut *Chriſtus re-* Rom. 6.
ſurgens a mortuis, jam non moritur, neque 9.
mors ei ultra dominabitur: ita qui & in Chriſto reſurgunt, nec corruptionem ſentient ultra, nec mortem, non natura carnis abjecta,

a *Contingit*] *Contegit* cod. Sangerm. Remb. & Morel. *contegit* Eraſm. Paulo ante in edit. Oxon. mendoſe *profertur* pro *profitetur*.
b *Vivificantur*] Sic mſſ. & vetuſtæ editiones, *vivificabuntur* Pamel.
c *Prædicatione quaſi novella*] *Prædicatione novella* Sangerm. & plures editi; ſic etiam infra; *eſt radix ejus, ad odorem aquæ* in mſſ. & edit. pluribus.
d *Quod dixit*] *Quod ut dixit patientiſſimus Job* edit. Oxon.
e *Super terram*] *De terra* Sangerm.
f *Memorabamus*] *Memoravimus* Sangerm. & vet. Ox.

jecta, ſed conditione ejus & qualitate mutata. Erit ergo corpus quod reſurget a mortuis incorruptibile & immortale, non ſolum juſtorum, ſed etiam peccatorum. Juſtorum quidem, ut ſemper poſſint permanere cum Chriſto: peccatorum vero, ut abſque internecione ſui debitas luant pœnas.

46 Quod autem juſti ſemper cum Domino Chriſto permaneant jam & in ſuperioribus edocuimus, ubi oſtendimus quia Apoſto-
(1. Theſſa. 4. 16.) lus dicit: *Deinde nos qui vivimus, qui relicti ſumus, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obviam Chriſto in aera, & ita ſemper cum Domino erimus.* [a] Nec mireris ſi ſacroſancta ſanctorum corpora in tantam gloriam reſurrectionis mutabuntur, ut in occurſum Domini ſuſpenſa nubibus & aere vectata rapiantur; cum ipſe Apoſtolus exponens quantum conferat Deus his qui diligunt eum, dicat:
(Philip. 3. 21.) *Qui transformabit corpus humilitatis noſtræ,* [b] *conforme corpori fieri claritatis ſuæ.* Nihil ergo abſurdum eſt, ſi ſanctorum corpora dicantur nubibus in aera ſuſtolli, cum ad formam corporis Chriſti quod in dextera Dei ſedet, dicantur eſſe reformanda. Sed & hoc ſanctus Apoſtolus, vel de ſe, vel de ceteris ſui lo-
(Ep'eſ. 2. 6.) ci vel meriti, addit & dicit: *Quia coexcitavit nos cum Chriſto, ſimulque fecit ſedere in cæleſtibus.* Unde cum hæc & horum ſimilia quamplurima in repromiſſionibus habeat re-
(Sup. 3. 7.) ſnrrectio juſtorum; non erit jam difficile credere etiam illa quæ Prophetæ prædixerunt:
(Matth. 13. 43.) quod *juſti fulgebunt ſicut ſol & ſicut ſplendor firmamenti in regno Dei.* Cui enim difficile videbitur, eos fulgorem ſolis habituros, & ſiderum ac firmamenti hujur ſplendore decorandos, quibus vel vita & converſatio angelorum Dei paratur in cælis, vel conformandi dicuntur ad gloriam corporis Chriſti? Ad quam gloriam Salvatoris ore promiſſam reſpi-
(1. Cor. 15. 44.) ciens ſanctus Apoſtolus, dicit: *Quia ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale.* Si enim verum eſt, ſicut certe verum eſt, quod juſtos quoſque & ſanctos angelorum conſortiis ſociabit divina dignatio; certum eſt quod & corpora eorum in ſpiritalis corporis gloriam vertat.

47 Nec hoc tibi contra naturalem corporis rationem videatur eſſe promiſſum. Si
(Gen. 2.) enim ſecundum ea quæ ſcripta ſunt, quod accipiens Deus limum terræ plaſmavit hominem, credimus, & hæc eſt natura corporis noſtri, ut voluntate Dei terra verteretur in carnem; quid tibi aut abſurdum aut contrarium videtur, ſi eiſdem rationibus, quibus lutum profeciſſe dicitur in corpus animale, [c] rurſum corpus animale, in corpus proficere ſpiritale credatur? Hæc quidem atque his ſimilia multa invenies in Scripturis divinis de reſurrectione juſtorum. Dabitur autem & peccatoribus, ut ſupra diximus, incorruptionis & immortalitatis ex reſurrectione conditio, ut [d] ſicut juſtis miniſtrat ad perpetuitatem gloriæ, ita peccatoribus ad prolixitatem confuſionis miniſtret & pœnæ. Sic enim propheticum definit eloquium, cujus & paulo ante meminimus, ubi dicit: *Et multi reſurgent de terræ pulvere: hi quidem in vitam* (Daniel. 12. 2.) *æternam, hi autem in confuſionem & opprobrium æternum.*

48 Si ergo intelleximus qua veneratione Deus omnipotens Pater dicatur, quove ſacramento Dominus noſter Jeſus Chriſtus unicus Filius ejus habeatur, & qua perfectione ſanctus Spiritus ejus nominetur; utque ſancta Trinitas unum ſit per ſubſtantiam, ſed affectu perſoniſque diſcreta: quid etiam partus virginis, quid verbi in carne nativitas: quid ſacramentum crucis, quæ utilitas divini ad inferna deſcenſus; quæ reſurrectionis gloria, & animarum de infernis revocata captivitas; quid etiam aſcenſur ad cælum; & venturi judicis exſpectatio: ſed & ſanctæ Eccleſiæ adverſum congregationes vanitatis, qualis haberi debeat agnitio, qui ſacrorum voluminum numerus; quæve hæreticorum vitanda conventicula: utque in peccatorum remiſſione divinæ libertati nequaquam ratio naturalis obſiſtat, & ut carnis noſtræ reſurrectionem non ſolum divinæ vocis, ſed & ipſius Domini & Salvatoris exemplum & conſequentia naturalis rationis aſſignet: ſi, inquam, hæc ſecundum traditionis ſupra expoſitæ regulam conſequenter advertimus; deprecemur ut nobis & omnibus qui hæc audiunt, concedat Dominur, fide quam ſuſcepimus cuſtodita, curſu conſummato, exſpectare repoſitam coronam juſtitiæ; & inveniri inter eos qui reſurgunt ad vitam æternam, liberari vero a confuſione & opprobrio ſempiterno: per Chriſtum Dominum noſtrum per quem eſt Deo Patri omnipotenti cum ſancto Spiritu gloria & imperium in ſæcula ſæculorum.

A D

---

a *Nec mireris*] Reg. & edit. plures ſic habent: *Nec miror ſacroſancta* &c. Infra duo mſſ. *qui transformavit*.

b *Conforme corpori fieri*] *Conforme corpori filii* duo mſſ. Remb. Eraſm. *conforme fieri corpori filii* Morel.

c *Rurſum corpus animale*] Hæc deſunt in mſſ. & Remb. Eraſm. Morel.

d *Sicut juſtis*] Male Morel. & Pamel. *ſicut Deus juſtis*. Emendavi auctoritate Sangerm. Remb. Eraſm.

AD VIGILIUM EPISCOPUM, DE JUDAICA INCREDULITATE.

Celſi cujuſdam in altercationem Jaſonis & Papiſci, Præfatio.

a ª ETSI plurimos gentilium ſcio, Vigili
1 ſanctiſſime, ab ordine atque ratione
veritatis averſos, quominus Dominum no-
b ſcant, cæcitate mentis errare; ᵇ tamen ma-
gis Judaicæ plebis inſaniam novi adverſus no-
men Domini, pertinaci etiam nunc duritia
cordis, ingenita & patrum iniquitate perſta-
c re, ᶜ averſantes veram ſalutem, nec inqui-
rentes vitæ æternæ datorem, ut qui delictis
ſtirpis antiquæ ſunt pari merito nequitiæ ge-
nitalis obnoxii, ſaltem vel ſero credentes
d poſſint converſi ad Domini timorem ᵈ ſatiſ-
factione omni pœnitentiæ ab iniquitatibus li-
berari: ſed perſtat & durar adhuc & ſem-
e per, ᵉ puto, durabit ad uſque progeniem
ſuccidaneam innata patrum irreligioſa perfi-
dia; quæ adverſus odium nominis Domini
f incredulitatis ᶠ inſania roborata, nec ad agno-
ſcendam veritatem poteſt corrigi, nec ad ti-
morem Dei ipſius monitis doceri atque ſua-
deri. Cum autem doceat Dominus & oſten-
Joan. 8. 12. dat, dicens: *Ego ſum lumen ſæculi, qui me*
ſecutus fuerit, non ambulabit in tenebris, ſed
g *habebit lumen vitæ:* ᵍ quæ, malum, ratio
eſt, oſtenſum divinitus vitæ lumen omitte-
re, & mentis cæcitate malle tenebras mor-
tis eligere, ut oſtendat damnationis ſuæ pro-
h priæ voluntatis ʰ libera & illicita perditione,
i contra Deum etiam illa nolle ⁱ quæ profunt?
Secundum quod & per Domini vocem in-
crepatam Hieruſalem, quod colligi noluerit,
k ᵏ Deo illam volente colligere, loquitur Spi-
ritus ſanctus, & bonitatem Dei manifeſtat
Matth. 23. 37. peccatoribus ſubvenire jugiter velle: *Hieruſa-*
lem Hieruſalem, quæ interficis Prophetas & la-
pidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui col-
ligere filios tuos, ſicut gallina colligit filios ſuos
l *ſub axillas, & noluiſti?* Adeo Dei voce ˡ ma-
nifeſto perfidi populi contumacia denotatur,
ut etiam ſalutem propriam ſuam ſemper ad-
verſus clementem miſericordiam Domini ſpre-
viſſe doceatur. ᵐ Inde Propheta benevolen- m
tiam Dei, exhortatione prædicationis offe-
rens & inſinuans proclamat & ſuadet, di-
cens: *Revertimini ad me, & ego revertar ad* Malach.
vos, dicit Dominus. ⁿ Alius quoque ſimiliter 3. 7. n
miſericordiam Domini ſempiternam manere
demonſtrans, addidit, dicens: *Nolo mortem* Ezech.
morientis, quantum ut revertatur & vivat, di- 33. 11.
cit Dominus.

2 Quid eſt ergo reverti ᵒ ad Dominum, o
quam in Chriſtum credendo, per eum qui
eſt via veniendi ad patrem, Deo reconcilia-
tum poſſe ſalvari? Quomodo autem reverti
ad Deum poſſunt, qui ei per quem eſt agni-
tio & reverſio ad Deum, voluntatem Dei
prædicanti credere noluerunt? Aut quomodo
Deum ſatisfactione aliqua placare ᵖ potue- p
rint, qui eum qui eſt ſatisfactio & placatio
pro nobis apud patrem, ſacrilega impugna-
tione perſequi maluerunt? *Si enim advoca-* 1. Joan.
tum Chriſtum habemus apud Deum patrem, 2. 1.
ſervare ea quæ nos docuit & monuit, quæ-
que ᵠ apud patrem locuturus eſt, ſollicito ti- q
more facere debemus. Igitur nos qui mente
in Domini metum prona, mandatorum ejus
monitia inſiſtimus, & religioſi ac venerabilis
cordis ʳ fidem & credulitatem de ejus timore r
concepimus; quid aliud ſequi, quid cupe-
re, quid magis velle ac tenere debemus,
quam ut omni a nobis mentis antiquæ nocte
diſcuſſa, & caligine vitæ prioris abſterſa,
mandatorum Domini ſalutarium memores,
ac vitæ æternæ promiſſa retinentes, ad ejus
monita revertamur, & in ipſius lumine quod
oſtendit, firmata credulitate gradiamur; ut
qui ignari aliquando ſalutis futuræ, in erro-
ribus implicati vitæ prioris, ac tenebris aberra-
vimus, illuminati nunc ejus veri luminis cla-
ritate, & oſtenſo nobis atque patefacto me-
lioris vitæ limite, Domini mandata ſequen-
da & gerenda teneamus.

3 Hoc

---

a *Etſi plurimos*] Ante hæc verba legitur in cod. Colbertino 1453. *Cyprianus Vigilio fratri ſalutem.*

b *Tamen*] *Tunc* in omnibus codd. mſſ. Paulo ante editi habent *adverſos.*

c *Averſantes*] Sic omnes codices mſſ. & paulo poſt *inquirentes*, editi *averſantis* & *inquirentis*. Paulo ante conjunctionem & addidi ante *patrum* ex cod. Remigiano.

d *Satisfactione*] *Omnimoda ſatisfactione pœnitentiæ* Remig.

e *Puto, durabit*] Has voces addidimus ex cod. Remig.

f *Inſania*] Sic duo codices mſſ. editi *infamia*, ſic etiam *ad agnoſcendam* in duobus codicibus mſſ. *noſcendam* editi.

g *Quæ, malum, ratio eſt*] Aliter in duobus antiquis codicibus: *Hæc* (id eſt, Judæa) *maluit ratione oſtenſum divinitus lumen omittere, & mentis cæcitatem alere & tenebras mortis eligere*, &c.

h *Libera & illicita perditione*] Sic quatuor codices mſſ. editi *liberam* &c.

i *Quæ profunt*] Aliter unus cod. mſ. *quæ poſſunt.*

k *Deo illam*] Sic quatuor codices mſſ. editi *Domino.*

l *Manifeſte*] Sic codd. tres melioris notæ, editi *manifeſta.*

m *Inde Propheta*] Emendavimus auctoritate trium codd. mſſ. quod mendoſe antea legebatur: *Propheta item alius benevolentiam Dei exhortatione offerens, prædicatione inſinuans.*

n *Alius quoque*] Sic tres codices mſſ. editi *alias quoque ſimiliter miſericordiam ſuam Deus*, unus codex mſ. *per alium.*

o *Ad Dominum*] Has voces addidi ex cod. Remig. & paulo poſt *aliqua* ante *placare.*

p *Potuerint*] Sic codex Remig. editi *potuerunt*, unus cod. mſ. *poterunt.*

q *Apud patrem*] Sic codex Remigianus cum alio, editi *ad patrem*; quidam codices mſſ. *locutus eſt.*

r *Fidem & credulitatem*] Sic emendavi auctoritate cod. Remig. editi *fide credulitatem*. Paulo poſt *concepimus* & *revertamur* ex eodem cod. & nonnullis aliis, pro eo quod eſt in editis *concipimus* & *vertamur.*

3 Hoc lumen nobis vitæ ſalutatis exortum,
hoc in reparationem hominis natum de Dei
patris procuratione ac miſeratione præſidium
Magi primi ab Orientali parte venientes, &
ſtella duce Judæorum regem palam præſcia
prædicatione quærentes, afferentes etiam mu-
nera, teſtificata omnibus inquiſitione mon-
ſtrarunt. Et ne aliquibus quis ille eſſet, abſ-
a conſum [a] foret, inventum puerum prociden-
tes genibus adorarunt; ſicut teſtificatur Evan-
Matth. 2. gelium, dicens: *Cum autem natus eſſet Jeſus*
1. *in Bethleem Judæ in diebus Herodis regis, ec-*
ce Magi ab Oriente venerant in Hieroſolymam di-
centes: Ubi eſt qui natus eſt Rex Judæorum?
Vidimus enim ſtellam ejus in Oriente, & veni-
mus adorare eum, teſtificantes ſcilicet verita-
tem de eo, etiam ſtellam ſibi ſignum atque
indicium nativitatis ipſius eſſe monſtratam,
b qua indice natum [b] eſſe illum Magis prædi-
cantibus & affirmantibus, Hieroſolymis cre-
deretur. Simeon quoque juſtus qui in cæcita-
c te conſtitutus, [c] divino monitus oraculo au-
dierat ſe non ante moriturum quam vidiſſet
Chriſtum; cum in templum omni populo præ-
d ſente infantem ſecum [d] inferret mater, & in
ſpiritu natum eſſe Chriſtum ſenſiſſet, acce-
ptum in manus puerum vidit; & benedicens
Deum, in conſpectu & auditu omnium di-
Luc. 2. xit: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine, ſe-*
29. *cundum verbum tuum in pace, quoniam vide-*
runt oculi mei ſalutare tuum. Simeon quod
e cæcus audierat, evidenti veritate [e] perfe-
ctum eſſe annuntiabat; & veritatem quam
accepto lumine viderat, benedicendo palam
Deum populo prædicabat. Ad hoc enim vi-
derat, ut referret, & revelatione ſua quod
Chriſtus natus fuiſſet, oſtenderet; & perfi-
di populi initia prima incredulitatis inſtrue-
ret.

4 Nec hoc ſolum teſtimonium de eo Scri-
pturarum cæleſtium veritas perhibet, verum
& per Prophetas ante Spiritus ſanctus adven-
tum ejus in hunc mundum futurum, palam
mente omnium conſciente prædicavit. Nec
eſt obtentus excuſationis incredulis, vel igno-
raſſe Dei filium Chriſtum, vel neſciſſe futu-
rum Salvatoris adventum; ſicut David ma-
Pſal. 18. nifeſtat, dicens: *Dies diei eructat verbum,*
3. *& nox nocti indicat ſcientiam; non ſunt ſermo-*
nes nec verba, quorum non audiantur voces eo-
rum. In omnem terram exivit ſonus eorum, &
trans fines terræ fines eorum. In ſole poſuit taber-
naculum ſuum, id eſt, [f] in manifeſta luce, pa- f
lam ſeipſum veniſſe monſtravit; & [g] per præ- g
dicationem Prophetarum quodammodo omni-
bus ſuæ præſentiæ oſtenſionem comprobavit.
Hoc etiam Eſaias, per quem Dominus præ-
ſentiam ſuam clara annuntiationis manifeſta-
tione monſtravit, prophetat & dicit: *Ego i-*
pſe qui loquebar, veni, id eſt, qui per Prophe-
tas ante adventum meum futurum prælocutus
fueram, ipſe nunc veni, ut omnibus præſen-
tiam meam ipſe ego teſtis mei manifeſtem.
Quid evidentius? Quid hac luce præclarius?
Quid verius poteſt dici? ut ergo oculis quo-
dammodo perſpectus eſſet; ſe veniſſe, ipſe
qui fuerat jam venturus, antequam veniret
oſtendit, & incredulitate [h] mentes populi per- h
fidi obſtruente, venientem nemo cognovit.
Sicut idem Eſaias in prima increpatione po-
puli proclamat, dicens: *Cognovit bos poſſeſſo-* Iſa. 1. 3.
rem ſuum, & aſinus præſepium domini ſui, Iſra-
el autem me neſciit, & plebs me non intellexit. Pa-
lam cunctis ſicut ipſe prædixit apparuit, & ſe-
dentibus in tenebris manifeſtum vitæ lumen
effulſit, & [i] injuſtitia perfidorum pectus ob- i
ſeſſum, poſtpoſita propria ac rejecta ſalute,
tenebras potius cæcitatemque cordis elegit.

5 [k] Frequentat ubique atque manifeſtat pro- k
phetatio cunctorum, qui [l] ſancto Spiritu l
præmonente adventus Domini metatores eſ-
ſe ſortiti ſunt. Hoc lumen ſæculo datum,
& diem nobis ſalutis exortum, vivificandis
quoque in eum credentibus deſtinatum docet
in Pſalmis Spiritus ſanctus & oſtendit, di-
cens: *Lapis quem reprobaverunt ædificantes,* Pſ. 117.
hic factus eſt in caput anguli: a Domino [m] *fa-* 22. m
ctus eſt iſte, & eſt admirabilis in oculis noſtris:
iſte dies eſt quem fecit Dominus, ambulemus &
jucundemur in eo. In hoc die nos ambulare
Paulus quoque Apoſtolus præcipiens & do-
cens ac præmonens, dicit: *Nunc enim propius* Rom. 13.
eſt nobis ſalus quam cum credimus; nox præceſ- 11.
ſit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus er-
go opera tenebrarum, & induamur arma lucis,
ſicut in die honeſte ambulemus, id eſt, in Chri-
ſto & mandatis ejus, cujus lumine ac moni-
tis luminati, & in claritate diei ejus inven-
ti, proximam nobis ſalutem [n] credula in eum n
mente conſpicimus.

6 Solem quoque eſſe Chriſtum cunctis ti-
mentibus eum, Malachias Propheta teſtatur &
promittit, dicens: *Vobis autem timentibus nomen* Malach.
meum orietur ſol juſtitiæ, & ſanitas in alis ejus; 4. 2.
oſten-

a *Foret*] Hanc vocem addidi ex Remig. alius *eſſet*.

b *Eſſe illum*] Has voces addidi ex Remig. Paulo poſt *crederetur* in quatuor codicibus mſſ. *crederent* in edit.

c *Divino monitus oraculo*] Sic Remig. alius *divino reſponſo monitus*; editi *divino monitu*.

d *Inferret*] Sic Remig. cum alio; editi *ferret*.

e *Perfectum eſſe annuntiabat*] Sic Remig. editi *perfectum eſt*.

f *In manifeſta luce*] Sic Remig. *in manifeſto in luce* edit.

g *Per prædicationem*] Editi *& prædicatione per Prophetas ſui oſtenſione quodammodo omnibus ſuam præſentiam probavit*. Hæc & quæ ſequuntur uſque ad has voces *& incredulitate* emendavi auctoritate codicis Remig. cui alii magna ex parte conſentiunt.

h *Mentes*] Sic Pamelius, plerique codices mſſ. *mentis*, deeſt in accuratiſſimo codice Remig. unde conjicio hanc vocem, quæ per ſe inutilis eſt, expungendam eſſe. Paulo poſt *populi* ex eodem cod. & aliis quatuor; editi *populo*.

i *Injuſtitia*] Sic Remig. cum duobus aliis; editi *juſtitia*. Paulo poſt *cæcitatemque cordis* ex eodem codice poſuimus pro *cæcitate cordis*.

k *Frequentat ubique atque*] Sic Remig. cum plerisque aliis; editi *frequentatur*.

l *Sancto Spiritu*] Deſunt hæc verba in Remig. & duobus aliis, *præmonente* in eodem codice, ex quo etiam ſequentem periodum in editis corruptam emendavimus.

m *Factus eſt iſte*] Sic Remig. & alii duo, *factum eſt iſtud* editi.

n *Credula*] Sic Remig. editi *credulitatis*.

oſtendens ex nullo nobis ſalutem poſſe con-
ferri, niſi in paſſione crucis ejus, qua exten-
a dens maous [a] cuncta ſæculi ſalvaturus ample-
xus eſt, ut converſo ad eum timore creda-
mus æternitatem vitæ, & ſpe futuri regni e-
jus aoimemur. Quis enim tam ſtolidus ac de-
mens, quis ſic ab intellectu ſuæ ſalutis alie-
nus, qui tot & tantis veritatis teſtimoniis in-
b credulus, non [b] adverſus meram fidem obdu-
ratum pectus intellectu veritatis emolliat, &
tenebris vitæ quondam mortalis exutus, in lu-
mine præceptorum cæleſtium gradiens, ad di-
vina monita & Domini ſalutaria gerenda man-
c data, illumioato corde, [c] tota mentis ac fi-
dei credulitate convertat: ut quem Prophetæ
prædicaveruot, Deum noſcat; ut Chriſtum
qui ſe palam mundo veniſſe monſtravit, in-
telligat; ut Scripturis divinitus teſtificantibus,
Dei Filium & Deum credat. Sicut ipſe, quæ
Joan. 17. 3. ſit vita æterna, manifeſtat, dicens: *Hæc eſt
autem*, ait, *vita æterna, ut cognoſcant te ſolum
& verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chri-
ſtum:* docens atque oſtendens, nihil aliud eſ-
ſe Deum noſſe, quam credere, & oculos cor-
dis in Dominum prona, immo tota pectoris
d fide [d] & devotione mentis aperire. Inde jam
fit ut credendo iotelligas, intelligendo quod
credis, illumiuato corde conſpicias; ſicut i-
dem ipſe Dominus & per Eſaiam ante mo-
Iſa. 7. 9. net, dicens: *Si non credideritis, nec intellige-
tis*. Tam facilis & præſtans & larga eſt at-
que abundans de Domini pietate clementia,
ut ſi quis ſemel ſeſe ad eum toto timore
converterit, ad cæleſte munus admiſſus, ſta-
tim mens ejus non jam niſi ad divina pa-
teat, & ad cælum ac ſuperna oculos cordis
attollens, Chriſti lumen ac patriam ſalutis
aſpiciat.

7 Exemplum ac documentum noſtri timo-
ris & fidei, ex ipſius Abrahæ patriarchæ fi-
deli credulitate monſtratur, qui repromiſſio-
ni Dei mente ſimplici ſtatim credidit, & i-
deo ad juſtitiam deputari ei condigna remu-
neratione commeruit. Hoc Deus diligit, hoc
appetit, hoc in ſervis ſuis benignus remunerat
e & honorat, ſimplicitatem [e] videlicet mundi cor-
dis, quo eum cernimus, timorem dilectionis
Domini, quo probamur, credulam fidem men-
tis, qua juſtitiæ deputamur. Hanc fidem ſe-
qui, hunc Dei timorem ſervare nos conve-
nit; qui cuſtodientes verba cæleſtia, & ſpe-
rantes promiſſa divina, filii Abrahæ merui-
mus nuncupari. Quod Apoſtoli Pauli, qui
Dei voce vas electionis eſt dictus, conteſta-
tione firmatur dicentis: *Sic Abraham credidit* Gal. 3. 6.
Deo, & [f] accepto latum eſt ei ad juſtitiam. Co- f
*gnoſcite ergo, quoniam qui ex fide ſunt, hi ſunt
filii Abrahæ*. Hoc Judaicus populus, cui a
primordio legis monita loquebantur, incre-
dulæ mentis duritia & perfidi cordis inſania
ſervare noluit; & ideo pro diffidentiæ meri-
to, filiorum nomen amiſit. Non tamen o-
muium perfidæ gentis, adverſus nomen Do-
mini, quominus intelligerent veritatem, o-
dio [g] obdnrata mens eſt. Etiamque [h] Spiri- g h
tus ſanctus, id eſt, Chriſtus Dominus noſter
profectus ex Deo Patre venit ut ſalvum fa-
ceret quod perierat Iſraelis; qui major ac
fortior ad ſubigenda contumacium colla in
timorem ſui nominis & poteſtatem, eos qui
adverſus lumiois ſui claritatem, obſtinata e-
tiam tunc mentis cæcitate durabant, ad no-
titiam claritatis & gloriæ ſuæ tam facile
convertit; quam ut omnes ſalvos faceret pro-
videntia ſuæ divinæ miſericordiæ [i] dignatus i
advenit.

8 Nam ut duri cordis tunc & impiæ ple-
bis ad Domini metum ipſo Domino evange-
lizante converſas mentes ſileam; ut Apoſtolo-
rum ejus prædicatione multiplicatum in toto
orbe & reverſum credentium populum con-
ticeſcam; illud præclarum atque memorabile
glorioſumque Jaſonis Hebræi Chriſtiani, &
Papiſci Alexandrini Judæi diſceptationis occur-
rit; Judaici cordis obſtinatam duritiam, [k] k
brevi admonitione ac leni increpatione mol-
litam; & victricem in Papiſci corde Jaſonis
de Spiritus ſancti infuſione doctrinam: qua
Papiſcus ad intellectum veritatis admiſſus,
& ad timorem Domini ipſo Domino miſe-
rante formatus, & Jeſum Chriſtum Filium
Dei credidit, & ut ſignaculum ſumeret de-
precatus, Jaſonem poſtulavit. Probat hoc
Scriptura concertationis ipſorum, quæ col-
lidentium inter ſe, Papiſci adverſantis verita-
ti, & Jaſonis aſſerentis & vindicantis, diſpo-
ſitionem & plenitudinem Chriſti, Græci ſer-
monis opere ſignata eſt: ad cujus tranſlatio-
nem ad intellectum Latinum, animante Dei
ope, & juvantis [l] fidei firmitate, ſervata ver- l
borum proprietate, intrepidus acceſſi; & his
qui ab intellectu Græcæ docilitatis alieni ſuot,
interpretata integra ſignificatione verborum,
& intellectus omnis ac veritatis manifeſta-
tione patefacta, Romani ſermonis ratio-
ne diſcuſſa, diſſerui. Cujus laboris proba-
tionem

---

a *Cuncta ſæculi*] Aliter in quodam codice Baluzii, nunc bibliothecæ Regiæ, *cuncta ſæcula complexus eſt*. Quæ ſequuntur emendata auctoritate cod. Remig. cui alius ex parte conſentit. Sic legebatur apud Morel. *converſo* (Pamel. *erga*) *ad eum timore credamus & ad æternitatem vitæ ſpei futuri* &c.

b *Adverſus meram*] Sic Remig. cum duobus aliis, quorum alter habet *adverſus veram fidem*: editi *adverſus in merum* vel *in veram*.

c *Tota*] Remig. & alius *toto*, videlicet corde toto; paulo poſt *quæ ſit vita*, Remig. *qui ſit*, alius *quid ſit*.

d *Et devotione*] In hac verborum complexione & in ſequentibus codicem Remig. accurate ſequimur, ac multa emendamus, velut quod vitioſe in editis legebatur, *tota pectoris fide devota mentis*, & non multo poſt *Chriſti lumen parta jam ſalutis aſpiciat*.

e *Videlicet*] Addidimus ex Remig. Paulo poſt ex eodem *quo eum cernimus*, pro eo quod erat in editis, *quo quidem ejus cernimus*.

f *Accepto latum eſt*] *Mandato reputatum eſt* Remig.

g *Obdurata*] Sic Remig. editi *durata*.

h *Spiritus ſanctus*] Aliter in Remig. *Dominus enim Chriſtus Dei filius Dominus noſter, qui profectus*.

i *Dignatus*] *Ac dignatione* Remig.

k *Brevi admonitione*] Sic Remig. editi *Hebræa admonitione*.

l *Fidei juvantis*] Sic Remig. & alius, editi *viventis*.

tionem tibi, cariſſime, qui utriuſque linguæ inſtructione fundatus es, impenſa petitione committo: ut qui ſancti Spiritus veneratione verecundus es, collata utriuſque operis lectione, audaciam verecundæ temeritatis explores; & examine judicii tui, quæ minus a nobis vel impropric forte digeſta ſunt, auctoritate Spiritus ſancti, qui in pectus tuum inundatione gratiæ cæleſtis influxit, comprobes & emendes: ſitque ad te de iſta lectione ab humilitate noſtra mandata legatio, & inſinuanda tibi in nos prima dilectionis petitio; ut parvitatem fidei meæ, cum diſcipulorum tuorum inſtructione atque eruditione conjungas; & me quem in alia parte hujus provinciæ conſtitutum propter viſendos vultus tuos non itineris longinquitas terruit, nec ſenium ac difficultas fatigati ac feſſi jam corporis retardavit, ſed animante [a] famulatu Domini, & urgente feſtinata cupiditate properandi, contemta quoque omni tribulatione inopiæ atque penuriæ, quantacumque virium facultate veniendi, ſanctimoniæ tuæ celebris huc fama perduxit, [b] ad proximam dilectionis tuæ caritatem, cum unanimitate fraternitatis admittas; & amori tuo quem diſcipulis ſuis Dominus hereditatis titulo reliquit, conjungas pariter & adſciſcas; ut exſpectem pariter cum fratribus in apertione oris tui ſplendorem gratiæ luminis Chriſti. Tu enim ſequeris in tractatibus tuis lumen vitæ, quod Dominus oſtendit, quod Chriſtus adveniens æternam ſe eſſe vitam monſtravit.

9 Certe quam mihi læta illa, quam exoptabilis dies eſt, cum [c] miſericordia Domini ac favore accerſitione dilata, ſenectam iſtam meam proferre contigerit; ut & orationibus ſanctorum impenſe & jugiter deprecantium Dominum [d] conjungi merear, ut Chriſti martyrem videam, ut coronam juſtitiæ, quæ tibi penes Dominum depoſita eſt, portare conſpiciam. Non autem putaveris martyrii tibi, ſecundum præſens votum [e] fidei, gloriam tribui. Tunc inde felicitatis hujus collata dignatio eſt; tunc judicio juſto Dominus elegit deſtinatum martyrem, cum te exemtum de juſtorum grege atque aſſumtum ſibi de inopinato conſtituit [f] altari ſuo ſacerdotem. Præclara prorſus & glorioſa vocationis electio, & de Domini dignatione nova atque inaudita & mira felicitas; transmarinæ peregrinationis neceſſitatibus occupatum, ad deſtinatum tibi munus, ignarum ac neſcium repente veniſſe: atque ita regreſſus tui tempus ad hoc eſſe libratum, ut [g] inſpirata celeritate veniendi, intelligeres atque dignoſceres honorem ſacerdotii cæleſtis inter ceteros tibi potiſſimum deſtinatum, &, quod juſſione Domini exſpectatus venires atque occurreres, [h] reſervatum. Ut enim Eccleſiæ ſuæ Dominus tota miſerationis pietate conſuleret, [i] dimicantis plebis mora, quem potius eligeret epiſcopum, te quærenti populo ſuo Chriſtus inopinatum repente obtulit, & complacitum ſibi cæleſtis providentia, manifeſte adventus tui improviſa occurſione monſtravit: & documentum repentini ac [k] pernicis occurſus, procurationem Dei voluntatis oſtendit; ut quod difficili expeditione potuiſſet occurrere, facili celeritate perfectum ſit, [l] urgentis Domini juſſione; & ut prius te in Eccleſia Dei epiſcopum ſtare conſpiceres & ſtuperes, quam veniſſe [m] dignoſcereris.

10 Inde dilectionem jam tecum ſuam Dominus initiata caritate firmavit; inde amicitiam tecum, quam diſcipulis ſuis [n] ſub triumpho crucis ſuæ tradidit dedicavitque, dicens; *Si feceritis quæ mando vobis, jam non dica vos ſervos, ſed amicos*; (Joan. 15. 14.) inde martyrium, inde ſacerdotii electionem ſignavit. [o] Magna amicitia eſt, per quam ad Chriſti vultus admitteris, extraordinaria hoſtia pervenire. Sic eliguntur juſti, ſic probantur religioſi, ac ſimplices [p] in Chriſti timore electi; ut ante remunerationi fidei deſtineris, ante præmio devotæ mentis in Domino dignus habearis, quam venerit hora decreti, quam exceperis ſententiam Chriſti, probatam te & paratam hoſtiam electio cæleſtis inveniat. Etenim ille te, qui non mendax eſt Deus, qui epiſcopum plebi ſuæ de improviſo conſtituit, ille plena dilectione ſuæ voluntatis te coronabit. Tunc tantum ut noſtri memineris petimus, & oramus, cum [q] pudice allectionis Domini probata atque immaculata hoſtia, ante Chriſti tribunal adſtiteris; cum gloria gratiæ Dei, præmium devotæ mentis ac remunerationem acceperis; memoriæ hæreat & tenaciter in ſenſibus tuis maneat, quam nobis impertire dignaris, dilectio caritatis; ut orationibus tuis peccata noſtra veniam conſequantur, ut meritis juſtitiæ tuæ, vitæ noſtræ delicta purgentur. Etenim martyrii inſtar eſſe confido, peccatorem ju-

a *Famulatu*] Sic Remig. editi *ſtimulatu*.

b *Ad proximam*] Sic idem; editi *ad permixtam*. Paulo poſt ex eodem legimus *ut exſpectem*, pro eo quod eſt in editis *expertum*, & *tu enim ſequeris* pro *ſequar*, & *vitam ſe eſſe* pro *vitam eſſe*.

c *Miſericordia Domini ac favore*] Sic Remig. editi *miſericordia Domini favore*.

d *Conjungi merear, ut*] Hæc addita ex eodem codice.

e *Fidei*] Editi addunt *noſtræ*, quidam codices mſſ. *veſtræ*, neutrum in Remig. Paulo poſt *de inopinato* in Remig. & aliis duobus.

f *Altari ſuo*] Sic Remig. deeſt *ſuo* in editis.

g *Inſpirata*] Sic Remig. & Sorbon. editi *inſperata*.

h *Reſervatum. Ut enim*] Sic Remig. & alii tres; *reſervatus ut* in editis.

i *Dimicantis plebis*] Remig. *dimicationis* editi.

k *Pernicis*] Remig. cum tribus aliis, *perennis* editi.

l *Urgentis*] Remig. cum quatuor aliis, *urgente* editi.

m *Dignoſcereris*] Sic Remig. editi *dignoſceris*.

n *Sub triumpho*] Sic codices mſſ. & Morel. *cum triumpho* Pamel.

o *Magna*] Hanc vocem addimus ex cod. Remig. idem cum alio habet *pervenire*, editi *pervenis*.

p *In Chriſti timore*] Sic codices mſſ. *in Chriſtum* editi.

q *Pudice*] Sic Remig. non male in alio *pudica*: editi *pudicitia*. Auctoritate ejuſdem cod. Remig. & aliorum nonnullorum legimus *tenaciter* pro *teneas ut*, & *promereri* pro *promovere*, & alia nonnulla emendamus.

a [a] juſti petitione meruiſſe ſalvari ; ut &, cum ipſe promereri quid precibus tuis minus poſſis, martyris meritis liberteris. Sic Job juſtus pro amicorum trium peccatis a Deo rogaturus & impetraturus oſtenditur, & probatio timoris ejus & fidei Domini voce teſte ſignatur. Cum ergo in die liberationis tuæ, cariſſime, repræſentare te Chriſti vultibus cœperis; cum in æternitatem perpetuitatemque vivendi regnare cum Chriſto felici ſorte ſucceſſeris; pro Domini miſericordia, in mente jam habe puerum tuum [b] Celſum, ſanctiſſime. b

a *Juſti petitione*] Sic Remig. *juſti martyris* edit. & paulo poſt *martyris precibus* in cod. Remig.

b *Celſum*] *Cæcilium* cod. Remig.

TRACTATUS ADVERSUS JUDÆOS QUI INSECUTI SUNT DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM.

INCERTO AUCTORE.

1 ATTENDITE ſenſum & intelligentiam veſtram [c] in Spiritu ſancto, ut c non tantum auribus audiatis, ſed etiam oculis cernatis divinum Chriſti ſacramentum. Cernitis autem per fidem veſtram : audire enim neceſſitatis eſt, credere ſollicitudinis. Aurium officium eſt, indifferenter pariter vana atque utilia perſpicere ; fidei autem, nonniſi quæ probaverit, credere. Neque enim quidquam prodeſt libenter audire, niſi credulitas auditum confirmet. Fidei oculi ſunt ſpiritus, per quem videntur ſpiritalia. Si ergo vos eſtis d ſpiritales, intelligite cæleſtia. [d] Similes enim ſui ſimilia recognoſcunt : etiam muta animalia de vocis ſono invicem ſe intelligunt, leones fremitum, tauri mugitum, & miles tubæ voces. Quanto ergo verius ſpiritales ſpiritalia intelligunt, cæleſtes & heredes patris ſui præ- e cepta & ea quæ teſtamento patris [e] ſui cauta ſunt? Vos ergo cum ſitis Chriſti heredes, intelligite teſtamentum ejus. Quod ſi quis per ætatem minus docibilis eſt ad intelligendum, habet Spiritum ſanctum interpretem, illum ſequatur ; illo duce & magiſtro facillime poterit novi teſtamenti jura virtutemque cognoſcere, quod hereditas gentibus contributa eſt, hoc modo.

2 Deus & Pater in principio fecit hominem ſua manu, eumque poſuit in paradiſo, data certa conditione præceptorum vitæ, legis & teſtamenti. Ille autem contemtis patris præceptis, expulſus eſt paradiſo in ſuam terrigenam nativitatem, in qua etiam defunctus eſt : ſed Deus ſuſcitavit genus juſtum de ſemine Adæ, quod ſemen conſervavit in populum, ſuper filium Noe & heredes ejus. Ex illo genere invenit hominem juſtum, cui imperavit ut faceret fabricam in modum machinæ, capacitatis [f] certæ menſurarum compagibus; ut f illa conditus cum [g] fratribus ſuis Noe, ſervaretur g per illud genus : ſed juſſerat Deus, propter injuſtitiam hominum, orbem terræ aquis inundantibus deperire. Igitur poſtea ſalvus factus eſt cum ſuis Noe, cui conſtituit & Deus præcepti ſui teſtificationem dicens : *Omnis res cibus vobis, quaſi pabulum olerum, excepta carne in ſanguine vitæ* ; Gen. 9. 3. & poſuit hujus teſtificationis ſignum [h] in arcu. Poſt hæc rurſus Dominus Deus h teſtificatus eſt Abrahæ in Iſaac, hoc modo dicens : *Tibi dabo hanc terram & ſemini tuo, & faciam te patrem multarum gentium*. Gen. 17. 8. Et exinde increvit ſemen in multitudinem populi, & diviſum eſt in duodecim Patriarchas. Sed etiam illis quoque Dominus teſtificationem poſuit in monte Choreb per Moyſen, de quo loco expulſis gentibus conſtituit illic populum quem accepit & poſſedit promiſſa ſibi hereditate : quibus etiam pleraque ſigna & miracula oſtendit Deus, quaſi cariſſimo filio. Sed idem populus perceptis tot tantiſque beneficiis, adverſatus eſt patri, & dereliquit Deum vivum. Dereliquit enim Iſrael Dominum, oſtendens ei terga, & non faciem : nam faciem ſuam convertit ad idola ; & interficiendo miſſos ad ſe Prophetas, qui de Chriſto prædicabant, exinde conſuevit Iſrael perſequi Chriſtum, non tantum in corpore advenientem, ſed etiam cum a Prophetis annuntiaretur. Univerſos etenim vates perſecuti ſunt, ex quibus quoſdam lapidibus inſectati, alios indigne excruciando peremerunt, non tantum ipſos,

c *In Spiritu*] Male Pamelius *& in Spiritu*.
d *Similes*] Sic codices mſſ. *ſimilia* editi. Paulo poſt *tubæ voces* ex cod. Colb. editi *tubam*, duo alii codices mſſ. *tubæ*.
e *Sui*] Hanc vocem addimus ex tribus codicibus mſſ. & Morel.

f *Certæ*] *Certa menſurarum compage* duo codices mſſ.
g *Fratribus*] Legendum putat *filiis* Pamelius, ſicque in Oxonienſi editione legitur; ſed omnes codices vetuſti cum Morellio habent *fratribus*.
h *In arcu*] Sic Pamelius, quamvis Morellius & codices mſſ. habeant in *arca*.

ſos, ſed & per eos Dominum Chriſtum. Quæ
enim hujus probatio? ſcilicet eo quod inſi-
mulatos, & infidos, & perfidos, mendaces,
& contrarios Chriſti ſuſceperint; veros au-
tem & fidei plenos impugnaverint. Moyſen
maledicebant, quoniam Chriſtum prædicabat:
Dathan amabant, qnoniam Chriſtum non
prædicabat. Aaron repudiabant in ſacerdotio,
quoniam Chriſti ſimilitudinem præſerebat:
Abiron conſtituebant, qunniam Chriſto con-
tradicebat. David oderant, quoniam Chriſtum
canebat: Saul extollebant, quoniam Chri-
ſtum non loquebatur. Samuelem reſpuebant,
a quoniam Chriſtum loqnebatur: [a] Agag ſer-
vabant, nihil enim de Chriſto loquebatur.
Hieremiam lapidabant Chriſtum vaticinan-
tem: Ananiam diligebant Chriſtn adverſan-
tem: Iſaiam ſecabant Chriſtum vociferantem:
Manaſſe magnificabant Chriſtum perſequen-
tem. Joannem interimebant Chriſtum de-
monſtrantem, Zachariam trucidabant Chri-
ſtum diligentem; Judam diligebant Chriſtum
tradentem.

3 Videtis quemadmodum Chriſtum qui di-
ligunt, odiuntur: qui odiunt, amore fla-
grant apud indignam plebem. O pertina-
b ciam perſecutinnis [b] indignam uſque ad mor-
tis exterminationem: non enim tantummo-
dn teſtes Domini impugnaverunt, ſed & ipſi
Domino perfidi coloni contumeliam ſecerunt
Patri in Filio. Quid igitur digni ſuerunt pa-
ti ob hoc admiſſum? ſcilicet fugari de regno,
abdicari hereditate: & ita factum eſt, & ita
evenit, digna dignis obtigerunt. Pater enim
contumeliam paſſus in Filio, Filius perpeſ-
c ſus in Prophetis tempore qun [c] morieban-
d tur; in ſuo tempore coactus eſt [d] indignatio-
ne ſcribere nnvum Teſtamentum, adhibitis
teſtibus cælo & terra, & Angeln de templn,
aſſiſtentibus Moyſe & Helia. Hos enim teſtes
adhibuit, cum pateretur in Iſrael; hæc ita
Iſa. 1. 2. facta prædixit per Prophetas, his verbis: *Au-
di cælum & præbe aurem terra, quoniam Domi-
nus locutus eſt: Filios genui & exaltavi; ipſi
autem me ſpreverunt.*

e 4 Has voces [e] effudit Dominus in Iſrael,
vociferans & dicens: Vos me nnluiſtis, alii
me recipient, qui nondum nec mentionem
mei audierunt. Vos nuptias meas ſpreviſtis,
alii ibunt qui non ſunt vocati. Vos meum
rus, & vineam meam colere recuſaſtis, un-
de fructus juſtitiæ proveniunt; alii colent &
fructus capient in Deo. Quæ iſta tam dira
mens & execranda cogitatio? Interficere er-
go potuiſtis regem & ſponſum? propter hoc
teſtes ſunt cælum & terra, & quæ in illis
ſunt elementa: Inſuper omnis creatura te-
ſtis eſt in mnrtem Chriſti. O novam crude-
litatem! commota eſt omnis nativitas in Do-

S. Cypriani Opera.

mini paſſione; pnpulus manſit immobilis ſi-
ne trepidatione: Angelus in pœnitentiam con-
ciſo velamine reſugit; plebs autem ſine pa-
vore, integra veſte permanſit: converſa ſunt
elementa & confuſa; Iſrael ſecurus duravit.
O duritia nova, o audacia ſingularis, n per-
fidia cruenta! Pilatus exteræ gentis judex ſæ-
cularis, poteſtate temporalis, purificavit ma-
nus & abluit ſcelus neceſſitatis, dicens: *Inno-* *Matt. 27.*
cens & immanis ſum ab ejus ſanguine; plebs au- *24.*
tem nec alienum nec externum imitata eſt,
& inſuper acclamabat; *Affige in cruce, tolle;* *Ibid.*
ſanguis hujus ſuper nos & ſuper filios noſtros.
Vinlenta crudelitas, & plebs inhumana: &
corda obtuſa & oculi recluſi, interſecerunt
bene merentem ſuum, nec lacrimas profu-
derunt. Lugebant Apoſtoli, & populus glo-
riabatur: tremebat terra, & plebs lætabatur;
judicabatur Dominus, & Iſrael exſultabat: pa-
tiebatur Chriſtus, & impii exclamabant: cru-
ciabatur Dominus, & plebs lætabatur: ſuſ-
pendebatur Dominus, & plebs epulabatur:
hac ignomininſa ſua ſolemnitate iniqua conſilia
conſignaverunt, delicto crudelitateque ſua.

5 Dic mihi & loquere, impie Iſrael, ta-
lem hoſtiam obtuliſti, patri immolando ſuum
filium? Talia profudiſti libamina, ſangui-
nem pignoris [f] acceptiſſimi Deo? Ducebas cho- f
reas Hieruſalem, cum interficeretur Chriſtus;
ſauſtis vncibus cantus dabas, cum diceres;
Affige, ſuſpende. Prnpter hoc in fame & in *Iſa. 1. 13.*
ægritudine: Popule Iſrael, queritur de te Do-
minus, *Neomenias*, ait, *ſabbatum, & diem ma-
gnum non patior; ferias & jejunium execratur a-
nima mea.* Nec immerito Deus odivit cæremo-
nias veſtras, in quibus nnicum & primarium
filium ejus peremiſtis. O diem durum & ho-
ram flebilem, & ſnlemnitatem lugubrem, &
terram inſauſtam, & civitatem prnſanam, &
populum Domini nece cruentum. Interfece-
runt enim Dominnm, & latronem liberave-
runt. Ob hanc ergn cauſam coactus eſt Do-
minus novum ſacere Teſtamentum, cnnſigna-
tum ſeptem ſignaculis, teſte Moyſe & Helia
in monte; ubi præcepit ne pateſieret Scri-
pturæ ſacramentum, niſi filius hnminis reſur-
rexiſſet a mortuis: ſed mox ut ſurrexit Do-
minus die tertia, aperuit teſtamentum no-
vum, teſtamentum vitale, atque ita dixit:
Venite exteræ gentes, heredes mei; Iſrael
enim nnn obaudivit: quapropter ite diſcipu-
li in ultimam uſque terram, & prædicate
per orbem his verbis. Venite undique patriæ
gentium, introite in æternam hereditatem;
Iſrael enim noluit. Ne dubitetis; nulla hic
exceptio eſt, nec ingenuitatis, nec dignitatis,
nec conditionis, nec poſitionis, nec formæ,
nec ætatis; licet dignitate magnifici, licet no-
biles, licet ſenes, licet juvenes, licet pauperes,

P 2 divi-

---

a *Agag*] Sic Pamel. ex conjectura, quia nuſquam ſervaſſe *Acham* leguntur Judæi, ſed 1. Reg. 15. refertur pepercisſe Saul & populus Agag regi Amalech. Morelius & tres mſſ. *Acham*.

b *Indignam*] Sic emendavimus auctoritate trium codicum mſſ. *dignam* editi.

c *Moriebantur*] Tres codices mſſ. *moriebatur*.

d *Indignatione*] Sic Morel. & duo codices mſſ. *in indignatione* Pamel.

e *Effudit*] *Effundit* cod. Colbert.

f *Acceptiſſimi*] Unus codex mſſ. *acceptiſſimum*.

divites, boni malique, domini atque ſervi,
æqualiter introite in hereditatem: & ſi pedi-
bus captus eſſet, corpore deformis; etſi ma-
culis turpis, & capite deſectus videatur; etſi
oculis defectus, univerſis libere licet diſcum-
a bere in convivio, & [a] epulari in nuptias
ſponſi.

6 Ne hominem pudeat nec ætatis, nec hu-
militatis, nec valetudinis, nec conditionis;
conſuevit enim Dominus hujuſmodi hominem
ſuſtinere. Nam & cæcis oculos reſtituit, &
claudos ambulare fecit, & mutis ſermonem
reddidit, & maculoſos emundavit, & mor-
tuos ſuſcitavit. Ne timeatis qui peccaſtis: prio-
res ad vitam venite, nec qui homicidium fe-
b cerit, paveat, quia fecerat; nec [b] furatus a-
liena deſperet quia involaverat; nec publica-
nus timeat, quia concuſſerat. Omnibus enim
remiſſio peccatorum ſtatuta eſt, & tales Do-
minus deſiderat humilitate abjectos, & ſpecie
indecoros, & valetudine fractos, & ſervitute
depreſſos. Beati enim & glorioſi & magnifi-
ci, & potentes & divites & fortes, nolue-
runt acquieſcere Domino, neque introire in
nuptias ſponſi; inſuper indigniſſime pereme-
runt. Propterea factus eſt altiſſimus quiſque
eorum, humillimus; & fortiſſimus, invali-
dus; & prudens, ſtultus; & nobilis & dives,
pauperrimus; & heres, abdicatus: quoniam
quidem ipſi abdicaverunt Regem modeſtiſſi-
Joan. 19. mum & benigniſſimum, dicentes: Ignora-
15. mus quis ſit hic; non enim eſt Rex noſter:
habemus alium regem Cæſarem, propterea
habent quem petiverunt. Tunc completa eſt
Iſa. 8. 6. prophetiæ vox, quæ prædixit illis: *Vos nolui-
ſtis aquam Siloam quæ vadit ſilentio, ſed magis
voluiſtis aquam Raſſin. Quapropter induco vo-
bis regem Aſſyriorum, qui montes veſtros in pla-
num dabit, & introibit terras veſtras*. Atque
ita factum eſt. Repudiatus enim Chriſtus a
populo, miſit tyrannum quem voluerunt,
qui civitates eorum diruit, & plebem capti-
vitate damnavit, & ſpolia accepit, & ad ſo-
litudinem Sodomæ patriam eorum redegit.
Iſa. 3. 1. *Nam Dominus ex indignatione abſtulit ab Hie-
ruſalem virtutem panis & aquæ; fortem, gigan-
tem hominem & bellatorem, judicem, prophe-
tam, deſtinatorem & ſenem laudabilem, conci-
liatorem & peritum architectum, & prudentem
c adjutorem*. Hæc omnia autem auxilia [c] mu-
nitiones & propugnacula tranſtulit ad gen-
tes, & omne regnum ſuum infixo ſigno; in-
habitavit in illis, & caſtra metatus eſt limi-
nis, & ibi conſtituit virtutis exercitum, ibi-
que regnavit.

7 Non eſt jam regnum Hieruſalem, ſed
in nobis: Hic caſtra, hic exercitus, hic dux,
hic virtus, hic ſponſus, hic nuptiæ, hic
Rex, hic Chriſtus, hic vita, hic ſuſcitatio,
hic æternitas. Hic eſt qui ab initio figuratus
eſt, & a Prophetis honoratus, & in viſceri-
bus corporatus, & in Jordane tinctus, & a
populo contemtus, & in ligno ſuſpenſus, &
in terra ſepultus. Hic eſt qui rupit vetus
ſuum teſtamentum, & ſcripſit novum, quo
gentes ad poſſeſſionem bonorum ſuorum vo-
cavit: ideoque nos gentes humeris noſtris cru-
cem Domini noſtri geſtamus, crucem quam
confeſſus eſt Iſrael Dominus; qui eos placide
alloquebatur his verbis: *Venite ad me omnes* Matt. 11.
qui ſub onere laboratis, & ego vos reficiam. Eſt 28. &
enim jugum meum placidum, & onus leviſſimum; 30.
& reſponderunt: non audiemus; ſed gentes
noſtræ exaudierunt, & crediderunt verbo ſa-
lutari, quo patefactæ ſunt aures eorum, & o-
culi illuminati cæcorum, & elocutæ linguæ
impeditorum, claudi proſilierunt velut fera la-
ſciviens. Chriſtus enim cum ſuo regno ſedem
poſuit illis; plebs autem derelicta, nuda, de-
ſerta, viduata regno cæleſti atque terreſtri:
nam a cæleſti abjecti ſunt, [d] conſecuti omnia d
inſtrumenta quæ poſſederunt, lychnum ſe-
ptem luminum, & machinam Teſtamenti,
& vaſa ærea, & tubas, & panem de cælo,
& terram ſanctam lacte & melle profluentem;
hac hereditate privatus eſt Iſrael, & nunc
derelictus in omni ſua terra ſine alimento,
ſine luminis auxilio. Auxilium enim & præ-
ſidium interemiſti, & lumen perſecutus es,
& protectorem repuliſti, & ſponſum affixi-
ſti, & regem ſuſpendiſti: propterea exſul es
de patria tua, oberrans circa gentium flumi-
na, voce ſupplicum [e] prece fleviſti, dicens: e
Expulſus ſum miſer de propriis ſedibus meis,
hoſpes & advena factus ſum alienæ poſſeſſio-
nis, ſine domo, ſine tecto; miſerere deſerti
& impii & indigne victi.

8 Hæc pœna in Iſrael eſt, hæc conditio
in Hieruſalem; & niſi converterint mentes,
& dixerint, Vivit Dominus in ſæcula; non
poterunt intrare in Domini requiem. Vivit
etenim, & vivunt hereditates ejus; & vivit
quem interfeciſtis impie in Hieruſalem: &
tamen non tibi totam ſpem denegavit Domi-
nus; dedit enim veniam pœnitentiæ, ſi quo
modo poſſis pœnitere. Quis tam bonus, quis
tam pius, tam miſericors? Accipe, inquit,
ſalutem, licet me occideris: heres eſto cum
libera licet non merearis. Ignoſco, ſi te pœ-
nitet. Ergo ſi fas eſt, ſic capite mentem bo-
nam, vel ſero vel tarde intelligite Teſtamen-
tum novum. Eja vos gentes, abſolvite illis
Scripturas ſuas, & dicite: Adorate Domi-
num pro meritis ſuis: *Quum manus extende-* Iſa. 1. 15.
*ris, licet exaggeres orationem tuam non exaudit;
manus enim tuæ plenæ ſunt ſanguine. Lava-
mini, mundi eſtote, & venite colloquamur, dicit
Dominus Deus; eluite ſanguinem ex vobis, &
emundabit corda veſtra ſuper nivem, animas
veſtras ſuper lac*.

9 Acce-

a *Epulari in nuptias*] Sic cod. Colbert. *epulari ad nuptias* alius cod. mſ. *epulari nuptias* edit.
b *Furatus aliena*] Sic duo codices mſſ. *qui furatur aliena* edit.
c *Munitiones*] Sic Colb. *munitionis* edit.
d *Conſecuti*] Mutatus hic locus, lectore non admonito ac ſine ulla auctoritate in editione Oxon. ubi ſic habetur: *Nam a cæleſti abjecti ſunt, deſtituti omni inſtrumento quod poſſederunt, lychno ſeptem luminum, & machina* &c.
e *Prece*] Sic duo codices mſſ. *precem* edit.

9 Accedite huc, Scripturis credite, hic (Iſa. 2. 3.) eſt ſalus. [a] *De Sion exiet verbum & lex de Hieruſalem*, judicabit in medio gentium, & corripiet plebem multam: concidant gladios ſuos in aratra, & frameas ſuas in falcibus commutent: non ſumet gens contra gentem gladium, deſinent enim belligerare. Et tu domus Jacob, venite eamus in lumine Domini; remiſit enim plebem ſuam: completa eſt regio tua præſagiis alienis, & filii alienati ſunt. Tua enim ipſa terra eſt, & exterum factum eſt genus Domini. Venite ergo intrate, & eſto quaſi una gens: miſerere errantium: æquum eſt honorificari ſententiam Dei, qualiter magnifici proſtrati ſunt, & humiles allevati, fortes debilitati, infirmi confirmati; divites ad paupertatem redacti, [b] pauperes hereditati, dominis ſervi dominati, regnantes ſubjecti, videntes orbati, orbi illuminati; prudentes ad ſtultitiam, ſtulti ad prudentiam converſi.

10 Etenim qui quondam vecordes, & indocti ſpiritu, nunc Scripturas docent, & ſciunt, & intelligunt: qui autem ab initio docti & periti & legis diſciplinam ſcientes, neſciunt legem, neſciunt legere, nec intelligunt ſpiritalia: & qui ex illis prudentibus cupiens videre, venit, intelligit, rogat puerum, aut parvulum, aut anum, aut viduam, aut ruſticum, dicens: Vivere cupio, dux eſto mihi in Sion: enarra mihi novum Teſtamentum, reconcilia me Domino: ecce trado me tibi diſcipulum, interpretare mihi legem, [c] quæ acta ſunt in Choreb, diſſere præcepta quæ in Sion, & [d] in lege. Sine litteris diſſerit Scripturas eis, & puer docet ſenem, & anus perſuadet diſerto. Correptus ergo Iſrael ſequitur injecta manu ad lavacrum, & ibi teſtificatur quod credidit, & accepto ſigno purificatus per Spiritum, rogat accipere vitam per cibum gratiæ panis qui eſt in benedictione & fit mirum ſpectaculum: & qui Levitæ offerebant, & ſacerdotes immolantes, & ſummi antiſtites libantes aſſiſtunt puero offerenti; [e] diſcunt qui olim docebant, & jubetur eis qui præcipiebant, & intinguntur qui baptizabant, & circumciduntur qui circumcidebant: ſic Dominus florere voluit gentes. Videtis, quemadmodum vos Chriſtus dilexit.

a *De Sion exiet*] Hunc locum emendavimus auctoritate cod. Colb. qui tamen habet *exiit*. Alius, *de Sion exibit lex & verbum Domini de Hieruſalem*. Editi: *de Sion Dei exiet verbum de Hieruſalem*.
b *Pauperes*] Hanc vocem quæ deerat in editis reſtitui ex tribus codicibus mſſ. qui uſui etiam fuerunt ad cetera emendanda: ſic enim habebant editi, *Divites ad paupertatem redacti, hereditati dominantes ſervi, dominatui ſubjecti ad regnum vocati*.
c *Quæ acta ſunt*] Cod. Reg. *quæ acta eſt*; alius *quæ acta in Choreb*.
d *In lege*] Sic cod. Colbert. editi *intellige*.
e *Diſcunt*] Sic Colbert. *diſcum* edit. unde Pamelius ut ſententiam expleret, addiderat *docentur* ante hæc verba, *qui olim docebant*.

DE REVELATIONE CAPITIS BEATI JOANNIS BAPTISTÆ,

TRACTATUS, INCERTO AUCTORE.

1 NARRAT Joſephus vinctum fuiſſe abductum Joannem Baptiſtam in caſtellum Macheronta, ibique caput ejus truncatum fuiſſe: narrat hiſtoria Eccleſiaſtica ſepultum in Sebaſte civitate regionis Palæſtinæ, quæ quondam Samaria eſt appellata. Poſt longum vero tempus monumentum ejus pagani invaſerunt, & oſſa per campi planitiem diſſipaverunt, rurſumque collecta igne concremaverunt, & poſtea per agros cremata projecerunt. Poſtea vero advenerunt quidam monachi religioſi viri de Hieroſolymis ad locum ejuſdem monumenti, audientes ea quæ Joanni acciderant, & quidquid potuerunt ex oſſibus illius colligentes, ad patrem ſuum Philippum detulerunt Hieroſolymam, & ille tranſmiſit ea cum aliis viris religioſis Athanaſio Alexandriæ pontifici fideliſſimo. Ibique miro modo fuerunt ſervata uſque ad tempus Theophili ejuſdem urbis epiſcopi. Qui Theophilus jubente Theodoſio principe, omnia idolorum fana in illa regione Chriſto favente deſtruxit, & eccleſiam miræ magnitudinis conſtruxit, & in honorem ejuſdem ſancti Joannis Baptiſtæ conſecravit, & illius oſſa quæ ſibi direxerat ſupraſcriptus Athanaſius, in eadem eccleſia congregatis ibi vicinis pontificibus ex omni parte catervatim, omnibuſque ordinibus clericorum & populorum, honorifice conſtituit. Igitur accedente paſchali feſtivitate, decollatus eſt Joannes Baptiſta imperante nequiſſimo Herode, qui dari ſaltanti puellæ caput ejus juſſit; & multo poſt decollationem ejus, accedente illo anno quo conſtructa eſt eccleſia in nomine ejus, & oſſa ejus ibidem collocata a Theophilo pontifice, jubente Theodoſio principe, in honore ejus conſecrata eſt quarto calendas Septembris. Solemnitas namque ejus mirifice eſt conſecrata in dedicando. Caput autem illius tunc temporis repoſitum erat in loco, quo illud in abſconſo uxor Herodis depoſuerat, nemine ſciente poſtquam a filia in diſco ſuſcepit.

2 Si

a 2 Si quis omnia plenius voluerit ſcire, [a] chronicam Marcellini principis legat; & ibi reperiet, duos monachos ab Oriente in Hieruſalem veniſſe cauſa orationis in tempore Marciani imperatoris. Quibus monachis in viſione angelica dictum eſt: Ite ad palatium Herodis, qui qnondam hic fuit perfidus princeps, introeunies perſpicite diligenter, & ubi fumum e terra aſcendentem videritis, fodientes ibi caput Joannis Baptiſtæ incunctanter invenietia. Et ita fecerunt, & cum magno honore clanculum ſecum Hieroſolymam deportaverunt. Et non multo poſt a latronibus raptum eſt; qui mittentes in quemdam ſpecum, ibidem dimiſerunt, donec idem Joannes Chriſto auxiliante cuidam viro religioſo nomine Marcello ſacerdoti, qui in eodem ſpecu morabatur ut eremita, revelavit, dicens: Accipe caput meum, quod in hoc ſpecu depoſitum eſt a latronibus, & defer il-
b lud [b] Juranno epiſcopo qui nunc præeſt Alexandriæ civitati poſt Theophilum Deo carum, ubi reliquiæ corporis mei requieſcunt. Et ſic fecit Marcellus Chriſto annuente. In eadem igitur ſolemnitate collectionis reliquiarum illius & translationis & eccleſiæ conſecrationis, allatum eſt caput Joannis Baptiſtæ ad civitatem Alexandriæ a Marcello presbytero, & datum Jnranno epiſcopo, quarto calendas Septembris. Et Jurannus ſuſcepit illud collocans mirabiliter in eodem loco perpetim cuſtodiendum. Et ideo hodierna feſtivitas, collectio reliquiarum beati Joannis Baptiſtæ, non decollatio nominanda Chriſto annuente; & inventio ac revelatio capitis ejus. Jamque idem vir Domini Jnrannus epiſcopus, & Marcellus ſacerdos feliciter ad Dominum ex hoc mundo in pace migraverant.

3 Annis evolventibus non plurimis, cuidam viro religioſo ſacerdoti ac monacho, Felici nomine, qui orationis gratia ab Occidentali parte in illis diebus Hieroſolymam adierat, angelica viſione dictum eſt: Felix ſurge concitus & pergens ad civitatem Alexandriæ invenies ibi eccleſiam in honorem ſancti Joannis Baptiſtæ conſecratam, ubi caput ejus cum tribus parvnlis Innocentibus reconditum eſt. Quod accipiens transfer in partibus Galliarum in regione Aquitaniæ in locum quem tibi oſtendero. De qua viſione certus & expergefactus teverendus ſenex, gaudio ampliſſimo repletus, pergens illico ubi juſſus fuerat, ſicut ei dictum fuerat, cuncta reperiens, rectori ſui itineris grates innumeras rependit, properanſque ad locum, theſaurum ſibi a Deo deſtinatum in unius ſportellæ concluſit ſinu: ſtatimque retro iter arripiens, junctis ſibi ſociis ſeptem fratribus ſuis, qui cum eo abierant, vallanſque clam omnem regionem illam, perveniens ad litora maris invenit navem cum remigiis ac gubernaculis a Deo paratam; quam ingreſſus eſt cum theſauro & magni pretii margaritis. Igitur fratres & ſocii ejus deſcendentes cum eo in navi gratias agentes, in hymnis & laudibus Deum benedicentes, alta petunt æquora.

4 Cumque in mare iter agere cœpiſſet, Felix elevatis oculis ad cælum palmas tetendit, dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui feciſti cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, & profundum abyſſi intueris, qui ſuper undas maris ſiccis pedibus ambulaſti, & Petrum mergentem manu erexiſti, & Paulum ter de naufragio liberaſti; libera nos de magnis fluctibus hujus pelagi, ut viventes benedicamus nomen tuum in ſæcula ſæculorum. Mittere etiam Domine dignare ſanctum Angelum tuum de cælis, ut ſit dux itineris noſtri, ſicut fuit quondam patribus noſtris, quando eduxiſti eos de terra Ægypti in fortitudine magna, & in manu tua valida; & perduc nos recto itinere ad locum optatum, ad ſanctas & pretioſas margaritas collocandas.

5 Hæc & his ſimilia orante beato Felice, ecce nubes lucida deſcendit ſupra uavem, & de medio nubis egreſſa eſt columba ad inſtar nivis candida, & ſuper puppim navis immobilis perſtitit, tam in die quam in nocte, uſque dum in partibus Aquitaniæ ad litus maris Oceani pertingerent. Cumque non longe a terra ſe eſſe cognoviſſent, diverterunt ad portum qui appellatur Angoliſmenſia, qui eſt ſitus in pago Alnienſi. Ibique euntes de navi ad terram, pauliſper requieverunt. Moventes autem ex eodem loco, duobus milliaribus peractis, invenerunt eminus corpora mortuorum, regem videlicet Wandalorum cum omni exercitu ſuo jacentem ſuper faciem terræ, ut opinor, quaſi viginti millia virorum. Quoniam egreſſus fuerat idem populus craſſa cervice de vagatione ſua per mare cum claſſe magna, & ventus vehemens irruit in eos, & tranſvexit in partes Occidentis in ſupradictum portum Angoliſmenſem. Nuntiatumque eſt Pipino regi Aquitanorum, quod gens Wandala regnum ejus invaderet: miſitque in omnes terminos Aquitanorum ac Xanctonicæ, necnon Angoliſmæ, ſive omnes terminos eorum, ut contra eos pergerent ac dimicarent: quia idem rex Pipinus runc morabatur in territorio Alnienſi ſuper fluvium Vultronæ, in palatio quod vocatur Engeriacum, inter medios fines Pictavorum ac Xanctonicæ. Denique cum iiſdem rex Pipinus cum omni multitudine armatorum occurreret hoſtibus ſuis, fecit Dominus ſalutem magnam omni exercitui ſuo, ita ut nullus evaderet ex hac multitudine, qui non cæde vaſtaretur. Supradictus autem rex videns ſibi a Domino auxilium de cælo fuiſſe præſtitum, & ultionem de inimicis, ita ut non minuerentur de exercitu ſuo, niſi

a *Chronicam*] *Chronica* cod. mſ. qui olim fuit Baluzii.
b *Juranno epiſcopo*] Obſervat Pamelius non Alexandrinum, ſed Emiſenum epiſcopum fuiſſe, ac Bedam legere *Julioramo*, Petrum Trecenſem *Juliaramo*, Metaphraſtem cum mſ. codice *Uranio*, Marcellinum comitem *Julurano*.

niſi viginti viri qnos præ ceteris valde diligebat. Quos accipiens, ſingulis depoſuit feretris. Lætns pro victoria, mœſtus pro amiſſorum funeribus exercitum revocat, pergere cupiens ad propria.

6 Cumque ab hac cæde quaſi qnatuor milliaribus disjuncti eſſent, figere tentoria imperat; preſſuſque ſomno, ſtratum ſnum parari in papilionibus jubet. Tunc pro laſſitudine ſomno ingruente vox divina oblata eſt, dicens ad eum: Cur te piger ſomnus ita preſſit? Noveris magni viri Joannis Baptiſtæ caput ex tranſmarinis partibus ab Oriente cum tribus parvulis Innocentibus ad hunc pagum deſerri, & propter ejus meritum in hoc prœlio divinitus victoriam tibi a Deo eſſe collatam. Reſpondit ei rex Pipinus in viſione, dicens: Si tanta beneficia propter ejus meritum in me vigent, indica mihi quid agam: aut quemadmodum inveſtigare vel invenire potero eum. Reſpondit ei vox divina, dicens: Ecce poſt tergum tuum ſequuntur te ſeptem fratres in habitu peregrinorum, & unus qui ceteris præeſſe videtur, Felix vocatur. Vade in occurſum eorum cum paucis, & in humilitate cordis benigne ſuſcipe, adornataſque pretioſiſſimas margaritas pacifice tecum dncere coneris, & videbis magnalia Dei. Vir autem Domini Felix, viſa tanta multitudine cæſorum corporum, pavore perterritus, tamen de adjutorio Dei confiſus, conſortat ſocios, & ut pauliſper iter agerent, admonet. Divertenteſque ex adverſo, parvulum ſibi ſtatuerunt habitaculum, ut eadem nocte uſque mane in eodem permanere potuiſſent.

7 Prædictns autem rex Pipinus a ſomno evigilans, intra ſemetipſum cogitare tacitns cœpit ex viſione quam viderat, quid agere deberet; recogitans quia in antiquis eſt ſapientia, & multorum peritorum prudentia. Mittenſque concitus accerſiri jubet virum prudentem ac bonis operibus pollentem, nomine Felicem, ut de tanta manifeſta viſione Dominum pulſaret, ut ei ſalubre conſilium ſuggerere dignaretur. Igitur conſilio inventum eſt, ut exutis veſtibus & calceamentis ſuis in cinere & cilicio nudis plantis incedentes, ſicuti oraculo divino admonitus fuerat, obviam famulis Dei procederent: cumque ſe mutuo conſpexiſſent, jacentes, tam ipſe qusm omnes qui aderant, proni in terram tamdiu adoraverunt, quoadusque famuli Dei ad locum ubi jacebant, pertingerent. Cumque Dominum benedixiſſent, & ſe invicem ſalutaſſent, oſculum pacis ſibimet dederunt. Levanteſque ſe a terra, lacrimabiliter interrogabant ſe invicem, qua cauſa hæc quæ viderant & audierant, accidiſſent. Vir autem Domini Felix cuncta intelligens a Deo eſſe manifeſtata, retexit hiſtorias quemadmodum Hieroſolymam adierat orationis gratia, & theſaurum abſconditum divina miſericordia ei revelaverat. Et facta oratione, cum omnes reſpondiſſent: Amen; elevatis Felix pretioſiſſimis margaritis, capite ſcilicet Joannis Baptiſtæ & reliquiis ſociorum ejus beatorum martyrum Innocentium; cum hymnis & laudibus pſallentium dirigit chorum.

8 Quo audito cunctus exercitus qui in caſtris erat, quaſi unus vir ei obviam proceſſit numero triginta millia virorum. Exſequias vero mortuorum qui in prœlio corruerant, ſecum deferentes, petebant auxilium de cælo a Domino per præcurſorem ſuum Joannem, ut cujus reliquiæ deportarentur divina gratia maniſeſtare dignaretur; promittentes ſe tantam fidem habere, nt quidquid peteretur, ſanctus Joannes Domino annuente tribuere poſſet: apprehendenteſque ſportellam, in qua beati Joannis Baptiſtæ caput continebatur, ſingulis feretris impoſuerunt, mortuos tangentes. Miro atque inæſtimabili modo mox ut tetigit oſſa jacentium, vita per mortuum mortuis reddita eſt. Surrexerunt autem eadem hora ab officio funeris viginti viri tam celeriter ac ſi a ſomno eſſent excitati; & qni a flentibus amicis portabantur ad tumulandum, iiſdem gaudentibus ad vitam redeunt. Videns autem rex Pipinus & cunctus exercitus magnalia qnæ circa eos Dominus geſſerat per præcurſorem ſuum Joannem Baptiſtam; plaudentes manibus benedicebant Dominum, qui fecit mirabilia in cælo & in terra. Vir autem Domini Felix & ſocii ejus gaudio repleti, una cum rege Pipino & exercitu ejus, levantes caput beati ac præcellentiſſimi præcurſoris Chriſti Joannis Baptiſtæ & beatorum Innocentium, cum gaudio & lætitia iter agere cœperunt. Cumque nulla mora fieret in eundo, pervenerunt ad quamdam villam, quæ appellatur Vultronia. Cumque ibidem pauliſper quieviſſent, obvius eis quidam cæcus factus eſt, qui ſtatim ſanus effectus eſt per beatiſſimi præcurſoris merita. Cumque de eodem loco eis moveri placuiſſet, arripiunt iter per viam quæ ducit ad paludem, cognomine Mathevallis. Cumque eis aliquantulum ibi requieſcere placuiſſet, ecce quidam debilis pedibus qui ſe erigere omnino nequibat, rependo ſe trahens obviam eis proceſſit. Qui invocans meritum beati Joannis, ita redditus eſt ſanitati, ut firmus & ſtabilis ſine dolore incederet cum turbis.

9 Jamque propinqusntes ad locum quo tendebant, ſuper fluvium Vultronæ ad palatium nomine Engeriacum pervenerunt. Audiens autem omnis populus a maximo uſque ad minimum, a viro uſque ad mulierem, omnes ſimul in unum conglobati obviam eis proceſſerunt. Cumque ibidem ante palatium regis Pipini perveniſſent, in baſilica beatiſſimæ & glorioſiſſimæ ſemper virginis Mariæ, cum magno fervore & ſtudio, illico ad cuſtodiendum depoſuerunt. Lætatuſque eſt univerſus populus lætitia magna, & celebraverunt ſolemnitatem hujus diei quarto calendas [a] Septembris, & reverſi ſunt unuſquiſque ad habitacula ſua. Igitur beatus Felix & ſocii ejus cum vene-

a *Septembris*] *Auguſti* codea mſ.

venerando rege inter cetera Dominum deprecabantur, ut eis ſalubre conſilium ſuggereret, quonam in loco ſancta membra locarent. Ædificanteſque baſilicam, & in ea concavum ciborium cum ſex columnis marmoreis mirifici operis bene compoſitis non longe a Vultroniæ litore, ſed ut arbitror centum ſtadiis. In quo cum aromatibus & plurimis bonis odoribus condientes caput beati Joannis Baptiſtæ almi præcurſoris Chriſti, & beatorum trium Innocentium corpora ſimul in hoc ciborio concluſerunt, bitumineque ſigillato munierunt. Domino autem auxiliante hoc ædificium completum eſt feliciter. Fecit etiam idem rex fontem ductorium, qui a duobus fere milliaribus per profundiſſimos terræ meatus ad palatium ejus ductus decurreret, & in ipſam baſilicam per ferrum & æs introduceretur, ac ſubtus ciborium per concavam marmoream columnam ebulliret; ibique ſacri baptiſmatis ablutio fieret: ſicque iterum ad primos aditus reflecteretur. Convocans igitur rex Pipinus & beatus Felix, pontifices & ſacerdotes, omneſque patriæ nobiles; benedicentes eccleſiam, atque in honore ejuſdem Joannis Baptiſtæ dedicando mirifice conſecrantes, prædiis ac poſſeſſionibus ſuis a progenitoribus ſibi dimiſſis eam nobiliter dotaverunt. Ordinatiſque omnibus neceſſariis, monachos ibidem Deo in perpetuum ſervituros ſtatuerunt, poſtmodum multa Domino mirabilia operante per famulum ſuum Joannem Baptiſtam. Tandem vero metam narrationi ponentes, oremus immenſitatem bonitatis Chriſti, ut ſua potenti dextra ſuffultos nos ad æternæ quietis ſtationem perducat: qui vivit & regnat cum Patre & Spiritu ſancto per omnia ſæcula.

DE DUPLICI MARTYRIO

AD FORTUNATUM.

INCERTO AUCTORE.

1 MULTIFARIAM multiſque modis ago gratias, Fortunate mihi in Domino cariſſime, divinæ benignitati, quod & tuam pietatem excitavit ad exſtimulandum officium meum, ut unico libello commilitonibus noſtris materiam ſubminiſtrarem; unde ſibi gratia Spiritus opitulante, munimenta telaque fabricarentur adverſus perſecutionum incurſus: & mihi quod petebas conanti, non dedignata eſt adeſſe: & quod utriuſque noſtrum operam non paſſa eſt eſſe ſterilem, hoc eſt quod mei Fortunati pium deſiderium bene fortunavit, & miniſtri ſui officium voluit eſſe gregis ſui beneficium. Scribis enim ex eo libro multum roboris & alacritatis acceſſiſſe ſtrenuis, timidioribus autem & infirmis tantum animorum eſſe additum, ut ex his quoque per Dei gratiam, certam victoriam nobis promittere debeamus: eoque libentius obtemperavi poſterioribus tuis litteris, quibus orat tua caritas, ut quoniam hoc auſpiciis Domini noſtri Jeſu Chriſti bene ſucceſſit, addam volumen alterum de duplici martyrii genere: quorum unum exhibetur, cum ſævit tortorum immanitas: alterum occultius quidem eſt, ſed nihilominus fortem animum poſtulat, multaque divinitus armatura communitum. Utinam & hoc munus Chriſti ſpiritus per me fratribus & commilitonibus noſtris largiri dignetur, & quod dederit bene proſperare. Quemadmodum enim nihil ſanctum niſi illo ſanctificante, nihil potens niſi illo corroborante: ita nihil felix, nihil auſpicatum, niſi illo proſperante. Sane & veſtris precibus, & Domini bonitate fretus aggrediar.

2 Martyr, ut iis quoque notum eſt qui Græce neſciunt, teſtem ſonat. Quamquam autem poſt exortam evangelicæ veritatis lucem, eccleſiaſtica conſuetudo cognominis hujus honorem proprie tribueret iis, qui in tormentis uſque ad mortem perdurarunt in profeſſione nominis Jeſu Chriſti, & evangelicum inſtrumentum ſanguine ſuo velut obſignarunt apud incredulos: omnis tamen piorum vita teſtimonium reddit Deo. Non quod ille cujuſquam egeat teſtimonio, qui ex ſe fons eſt æternæ gloriæ, ut nec ullis hominum honoribus fieri poſſit honoratior, nec ullis mortalium ignominiis obſcurior. Sed tamen ita viſum eſt æterno illius divinoque conſilio, ut ſuam bonitatem, ſapientiam ac potentiam apud homines per homines velit illuſtrari; ſicut mundum gubernari voluit per Angelos, cum Angelorum miniſterio non egeat, multaque hominibus per homines largiatur, quæ per ſe dare poterat, qui quidquid vult, nutu poteſt, & cui voluiſſe, feciſſe eſt. Et quamquam, ut dixi, ad illam ineffabilem majeſtatem nulla pertingit ignominia; tamen in Scripturis ita loquitur, quaſi per nos honoretur, vel ignominia afficiatur. Nam in Deuteronomio cum Moyſe expoſtulat, quod apud populum ob laticis penuriam murmurantem in Cades deſerti Sin, ad aquas contradictionis non ſanctificarit ipſum inter filios Iſrael, & ob hanc offenſam non eſt illi nec Aaroni datum ingredi terram promiſſam, ac tot annis exſpectatam, ſed tantum e montis vertice procul aſpicere licuit.

3 Porro

3 Porro quod dictum eſt ſanctificare pro glorificare, qui litteras Hebræorum callent, affirmant eſſe ſermonis illius proprietatem. Quod ipſum tamen ex aliis Scripturarum locis liquere poteſt, ſi minus illorum teſtimonio fidimus, quandoquidem

Matth. 6. 9. & in oratione Dominica: *Sanctificetur nomen tuum*, dictum eſt pro glorificetur ſive clarificetur nomen tuum. Sic & Corinthios

1. Cor. 6. exhortatur, ut glorificent ac bajulent Deum in corpore ſuo. Sicut enim nomen Dei glorificatur vita piorum hominum, in quibus ipſe per ſpiritum ſuum operatur quidquid faciunt boni: ita e diverſo polluitur & infamatur malefactis eorum qui ſe Dei cultores profitentur. Quemadmodum & militis virtus, aut ſervi probitas redundat in gloriam ducis, aut heri: ita militis ignavia, aut ſervi nequitia, dedecori eſt duci aut hero: propterea, quod horum mores magna ex parte pendent ab illorum moribus, in quorum poteſtate ſunt. Qui etiamſi prorſus abſunt ab omni culpa, tamen popularis exiſtimatio ſolet dominorum mores ex ſervorum moribus æſtimare. Unde etiam hic videmus divinam Scripturam frequenter juxta mortalium affectus loquentem, velut in Levitico de eo qui de ſemine ſuo dediſſet

Levit. 20. 3. idolo Moloch, dicit: *Quia polluit nomen ſanctum meum*. At quod ab hominibus ſanctificatum eſt, pollui poteſt: Dei vero nomen in ſe ſemper eſt glorioſum, apud homines tantum contaminatur, quemadmodum mendax infamia non polluit virum integrum.

Ezech. 36. Sic & apud Ezechielem clamat nomen ſuum fuiſſe pollutum inter gentes impiis moribus Iſraelitarum. Quin & beatiſſimus Paulus ſcribens Romanis, ex auctoritate Prophetæ dicit, appellans Judæos, legem profitentes,

Rom. 2. 24. ſed ea quæ lex vetat facientes: *Nomen Dei blaſphematur inter gentes*. Et in oratione Dominica, ſicut attigi modo, ex auctoritate Redemtoris, oramus ut ſanctificetur nomen Dei Patris, hoc eſt, ut inclareſcat & illuſtretur apud homines, utique per homines, vel potius in hominibus. Illuſtratur autem, ſi ſpiritus illius regnet in nobis, & ſi illius voluntati obtemperetur in terris, quemadmodum in cælis nulla eſt rebellio. Quoniam autem homines ex ſeſe nihil habent virtutis, quidquid per nos recte geritur, cedit in gloriam Dei, & ideo theſaurum divinæ potentiæ promit interdum ex vaſis fictilibus; ut ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis.

4 Ergo quamquam omnis piorum vita martyrio ſuo glorificat Deum & Chriſtum Filium ejus; nullum tamen eſt illuſtrius teſtimonium apud homines, quam ſanguinis, hoc eſt vitæ propter Deum contemtæ, & mortis fortiter toleratæ. Reddiderunt & miracula teſtimonium divinæ potentiæ, præſertim apud incredulos, nam his proprie data ſunt ſigna, quemadmodum ſcribit beatus Apoſtolus: ſed ſemper efficacius fuit ſanguinis profuſi teſtimonium. Quot morbos inſanabiles verbo ſanabat Dominus? quot cæcos illuſtratat? quot mancos, paralyticos ac debiles reſtituerat? quot exanimes ad vitam revocarat? Et tamen pauci credebant in eum, & audiebat: *In Beelzebuth ejecit dæmonia*. *Luc. 11 15.* Ceterum ubi ventum eſt ad ſanguinem, ibi dejectum eſt ſatanæ regnum, ibi ſubactus eſt mundus. Commemorat & Joannes Evangeliſta triplex in terra teſtimonium, ſpiritus, aqua & ſanguis: quod efficaciſſimum eſt, poſtremo recenſens loco. Spiritum in columbæ ſpecie deſcendentem ſuper Jeſum videre meruit Joannes Baptiſta, an alii viderint incertum. Certe hoc teſtimonium Joanni datum eſt, quo deſineret dubitare de Domino Jeſu, an ille eſſet qui baptizaret ſpiritu & igni. Aquæ teſtimonium vidit Joannes Evangeliſta, nec ſatis conſtat, ſoluſne viderit, an cum multis. Erat quidem hoc ingens myſterium ſacri lavacri quo delentur peccata: ſed vidit aquam ſimul effluere cum ſanguine, qui niſi adfuiſſet, inefficax erat aqua. Quid enim prodeſt aboleri peccata, niſi ſuccedat vita juſtitiæ quam confert ſanguis? Quamquam hi tres unum ſunt: unus enim Deus eſt, qui per ſpiritum, aquam, & ſanguinem declarat hominum generi virtutem ac bonitatem ſuam: aut ideo dicuntur unum eſſe, quoniam undique ſibi conſtat teſtimonium, nec ulla ex parte diſſonat: quemadmodum quos artiſſima jungit amicitia, propter ſummum animorum conſenſum, unus animus eſſe dicuntur.

5 Ac juxta ſenſum craſſiorem, hæc tria præcipua ſunt in homine vitæ argumenta atque etiam inſtrumenta. Quamdiu enim pulmonis officio attrahitur viciſſim ac redditur halitus, certum vitæ indicium eſt: unde loquendi conſuetudine, ſpirare dicuntur qui vivunt, & exſpiraſſe qui vitam finierunt. Quin & anima Latinis flatus dicitur, ad Grææcæ vocis imitationem, qui ventum ἄνεμον vocant. Super hæc, ſunt in ipſo homine ſubtiliſſimi ſpiritus, a corde ubi fontem habent ſparſi per univerſum corpus, ſed præcipue per arterias commeantes, licet & aliis partibus omnibus mixti: hi ſi ſubito evolent, mortem præſentem afferunt: ſin includantur, lenta ægrotatione conſumunt hominem. Adeſt & humor quidam naturalis, quem, ut arbitror, medici phlegma vocant; ſparſus & ipſe per univerſum corpus. Hujus uſum numquam ſentimus evidentius quam in ſenſu guſtus: niſi enim hic admixtus ſit inter linguam & palatum, nullum erit palati judicium. Et tamen hæc ſic mixta ſunt in homine, ut non ſit ſanguis abſque ſpiritu & phlegmate, & pariter ad tuendam vitam conferunt omnia. Videmus quodvis animal mori ſimulatque ſanguis effluxerit; & conſumto humore, quem medici radicalem vocant, non aliter moritur homo, quam exſtinguitur lucerna conſumto oleo. Sed nimium diu moramur in contemplatione naturæ; quod tamen non inutiliter factum opinor a nobis, ut dilucidius fiat caritati veſtræ myſterium, in cujus contemplatione ideo verſamur lubentius, quia ſalubrius. Nam juxta naturæ conſiderationem

Digitized by Google

tunc iſta magnam vim habent, cum in vivo corpore ſua munia peragunt: ac juxta myſticam philoſophiam, tunc demum plurimum valent, cum corpus relinquunt.

6 Nemo miratus eſt Dominnm humano more ſpirantem ac reſpirantem; ſed cum in cruce clamore valido emiſiſſet ſpiritum, ſimul intellectum eſt, illum & verum fuiſſe hominem, & verum Deum: hominem, quod juxta naturæ ordinem, & ubi vitalem flatum emiſiſſet, deſiit vivere; Deum, quod ſimul cum ingenti clamore mortuus eſt, declarans ſe volentem ac ſpontaneum deponere vitam, quod humanarum virium nemo neſcit non eſſe. Senſit efficax teſtimonium ſpiritus vicinus Centurio; ſic enim narrat beatus Marcus: *Videns autem Centurio qui ex adverſo ſtabat, quia ſic exſpiraſſet, ait: Vere hic homo filius Dei erat.* *Marc. 15. 39.* Quid morte abjectius juxta carnem? ſed nihil morte potentius juxta ſpiritum. Erat & illud præter naturæ curſum quod e latere exanimati corporis, ſanguis & aqua profluit, ut abſolveretur triplex teſtimonium. Totum effudit ſpiritum ut nos reſpiraremus: quidquid erat humoris aquei reliquum, expreſſit ut nos ablueremur: quidquid reſederat in corde ſanguinis, emiſit ut nos confirmaremur. Atque haud ſcio an perperam faciam hæc tria inter ſe conferens; cum ſint unum, non natura, ſed in myſterio. Si qua tamen eſt diſcretio, ſanguis in teſtimonium ratione potiſſimum celebratur, quod in hoc Scriptura teſtatur eſſe vitam animantis, & ob id a cibis ſubmovebatur edicto legis; præterea magis eſt expoſitus hominum oculis ſanguis quam ſpiritus aut aqua.

7 Vita Domini qui ſummus fuit martyr, quique & hodie pugnat & vincit in martyribus, plurimis fuit offendiculo. Non jam loquor de Phariſæis & Scribis, ipſis etiam cognatir ac fratribus fuit deteſtabilis, cum dicerent illum in furorem verſum; ſed mora illius non ſolum piis, ſed impiis etiam fuit admirabilis, nec alibi magis verum fuit, quod Dei *virtus in infirmitate perficitur*. *2. Cor. 12. 9.* Ibi fracta eſt ſatanæ tyrannis, ibi devicti ſunt inferi, ibi triumphatum eſt de diabolo, ibi dejectus orcus, cælum apertum. Nimirum hoc erat quod inſtante mortis tempore deprecabatur Dominus: *Pater, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.* *Joan 17. 1.* Quid homine mortuo contemtius? Quis enim vel Cæſarem mortuum metuat? Sed Chriſti morte quid efficacius? *Matth. 27.* Velum templi ſciſſum eſt a ſummo uſque ad imum, terra concuſſa eſt, ſaxa diſciſſa ſunt, aperta ſunt monumenta, revixerunt ſepultorum corpora, ſol medio die obtexit faciem ſuam. Numquam per omnem vitam magis declaravit potentiam ſuam: mox refractis omnibus mortis repagulis, vivum ſe diſcipulis exhibuit. Nimirum hoc eſt efficax illud ſacroſancti ſanguinis teſtimonium, qui ſolus potuit dirimere maceriam, quæ Deum ab hominum genere ſeparabat: ſolus potuit unica litura delere totum illud chirographum quod erat contra nos, & ſatanæ in nos jus vindicabat. Neque enim ſanguis hircorum aut vitulorum potuit abolere peccatum; umbræ erant illa & typi futurorum. Nec ullius hominis ſanguis poterat tollere peccatum mundi, præter unici illius agni ſanguinem cui Baptiſta tribuit teſtimonium, dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* *Joan. 1. 29.*

8 Plus eſt tollere peccatum quam peccata: & peccatum non hujus aut illius, ſed mundi. Corpus enim peccati mundum univerſum occuparat: hoc per Chriſtum eſſe ſublatum, ſanguis ipſius pro nobis effuſus reddit evidens teſtimonium, melius pro nobis loquens, ut inquit Apoſtolus, quam ſanguis Abel. Siquidem ille clamans de terra loquebatur vindictam: at Chriſti ſanguis de cruce clamans, pacem loquitur & reconciliationem. Quin idem ſanguis quoniam a nobis bibitur, ſi modo digne bibitur, clamat in cordibus noſtris verba pacifica & ſolatii plena. Et illic triplex eſt teſtimonium, licet ſpiritali quodam modo. Clamat ſpiritus, qui nobis arrhabonis loco datus eſt, *Abba pater, teſtificans quod ſumus filii Dei.* *Rom. 8. 16.* Clamat aqua per quam renati ſumus, quod condonata ſunt nobis omnia peccata; & ſi quis adhuc dubitat, accedit ſanguinis teſtimonium clamantis: quid adhuc hæſitas, quid adhuc pavitas tyrannum ſatanan? ecce pretium quo te redemit Dei filius. Niſi te ſalvum voluiſſet Deus, non tradidiſſet unigenitum ſuum in mortem.

9 *Nemo majorem caritatem habet, quam ut animam ſuam ponat pro amicis ſuis.* *Joan. 15. 13.* Si non eſt majus eximiæ benevolentiæ teſtimonium, quam ſi quia vitam impertiat amico; gravius eſt Dominici ſanguinis teſtimonium, qui pro inimicis effuſus eſt. Effuſus pro inimicis, fecit amicos ac filios Dei: atque ut conſideremus hanc fore perpetuam amicitiam, reliqnit nobis edendam carnem ſuam, reliquit bibendum ſanguinem, ut per eadem aleremur, per quæ ſumus redemti. Sanguinis aſperſione confirmatum eſt vetus Teſtamentum, quemadmodum ad Hebræos ſcribens præclare docet beatiſſimus Paulus: *Hebr. 9.* Chriſti ſanguine conſignatum & corroboratum eſt novum Teſtamentum, hoc eſt teſtamentum & pactum gratiæ & remiſſionis peccatorum, per ſanguinem agni immaculati, qui in ſe recipere dignatus eſt totius mundi peccatum, quod omnes ex Adam contrahunt qui prodeunt in hanc vitam, & cujus contagio peccant quicumque peccant. Tanta autem eſt Chriſti ſublimitas, ut fortaſſe non oporteat quemquam ceterorum hominum cum illo conferre, niſi ipſe nobis tantam fiduciam præbuiſſet; qui non dedignatus ſit diſcipulos ſuos vocare amicos, ſervulos ſuos vocare fratres & coheredes. *Joan. 15.* Quemadmodum igitur ille ſuo mirabili teſtimonio clarificavit Patrem in hoc mundo, atque etiam in cælis: ita teſtimonium illius quodammodo conſummatur teſtimonio ſanctorum, quaſi ſit

una

una paſſio Domini & ſervorum. Id ne quis exiſtimet parum religioſe dictum, beatus Paulus nobis patrocinatur; ita ſcribens ad *Coloſs.1. 24.* Coloſſenſes: *Qui nunc gaudeo in paſſionibus, pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore ejus, quod eſt Eccleſia*. Quis enim neſcit, fratres, quam uberem proventum effudit Eccleſiæ ſeges, Apoſtolorum ac ceterorum martyrum ſanguine irrigata? Quo plus ſanguinis effuſum eſt, hoc magis effloruit multitudo fidelium; hoc latius ſparſit ſuas propagines illa beata vitis a Chriſto ſtirpe ſurgens, & occupans orbem univerſum, quacumqne patet ab Oriente ad Occidentem, ab Aquilone uſque ad Auſtrum.

10 Ecce, fratres dilectiſſimi, a Domini redemtoris temporibus anni fluxerunt plus minus ducenti qnadraginta; jamque hujus vitis palmites pæne latius ſe ſparſerunt quam Romanum imperium, efferas etiam nationes muſto ſpiritus inebriantes, & quos nulla ferri vis domare potuit, emollit ſanguis illius agni candidi. Qui naturæ cauſas ſcrutantur, narrant adamantem nullæ chalybis duritiei cedentem, hircino ſanguine maceratum, ictu malleorum diſſilire: nullus autem adamas corde ſaxeo peccatorum durior. Hoc igitur cor ferreum, cor ſaxeum, cor pluſquam adamantinum, emollit ſanguis Chriſti, & hujus martyrum, qui ſupplerunt quod illius paſſionibus deerat. Hoc *1. Petr. 5.* argumento ſummus ille paſtor, & ut Petrus ait, Princeps paſtorum teſtificatus eſt *Joan.10.* ſe eſſe paſtorem bonum, quia animam ſuam poſuit pro ovibus, nobis exemplum præbens, ut qui pro noſtra qualicumque portione vices illius gerimus, parati ſimus & ipſi pro grege Dominico ſanguinem fundere, niſi malumus videri mercenarii quam paſtores. Domini verbis congruunt verba diſcipuli. Cum enim dixiſſet ſe gaudere in paſſionibus, quibus conſummaret paſſiones Chriſti, perpetiens & ipſe pro corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, qualia paſſus erat Dominus; cauſam adjecit cur *Coloſſ.1. 25.* ea libenter pateretur. *Cujus*, inquit, *factus ego ſum miniſter ſecundum diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vobis, ut impleam verbum Dei*. Et alio quodam in loco ſcribit ſe repleviſſe Evangelium. Sicut ergo mortibus martyrum conſummantur paſſiones Chriſti, ita ſanguine paſtorum confirmantur promiſſa Chriſti. Nullum enim inſtrumentum indubitabilius, quam quod tot martyrum ſanguine ſignatum eſt. Hoc nimirum eſt implere verbum Dei, hoc eſt replere Evangelium.

11 Sed interim graviſſimus dolor oboritur animo meo, dilecti, dum mecum reputo, cum adhuc recens ille Chriſti ſanguis fervere debeat in cordibus fidelium, tam multos eſſe in quibus refrixit caritas: atque hoc gravius diſcrucior, quod tales non paucos paſtores habeat Eccleſia, qui non ſolum non opponunt corpora ſua adverſus luporum incurſus, verumetiam ipſi lupos agunt, dum mactant ac perdunt animas ſimplicium, ipſi ventri ſuo, quæſtui & ambitioni ſervientes, adeoque non implent verbum Dei, ut illud cauponentur potius & impiis dogmatibus adulterent; nec cogitant quod ille paſtorum Princeps ſeveriſſimo judicio repoſcet ſingulas oves, pro quibus redimendis ſanguinem ſuum fuderat, de manibus eorum. Sed illos ſuum manet ſupplicium: nunc melius eſt ut omiſſis querelis, nos invicem ad officium quod Chriſto debemus exhortemur.

12 Triplex a Chriſto teſtimonium accepimus, triplex illi teſtimonium reddamus oportet. Rudimenta fideliter tradamus baptizandis, perfectiora baptizatis. Confirmemus illos fructibus ſpiritus ad cæleſtem vitam provocantes, & ſi res poſtulet, libenter etiam vitam commiſſo nobis gregi impendamus, noſtraque morte viciſſim Deum clarificemus. Et ne cui videatur mirum morte hominum glorificari Deum; audi beatum Joannem in Evangelio de Petro, cui Dominus prædixerat fore, ut ubi ſenuiſſet, ab alio cingeretur & duceretur quo nollet, ita loquentem: *Significans qua morte eſſet glorificaturus Deum*. *Joan.21. 19.* Quotquot igitur ab orbe condito propter Deum, propter juſtitiam ac pietatem mortui ſunt, morte ſua glorificaverunt Deum. Nam eleemoſynas, jejunia, precationes, aliaque pietatis exercitamenta ſimulant etiam hypocritæ: mortem nemo ſuſcepit alacriter, niſi qui certo perſuaſum haberet, nihil adverſi poſſe accidere iis qui perſiſtunt in caritate Dei.

13 Neque tamen ſtatim martyr eſt, qui occiditur; occiduntur & ſicarii & piratæ: non ſupplicium facit martyrem, ſed cauſa. Quod ſi qui leguntur ſibi fortiter conſciviſſe necem; aut infirmitas erat morte quærens dolorum finem, aut ambitio, aut dementia. Nec hoc eſt, teſtimonium præbere Deo, id facere quod & Deo diſplicet, & gentium etiam legibus prohibetur. Plurimum intereſt inter barbaricam immanitatem, & martyrum modeſtiſſimam conſtantiam in ſe imbecillem, in Chriſto fortem. Sunt qui certis artibus corpus ſtupefaciunt, ne ſentiant cruciatus: hoc modo ſe quidem malefici muniunt adverſus carnificum manus. Sunt & affectus impotentes, qui ſenſum adimunt animo, ita ut vel mortem impavidi perferant. Sed placidum illud ac manſuetum, illud humiliter ſublime & ſublimiter humile non videmus niſi in Chriſti martyribus. Non obtuentur trucibus oculis carnificem, non minitantur tyranno: magis dolent de illorum cæcitate, quam de ſuis afflictionibus. Scilicet clamat & in illis Chriſtus: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt*. *Luc. 23. 34.* Non aliud ſpectant quam in cælum, ubi ſpem omnem habent repoſitam. Sic ipſe Dominus velut agnus ſine voce ad mactationem ductus eſt: & ſi quam edidit vocem, ea magis declaravit animum mitem ac placidum, quam ullum potuiſſet ſilentium. Quam blanda oratione compellat Judam proditorem?

Digitized by Google

torem ? Quam placide reſpondit cæſus alapa? Quam nihil ferocius loquitur Annæ & Caiphæ ? Quam tranquille reſpondit Pilato? Denique cum Phariſæi veluti victores moverent capita ſua, amariſſimis conviciis in illum debacchantes; ille mitiſſimus clamat : *Pater ignoſce illis , quia neſciunt quid faciunt .*

14 Non igitur mori, per ſe teſtimonium eſt; ſed ſic mori, eſt teſtimonium præbere Deo . Stephanus juvenis inter homicidas, agnus inter lupos, ſtabat placido angelicoque vultu, & ad Domini exemplum orat pro lapidantibus, nec alibi habet oculos quam in cælum. Illic videre meruit, cujus præſidio ſuperior erat perſequentibus . Qui vero timet Deum, non metuit hominum ſævitias . Qui ex animo diligit vitam cæleſtem, facile vilem habet animam ; atque illi, cum beato Paulo, *Vivere Chriſtus eſt, mori lucrum* [Philip. 1. 21.] . Annon ingens lucrum eſt, hanc & brevem & innumeris malis contaminatam vitam cum ſempiterna felicitate commutare ? Hic Dominus quemadmodum & in ceteris omnibus ſeſe formam nobis exhibuit. Quum enim inſtaret extremus actus martyrii, quem ajunt in fabulis oportere eſſe optimum, seceſſit, abjecit ſeſe in terram, prolixe atque etiam frequenter, ac ſanguineo ſudore madeſcens, noſtræ naturæ in ſe expreſſit imbecillitatem, ante teſtatus animi tædium ac triſtitiam uſque ad mortem, ne nos in deſperationem caderemus, ſi cum omnia mortem præſentem intentant, horrorem naturæ ſenſerimus. Niſi enim adeſſet ſenſus dolorum, nihil haberet admirabile martyrium : ſed ſuperare dolorem, corona dignum eſt. Horrere mortem, naturæ eſt : vincere naturam animi fortitudine, gratiæ eſt. Omnia poteſt Paulus, ſed in eo qui ipſum corroborat. Sed quibus præſidiis vincitur naturæ infirmitas? Si nos totos humi proſternamus, hoc eſt, ſi nihil omnino tribuamus viribus noſtris; ſi vigilemus & oremus inſtanter; ſi noſtram voluntatem divinæ voluntati ſubmittamus, dicamuſque illa ex animo, ex toto corde : [Matt. 26. 36.] *Tranſeat hic calix ſi fieri poteſt, ſed fiat non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis .*

15 Novi ego ac flevi quoſdam magna animi fortitudine prædītos; qui jam coronæ proximi defecerunt, & quem diu profeſſi fuerant, abnegarunt. Quid fuit in cauſa ? Dimoverant oculos ſuos ab eo qui ſolus robur dat infirmis : intermiſerant orationem, ac cœperant ad humana præſidia reſpicere. Contemplabantur ſuæ naturæ viriculas, conſiderabant aculeos, ungulas, candentes laminas, ferrum & ignem, reliquumque carnificinæ apparatum, etiam aſpectu horrendum, & cruciatuum atrocitatem cum ſuis viribus conferebant, & ideo victoriam amiſerunt e manibus. Ubi quis ita cogitat : hoc poſſum; illud perpeti non poſſum; numquam feliciter peraget martyrium. Sed qui ſe totum tradit divinæ voluntati, non alio ſpectans quam ad illius opem ; is demum firmus eſt & invictus . Hoc autem fieri non poteſt, niſi adſit vera ac vivida fides, nihil hæſitans, nihil diſquirens : ne cogitaveris quanta ſit tyranni ſævitia, quanta hominis imbecillitas, ſed quanta ſit Domini virtus, qui certat ac vincit in membris ſuis.

16 Ergo ut a digreſſione reflectamus ad id quod erat conſtitutum : quemadmodum Domini mors potentior erat quam vita, ita voluit martyrum ſuorum mortem eſſe potentem. Quid enim infirmius quam vinciri, damnari, cædi, cruciari, occidi, & ad carnificis arbitrium præbere corpus ? Hæc ſpecies interdum miſericordiam movet etiam ſæviſſimis tyrannis. Verum ubi jam ad monumenta martyrum, pelluntur morbi, rugiunt dæmones, terrentur monarchæ, coruſcant miracula, concidunt idola : tum apparet quam ſit efficax ac potens martyrum ſanguis. *Præſentia infirma, epiſtolæ graves* [2. Cor. 10. 10.], audivit beatiſſimus gentium doctor ; hoc & ad martyres recte accommodabitur ; vita infirma & contemta, mors gravis ac potens. Jam non eſt par omnium martyrum in tormentis alacritas, quemadmodum nec omnes eodem genere mortis defunguntur. Tres illi beati pueri in mediis flammis invenere refrigerium, & ſepti innocuo elemento, velut in conclavi canebant hymnum Domino. Daniel item citra noxam, leonum ſodalitio eſt uſus. Beatus Andreas, ut habet humana quidem hiſtoria, ſed ſatis probatæ fidei, gaudens ſibique gratulans ibat ad crucem. Alii diutinis ac variis cruciatibus ſubinde moriuntur, nec tamen morte datur finire dolorem. Eſt igitur & illud veri martyris, hoc quoque totum arbitrio Dei committere. Novit ille quid expediat nobis, & quid ad ipſius gloriam maxime conducibile ſit. Tantum illud aſſidue cogitandum eſt : *Sive vivimus ſive morimur, Domini ſumus* [Rom. 14. 8.]. Nec ſibi quiſquam diſpliceat, ſi corpore pariter & animo ſentiat gravem ac diutinam moleſtiam ; tantum fidat ei cui certat. *Is non patietur quemquam tentari ſupra id quod poteſt, ſed faciet etiam cum tentatione proventum* [1. Cor. 10. 13.]. Quoſdam electos interdum patitur in tormentis deficere, ut agnoſcant imbecillitatem ſuam, atque eoſdem poſt fortiſſimos reddit in certamine. Hac diſpenſatione Petrus ter abnegavit Dominum, ut edoctus quam nihil poſſet ſuis viribus, confirmaret fratres ſuos. Quomodo autem confirmaret? Ut ſibi diffiſi, fiduciam omnem collocarent in Domino.

17 Sed jam tempus eſt, ut de altero martyrii genere diſſeramus caritati tuæ, de quo etiam accuratius eſt diſputandum, quod occultum ſit & omnium temporum commune; neque enim ſemper ſæviunt Nerones, Diocletiani, Decii, ac Maximini: numquam tamen ceſſat diabolus exercere Chriſti militiam profeſſos. Et fortaſſis erunt poſthac donante Chriſto tempora, quibus nullæ tyrannorum perſecutiones affligent Eccleſiam: numquam tamen defutura ſunt certamina, numquam martyria quibus homines pii glorificent Deum. Eccleſia quidem adhuc in

hoc

hoc exſilio militans, peculiaribus gaudiis applaudit iis, qui in profeſſione nominis Jeſu animas ſuas fideliter depoſuerunt, & ad horum memorias magna eum alaeritate concurritur: ſed cæleſte theatrum, Angelorum myriades & juſtorum cum Chriſto regnantium innumerabilis populus applaudunt omnibus, qui ſinceram fidem, & caritatem invictam, quam habent erga Dominum Jeſum, integritate & innocentia vitæ teſtificantur.

18 Nec ſolum profeſſione fidei, quæ juxta Paulum, ore fit ad ſalutem, glorificatur Deus: verumetiam confeſſione commiſſorum. Hæc ne temere ex nobis ipſis loqui videamur, adducenda ſunt Scripturarum teſtimonia. Ergo niſi piorum vita cederet in gloriam Dei, Chriſtus non diceret in E-
Matth. 5. 16. vangelio: *Ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt*. Nec
Gal. 1. 24. Paulus Apoſtolus ſcriberet Galatis: *Et in me glorificabant Deum*. Confirmatur hoc & per repugnantiam ex his quæ diximus. Etenim ſi nomen Dei polluitur ac dehoneſtatur impia vita ſuì populi; utique bona illius vita cohoneſtatur. Damnatur apud Apoſtolum & philoſophorum impia ſapien-
Rom. 1. 21. tia, *Qui cum Deum cognoviſſent, non tamen eum ut Deum glorificaverunt*. Sapientiam profitebantur, & ſummam exhibebant ſtultitiam. Itaque cum Deum eſſe profiterentur, tamen turpiter viventes & idolis ſacrificantes, falſo teſtimonio quodammodo obſcurabant Dei gloriam, quaſi nec juſtus eſſet nec verax: aut quaſi non unus eſſet, ſed multi; aut quaſi ſaxis eſſet aſſimilis. Id autem evidentius etiam teſtatur beatiſſimus
1. Cor. 6. 20. Paulus, ſcribens ad Corinthios: *Emti*, inquit, *eſtis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore veſtro*. Ideo Deus redemit nos pretio ſanguinis ſui, ut ſemel a peccatis expurgati, deinceps vitam ipſo dignam ageremus.

19 Ac ſymbolum imperatoris geſtamus impreſſum frontibus noſtris. Quid ſi gerens ſignum Chriſti, præſtet opera Belial; nonne dedecoratur ille cujus inſignia gerimus? Contra ſicut imperator ſibi placet de milite præſtrenuo, ſic exiſtimans illius virtutem ipſi decori & ornamento eſſe: ſic Deus gloriatur in his quos redemit, quos lavit, quos ſanctificavit, quos Spiritus donativo dignatus eſt, ſi vitæ ſanctimonia declararint, Domini gratiam in ipſis non fuiſſe vacuam. Si Paulus gloriatur in diſcipulorum pietate, gaudium & coronam ſuam illos appellans, qui nihil erat niſi diſpenſator alieni muneris: annon Dominus magis gloriatur ſuper his pro quibus mortuus eſt? Jam quod in libro Job ad hunc modum ſatanæ
Job 1. 8. loquitur Dominus: *Num animadvertiſti ſervum meum Job, quomodo non ſit ei ſimilis ſuper terram, homo ſimplex & rectus ac timens Deum, & recedens a malitia?* nonne ſermonem profert de ſuo cultore gloriantis? Beatus autem Paulus ſplendidiore etiam ver-
2. Cor. 2. 14. bo uſus eſt, ſcribens ſecundam ad Corinthios epiſtolam: *Deo autem gratia, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco: quia Chriſti bonus odor ſumus Deo. Melius* Eccl. 7. 2.
eſt nomen bonum ſuper unguenta pretioſa. Scriptura glorioſam famam appellare ſolet odoramenta. Non tamen Deus gloriatur hominum more, ſibi placens ac geſtiens, ſed noſtram ſalutem ſuam ducit gloriam, & ideo ſubjecit Apoſtolus: In his qui ſalvi fiunt, & in his qui pereunt. Quomodo glorificatur Deus in his qui ſalvi fiunt? quoniam in illis illuſtratur illius miſericordia. Quomodo in his qui pereunt? quoniam in his declaratur illius juſtitia.

20 Nunc ipſe ſermonis curſus nos eo deduxit, ut doceamus & peccatorum confeſſione glorificari Deum. Hic occurrit protinus ex libro Jeſu Nave Achan, qui quoniam contra divinum edictum ſuſtulerat ex anathemate pallium coccineum inſigne, ac ducentos ſiclos argenti, ac linguam auream ſiclorum quinquaginta; populus Iſrael terga vertit hoſtibus. Itaque Joſue dixit Achan:
Fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & Joſue 7. 19.
confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas. Confeſſus, dedit pœnas, & averſus eſt furor Domini. Ea confeſſio clarificavit Dei juſtitiam ac ſapientiam. Sapientiam, quod illius oculis nihil eſſet abſtruſum: juſtitiam, quod non ſine cauſa paſſus eſſet hoſtes adverſus Iſraelem invaleſcere, quodque leges ipſius nullus hominum impune violat. Nihil erat magni quod ſuffuratus erat Achan: magnum tamen erat documentum univerſo populo, quantum periculum ſit Dei juſſa negligere, eique velle imponere quaſi quidquam illum fugeret, aut quaſi faveret prævaricatoribus. Atque ille quidem cum eſſet Judæus, ob unicum peccatum, quod ipſi leve videbatur, ſeveriſſimas pœnas dedit, lapidatus ab univerſo populo, corporis interitu ſalutem animæ redimens. Non enim judicat Deus bis in idipſum.

21 Sed quæ pœna manet illos, qui poſt tantam Evangelii lucem & gratiam, poſtea quam ſemel illuminati ſunt, guſtaverunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtaverunt æque bonum Dei verbum virtuteſque ſæculi venturi, in multa atque immania crimina relabuntur, crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes? Qui hoc ſunt etiam miſerabiliores, quod cum tales ſint, aſpernantur tamen pœnitentiæ ſalutaris remedium, contemnunt Eccleſiam maternum gremium offerentem, & ad ſanitatis inſtaurationem invitantem. Ejuſmodi defectio quantam putas ignominiam inurit Eccleſiæ? Nec ea ignominia non poteſt pertinere ad Chriſtum qui eſt caput Eccleſiæ, & per omnia ſuum eſſe ducit, quod eſt corporis ac membrorum ipſius. E diverſo, quanta totius Eccleſiæ exſultatio, cum qui lapſus eſt, per pœnitentiam Eccleſiæ reconciliatur? Ac ne putemus hoc gaudium apud nos tantum eſſe, Dominum audiamus in Evangelio κατὰ Lucam loquentem: *Ita dico vobis, quod gau-* Luc. 15.
dium 7.

diũm erit in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentia. Nam hæc clauſula finit parabolam de paſtore, qui relictis nonaginta novem ovibus, unam quæ a grege aberraverat multo labore quæſitam ac taodem inventam, impoſuit humeris ſuis, & caulæ reſtituit. Simili ſeotentia claudit parabolam de muliere, quæ drach-
Ibid. mam perditam invenerat. *Ita dica vobis gaudium erit coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente*. Nec tamen hoc ſic accipiendum eſt, quaſi Deo & ejus Angelis gratius ſit poſt lapſum redire ad pietatem, quam citra lapſum perſeverare in innoceotia: ſed Scriptura ſuo more loquitur ſecundum affectus humanos, illud teſtatum eſſe volens, Deo gratiſſimam eſſe pec-
Ezech 18. 32. catorum converſionem. *Non enim quærit mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur & vivat*.

22 Atque interdum piorum hominum lapſus quamvis enormes, divina diſpenſatione vertuntur in ſummom Eccleſiæ profectum. Sic lapſus eſt Apoſtolorum princeps: ſic Paulus gentium doctor: ſic Maria Magdalene, quibus nunc Eccleſia præcipue gloriatur, quorum lapſus ceſſerunt in ſtabilimentum ac ſolatium domos Dei. Præterea non hic loquitur de vere juſtis, ſed de juſtitia
Matth. 9. 12. Phariſaica, quemadmodum alibi dicit: *Non eſt opus ſanis medica, ſed male habentibus*. At non erant ſaoi quibus hoc dicebat Dominus; ſed legis qualicumque obſervatione tumidi, ſibi videbantur ſani, & ideo non deſiderabaot medicum.

23 Hæc cum ad hunc habeant modum, deſiderate frater, conemur aſſiduis exhortationibus excitare fidelium animos, ut tota etiam vita martyrium, hoc eſt, teſtimonium reddat Deo; quod adeo negligendum non eſt, ut niſi ea præceſſerit, martyrium quod ſanguine perhibetur, non ſit martyrium. Fruſtra enim cervicem præbueris carnifici, niſi prius occideris membra quæ ſunt ſuper terram, hoc eſt, affectus qui militaot adverſus ſpiritum, odium, invidiam, avaritiam, libidinem: quibus quicumque ſervit, Deum quodammodo abnegavit; & Chriſtum ore profitens, vita ſatanam Deum confitetur. Nec hic ſermo debet cuiquam videri durior, cum ſit verax ac ſalutaris: quidquid homo quivis Deo anteponit, ſibi Deum facit, nec poſſumus duobus ſervire dominis:
Matth. 6. unus enim eſt Deus ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus diligendus.

24 Quiſquis igitur ore dicit: Credo in unum Deum, & ſervit avaritiæ, aut libidini, aut luxui, ſibi mentitur, ſibique repugnat, aliud lingua ſonans, aliud animo celans, voce tantum teſtimonium perhibens Deo, cum vita ſatanam colat. Efficacius autem eſt vitæ, quam linguæ teſtimonium.
Matth. 7 21. *Non omnis qui dicit: Domine, Domine, intrabit in regnum, ſed qui facit voluntatem patris cæleſtis*. Habent & opera ſuam linguam, habent ſuam facundiam, etiam tacente lingua. Ideo Dominus in Evangelio κατὰ Joannem ita loquitur: *Opera quæ dedit mihi* Joan. 5. 36.
Pater ut perficiam ea, ipſa opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me. Quemadmodum igitur bona opera profitentur Deum: ita mala quodammodo loquuntur: *Non eſt Deus, nec ſcientia in excelſa*. Quis non contremiſcat, quis non inhorreſcat, qnis non laceret veſtimeota ſua, quis non obturet aures ſuas, ſi tales voces audiat ex Chriſtiano? Quantus horror, quantus dolor occupat animos noſtros; cum quis victus tormentis, juſſus abnegare Chriſtum, abnegat, & ad Jovis ſtatuam tus adolet? Quam trepidamus metuentes ne Deus iratus fulmen in nos vibret iræ ſuæ, ne terra dehiſcens nos abſorbeat? ut interdum unius impietas, ſupplicii conſortio multos involvat; & ſunt ſcelera tam immania, ut vidiſſe quoque aut audiſſe ſit deteſtabile. Sed cur alias in ſimili crimine tam ſumus conniventes? Cor & nobis adeo blandimur & aliis? At vide quid de talibus loquitur Apoſtolus ſcribeus Tito:
Profitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Tit. 1. 16.
Idem io priore ad Timotheum de vidua quæ negligit familiam: *Si qua autem* 1. Tim. 5. 8.
ſuorum, maxime domeſticorum, curam non habet; fidem negavit, & eſt infideli deterior. Si fidem negavit, quæ negligentius habet ſuam familiam; quid dicturum putas de his qui ſe totos dedideruot mammonæ & ventri? De Chriſtianis utique loquitur Paulus ſcribens Philippenſibus, cum ait: *Quorum finis in-* Philip. 3. 19.
teritus, quorum Deus venter eſt. Quos eoſdem taxar, ſcribeus Romanis: *Hujuſmo-* Rom. 16. 18.
di Chriſto Domino non ſerviunt, ſed ſuo ventri. Servire, juxta Scripturarum conſuetudinem dixit, pro colere. Ventrem colunt, eum quem habent pro Deo. Jam de avaritia manifeſtius etiam pronuntiat, ſcribens ad Coloſſenſes: *Mortificate*, ioquit, *mem-* Coloſſ. 3. 5.
bra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & avaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſervitus.

25 Execramur eos qui procumbunt ad Dianæ ſimulacrum: quanto juſtius eos execramur, qui toto pectore ſerviunt mammonæ, qui illi quotidie ſacrificant? Et ſi avarus eſt idololatra, qnt pecuoiæ ſtudio tenetur, qui quod hereditate obvenit, aut induſtria partum eſt recondit, nec erogat in egenos; quid cenſendum eſt de his qui lenocinio, qui ſenore, qui rapto, qui fraude, qui calumniis, qui opprimendis pauperibus rem accumulant? Atque hæc idolorum ſervitus non ſolnm invenitur inter Chriſtianos, verum etiam, quod gemendum eſt, inter epiſcopos. Porro temulentia adeo communis eſt Africæ ooſtræ, ut propemodum non habeaot pro crimine. Annon videmus ad martyrum memorias Chriſtianum a Chriſtiaoo cogi ad ebrietatem? An hoc leviuscrimen eſſe ducimus, quam hircum immolare Baccho? Mihi videtur multo gravius, ſi rem recta ratione velimus expendere. Cum tyrannus dicir: Abnega Chriſtum, & immola Jovi, & eſto amicus noſter, aut morere; ſæpe lingua negat, corde reclamante;

& ma-

& manus adolet tus, cum animus intus adoret Chriſtum: quamquam hoc quoque graviſſimum eſt crimen, tamen aliquam impietatis culpam elevat humanæ naturæ imbecillitas. Ibi ſatanas tibi loquitur voce tyranni: at quid tibi dicit idem per tuam concupiſcentiam? Abnega Chriſtum, & eſto dives: Sacrifica Mammonæ, & Chriſto nuntium remitte. Quid eſt quod pollicetur? aurum & argentum, inutilem materiam niſi exerceas. Nec dicit morere, ſed oblecta oculos; immo potius hoc dicit: Lucrare pecuniam ad breve tempus habiturus, & perde in æternum animam tuam. Et tamen hic ſponte ſubmittis genua ſatanæ, & abnegato Chriſto, te totum illi mancipas. Quid autem Chriſtus? Meus eſto, & vive in æternum: contemne divitias iſtas temporarias, & ego tibi centuplum reponam in hoc ſæculo, & vitam æternam in futuro. Relinque terram, & accipe cælum. Ac Deus iſta pollicens deſeritur; & diabolus tam nihili res eaſque falſo promittens, adoratur. O fœdam deſectionem? O turpem idololatriam! O iniquam permutationem! Quo præmio ſollicitavit humani generis primos auctores? Oſtendit pomum, & dedit mortem. Mendacio feſel-
Gen. 3. 4. & 5. lit: *Non moriemini, ſed eritis ſicut Dii, ſcientes bonum & malum*. Atque illi deluſi, qualem Dominum deſeruerunt, & ad quem defecerunt? A qua felicitate exciderunt, & in quas ærumnas ſemet conjecerunt? Sed idem ille tenebrarum princeps qui Evæ locutus eſt per ſerpentem, nobis loquitur per ſatellites ſuos ac miniſtros, per lenas & lenones, per eos qui pelliciunt ad amorem pecuniæ, ad ambitionem, ad voluptatem, avocantes a ſinceritate quæ eſt in Chriſto Jeſu. Idem ille loquitur nobis per concupiſcentias noſtras, quæ vivunt in membris noſtris. Nec dicit quod homo tyrannus: aut mihi obtempera aut morere; nec oſtentat carceres, catenas, uncinos, ſartagines, aut caminos incenſos, non cruces, laqueos aut gladios; ſed tantum: contemne Deum, renuntia vitæ cæleſtis hereditati, & committe adulterium, & capies voluptatem. Sed qualem? Momentaneam & corporis tantum, quot autem amaritudinibus conditam? infamia, periculo, ſuper omnia vero ſecreto conſcientiæ cruciatu. Hæc eſt eſca diaboli, hoc auctoramentum. Stipendium porro quale eſt? Dicat majore cum fide beatus Apo-
Rom. 6. 23. ſtolus: *Stipendium peccati mors eſt*. Quæ mors? Corporis, quam ſolam minitatur & inferre poteſt tyrannus homo? Non, ſed mors gehennæ, quæ finem neſcit. Plus poteſt homo tyrannus, quam diabolus. Ille quodammodo cogit hominis naturam, hic nihil aliud poteſt quam ſollicitare: dejicere non poteſt, niſi aſſentiaris, contemſiſſe viciſſe eſt.

26 Major itaque venia debetur, Chriſtum in tormentis abneganti, quam ſponte aſſentienti diabolo; cui credidiſſe, eſt Chriſtum abnegaſſe. Ille mendax eſt, & omnis mendacii pater, & illius promiſſa, quantumcumque fronte blandiantur, nihil aliud ſunt quam præſtigiæ pellicientes in exitium. Ne quis itaque ſic ſibi blandiatur: Sum peccator, amo pecuniam, ſervio libidini, ſtudeo honoribus, indulgeo vindictæ, deditus ſum voluptatibus: ſed Chriſtum non abnegavi. At reclamat tibi Dominus ipſe: *Non potes* Matth. 6. 24.
duos dominos colere. Et interim horres abominandum turificati aut libellati cognomen, ipſe fortaſſe turificatis aut libellatis deterior. Illos humanus metus violentior, quam ut hominis natura poſſit vincere, eo compulit, ut impias voces promant lingua, reclamante conſcientia; tu tam vili mercedula ſollicitatus, ſponte deficis ad eum, a cujus tyrannide te Chriſtus ſuo ſanguine redemit: cujus jam totus es factus, quemadmodum ait Apoſtolus: *Emti eſtis pre-* 1. Cor. 6. 20.
tio magno, & jam non eſtis veſtri. Hujus militiam profeſſus es ad ſalutare lavacrum, huic dediſti nomen, hujus ſacramentis initiatus es, accepiſti donativum & pignus Spiritus ne quid dubitares de promiſſo ſtipendio, ſimulque diabolo denuntiaſti perpetuas inimicitias, renunciaſti omnibus illius pompis ac voluptatibus; exſufflaſti, exſibilaſti, juraſti in verba Redemtoris: cumque tot vitiis ſervias, tibi places quod nondum ſis turificatus aut libellatus.

27 Si quis miles juratus in verba Cæſaris, profugeret ad Turcam, & ex illius arbitrio faceret ea quæ ſciret ingratiſſima Cæſari; nonne comprehenſus ad ſupplicium raperetur ut deſertor, ut perjurus, ut perfuga? Quis autem audiret eum ita ſe defendentem: non ſum deſertor, non abnegavi Cæſarem? Annon mox audiret, quid refert ſi lingua tacuit? Reipſa abnegaſti, & pluſquam abnegaſti; qui non ſolum deſerueris militiam, verum etiam ad tyrannum & hoſtem imperatoris tui irreconciliabilem tranſfugeris. Merito fidelium aures abominantur apoſtatæ vocabulum: verum hoc non ibi tantum execrandum eſt, cum incenſo tuſculo, aut ſcripto libello renuntiatur profeſſioni nominis Chriſti; ſed ubicumque contemtis Chriſti legibus, obtemperatur ſatanæ. Nec enim refert quid ſonet lingua; quæ ſi ſonet Chriſtum, cum animus ſit deditus criminibus, non eſt profeſſio, ſed hypocriſis; abnegatura Chriſtum ſi metus urgeat, qui premit turificatos aut libellatos. Atque in his rebus quæ ſic inter ſe pugnant, ut neutra ferat alterius conſortium; quoties hanc amplectimur, illam abdicavimus; quoties unam rejecimus, alteram agnoſcimus. Cujuſmodi ſunt lux & tenebræ, bellum & pax, mors & vita, Deus & Belial; quemadmodum teſtatur & beatus Paulus in ſecunda ad Corinthios: *Quæ enim* 2. Cor. 6. 14.
participatio juſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Chriſti ad Belial? Adhæſiſſe Belial, eſt abnegaſſe Chriſtum, utcumque lingua aut habitu Chriſtum profitearis.

28 De hoc ſi quis ſimpliciorum dubitarit, dabo argumentum craſſum & evidens. Fingamus tyrannum ita loqui Chriſtiano: Incende tus Jovi; nihil addentem nec exigentem ut Chriſtum abneget: ſi adoleverit, non-

nonne cunctis manifeſtum erit, illum hoc ipſo Chriſtum abnegaſſe, quod Jovi fecerit thymiama, etiamſi nihil proferat impium in Chriſtum? Quemadmodum qui magicis artibus utuntur (a quo malo nos Domini miſericordia liberavit; ſicut a ceteris omnibus, quibus juxta veterem hominem quondam ambulantes tenebamur) tacite Chriſtum abnegant, dum cum dæmonibus habent fœdus. *2. Mach. 7.* Jam ſi Machabæi fratres una cum matre maluerunt tot cruciatibus exanimari, quam carne ſuilla veſci, ſic exiſtimantes, eum Deum legis auctorem negare, quiſquis ſciens ac volens legis præcepta violat: quo pacto ſibi blanditur, qui in luxu, temulentia, avaritia, rapinis, adulteriis aliiſque criminibus conſeneſcunt, quæ gentium etiam leges noluerunt eſſe impunita? Et cum tot modis Chriſtum abnegent, cum toties immolent dæmonibus, pro Chriſtianis haberi poſtulant? Atque in his ſunt, qui palam iſta committunt, ac propemodum etiam gloriantur in rebus peſſimis; adeo non pudet aut piget admiſſorum: & tamen audent venire in Eccleſiam ſanctorum, audent miſceri gregi Dominico. Tales interdum tolerat Eccleſia, ne provocati magis etiam perturbent populum Dei: ſed quid prodeſt non ejici cœtu piorum, ſi merueris ejici? Nam ejici remedium eſt, & gradus ad recuperandam ſanitatem: ejectionem meruiſſe, ſumma malorum eſt. Ac fruſtra miſcetur cœtui ſanctorum in templo manufacto, ſi ſubmotus eſt a conſortio Dei & ab univerſo corpore myſtico Chriſti.

29 Oportet autem & illud conſiderare quantopere Chriſtiani abhorrent ab idolothytis, & ab ingreſſu fanurum, atque ab ipſis etiam ſimulacris. *1. Cor. 8.* Cum beatus Paulus clamet, neque idolum eſſe aliquid, neque idolothytum, multo minus fanum ex lapidibus conſtructum, eſt aliquid: & tamen plurimorum animus ea religione tenetur, ut mortem oppetant citius, quam guſtent idolis immolatum: & inexpiabile piaculum eſſe ducant, ſi ingrediantur fanum Jovis aut Apollinis aut Dianæ, ſeque putent contactu ſimulacri vehementer contaminari. Equidem probo talium religionem, ſi ſibi conſtet in omnibus. Nunc, pro dolor, videre eſt quoſdam in his pæne ſuperſtitioſe trepidos, in aliis ubi gravior erat metuendi cauſa, nimium eſſe ſecuros. Per ſe non inquinat animam contactus idoli, nec ingreſſus fani, nec eſus idolothyti: ſed per ſe polluit conſcientiam amor pecuniæ, inceſtus, rapina, hypocriſis & his ſimilia monſtra. Quam vero congruit horrere fani ingreſſum, nec horrere in templo ſancto Spiritui conſecrato victimas immolare dæmoniis? Clamat ſanctus Paulus ſcribens Corinthiis: *1. Cor. 3. 16.* *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus.* Rurſus in eadem epiſtola: *1. Cor. 6. 19.* *An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt ſancti Spiritus qui in vobis eſt, quem habetis a Deo & non eſtis veſtri?* Quod ſi Chriſtianorum pectora ſibi conſecravit Deus ut in illis inhabitet per Spiritum ſuum; illic deliciatur & inambulat, illic amat ſibi offerri victimam puram in omni loco. Et qui in hoc templum Deo ſacrum, ejecto ſancto Spiritu, inducit abominationes quas in myſtica viſione conſpexit Ezechiel; qui illic ſedem facit Mammonæ, Veneri, Como, Baccho aliiſque portentis; qui ibi dæmonibus immolat ſpurciſſimas hoſtias, veretur ingredi fanum gentium ne contaminetur? Proinde nemo ſibi fruſtra blandiatur, Deus non irridetur; *Gal. 6.* conſtet ſibi noſtra religio, nec alios deteſtemur, ipſi gravioribus obnoxii criminibus: nec alibi ſimus religioſe timidi, alibi impudenter impii. Sed Chriſtum ſemel profeſſi, tota vita reddamus illi teſtimonium, & undique glorificemus illum, obedientes illius præceptis; ut in hoc cognoſcant homines quod vere fidimus illi, quod ex animo diligimus illum; & quod non ſimulate ad ſacrum lavacrum addiximus nos illius militiæ.

30 Beatus Apoſtolus prædixit, nulli pie vivere volenti in Chriſto Jeſu defuturam perſecutionem. *1. Tim. 3.* Si deeſt tyrannus, ſi tortor, ſi ſpoliator; non deerit concupiſcentia, martyrii materiam quotidianam nobis exhibens. Poſtremo hæc ipſa mala quæ ſecum defert vita mortalium, quæque piis cum impiis communia ſunt, martyrii coronam nobis parabunt, ſi placide, ſi cum gratiarum actione pertulerimus. Neque privati ſunt martyrii gloria quicumque violenta morte conſummati non ſunt. Quis autem auſit vel Abraham patriarcham, vel hujus filium Iſaac, vel beatum Job eximere e martyrum numero? Quæ carnificinæ gravius torſerunt corpus, quam patriarchæ mentem torquebant naturæ affectus; cum incunctanter ad Dei juſſum appararet immolare filium unicum & unice carum, in quo tota ſpes erat illi poſteritatis? Quid defuit Iſaac martyrio, qui nihil obmurmurans, paſſus eſt ſe colligari & imponi buſto, nec expavit in cervicem vibratam machæram? Cujus autem martyrium audebimus conferre cum his quæ paſſus eſt Job?

31 Quod ſi quis adhuc diffidit ſermoni noſtro, certe beati Pauli verbis non poterit diffidere. Is ſcribens ad Hebræos, orſus ab Abel uſque ad Gedeonem, ingentem ſanctorum catalogum recenſet, in quo plures ſunt qui non defuncti ſunt morte violenta; immo pauci ſunt qui ſic mortui ſunt; & tamen de omnibus pronuntiat: *Et hi teſtimonio fidei probati inventi ſunt*, *Heb. 11. 39.* perſpicue declarans etiam vita bona peragi martyrium fidei. Eccleſiæ quidem uſus diſcernit illos cognominibus, martyres appellans eos qui violenta morte deceſſerunt; confeſſores, qui conſtanter in cruciatibus ac minis mortis profeſſi ſunt nomen Domini Jeſu, parati mortem oppetere, vel potius martyrii ſupremam coronam ambientes. Apud Deum tamen quicumque carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis, quicumque Chriſto vere commortui ſunt, eique in baptiſmo conſepulti ſunt, ut jam non ſibi vivant, neque mundo cui ſemel mortui ſunt, ſed

ei qui

ei qui pro ipſis eſt mortuus, martyres ſunt, nec martyrum corona fraudabuntur: in primis autem monachi, qui vere monachi ſunt, ac virgines quæ vere virgines ſunt. Neque enim locus deſertus, ſaccus pro veſte, legumen pro cibo, neque jejunia, neque chameuniæ monachum abſolvunt; ſub his involucris interdum latet animus valde mundanus. Quod ita deprehenditur, ſi ad munus aliquod eccleſiaſticum vocentur: ibi videas quoſdam ex illis facillime vinci deliciis, impatientiores injuriarum, appetentiores vindictæ quam quivis alius ſit ex media plebe. Quid cauſæ eſt? Quoniam corpus exercuerunt magis quam animum: 1.Tim.4. 8. cum beatus Paulus doceat, quod *exercitatio corporalis ad modicum utilis ſit, pietas ad omnia valeat*.

32 Non hæc dixerim, quod improbandi ſint qui talibus modis caſtigant corpus ſuum, & in ſervitutem redigunt: ſed quod ſatanas mille inſtructus artibus, nonnumquam 2.Cor.11. illudit incautis, transfigurans ſe in angelum lucis, & ex hujuſmodi corporum exercitamentis inducit *illis* falſam ſanctimoniæ perſuaſionem; cumque intus madeant ſpiritalibus vitiis, & ſibi & aliis habentur pii. Talis erat juſtitia Phariſæorum, cui prælata eſt judice Chriſto Publicani injuſtitia. Ita ſunt & virgines fatuæ, quæ ſolidam exiſtimant pietatem corpus habere viro intactum, cum animus avaritia, ſuperbia, invidia & 1.Tim 5. obtrectatione ſit corruptiſſimus. Sunt & falſo viduæ, quæ dum vivunt in deliciis, Chriſto mortuæ ſunt. In ſumma tamen, quiſquis vere Chriſtianus, cujuſque ſtatus aut ordinis, habet certamina ſua, habet crucem ſuam; quam ſi patienter tollit, ſi conſtanter ſuſtinet, teſtimonio ſuo glorificat Dominum, tantum ne ſibi vindicet laudem bonorum operum: hoc enim non eſt glorificare Deum, ſed clarificare ſeipſum.

33 Habet unuſquiſque fidelium agones ſuos, habet adverſarium diabolum, habet agonothetam Deum, habet theatrum non ſolum Eccleſiæ & Angelorum, ſed & infidelium; quemadmodum dicit Paulus ad Co- 1.Cor.4. 9. rinthios: *Spectaculum facti ſumus mundo & Angelis & hominibus*. Si vincimus; gloriantur Angeli, gloriantur & fidelium Eccleſiæ, gloriatur & ipſe Chriſtus in membris ſuis. Sin vincimur ignavia noſtra; triumphat ſatanas cum angelis ſuis, inſultant nobis increduli, ac Deum contumeliis afficiunt, dicentes: Ecce qui jactant ſe redemtos a tyrannide ſatanæ, qui prædicant ſe mortuos mundo, nihilominus vincuntur a cupiditatibus ſuis quam nos, quos dicunt adhuc teneri ſub regno ſatanæ. Quid prodeſt illis baptiſmus, quo dicunt exui veterem hominem cum actibus ſuis, & indui novum qui ſecundum Deum creatus eſt? Quid prodeſt illis Spiritus ſanctus, cujus arbitrio dicunt ſe temperari? Cur ſemper in ore habent, Evangelium, Evangelium; cum tota vita diſcrepet ab Evangelii præceptis? Quanto creditis pudore ſuffunditur Eccleſia, cum hæc ingeruntur ab hoſtibus, nec habet quo refellat opprobria? Nonne videmus totum Eccleſiæ cœtum demittere vultus atque erubeſcere, quoties aliqua virgo quæ Chriſto nuſperat, dilapſa ex angelico contubernio, defecit ad ſtuprum aut conjugium? Quantus mœror occupat omnium noſtrum animos, ſed præcipue paſtorum, ſi quando Chriſti miles tormentis inferior, renuntiavit imperatori ſuo? Quantus autem ex adverſo ſatanæ triumphus?

34 Itaque, fratres dilectiſſimi, ſi vere diligimus Deum, ſi quotidie petimus ex animo: Sanctificetur nomen tuum; ſummo ſtudio advigilemus, necubi polluamus nomen illius, ſed & morte & vita glorificemus illum, juxta beati Pauli monita: Viventes ſine querela ut ſimplices filii Dei, ſine reprehenſio- Philip. 2.15. ne in medio nationis pravæ & perverſæ, inter quos luceamus ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes, ad gloriam Chriſti Jeſu Regis & agonothetæ noſtri, qui ſuum eſſe ducit quidquid in membris ipſius geritur. Patiamur cum illo, ut cum illo glorificemur in die Domini. Nos hic illum clarificemus apud homines, ut ille nos clarificet claritate ſua coram Angelis ſuis, *cum*, ut inquit bea- 2.Theſſ. 1.10. tus Paulus, *venerit glorificari in ſanctis ſuis*. 2.Tim.2. 5. *Nemo coronatur niſi legitime certaverit. Et hi qui corruptibilem coronam ambiunt, ab omnibus ſe abſ-* 1.Cor.9. *tinent*, nihil non facientes quod ad victoriam conducit: quid nos facere convenit, ut aſſequamur illam immortalis vitæ coronam incorruptibilem & immarceſcibilem in cælis?

35 Hic ſi quis roget, quo pacto quis poſſit eſſe martyr ſine ſanguinis effuſione: quiſquis hoc animo ſequitur juſtitiam, ut mortem citius admiſſurus ſit, quam velit a juſtitia deflectere: huic promta voluntas pro martyrio deputabitur. Deus enim non æſtimat quemquam ex eventu rerum, ſed ex affectu. Cur enim ille fraudetur martyrii gloria, per quem non ſtetit quominus martyrium peregerit? Ut contra, mercedem apoſtatæ feret, quiſquis hoc animo vivit, ut Chriſtum negaturus ſit, ſi jactura bonorum, aut corporis cruciatus, aut mors ſit accipienda. Qui ob paululum pecuniæ pejerat; an is verebitur abnegare Chriſtum, ſi tota res periclitetur, ſi intentetur infamia, carcer & mors? Qui ob febriculam ad incantatricum remedia confugit; an is malit cruciatus morte triſtiores perferre, quam Chriſto renuntiare? Immo qui toties ob brevem carnis delectatiunculam, ob momentaneam gloriam deficit a Chriſto, vitam habebit vilem pro Chriſto? Nec hunc tyrannus fecit apoſtatam, ſed ad tyrannum acceſſit apoſtata. Ut autem eſt ſimilis certandi ratio, ita iiſdem armis fratrum animi communiendi ſunt ad has pugnas quibus oſtendimus confirmandos ad martyrium. Fides eſt, quæ pugnat & ſuperat in martyribus: nec quiſquam defecit in tormentis, niſi fidei defectu.

36 Orandus igitur aſſidue Deus, ut fidem in nobis augeat: eſt enim Dei donum, & illi debetur omnis victoriæ gloria. Ingeramus illorum animis & infigamus, quam horrendum crimen

ſit omnis idololatria, quam ſevere punita ſit a Deo ſnb lege vetere: quot millia trucidarit Moyſes ob vitulum aureum. Deinde proponatur comparatio manifeſtæ idololatriæ, cum immolatur ſimulacris: & occultæ, cum contemto Deo obeditur per concupiſcentiam ſatanæ. Deinde conſerantur inter ſe Deus fons omnis boni, & diabolus omnis malitiæ princeps. Oſtendatur & inæqualitas contubernii: in altera parte ſunt filii Dei, concives Angelorum, & heredes beatæ immortalitatis; in altera filii Belial, ſocietas omnium dæmonum, & heredes gehennæ. Conſeratur & impar militiæ genus, comparentur diverſa ſtipendia. Hæc ſi prius fuerint perſuaſa, & intimis infixa viſceribus, facilis erit victoria. Nunc fides multis natat in labiis, cum in corde ant nulla ſit, aut vehementer langueat. Quis enim non profitetur, quod in Deuteronomio legimus;
Deut. 6. 4. 10. & 20. *Audi, Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt?* Et; *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies?* Quis non quotidie recitat ore: Credo in Deum Patrem omnipotentem? At non eredit in Deum, qui nou in eo ſolo collocat totius felicitatis ſuæ fiduciam: nec unum habet Deum ac Dominum, qui per ſcortationem, per luxum & avaritiam ſatanæ facit imperata, nec illi ſoli ſervit, qui ſervit ventri, qui deditus eſt huic mundo, qui in pravo poſitus eſt.

37 Ethnici putant plures eſſe deos, & hoc tibi videris perfectus Chriſtianus, quod perſuaſum habes uoum eſſe Deum? quid magni facis? Idem credunt Judæi qui quotidie blaſphemant in ſynagogis ſuis: idem credunt dæmones & contremiſcunt. Si vere credis in Deum, crede juſtum & veracem: juſtum in remunerandis piis, & puniendis impiis: veracem in promiſſis. Crede non eſſe ſpem ſalutis, niſi per filium ejus quem pro nobis omnibus tradidit in mortem: crede nihil accidere mali poſſe iis, qui ſe totos illius voluntati tradiderunt & in illo perſeverant. Hoc eſt credere in Deum Patrem, hoc eſt credere in Filium ejus, hoc eſt credere in Spiritum ſanctum, unum Deum, & Eccleſiam ſanctam myſticum Chriſti corpus; extra quam, non eſt ſalus, & in qua non eſt pernicies.

38 Quiſquis in tali petra pedes animi fixerit, adverſus omnes tentationum incurſus ſtabit immobilis. Exempli gratia: Laceſſitus es convicio, ſuggerit tibi caro vindictæ cupiditatem; priuſquam reſpondeas, ſic cogita tecum: Hunc maledicum hominem ſubornavit diabolus, ut me dejiciat, ac dejectum perdat; ſed auſculta qnid ſua-
Matt. 5. 4. deat imperator tuus cui militas: *Beati*, inquit, *mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Et; *Mea eſt vindicta, & ego retribuam.* Quid ſuadeat fortiſſimus ille Chriſti dux Pau-
Rom. 12. 20. & 19. lus: *Non noſmetipſos vindicantes, cariſſimi, ſed date locum iræ.* Diabolus dicit: Fruere vindicta, & perde vitam æternam. Deus dicit: *Vince in bono malum*, & noli reſiſtere malo: & accipe cum filio meo poſſeſſionem regni cæleſtis. Mox diſpice, utri potius expediat obtemperare. Dicit tibi per concupiſcentiam tuam diabolns: Mœchare, & fruere temporaria corporis voluptate, & eſto meus ſervus, & coheres gehennæ. Audi potins quid dicat tibi Deus: Sperne temporariam voluptatem, & accipe centuplum bonæ conſcieotiæ gaudium in hoc ſæculo, & vitam æternam in ſnturo: & expende utri potius ſit auſcultandum. Suggerit tibi per carnis affectum veluti per Evam ſatanas: Vive genialiter. Ex adverſo dicit Chriſtus: *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſo-* Matth. 5. 5.
lationem accipiem. Ad eumdem modum de ceteris tentationibus, objice tentatori clipeum Scripturarum; in quibus tibi loquitur Deus non minore fide, quam ſi tibi coram ore ad os loqueretur. Ex his torrentibus ſume tibi lapides, quibus dejicias ſuperbum Goliath. Habes exemplum a Domino tuo, ſic ille proſtravit diabolum: nec dejicias animum ſi ſæpius invadat, ac ſubinde majoribus machinis aggrediatur; nihil poteſt adverſus eum qui tecum eſt. Dic illud Joannis: Major eſt qui in nobis eſt, qnam qui in iſto mundo. Succurrat illud Domini dictum: *Confidite quoniam ego vici mundum.* Joan. 16. 33.
His orationibus ſi Chriſti miles fuerit exercitatus ad conflictum; in dies comperiet ſuum antagoniſtam debiliorem.

39 Nec tamen remittendæ ſunt excubiæ, ſi quando hoſtis ſimulabit tranquillitatem; ſed obſervans illius inſidias, dicat cum beato Abacuc: *Super cuſtodiam meam ſtabo &* Abac. 2.
gradum figam ſuper petram, omni cuſtodia ſervans cor meum, ne qua pateat aditus obambulanti quærentique quem devoret. Tutiſſimum autem cordis munimentum eſt ſobrietas cum inſtanti oratione, jugique Scripturarum meditatione. *Omnis enim Scriptura* 2. Tim. 3. 16.
divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. Ex hac igitur colligendæ ſunt ſententiæ, quas ad manum & velut in procinctu habeas, ut his protinus ſerpentem caput erigentem dejicias. Nullus eſt enim animorum morbus, cui non præſens remedium divina Scriptura ſuppeditaret. Hinc comparanda ſunt exempla piorum ſed præcipue Chriſti, quibus ſe quiſque vel animet vel conſoletur.

40 Veuio nunc ad illa mala quæ vel ipſam naturam hominis comitantur, vel fortuito videntur inferri. Hæc quoque pius animus, & ad pugnandum inſtructus, ſibi vertet in materiam coronæ. Exemplo faciam, quod dico, clarius. Exuitur aliquis facultatibus ſnis, ſive bello, ſive naufragio, ſive rapina. Ne protinus hic cogitet laqueum, aut rationem malis artibus ſarciendi quod periit; ſed ita ſecum loquatur: Dominus eſt qui tentat me, an diligam ipſum ex toto corde. *I-* Job. 1. 21
pſe dedit, ipſe abſtulit, ſit nomen Domini benedictum. Gratias agat quod acceperit ex Domini benignitate: agat gratias quod amiſerit ad probationem fidei. Si hæc dixerit eo animo, quo dixit

dixit ſanctus Job; cum illo mercedem accipiet. Dominus æſtimat, non quantum quis perdat, ſed quam patienter: quemadmodum non reſpicit, quantum aliquis largiatur egentibus, ſed quo animo. Habet aliquis filium unice carum, eo te mors orbat præmatura, peſtilentia ſpoliat te cariſſimis, ſponſa, liberis, amicis; ferto patienter, & dic: Domino ita viſum, & ſic fortaſſis & nobis expediebat, & noſtris; *Sit nomen Domini benedictum*. Sunt & morbi qui non minus atroces habent cruciatus, quam ulla poteſt inferre tortorum ſævitia, veluti pleuritis, iſchiaſis, podagra, paralyſis, calculus, renum & veſicæ exulceratio. Tale ſi quid acciderit, ne mens exaſperetur ad impatientiam, ne lingua erumpat in voces blaſphemas, ſed cum beato David & Heli ſacerdote dicat: *Dominus eſt, faciat quod bonum eſt in oculis ipſius*. Ita mala quæ non inferuntur ob Chriſti profeſſionem, vertemus nobis in coronam, & Chriſto in gloriam. Ac fiet fortaſſe, ut Dominus noſtra tolerantia propitiatus, aut auferat afflictiones, aut mitiget; quod ſi non fit, tamen hac ratione faciemus, ut quod animo impatienti fuiſſet intolerabile, fiat patientia mitius. His atque hujuſmodi argumentis non deſinemus nos invicem exhortari, ad illuſtrandam Domini gloriam, cujus titulum & inſignia gerimus. Præſtemus illi martyrium in ſuo quiſque ſtatu & ordine, non ſolum in adverſis, verum etiam in proſperis. In adverſis agnoſcamus amorem patris flagellantis nos ad correctionem, & gratias agamus caritati qua diligit nos, ut filios, quos abdicare non vult, ſed emendatos recipere. In proſperis æque gratias agamus illius bonitati, qua conſolatur nos ut tentationum pondus poſſimus ſuſtinere: ita fiet ut tota vita noſtra nihil aliud ſit quam teſtimonium, declarans apud credentes & incredulos ſapientiam, bonitatem, miſericordiam ac veritatem Dei Patris, & Filii illius Jeſu, & Spiritus ſancti. Amen.

DE DUODECIM ABUSIONIBUS

SÆCULI TRACTATUS,

PERPERAM CYPRIANO, ET AUGUSTINO ADSCRIPTUS.

I. PRIMUS abuſionis gradus eſt, ſi ſine bonis operibus ſapiens & prædicator fuerit, qui quod ſermone docet, actibus explere negligit. Auditores enim doctrinæ, dicta ſacare contemnunt, cum prædicatoris opera a prædicationis verbis diſcrepare conſpiciunt. Numquam enim fit efficax
a [a] conſtituentis auctoritas, niſi eam effectu operis cordi affixerit audientis, præſertim cum & ipſe doctor, ſi in vitiorum amorem delapſus fuerit, alterius doctoris medicamentum ſuis vulneribus adhibere parvipendit. Unde & ipſe Dominus in Evangelio de doctrina pariter & bono opere inſtruere volens diſcipulos, qualem in his cautelam haberent
Matth. 5. 13. admonebat, dicens: *Quod ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur?* Hoc eſt, ſi doctor erraverit,
Matth. 6. 23. a quo iterum doctore emendabitur? *Et ſi lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt; ipſæ tenebræ quantæ erunt?* Si namque oculus a videndi officio deſierit; quis a manu, vel a pede, vel a reliquo corpore illud miniſterium exi-

get? Quapropter doctores cogitent, ne ampliori vindictæ ſubjaceant, ſi plurimis perditionis occaſionem abundantius præſtent. Nam & ipſe Salomon dum multæ ſapientiæ tranſgreſſionem incurrit, totius Iſraeliticæ plebis regni diſperſionem ſolius ſui merito præſtitit. Quibus ergo committuntur multa, majora perdunt; ſi non recte diſpenſaverint [b] re- b
ctoris ſui munera, quæ perceperunt. Cui enim plus committitur, ab eo plus exigitur. *Et ſervus qui domini ſui voluntatem intelligens* Luc. 12. 47.
non facit, acrioribus [c] *& gravioribus flagellis vindictæ vapulabit.* c

Secundus abuſionis gradus eſt, ſi ſine II.
religione ſenex eſſe inveniatur. Cui cum membra exterioris hominis veteraſcunt; vires animi, id eſt, interioris hominis membra, incrementa roboris non capiunt. Plus enim omnibus religioni operam dare ſenibus [d] competit, quos præſentis ſæculi flo- d
rida ætas tranſacta [e] deſeruit. Sicut namque e
in lignis ipſa reproba arbor comparet, quæ

 poſt

a *Conſtituentis*] *Prædicantis* apud Auguſtinum tom. 6. Paulo ante apud eumdem *complere*.
b *Rectoris*] *Largitoris* cod. Corbejenſis.
c *Et gravioribus*] Sic duo cod. mſſ. Reg. & Colb. Aliter in edit. *acrioribus flagellis gravioribuſque vindictis vapulabis*. Paulo ante apud Aug. *ſolo ſuo merito*.

d *Competit*] *Convenit* apud Aug.
e *Deſeruit*] *Deſerit* in duobus mſſ. & Morel. In ſequenti periodo ſimiliter legimus ut apud Aug. *deſeruit*, quamvis legatur *deſerit* in codicibus mſſ. & editis operum Cypriani.

poſt flores fructus optimos cultori ſuo non
exhibet : ſic & in hominibus ipſe reprobus
eſt, quem flos juventutis deſeruit, & tamen in ſui corporis ſenectute, bonorum operum maturos fructus proferre parvipendit.
Quid enim ſtolidius fieri poteſt; ſi mens ad
perfectionem feſtinare non contendat, quando
totius corporis habitus ſenectute confectus ad
interitum properat ? Dum oculi caligant,
aures graviter audinnt, capilli fluunt, facies
in pallorem mutatur, dentes lapſi numero
minuuntur, cutis areſcit, flatus non ſuaviter
olet, pectus ſuffocatur, tuſſis cachinnat, genua trepidant, talos & pedes tumor inflat;
etiam homo interior qui non ſeneſcit, his
omnibus aggravatur. Et hæc omnia ruituram jamjamque domum corporis cito prænuntiant. Quid ergo ſupereſt, niſi ne dum
hujus vitæ defectus appropinquat, nihil aliud
a cogitare [a] quam quomodo futura habitatio
proſpere comprehendatur, quiſque ſenex appetat ? Juvenibus enim incertus hujus vitæ
terminus inſtat, ſenibus vero cunctis maturior ex hac luce exitus breviter concordat.
Cavendæ ſunt ergo homini duæ particulæ,
quæ in illius carne non veteraſcunt, & to-
b tum hominem [b] ſecum ad peccatum pertrahunt; cor videlicet & lingua : quia cor novas ſemper cogitationes machinari non deſinit; lingua impigre loquitur, quodcumque
machinari cor ſenſerit. Caveat ergo ſenilis
ætas, ne iſtæ juveneſcentes particulæ totam
ſui harmoniam decipiant, & per res ineptas reliqui corporis gravitatem illudant.
Unicuique enim conſiderandum eſt, quid
ætate eminenti dignum ſit; ut hoc agat,
quod nec vitam, nec ætatem, nec miniſte-
c rium [c] vile reddat.

III. Tertius abuſionis gradus eſt, adoleſcens
ſine obedientia; quo mundus a recto rationis ordine depravatur. Qualiter namque in
d ſenectute aliis [d] miniſterium imperabit, qui
in adoleſcentia ſe ſenioribus obedientem exhibere contemnit ? Unde & in proverbio apud
veteres habetur, quod dominari nequeat,
qui prius alicui ſervitutem præbere denegat.
Propter quod & Dominus Jeſus in temporibus ſuæ carnis, dum adhuc ad legitimam
ætatem doctoris non pervenerat, obedienter
miniſtrationem parentibus ſuis præſtitit. Sicut ergo in ſenibus ſobrietas, & morum perfectio requiritur : ita etiam in adoleſcentibus,
obſequium, & ſubjectio, & obedientia rite
debetur. Quapropter & in mandatis legis
primum in his quæ ad homines pertinent,
patris & matris honor imperatur, quia quamvis carnalis pater non ſupervixerit, aut indignus fuerit; alicui tamen patri digno &
viventi, paternus honor [e] uſque ad dignam e
ætatem a filiis præbendus eſſe oſtenditur. Quatuor etenim modis per Scripturas divinas patres vocantur; hoc eſt, natura, gente, admonitione, & ætate. De patre namque naturali Jacob ad Laban loquitur : *Niſi timor* Gen. 31.
patris mei Iſaac adfuiſſet, tuliſſes omnia quæ 42.
mea ſunt. Gente vero pater dicitur, quando
Dominus de rubo ad Moyſen loquebatur : *Ego* Exod. 3.
ſum, inquiens, *Deus patrum tuorum, Deus A-* 6.
braham, Deus Iſaac, Deus Jacob. Ætate
autem & admonitione pariter pater dicitur,
cum Moyſes in cantico Deuteronomii loquitur : *Interroga patrem tuum, & annuntiabit ti-* Deut. 32.
bi; majores tuos, & dicent tibi. Quod ſi ergo 7.
naturalis pater ſuperſtes non fuerit, aut indignus fuerit; admonenti tamen [f] aut ſeniori f
adoleſcentis obedientia præbenda erit. Quomodo ergo honoratus in ſenectute apparebit,
qui diſciplinæ laborem in adoleſcentia non ſuſtinuerit ? Quodcumque etenim homo laboraverit, hoc & metet. *Omnis namque diſcipli-* Heb. 12.
na in præſenti non videtur eſſe gaudii, ſed mœ- 11.
*roris; poſtea vero fructum pacatiſſimum exercitatio
per eam reddet juſtitiæ*. Sicut ergo fructus non
invenitur in arbore, in qua pampinus aut
flos prius non apparuerit : ſic & in ſenectute honorem legitimum aſſequi non poterit,
qui in adoleſcentia diſciplinæ alicujus exercitatione non laboraverit. Diſciplina igitur abſque obedientia, qualiter fieri poteſt ?
[g] Adoleſcens ergo ſine diſciplina, adole- g
ſcens ſine obedientia eſt : quoniam & ipſa
obedientia, quæ omnium diſciplinarum mater eſt, magna exercitatione indiget; quæ
ſui normam ſtudii in Chriſto Domino ſumſit, qui obediens patri uſque ad mor- Philip. 2.
tem, crucis ignominiam libenter ſuſtinuit.

Quartus abuſionis gradus eſt, dives ſine e- IV.
leemoſyna; qui ſuperflua [h] uſus ſui quæ cu- h
ſtodienda in poſterum recondit, indigentibus
& nihil habentibus non diſtribuit : per quod
efficitur, ut dum in terra quæſita diligenti cura cuſtodit, cæleſtis patriæ perennem theſaurum amittat. Ad quem theſaurum Dominus
Jeſus adoleſcentem divitem, qui eum de perfectione interrogaverat, ita reſpondens invitavit : *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia* Matt. 19.
quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere 21.
me, & habebis theſaurum in cælo. Quem theſaurum nullus umquam hominum habere poteſt,
niſi qui pauperibus ſolatia præſtat, aut per ſeipſum pauper eſt. Non ergo dormiat in [i] the- i
ſauris ſuis, quod pauperes dormire non ſinit.
Dives namque etſi multa congregaverit, his
frui

a *Quam*] Hanc vocem addidi ex edit. Aug. ubi ſic legitur : *Quam quomodo futuræ aditus propere comprehendatur*. In cod. Colb. *futuræ aditus proſperitatis*. Eamdem editionem ſequimur in aliis nonnullis locis, de quibus neceſſe non eſt admonere.

b *Secum*] Deeſt ea vox in duobus mſſ.

c *Vile reddat*] Duo codices mſſ. *vileſcat*.

d *Miniſterium aliis imperabit*] Apud Aug. *miniſtrari ſibi ſperabit*.

e *Uſque ad dignam*] *Uſque ad perfectam & dignam* Aug.

f *Aut ſeniori*] Sic cod. Reg. *admonenti ſeniori* edit. Paulo poſt delevimus ante *crucis ignominiam* hæc verba *mortem autem* quæ deſunt in duobus mſſ. & apud Aug.

g *Adoleſcens ergo ſine diſciplina*] Contra apud Auguſtinum *Adoleſcens ergo ſine obedientia, adoleſcens ſine diſciplina eſt*.

h *Uſus ſui*] *Converſationis ſuæ* cod. Colb.

i *In theſauris ſuis quod*] Sic cod. Reg. *in theſauris ſuis qui* edit. *in theſauris ſuis quod pauperi prodeſſe poteſt* Aug.

Digitized by Google

fruí ſolus nequaquam poterit; quia unius hominis natura multis rebus non ſuccurrit. Quid ergo ſtultius eſt quam propter unius hominis victum & veſtitum, totam regni cæleſtis per-
a dere [a] perennem jocunditatem, & æternos inſerni cruciatus, abſque conſolationis præſtolatione ſubire? Quod igitur aliquando per neceſſitatem amittendum eſt, pro æterna re-
2. Cor. 4. muneratione ſponte diſtribuendum eſt. *Omnia*
18. *enim quæ videntur, temporalia ſunt, quæ non videntur æterna ſunt*. Quamdiu namque temporales ſumus, temporalibus temporalia deſerviunt, & cum hinc tranſierimus, æternis æterna ſolatia præſtabuntur. Icciręo non debemus diligere, ea quæ non ſemper habebimus; præſertim cum expertem rationis avarum divitem, theſauri ſui & agri, & omnia quæ habet, oſtendant; quia toto cordis intuitu illas res amat quæ numquam ſe diligunt. Si enim aurum & argentum, & agros, & veſtimenta, & cibos, & metalla, & bruta animalia quis dilexerit, hæc omnia vicem ſibi amoris rependere non poſſe, ipſa rerum natura oſtendit. Quid ergo a ratione longius eſt, quam diligere, quod te amare
b non valet; & negligere illum, qui [b] tuæ dilectioni cum dilectione omnia præbet? Propter hoc igitur non diligi mundus, ſed diligi proximus a Deo præcipitur; quia proxi-
c mus vicem ſui amoris poteſt rependere, [c] quod mundus minime poſſe non dubitatur. Sic enim inimicum eſſe diligendum Dominus præcepit, ut illa dilectio amicum illum ex inimico efficiat. Quiſquis ergo dives cupidus vult æternas habere divitias, diſtribuendo egenis præſtet interim non manſuras. Si enim quod diligit, non vendit, nemo poteſt emere quod cupit. Avari namque ideo in judicio a rectiſſimo judice nuncupantur maledicti, quia qui præteribant eorum habitacula
Pſalm. non dicebant: *Benedictio Domini ſuper vos,*
128. 8. *benediximus vobis in nomine Domini*. Infelices ergo ſunt avari divites, qui propter res tranſitorias, in æternam damnationem dilabun-
Matth. tur; & e contrario: *Beati ſunt miſericordes,*
5. 7. *quia miſericordiam conſequentur*. Felix eſt ergo miſericors, dum in hac virtute non ſubſtantiam, ſed affectum Deus requirit.

V. Quintus abuſionis gradus eſt, femina ſine pudicitia. Sicut enim omnes bonos mores procurat & cuſtodit in viris prudentia; ſic & in feminis cunctos honoris actus nutrit & fovet & cuſtodit pudicitia. Pudicitia namque caſtitatem cuſtodit, avaritiam refrenat, lites devitat, iram mitigat, libidinem occupat, cupiditatem temperat, laſciviam caſtigat, ebrietatem cavet, verba non multiplicat, gu-
d læ concupiſcentias [d] purgat, furtum omnino damnat. Quid plura? Omnia vitia reſtringit; & omnes virtutes, & quidquid coram Deo & bonis hominibus laudabile eſt nutrit. Impudica namque vita nec laudem ab hominibus in præſenti ſæculo, nec remunerationem a Deo exſpectat in futuro. Pudica vero vita, famam bonam inter homines habet, & de ſpe futuræ beatitudinis gaudet. Præſentibus ſemetipſam imitabilem facit, poſteris memoriam amabilem relinquit. Bonis ſemper moribus delectatur & conſentit, & aſſiduis Scripturarum meditationibus & eloquiis [e] ani- e
mam vegetat. Bonorum præcedentium exempla cuſtodit, & inſeparabilia perfectis contubernia nectit. Duobus ergo modis conſtat veræ pudicitiæ exercitatio, id eſt, corporis habitu & ſuperficie, & animi affectu interno. Per exteriorem modum, juxta Apoſtolum, coram hominibus exempla; per interiorem modum coram Deo, providemus opera bona. Pudicitia namque corporis eſt, alienas res non appetere, & omnem immunditiam devitare; ante horam congruam non guſtare velle, riſum non excitare, verba vana & falſa non loqui; habitum per omnia ordinatum, compoſitionemque convenientem tam capillorum quam veſtium, ſicut decet, habere; cum indignis contubernia non inire; ſuperciliofo intuitu neminem adſpicere, vagari oculos non permittere; pompatico & illecebroſo greſſu non incedere; [f] nul- f
li inferior in incœpto bono opere apparere, nulli contumeliam aut ruborem incutere, neminem blaſphemare; ſenes non irridere, bonis non invidere, meliori non controverſari; de his quæ ignoras non tractare, & ea quæ ſcis non omnia proferre: Hæc enim proximis amabilem hominem reddunt, & Deo acceptabilem faciunt. Pudicitia enim animæ eſt, plus propter Dei oculos, quam hominum, omnia bona facere; appotitiones turpium cogitationum compeſcere; omnes meliores ſe eſſe æſtimare, nemini invidere; de ſemetipſo nihil confidere, Dei ſemper auxilio res omnes committere, ante Dei oculos ſemetipſum conſtituere; hæretica pravitate ſenſum non maculare, catholicis per omnia conſentire; Deo ſoli adhærere, caſtitatem æternæ mentis Deo Chriſto offerre; omnia cœpta opera bona mortis tantum termino finire, præſentes tribulationes animi fortitudine negligere, parvipendere; in terra præter proximos nihil amare, cuncti amoris theſaurum in cælo conſtituere, & pro omni bono actu mercedem a Deo in cæleſtibus ſperare. Pudicitia ornamentum nobilium eſt, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulcritudo [g] debilium, proſperitas la- g
borantium; ſolamen mœrentium, augmentum omnis pulcritudinis, decus religionis, defenſio criminum, multiplicatio meritorum, creatoris omnium Dei [h] amicitia. h

Sextus

---

a *Perennem*] Deeſt apud Aug.
b *Tuæ dilectioni*] Sic cod. Reg. *ſuæ ditioni* edit. *tuæ ditioni* Aug.
c *Quod mundus minime poſſe*] Sic Aug. & cod. Colbert. *Quod mundus non poteſt, vel minime non poſſe dubitatur* edit. Paulo poſt legimus ex cod. Colbert. *cupidus vult* pro *cupidus qui vult*.

d *Purgat*] *Oppugnat* Aug.
e *Animam vegetat*] *Animum figit* Morel. & duo codices mſſ.
f *Nulli inferior*] Duo codices mſſ. *nullo inferior incœpto*.
g *Debilium*] Aug. *vilium*.
h *Amicitia*] Duo codices mſſ. *amica*.

VI. Sextus abuſionis gradus eſt, dominus ſine
virtute. Quia nihil proficit dominandi habe-
re poteſtatem, ſi dominus ipſe non habeat
virtutis rigorem. Sed hic virtutis rigor, non
tam exteriori fortitudine, quæ & ipſa ſæcu-
a laribus dominis neceſſaria eſt, [a] quam animi
interiori fortitudine, exerceri debet. Sæpe e-
nim dominandi per animi negligentiam per-
b ditur [b] fortitudo, ſicut in Heli ſacerdote fa-
1. Reg. 2. ctum fuiſſe comprobatur. Qui dum ſeverita-
c te [c] judicis peccantes filios non coercuit, in
eorum vindictam, Dominus velut conſentien-
d ti [d] ferociter non pepercit. Tria ergo neceſ-
ſaria hos qui dominantur habere oportet:
terrorem ſcilicet, & ordinationem, & amo-
rem. Niſi enim ametur dominus pariter &
metuatur, ordinatio illius conſtare minime
poteſt. Per beneficia ergo & affabilitatem,
procuret ut diligatur: & per juſtas vindictas,
non propriæ injuriæ, ſed legis Dei, ſtudeat
ut metuatur. Propterea quoque dum multi
pendent in eo, ipſe Deo adhærere debet,
qui illum in ducatum conſtituit: qui ad por-
tanda multorum onera, ipſum veluti fortio-
rem ſolidavit. Paxillus enim niſi bene forti-
ter firmetur, & alicui fortiori adhæreat, o-
mne quod in eo pendet cito labitur; & ipſe
ſolutus a rigore ſuæ firmitatis, cum oneribus
ad terram delabitur. Sic & princeps niſi ſuo
conditori pertinaciter adhæſerit, & ipſe, &
omne quod continet, cito deperit. Quidam
namque per dominandi officium plus Deo
appropinquant, quidam impoſito ſibi digni-
Exod. 33. tatis honore deteriores fiunt. Moyſes namque
accepto populi ducatu, familiaribus Dei locu-
1. Reg. 15 tionibus utebatur: Saul vero filius Cis, poſt-
quam ſceptra regni ſuſcepit, per inobedien-
3. Reg. 3. tiæ ſuperbiam Deum offendit. Rex Salomon
poſtquam patris ſui David ſedem obtinuit,
Deus illum ultra omnes mortales velut ad
innumeroſi populi gubernationem ſapientiæ
3. Reg. 12 munere ditavit. E contrario vero Hieroboam
ſervus Salomonis, poſtquam regni domus
David occupavit partem; ad idolorum cul-
tum, decem tribus Iſrael, quæ erant in par-
te Samariæ, diverterat. Per quæ exempla e-
videnter oſtenditur, quoſdam in ſublimiori
ſtatu ad majorem perfectionem creſcere, quoſ-
dam vero per ſupercilium dominationis ad
deteriora defluere. Per quod utrumque in-
e telligitur: eos qui ad meliora [e] tranſcendunt,
per virtutem animi & Dei auxilium poſſe id
facere: & eos qui ad deteriora devertuntur,
per mentis imbecillitatem pariter & negligen-
tiam errare. Unde & dominum abſque virtu-
te fieri non decet, qui virtutem ſine Dei au-
xilio nullatenus habet. Qui etenim multa tue-
tur, ſi non habet fortitudinem animi, non
valet id agere, quoniam magna magnis infe-
ſtationibus, vel adverſitatibus ſolent laborare.
Omnis ergo qui præeſt, hoc primitus animi
tota intentione procuret, ut per omnia de
Dei adjutorio omnino non dubitet. Si nam-
que cœperit in actibus ſuis auxiliatorem ha-
bere Dominum dominorum, nullus homi-
num contemtui poterit habere ejus domina-
tum: *Non enim eſt poteſtas niſi a Deo*. Ipſe Rom. 13.
enim elevat de ſtercore egenum, & ſedere fa- Pſ. 112.
cit cum principibus populi ſui, & deponit Luc. 1.
potentes de ſede, & exaltat humiles: ut ſub-
ditus fiat omnis mundus Deo, & [f] egeat glo- f
ria Dei.

Septimus abuſionis gradus eſt, Chriſtianus VII.
contentioſus; qui cum participationem nomi-
nis Chriſti per fidem & baptiſmum ſuſcepe-
rit, contra Chriſti dicta & propoſitum, mun-
di caduca delectamenta diligit. Omne enim
de quo contenditur; aut propter propriam
ejus rei dilectionem de qua agitur; aut pro-
pter alterius amorem, quæ ſub odioſa ſpecie
latet, appetitur. Quemadmodum, verbi gra-
tia, bellum animoſo compugnantium confli-
ctu cum odioſa res ſit, propter amorem vi-
ctoriæ & libertatis peragitur; & multæ aliæ
dilectæ ſpecies, ſub odioſo labore vel formi-
dine, ſatis contentioſe expetuntur. Unde pa-
tenter intelligitur, nihil contendi poſſe, niſi
propter dilectionem, ſperatam ſcilicet & ſub-
ſequentem amabilem remunerationem. Qui
igitur de mundo præſente ex quacumque cau-
ſa contendit, perſpicue oſtendit quod illum
diligit. Quomodo ergo mundum diligi per
Joannem Spiritus ſancti ſermones interdicunt,
qui ait: *Nolite diligere mundum, neque ea* 1. Joa. 2.
quæ in mundo ſunt? Mundi enim amor & 15.
Dei, pariter in uno corde cohabitare non
poſſunt, quemadmodum iidem oculi cælum
pariter & terram nequaquam conſpiciunt.
Sed requirendum eſt, ſi vere in mundo ali-
quid ſit quod amari debeat, & quis ſit ille
mundus, quem diligi divina eloquia vetant.
Terra ergo cum naſcentibus ex ea, & me-
tallis, & animantibus, & pulcritudine veſti-
um, & oblectationibus ciborum, & iis quæ
ad hæc pertinent, non diligi præcipitur:
ſed proximus, propter quem hæc omnia fa-
cta ſunt, amari jubetur. Hæc enim omnia
prædicta, velut, non manſura, ad cæleſtem
patriam pergentes concomitari nequeunt.
Proximi vero velut manſuri regis coheredes,
ſemetipſos licenter [g] invicem diligunt. Quod g
ergo ſemper in mundo non manet, & cum
mundo pariter deficiet, & ipſe mundus non
amari præcipitur; proximus autem qui eſt pars
regni cæleſtis, in terra & inter ima elemen-
ta, a regni cælorum appetitoribus non incon-
grue amatur: dum in ſuprema illa patria in æ-
ternum coheres habebitur. Propterea vero mun-
dus

a *Quam animi*] Addunt editi *indiget* ante has voces, & *bonis moribus* ante *exerceri*. Secutus ſum duos codices mſſ.

b *Fortitudo*] Aug. *dominandi virtus*.

c *Judicis*] Sic duo codices mſſ. pro *judicii* quod erat in editis.

d *Ferociter*] Deeſt apud Aug.

e *Tranſcendunt*] Sic cod. Colb. *condeſcendunt* edit.

f *Egeat gloria*] Sic Morel. & duo mſſ. *egeat omnis gloria* in aliis.

g *Invicem*] Hanc vocem addidi ex duobus mſſ. Morel. & Aug.

dus præſens non diligi imperatur, ne a Dei dilectione alienus, ſæculi dilector quiſque efficiatur. Non ergo debet contendi, quod non licet amari. Igitur Chriſtianus qui nominis Chriſti ſimilitudinem tenet, morum quoque ejus ſimilitudinem habere debet. Chriſtiauus enim nemo recte dicitur, niſi quis Chriſto moribus coæquatur. De Chriſto vero per Prophetam ita ſcribitur: *Ecce filius meus quem elegi, electus meus, complacuit in illo ſibi anima mea: ponam Spiritum meum ſuper eum. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in platea vocem ejus.* Ecce Chriſtus non contendit, neque clamavit: & tu ſi morum Chriſti ſimilitudinem tenere cupis, ne contendas, ne abuſivus in Eccleſia Chriſtianus exſiſtas. Suis enim ſectatoribus Chriſtus præcepit: *Nolite vocari Rabbi; unus eſt enim magiſter veſter*, qui eſt Chriſtus: *& patrem nolite vocare ſuper terram; unus eſt enim pater veſter, qui in cælis eſt. Omnes enim vos fratres eſtis*, quibus ad ſupplicandum imperavit, cum dicit: *Sic autem orabitis: Pater noſter qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum.* Fruſtra ergo contendit patrem ſe habere in terra, qui patrem & patriam profitetur ſe habere in cælo. Cujus patriæ nemo poſſeſſor efficitur, niſi qui de terrenæ patriæ contentione ſecurus habetur.

Iſa. 42. 1. *Matth.* 12. 18. — *Matth.* 23. 8. — *Matth.* 6. 9.

VIII. Octavus abuſionis gradus eſt, Pauper ſuperbus; qui nihil habens in ſuperbiam extollitur; cum e contrario divitibus ſæculi non ſuperbe ſapere per Apoſtolum Paulum imperetur. Quid ergo ſtolidius poteſt fieri, quam illum, qui per infimam miſeriam velut in terram abjectus, extremus & humilis incedere & contriſtari debuerat, ſuperciliōſo ſuperbiæ tumore inflatam mentem contra Deum erigere? Per quod vitium lapſi corruerunt, qui in ſummo cæli conditi erant culmine. Quid ergo vult quaſi potens in terra ſuperbire; qui præ omnibus hominibus debuerat humilis apparere? Sed ne de paupertate ſua triſtitiam habeant, quid a Deo recepturi ſint, pauperes attendant; ipſe enim inquit: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Recta namque diſpenſatione miſericors judex cæli regnum illis committit, quibus regni terrarum participationem inter mortales abſtulit: ut ipſe dives in cæli ſede appareat, qui in terra penitus nihil procurat. Cavendum ergo pauperibus eſt, ne dum per egeſtatem & neceſſitatem terrenum regnum [a] prætereunt, per mentis etiam impudentiam cælorum regna amittant. Cum enim Dei diſpenſatione paupertatem neceſſariam acceperint, in ipſorum arbitrio pendet, utrum pauperes ſpiritu ſint. Non quibuſcumque namque pauperibus cæli regna promittuntur, ſed his tantummodo in quibus divitiarum inopiam animorum humilitas comitatur. Pauper enim humilis, pauper ſpiritu appellatur; qui cum egenus foris cernitur, numquam in ſuperbiam elevatur; quoniam ad appetenda regna cælorum plus valet mentis humilitas, quam præſentium divitiarum temporalis paupertas. Etenim humiles qui bene divitias poſſeſſas habent, poſſunt pauperes ſpiritu appellari: ſuperbos autem, nihil habentes, haud dubium eſt beatitudine paupertatis privari. De quibus utriſque ſancta Scriptura ita loquitur: *Eſt quaſi dives nihil habens, & eſt quaſi pauper, cum in multis divitiis ſit.* Quaſi pauper ergo in multis divitiis, eſt dives humilis ſpiritu; & nihil habens quaſi dives, eſt pauper ſuperbus mentis affectu. Nobilis ergo inopia eſt mentis humilitas, & ineptæ divitiæ ſunt animorum enormitas. Providendum eſt ergo pauperibus, ut ſemetipſos, quales ſint, intelligant: & quia rebus conſequi quod cupiunt non valent, mentis tumore ſuperbire deſinant.

Matth. 5. 3. — *Prov.* 13. 7.

IX. Nonus abuſionis gradus eſt, Rex iniquus. Etenim regem non iniquum, ſed correctorem iniquorum eſſe oportet. Inde in ſemetipſo nominis ſui dignitatem cuſtodire debet: nomen enim regis intellectualiter hoc retinet, ut ſubjectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit; qui proprios mores, [b] ne iniqui ſint, non corrigit? Quoniam in juſtitia regis exaltatur ſolium, & in veritate regis ſolidantur gubernacula populorum. Juſtitia vero regis eſt neminem injuſte per potentiam opprimere, ſine perſonarum acceptione inter virum & proximum ſuum juſte judicare, advenis & pupillis & viduis defenſorem eſſe, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos & hiſtriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas & pejerantes vivere non ſinere, eccleſias defendere, pauperes eleemoſynis alere, juſtos ſuper regni negotia conſtituere, ſenes & ſapientes & ſobrios conſiliarios habere, magorum, ariolorum, pythoniſſarumque ſuperſtitionibus non intendere, iracundiam differre, patriam fortiter & juſte contra adverſarios defendere, per omnia in Deo confidere, proſperitatibus [c] animum non elevare, cuncta adverſa patienter tolerare, fidem catholicam in Deum habere, filios ſuos non ſinere impie agere, certis horis orationibus inſiſtere, ante horas congruas cibum non guſtare. *Væ enim terræ, cujus rex puer eſt, & cujus principes mane comedunt.* Hæc regni proſperitatem in præſenti faciunt, & regem ad cæleſtia regna meliora perducunt. Qui vero regnum non ſecundum hanc legem diſpenſat, multas nimirum adverſitates imperii tolerabit. Iccirco enim pax ſæpe populorum rumpitur, & offendicula etiam de regno ſuſcitantur; terrarum quoque fructus diminuuntur, & ſervitia populorum præpediuntur; multi & varii dolores proſperitatem regni inficiunt, carorum & liberorum mortes triſtitiam conferunt, hoſtium incurſus provincias undique vaſtant, beſtiæ armentorum & pecorum greges dilacerant; tempeſtates aeris & hiemis [d] terrarum fecunditatem

Eccl. 10. 16.

---

a *Prætereunt*] Aug. *perdunt*.
b *Ne iniqui*] Aug. *ſi iniqui*.
c *Animum non elevare*] *Non elevari animo* Aug.
d *Terrarum fecunditatem &*] Sic emendavimus auctoritate cod. Colbert. & Aug. Male in aliis *turbata rerum fecunditate maris* &c. Habet idem mſ. *ſerenitate turbata ante terrarum*. Paulo poſt, lego ex duobus mſs. *pampinos exurunt*, pro eo quod eſt in edit. *pampinos quoſque exurunt*.

ditatem & maris miniſteria prohibent ; &
aliquando fulminum ictus , ſegetes & arbo-
rum flores , & pampinos exurunt . Super o-
mnia vero regis injuſtitia , non ſolum præſentis
imperii faciem obfuſcat , ſed etiam filios ſuos
& nepotes , ne poſt ſe regni hereditatem te-
3. *Reg.* neant , obſcurat . Propter piaculum enim Sa-
11. 31. lomonis , regnum domus Iſrael Dominus de
& 15. manibus filiorum ejus diſperſit . Et propter
juſtitiam David regis , lucernam de ſemine
ejus ſemper in Hieruſalem reliquit . Ecce
quantum juſtitia regis ſæculo valeat , intuen-
tibus perſpicue patet . Eſt enim pax popu-
lorum , tutamen patriæ , immunitas plebis ,
munimentum gentis , cura languorum , gau-
dium hominum , temperies aeris , ſerenitas
maris , terræ fecunditas , ſolatium paupe-
rum , hereditas filiorum , & ſibimetipſi ſpes
futuræ beatitudinis . Attamen ſciat rex , quod
ſicut in throno hominum primus conſtitutus
eſt , ſic & in pœnis , ſi juſtitiam non fece-
rit , primatum habiturus eſt . Omnes nam-
que quoſcumque peccatores ſub ſe in præſen-
ti habuit , ſupra ſe modo implacabili , in illa
pœna futura habebit .

X. Decimus gradus abuſionis eſt , Epiſcopus
negligens ; qui gradus ſui honorem inter ho-
mines requirit , ſed miniſterii ſui dignitatem
coram Deo , pro quo legatione fungitur ,
non coſtodit . Primum namque ab epiſcopo ,
quid ſui nominis dignitas teneat , inquira-
tur : quoniam cum epiſcopus nomen Græ-
cum ſit , ſpeculator interpretatur . Quare ve-
ro ſpeculator ponitur , & quid a ſpeculatore
requiritur , Dominus ipſe denudat , cum ſub
Ezechielis prophetæ perſona , epiſcopo officii
Ezech. ſui rationem denuntiat , ita inquiens : *Spe-*
3. 17. *culatorem dedi te domui Iſrael . Audiens ergo*
ex ore meo ſermonem , nuntiabis eis ex me . Si
autem videris gladium venientem , & tu non an-
nuntiaveris ut revertatur impius a via ſua , ipſe
quidem impius in iniquitate ſua morietur , ſan-
guinem autem ejus de manu tua requiram . Si
autem tu annuntiaveris , & ille non fuerit rever-
ſus , ipſe quidem in iniquitate ſua morietur , ſed
tu animam tuam liberaſti . Decet ergo epiſco-
pum , qui omnium ſpeculator poſitus eſt ,
peccata diligenter attendere , & poſtquam at-
tenderit , ſermone , ſi potuerit , & actu cor-
rigere ; ſi non potuerit , juxta Evangelii re-
Matth. gulam ſcelerum operarios declinare . *Si enim* ,
18. 15. inquit in Evangelio Dominus , *peccaverit in*
te frater tuus , corripe illum inter te & ipſum
ſolum . Si te audierit , lucratus eris fratrem
tuum : ſi te non audierit , adhibe tecum adhuc
unum vel duos teſtes , ut in ore duorum vel
trium teſtium ſtet omne verbum : ſi illos non au-
dierit , dic Eccleſiæ : ſi Eccleſiam non audie-
rit , ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus . Tali
ordine expellendus eſt , quicumque doctori
vel epiſcopo adhærere noluerit . Et qui tali
ordine expulſus fuerit , ab alio aliquo docto-
Levit. re vel epiſcopo non debet recipi . De ſacer-
21. 7. dote namque ſcriptum eſt in lege : *Viduam*
aut repudiatam non accipiat uxorem . Qui ergo
illum excommunicatum a catholico , illo non
permittente , ſibi jungit , jura ſacerdotii ſan-
cti , [a] in quo Chriſtianorum genus electum a
eſt , excedit . Hac ratione epiſcopum , ad
eos quibus in ſpeculationem poſitus eſt , eſ-
ſe oportet . Ceterum vero , qualis in ſemet-
ipſo eſſe debeat , Paulus Apoſtolus exponit : 1. *Tim.*
ut ad gradum epiſcopi veniens ſit ſobrius , 3. 2.
prudens , caſtus , ſapiens , modeſtus , hoſpi-
talis , filios habens ſubditos cum omni caſti-
tate , teſtimonium habens bonum ab his qui
foris ſunt , proferens doctrinæ fidelem ſermo-
nem , antequam epiſcopus ſit , non plures
habens uxores quam unam . Non percuſſor ,
non bilinguis , non ebrioſus , non neophy-
tus , ut per hæc ipſe oſtendat in opere ,
quod alios docet in ſermone doctrinæ . Ca-
veant ergo negligentes epiſcopi , quod in
tempore vindictæ Dominus per Prophetam
conqueritur , dicens : *Paſtores* [b] *muti demoli-* b
ti ſunt populum meum , & non paſcebant gregem *Ezech.*
meum paſtores , ſed paſcebant ſemetipſos ; ſed 34. 8.
potius procurent hi , quos conſtituit Domi-
nus ſuper familiam ſuam , dare illis cibum
in tempore ſuo menſuram tritici , puram ſci-
licet & probatam doctrinam , quatenus ve-
niente Domino mereantur audire : *Euge ſer-* *Matth.*
ve bone & fidelis , quia ſupra pauca fuiſti fi- 25. 23.
delis , ſupra multa te conſtituam : intra in gau-
dium Domini tui .

Undecimus abuſionis gradus eſt , Plebs ſine XI.
diſciplina ; quæ , cum diſciplinæ exercita-
tionibus non ſervit , communi ſe perditionis
laqueo conſtringit : iram etenim domini abſ-
que diſciplinæ rigore non evadit . Atque ic-
circo Pſalmiſtæ vocibus indiſciplinatæ plebi
prædicatur : *Apprehendite diſciplinam nequando* *Pſalm.*
iraſcatur Dominus . Diſcipliua vero morum 2. 12.
eſt ordinata correctio , & majorum præceden-
tium regularum obſervatio . De qua diſcipli-
na Paulus Apoſtolus ita loquitur dicens :
In diſciplina perſeverate ; tamquam filiis vobis *Hebr.*
offert ſe Deus . Quod ſi extra diſciplinam eſtis , 12. 7.
cujus participes facti eſtis ? Omnes enim adul- & 8.
teri , & non filii eſtis . Qui ergo adulteri , ſi-
ne diſciplina ſunt , & cæleſtis regni heredita-
tem non capiunt : ſi filii autem paternæ di-
ſciplinæ correctiones ferunt , & heredisatem
quandoque recipere poſſe non deſperent . De
qua etiam diſciplina Eſaias quidem indiſcipli-
natæ plebi prædicat , dicens : *Quieſcite agere* *Iſa.* 1.
perverſe , diſcite bene facere . Et ad eamdem 16.
Pſalmiſta conſona voce compſallit , dicens :
Declina a malo , & fac bonum . Infelix er- *Pſalm.*
go eſt qui abjicit diſciplinam . Audet enim 33. 15.
extra milites aliquid , qui Dominum crucifi-
gentes , non ejus ſciderunt tunicam , qui Ec-
cleſiæ Chriſti ſcindit diſciplinam . Sicut enim
tunica totum corpus præter caput tegitur :
ita diſciplina , omnis Eccleſia , præter Chri-
ſtum , qui caput eſt Eccleſiæ & ſub diſciplina
non eſt , protegitur & ornatur . [c] Ipſa vero c
tunica contexta deſuper fuerat per totum ;
quia

a *In quo*] Sic cod. Reg. edit. *quod*.
b *Muti*] Sic cod. Coibejenſis apud Aug. citatus ,
Habent *multi* Morel. & Pamel. *mei* Aug.
c *Ipſa vero*] Sic duo mſs. *ipſa enim* edit.

quia eadem diſciplina Eccleſiæ a Domino
de cælo tribuitur & Integratur. De qua Do-
minus cum ad patrem aſcendiſſet, poſtquam
reſurrexit a mortuis, ad Apoſtolos ſuos lo-
Luc. 24. quebatur, dicens: *Vos autem ſedete hic in ci-*
49. *vitate, quoadnſque induamini virtute ex alto.*
Tunica ergo corporis Chriſti diſciplina Ec-
cleſiæ eſt: qui autem extra diſciplinam eſt,
Joan. 19. alienus eſt a corpore Chriſtl. *Non ſcindamus*
24. *igitur illam, ſed ſortiamur de illa cajus ſit,*
id eſt, non ſolvamus quidquam de manda-
tis Domini, ſed unuſquiſque in quo vocatus
eſt, In eo permaneat apud Dominum.

XII. Duodecimus abuſionis gradus eſt, Popu-
lus ſine lege; qui dum Dei dicta & legum
ſcita contemnit, per diverſas errorum vias
eumdem perditionis laqueum incurrit. De
quibus viis ſub perſona prævaricatoris popu-
li, humanum genus Propheta ita deplangit:
Iſa. 53. *Nos artem ſicut oves erravimus, unuſquiſque in*
6. *viam ſuam declinavit*; de quibus viis etiam
Prov. ſapientia loquitur per Salomonem: *Multæ*
14. 12. *viæ videntur hominibus rectæ, & noviſſima ea-*
rum deducunt ad mortem. Quæ utique multæ
perditionis viæ tunc incedauntur, cum una
regalis via, lex Dei videlicet, quæ neque
ad dexteram neque ad ſiniſtram declinat,
per negligentlam deſeritur. De qua ſcilicet
via Dominus Jeſus Chriſtus, qui eſt finis
legis ad juſtitiam omni credentl, denuntiat:
Ego ſum via, veritas, & vita; nemo venit ad Joan. 14.
patrem niſi per me. Ad quam viam omnes ho- 6.
mines communiter invitat, dicens: *Venite* Matth.
ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis; & 11. 28.
ego reficiam vos. Quia non eſt perſonarum acce- Rom. 2.
ptio apud Deum; ubi non eſt Judæus, nec 11.
Græcus; maſculus & femina, ſervus & li-
ber, barbarus & Scytha, ſed omnia in o-
mnibus Chriſtus: omnes enim unum ſunt in
Chriſto Jeſu. Dum ergo Chriſtus finis le-
gis eſt, qui ſine lege ſunt, ſine Chriſto
ſiunt. Igitur populus ſine lege, populus ſi-
ne Chriſto eſt. Abuſivum ergo in tempori-
bus Evangelil populum [a] ſine lege fieri, a
quando Apoſtolis in cunctas gentes licentia
prædicationis data eſt, quando tonitruum
Evangelii per cunctas ſæculi partes intonuit,
quando gentes quæ non ſectabantur juſtitiam,
apprehenderunt juſtitiam; quando qui de lon-
ge fuerant, facti ſunt prope in ſanguine
Chriſti: qui aliquando non populus, nunc
autem populus Del in Chriſto; quando eſt
tempus acceptabile, & dies ſalutis, & tempo-
ra refrigerii in conſpectu altiſſimi; quando
unaquæque gens habet teſtem reſurrectionis;
quando ipſe Dominus proteſtatur, dicens:
Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad Matth.
conſummationem ſæculi. Non itaque ſimus ſine 28. 20.
Chriſto in hoc tempore tranſitorio, ne ſine
nobis Chriſtus eſſe incipiat in futuro.

a *Sine lege*] Cod. Colbert. *ſine Chriſto*.

C OE N A,

CYPRIANO FALSO INSCRIPTA

QUIDAM Rex nomine Johel, nuptias
faciebat in regione Orientis, in Cana
b Galileæ. [b] His nuptiis invitati ſunt
plures. Igitur qui temperius loti in Jorda-
c ne, adſuerunt in convivio. Tunc [c] com-
mendavit Naaman, aquam ſparſit Amos,
Jacobus & Andreas attulerunt fœnum, Mat-
thæus & Petrus ſtraverunt, menſam poſuit
Salomon, atque omnes diſcubuerunt turbæ.
d Sed cum jam locus [d] recumbentium plenus
eſſet, qui ſuperveniebant, quiſque prout
poterat, locum ſibi inveniebat. Primus ita-
que omnium ſedit Adam in medio, Eva ſu-
per folia, Cain ſuper aratrum, Abel ſuper
mulgarium, Noe ſuper arcam, Japheth ſu-
e per [e] lateres, Abraham ſub arbore, Iſaac ſu-
per aram, Loth juxta oſtium, Jacob ſuper
petram, Moyſes ſuper lapidem, Helias ſu-
per pellem, [f] Daniel ſuper tribunal, To- f
bias ſuper lectum, Joſeph ſuper modium,
Beniamin ſuper ſaccum, David ſuper mon-
ticulum, [g] Joannes in terra, Pharao in are- g
na, Lazarus ſuper tabulam, Jeſus ſuper pu-
teum, Zachæus ſuper arborem, Matthæus
in ſcamno, Rebecca ſuper hydriam, Raab
ſuper ſtuppam, [h] Ruth ſuper ſtipulam, h
Thecla ſuper feneſtram, Suſanna in hor-
to, [i] Abſalon in frondibus, Judas ſuper i
loculum, Petrus ſuper cathedram, Jacobus
ſuper rete, Samſon ſuper columnam, Heli
ſuper ſellam, Rachel ſuper ſarcinam. Pa-
tiens ſtabat Paulus, & murmurabat Eſau,
& [k] dolebat Job quod ſolus ſedebat in k
ſtercore. Tunc porrexit Rebecca pallium,

b *His nuptiis &c.*] Sic codices octo mſs. editi: *Is invitavit plures ut cœnam ejus frequentarent.*

c *Commendavit*] Sic Pamelius & codices omnes mſs. Non tamen male Morellius *commundavit*.

d *Recumbentium*] Multi codices habent *diſcumbentium*, & paulo poſt *prout poterant locum ſibi inveniebant*.

e *Lateres*] *Lapides* in pleriſque codicibus mſs. Quæ ſequuntur *Abraham ſub arbore* deſunt in multis.

f *Daniel ſuper tribunal*] In tribus codicibus *David ſuper tribunal*, & paulo poſt *Daniel ſuper monticulum*.

g *Joannes*] Sic codices omnes, unus Colbertinus *Jonas ſuper lectum*; editi *Jonas ſuper terram.*

h *Ruth ſuper ſtipulam*] Addidit has voces Pamelius, quæ deerant apud Morel. & in omnibus exſtant codicibus mſs. Quæ præcedunt *Raab ſuper ſtuppam* in uno tantum vidi codice Sorbonico.

i *Abſalon*] Legitur in multis codicibus *Abeſſalon*; & ſic habet Pamelius.

k *Dolebat Job*] Sic emendavimus auctoritate ſeptem vetuſtorum codicum: editi *& dolebat Jacob. Job ſolus ſedebat in ſtercore*; *quod* in nullo inveni codice.

Judith coopertorium, [a] Agar ſtragulum, Sem & Japheth cooperuerunt. Recumbentibus illatus eſt guſtus cœnæ, & accepit cucurbitas Jonas, olus Eſaias, betas Iſrael, morum Ezechiel, ſycomorum Zachæus, citrium Adam, lupinos Daniel, pepones Pharao, carduum Cain, ficus Eva, malum Rachel, prunum Ananias, bulbos Lia, [b] olivas Aaron, ovum Joſeph, uvas Noe, nucleos Simeon, [c] acetum Jonas: accepit [d] oxygarum Jeſus Chriſtus. Deinde ſupervenit Jacob cum filiis, & Laban cum filiabus ſuis, & ſederunt ſuper lapides. Venit & Abraham cum domeſticis ſuis & Moyſes cum cetera turba, & ſederunt foris. Tunc reſpiciens Rex invitatos ſuos, ſic ait: [e] Unuſquiſque veſtrum veniat in veſtiarium meum, & dabo ſingulis cœnatorias veſtes; tunc aliqui ierunt, & acceperunt. Primus itaque omnium accepit Zacharias albam, Abraham paſſerinam, [f] Loth ſulphurinam, Lazarus lineam, Jonas cæruleam, Thecla flammeam, Daniel leoninam, [g] Joannes triclinam, Adam pelliceam, [h] Judas argyrinam, Raab coccineam, [i] Herodias cardinam, Pharao marinam, Enoch cælinam, Agar variam, David nervinam, [k] Helias aeriam, Eva arborinam, [l] Job biplagiam, [m] Iſaias meſotropam, Maria ſtolam, [n] Suſanna caſtaninam, Moyſes conchylinam, Abel purpuream, [o] Levi ſpartacinam, [p] Thamar coloriam, Azarias carbaſinam, [q] Aaron murrinam, [r] Judith hyacinthinam, Cain ferrugineam, Abiron nigram, [ſ] Anna Perſicinam, Iſaac nativam, [t] Paulus Tharſicam, Petrus operariam, [u] Jacob pſeudoalethinam, Jeſus columbinam. At ubi diviſit veſtes, Rex reſpiciens eos, ſic ait: Non ante cœnabitis, niſi ſinguli ſingulas vices feceritis: atque ita ſibi [x] præceptas diaconias conſummaverunt. Primus itaque omnium ignem petiit Helias, ſuccendit Azarias, lignum porrexit Sara, [y] collegit Jephte, attulit Iſaac, conſcidit Joſeph, puteum aperuit Jacob, hyſſopum porrexit Sepphora, ad lacum ſtabat Daniel, aquam attulerunt miniſtri, hydriam portabat Rebecca, vinum protulit Noe, utrem portabat Agar, attulit argentum Judas, vitulum adduxit Abraham, alligavit Raab, reſticulam porrexit Jeſus, pedes copulavit Helias, ferrum tradidit Petrus, eliſit Daniel, occidit Cain, ſupportavit Abacuc, ſuſpendit Abſalon, pellem detraxit Helias, ventrem aperuit [z] Hermocrates, mediana ſuſpendit Tobias, ſanguinem effudit Herodes, ſtercus projecit Sem, aquam adjecit Japheth, elavit Heliſæus, partes fecit Phalech, numeravit Auſes, ſalem miſit Moleſſadon, oleum adjecit Jacob, in focum impoſuit [aa] Antiochus, coxit Rebecca, prior guſtavit Eva. Explicitiſque omnibus, omnes locis ſuis reſederunt. Tunc intulit panes Saul, fregit Jeſus, tradidit omnibus Petrus, intulit lentem Jacob, ſolus manducavit Eſau, intulit intritam Abacuc, totum comedit Daniel, fabam intulit [bb] Amelſad, prior guſtavit Miſael. Sed quoniam hædum coctum comederat Iſaae, & piſcem aſſum Tobias; cœpit tumultuari Æglom. Valde eſuriebat Daniel, panem petebat Hermocrates, non manducabat Joannes, nihil guſtaverat Moyſes, jejunus fuit Jeſus, micas colligebat Lazarus. Ceteri autem partes ſuas tenebant, quas ex variis venationibus acceperant. Abraham vitulinam, [cc] Eſau cervinam, Abel agninam, Noe arietinam, Samſon leoninam, Eliſæus urſinam: majorem tamen partem tenebat Beniamin. Poſtmodum dedit panes Pharao, omnibus

---

a *Agar ſtragulum*] Hæc deſunt in pleriſque codicibus mſſ. Non pauci habent *cooperuerunt recumbentes*, unus Colbertinus *cooperuerunt ſe*.

b *Olivas Aaron*] Plerique codices mſſ. & Morellius habent *uvas Aaron*, & paulo poſt *olivas Noe*.

c *Acetum Jonas*] Sic octo codices mſſ. editi *Dedit acetum Jonas*.

d *Oxygarum*] Aliter in ſex codicibus mſſ. *accepit & hoc J. C.*

e *Unuſquiſque .... veniat .... & dabo*] Sic emendavimus codicibus pleriſque conſentientibus, niſi quod nonnulli habent *in veſtiario meo*: editi, *Quiſque voluerit veſtrum venire .... dabo*. Pamelius addidit *ſingulas* quam vocem in uno tantum vidi codice mſ.

f *Loth ſulphurinam*] Sic codices mſſ. & editi præter Oxonienſem, ubi legitur *Job*.

g *Joannes triclinam*] *Triclinam* legendum eſſe obſervat Salmaſius ann. t. in Trebel. Pol. p. 342. in uno ex regiis codicibus legitur *triginam*.

h *Judas argyrinam*] Quidam codices mſſ. *argurinam*, alii *argupinam*.

i *Herodias*] Cod. Sorb. *Herodes*.

k *Helias aeriam*] Quidam codices *aeream*, alii *aerinam*.

l *Job biplagiam*] Edit. Oxon. *biblagiam*; repugnant alii codices mſſ. & editi.

m *Iſaias meſotropam*] Colbertinorum codicum alter *meſotratam*, quæ vox aptior videtur ad indicandum Iſaiam medium fuiſſe ſciſſum. Forte melius legeretur *meſotretam*.

n *Suſanna caſtaninam*] Sic pro *caſtalinam* legendum monet Salmaſius not. in Vopiſc. p. 410. Hanc obſervationem confirmat auctoritate Azelini monachi Remenſis, qui cœnam hanc verſibus rithmicis ante aliquot ſæcula reddidit. In hoc opere, quod manu exaratum habebat penes ſe Salmaſius, ſic legebatur:

Helciæ pulcra filia,
Secura per pomaria.
Suſanna fert caſtaneam.

o *Levi ſpartacinam*] Cod. Colb. *partacinam*, unus ex regiis *ſpartaginam*.

p *Thamar coloriam*] Sic alter codicum Colbert. atque ita legendum obſervat Caſaubonus not. in Vopiſc. p. 596. editi *colorinam*.

q *Aaron murrinam*] Multi codices mſſ. *myrrinam*.

r *Judith hyacinthinam*] *Judas* in pleriſque mſſ. Colbertinorum, alter *Judas Zantinam*.

ſ *Anna Perſicinam*] *Perſinam* Sorbon. & unus ex regiis.

t *Paulus Tharſicam*] *Candidam* octo codices mſſ.

u *Jacob pſeudoalethinam*] Sic unus ex regiis codicibus. Sic etiam legiſſe ſe teſtatur Salmaſius in vetuſto codice not. in Treb. Pol. p. 342. ceteri codices hanc lectionem confirmant, quorum multi habent *pſeudoallechinam* vel *pſeudoallecinam*. editi *alethinam*. *Joannes* legitur pro *Jacob* in ſex codicibus mſſ.

x *Præceptas diaconias*] Sic plerique codices mſſ. editi *præcepta diaconia*. Paulo ante *ſinguli* deeſt in pleriſque codicibus mſſ.

y *Collegit Jephte*] Deſunt hæc in pleriſque mſſ.

z *Hermocrates*] In quibuſdam codicibus *Hermogrates*. Sic etiam paulo poſt in quibuſdam legitur *Malaſſadon*.

aa *Antiochus*] *Ariochus* in multis codicibus mſſ.

bb *Amelſad*] *Melſad* in pluribus codicibus mſſ.

cc *Eſau cervinam*] Sic Morel. & codices mſſ. Pamelius *Iſaac*.

nibus diviſit Joſeph, diſcum attulit Herodes,
a partes compoſuit Rebecca, [a] intulit Jacob,
diſtribuit omnibus Noe. Primus ergo ſuſtu-
lit Joannes caput, cerebellum Abeſſalon,
linguam Aaron, maxillam Samſon, auricu-
lam Petrus, oculos Lia, cervicem Holofer-
nes, arterias Zacharias, collum Saul, armo-
b ra Agar, interanea Jonas, [b] fel piſcis To-
bias, cor Pharao, renalia Eſaias, latus
Adam, coſtam Eva, ilia Maria, ventrem
Sara, vulvam Elizabeth, adipem Abel, fe-
mora Abraham, caudam Moyſes, crura Loth,
pedes Jacob, oſſa collegit Ezechiel. Item Ja-
cobus & Andreas intulerunt piſces: ſuſtulit
itaque aſellum Jeſus, labeonem Moyſes, lu-
pum Beniamin, mugilem Abel, murænam
Eva, pellamidem Adam, locuſtam Joannes,
c gladium Cain, capitonem Abeſſalon, [c] po-
lypum Pharao, turpitudinem Lia, auratam
d Thamar, ſcarum Agar, [d] cantharidem Da-
vid, halecem Joſeph, ſaxatilem Hieremias,
e umbras Lazarus, ſoleam Juda, [e] hirundi-
nem Tobias, argentillum Judas, ſepiam
f Herodes, carnutam Eſau, [f] glauculum Jo-
g nas, [g] alopidam Jacob, ſalpam Moleſſadon,
denticem Eſaias, araneum Thecla, coraci-
num Noe, rubellionem Rebecca, lacertum
Golias, mænam Maria, & leonem Samſon.
Poſuit & Jonas acetum, Moleſſadon ſalem
miſit, prior intinxit Cain. Explicitiſque o-
h mnibus, dedit adipem Abel, [h] mel Jona-
i thas, lac Abraham, [i] conſperſit Sara, dulcia
k fecit Jeſus, [k] perminiſtravit Paulus. Sed
quoniam aliquot genera vini habebant, paſ-
ſum bibebat Jeſus, Marſicum Jonas, Sur-
rentinum Pharao, pellinum Adam, Gadi-
tanum Moyſes, Creticum Iſaac, Adria-
num Aaron, arbuſtinum Zachæus, arſi-
num Thecla, Albenſe Joannes, Campanum
Abel, Signinum Maria, Florentinum Ra-
chel. Saturatione vini ſopitus jacebat Adam,
ebrius obdormivit Noe, ſatis biberat Loth,
ſtertebat Holofernes, ſomnus tenebat Jo-
l nam, vigilavit prope gallum Petrus, [l] ſu-
ſcitabatur Jeſus, ſurgere quærebat Jacob,
m prior ſurrexit [m] Laban. Tunc miſcuit ſcy-
n phum Beniamin, [n] intulit Martha, prior
bibit Petrus. Sed quoniam vinum ſubduxe-
rat Amelſad, & male miſcuerat Jonas, mur-

murabat Hermippus, [o] aquam bibebat Joan- o
nes, vinum petebat Maria, [p] non conſen- p
tiebat Suſanna, plenam ampullam ferebat [q] q
Martha, ſitiebat Iſmael, ire volebat Tobias,
alienum calicem bibere volebat Jacobus. Sub-
latiſque omnibus, aquam ad manus petebat
Pilatus, tradidit Judas, miniſtrabat Martha,
effudit Hermocrates, linteum porrexit [r] Pe- r
trus, intulit lucernam Eſaias, gratias egit
Simeon, benedixit Anna, intulit coronas
Rachel, [ſ] David hyſſopum porrexit, dedit ſ
unguentum Maria, perunxit Martha, poma
intulit Adam, ſavum porrexit Samſon, cy-
tharam [t] percuſſit David, tympanum Ma- t
ria, pſalterium duxit Jubal, [u] choros du- u
xit Judith, [x] cantavit Aſael, ſaltavit Hero- x
dias, laudes dedit Azarias, magia luſit Mam-
bres, riſum fecit Iſaac, oſculum porrexit Ju-
das, valeſecit Loth. Et cum vellent diſcede-
re, reſpiciens eos Rex, ſic ait: Nunc per
omnia diem nuptiarum celebrate, & fre-
quentate, & demutate habitus, velut pom-
pas facientes; ſic [y] ite in domos veſtras. y
Placuit vero omnibus voluntas Regis: atque
ita primus omnium procedit in magiſtro Je-
ſus, [z] in cuſtode Joannes, in retiario Pe- z
trus, in ſecutore Pharao, in venatore [aa] aa
Nemroth, in delatore Judas, in hortula-
no Adam, in [bb] exordiario Eva, in la- bb
trone Cain, in paſtore Abel, in curſore
Jacob, in ſacerdote Zacharias, in rege
David, in cytharœdo Jubal, in piſcatore
Jacobus, in [cc] coquo Antiochus, in aqua- cc
rio Rebecca, [dd] in furnitore Ananias, in dd
beſtiario Thecla, in ſtupido Moleſſadon,
in religioſo Salomon, in [ee] miniſtra Mar- ee
tha, in milite Urias, in inſano Herodes,
in famulo Cham, in medico Tobias, in
ebrio Noe, in riſiculo Iſaac, in triſti Job,
in judice Daniel, in fabro Joſeph, in
proſtituta Thamar, in formoſa Rachel,
in odibili Lia, in domina Maria, in im-
pio Loth, in adverſario Amalech, in ſtru-
ctore Sem, in [ff] ruſticulo Eſau, in forti ff
Golias, in piſtore Hieroboam. Sed quoniam
contendebat Dina, aquam effundebat Aa-
ron, & nudus erat Jonas; tunc ſolem
petebat Auſes ut ſiccaretur Berſabee. [gg] gg
Quo facto juſſit eos Rex ad ſe venire,

 qui

---

a *Intulit Jacob*] Hæc non inveni in mſſ.
b *Fel piſcis*] *Sicotum* in ſex mſſ. *Syrcotum* Remig.
c *Polypum*] *Polytum* in mſſ.
d *Cantharidem*] *Cantoridem* mſſ. Sic etiam *balegem*, *ſaxitanum*, *umbras*, *ſoliam* in pleriſque.
e *Hirundinem*] *Arundinem* in pluribus mſſ.
f *Glauculum Jonas*] Quidam mſſ. *conculam*, alii *glaucum*.
g *Alopidam Jacob*] Plerique codices *Job*. Paulo poſt *ereneam*, *coracinam*, *belionem* in multis codicibus, *dentilem* in uno mſſ.
h *Mel Jonathas*] Sic codex Sorb. alii *Jonas*, editi *Joannes*.
i *Conſperſit*] *Conſparſit* in mſſ.
k *Perminiſtravit*] Sic codices mſſ. editi *omnia perminiſtravit*.
l *Suſcitabatur*] *Suſcitabat* mſſ.
m *Laban*] *Lazarus* Morel. & quidam mſſ.
n *Intulit Martha*] *Maria* in ſex mſſ. *Thamar* Sorbon.
o *Aquam*] plerique mſſ. *aquatum*.
p *Non conſentiebat Suſanna*] Non inveni in mſſ.
q *Martha*] *Thamar* in codice Sorbonico.
r *Petrus*] Sic novem codices mſſ. *Martialis* in editis.
ſ *David hyſſopum porrexit*] Hæc deſunt in octo codicibus mſſ. in quibus etiam legitur: *dedit unguentum Aaron*. Poſtea *perunxit Maria* in uno ex regiis codicibus.
t *Percuſſit*] *Porrexit* in pleriſque codicibus mſſ.
u *Choros*] Multi codices habent *choreas*.
x *Cantavit Aſael*] *Cantavit David* in pleriſque mſſ. codicibus.
y *Ite in domos veſtras*] *Ite domibus veſtris* in pleriſque mſſ. ſic etiam paulo poſt in iiſdem *prodit in magiſtro Jeſus*.
x *In cuſtode*] Omnes codices mſſ. *in cuſtodia*.
a a *Nemroth*] *Mambres* in omnibus mſſ.
b b *In exordiario*] Morel. & codices mſſ. *in exodiario*.
cc *In coquo Antiochus*] *Ariochus* in codicibus mſſ. *in coco jartio* Sorb.
d d *In furnitore Ananias*] Mſſ. *in fornatorio*.
e e *In miniſtra*] Mſſ. *in miniſtro*.
f f *In ruſticulo*] Plerique mſſ. *in ruſtico*. Iidem paulo poſt *nudus erat Joannes*, *ſtolam petebat Auſes*.
g g *Quo facto*] Morel. & quidam codd. mſſ. *pro quo facto*, alii *ſub quo facto*. Paulo poſt deſunt hæ voces *altera die*. In iiſdem legitur *ſtropilos Levi* vel *ſtropilos*, *capſas Moyſes*. *Ante diem quadam de convivio*.

qui venerunt altera die & munera ei obtulerunt. Primus itaque omninm obtulit arietem Abraham, taurum Theola, oviculam Noe, camelnm Rebecca, leonem Samſon, cervum Eſau, vitulum Jeſus, jumentum Jacob, currum Helias, veſtem Judith, crines Berſabee, ligna Iſaae, frumentum Joſeph, reſinam Ruben, pecuniam Abimelech, ſtrobilos Levi, capſam Moyſes, favum Petrus, copias Abigal. Sed quoniam ante diem convivii, quædam de convivio ſubducta fuerant, juſſu Regis inquirebantur ab eis. Involverat enim ſtragulum multicolorium Agar, ſigillum aureum Rachel, ſpeculum argenteum Thecla, ſcyphum bibitorium Beniamin, annulum ſignatorium Thamar, coopertorium ſubſericum Judith, lanceam regiam David, alienam uxorem abduxerat Abimelech. Tune juſſit Rex, ut omnes qui fuerant in convivio ducerentur ad tormenta. Quo facto, primus innocens decollatur Joannes, occiditur Abel, foras projicitur Adam, timens obmuteſcit Zacharias, fugit Jacob, qneritur Enoch, turbatur Abimelech, immutatur Nabuchodonoſor, deprecatur Abraham, transfertur Helias, ſupprimitur Dina, includitur Noe, impingitur Loch, ſuffigitur Jeſus, damnatur Daniel, accuſatur Suſanna, alligatur Joſeph, occiditur Martha, tollitur Abacue, beſtiis datur Thecla, in fornacem mittitur Ananias, vinculis conſtringitur Samſon, punitur Urias, flagellatur Paulus, tenditur Eſaias, exſpoliatnr Jonas, lapidatur Hieremias, excæcatur Tobias, non credebant Moyſi, ſubducirur Abiron, ſuſpenditur Abeſſalon, confunditur Rebecca, tranſducitur Agar, arguitur Pharao, relinqnitur Dathan, deprimitur Chore, copulatur Iſaae, mittitur Nathan, convincitur Amalech, maledicitur Judas, dehoneſtatur Mambres, [a] cognoſcitur Loth, interficitur Phinees, dimittitur Ophni, timens moritur Heli, comprimitur Dina, decipitur Eſau, ſubſtringitur Saul, dolet de facto Job, interrogatur Eva, neſcio clamat Cain, tenetur & negat Petrus. Sed quoniam multorum conſcientia erat, in furto quod erat ſuſcipiens Raab, [b] quærebat Laban, infamabatur Suſanna, arguebat Joannes, negabat Rachel, dorebat Moyſes, plorabat Triphæna, obſervabat Maria, attendebat Oneſiphorus, triſtis erat Paulus, jurabat Jacob, non credebat Pharao, mentiebatur Hieroboam, pavebat Suſanna, erubeſcebat Rebecca, plangebat Hieremias. Poſtmodum ſcrutatis omnibus, inventum eſt furtum apud Beniamin, quod erat in conſcientia Joſeph. Sed poſteaquam probatum eſt Regi, quod Achar filius Charmi ſolus eſſet reus furti, juſſit eum mori, donavitque eum omnibus. Tunc occaſione accepta, primus omnium calce eum percuſſit Moyſes, abiit in complexum Jacob, veſtem detraxit Thecla, ad terram eliſit Daniel, lapide percuſſit David, virga Aaron, flagello Jeſus, medium aperuit Judas, lancea transfixit Eleazar. Tunc juſſit, uti qui mortuus eſſet ſepeliretur; & vendidit agrum Laban, emit Abraham, Joſeph monumentum fecit, & ædificavit Nachor; aromata impoſuit Maria, cluſit Noe, ſuperſcripſit Pilatus, pretium accepit Judas: quo facto gaudens clamat Zacharias, confunditur Elizabeth, ſtupet Maria, ridebat de facto Sara. Explicitiſque omnibus domos ſuas repetierunt.

CON-

a *Cognoſcitur*] Sic pro eo quod erat in editis *cogitur*, emendavi codicis Colbert. auctoritate.

b *Quærebat*] Editi *quærebatur*. Emendavimus auctoritate quatuor mſſ.

CONFESSIO
SANCTI CYPRIANI.

1 QUICUMQUE Chriſti myſteriis infenſi eſtis, lacrimas meas aſpicite, & quam vim habeant quæcumque his myſteriis continentur, cognoſcite. Quicumque dæmonum delectamini inſtitutis, diſcite a me ludibriorum, quæ in illis deprehenduntur, vanitatem. Neque enim veſtrum quiſquam ſuperſtitioſior me umquam eſſe poterit, aut accuratius eos qui dicuntur deos inveſtigare, eorumque efficientiam aſſequi. Ego ſum Cyprianus, qui a teneris unguibus donum Apollini conſecratus ſum, & adhuc infans draconis artibus initiatus. Nondum annos ſeptem natus eram, cum & ad Mithræ acceſſi myſteria; & cum Athenas veniſſem, & parentum meorum cura & ſollicitudine civis factus fuiſſem, annos natus decem in Cereris myſteriis facem prætuli, & clarum puellæ luctum ſuſtinui, ac Palladis in arce draconi miniſtravi ad munus æditui evectus. Veni etiam in Olympium montem, deorum, ut dicitur, ſedem; & initiatus ſum ſonis ſermonum, ac ſtrepituum narrationibus. Vidi illic in phantaſia arbores & herbas, quæ deorum præſentia operari videntur. Vidi illic horarum ſucceſſiones, ſpiritibus vices exercentibus, & dierum diſcrimen a contrariis quibuſdam efficientiis conſtitutum. Vidi illic choros dæmonum canentium, & aliorum bellum gerentium, & aliorum inſidiantium, decipientium, permiſcentium; ac dei & deæ cujuſque conſpexi illic phalangem, dies quadraginta ibi commoratus; unde velut ex regia quadam mittantur ſpiritus, ut unuſquiſque in terra & in omnibus gentibus operetur: fructibus tantum veſcebar poſt ſolis occaſum, &

ΜΕΤΑΝΟΙΑ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΠΡΙΑΝΟΥ.

ΟΣΟΙ τοῖς τοῦ Χριστοῦ μυστηρίοις [a] προσκόπτετε, τοῖς ἐμοῖς δάκρυσιν ἐπιβλέψατε, καὶ γνῶτε πάντων τῶν ἐμφερομένων ἐν αὐτοῖς τὴν δύναμιν. ὅσοι τοῖς δαιμονικοῖς ἐπιτέρπεσθε τρόποις, παρ' ἐμοῦ μάθετε τὴν ματαιότητα τῶν ἐν αὐτοῖς [b] χλευασμάτων. οὔτε γὰρ [c] ὑμῶν ἐμοῦ δεισιδαιμονέστερός ποτε γενέσθαι δυνήσεται, οὔτε διερευνήσασθαι τὰ περὶ θεῶν τῶν λεγομένων, οὔτε ἐφιέσθαι τῆς παρ' αὐτῶν ἐνεργείας. ἐγώ εἰμι Κυπριανὸς, ὁ ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων ἀνατεθεὶς τῷ Ἀπόλλωνι κειμήλιον, μυηθεὶς ἔτι νήπιος τὴν τοῦ δράκοντος δραματουργίαν. Επτὰ οὔπω ἤμην ἐτῶν ὅτε καὶ τοῖς τοῦ Μίθρου προσῆλθον μυστηρίοις, καὶ ὡς [d] Ἀθηναῖος ἐπήλυτος ὢν, ὑπὸ δὲ τῶν γεννησάντων μοι διὰ σπουδῆς πολίτης γενόμενος, ὅτι ὢν δέκα ἐτῶν, ἐδᾳδούχησα τῇ Δημήτρᾳ, καὶ [e] τῆς κόρης τὸ λευκὸν πένθος ὑπέμεινα, καὶ τῆς ἐν τῇ ἀκροπόλει Παλλάδος [f] τῷ δράκοντι ἐλειτούργησα, εἰς προκοπὴν [g] νεωκόρου καταστάς. ἐγενόμην καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπίῳ ὄρει, τῷ τῶν θεῶν, ὡς λέγουσιν, [h] οἰκητήριον, καὶ ἐμυήθην ἤχους ὁμιλιῶν καὶ ψόφων διήγησιν. εἶδον ἐκεῖ φανταζόντα πρέμνα, καὶ πόας ἐνεργεῖν δοκούσας θεῶν ἐπισκοπαῖς. εἶδον ἐκεῖ ὡρῶν διαδοχὰς, πνευμάτων ὑπαλλασσόντων, καὶ ἡμερῶν διαφορότητα ὑπό τινων ἐνεργειῶν ἐναντίων [i] συνισταμένων. εἶδον ἐκεῖ χοροὺς δαιμόνων ὑμνούντων, καὶ ἄλλων πολεμούντων, καὶ ἑτέρων [k] ἐνεδρευόντων, ἀπατώντων, συγχεόντων, καὶ ἑκάστου θεοῦ καὶ θεᾶς ἐθεασάμην ἐκεῖ τὴν φάλαγγα, μείνας αὐτόθι ἡμέρας τεσσαράκοντα. ὁπόθεν ὡς ἐκ βασιλείων ἀποστέλλονται τὰ πνεύματα, ἐνεργεῖν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. καὶ ἐσιτούμην [l] ἀκρόδρυα μόνον μετὰ δύσιν ἡλίου. καὶ δὴ

ὢν

a Προσκόπτετε] Vetus interpres legit *προκόπτετε*: ſic enim habet Latina hujus operis interpretatio in editione Oxonienſi & in tom. 5. Theſauri Anecdotorum: *Quicumque in Chriſti myſteriis proficitis*. Tot aliis nævis ſcatet hæc interpretatio, ut neceſſe viſum fuerit totum hoc opus, quod a Gregorio Nazianzeno citatum, & ab Eudocia in verſus deductum fuit, Græce & Latine edere. Græca ſuppeditavit bibliotheca Colbertina. Titulum retinuimus, prout habetur in Latina veteri interpretatione; quamvis accuratius reddi potuiſſet, *Pœnitentia ſancti Cypriani*.

b Χλευασμάτων] *Diſcite vanitatem eorum quæ periment animas*, Oxon. *diſcite vanitatem earum quæ in eis pereunt animarum*. Theſ. & cod. Colbert.

c Ὑμῶν] Deeſt apud interpretem; addendum videtur *τις*: quæ vox ab interprete retenta; ſic enim reddit: *numquam enim nequior me aliquis factus eſt*.

d Ἀθηναῖος] Apud interpretem Cyprianus nec Athenas advenire, nec civitate ibi donatus memoratur, ſed hæc leguntur: *Et cum adhuc tenerrimus eſſem, cœpi iniquitates agere. A parentibus autem dæmonibus traditus ſum, & velut votum erat eis vita mea turpis*.

e Τῆς κόρης] Id eſt, Proſerpinæ. At interpres mirum in modum aberrat, cum ſic reddit: *Idoli pupillæ albi luctum exſpectavi*.

f Τῷ δράκοντι] Non belle Oxonienſis editor dæmonem hoc in loco, ut in pluribus aliis ejuſdem libri, generatim draconis nomine deſignari exiſtimat. Liquet hic indicari draconem illum, qui Athenis in templo Minervæ colebatur. Narrat Plutarchus in Themiſtoclis vita pag. 282. Themiſtoclem, cum Atheoienſibus perſuadere vellet, ut relicta urbe in naves ſecederent, inito cum ſacerdotibus conſilio perfeciſſe, ut dracone his diebus in adytia non apparente, & libaminibus, quæ ei quotidie apponebantur, integris repertis, Minerva dereliquiſſe urbem, & ducem ſe civibus ad mare præbere videretur.

g Νεωκόρου] Vetus interpres hæc conjungit cum iis quæ ſequuntur: *Et poſt promotionem ſacerdos conſtitutus ſum in Olympio monte*. Hæc autem *promotio* non ætatis, ut editori Oxon. videtur, ſed dignitatis acceſſionem deſignat.

h Οἰκητήριον] Lege *οἰκητήριον*.

i Συνισταμένων] Legendum videtur *συνισταμένην*. Dierum autem varietatem nequaquam hic ſcriptor dæmonibus attribuit, ſed ait eos ſibi illam attribuiſſe in viſionibus quas ei objiciebant.

k Ἐνεδρευόντων] *Obſeſſa facientium*, Oxon. *obſcœna facientium*. Theſ.

l Ἀκρόδρυα] Sic redditur in edit. Oxon. *ſumma tenera de arboribus*. *Summa tenera de roboribus* Theſ.

ὢν ἔτι ἐτῶν πεντεκαίδεκα ἐμυούμην τὴν ἑκάστου αὐτῶν ἐνέργειαν ὑπὸ τῶν ἑπτὰ ἱεροφαντῶν. λίαν γὰρ οἱ ἐμοὶ γονεῖς ἐσπούδαζον με ἐπιγνῶναι τὰ γῆς, ἀέρος καὶ θαλάσσης, οὐ μόνον τὰ κατὰ φύσιν φθορᾶς καὶ γενέσεως ποῶν
a καὶ πρέμνων καὶ [a] στομάτων, ἀλλὰ καὶ ἐν πᾶσιν αὐτοῖς ἐνεργείας, ἃς ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου ἐνετύπωσεν, ἐναντιούμενος πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ διατύπωσιν.

Ηλθον καὶ ἐν Αργει ἐν τῇ τῆς Ηρας τελετῇ, ἐμυήθην ἐκεῖ βουλὰς ἑνότητος, ἀέρος πρὸς αἰθέρα, καὶ αἰθέρος πρὸς ἀέρα. ἅμα δὲ καὶ γῆς πρὸς ὕδωρ, καὶ ὕδατος πρὸς ἀέρα. ἔφ-
b θασα καὶ ἐν τῇ Ιλιάδι, καὶ τὴν [b] ταυρόπολιν Αρτεμιν κατέλαβον ἐν Λακεδαίμονι, ἵνα μάθω ὕλης σύγχυσιν καὶ διαίρεσιν, καὶ μετεωρισμοὺς λοξῶν καὶ ἀγρίων διηγήσεων, καὶ τὰ κατὰ μαντικὴν κατείληφα παρὰ Φρυγῶν, καὶ ἡπατοσκοπίαν ἔμαθον. καὶ ἐν βαρβάροις οἰωνισ-
c μὸν, καὶ τετραπόδων [c] καμπτὰς, καὶ γνωστικῶν κληδονισμούς. καὶ φωνὴν τρισμοῦ παντὸς ξύλου καὶ λίθου, καὶ νεκρῶν ἐν τάφοις, καὶ θυρῶν ψόφους, καὶ παλμοὺς μελῶν ἔγνων, καὶ αἱμάτων φορὰς ἐν τοῖς σώμασι κατ' ἐνέργειαν, καὶ μυρμηκιασμῶν συστάσεις καὶ ἀνατάσεις, καὶ βολὰς λόγων καὶ ἀριθμῶν εἰς λόγους, καὶ λόγων εἰς ἀριθμούς. καὶ ἐπιπολαίους κακώσεις σωμάτων, ὡς φυσικὰς, καὶ τὰς φυσικὰς ὡς ἐπιπλάστους, καὶ ὅρκους ἀκουομένους καὶ μὴ ἀκουομένους, καὶ συμφωνίας εἰς ἐναντίωσιν. καὶ οὐδὲν ἐν γῇ καὶ ἐν θαλάττῃ, καὶ ἐν ἀέρι με ἔλαθεν, οὔτε φασματικὸν, οὔτε γνωστικὸν, οὔτε πολύτροπον, οὐ μηχανικὸν, οὐκ ἔντεχνον, ἄχρι τῆς τῶν γραφῶν μεταφορᾶς μαγγανικῆς, καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων.

Μετὰ τὰ τοιαῦτα εἴκοσι γενόμενος ἐτῶν, παρ' Αιγυπτίοις εἰς Μέμφιν ἦλθον, κἀκεῖ τῶν ἀδύτων λαμβάνω πεῖραν, ἐν οἷς πρὸς τὰ ἐπίγεια ἑνοῦνται, καὶ κατὰ ποῖον ἀποτρόπαιοί εἰσι τόπον, καὶ τίσιν ἐπιτέρπονται ἄστροις καὶ θεσμοῖς καὶ πράγμασι, καὶ ἐν τίσι φυγαδεύονται. πῶς σκότος τηροῦσι, καὶ ἐν τίσι πράγμασιν ἄλλοις τὴν ἀντίστασιν ἔχουσιν. ἔγνων ἐκεῖ πόσοι ἄρχοντες σκότους εἰσὶ, καὶ πῶς ἐν ψυχαῖς κατορθοῦσι καὶ σώμασιν ἑαυτῶν κοινωνίαν ἔχουσι, καὶ ποία ἐνέργεια δι' αὐτῶν κατορθοῦται, δρόμος, γνῶσις, μνήμη, φόβος, τέχνη ἔνδολος, ἀθρύλλητος ὁρμὴ, λήθη καὶ ὄχλου παίγματα, καὶ τὰ τοιουτότροπα. ἐκεῖ ἔγνων σεισμῶν καὶ ὑετῶν ὁμοιότητα, καὶ γῆς καὶ θαλάσσης ἐπιτετηδευμένην ὁρμὴν, ὡς ἂν εἰς ἐναντίωσιν τῆς ἐποπτικῆς κινήσεως τοῦ Θεοῦ. ἐκεῖ εἶδον γιγάντων ψυχὰς ὑπὸ σκότους τηρουμένας, καὶ φασματικῶς ὀρθούσας γῆν, ὡς ἄν τις ἐπ' ὤμων φέρῃ φορτίον βαρύτατον. ἐκεῖ εἶδον δρακόντων κοινωνίας μετὰ δαιμόνων, καὶ τὴν ἐξ αὐ-

uniuſcujuſque illorum efficaciam edocebar a ſeptem ſacrorum antiſtitibus, cum annos nondum quindecim impleviſſem. Id enim parentes mei valde ſtudebant, ut cognoſcerem quæ in terra & in aere & in mari; nec naturales tantum herbarum & arborum & corporum generationes & corruptiones, ſed etiam inſitas his omnibus virtutes, quas princeps hujus ſæculi impreſſit, ut Dei conſtitutioni adverſetur.

2 Veni etiam Argos in Junonis ſacris. Vidi ibi aeris cum æthere, & ætheris cum aere, ſimul etiam terræ cum aqua & aquæ cum aere unitatis conſilia. Penetravi etiam in Iliadem, & ad Tauropolon Artemidem, quæ eſt Lacedæmone, acceſſi, ut materiæ confuſionem & diviſionem diſcerem & obliquarum & atrocium enarrationum ſublimitates; divinationem a Phrygibus & haruſpicinam accepi, auſpicia apud Barbaros, & quadrupedum flexiones, & peritorum ominationes, & ſtridoris vocem ligni omnis ac lapidis, & mortuorum in ſepulcris, ac oſtiorum ſtrepitus & membrorum palpitationes cognovi, & ſanguinis in corporibus motus ſecundum efficientiam, & pulſationum contractiones & extenſiones, & ſubductiones rationum & numerorum in rationes & rationum in numeros, & ſimulatos corporum morbos quaſi naturales, & naturales quaſi ſimulatos, & juramenta quæ audiuntur nec tamen audiuntur, & conſenſiones ad diſcordiam: nec quidquam in terra aut in mari aut in aere me latuit, ſive phantaſia, ſive ſcientia, ſive variis modis, ſive machinatione aut artificio contineatur, uſque ad ſcripturarum per præſtigias tranſlationem, & alia ejuſmodi omnia.

3 Poſtea annos natus viginti Memphim in Ægyptum veni, ac ibi in adyta admiſſus, cognovi quæ ſit eorum (dæmonum) cum terrenis rebus communicatio, quibus in locis averrunci ſint, quibus delectentur aſtris & legibus & rebus, quibus ſugentur; quomodo tenebras ſervent, & quibus aliis in rebus reſiſtant. Cognovi illic quot ſint tenebrarum principes, & quomodo illis ſuccedat in animabus & corporibus quæ cum illis communicationem habent, & qualis per eos ad exitum perducatur efficientia, curſus, ſcientia, memoria, metus, ars doloſa, tacitus impetus, oblivio & turbæ ludibria, & alia ejuſmodi. Vidi illic terræ motuum & pluviarum ſimilitudinem, & terræ ac maris motum de induſtria excitarum, ut inſpectrix Dei motio interpelletur. Vidi illic gigantum animas ſub tenebris detentas, & in phantaſia ſuſtinentes terram, velut ſi quis graviſſimum onus humeris ferat. Vidi illic draconum cum dæmonibus communicationes, & emiſſam ex illis

a Στομάτων] Legendum eſſe σωμάτων patet ex Photio, qui Cyprianum ait inveſtigaſſe naturam herbarum & plantarum & omnis generis animalium.

b Ταυρόπολιν] Legendum ταυροπόλον. Artemis dicta eſt Tauropolos, vel quod ceu taurus omnia circumeat & luſtret, vel quod taurum in Hippolytum a Neptuno immiſſum per omnes terras œſtro percitum agitaverit, vel eum, ut alii volunt, confoderit: unde & ταυροβόλος dicta eſt. Suidas.

c Καμπτάς] Lege καμπάς. Paulo poſt nonnullæ in cod. mſ. litteræ vetuſtate exciderunt, quas tamen non difficile fuit explere. Sic enim legitur ἐπιπολαίους . . . ώσεις σωμάτων ὡς φυσικὰς, καὶ τὰς φυ . . κὰς ὡς ἐπιπλάστους. (forte ſupra legendum potius ἐπιπλάστους) καὶ ὅρκους . . , συμφωνίας. Sic etiam infra, ἐποπτικῆς κινή . . . τοῦ Θεοῦ. ἐκεῖ εἶδον γιγάντων ψυχὰς ὑπὸ σκότο . . , τηρουμένας.

lis amaritudinem ad rerum terrenarum perniciem; unde participes aerei ſpiritus peſſime homines afficiunt, utpote materiæ auxilio adjuti. Vidi & terram a vento gravatam, nec in aqua demerſam propter erectionem naturalium ejus fulcrorum, quam draco, qui divinæ conſtitutioni adverſatur, ad fraudem inſtruendam elaboravit. Veni etiam in locum ubi ideas transfigurationum habent dæmones, per quas nefarii ſpiritus hominibus in impietate ſecum fœdere conjunctis miniſtrant. Vidi illic quomodo conſiſtat impia pietas & rationis expers ſcientia, & iniqua juſtitia, & confuſus ſtatus. Vidi illic ſpeciem mendacii formam habentis omni genere variatam, & ſpeciem fornicationis triformem, ſanguineam, ſpumoſam, pinguem: ſpeciem Iræ petroſam, deſertam, & aſperam & efferatam: ſpeciem doli coagmentatam & concretam, pluribus linguis comantem: ſpeciem odii, cæcam, habentem quatuor oculos in occipite ſemper lucifugos, ac multos pedes protinus ex ipſo capite ſuſpenſos; ſine ventre ob viſcerum expertem animi affectum: ſpeciem invidiæ ſimilem æmulationi, in eo tamen diſcrepantem quod linguam inſtar falcis proferat. Vidi illic ſpeciem improbitatis tenuem, multos oculos habentem & pro pupillis ſagittas, impetu ad inſidias inſtructam. Speciem avaritiæ anguſtum & longum caput habentem, atque os a tergo & ad pectus terram & lapides exhauriens; ſed tamen eo tenuior fiebat, nihil adſciſcens. Speciem triſtitiæ totum corpus acutum habentem inſtar falcis, & pupillas oculorum ſuccumbentes, ita ut deficere videantur. Speciem mercaturæ invenuſtam, velocem, ſordidam, ferentem dorſo faſciculum, qui totam ipſius ſubſtantiam complectitur. Speciem vanitatis nitidam & pinguem, ſed oſſibus omnino carentem. Speciem idololatriæ altius volantem, ac pennas habentem in capite, ſeque omnia obtecturam promittentem, ſed ne unum quidem membrum habentem, quod his alis obumbretur. Speciem hypocriſis totam improbe agentem, magnumque pectus habentem, ſed quod ſenſim diffluit, & velut ea quæ vento moventur in partes propemodum infinitas circumfertur. Speciem amentiæ, juvenem, maſculofeminam, nudam, impudentem, fatuam. Speciem temeritatis, linguam habentem procul a reliquo corpore: ſpeciem ſtultitiæ caput obliquum habentem, cor laxum & diffluens, quodque nihil ferre valeat. Vidi illic ſingulorum vitiorum formam, qua quiſque dæmon indutus in mundum prodit. Vidi illic trecentas ſexaginta quinque vitiorum ſpecies, & inanis gloriæ, & inanis virtutis, & inanis ſapientiæ, & inanis juſtitiæ, quibus Græcorum philoſophos decipiunt. Omnino enim ornata ſunt, ſed ſubſtantiam

τῶν προϊεμένων πικρίαν εἰς ὄλεθρον τῶν ἐπιγείων. ὅθεν μετέχοντα τὰ ἀέρια πνεύματα τοὺς ἀνθρώπους τὰ πάνδεινα διατίθενται, ὡς βοηθείας ὑλικῆς ἀπολαύοντα. εἶδον καὶ γῆν βαρουμένην ὑπὸ πνεύματος, καὶ μὴ χαλωμένην ἐπὶ τοῦ ὕδατος, διὰ τὴν ἐπαναφορὰν τῶν στηριγμάτων αὐτῆς τῶν φυσικῶν. ἦλθον εἰς χῶρον ὅπου αἱ ἰδέαι τῶν μεταμορφώσεων τοῖς δαίμοσι γίνονται. [a] ἣν ὁ δράκων ἀντιδιαταξάμενος τῇ θείᾳ διατυπώσει πρὸς τὴν τῆς πλάνης παράταξιν ἐπετήδευσε. δι' ὧν τὰ πονηρὰ πνεύματα λειτουργοῦσι τοῖς συσπόνδοις αὐτῶν ἐν ἀσεβείᾳ ἀνθρώποις. ἐκεῖ εἶδον πῶς συνίσταται ἀσεβὴς εὐσέβεια καὶ ἄλογος γνῶσις, καὶ ἄδικος δικαιοσύνη, καὶ συγκεχυμένη κατάστασις. ἐκεῖ εἶδον εἶδος τοῦ ψεύδους, μορφὴν ἔχον παμποίκιλον, καὶ τὸ εἶδος τῆς πορνείας τρίμορφον, αἱματῶδες, ἀφρῶδες, [b] σιπῶδες. εἶδος ὀργῆς, πετρῶδες, ἔρημον, καὶ τραχὺ καὶ θηριωδέστατον. εἶδος δόλου, πυκνὸν, σύμφυτον, πολλαῖς γλώσσαις κατάκομον. εἶδος μίσους τυφλὸν, ἔχον τέσσαρας ἐν τῷ ὀπισθοκρανίῳ ὀφθαλμοὺς, φεύγοντας ἀεὶ τὸ φῶς, καὶ πόδας ἔχον πολλοὺς εὐθὺς ἠρτημένους ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ μὴ ἔχον κοιλίαν διὰ τὴν ἄσπλαγχνον ὁρμήν. εἶδος φθόνου ὅμοιον τῷ ζήλῳ, [c] διαφερόμενον δὲ ὅτι τὴν γλῶσσαν προσφέρει ὡς δρέπανον. εἶδος πονηρίας εἶδον ἐκεῖ, λεπτῶδες, τὸ πολυόφθαλμον, ἀντὶ τῶν κορῶν βέλη ἔχον, πρὸς ἐπιβουλὴν τὴν ὁρμὴν κεκτημένον. εἶδος ἀπληστείας, κεφαλὴν ἔχον στενὴν καὶ μακράν. στόμα δὲ εἶχε καὶ ὄπισθεν καὶ πρὸς τῷ θώρακι τὴν γῆν ἀνιμώμενον, καὶ τοὺς λίθους, καὶ λεπτότερον ἐγίνετο, μηδὲν προσιέμενον εἶδος. [d] γρινόντος, ὀξὺ ὅλον τὸ σῶμα ἔχον κατὰ τὴν ἅρπην, καὶ τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν ἔχον συνδυνούσας εἰς ἔκλειψιν. εἶδος ἐμπορίας, [e] κορδὸν, γοργὸν, ῥυπῶν, ἔχον ἐπὶ τοῦ νώτου δεσμὸν περιέχοντα πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν. εἶδος ματαιότητος, εὔτροφον, εὔσαρκον, μὴ ἔχον δὲ ὀστᾶ τὸ σύνολον. εἶδος εἰδωλολατρείας, ὑψιπετὲς, τὰ πτερὰ ἔχον ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ πάντα σκέπειν ἐπαγγελλόμενον, μηδὲ ἓν μέλος ἔχον ὑπ' αὐτῶν σκιαζόμενον. εἶδος ὑποκρίσεως, ὅλον πεπονηρευμένον, καὶ ἔχον στέρνα μεγάλα, ἀλλὰ λεληθότως διαῤῥέοντα, καὶ ὡς ἐπὶ τῶν ἀνέμων εἰς μυρία περιστρεφόμενον. εἶδος ἀνοίας, νέον, ἀῤῥενόθηλυ, γυμνὸν, ἀναιδὲς, ἀπρεπέστατον. εἶδος προπετείας, γλῶσσαν ἔχον μακρὰν τοῦ ἄλλου σώματος. εἶδος μωρίας, κεφαλὴν ἔχον καρσίαν, καρδίαν χαύνην διακεχυμένην, καὶ μηδὲν βαστάσαι ἰσχύουσαν. καὶ ἑκάστου ἐλαττώματος εἶδον ἐκεῖ μορφὴν, ἣν ἕκαστος δαίμων ἐνδυόμενος ἐπὶ τὸν κόσμον πρόεισι. τριακόσια ἑξηκονταπέντε παθῶν εἴδη εἶδον ἐκεῖ, καὶ τῆς κενοδοξίας καὶ κενῆς ἀρετῆς, καὶ κενῆς σοφίας, καὶ κενῆς δικαιοσύνης, ἐν οἷς πλανῶσι τοὺς Ἑλλήνων φιλοσόφους. ὅλως γὰρ ἐστολισμένα εἰσὶν, ἀλλ' ὑπόστασιν οὐκ

a Ἣν ὁ δράκων] Hæc ex loco ſuo exciderunt & ponenda ſunt poſt τῶν φυσικῶν. Non multo poſt legendum μορφὴν ἔχοντος vel ἔχον.
b Σιπῶδες] Legendum videtur λιπῶδες.
c Διαφερόμενον] Leg. διαφερόμενον.
d Γρινόντος] Legendum conjicio γρυπώτερος vel γρυπνότερος.
e Κορδὸν] Forte ἄκομψον, id eſt, invenuſtum. κομψὸς enim idem ſonat ac gratia.

a οὐκ ἔχουσι. τὰ μὲν [o] ὡς κονιορτὸς, τὰ δὲ ὡς
σκιὰ θᾶττον διαῤῥέοντα. ἐν γὰρ τοῖς τριακο-
σίοις ἑξηκονταπέντε πάθεσι τὰ δαιμόνια ἐνερ-
γεῖν παρασκευάζουσιν εἰς ἀποπλάνησιν. καὶ ἵνα
μὴ τὰ πολλὰ λέγων πολλὰς βίβλους κατα-
χάψωμαι, βραχέα εἰπὼν ἐκ τῶν πολλῶν, τὴν
σπουδὴν τῆς ἀσεβείας μου ὑμῖν παραπέμπο-
μαι.

Τριάκοντα ἐτῶν ἤδη γεγονὼς, παρ' Αἰγύπτου
στέλλομαι πρὸς τοὺς Χαλδαίους, ἵνα μάθω τοῦ
αἰθέρος τὴν ὁρμὴν, ἣν αὐτοὶ οὗτοι ἐπὶ πυρὸς
λέγουσιν, οἱ δὲ ἀκριβεῖς αὐτῶν ἐπὶ φωτός.
παρ' αὐτῶν ἔγνων ἀστέρων ὡς ἐπὶ βοτανῶν δια-
b φορὰς, καὶ χοροὺς ἄστρων, [b] ὡς ἐπὶ πολέμων
διαταγαῖς. οὗτοί μοι κατέλεξαν οἴκους ἑνὸς
c ἑκάστου, καὶ κοινωνίας, [c] καὶ τροφὰς καὶ πόμα-
τα, καὶ συνουσίας νοερὰς ἐπὶ φωτὸς ἀνθρώποις
τελουμένας. οὗτοί μοι διείλαντο αἰθέρα τρό-
ποις τριακοσίοις ἑξηκονταπέντε, καὶ φύσιν ἕκα-
στον ἔχοντα κοινωνὸν ἐνεργείας ὑλικῆς. καὶ συμ-
βουλίᾳ χρωμένους τῇ τοῦ ἄρχοντος διαταγῇ,
καὶ παραμηνύοντα τὴν βουλὴν τοῖς κινήμασι,
καὶ κρύπτοντα μυστικὴν ἐντολὴν, καὶ πειθόμενα
λόγοις πραγματικοῖς τοῖς ἐκ θυσιῶν καὶ σπον-
δῶν. τινὰ δὲ μὴ πειθόμενα, ἀλλὰ διάθεσιν
τηροῦντα πρὸς τὴν βουλὴν τοῦ φωτός. ὑπέδει-
d ξαν δέ μοι πῶς ἐπείσθησαν [d] μετέχειν σκοτει-
νῆς βουλῆς, καὶ ἀντιπαραχθεῖν βουλὴν φωτὸς
e εἰς ἐπικράτησιν. εἶδον τοὺς [e] μεσίτας, καὶ ἐθαύ-
μασα, ὅτι καὶ ἐν τοῖς ἀερίοις τοῦ σκότους πνεύ-
f μασιν ὁ βίος [f] κατακερματίζεται. ἔγνων τὰς πρὸς
g h ἀλλήλους [g] διαθήκας, καὶ ἐξεπλάγην ὅτι [h]
ὅρκοις ἰδίοις κεκράτηνται. ἐκεῖ διαθέσεις, ἐκεῖ
ἐντολαὶ, ἐκεῖ σπουδὴ καὶ ἔννοια, ἵνα τῆς μετου-
σίας αὐτῶν ἀπολαύσωσιν, ἣν ὁ ἄρχων σοφίᾳ
i δεινῇ ἐξεῦρεν. [i] ἐκ γὰρ ἀέρος τὸν νοῦν ἐπλή-
ρωσε συνέσεως, ἐκ δὲ γῆς τὴν γλῶσσαν δο-
λιότητος, ἐκ δὲ τῶν καταχθονίων τὴν προαί-
ρεσιν κακούργου πράξεως. καὶ οὕτως ἀπησχό-
k λησε τὸν πάντα χρόνον, [k] ἀποστῆναι πίστεως
καὶ θεοῦ καὶ τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ. πάντα ἐν τῇ
πλάνῃ ἐνεπορεύσατο. πάντα συνέχεε, καὶ αὐ-
l τὸς ἐν πηγῇ ματαιότητος βασιλεύει [l] τῆς ἀνο-
μίας.

Ἐμοὶ πιστεύετε, ὅτι αὐτὸν τὸν διάβολον ἐθεασά-
m μην, ἐμοὶ πείθεσθε, καὶ [m] ἠσπασάμην αὐτὸν, καὶ συνε-

non habent, nunc inſtar pulveris, nunc inſtar umbræ cito diffluentia; nam in trecentis ſexaginta quinque vitiis dæmones operationes ad decipiendum inſtruunt. Sed ne pluribus dicendis multos libros conſcribam, pauca de multis referens, meum vobis impietatis ſtudium ſubindico.

4 Annos jam triginta natus ex Ægypto proficiſcor in Chaldæam, ut diſcam vim aeris, quam ipſi quidem in igne, qui autem inter eos accuratiores ſunt, in luce poſitam dicunt. Ab his cognovi aſtrorum, veluti herbarum, diſcrimina, & choros velut inſtructas acies. Hi enarraverunt mihi domum uniuſcujuſque & communicationes, & cibos & potus, & ſpiritales cum hominibus in luce congreſſus. Hi diviſerunt mihi ætherem in partes trecentas ſexaginta quinque, & unumquemque (dæmonem) natura præditum materialis virtutis participe, & principis mandato obſequentem, & motibus conſilium indicantem, & ſecretum mandatum occultantem, & efficacibus per ſacrificia & libationes verbis obtemperantem: quidam tamen non obediunt, ſed affectum ſervant ad lucis conſilium; demonſtraverunt mihi quomodo adducti fuerint, ut participes eſſent conſilii tenebrarum, aut conſilium lucis ad imperandum opponerent. Vidi mediatores, & miratus ſum in ipſis etiam aereis tenebrarum ſpiritibus vitam in minutiſſimas partes diſtrahi; cognovi eorum inter ſe pacta, & obſtupui quod peculiaribus juramentis teneantur. Illic affectiones, illic mandata, illic ſtudium & cogitatio, ut illius communicationis participes fiant, quam princeps aſtuta ſapientia invenit; nam ex aere mentem implevit prudentia, ex terra linguam dolo, ex infernis voluntatem pravis actionibus; ſicque tempus omne in eo inſumit, ut a fide & a Deo ejuſque cultu abducat. Omnia per fraudem molitus eſt, omnia confudit, ac ipſe in vanitatis fonte regnum iniquitatis tenet.

5 Credite mihi, diabolum ipſum vidi, credite mihi, amplexus ſum illum & collocutus,

---

o Ὡς κονιορτὸς] Prætermittit interpres Cypriani peregrinationes apud Argivos, Lacedæmonios, Phryges, Barbaros & Ægyptios; loquitur tantum de illius ex Ægypto ad Chaldæos profectione. Quæ autem Cyprianus in Ægypto vidiſſe ſe narrat; ea ipſi apud Chaldæos commoranti attribuit interpres, ac pluribus recitis, ut porum utilibus, ſic breviter enarrantem inducit: *Ibi vidi formas quas ſinguli dæmones induebantur, & ad mundum egrediebantur. Omnium autem horum & ceterorum dæmonum & viſiones & ſpecies, & omnes actus eorum habebam depictos in magicis libris. Et quem volebam vocabam, ut ſuam annunciationem exerceret. Et trecentorum ſexaginta quinque ſpirituum immundorum naturas ſive ſpecies didici, ordineſque ſingulorum dæmoniorum & operationes, & in malis quibus gaudent, errorem perditionis, diſſenſiones, luxuriam, fornicationes, nequitiam, avaritiam, turpe lucrum, vanam laudem, vanam vitam, vanam gloriam, vanam juſtitiam, vanam veritatem, vanam ſapientiam. Sunt autem quidam ſicut pulvis, quidam ſicut pictura quæ exterminatur, quidam velut umbra quæ diſſolvitur in ſemetipſa, & cetera de quibus non eſt tempus narrare.*

b Ὡς ἐπὶ πολέμων] Interpres *choros ſtellarum ſuper bella conſtitutos.*

c Καὶ τροφὰς] Interpres ſic reddit hunc locum: *Hi mihi oſtenderunt ſingulorum ſpirituum aeris virtutes, facientes me abſtinere ab eſca animalium, & a vino & a concubitu.*

d Μετέχειν] Sic etiam ſupra didiciſſe ſe ait, *quomodo tenebras fervent & quibus aliis in rebus reſiſtant*, & interpres ſic habet: *docuerunt autem me quomodo obaudierunt, ut particeps eſſem tenebrarum conſilio, & quis traſtat lucidam ſpeciem ad obtinendum.*

e Μεσίτας] *Meditatores* Theſ. Anecdot.

f Κατακερματίζεται] Interpr. *Et admiratus ſum quia & in cœleſtibus mundo per pecuniam imperant.*

g Διαθήκας] *Conteſtationes* Oxon. *contentiones* Theſ.

h Ὅρκοις ἰδίοις] Interpr. *juramentis nefandis.*

i Ἐκ γὰρ ἀέρος] Interpr. *impetus terrenos conſtituens, in aere autem & in terra ſuum ſenſum complevit, in inferis autem numquam ſuam voluntatem complevit.*

k Ἀποστῆναι] Forte ἀποστῆσαι.

l Τῆς ἀνομίας] Addit interpres: *ſic ſe promittit obtinere impudicitiam uſque in finem.*

m Ἠσπασάμην] Videtur interpres legiſſe ἱκετευσάμην; ſic enim reddit: *in multis ſacrificiis placans meum ingreſſum.*

tus, & unus ex illis, qui primas apud eum habebant, exiſtimatus ſum. Ingenuum me adoleſcentem ſalutavit, novum Jambrem, firmum & habilem ad miniſterium, ipſiuſque communicatione dignum. Promiſit facturum me principem poſt vitæ finem, ac in omnibus viventi adfuturum. Quapropter cum in honore eſſem apud illum, phalangem dæmonum mihi commiſit. Macte animo, exclamavit abeunti, optime Cypriane, meque aſſurgens deduxit, quod quidem omnes admirati ſunt. Hinc omnes illius principes mihi obtemperabant, cum ſcirent quanti apud illum fierem. Erat autem ſpecies ejus quaſi flos auri, lapidibus pretioſis ornata, & in capite ex gemmis nexis corona, quarum ſplendor locum illum illuſtrabat; nec diſſimilis ſtola, & converſus ſeptum tremefaciebat. Plurimus autem circa illius ſedem aſtabat variorum ordinum comitatus, ideas ſuas & efficientias illius imperio ſubmittentium. Illud etiam mihi monſtratum eſt, quomodo locum illuminet, ac ſpecies exhibeat, non mediocriter omnes percellens; nam in omnibus ſtellis & in plantis & in Domini operibus illigavit ſibi ſimilitudines ad bellum cum Deo & angelis ejus gerendum paratus. Unde videtur homines quaſi Deus decipere; quamvis nihil ſolidum habeat, ſed velut umbratili quadam pictura hæc omnia conſtituere & producere videatur; hinc cum videntur in formis ſuis dæmones, diſſolvuntur; id enim ſtudio habent, ut ſaltem per imagines potentiam ſuam demonſtrent.

6 Quomodo autem materiam habeat ejuſmodi umbrarum ediſſeram. Non aliunde profectoquam ex ſacrificiis. Ipſi enim fiunt vapores ex illis nidoribus, quemadmodum & lana & linum & textilia & tincturæ, ac ars templi & inſtrumenta. His enim ſeipſos induunt & eorum umbris pro formis utuntur: propterea poſtulat ſacrificium, uſque ad formicam, & aquas expoſcit & lanas & fructus & quæcumque in terra ſunt, ut in his habeat umbrarum ad phantaſiam pertinentium uſum. Quemadmodum ergo mortuorum formas memoriæ & animo impreſſas habemus, eoſque videmus quamvis non videantur, & cum illis non loquentibus colloquimur; ſic & diabolus eorum, quæ ipſi conſecrata ſunt, formas exprimens, ſibi & ſuis circumponit; pluviam dans ſed non aquam; ignem efficiens, ſed qui non comburat; piſcem dans ſed non cibum; aurum donans ſed minime ſolidum. Nam & aliis ex materiis formas colligens, urbem monſtrat & domos & agros & montes & patrias, & herbam & flores & lanas & florida ſtragula, & ſomniorum materiam oſtendit. Nam & ipſe nocte ſpecies exhibet animabus. Atque hæc quidem in phantaſia ludificatur; ſed impii homines, dum illum colunt, ad hæc facienda incitant &

λάλησα, καὶ τῶν [a] παρ' αὐτοῦ τὰ πρῶτα ἐχόντων ἐνομίσθην. [b] Εὐφυῆ με μειράκιον προσεῖπε, νέον Ἰαμβρὴν, εὔτονον εἰς λειτουργίαν, ἄξιον τῆς κοινωνίας ἐκείνου. ἐπηγγείλατό με ἄρχοντα ποιήσειν μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν, ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον συνεργεῖν. Διὸ ὡς τιμὴν ἔχοντί μοι παρ' αὐτοῦ, καὶ φάλαγγα δαιμόνων ἐνεπίστευσεν. Ἀνδρίζου, μοι ἐξιόντι ἀνεβόησε, σπουδαιότατε Κυπριανὲ, καὶ προέπεμψέ με ἀναστὰς, ὅπερ καὶ πάντες ἐθαύμασαν. διὸ καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ ὑπήκουόν μοι, εἰδότες τὴν τιμήν μου τὴν παρ' αὐτοῦ. ἦν δὲ τὸ εἶδος αὐτοῦ ὡς ἄνθος χρυσίου τιμίοις λίθοις κεκοσμημένον, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐστεφάνωτο λίθοις συμπλεκομένοις, ὧν αἱ [c] ἐνέργειαι τὸ πεδίον ἐκεῖνο κατηύγαζον. καὶ ἡ στολὴ οὐκ ἀνόμοιος. καὶ ἔσειε τὸν χῶρον περιστρεφόμενος. πολλὴ δὲ ἡ περὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ παράστασις διαφόρων ταγμάτων κεκλικότων πρὸς ὑποταγὴν αὐτοῦ τὰς [d] εἰδέας καὶ ἐνεργείας. ἀλλὰ καὶ ἐνεδείκνυτο ὡς τὸν τόπον φωτίζει καὶ ἐφάνταζεν, οὐ μετρίως καταπλήττων ἅπαντας. καὶ γὰρ ἐν πᾶσι ἄστροις καὶ ἐν φυτοῖς, καὶ ἐν τοῖς τοῦ Κυρίου κτίσμασιν ὁμοιότητας ἑαυτῷ παρέπλεξε πρὸς πόλεμον Θεοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ παραταττόμενος. δι' ὧν ἐδόκει τοὺς ἀνθρώπους πλανᾷν ὡς Θεὸς, μηδὲν ἔχων ἐν ὑποστάσει. τὰ δὲ πάντα ζωγραφίᾳ σκιώδει οἰόμενος ὑφιστᾷν καὶ προβάλλεσθαι. ὅθεν ὅταν φαίνωνται ἐν μορφαῖς οἱ δαίμονες, διαλύονται. σπουδάζουσι γὰρ κἂν διὰ τῶν εἰκόνων δεικνῦναι αὐτῶν τὴν ἐξουσίαν.

Πῶς δὲ ἔχει τῶν σκιῶν τούτων ὕλην ἐρῶ. ὅτι οὐκ ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν θυσιῶν. αἱ γὰρ ἀναθυμιάσεις ἐκ τῶν κνισσῶν ἐκείνων γίνονται αὐτῷ, ὡς ἔριον καὶ λίνον καὶ ἱστῶνες καὶ βάμματα, τέχνη τε ναοῦ καὶ ὄργανα. καὶ ἐν αὐτοῖς ἑαυτοὺς ἀμφιέννυσι ταῖς σκιαῖς αὐτῶν ἀντὶ μορφῶν χρώμενοι. διὰ τοῦτο αἰτεῖ θυσίαν, ἄχρι καὶ μύρμηκος, καὶ ὕδατα ἀπαιτεῖ καὶ ἔρια καὶ καρπούς, καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς, ἵνα ἔχῃ ἐν αὐτοῖς τῶν φαντασιωδῶν σκιῶν τὴν ἀπόχρησιν. ὥσπερ οὖν τῶν θανόντων τὰς μνήμας ἐμμόρφους ἔχομεν ἐν διανοίᾳ, καὶ ὁρῶμεν αὐτοὺς μὴ φαινομένους, καὶ μὴ ὁμιλοῦσι συνομιλοῦμεν, οὕτω καὶ ὁ διάβολος τῶν ἀφιερωμένων αὐτῷ τὰς μορφὰς ἀνατυπούμενος, ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἑαυτοῦ περιτίθησιν, ὑετὸν διδοὺς, ἀλλ' οὐχ ὕδωρ. ποιῶν πῦρ, ἀλλὰ μὴ καῖον. διδοὺς ἰχθὺν, ἀλλ' οὐ τροφήν. καὶ χρυσὸν δωρούμενος ἀλλ' οὐκ ἐνύπαρκτον. καὶ γὰρ ἐκ τῶν ἄλλων ὑλῶν συμμορφαζόμενος, πόλιν δείκνυσι, καὶ οἴκους καὶ χώρας, ὄρη τε καὶ πατρίδας. ὡσαύτως καὶ πόαν καὶ ἄνθη καὶ ἔρια, καὶ ἄνθινα ἁπλώματα, καὶ ὀνείρων ὑπόστασιν δείκνυσι. καὶ γὰρ αὐτὸς ἐν νυκτὶ φαντάζει τὰς ψυχάς. καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος φαντάζει, οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἄνθρωποι θεραπεύοντες παρασκευάζουσιν αὐτόν, καὶ

a Παρ' αὐτοῦ] Interpr. *qui ab ipſo primatus habent;* legit παρ' αὐτοῦ.
b Εὐφυῆ] Interpr. *aſtutum puerum.*

c Ἐνέργειαι] Leg. ἐνάργειαι: ſicque legit vetus Interpres.
d Εἰδέας] Interpr. *inclinatos vultus habentes ad obedientiam, & cum timore opera ſua exercentes.*

a ταῦτα ποιῶν. [a] τί δὲ πρὸς ἐμὲ βουλόμενον
Θεῷ προσελθεῖν, καὶ γνῶναι τὴν ἀτονίαν τοῦ
δράκοντος, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν καὶ
ἀλαζονείαν, ὅτι κατώρυγμαι ἐν σκότει τῆς
ἀσεβείας. ἐπείρασα γὰρ αὐτοῦ τὸ ψεῦδος-,
εἰδὼς, ὅτι φαντάζει μόνον, οὐδὲν δὲ ποιεῖ
ἀληθές. ἔγνων ἐκ τῆς παρθένου Ἰουστίνης
τοὺς δαίμονας ὅτι καπνός εἰσι, καὶ οὐδὲν ἰσχύου-
σιν. εἶδον ἐν τῇ κόρῃ τῇ Χριστιανῇ τὸν το-
b σαῦτα [b] φυσῶντα δράκοντα, μήτε κώνωπος
ἰσχὺν ἔχοντα. ἐπείσθην ἐκ τῆς εὐσεβοῦς
παρθένου τὸν τηλικαῦτα ἐπαγγελλόμενον βα-
σιλέα τοῦ σκότους, ὅτι ἐψεύδετο. ὁ γὰρ δρά-
κων ὡς σκώληξ κατεπατήθη ὑπὸ Ἰουστίνης
τῆς κόρης. ὁ βασιλεὺς τῶν δαιμόνων παρέμενε
τῇ θύρᾳ τῆς παιδὸς, εἰσελθεῖν μὴ δυνά-
μενος. ὁ μυρίαις φάλαγξι δορυφορούμενος σα-
νίδιον τῆς θύρας αὐτοῦ ἐξαρρῆξαι οὐκ ἠδύνα-
το. ὁ νομίζων πάντων κρατεῖν, ὑπὸ κόρης
ἐπαίζετο. ὁ τὴν ὑπ' οὐρανὸν σείειν βρενθυό-
μενος, γυναικὸς τὴν φύσιν πάρεργον ἐγίνετο.
οὐ γὰρ ἠδύνατο τοὺς λογισμοὺς αὐτῆς ἀλ-
λοιῶσαι, ὁ τὸν οὐρανὸν λέγων περιτρέπειν.
ὁ ὡς λέων κατὰ πάντων ὠρυόμενος, ὡς κώ-
νωψ ἐν τῷ προαυλίῳ αὐτῆς παρεκαθέζετο,
μηδὲν ἐπιχειρῆσαι τολμῶν. καὶ ὁ δοκῶν πάν-
τας ἐκφοβεῖν, εἰς δειλίαν οὐκ ἐνέβαλε τὴν
κόρην.

c [c] Ὡς γὰρ παρείην ἀπὸ τῆς Χαλδαίων γῆς,
τὴν Ἀντιόχειαν κατέλαβον, καὶ θαυματουρ-
γῶν ἤμην ὡς εἷς τῶν ἀρχαίων, καὶ πεῖραν ἐδί-
δουν τῆς γοητείας, καὶ ὀνομαστὸς ἤμην μάγος
φιλόσοφος, πολλὴν τῶν ἀοράτων ἔχων κατά-
ληψιν. πολλούς τε εὐεργετεῖν ἐδόκουν, καὶ
μυρίοι ἦσαν οἱ ταῖς φαντασίαις μου προσε-
δρεύοντες. οἱ μὲν διὰ λογιότητα, οἱ δὲ διὰ
τέχνης ἀσεβοῦς ἀπόπειραν, οἱ δὲ διὰ πάθη
φιληδονίας, φθόνῳ, ζήλῳ, κακίᾳ λεηλα-
τούμενοι. καὶ πᾶσι συνηρχόμην, τοῖς μὲν
ἡδονὴν ῥᾳστην ποιῶν, τοῖς δὲ τὸν ζῆλον τρέ-
πων εἰς τοὺς ἐναντίους, ἢ τοὺς ἐναντιουμένους
ὑποτάσσων, ἢ φιλονεικοῦντας ἀναιρῶν. καὶ γὰρ
ὑπὲρ θυγατέρων πατέρες ἐπρέσβευον συμβιω-
ταῖς κακοῖς λεηλατουμένας ὁρῶντες. καὶ ὑπὲρ
δουλίδων ἕτεροι, καὶ ἄλλοι ὑπὲρ μητέρων καὶ
ἀδελφῶν. καὶ οὐδεὶς ἀπετύγχανε διὰ τῶν
προσόντων μοι δαιμόνων. ὅθεν ἐπειθόμην μὴ
εἶναι θεὸν ἄλλον, ἢ τὸν διάβολον, διότι πάν-
των κρατεῖ καὶ περιγίνεται. οὐκ ᾔδειν δὲ, ὦ
d ἄνδρες, ὅτι ἐπὶ τοῖς [d] ἐμοὶ ὁμοίοις ἰσχύει.
οὐκ ἐνενόουν ὅτι ἀδυνατεῖ πρός τινας, ἐπειδὴ
ἠγνόουν εἶναι ἑτέραν δύναμιν μείζονα. εἰ καὶ τὰ
μάλιστα ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐνυττόμην, ὅτε
ἀδίκως παρέχει πολλὰ, λοιμοὺς, φθορὰς,
ἀγχόνας, καὶ ὅτι ἀσεβέσι καὶ ἀδίκοις συντρέ-
χει, καὶ ἀνελεήμοσι, καὶ φονεῦσι, καὶ ἅρπαξι.
πλὴν διὰ τὸ πάντα αὐτὸν δύνασθαι, ἢ πλα-
νῶντα, ἢ βιαζόμενον, ἔπαυον μου τὴν συνεί-
δησιν πρὸς τὴν θεραπείαν αὐτοῦ. ἐλθόντος
e δὲ σὺν τοῖς πολλοῖς Ἀγλαΐδου τινὸς [e]
κομψοῦ μειρακίου, καὶ περὶ ἔρωτος ἀναθεμένου

acuunt. Sed me ad Deum accedere volentem quid juvat imbecillitatem draconis, omnemque ejus virtutem & ſtultam arrogantiam cognoſcere, cum demerſus ſim in tenebras impietatis? Nam deprehendi illius mendacium, ac vidi illum ſpecies tantum inanes objicere, veri autem nihil facere. Cognovi ex virgine Juſtina dæmones ſumum eſſe nec quidquam poſſe. Vidi in virgine Chriſtiana draconem illum adeo inflatum ne culicis quidem vim habere. Perſuaſit mihi pia virgo regem tenebrarum, dnm tot ac tanta pollicetur, mentitum eſſe: conculcatus eſt enim draco inſtar vermis a Juſtina virgine: rex dæmonnm manſit ad oſtium puellæ, intrare non valens: & quem ſtipant innumeræ phalanges, axiculam januæ perfringere non poterat: qui videtur ſibi omnium dominari, a virgine ludebatur; qui terram ſeſe concutere gloriatur, nullo negotio vincebatur a muliere: non enim potuit illius ſententiam immutare, qui cælum a ſe circumagi dicit: qui leonis inſtar adverſus omnes rugit, ſedebat inſtar culicis in illius aulæ veſtibulo, nihil audens tentare: & qui terrere omnes videtur, metum injicere virgini non potuit.

7 Cum enim ex Chaldæorum gente redirem, Antiochiam veni; ac mira faciebam tamquam unus ex antiquis, & experiendæ rei magicæ copiam faciebam, ac celebris eram magus philoſophus, multa rerum inviſibilium cognitione præditus. Bene multis facere videbar, ac innumeri propemodum ad meas præſtigias aſſidebant, alii ob eruditionem, ut artis impiæ periculum facerent; alii ob libidinis morbnm, invidia, æmulatione & nequitia agitati. Ac omnibus quidem ſubveniebam, aliis facilem reddens voluptatem, aliis æmulationem in adverſarios vertens, aut illis adverſarios ſummittens, aut rivales occidens. Nam & pro filiabus patres deprecabantur, quas ab improbis maritis vexari videbant, alii pro ancillis, alii pro matribus & ſororibns. Nec quiſquam ſpe excidebat; quia aderant mihi dæmones. Unde perſuaſum mihi erat non alium Deum eſſe niſi diabolum, ut qui omnibus dominaretur, & omnia ſibi ſubjiceret; ſed non noveram illum in mei ſimiles aliquid poſſe; non cogitabam aliquos eſſe in quos nihil poſſit; quippe cum ignorarem aliam eſſe majorem virtutem. Pungebat autem me maxime conſcientia, eo quod multa ab eo injuſte proficiſcantur, peſtes, corruptiones & ſuſpendia, & quod injnſtis & impiis opem ferat & crudelibus & homicidis & raptoribus: ſed tamen quia omnia poteſt aut fraude aut vi, ſedabam conſcientiam meam ut eum colerem. Sed cum veniſſet cum multis Aglaidas lautus adoleſcens, & ad me retuliſſet de

a Τί δὲ πρὸς ἐμὲ] Hic incipit Cyprianus deſperationem ſuam indicare, quam poſtea pluribus narrabit: declarat ſibi parum prodeſſe quod draconis imbecillitatem noverit, cum ad Deum velit accedere, nec tamen audeat in impietatis tenebras demerſus.

b Φυσῶντα] Interpr. *eum qui magna ſufflat diabolum*.

c Ὡς γὰρ] Totus hic locus uſque ad hæc verba, *unde perſuaſum mihi erat*, deſideratur apud interpretem.

d Ἐμοὶ ὁμοίοις] Aliter interpres: *ſuper ſimiles ſibi*.

e Κομψοῦ] Interpr. *laicus puer*; ſed librariorum vitio, nam in codice Colbertino legitur *lautus puer*.

de amore Juſtinæ cujuſdam virginir, deprehendi draconis imbecillitatem: nam univerſa illa phalanx, quæ mihi auxilio data fuerat, irruit in virginem, ſed re infecta redierunt, nec ſivit virginir oratio ut miſſi in auxilium Aglaidæ dæmones qui eum adjuvare videbantur, quidquam omnino promoverent. Ac poſt multas adoleſcentir vigilias ac curioſas operationes & diaboli contentiones, quæ ſeptuaginta dies conſumpſerunt, ipſe diabolus cum primis principibus ſuis congreditur; jam enim non ſolus Aglaidas puellæ amore tenebatur, ſed idem ipſe ego patiebar. Ac videre erat tot ac tantas virtutes cum dracone ab una virgine compreſſas & perculſas. Sed nec cupiditatem noſtram immutare potuit diabolus, quamvis ſæpe id perficere tentaverit. Dixi enim illi: ſi tibi omnino ſubjecta naturæ moles, ſaltem cupiditatem noſtram obtunde, ne rideamur perſeverantes nec quidquam promoventes. Quapropter cum vocaſſet coram me dæmonem fornicationis, pluribus comminatus eſt, atque ut faceret quod jam dixi ſic imperavit: Niſi Aglaidas relaxetur, graviſſimar pœnas dabitis. Sed cum multa feciſſet, ne in hoc quidem operari in nobis potuit; demonſtrante Deo nihil poſſe adverſus naturam diabolum, ſed eum natura adjutum magna ſibi ſumere; velut ſi quis incurvus aut claudur equo belli perito utens præclaros ſucceſſus ad propriam perſonam referre videatur. Nam exercitatio corporis juvenilis cupiditatem accendit, ac naturam magis excitat ad appetitum. Erat ergo multa mihi adverſus dæmones & dæmonibus inter ipſos concertatio. Minabantur invicem ac ægre rem ferebant. Ego vero diſceſſionem draconi minitabar in eum irruens. At ille ne infremuit quidem, cum ſibi conſcius eſſet ſuæ imbecillitatis, conviciabar illi & ferebat, ne ab eo diſcederem metuenr.

8 Quinquageſimo igitur die Aglaidam decipere voluit in quadam adoleſcentula; ſed ne umbram quidem Juſtinæ aſſequi potuit; & quamvis puella in aliam formam induta eſſet, nihil Juſtinæ ſimile videri potuit. Cognovi igitur illorum fraudem eoſque condemnabam. Tandem perfecit diabolus ut fornicationis dæmon Juſtinæ formam adoleſcenti oſtenderet. Ac formam quidem oſtendere videbatur: ſed poſtquam prope acceſſit ad Aglaidam lætitia exſultantem & clamantem, præclare advenit pulcherrima Juſtina; ad virginis appellationem ſtatim forma evanuit, & diabolus inſtar fumi diſſolutus ac in fugam converſus, quia vel ipſum virginis nomen grave erat dæmonibus. Ego aderam, o viri, cum hæc fierent, ego fidem illius expertus ſum, & draconis vilitatem. Pudore ſuffundebar, vi-

μοι Ἰουστίνης τινὸς παρθένου, ἐν καθέξει γίνομαι τῆς τοῦ δράκοντος ἀσθενείας. καὶ γὰρ πᾶσα ἡ φάλαγξ ἡ δεδομένη μοι πρὸς βοήθειαν ὡσώλασεν ἐν τῇ παρθένῳ, καὶ ἀνέκαμπτον ἄπρακτοι. ἀλλ' οὐδὲ [a] τὸν ἀποσταλέντα ὡς βοήθειαν τοῦ Αγλαΐδου συνεργεῖν δοκοῦν τὰ δαιμόνια ἡ τῆς κόρης ἀφίησιν εὐχὴ, κἂν ποσῶς ἐνεργῆσαι. καὶ δὴ μετὰ πολλὰς τοῦ νεανίσκου ἀγρυπνίας, καὶ πολλὰς περιεργίας, καὶ τοῦ διαβόλου φιλονεικίας, ἐν ἑβδομήκοντα ἡμέραις συμβεβλημένας, αὐτὸς ὁ διάβολος σὺν τοῖς πρώτοις ἄρχουσιν αὐτῇ παρατάσσεται. οὐκέτι γὰρ ὁ Αγλαΐδης εἴχετο μόνος ἐρωτικῶς τῆς κόρης, ἀλλὰ κἀγώ. καὶ ἦν ἰδεῖν τὰς τοσαύτας δυνάμεις σὺν τῷ δράκοντι, ὑπὸ μιᾶς κόρης καταργουμένας, καὶ ἐκπλαγῆναι. ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν τρέψαι ἠδυνήθη ὁ διάβολος, καίπερ πολλὰ πειραθεὶς ἐπιτηδεῦσαι. εἶπον γὰρ αὐτῷ. εἰ ὅλως σοι τὸ τῆς φύσεως σύγκριμα ὑποτάσσεται, κἂν τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν ἄμβλυνον, ἵνα μὴ γελασθῶμεν ἐπιμένοντες καὶ μηδὲν ἐξανύοντες. διὸ ἐπ' ἐμοῦ καλέσας τὸν τῆς πορνείας δαίμονα, πάμπολλα αὐτὸν ἐπετίμησε, κελεύσας ποιεῖν ὃ προεῖπον, λέγων. εἰ μὴ χαυνωθῇ ὁ Αγλαΐδης, τὰ πάνδεινα [b] ὑποστήσεται. ἀλλὰ πολλὰ δράσας, οὐκ ἠδυνήθη, οὔτε ἐν τούτῳ ἐνεργῆσαι ἐν ἡμῖν, δεικνύντος τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ δύναται πρὸς τὴν φύσιν ὁ διάβολος, ἀλλὰ μετὰ τῆς φύσεως μεγάλα φρονεῖ, ὡς ὅτε τις κυλλὸς, ἢ χωλὸς ἵππῳ πολεμεῖν εἰδότι χρησάμενος, δοκοίη τὰ κατορθώματα εἰς οἰκεῖον πρόσωπον ἀναφέρεσθαι. ἡ γὰρ μελέτη τοῦ νέου σώματος ἐξάπτει τὸν πόθον, καὶ τὴν φύσιν πλέον ἐγείρει εἰς ὄρεξιν. ἦν οὖν πολλὴ ζυγομαχία ἐμοῦ πρὸς τοὺς δαίμονας, καὶ τῶν δαιμόνων πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ ἀλλήλοις ἠπείλουν, ἀπεδυσπέτουν. ἐγὼ δὲ τὴν ἀναχώρησιν τῷ δράκοντι [c] ἐπιφυόμενος. ὁ δὲ οὔτε ἔβρυξε συνορῶν ἑαυτοῦ τὴν ἀσθένειαν. κατεβόων τε αὐτοῦ, καὶ ἔφερε δεδιὼς μου τὴν ἀναχώρησιν.

Ἐν τῇ πεντηκοστῇ οὖν ἡμέρᾳ ἐβουλήθη πλανῆσαι τὸν Αγλαΐδαν εἰς νεανίδα τινὰ, καὶ οὐκ ἴσχυσεν, οὔτε τῆς σκιᾶς τῆς Ἰουστίνης [illegible], καίπερ μεταμορφωθεῖσαν τὴν κόρην, οὐκ ἦν εἰδέναι αὐτῆς ὅμοιόν τι. ἐπέγνων οὖν αὐτῶν τὴν πλάνην, καὶ προσετίθουν τὴν κατάγνωσιν. τέλος οὖν, τὸν τῆς πορνείας δαίμονα κατασκευάζει ὁ διάβολος μορφὴν Ἰουστίνης δεῖξαι τῷ νεανίσκῳ, καὶ τὴν μὲν μορφὴν ἐδόκει δεικνύναι. ὡς δὲ ἐπλησίασε [d] τῷ Αγλαΐδᾳ περιχαρεῖ γενομένῳ καὶ προσφωνήσαντι, καλῶς ἦλθεν Ἰουστῖνα ἡ ὁλόκαλος. πρὸς τὴν ὀνομασίαν τῆς παρθένου εὐθὺς ἡ μορφὴ ἀφαιρεῖτο, καὶ ὁ διάβολος ὡς καπνὸς διελύθη, καὶ πρὸς φυγὴν ἐτράπη. οὕτως ὅτι καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου βαρὺ ἦν τοῖς δαίμοσι. Ἐγὼ παρήμην, ὦ ἄνδρες, τούτων σκευαζομένων. ἐγὼ τὴν πεῖραν ἔχων τῆς πίστεως αὐτῆς, καὶ τῆς τοῦ δράκοντος εὐτελείας, συνεχυνόμην, ἠγρύπ-

a Τὸν ἀποσταλέντα] Delendus articulus, ut locus corruptus eniteſcat, & paulo poſt legendum δοκοῦντα.
b Υποστήσεται] Leg. ὑποστήσετε.
c Επιφυόμενος] Videtur ex hoc loco excidiſſe vox ἐπυλαν quæ paulo ante occurrit. Hinc paulo poſt draco diſceſſionem Cypriani timuiſſe dicitur; hunc locum ſic reddit interpres: *Blaſphemavi diabolum ſtans contra eum, a deſiderio detentus & impetum feci adverſus eum manus levans: & puto quia & alapa eum percuſſi & verbis improperii contriciatus ſum ei.*
d Τῷ Αγλαΐδᾳ] Hæc de ſe ipſe Cyprianus narrat apud interpretem.

a ᵃ ἠγρύπνουν, παρήδρευον, εἰς γυναῖκα μετεμορφούμην, πετεινὸν ἐγινόμην. ἀλλὰ μόνον ἔφθανον τῆς προσαυλίου τὴν θύραν, ἀναχωρούσης τῆς φαντασίας, Κυπριανὸς ἔμενε τῆς τέχνης κατηργημένης. ἐποίησα ποτὲ στρουθίον τὸν Ἀγλαΐδαν, καὶ ἀναπτάσας ἔστα ἔμπροσθεν τοῦ δώματος τῆς Ἰουστίνης. ὡς δὲ προέκυψεν ἡ ἁγία, ἠπολώλει τοῦ εἶναι στρουθίον. καὶ ἔμελλεν ἀπόλλυσθαι διὰ ἄκρου ἑστηκὼς ὁ ἄθλιος, εἰ μὴ ἐλέει τῆς παρθένου, ἀφυῶς κατηνέχθη ἀπὸ τῆς ἀσθενεστάτης ἐξοχῆς τοῦ δώματος. Παραινέσασα οὖν αὐτὸν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ Θεὸν σέβειν, ἐκβάλλει τῆς προαυλίου. οὐ νόσος, οὐ βάσανος,
b οὐκ αἰκισμὸς ᵇ ἄλλος τις αὐτῆς περιγέγονεν. ὅτι καὶ ἐν τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις αὐτὴν κατέτεινεν ὁ διάβολος. Πολλάκις οὖν αὐτὴν ἀπαγορευομένην ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἔκλαιον οἱ γονεῖς, ἡ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη· μὴ κλαίετε, ὅτι οὔτε θνήξομαι, οὐδὲ γὰρ ἀθυμῶ, οὐδὲ ἀλγῶ τι. οὐδὲ αἰσθάνομαι ἀσθενείας, ἢ μόνον ἐπιπολαίου τινὸς καύματος, ὡς ἐξ ἀέρος μοι περιχυνομένου. τί γὰρ οὐκ ἐποιήσαμεν, ἢ τί οὐκ ἐδράσαμεν αὐτῇ; ἡ δὲ ἐποίει τὸ σημεῖον τοῦ Χριστοῦ,
c καὶ ἀπήλαυνε τὰς ἐνεργείας τῶν δαιμόνων. ᶜ ἐκάκωσα οὖν αὐτῆς τοὺς γονεῖς, ποίμνας αὐτῶν ἀνεῖλον, βόας καὶ ὑποζύγια. ἡ δὲ παρῄνει μὴ ἀθυμεῖν καὶ μὴ ἀπελπίζειν, καὶ διὰ τῆς νουθεσίας αὐτῆς ἐπῆλθεν ἀπολήψεσθαι πολυπλασίονα, τοῦ Θεοῦ εὐλογοῦντος τὰ περιλειπόμενα. Ἔδεισαν τὴν ἐπικειμένην αὐτῇ ὀργὴν, καὶ πάντες κατεβόων ἐπιδοῦναι τῷ νεανίᾳ ἑαυτὴν, οὐ πρὸς φθορὰν, ἀλλὰ πρὸς γάμον ἔννομον. ἀλλὰ Ἰουστίνα τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ ἰᾶτο αὐτῶν τὰς ἀσθενείας, καὶ ἔπαυε τῆς ὀχλήσεως. καὶ τῷ δήμῳ λοιμὸν προσήγαγεν ὁ διάβολος, καὶ χρησμὸν δίδωσι μὴ ἀπαλλαγήσεσθαι, ἐὰν μὴ ἡ Ἰουστίνα συναφθῇ τῷ Ἀγλαΐδᾳ. Ἀλλὰ καταβοῶντα τὸν δῆμον ἡ εὐχὴ αὐτῆς κατέστειλεν, ὁμοῦ καὶ τὸν λοιμὸν ἀποδιώξασα τῆς πόλεως. ὧν αἴσθησιν λαβόντες οἱ πολῖται μεταβαλλόμενοι τὸν Χριστὸν ἐδόξαζον, ἐμὲ δὲ ὡς τῆς πόλεως ἐπίβουλον ἐλοιδόρουν σφοδρῶς, ὥστε με λεληθότως προϊέναι καὶ ἐντρέπεσθαι προσυπαντᾷν τοῖς γνωρίμοις μου.

Τέλος ὡς εἶδον, ὅτι οὐδὲν τῆς τοῦ Χριστοῦ σφραγῖδος περιγίνεται, ἐν ἐμαυτῷ γενόμενος εἶπον πρὸς αὐτὸν τὸν διάβολον. Ὀλέθριε, καὶ πάσης πλάνης χορηγὲ, καὶ θησαυρὲ ἀσεβείας, τί μου τῇ ψυχῇ ἐπεβούλευσας, συνειδὼς σου τῇ ἀσθενείᾳ; εἰ γὰρ ἡ σκιὰ τοῦ Χριστοῦ περιγίνεταί σου, τί δράσεις, ἐὰν αὐτὸς παραγένηται; καὶ εἰ μόνον ὀνομάζεται Χριστὸς, καὶ τρέμεις, τί ποιήσεις ἐὰν θελήσῃ σοι ἐπιθέσθαι; εἰ τὸ σημεῖον τοῦ πάθους αὐτοῦ ἀσθενῆ σε ποιεῖ, τῇ ἐνεργείᾳ αὐτοῦ, ποῦ ἂν εὑρεθήσῃ; εἰ σφραγίζει, καὶ οὐ τολμᾷς ἐπιβῆναι τῷ ὅρῳ αὐτοῦ, τίνας οὖν δυνήσῃ ἐξελέσθαι ἐκ χειρὸς αὐτοῦ; οὐδὲν εἶ, οὐδὲ ἔχεις ὑπόστασιν πρὸς ἄμυναν. οὐδὲν ἰσχύεις, οὔτε πάρεστί σοι δύναμις εἰς ἐκδίκησιν. νῦν ἔγνων σου τὴν πλάνην. ἐπαίχθην ταῖς φαντασίαις σου. ἔγνων

gilabam, aſſidebam, tranſmutabar in mulierem, avis fiebam. Sed ut primum attigeram veſtibuli januam, inanis forma recedebat, & Cyprianus eram, arte nullum exitum habente. Feci aliquando paſſerem Aglaidam, & cum evolaſſet, ſtetit ante domum Juſtinæ, ſed cum ſancta proſpexiſſet, periit forma paſſeris, ac miſer ex alto ſtans periiſſet, niſi virginis miſericordia leniter demiſſus fuiſſet per tenuiſſimam domus prominentiam. Hortata igitur ut quieſceret ac Deum coleret, ejicit eum ex veſtibulo. Non illam morbus, non cruciatus, non alia quævis plaga ſuperavit; his enim eam & aliis ejuſmodi vexavit diabolus. Sæpe igitur illam deſperatam a medicis plorabant parentes; ſed illis ipſa dicebat: ne lugeatis, non enim moriar, nec animo deficio aut quidquam doleo, nec ullum morbum ſentio, niſi forte levem quemdam calorem tamquam ex aere mihi tranſmiſſum. Quid enim non tentavimus, aut quid illi non fecimus? Ipſa vero ſigno Chriſti ſe muniebat & dæmonum pellebat operationes. Male igitur illius parentibus feci, eorum greges occidi, & boves & jumenta. Illa autem hortabatur ne animum deſponderent aut deſperarent, ac prudenti ejus conſilio evenit, ut multo plura reciperent, Deo iis, quæ ſuperfuerant, benedicente. Metuebant imminentem illi iracundiam, ac omnes clamabant ut ſeſe adoleſcenti daret, non in ſtuprum, ſed in legitimum matrimonium. Sed Juſtina Chriſti cruce eorum morbos ſanavit, & tumultum ſedavit. Populo peſtem inflixit diabolus, ac oraculum dedit, eos liberatum non iri, niſi Juſtina Aglaidæ jungeretur. Verum clamantem populum Juſtinæ compreſſit oratio, & peſtem ſimul ab urbe propulſavit. Quibus rebus animadverſis immutati cives Chriſtum celebrabant, ac mihi, ut urbis inſidiatori, vehemens convicium faciebant, ita ut latenter prodirem & notorum occurſum metuerem.

9 Tandem cum viderem Chriſti ſignum nulla re vinci, mecumque ipſe verſarer, dixi ipſi diabolo: pernicioſe ac fraudis omnis artifex, & impietatis theſaure, cur animæ meæ inſidiatus es imbecillitatis tuæ conſcius? Nam ſi te umbra Chriſti vincit, quid facies ſi ipſe adveniat? Si tantum nominatur Chriſtus & tremis, quid facies ſi ipſe te aggredi velit? Si ſignum illius paſſionis infirmum te facit; coram illius potentia, ubinam eris? Si ſignat nec audes accedere ad limitem ejus; quoſnam igitur poteris ex illius manu eripere? Nihil es, nec quidquam habes ſolidi ad defenſionem, nihil potes, nec tibi adeſt vis ad ulciſcendum. Nunc cognovi fraudem tuam, deluſus ſum tuis phantaſiis, cognovi imbecillitatem

---

a Ἠγρύπνουν, παρήδρευον] Interp. *Vigilabam & obſervabam ante atrium virginis in nocturnis horis cantans prope oſtium puellæ.*

b Ἄλλος τις] Interpres: *Nec alia ars potuit eam vincere malignæ, nec infirmitates, nec vexationes, non timor, non dolores, non phantaſia, non minæ, non blanditiæ, non vana cogitationes, non ſubſtantia promiſſa, non eſcarum dulcium deſiderium, non condemnationes, non latronum ſuperventus, non doloſitates, non generis timor*, in codice Colbert. *non generis timor*: ſupra hæc videntur ex *Converſione*.

c Ἐκάκωσα &c.] Hæc deſunt apud veterem Interpretem uſque ad hæc verba τέλος ὡς εἶδον. Forte ideirco omiſſa, quia magna ex parte repertuntur in *Converſione*.

tem tuam ; neque enim qoidquam habes quod conſiſtat , ſed inani & cito evaneſcenti momento perfrueris . Nec modi ac leges quas oppoſuiſti pietati , quidquam habent veri , ſed error & phantaſia ſunt . Corrupiſti mentem meam , perdidiſti animam meam , ſpes meas infregiſti , omnem rationis meæ ſtatum in chaos pertraxiſti : peſſumdediſti vitam meam & nequitia conſumpſiſti , ac omnem naturæ meæ ſtatum perdidiſti . Vehementer erravi dum tibi credo , majorem in modum impios ſui , ſtulte abreptus ſum dum tibi me dedo : evanui in litteris , & doctrinæ inſtitutiooe ad meam perniciem abuſus ſum , dum tibi obſequor ; perdidi res meas dum tuas fraudes ſequor : nam & cum re patria animam meam damno affeciſti . Quod ſi quæ in te perierunt egentibus diſtribuiſſem , ſaltem brevem aliquam ſalutis ſpem haberem . Væ mihi quid paſſus ſum ? omnino perii , inſaoabiliter vulneratus ſum , vivere mihi videbar cum eſſem mortuus , nec videbam me multa pecunia ſepulcrum emere , dum tibi aſſidens periculoſe vivo . Oportet me precari Chriſtianos & piorum pedibus accidere , ut eos miſereat mei ; & Juſtinæ pedes amplecti , ut ſalutis meæ cura tangatur . Aufuge a me improbe , proſaoe , transfuga , diſcede veritatis & pietatis ioimice . Hæc ille audiens & in me incurrens impetum fecit , ut me occideret ; ac irruens ſuffocare conabatur . Cum autem viribus deficerem illius violentia oppreſſus , ac vivendi ſpes omnis ablata eſſet ; memini illius ſigni quo virgo utebatur , ac dico : Deus Juſtinæ auxiliare mihi ; & cum voce ſtatim vires acceſſerunt , & maoum movens cooſignor . Ille autem inſtar teli projectus abſceſſit a me , ac ſtans cœpit gladium inteotare , volens oceidere . Sed cum Chriſti ſignum expertus eſſem , confidentior factus ſum magis ac magis invocans Chriſtum . Tuuc igitur a me diſceſſit minabuodus ac dicens : Non te ſalvabit ex meis manibus Chriſtus ; nam deteſtatur impios . Et nunc per dolum tibi auxiliatur , ut te morti tradat . Cum te ergo projecerit , ego tibi oſtendam quid ſit meum imperium cootemnere : quippe cum meos non admittat Chriſtus . Cares igitur mea gratia , oec quidquam te ille juverit . His verbis vehementer exterritus ſum : aſtute enim mihi reſponderat . Quapropter vobis qui adeſtis dico : miſeremini calamitatis meæ . Dicite de Chriſto , an eum placare poſſim , an pœnitentem me recipiat , an auxilietur ut priſtina impietate liberer .

10 Cum tacerent plerique , uous os aperieos dixit : confide Cypriane , ſuſcipiet te Chriſtus ; ignorans enim feciſti . Tum ego ad eum : an oon forte , ut dixit mihi diabolus , ita mihi Chriſtus faciat , poſtremo

σου τὴν ἀσθένειαν. οὐδὲ γὰρ ἔχεις τι ὑποστατόν, ἀλλὰ ματαίας καὶ προσκαίρου ῥοπῆς ἀπολαύσεις. οὔτε οἱ τύποι σου, οὔτε οἱ θεσμοί σου, οὓς [a] ἀντέθεικας τῇ εὐσεβείᾳ ἀληθεῖς εἰσιν, ἀλλὰ πλάνη καὶ φαντασία. Διέφθειράς μου τὴν διάνοιαν, ἀπώλεσάς μου τὴν ψυχήν, τὰς ἐλπίδας μου διέῤῥηξας, πᾶσάν μου τὴν λογικὴν κατάστασιν εἰς χάος κατέσπασας, ἀπώλεσας τὴν ζωήν μου, καὶ τῇ κακίᾳ κατεδαπάνησας, καὶ πᾶσάν μου τὴν κατάστασιν τῆς φύσεως διώλεσας. μεγάλως ἐπλανήθην πιστεύσας σοι, ὑπερβαλλόντως ἠσέβησα, ἀφρόνως ἐνεσχέθην, ἐπιδοὺς σοι ἐμαυτόν. ἐματαιώθην ἐπὶ γράμμασι, τῇ παιδείᾳ μου ἐπιβλαβῶς ἐχρησάμην ὑπακούσας σου. ἀπώλεσά μου χρήματα καὶ πράγματα ἐξακολουθήσας σου τῇ ἀπάτῃ. Μετὰ γὰρ τῆς πατρικῆς οὐσίας, καὶ τὴν ψυχήν μου προσεζημίωσας. Εἰ δ' ἔνδεια χρήζουσι τὰ ἐν σοὶ ἀπολλόμενα, εἶχον κἂν γοῦν βραχεῖαν σωτηρίας ἐλπίδα. οὐαί μοι, τί πέπονθα; δεινῶς κατεφθάρην, ἀνιάτως ἐτραυματίσθην, νεκρὸς ὢν ζῆν ἐνόμιζον, καὶ ἐλάνθανον πολλῷ χρήματι [b] τάφον ὠνησάμενος, ζῶν ἐπικινδύνως σοι προσεδρεύσας. Δεῖ με παρακαλέσαι Χριστιανούς, ἵνα με ἐλεήσωσι. χρή με ὑποπεσεῖν τοῖς εὐσεβέσιν, ἵνα με οἰκτειρήσωσι. δεῖ με καὶ τῆς Ἰουστίνης τῶν ποδῶν ἐφάψασθαι, ἵνα μου προνοήσῃ τῆς σωτηρίας. Ἄπελθε ἀπ' ἐμοῦ ἄνομε, βέβηλε, ἀποστάτα. ἀποχώρει μου ἐχθρὲ τῆς ἀληθείας καὶ τῆς εὐσεβείας ἐναντίε. Ὁ δὲ ἀκούσας καὶ ἐπιδραμών μοι, ὥρμησεν τοῦ ἀνελεῖν με, καὶ ἐπιπεσὼν πνίγειν με ἐπειρᾶτο. ὡς δὲ οὐκ εἶχον ἰσχὺν λειπόμενος αὐτοῦ τῇ βίᾳ, καὶ πᾶσα ἐλπίς μοι ἀφῄρητο τοῦ ζῆν. ὑπεμνήσθην τοῦ σημείου οὗ ἡ παρθένος ἐχρᾶτο, καὶ λέγω, ὁ θεὸς Ἰουστίνης βοήθησόν μοι, καὶ μετὰ τῆς φωνῆς εὐθέως ἐνισχύθην, καὶ τὴν χεῖρα κινήσας κατασφραγίζομαι. ὁ δὲ ὡς βέλος ἀποῤῥιφεὶς ἀπέστη μου, καὶ στὰς ἐπειρᾶτο ἀπειλῶν, ξίφος κατ' ἐμοῦ [c] χρησάμενος. καὶ δὴ πεῖραν λαβὼν διὰ τῆς σφραγῖδος Χριστοῦ, θαρσαλεώτερος γέγονα πλέον ἔτι καὶ συχνὸν Χριστὸν ἐπιβοώμενος. τότε οὖν ἀπῄει ἀπειλῶν μοι καὶ λέγων. Οὐ μή σε σώσῃ ἐκ τῶν χειρῶν μου ὁ Χριστός. καὶ γὰρ βδελύσσεται ἀσεβεῖς. καὶ δόλῳ νῦν σοι βοηθεῖ, ἵνα τῷ ὀλέθρῳ σε παραδῷ. ὅτε οὖν σε ἀπώσηται, ἐγώ σοι δείξω τί ποιεῖ τὸ καταφρονεῖν τοῦ κράτους μου. ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς οὐ προσίεται τοὺς ἐμούς. ἐστερήθης γοῦν καὶ τῆς ἐμῆς διαθέσεως, κἀκεῖνος οὐδέν σε ὠφελήσειεν. ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις ἐφοβήθην σφοδρῶς. δεινῶς γάρ μοι ἀπεκρίνατο. Διὸ ὑμῖν τοῖς παροῦσι λέγω. ἐλεήσατέ μου τὴν ἀθλιότητα, εἴπατέ μοι περὶ Χριστοῦ, εἰ δύναμαι αὐτὸν ἐξιλεώσασθαι, εἰ μετανοοῦντά με δέχεται, εἰ ἐπιδίδωσί μοι βοήθειαν εἰς τῆς ἔμπροσθεν ἀσεβείας ἀπαλλαγήν;

Ὡς δὲ οἱ πλείονες ἡσύχασαν, εἷς τις διάρας τὸ στόμα λέγει. θάρσει Κυπριανὲ, ὅτι δέξεταί σε ὁ Χριστὸς, ἀγνοῶν γὰρ ἐποίησας. κἀγὼ πρὸς αὐτόν, μὴ ἄρα, ὡς εἶπέ μοι ὁ διάβολος, οὕτω μοι ὁ Χριστὸς ποιήσειεν, ἔσχατόν μου ἀπωθού-

a Ἀντέθεικας] Lego ἀντιτέθεικας, nec aliter interpres qui ſic habet : *Neque tu, neque leges tuæ, neque diſpoſitiones tuæ, neque figuræ tuæ, quibus te putas per phantaſias reſiſtere diſpoſitioni Dei, aliquid ſunt niſi error & mendacium.*

b Τάφον] Interpres : *Velut ſepulcrum fui in mundo, & forte poſt mortem decantatio ero.*

c Χρησάμενος] Forte χρησόμενος.

πειθούμενος; ὁ δὲ εἶπε πρός με· ἔγνως, ὅτι ψεύστης ἐστὶν ὁ διάβολος, καὶ τοῖς ἐκείνου λόγοις πιστεύεις; οὐκ ἔστι δόλος παρὰ Χριστῷ, Κυπριανὲ, ὅτι αὐτός ἐστιν ἀλήθεια. οὐκ ἔστι ψεῦδος παρ᾽ αὐτῷ, ὅτι ἐξ αὐτοῦ πηγάζει ἡ δικαιοσύνη. Ἵνα δὲ μάθῃς ὅτι πηγή ἐστι χρηστότητος, ὁ Θεὸς πάντων ὢν καὶ δημιουργὸς, ἄνθρωπος γέγονε δι᾽ ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν κατεδέξατο θανεῖν, ἵνα ἡμεῖς θανάτου ἁμαρτιῶν ὑπεράνω γενώμεθα δι᾽ αὐτοῦ. καὶ ὁ παντοκράτωρ Θεὸς κατηλλάγη ἡμῖν, καὶ ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίου ἔχειν ἡμᾶς παρεσκεύασε, τὸν ὑπογραμμὸν ἡμῖν διὰ Χριστοῦ παρεχόμενος, ὅπως βιώσωμεν εἰς ἐπίγνωσιν ἀναστάσεως. Εἰ οὖν ὁ Χριστὸς διὰ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὺς ἀπέθανε, θάρσει Κυπριανὲ, ὅτι σὲ οὐ μὴ ἀποβάλληται. εἷς εἶ τῶν ἀσεβῶν καὶ πάντως ἐξιλάσεταί σε. σύνες γοῦν ἐκ τῆς εὐσπλαγχνίας τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ φρόντιζε περὶ ὧν ἔπραξας. καὶ ὁ περὶ τῶν σταυρωσάντων προσηύξατο, πῶς σὲ ὑπερόψεται; λέγει γὰρ τῷ πατρὶ περὶ αὐτῶν, πάτερ ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. καὶ πῶς σοὶ οὐκ ἀφήσει τὰς ἀσεβείας σου, ἃς μετὰ ἀγνοίας ἐποίησας; μὴ φοβοῦ μηδὲ δειλία, ἀλλ᾽ ἀναστὰς, ἄπελθε πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ἡμῶν, καὶ ὑποδείξει σοι τὴν προσέλευσιν τὴν πρὸς τὸν Χριστόν. Ταῦτα οὖν αὐτοῦ εἰπόντος, ἦλθον εἰς ἐμαυτὸν, καὶ ψυχὴν ἔλαβον. ἠρξάμην οὖν ὁμιλεῖν μετὰ θάρσους καὶ λέγειν. ἆρα ἑταῖρε Τιμόθεε, οὕτως ἔχει ὡς λέγεις μοι; ὁ δὲ πολλοῖς λόγοις με ἑτέροις ἐπιστώσατο.

Τότε ἠρξάμην ἔμπροσθεν πάντων ἐξαγγέλλειν μου τὰς ἀσεβείας, καὶ λέγειν. ἆρα ἀφήσει μοι ὅσα διεπραξάμην, ἄνδρες Ἀντιοχεῖς; πολλὰ γὰρ ἠσέβησα, καὶ οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, οὐδὲ λόγος εἰς ἐξήγησιν τῶν κακῶν μου. ἐν γαστρὶ ἐχούσας τοῖς δαίμοσιν ἀπέτεμον, καὶ εὐγενίδας μεταμορφῶν, τῶν οἰκείων πόλεων ᾐχμαλώτιζον καὶ συλλαμβανούσας ἐκ πορνείας ἀνῄρουν. νήπια γαλουχοῦντα ἐσφαγίασα ὑποκάτω τῆς γῆς.
a ἄλλα ἔπνιξα, ἕτερα ἀπεστραγγάλωσα [a] ἐπαγγελίᾳ βοηθείας τοῦ δράκοντος. ἡβῶντας ἤδη ἐσφαγίαζον, ἄλλους προϊόντας τῇ ἡλικίᾳ συνέχωσα τῷ Πλούτωνι, καὶ διὰ τὴν Ἑκάτην ξένων ἀνδρῶν τὰς κεφαλὰς ἀπέτεμον. γυναικῶν ἔτι παρθένων τὸ αἷμα τῇ Παλλάδι κατέσπεισα, τῷ δὲ Ἄρῃ καὶ Κρόνῳ ἄνδρας ἤδη τελείους. καὶ συχνοὺς ἄλλους δαίμονας διὰ τοιούτων θυσιῶν ἐπληροφόρησα, ἵνα οὕτως αὐτῷ προσέλθω τῷ διαβόλῳ. καὶ ὅτε ἔμελλον αὐτῷ προσιέναι, αἷμα παντὸς ζώου ἐν σκεύει αὐτῷ χρυσῷ προσήνεγκα, καὶ δεξάμενος ἐρράντισε πρῶτον αὐτοῦ τὸν στέφανον, καὶ τὰς δυνάμεις αὐτοῦ, εἶτα καὶ ἐμὲ, εἰπών. λάβε καὶ σὺ ἐξουσίαν ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀλόγων καὶ λογι-
b κῶν [b] φίλοις παρεχόμενος. Ἀπείρους ἄλλους ἐφόνευσα, πένητας πολλοὺς κατέστησα. αἱ μὲν οὖν εὐεργεσίαι μου οὐκ εἶχον ὄνησιν, ὅτι οὐκ εἶχον ὑπόστασιν, ὡς φαντασίαι. αἱ δὲ ἀδικίαι μου ἀληθεῖς ἐγίνοντο, ἐπειδὴ ἐνήργουν οἱ δαίμονες ἐπιβλαβῆ εἰς τὰς ὑπάρξεις, παρασχεῖν δὲ ὕπαρξιν οὐκ ἠδύναντο. εἴ τινι χρυσὸν ἐδίδουν, πρὸς ἡμέρας τρεῖς ἴσχυεν, ὅθεν οἷς ἔλεγον τὸν δόλον, θᾶττον αὐτὸν συναλλάττοντες ἐζημίουν τοὺς συναλλάττοντας. οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅσας μοιχείας καὶ παιδεραστείας

me repelleus? Ille autem mihi dixit: noſti mendacem eſſe diabolum, & ejus ſermonibus eredis? Non eſt dolus apud Chriſtum, Cypriane, ſiquidem ipſe eſt veritas: non eſt mendacium apud eum, quia ex ipſo ſcaturit juſtitia. Atque ut diſcas eum eſſe booitatis fontem; cum Deus ſit omnium & creator, factus eſt homo propter nos, ac mortem pro nobis oppetiit, ut a morte peccatorum per eum liberemur; ac omnipotens Deus nobis reconciliatus eſt & ſpem vitæ æternæ nobis dedit, formam per Chriſtum exhibens, ut in agnitione reſurrectionis vivamus. Si ergo Chriſtus propter impios & peccatores mortuus eſt, confide Cypriane, non te abjiciet; unus es ex impiis ac omnino placabitur tibi. Cognoſce ergo Chriſtum ex miſericordia, & nec de iis quæ egiſti ſollicitus ſis. Si pro iis qui eum crucifixerunt precatus eſt, quomodo te deſpiciet? dicit enim pro iis Patri: *Pater dimitte illis*, Lucæ 23. 34.
neſciunt enim quid faciant. Quomodo tibi noo dimittet impietates tuas, quas imprudens commiſiſti? Ne timeas, neque paveas, ſed ſurge & adi epiſcopum noſtrum, & oſteodet tibi quemadmodum ad Chriſtum accedas. Hæc igitur cum dixiſſet, me ipſe collegi & animum recepi, ac fidenter colloqui cœpi ac dicere: an hæc ita ſe habent, ut dicis, cariſſime Timothee? Ille autem pluribus me aliis ſermonibus confirmavit.

11 Tunc cœpi coram omnibus narrare impietates meas ac dicere: An dimittet mihi quæcumque commiſi, Antiochenſes? Multa enim impie feci, nec malorum meorum numerus eſt aut ratio ad enarraodum. Prægnaotes dæmonibus ſecui, nobiles io alias formas induens, ex propriis civitatibus captivas abduxi, & gravidas ex ſtupro interfeci: lacteotes pueros ſub terra mactavi, alios ſuffocavi, alios ſtrangulavi ob promiſſum draconis auxilium. Adoleſcentes trucidavi, alios ætate provectiores defodi Plutoni, & propter Hecateo peregrinorum hominum capita amputavi: virginum ſanguinem Palladi libavi, Marti & Saturno maturos ætate immolavi, atque his ſacrificiis multos alios dæmones mihi devinxi, ut ſic ad ipſum diabolum perveoirem. Cum ad eum venturus eſſem, obtuli ei ſanguinem omnis animalis in vaſe aureo; quo ille accepto aſperſit primum ſuam ipſius coronam ac poteſtates ſuas, deinde etiam me dicens: Accipe & tu poteſtatem io omnem animam rationis expertium & ratione utentium, ut amicos juves. Ionumeros alios occidi, multos ad inopiam redegi. Ac mea quidem beneficia nihil proderant, quia ſubſtantiam non habebant, utpote phantaſiæ. Sed vera erant maleficia; nam dæmones veris opibus damnum inferebant, at eas dare oon poterant. Si cui aurum dediſſem, valebat ad tres dies; hinc quibus fraudem narrabam, ii cito illud permutantes ſecum contrahentibus nocebant. Non poſſum dicere quot adulteria & puerorum ſtupra com-

a ἐπαγγελίᾳ] Legendum videtur ἐπ᾽ ἀγγελίᾳ.
b Φίλοις παρεχόμενος] Hæc conjungi poſſent cum iis quæ ſequuntur. Sic enim interpres: *Væ mihi quia multos occidi inique volens amicis prodeſſe.*

commiſerim, multorum animas ſimul cum mea etiam invitas pervertens. Quot & quanta machinatus ſum ad improbitatem, ad bellum, ad perditionem & perniciem quis ſcribere valeat? Quomodo igitur hæc omnia, amici, condonabit Deus? Quomodo miſerebitur mei, qui ipſe mei non ſum miſertus? Si mihi unius aut duarum animarum eſſet reddenda ratio, ſpem haberem excuſationis. Sed multa ſunt quæ nefarie feci. Quænam prætermittam, aut quænam enarrabo? generis perniciem, perfida de amicis conſilia, hoſpitum necem & aliorum hominum, piorum vexationes, ſtructas Chriſtianis inſidias, virginum ſtupra: eccleſiarum everſiones, oratoriorum vaſtationem, pudicarum feminarum abductionem, ac præterea excogitatas artes adverſus myſteria, quæ multos enuntiare verberibus cogebam, & cum audiiſſem enarrabam & enarrando irridebam, ac ſcripturas ſanctas ludibrio habebam, projiciebam, floccifaciebam, dilacerabam: diſcerptos qui in eccleſia aſſidue occupati erant, odium & irriſionem baptiſmatis, inimicitias cum clericis, ſuſpiciones, & ſtructas illis inſidias, precum irriſionem, jocos & cachinnos in liturgiam, in ipſum etiam Deum & Chriſtum Jeſum blaſphemias & manus in evangelia illius injectas. Quid igitur primum mihi dimittet Chriſtus, aut quid condonabit? Omnia enim improba & impietatis plena: nec ſufficit mihi ad expiationem totius vitæ meæ tempus. Neſcio an victurus ſim viginti alios annos; unius meæ actionis pœnitentiam vix explerent. Quod tempus mihi ſupereſſe poſſit ad innumeras meas impietates?

12 Dicite mihi, amici, quid faciam, quid exſequar? Novi deitatem Chriſti, ſed eum placare non valeo, novi illius ſacerdotum pietatem, ſed os meum illis offerre non audeo; novi Evangeliorum gratiam, ſed ea tangere non audeo, conſcientiæ ſtimulis agitatus; novi myſterium immortale eſſe fidem Chriſti, ſed ſeveram illius virtutem demulcere non poſſum; novi eccleſiæ ordinem & ſtatum, ſed vereor vel ad ipſa veſtibula accedere: Deum cognoſco, nec ſuppetit cauſæ apud eum dicendæ ratio. Pie vivere cupio, & ab impietate vincor. Chriſti ſervus audire cupio, nec ſcio an me ſibi velit emere. Me ipſe vendo, ac illi in ſervitutem addico, non peto pretium, tantummodo me recipiat. Si non vult ignoſcere, cauſam mihi adſcribo, tantum me ut impium ſalrem reſpiciat. Unum novi, dignum me eſſe æterna morte; non deprecor pœnam,

ἔδρασα, ἅμα ἐμοὶ καὶ ἑτέρων πολλῶν παρατρέπων τὰς ψυχὰς καὶ μὴ θελούσας. ὅσα ἐτεχνασάμην εἰς μοχθηρίαν, εἰς πόλεμον, εἰς ἀπώλειαν καὶ ὄλεθρον τίς ἂν εἴη ἱκανὸς ἐγγράψασθαι; πῶς οὖν πάντα συγχωρήσει ὁ Θεός, ὦ φίλοι; πῶς με ἐλεήσει, ἑαυτὸν μὴ ἐλεήσαντα; εἰ ἦν μοι ὁ λόγος περὶ μιᾶς, ἢ δύο ψυχῶν, εἶχον ἐλπίδα πρὸς ἀπολογίαν μου. πολλά εἰσιν ἃ ἔδρασα φαῦλα. τίνα παρήσομαι, ἢ τίνα ἐξαγορεύσω; γονέους ὄλεθρον, φίλων δόλιον διάθεσιν, ξένων ἀναίρεσιν, τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τὴν κατασφαγήν, τῶν εὐσεβῶν τοὺς διωγμούς, τῶν χριστιανῶν [a] τὰς ἐπιβουλάς, τὰς φθορὰς τῶν παρθένων, τῶν ἐκκλησιῶν τὰς καθαιρέσεις, τῶν εὐκτηρίων οἴκων ἐρήμωσιν, τῶν σεμνῶν γυναικῶν τὴν δημαγωγίαν, τὰς ἐπὶ πᾶσιν ἐπινοίας κατὰ τῶν μυστηρίων, ὅτι πολλοὺς ἤκιζον [b] ἐξαγγεῖλαι, καὶ ἀκούων ἔλεγον, καὶ διηγούμενος ἐχλεύαζον, καὶ τὰς ἁγίας γραφὰς ἐφενάκιζον, ἔῤῥιπτον, ἐξουδένουν, [c] ἔκλαιον. τοὺς διασπαραγμοὺς τῶν προσεδρευόντων τῇ ἐκκλησίᾳ, τὸ μῖσος, τὸν γέλωτα τοῦ βαπτίσματος, τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς τοὺς κληρικούς, τὴν ὑπόνοιαν, τὰς κατ' αὐτῶν ἐπιβουλάς, τὴν χλεύην τῶν προσευχῶν, τὸν μυκτηρισμὸν τῆς λειτουργίας, αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τὰς δυσφημίας, τῶν εὐαγγελίων αὐτοῦ τὴν ἐπίληψιν. Τί μοι οὖν ἄρα ἀφήσει πρῶτον ὁ Χριστός; ἢ τί μοι συγχωρήσειεν; τὰ πάντα γὰρ φαῦλα καὶ ἀσεβείας μεστά. οὐκ ἐπαρκεῖ μοι πρὸς ἀπολογίαν ὁ χρόνος τῆς ζωῆς τῆς ἐμῆς. οὐκ οἶδα εἰ ζήσομαι ἄλλα εἴκοσι ἔτη. μιᾶς μου πράξεως μόλις ἔχει μετάνοιαν. τίς μοι χρόνος ὑπάρξει πρὸς τὰς ἀπείρους ἀσεβείας μου.

Εἴπατέ μοι, φίλοι, τί ποιήσω, τί διαπράξωμαι; ἐπέγνων Χριστοῦ [d] τὴν θεότητα, ἀλλ' οὐκ ἔχω δύναμιν ὅπως αὐτὸν ἐξιλεώσωμαι. ἐπέγνων τῶν ἱερέων αὐτοῦ τὴν εὐσέβειαν, ἀλλ' οὐκ ἔχω πρόσωπον ἐν αὐτοῖς παῤῥησιάσασθαι. ἐπέγνων τῶν εὐαγγελίων τὴν χάριν, ἀλλ' οὐ τολμῶ ἅψασθαι, ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐλεγχόμενος. ἐπέγνων ὅτι μυστήριον ἀθάνατον ἡ πίστις Χριστοῦ, ἀλλ' οὐκ ἔχω ἰσχὺν ἐκμειλίξασθαι αὐτῆς τὸ ἐνάρετον. ἐπέγνων τῆς ἐκκλησίας τὴν κατάστασιν, ἀλλ' αἰδοῦμαι κἂν τοῖς προσαυλίοις [e] ἐγγίσαι. συνῆκα θεὸν, καὶ πῶς αὐτῷ ἀπολογήσασθαι ἀπορῶ. [f] εὐσεβῆσαι ποθῶ, καὶ ἡ ἀσέβειά μου περιγίνεται. ἐπιθυμῶ δοῦλος ἀκοῦσαι Χριστοῦ, καὶ ἀγνοῶ εἰ θέλει ἐμὲ πριάσθαι εἰς αὐτόν. πωλῶ ἐμαυτόν, καταγράφω δοῦλον αὐτῷ. οὐ θέλω ἀντιτίμησιν, μόνον με [g] προσδέξεται. εἰ μὴ θέλει μου συγγνῶναι, ἐμαυτῷ ἐπιγράφω τὴν αἰτίαν, μόνον κἂν ὡς ἀσεβῆ με ἐπιβλέψῃ. ἓν οἶδα ὅτι αἰωνίου ὀλέθρου ἄξιός εἰμι. οὐ παραιτοῦμαι τὴν τιμωρίαν,

μόνον

---

a Τὰς ἐπιβουλὰς] Interpres: *Quantas perſecutiones illis feci? dicens adverſus eos falſa mendacia? Per maleficia enim non potui mihi ſubjicere unum de viris chriſtianis, ſicut nec ſanctam Juſtinam. Omnia mala adverſus eos mentiebar, & hoc faciens nihil proficiebam, ſed plus magis lucebat in eis Juſtina* (leg. *juſtitia* ex cod. Colbert) *& ego eram obſcuratus.*

b Ἐξαγγεῖλαι] Interpres: *ſanctorum Evangeliorum illuminationem negare cogebam.*

c Ἔκλαιον] Forte ἔκλειον.

d Τὴν θεότητα] Interpres *virtutem*, & paulo poſt *Scripturarum divinitatem.*

e Ἐπέγνων] Addit interpres: *Cognovi virginis virtutem, & confundor intendere in glorioſam faciem ejus. Cognovi immaculatam gratiam, & non audeo venire ad ſalvationem.*

f Εὐσεβῆσαι] Interpres: *Venerabilis volo eſſe*, & paulo poſt *amo ſervus audire Chriſti.*

g Προσδέξεται] Leg. προσδέξηται, & paulo poſt βούληται.

μόνον αὐτοῦ κελεύσαντος ἀποθανεῖν ἀξιωθῶ. ὑπὸ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν γίνομαι, κἂν γοῦν θανατῶσαί με βούλεται. οὐκ αἰτῶ ἄφεσιν.
a ᵃ ὑπερβάλλει γὰρ τὸ χρέος τάχα τὴν αὐτοῦ χρηστότητα. οὐ πειράζων προσέρχομαι. πεῖραν ἔχω τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἀπὸ Ἰουστίνης, καὶ καταγράφω ἐμαυτῷ θάνατον. ἴδω μόνον πῶς προσκυνεῖται Χριστός. Εἴπατέ μοι, ὦ φίλοι, εἰ δύναμαι κἂν ὡς ἀλλότριος ἐπιστῆναι τοῖς εἰρημένοις, ἵνα μήποθεν ὁρῶ αὐτοῦ τὴν θεότητα. τήκων μου τὴν ψυχὴν καταμαραινῶ. οὐ πιστεύω ὅτι ἀφίησί μοι. οὐ πείθομαι γὰρ χείρονά μου γεγενῆσθαι ἄνθρωπον, ὑπερβαλὼν Ἰαννὴν καὶ Ἰαμβρὴν τοὺς λεγομένους. ἐκεῖνοι ἐν τῷ γοητεύειν ὡμολόγησαν Θεοῦ δάκτυλον. ἐγὼ δὲ παντελῶς διεκείμην μὴ εἶναι Θεόν. εἰ ἐκείνοις ὁ Θεὸς οὐ συνεχώρησε, κἂν ἐν μέρει ἐπιγνοῦσιν αὐτόν, ἐμοὶ πῶς συγχωρήσειε παντάπασιν ἀγνοήσαντι; οὐ καυχῶμαι ἐπὶ ταῖς ἀσεβείαις μου. οὐ γὰρ τὸ ψεῦδος πάλιν θεραπεύειν ὀφείλων, ἀγνοῶ τὴν χάριν, ἀλλ' οἶδα ὅτι ἀληθείας ἀντιποιεῖται. τίς ὑμῖν διηγήσεται ἀσεβείας πέλαγος; τίς ὑμῖν ἄβυσσον βλασφημίας διαγράψειε,
b ᵇ τίς ὑμᾶς ἐπιστήσειε κακίας τοὺς θησαυρούς; ἐγὼ πᾶσαν αὐτὴν ἐχώρησα, καὶ ἐν ἐμοὶ ἄβυσσοι αὐτῆς ἐχώρησαν. ἐν ἐμοὶ πολλοὶ ὑπ' αὐτῆς ἐναυάγησαν. οὐκ εἰμὶ μόνος ἐν τῇ ἀπωλείᾳ μου, οὐδὲ ἐμαυτὸν μόνον ἐβαράθρωσα. πολλοὺς ἄλλους σὺν ἐμοὶ κατέσπασα. ποῖα δὲ κλαύσω; περὶ τίνος δακρύσω; περὶ τῶν σωματικῶς ἀναιρεθέντων, ἢ περιέργως πραχθέντων μοι; περὶ τῶν μαθόντων δι' ἐμοῦ, ἢ τῶν ἐμὲ μιμησαμένων; ἄφθονος ἐγενόμην ἀσεβείας διδάσκαλος, σπουδαῖος κήρυξ τῆς κακίας γέγονα. ἀπείρους εἶχον τοὺς μανθάνοντας, πολλοῖς μετέδωκα τοῦτο τὸ δηλητήριον. φίλοις δοκῶν παρέχειν, ξίφος προσεπήγνυον. καὶ συγγενεῖς οἰόμενος ὠφελεῖν, αἴτιος αὐτοῖς ὀλέθρου κατέστην, καὶ διὰ πρεσβείας αὐτῶν συχνοὺς ἐποίησα γόητας. νέους προεβίβασα κακῶς
c ᶜ γηράσαι, καὶ γέροντας ἔπεισα ἐναποθανεῖν ματαιότητι, ξένους ἀποδημεῖν πρὸς γοητείαν. καὶ καλὰ δρῶντας οὐκ εἴασα προκόψαι πρὸς εὐσέβειαν. ἐμύησα ὡς ἱερεύς, ὡς δαιμόνων νεωκόρος ἐδίδαξα, πρὸς ἀπάτην ἐπότισα, ἐπεδειξάμην πρὸς πλάνην. ὡς ἱεροφάντης ἐτέλεσα ἑκατόμβην, καὶ ὡς πολλὰ ἰσχύων, οὐδενὸς ἐφεισάμην. πολλοὺς ἐξῆψα πρὸς μίμησιν, καὶ ἐμοὶ ἐρίζοντας πολλοὺς ἐφόνευσα. πολλοὶ δείσαντές μοι κατέπιπτον, καὶ προδότης ἐγενόμην
d ᵈ τῶν θελόντων μοι ἀντιστῆναι. ἀξιούμενος ἐποίησα ἐν ἀέρι πέτασθαι, καὶ ἐν θαλάσσῃ βαδίσαι,
e ᵉ καὶ ναυσὶ παρέχον ἀνέμους πλεῦσαι, ἱπταμένους καὶ μὴ βαδίζοντας ἀποδημῆσαι παρεσκεύασα. ἀνέμους ἀπέλυσα καὶ πάλιν ἐκώλυσα. τὰς ὑποβρυχίους γενέσθαι, καὶ ἄλλας ἐπώκειλα. πρὸς γέλωτα ὕδωρ ἐν ἐρήμῳ ῥεῦσαι ἐφάντασα, καὶ ἐν οἴκοις λιμνάζειν ἔδειξα.

tantum dignus ſim, qui illo jubente moriar; ſubmitto me illius poteſtati, ſaltem ergo mori jubeat. Veniam non poſtulo; forte enim debiti magnitudo ſuperat illius bonitatem. Tentatum non venio; illius poteſtatem expertus ſum in Juſtina, meque ipſe morte condemno; tantummodo videam quomodo Chriſtus adoretur. Dicite mihi, amici, an poſſim his quæ dicuntur ſaltem ut extraneus intereſſe, ut illius divinitatem procul conſpiciam. Tabeſcens animam meam mœrore conficiam. Non puto illum mihi condonaturum; neque enim mihi perſuadeo quemquam hominem pejorem me fuiſſe; quippe cum famoſos illos Jannem & Mambrem ſuperem. Illi enim in magicis præſtigiis confeſſi ſunt Dei digitum: ego autem omnino contendi Deum non eſſe. Si illis Deus non pepercit, quamvis eum ex parte agnoſcerent; quomodo mihi parcat, qui illum prorſus ignoravi? Non glorior in impietatibus meis; neque enim quaſi mendacii iterum colendi partes ſuſtineam, ignoro gratiam; ſed ſcio ei veritatem curæ eſſe. Quis vobis enarret impietatis pelagus? quis abyſſum blaſphemiæ deſcribat, quis nequitiæ theſauros recludat? Ego enim nequitiam omnem percepi, ac in me illius abyſſi comprehenſi ſunt, multi per me naufragium in ea fecerunt. Non ſolus perii, nec me ſolum præcipitem dedi; multos alios mecum abſtraxi. Quænam autem deplorem & lugeam? Quos occidi, an quæ curioſe peregi? Quos habui diſcipulos, an quos imitatores? Liberalis exſtiti impietatis doctor & diligens nequitiæ præco. Innumeros habui diſcipulos, ac multos participes feci hujus perniciei; & cum amicis gratum facere mihi viderer, gladium defigebam; & cum propinquos juvare, cauſa illis eram & origo mortis, ac eorum rogatu plurimos feci magos. Juvenes docui prave ſeneſcere, ſenibus perſuaſi ut in vanitate morerentur, hoſpitibus ut magiæ cauſa peregrinarentur; & qui præclare ſe gerebant, eos ad pietatem progredi non ſivi. Initiavi ut ſacerdos, edocui ut dæmonum æditus, potum dedi ad fraudem, mei ſpecimen præbui ad errorem; hecatomben ſacrificavi tamquam hierophanta; & quaſi multa potens efficere, nulli peperci. Multos ad imitandum accendi, & mecum contendentes multos occidi. Multi metu correpti ad pedes meos accidebant, & reſiſtere volentium proditor eram. Feci ut qui rogabant in aere volarent, vel in mari graderentur, & inſtar ventorum navigarent, vel volantes ac non incedentes peregre irent. Ventos immiſi ac rurſum cohibui. Naves demerſi, & alias in altum provexi. Feci animi cauſa ut aqua in deſertis locis fluere, vel in domibus ſtagnare videretur.

Feci

a Ὑπερβάλλει γάρ] Hæc ut duriora lenire voluit interpres, qui ſic reddit: *Non peto ut parcat: ſuperat enim modum pœna delictorum cumulus: ſed non ſuperat ejus benignitatem.*
b Τὶς ὑμᾶς] Leg. τίς ὑμῖν.
c Γηρᾶσαι] Legendum apud Interpr. *male ſeneſcere*, pro eo quod legitur *male ſe neſcire*.
d Τῶν θελόντων] Melius οὐ θελόντων. *Proditor eram eorum qui mihi obſiſtere nolebant.* Hinc interpres ſic vertit hunc locum: *Qui autem mihi ſubditi facti ſunt, deduxi in tenebras perditionis.*
e Καὶ ναυσὶ] Legendum videtur, καὶ ὡσεί, ſicque legit interpres: *Et ſicut ventus navigabant.*

Feci ut a maritis mulieres ad mœchos abirent. Faciles ad abortum vias aperui, ut gratum morti facerem; totas domos in perniciem conjeci, amicos per dolum occidi patiebar, multos ex fidelibus ſamulis damno affeci. In his uonnulli, cum me admirarentur, imitari avebant, ac dæmones mecum gaudebant quod me hortati ſuiſſent.

13 Dicite igitur mihi, amici, utrum inveniri aliquid poſſit, quo his malis liberer, an potius vita laqueo finienda ſit? Vivere enim in ejuſmodi memoria neſandorum facinorum, etiamſi non jam amplius fiant, res eſt morte crudeliſſima digna; vellem igitur de Chriſti potentia erudiri, ſicque deſtinatam mortem obire. Hæc me cupiditas retinet adhuc in vita; ſcio enim ſpem ſalutis omnem mihi eſſe præciſam. Non poſſum cetera enarrare, ne memoria mea inſtar gladii ſit; non poſſum eloqui graviora, ne ſurgentes auſugiatis; non debeo ad majora progredi, ne ipſa domus ruinas trahat & ſolo æquetur. Quædam tantum vobis demonſtro ex quibus impietatem meam perſpiciatis. Nam anima mea ſeorſum a corpore in inferis verſabatur, calumnians, bellum gerens multo quam dixi nequius. Dæmones aeris ad invidiam & æmulationem hortabar, & inferiores cum ſuperioribus committebam, meque utriſque inſtar prodigii exhibebam. Non poſſum quæ ſuperſunt percurrere, neque enim audientibus proſint. Quomodo ergo dicitis, Chriſtus te ſuſcipiet, ignari & inſcii rerum mearum? Judæos mihi in medium affertis, qui miſericordiam conſecuti ſunt. Ego & ipſos illos, qui Chriſtum occiderunt & cum Deo bellum geſſerunt, ſuperavi, ac ſorte ipſos etiam dæmones a quibus impulſi ſunt. Ac vobis quidem maximam habeo gratiam; ſed ſalutem me adepturum non ſpero, qui tantam in Deum & homines impietatem præ me tuli. Scio me dixiſſe majorem me eſſe Deo; quinetiam illum irridebam agreſtem appellans. Oſtendebam enim mortuos quaſi viventes & claudos veluti currentes; ac multos deterrui quominus illum Deum eſſe crederent. Sed & diſſerendo impediebam ne Chriſtiani fierent, perſuadens Chriſtum non eſſe Deum, ut qui a Judæis, operante diabolo, in crucem actus fuerit. Imperitum illum vocabam & planum, ac nulla prorſus cognitione præditum, non modo inviſibilium, ſed ne viſibilium quidem. Et quomodo mihi dicitis, ſuſcipiet te Chriſtus, qui tot ac tanta in eum peccavi? Quodnam autem peccatum pœnitentia expiare potero? avocatos a ſalute, an conjectos in perniciem? cæ-

γύναια [a] διώκεσθαι ἀπὸ τῶν συμβίων πρὸς a
τοὺς μοιχοὺς ἔπεισα. [b] τεκνοφθορίαν ἐδείκνυον b
δ' ἐχερῆ χάριν θανάτῳ παρέχων, οἴκους ὅλους
παρεδίδουν εἰς ὄλεθρον, φίλους δολοφονηθῆ-
ναι ἠνεχόμην, οἰκετῶν γνησίων συχνοὺς ἐζη-
μίωσα. ἐν τούτοις ἔνιοι ἠξίουν ὁμοιωθῆναι θαυ-
μάζοντες, καὶ οἱ δαίμονες συγχαίροντες, ὅτι με
προετρέποντο.

Εἴπατε γοῦν μοι, ὦ φίλοι, εἰ ἔστιν ἐπίνοιά
τις πρὸς τὴν τούτων ἀπαλλαγήν, ἢ μᾶλλον
χρὴ ὀλέσθαι τὸν δι' ἀγχόνης θάνατον; τὸ γὰρ
ζῆν ἐν τοιαύτῃ μνήμῃ πονηρῶν πράξεων, κἂν
μηκέτι γίνωνται, ἐσχάτου θανάτου [c] ἐστὶν c
ἄξιον. ἤθελον οὖν κἀγὼ ἀκοῦσαι περὶ τῆς τοῦ
Χριστοῦ δυνάμεως, καὶ οὕτω θανεῖν τὸν ὡρισ-
μένον μοι θάνατον. ταύτην τὴν ἐπιθυμίαν ἔ-
χων ἀνέχομαι ἔτι τοῦ ζῆν. οἶδα γὰρ ὅτι πᾶ-
σά μοι σωτηρίας ἐλπὶς ἀφῄρηται. οὐ φέρω
εἰπεῖν τὰ λοιπά, ἵνα μὴ τὴν μνήμην μου ξίφος
γενέσθαι παρασκευάσω. οὐχ ὑπομένω φράσαι τὰ
ὑπέρτερα, ἵνα μὴ ἀναστάντες ἀποδράσητε. οὐκ
ὀφείλω ἐπιδοῦναι ἐπὶ τὰ μείζονα, ἵνα μὴ
καὶ ὁ οἶκος αὐτὸς εἰς τέλειον ἔδαφος κατασπα-
σθῇ. ἔνια ὑμῖν μόνον δείκνυμι ὁποῖός εἰμι ἐγὼ
ἀσεβής, ὅτι τὴν ψυχὴν [d] διὰ τοῦ σώματος d
ἐν ταρτάροις εἶχον, συκοφαντοῦσαν, πολεμοῦ-
σαν πολὺ τῶν εἰρημένων ἀνοσιώτερον. τοῖς δὲ
ἀέρος βουλὰς ἐδίδουν ζηλοῦν, καὶ τοὺς κάτω
πρὸς τὰ ἄνω συνέβαλον, καὶ ἐμαυτὸν παρεῖ-
χον ἑκατέροις τεκμήριον. οὐ χωρῶ διελθεῖν
τὸ κατάλοιπον, οὐ γὰρ συμφέρει τοῖς ἀκούου-
σι. Πῶς οὖν λέγετε, ὅτι Χριστός σε παραδέξε-
ται, ἀγνοοῦντες τὰ κατ' ἐμέ; Ἰουδαίους μοι
εἰς μέσον ἠγάγετε, ἐπειδὴ ἔτυχον ἱλασμοῦ.
ἐγὼ καὶ αὐτοὺς τοὺς χριστοκτόνους, θεομαχή-
σαντας ὑπερέβαλλον, τάχα δὲ καὶ τοὺς ἐνερ-
γήσαντας εἰς αὐτοὺς δαίμονας. καὶ ὑμῖν πλεί-
στη χάρις, ἐγὼ δὲ οὐκ ἐλπίζω ὅτι σώζεσθαι,
τοσαύτην ἐπιδεδειγμένος εἰς θεὸν καὶ ἀνθρώ-
πους ἀσέβειαν, οἶδα ὅτι εἶπον ἐμαυτὸν [e] e
μείζονα θεοῦ. ἀλλὰ καὶ ἐγέλων αὐτὸν ἄγροι-
κον ἀποκαλῶν. ἐδείκνυον γὰρ καὶ νεκροὺς ὡς
ζῶντας, καὶ χωλοὺς ὡς τρέχοντας. καὶ πολ-
λοὺς ἐνεπόδισα αὐτῷ πιστεῦσαι, ὅτι θεός ἐστιν.
ἀλλὰ καὶ λόγῳ ἐκώλυον μὴ γενέσθαι χριστιανούς,
πείθων ὅτι οὐκ ἔστι θεὸς ὁ Χριστός, ὅθεν καὶ
ἐσταυρώθη ὑπὸ Ἰουδαίων, τοῦ διαβόλου ἐνερ-
γήσαντος. ἰδιώτην ἔλεγον αὐτὸν καὶ μαγγανι-
κόν, καὶ μηδ' ὅλως ἔχοντα ἐπίγνωσιν, οὐ λέ-
γω τῶν ἀοράτων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ὁρατῶν. καὶ
πῶς μοι λέγοντες δέξεταί σε ὁ Χριστός, το-
σαῦτα εἰς αὐτὸν ἁμαρτήσαντα; περὶ τίνος δὲ
δυνήσομαι μετανοῆσαι; ὧν ἐκώλυσα σωθῆναι,
ἢ ὧν ἔπεισα ἀπολέσθαι; ὧν ἔδρασα φόνων,
ἢ ὧν ἔπεισα σφαγιάσαι; ὧν ἠσέλγησα, ἢ
ὧν ἔπεισα ἀσελγεῖν; ὧν ἐπεβούλευσα, ἢ ὧν

a Διώκεσθαι] Sic legit interpres: *Mulieres feci expelli a viris ſuis in domibus mœchorum*, ſed tamen legendum videtur διώχθαι

b Τεκνοφορίαν] Leg. τεκνοφθορίαν.

c Ἐστὶν ἄξιον] Hanc ſententiam paulo poſt confirmat, cum ait ſe vereri ne ob ſcelerum commemorationem domus corruat & ſolo æquetur.

d Διὰ τοῦ σώματος] Leg. δίχα, ſic etiam legit interpres qui reddit *extra corpus*.

e Μείζονα Θεοῦ] Interpres *ſcio quia ipſe dixi meipſum Chriſto majorem*.

ἐχλεύασα, ἥρπασα, ἠδίκησα, ψυχὰς καθελὼν ἀπὸ φωτὸς εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον; ὅτι γὰρ ἠδυνήθην γνῶναι θεότητα ἀληθινὴν, οὐκ ἀρκεῖ μοι. διὰ τοῦτο σιωπῶν κρεῖττον εἶναι, τοῦ αἰτεῖν χάριν Χριστὸν παύομαι, μήποτε χείρονι περιπέσω ἀσεβείᾳ, οἰόμενός με δυνατὸν εἶναι Θεῷ προσελθεῖν. σιωπῶ ἵνα μή μου ὑπόμνησιν ποιήσηται οὐκ εἰς ἄφεσιν, ἀλλ' εἰς ὑπερβάλλουσαν κόλασιν. καὶ δὴ τοῖς δάκρυσι συσχεθεὶς, ἐπὶ τούτοις ἐσιώπησα. ἔκλαιον δὲ καὶ πάντες οἱ συμπαρακαθήμενοι σφοδρῶς, ὅτι δίκαια λέγω. καὶ ἦν μέγας κοπετὸς δοκιμαζόντων, ὅτι εἰκότως ἐφρόνησα ἀπαγορεύσας Χριστοῦ πρόσοδον, ἀνάξιος ὢν τῆς θείας αὐτοῦ παραστάσεως. καὶ περιῤῥηξάμενος τὴν ἐσθῆτα καὶ κόμην πασάμενος ἐκείμην ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, πένθος μέγα ἀράμενος, καὶ ἀλαλήτοις δάκρυσι τὸ οὐαί μοι ἀναφωνῶν, ὅτι ἀπωλόμην ὁ ἄθλιος.

Τότε δὴ πάντων συγχυθέντων, ὁ ἑταῖρος Εὐσέβιος ἀποκριθεὶς λέγει. Κυπριανὲ, μὴ ἀπελπίσῃς, τούτων γὰρ πάντων ἡ λύσις ἐστὶν, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησας. ἐνόμισας γὰρ ἐνθέοις ἑαυτὸν ἔργοις ἐπιδεδωκέναι, ἀναπαύσας τὸν διάβολον. ἡ ἄγνοια τόπον σοι δίδωσιν ἀπολογίας. ἵνα τί σπαράττεις σεαυτὸν διωλύγιον; ἵνα τί συνέπεσας, τοῖς διαλογισμοῖς πρὸς ὄλεθρον τῆς ψυχῆς; ἐμοῦ ἄκουσον τοῦ φιλοῦντός σε, παράσχου μοι ἡσυχίαν, ἵνα σε πληροφορήσω. οἶδα πολλοὺς, ὦ Κυπριανὲ, εἰ καὶ μὴ ταῖς πράξεσιν, ἀλλά γε ταῖς προθέσεσι προσελθόντας Χριστῷ καὶ δεχθέντας. ἀπὸ τοῦ μέρους ἐπίγνωθι τὸ ὅλον. ἐκεῖνοι γόητες καὶ ἐδέχθησαν, καὶ σὺ γόης πάντως ὅτι κατ' ἐκείνους δεχθήσῃ. ἕως πότε οὖν κόπτεις σεαυτὸν καὶ τιμωρεῖς, καίπερ ὢν ἐξ ἀσθενείας πολλῆς; ἄπιδε μὴ καὶ ταύτην σοι τὴν ἀνελπιστίαν ὁ διάβολος δῶν παραδέξασθαι. δεινός ἐστιν ὡς καὶ σὺ κάλλιον γινώσκεις. ἢ ἀγνοεῖς ὃ πρὸ τοῦ φωνῆσαι ἀλέκτορα ἐν νυκτὶ, μετὰ δόλου σοι ἀπεκρίνατο, καὶ πῶς ἀπεσείσθη ἀπειλῶν; οὐκ εἶπέ σοι ὅτι ὁ Χριστὸς μισεῖ τοὺς ἐμοὺς, καὶ μετὰ δόλου, φησὶ, συνῆλθέ σοι, ἵνα σε χωρίσας ἀπ' ἐμοῦ πάλιν ἀπώσηται, καὶ ποιήσει εἰς σὲ ὃ βούλεται; τέως οὖν ὀφείλεις εἰδέναι ὅτι παρόντος Χριστοῦ, οὐδὲν ἰσχύει ὁ διάβολος. κατασφράγισαί σου τὴν καρδίαν, ἵνα ἀφαιρεθῇ ἐξ αὐτῆς ἡ τῆς ἀνελπιστίας ἔννοια. ἐπικάλεσαι Χριστὸν, ἵνα πεῖραν αὐτοῦ λάβῃς τῆς χρηστότητος. οὐκ αἰτεῖ σε δῶρα, οὐδὲ χρόνου δέεται πρὸς τὸ ἔλεος. οὐ διὰ μεσιτειῶν φαντασίας σοι ποιεῖ τὴν βοήθειαν αὐτοῦ. λέγει γὰρ ὁ μαθητὴς Χριστοῦ Παῦλος ὁ ἀπόστολος. ἐγγύς σου ἐστὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου. [a] ποῖον τοῦτο ῥῆμα; τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως καὶ ἐπικλήσεως δηλαδή. στόματι γὰρ, φησὶν, ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν, καρδίᾳ δὲ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην. ἀποδέχομαί σου τὴν ἐξομολόγησιν, ὅτι ἐξήγγειλάς μοι τὰς ἀσεβείας τὰς οὔσας [b] καὶ τὰς μὴ οὔσας. διὸ καὶ ἡσύχασα, καὶ τοὺς φίλους τοῦτο ποιῆσαι ἔπεισα, ἵνα ἐμέσαντός σου τοῦ ἐχθροῦ τὸ φρό-

des a me perpetratas, an quæ meo conſilio patratæ? flagitia a me admiſſa, an quæ admittenda perſuaſi? ſtructas a me inſidias, an ludibria & rapinas & injurias animabus factas, quas e lumine in tenebras exteriores avertebam? Quod enim ad veræ divinitatis cognitionem pervenire potuerim, id mihi non ſufficit; quapropter gratiæ a Chriſto petendæ finem facio, id ſatius eſſe perſpiciens, ne forte in majorem impietatem incidam, idoneum me eſſe putans qui ad Deum accedam. Taceo ne meminerit mei non ad veniam, ſed ad graviſſimum ſupplicium. His dictis conticui lacrimis prohibentibus; vehementer etiam omnes plorabant qui una aſſidebant, ac magnus erat planctus, iiſque videbar æqua dicere ac recte ſapere, quod ad Chriſtum, utpote indignus qui prodirem coram illius divinitate, accedere non auderem. Ac diſciſſa veſte & coma cinere conſperſa humi jacebam, non ſine maximo luctu & lacrimarum vi clamans, væ mihi quia perii miſer.

14 Tunc autem omnibus verecundia & pudore ſuffuſis, amicus meus Euſebius dixit: Cypriane, ne deſperes, horum enim omnium remedium eſt, quia ignorans feciſti. Videbaris enim tibi operibus divinis eſſe deditus, cum diabolo gratum faceres, dat tibi ignoratio excuſationis locum. Cur te ipſe ſupra modum dilaceras? Cur in has cogitationes incidiſti ad animæ perniciem? Audi me amantem tui, & patientem mihi aurem accommoda, ut tibi perſuadeam. Multos novi, Cypriane, qui cum ad Chriſtum non præclare factis, ſed tamen animi affectibus accederent, ſuſcepti fuere. Totum ex parte cognoſce. Magi erant illi & ſuſcepti ſunt, tu quoque magus eodem prorſus modo ac illi recipieris. Quouſque igitur te ipſe cædis ac ulciſceris, quamvis admodum infirma valetudine? Vide ne te in hanc quoque deſperationem diabolus conjecerit. Verſutus enim eſt, id quod tibi apertius eſt quam mihi. An ignoras quid tibi antequam gallus nocte cantaret, non ſine dolo reſponderit, & quomodo ſeſe proruperit minabundus? Nonne dixit tibi: Chriſtus meos odit, ac per dolum tibi ſubvenit, ut cum te a me abſtraxerit, iterum abjiciat; ſeque tunc de te pœnas arbitrio ſuo ſumpturum adjecit? ſcire igitur debes, præſente Chriſto nihil poſſe diabolum: ſigna cor tuum ut auferatur a te deſperationis cogitatio. Invoca Chriſtum ut illius benignitatem experiaris. Non poſtulat a te dona, nec tempore indiget ad miſericordiam, nec tibi per mediatorum phantaſiam ſubvenit: dicit enim diſcipulus Chriſti Paulus apoſtolus: *Prope eſt verbum in ore tuo & in corde tuo*. Quale illud verbum? Fidei in illum & invocationis videlicet. *Ore enim*, inquit, *confeſſio fit ad ſalutem, corde autem creditur ad juſtitiam*. Probo confeſſionem tuam, qua mihi impietates a te admiſſas & non admiſſas enarraſti. Quapropter ſilui & amicis ut idem facerent perſuaſi, ut poſtquam evomuiſſes inſpiratam ab inimico ſententiam,

Rom. 10. 8.

Ibid.

a Ποῖον τοῦτο ῥῆμα] Corrupte admodum in editione: *Quod dicitur verbum fides: Et dicit vacue ea cum eſt & invocationes.*

b Καὶ τὰς μὴ οὔσας] Hæc deſunt in edit. At cod. Colbertinus ſic habet: *Et pronuntiaſti impietates tuas quas feciſti, & quas non feciſti.*

teotiam, aoimus tuus allevaretur ad aſpiciendam pietatem erectus. Deinceps igitur ſtes animo, Cypriane; cogita hominem te eſſe, intellige errorem & ignorationem. Nam ſi cognita Chriſti virtute io impietate permaneres, non immerito tua deſperatio probaretur. Sed ſi nuoc cognoſcis ac inimicum averſaris; perſpicuum eſt te jampridem, ſi quis de Chriſto nunciaſſet, ſine mora impietatem abjecturum fuiſſe. Nnne igitor lacrimis tempera ob Chriſtum tibi placatum, & fortem animum aſſumens ſequere quo ille vult. Sic enim ad Chriſtum plures quam perdidiſti perducere poteris, omnibus utilia ſuggerens.

15 At ego dixi: lacrimandi finem noo facio, cooſcientia perculſus. Et ne pluribus morer, (unum eſt enim quod me ſollicitudine diſtringat, ſtructæ inſidiæ ſaoctæ Juſtinæ; an Chriſtus illius laborem parvi facturus ſit mihique coodonaturus, propter quam puerorum cædem & jecoris in mulieribus inſpectionem, & alia nefariæ artis facinora commiſi,) oro te, pater Euſebi, exple quod ſcire aveo ex ſcripturis Chriſti, an ex iis, qui ſimilem impietatem profeſſi ſunt, converſum aliquem crimine liberaverit.

16 Tum Euſebius dixit: Apoſtolus Chriſti Paulus nomine, etſi magnus oon fuit, certe primus exſtitit illius ſervorum perſecutor: conſenſit neci Stephani; ſed & publicis litteris eos qui Chriſtum Damaſci colebant, ex hac regione ac omni civitate expellebat. Sed converſus vas electionis illius factus eſt, quemadmodum & ipſe confitetur:
1. Tim. 1. 12. *Miſericordiam*, inquit, *a Chriſto conſecutus ſum, quia ignorans feci*. In actibus autem A-
Act. 19. 19. poſtolorum illius legitur multos ex illis qui curioſe egerant, cum libros magicos combuſſiſſent, a Chriſto ſuſceptos eſſe, & baptizatos remiſſionem peccatorum accepiſſe, impietate & meritis ob eam pœnis liberatos. Quod ſi tibi & Babylonius Nabuchodonoſor proferendus; is cum impie ſe geſſiſſet poſt ſpectatam Dei potentiam in camino ignis, ex quo tres Dei pueri flamma repreſſa eruti ſunt, ejectus ex hominum ſocietate & beſtia factus eſt; ſed pœnitens receptus, ita ut rurſus imperium recuperaret. Præterea Manaſſes rex Iſrael & multi alii reges & privati, cum poſt Dei cognitionem ſcelera omnia perpetraſſent, pœnitentes recepti fuere, & graviſſimis ob idololatriam ſuppliciis exſoluti; quamvis ſecum totos populos abſtraxiſſent, & occidiſſent prophetas, ac ſacra cootaminaſſent. Sed & omnem Iſraelem uſque ad Chriſti adventum ſæpe in impietatem delapſum ac ſæpe pœniteotem quodam veluti patientiæ ac miſericordiæ pelago excepit. Io Eccleſia autem hactenus tonſos habens capillos pœnitentia plurimum valet; ita ut qui maxime debilitati ſunt peccatis, converſi ſuſcipiantur. Illius autem virtus eſt Evangelium, quod eſt manna gratiæ Chriſti, ut impii miſericordiam in eo cooſecuti non

τημα, ἐπικουφισθῇ σου ἡ διάνοια, ἀνανεύσασα πρὸς τὴν εὐσέβειαν. λοιπὸν οὖν κατάστα Κυπριανὲ, συνιεὶς ὅτι ἄνθρωπος εἶ, νόησον τὴν πλάνην, τὴν ἄγνοιαν. εἰ γὰρ ἐπιγνοὺς Χριστοῦ τὴν δύναμιν τῇ ἀσεβείᾳ ἐπέμεινας, τάχα ἄν τις τὴν ἀπελπιστίαν σου ἀπεδέξατο. εἰ δὲ νῦν ἔγνως, καὶ ἀποστρέφῃ τὸν ἐχθρὸν, δῆλον ὅτι καὶ πάλαι, εἴ τις ἄν σοι περὶ Χριστοῦ ἐξηγήσατο, προτροπάδην τὴν ἀσέβειαν ἀπεκήρυττες. νῦν οὖν τὸ μὲν δακρύειν σοι παραιτοῦ διὰ τὴν Χριστοῦ σοι καταλλαγὴν, τὸ δὲ φρόνημα ῥωμαλέον κτησάμενος ἴθι πρὸς τὴν αὐτοῦ βούλησιν. οὕτω γὰρ ἂν πλείονας ὧν ἀπώλεσας προσενέγκαι δυνήσῃ Χριστῷ, πᾶσιν ὑποτιθέμενος τὰ συνοίσοντα.

Κἀγὼ ἔφην. δακρύειν οὐ παύομαι τῷ συνειδότι πληττόμενος. τὸ δὲ τὰ πολλὰ λέγειν παρεὶς, (μίαν γὰρ πάλιν φροντίδα ἔχω τῆς ἁγίας Ἰουστίνης ἐπιβουλῆς, εἰ παρόψεται Χριστὸς τὴν αὐτῆς καταπόνησιν, καὶ ἐμοὶ συγγνώσεται, δι' ἣν καὶ παιδοκτονίαν καὶ ἡπατοσκοπίαν ἐν γυναιξὶ, καὶ τὴν λοιπὴν ἄθεσμον τέχνην πεποίημαι,) παρακαλῶ οὖν, πάτερ Εὐσέβιε, παῦσόν μοι ποθοῦντι ἐκ τῶν γραφῶν τοῦ Χριστοῦ, εἴ τινα τῶν κατ' ἐμὲ ἀσεβῶν ἐπιστρέψαντα ἐγκλημάτων ἀπήλλαξε.

Καὶ ὁ Εὐσέβιος ἔφη. καὶ ὁ ἀπόστολος Χριστοῦ Παῦλος τοὔνομα. εἰ καὶ μὴ μάγος ἦν, ἀλλὰ διώκτης γέγονε τῶν δούλων αὐτοῦ ἀκροθίνιος ἀμέλει, συνευδόκησε τῇ ἀναιρέσει Στεφάνου. ἀλλὰ καὶ δημοσίοις γράμμασι τοὺς κατὰ Δαμασκὸν Χριστῷ λατρεύοντας ἐξεδίωκε τῆς χώρας καὶ πάσης πόλεως. ἀλλ' ἐπιστρέψας σκεῦος ἐκλογῆς αὐτοῦ ἐγένετο, ὡς καὶ ὁμολογῆσαι εἰπών. ἠλεήθην ὑπὸ Χριστοῦ, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα. ἐν δὲ ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ περιέχει, ὅτι ἱκανοὶ τῶν [a] τὰ περίεργα πραξάντων ἐμπρήσαντες τὰς μαγικὰς βίβλους αὐτῶν προσεδέχθησαν Χριστῷ, καὶ βαπτισθέντες ἀφέσεως ἁμαρτιῶν ἔτυχον, τῆς δὲ ἀσεβείας καὶ τῆς δι' αὐτὴν κολάσεως ὑπεράνω γενόμενοι. εἰ δέ σοι χρὴ καὶ τὸν Βαβυλώνιον Ναβουχοδονόσορ εἰς μέσον ἐνεγκεῖν, οὗτος μετὰ πεῖραν Θεοῦ, ἣν εἶδεν ἐν καμίνῳ πυρὸς [b] κατηργημένης, ῥυσθέντων τριῶν παίδων Θεοῦ, ἀσεβήσας, καὶ ἐκδιωχθεὶς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, κτῆνος γεγονὼς, μετανοήσας ἐδέχθη, ὥστε τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος ἀπολαβεῖν. καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις Μανασσῆς δὲ ὁ βασιλεὺς Ἰσραὴλ, καὶ πολλοὶ ἄλλοι βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται, καὶ μετὰ θεογνωσίαν τὰ πάντα δεινὰ δράσαντες, καὶ μεταμεληθέντες ἐδέχθησαν, ἀνεθέντες τῆς διὰ τὰ εἴδωλα βαρυτάτης κολάσεως. καίπερ ὁμοῦ σὺν αὐτοῖς δήμους ὁλοκλήρους συγκατασπάσαντες, καὶ προφήτας ἀνελόντες, καὶ τὰ ἱερὰ μιάναντες. ἀλλὰ καὶ πάντα τὸν Ἰσραὴλ ἄχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας συχνῶς ἀσεβοῦντα, καὶ συχνῶς μετανοοῦντα πελάγει ἀνεξικακίας καὶ ἐλέους προσεδέξατο. καὶ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἡ κουροκόμος μετάνοια ἰσχύει πολλὰ ἕως νῦν. ὥστε καὶ τοὺς λίαν ἐξασθενήσαντας ἁμαρτίαις προσίεσθαι ἐπιστρέφοντας. ἡ δὲ δύναμις αὐτῆς ἐστὶ τὸ εὐαγγέλιον. αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ μάννα τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος, ὅπως οἱ ἀσεβοῦντες ἐν αὐτῷ ἐλεούμενοι μὴ κατα-

a Τὰ περίεργα] Notum & pervulgatum eſt hac voce magicam artem deſignari ſolere.

b Κατηργημένης] Legendum κατηργημένη vel addendum φλογός.

κατακρίνωνται. διὸ λέγει τῷ Πέτρῳ. ὅτι οὐ μόνον ἑπτάκις ἑπτὰ ἀφήσεις τῷ ἀδελφῷ σου, ἀλλὰ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. πῶς οὖν σοι οὐκ ἀφήσει ὁ ἀνθρώποις ἐπιτρέπων ἔχειν τοσαύτην χρηστότητα; ἵνα δὲ μάθῃς τὴν σύγκρισιν τοῦ ἐλέους θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους, μαρτυρεῖ τις βοῶν. ἔλεος ἀνθρώπου ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ. ἔλεος δὲ θεοῦ ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. τί οὖν εἶ σὺ πρὸς πᾶσαν σάρκα, ὅτι νομίζεις ἐκκενοῦσθαι αὐτὸν, ἐὰν εἰς σὲ χρηστεύσηται; ἐπὶ Νινευίτας ὥρισε θάνατον, ἀσεβήσαντας ὑπὲρ σὲ, οὐ λέγω καθ' ἕνα, ἀλλὰ τοὺς πάντας ὁμοῦ. καὶ ἐπιστρέψαντας οὐκ ἀπώλεσε. καὶ σὺ ἐκτόνως αὐτὸν παρακάλεσον, ὅτι οὐ μή σε ἀπώσηται. τῷ λῃστῇ ῥοπῇ τὸν παράδεισον δωρεῖται διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς πίστεως, καὶ σοὶ οὐ συγχωρεῖ κἂν εἰς πελάγη κακίας κατωρυγμένος ᾖς, ἐὰν γνησίως αὐτὸν ἐπικαλέσῃ; ἀνάγνωθι τοὺς προφήτας, καὶ εἴσῃ αὐτοῦ τὴν χρηστότητα. λέγει Ὠσηὲ τῷ Ἰσραήλ. ὡς Σόδομα θήσομαί σε, καὶ ὡς Σεβωείμ. καὶ εὐθὺς ἐπάγει. καὶ ἐστράφη ἡ καρδία μου καὶ ἐν τῷ αὐτῷ συνεταράχθη ἡ μεταμέλειά μου. σημαίνων ὅτι ἕτοιμός ἐστι τοὺς μετανοοῦντας προσδέχεσθαι. λέγει τῷ Ἠλίᾳ. ἴδες πῶς κατενύγη ὁ Ἀχαὰβ ἀπὸ προσώπου μου; οὐ μὴ ἐπάξω ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ τὰ κακά. καίπερ δὲ αὐτοῦ τοῦ Ἠλία ὁρίσας αὐτῷ θάνατον περί τινος Ναβουθαὶ, ὃν δόλῳ ἐφόνευσεν Ἰεζάβελ ἡ γυνὴ αὐτοῦ δι' αὐτόν. καὶ πῶς σεαυτὸν ἀπελπίζεις σωθῆναι τοσούτῳ πελάγει οἰκτιρμῶν περιβληθησόμενος; οὐ μόνον λιτῶς σοι δείκνυμι θεὸν χρηστευόμενον. ἵνα γὰρ μηδεὶς ἑαυτὸν σωτηρίας ἀπαγορεύσῃ, ὄμνυσι λέγων. ζῶ ἐγὼ λέγει κύριος, εἰ θελήσει θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι, καὶ εἰς ζωὴν ἐλθεῖν. ἐξ ὅλης καρδίας μετανόησον, καὶ ἐρεῖ σοι. ἐὰν ζῇς ἔτη ἑκατὸν ἐν ἀσεβείᾳ, καὶ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ μετανοήσῃς, οὐ μὴ ἀποθάνῃς, λέγει κύριος, ἀλλὰ ζῶν ζήσεις ἐνώπιόν μου. οὐ δύναται θεὸς ψεύσασθαι, αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια. μὴ διὰ σὲ ἔχῃ [a] ἀλληλογῆσαι, Κυπριανὲ, ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο διὰ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ ἐπὶ σοὶ ἔχει νικηθῆναι ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ; τὰ ἐννενηκονταεννέα πρόβατα ἐν οὐρανοῖς κατέλειπε, δηλαδὴ τὰ ἐπουράνια τάγματα, καὶ πρὸς ἓν κατελήλυθε τὸ ἀπολωλὸς, καὶ ἐπὶ σοῦ ἔχει συστεῖλαι αὐτοῦ τὴν χρηστότητα; διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐσταυρώθη, καὶ ὀκνεῖ ἀσεβῶν ἐπιστρέφοντι ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι; λοιδορούμενος τοὺς ἀσεβεῖς προσκαλεῖται, καὶ δοξαζόμενος ἀπώσεταί σε; ἀπιστούμενος τοὺς ἁμαρτωλοὺς προσεκαλέσατο, καὶ πιστευόμενος οὐ χρηστεύσεταί σε; πάσχων οὐκ ἀπεστράφη τὸν λῃστὴν, καὶ προσκυνούμενος πρός σε οὐκ ἐπιστραφήσεται εἰς ἱλασμόν; εἰ μείζων τῶν ἀγγέλων ὁ θεὸς, πάντως ὅτι μειζόνως χρηστεύσεται. πάντα τὰ ἐπουράνια χαίρουσιν ἐπὶ ἁμαρτωλῷ ἑνὶ μετανοοῦντι, καὶ πῶς ὁ θεός σε ἀποστραφήσεται; θάρσει Κυπριανὲ, οὐκ ἦλθεν ὁ Χριστὸς καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. μόνον σὺ μετανόησον ὡς χρὴ, καὶ ὄψει αὐτὸν περιπτυσσόμενόν σε. ὅτι εὗρε τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον οὐ μόνον ἐχάρη, ἀλλὰ καὶ ὡς τέκνον αὐτὸ ἐπὶ τῶν

condemnentur. Quapropter dicit Petro: *Non* Matt.18.
ſolum ſepties ſepties dimittes fratri tuo, ſed ſe- 22.
ptuagies ſepties. Quomodo igitur tibi non dimittat qui talem hominibus commendat benignitatem? Atque ut diſcas comparationem divinæ miſericordiæ cum humana, quidam
teſtatur clamans: *Miſericordia hominis in pro-* Eccli. 18
ximum ejus; Dei autem miſericordia ſuper o- 12.
mnem carnem. Quis es tu ad omnem carnem, ut eum exhauſtum eſſe exiſtimes, ſi benignus in te ſit? Ninivitis, quorum impietas tuam ſuperabat, mortem conſtituit, non dico ſingulis, ſed omnibus ſimul: converſos non perdidit. Tu quoque illum etiam atque etiam invoca ut te non repellat. Latroni temporis momento paradiſum donat ob fidei præſtantiam, & tibi non parcet, etiamſi in pelagus nequitiæ demerſus fueris, modo eum vere & ex animo invoces? Lege prophetas & videbis illius benignitatem. Dicit Oſee Iſrae-
li: *Ut Sodoma ponam te & ut Seboim*; & Oſee 11.
ſtatim addit: *Converſum eſt cor meum & ſimul* 8.
conturbata eſt pœnitentia mea: ſignificans ſe ad Ibid.
recipiendos pœnitentes paratum eſſe. Dicit
Eliæ: *Vides quomodo compunctus ſit Achab a* 3. Reg.
facie mea? non inducam in diebus illius mala; 21. 29.
quamvis per ipſum Eliam mortem ei conſtituiſſet propter quemdam Naboth, quem Jezabel ipſius uxor per dolum occiderat, ut ipſi gratum faceret. Quomodo deſperas ſalutem, tanto miſerationum pelago circumdatus? Nec ſimpliciter tibi Deum miſericordem demonſtro, ſed ne quis ſalutem ſuam deſperet, ju-
rat dicens: *Vivo ego, dicit Dominus, ſi volunta-* Ezech.
te volo mortem peccatoris, quemadmodum eum 33. 11.
converti & ad vitam pervenire. Ex toto corde pœnitentiam age, & dicet tibi: Etiamſi annis centum in impietate vivas, & poſtremo die pœnitentiam agas, non morieris, dicit Dominus, ſed vivens vives coram me. Mentiri Deus non poteſt, ipſe enim eſt veritas. Num propter te committet, Cypriane, ut ſermonem ſuum immutet, ejuſque benignitas in te ſuperetur, qui proprio filio non pepercit propter humanum genus? Oves nonaginta novem reliquit in cælis, cæleſtes videlicet ordines, & ad unam quæ perierat deſcendit, & ſuam in te benignitatem claudet? Propter hominem crucifixus eſt, & pigrabitur impio converſo ſeſe dare? Conviciis appetitus impios ad ſe vocat, & glorificatus te repellet? Non creditus peccatores ad ſe vocavit, & creditus in te benignus non erit? Patiens non averſatus eſt latronem, & adoratus ad te non convertetur miſericordiæ cauſa? Si major angelis Deus, major profecto illius benignitas. At gaudent cæleſtia omnia in uno peccatore pœnitentiam agente. Quomodo ergo te Deus averſabitur? Confide Cypriane; non venit Chriſtus vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Tantum age pœnitentiam, ut par eſt, & videbis eum te complectentem. Quod perditam ovem reperiſſet, non modo lætatus eſt, ſed etiam illam,

---

a Ἀλληλογῆσαι] Legendum eſſe παλιλλογῆσαι admonuit me doctiſſimus Capperonnerius, cujus ingenii & eruditionis luce uſus ſum pluribus in locis hujus interpretationis.

illam, quaſi filium humeris portavit, ut ex ipſa rediſcas quantum Deus angelos ſuperet; & tu dicis, contemnet me? Tantum fac dignum fructum pœnitentiæ, ac mei tunc memineris, cum regni heres eris ut filius. Pluit ſuper peccatores & juſtos, ac oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos; & te ab eo repelli dicis? Bene facit non credentibus, & te ingemiſcentem non ſuſcipiet? Apud Iſaiam dicit: *Quando converſus gemueris, tunc ſalvaberis*; & tibi pœnitentiam non infructuoſam agenti gratiam non dabit ad æterna gaudia? Dicit enim & apud Paulum ſe omnes homines velle ſalvos fieri & ad cognitionem veritatis pervenire. Atque hæc quidem tibi a me pauca de multis, Cypriane. Cum autem ad magiſtros veneris, audies dilucide quæ ad pœnitentiam ſpectant; meque in auditorum numero habebis, dogmatis magnitudine perculſus. Agunt enim prolixe & liberaliter, ac opem libenter porrigunt. Non eſt apud eos faſtus, non veſtis conſpicua ad oſtentationem, non ſophiſtarum more inflatio, non ſpe mercedis procraſtinatio illiberalis. Incipiunt enim ab his quæ caput & ſummam continent, omnem munerum ſuſpicionem repellentes; nec, ut ſophiſtæ, a minoribus rebus animi informandi initium ducunt; ſed hortantur ut quiſque ad ſapientiæ, ut ita dicam, baſim & fundamentum accedat; probe ſcientes primo fundamentum ponendum eſſe quam optimum; deinde ſine damno quæ ſequuntur ſuperſtruenda. Videbis illic venerandam liturgiam, non cymbalis & organis circumſonantem, non ſtrepitus auditum effeminantes, non tibias diſſolutis modis indulgentes, non tympana modeſtam indolem frangentia, non chorum ad muſicam ut plurimum, non ad rectas leges attentum, non vocem expertes rationis animos agitantem, non victimas & ſtercora expurgata, non ligna & ignem corporum rationis expertium propugnacula, non ſacerdotem veluti ad bellum rationis expers armatum, non æditus taurorum robur infringentes, non impudicum ſermonem, non riſum turpiſſimum, non ſuperbum oculorum ſupercilium, non convivium legibus ſolutum, non indecoram agendi rationem; ſed tranquillum omnino animum, & faſtus expertem diſciplinam; ex quibus videns quis admodum infantes eamdem ac ſenes ordinis diſciplinam ſervantes, facile perſpiciat eorum juventutem divino quodam ſigno gubernari: Omnibus igitur in orbem ſtantibus, videas ſacram urbem uni parentem duci, ac ceteros æditus ordinis ſerie circa ſacram menſam ſtantes: deinde pſaltes ſermone ſimplex & hymno compungens ad exhortandum, expurgat ora & auditum a cantilenis ſæcularibus ad futuras lectiones. Ne verearis igitur adire, ſed libere accede, & ſurgens cibum ſume jam triduo jejunus; ac ſimul eamus ad precem veſpertinam;

ὤμων ἐβάστασεν, ἵνα ἔργῳ μάθῃς τὸ ὑπερβάλλον Θεοῦ πρὸς ἀγγέλους, καὶ σὺ λέγεις ὅτι ἐμὲ ὑπερόψεται; σὺ μόνον ποίησον καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, καὶ τότε μου μνησθήσῃ, ὅτε κληρονόμος ἔσῃ τῆς βασιλείας ὡς υἱός. ὃς βρέχει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ δικαίους, καὶ ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ ἀγαθοὺς καὶ πονηρούς, καὶ λέγεις ὅτι σε ἀποβάλλεται; τοὺς μὴ πιστεύοντας εὐεργετεῖ, καὶ σὲ τὸν στενάζοντα οὐ προσδέξεται; ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ λέγει. ὅτε ἀποστραφεὶς στενάξεις, τότε σωθήσῃ, καὶ σοι ἐγκάρπως μετανοήσαντι οὐκ ἐπιδώσει χάριν εἰς τὴν αἰώνιον ἀπόλαυσιν; λέγει γὰρ καὶ ἐν τῷ Παύλῳ, ὅτι πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. καὶ ταῦτα μὲν σοι παρ' ἐμοῦ ἐκ πολλῶν ὀλίγα, Κυπριανέ. ὅταν δὲ πρὸς τοὺς διδασκάλους ἴῃς, ἀκούσῃ τὰ περὶ μετανοίας σαφῶς, κἀμὲ ἐν φοιτητῶν τάξει σχῇς, τὸ πλάτος τοῦ δόγματος καταπλαγείς. καὶ γὰρ ἀφθονοί εἰσιν, καὶ χαίροντες χεῖρα ὀρέγουσιν. οὐκ ἔστι παρ' αὐτοῖς τῦφος, οὐ στολὴ περίβλεπτος ἐπίδειξιν σημαίνουσα, οὐ σοφιστικὴ οἴησις, οὐκ ἐλπίδι μισθῶν ὑπέρθεσις ἀνελεύθερος. καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν κεφαλαιωδῶν ἄρχονται, πᾶσαν λήψεως ὑπόνοιαν ἐξορίζοντες. οὐχ ὡς οἱ σοφισταὶ ἀπ' ἐλαττόνων ἀνάγονται τὸν νοῦν, ἀλλὰ χωρὶς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῇ κρηπῖδι πλησιάσαι τῆς σοφίας παρακαλοῦσιν. εἰδότες δεῖν πρῶτον τὸν θεμέλιον ἑδράζειν ὅτι κράτιστον, εἶθ' οὕτως ἀζημίως ἐποικοδομεῖν τὰ ἀκόλουθα. ὄψει ἐκεῖ σεμνὴν λειτουργίαν, οὐ κυμβάλοις καὶ ὀργάνοις περιηχουμένην, οὐ κρότον ἀκοὴν ἐκθηλύνοντα, οὐκ αὐλοὺς ἠχοῦντας λελυμένας ᾠδαῖς, οὐ τύμπανα ὁρμὴν κλῶντα [a] ἐπὶ οἰκίας, οὐ χορὸν μουσικῇ τὸ πλέον προσέχοντας, καὶ οὐκ [b] εὐνομίαν. οὐ φωνὴν ἀλόγων δονοῦσαν διάνοιαν. οὐ θύματα καὶ κόπρους καθαιρομένους, οὐ ξύλα καὶ πῦρ ἀλόγων σωμάτων ἀμυντήρια. οὐχ ἱερέα οἱονεὶ ἀλόγῳ πολέμῳ καθωπλισμένον, οὐ νεωκόρους ταύρων [c] τροποῦσθαι ἰσχύν. οὐ λόγον ἀκόλαστον, οὐ γέλωτα αἴσχιστον, οὐ βλέμμα μετέωρον, [d] οὐ θοίνην ἄτακτον, οὐ τρόπον ἀσχήμονα. ἀλλὰ τὸ πᾶν ἡσυχίας γνώμην, καὶ κατάστασιν ἄτυφον. δι' ὧν παιδευθείη τις ἂν ὁρῶν κομιδῇ νηπίους τὴν αὐτὴν πρεσβύταις ἔχοντας εὐταξίαν, ὡς ἐκ τινὸς θειώδους συνθήματος οἴεσθαι τὸ νέον αὐτῶν καταβραβεύεσθαι. πάντων οὖν ἐν κύκλῳ ἑστώτων, ἴδοις ἂν πόλιν ἱερὰν ἑνὶ πειθαρχοῦσαν ἡγεμόνι, ἑτέρους δὲ νεωκόρους [e] ἀκολουθίαν τάξεως τὴν ἱερὰν τράπεζαν περιβάλλοντας. εἶθ' οὕτως ὁ ψαλμῳδὸς ἀφελὴς τῷ λόγῳ καὶ ὕμνῳ κατανυκτικὸς εἰς παράκλησιν, οἱονεὶ προκαθαίρων τὰ στόματα καὶ τὰς ἀκοὰς ᾠδῶν κοσμικῶν πρὸς τὰ μέλλοντα ἀναγνώσματα. μὴ αἰδεσθῇς οὖν τὴν πρόσοδον, ἀλλ' ἐν παῤῥησίᾳ προσπέλαζε, καὶ ἀναστὰς ἀποσίτησαι, τρίτην ταύτην τὴν ἡμέραν ἄσιτος ὤν. καὶ κοινοτέρως ἴωμεν τέως πρὸς τὴν τῆς ἑσπέρας εὐχήν. ἑξῆς δὲ τῇ πανόρ-

a Επὶ οἰκίας] Leg. ἐπιεικείας.
b Εὐνομίαν] Legendam videtur εὐνομίᾳ, id eſt muſicæ magis quam vitæ legibus ac regulis attendentes.

c Τροποῦσθαι] Leg. τροποῦντας.
d Οὐ θοίνην] Leg. θοίνῃ.
e Ακολουθίαν] Forte ἀκολουθίᾳ.

πανόρτῳ συνάξει διαμένοντες. ἔθος γὰρ τῶν
ἑπτὰ ἡμερῶν τῇ πρώτῃ ποιεῖν ἀναστάσεως Χρι-
στοῦ μνείαν, μεθ' ἣν τῷ πάπᾳ προσελθόντες
τὰ εἰκότα δρῶμεν ϗ λέγομεν. σαυτοῦ γενοῦ
Κυπριανέ. τάχα γὰρ πλείονας σώσεις, παρ' οὓς
ἀπώλεσας, ϗ μου μνήσθητι ὅταν εὖ σοι γίνη-
ται, μεθημερινὰ σοι ἐνύπνια διακρίνοντι πρὸς
πολλῶν ὠφέλειαν.

Ἐγὼ οὖν ἀναστὰς ἀπρὶξ εἰχόμην αὐτοῦ τῆς κε-
φαλῆς, ϗ στέρνα αὐτοῦ τοῖς ἐμοῖς προσθέμενος,
πατέρα ϗ ἄγγελον ἀπεκάλουν. κἀμὲ μέσον ἔ-
χοντες ἑαυτῶν αὐτός ϗ ὁ τούτου υἱὸς συνηλι-
a κιώτης μου ὤν, ϗ τῆς αὐτῆς μοι τῶν ᵃ πραγ-
μάτων διατριβῆς γεγονὼς, εὐσεβείᾳ δὲ πρού-
χων, εἰ ϗ τις ἄλλος, οἴκαδε ἀγαγόντες,
b παρετίθουν τὰ πρέποντα. ᵇ εἶθ' οὕτως ἀπήει-
c μεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ᶜ ϗ ἰδεῖν τὸν χορὸν
οὐρανίων ἐοικότα Θεοῦ ἀνθρώπων, ἢ χορῷ ἀγ-
d γέλων Θεῷ ἀναμέλποντι. ᵈ Ἑβραϊκήν τε λέξιν
ἑκάστῳ στίχῳ ἐπαγαγόντες μιᾷ φωνῇ, ὡς πεί-
θεσθαι αὐτούς μὴ εἶναι ἀνθρώπους, ἀλλὰ φύ-
σιν λογικὴν σύγκλυδον ἀπηχοῦσαν θαυμάσιον
ἦχον, ὃν οἱ προφῆται θανόντες διὰ τῶν ζώντων
πάλιν προεφήτευον. ϗ οἱ ἀπόστολοι οὐδὲν ἧτ-
τον ὡς παρόντες ἐφθέγγοντο, οὐ χρήζοντες ἑρ-
μηνείας. ἁπλούστατοι γάρ εἰσιν οἱ λόγοι ἐν δια-
νοίαις συγκείμενοι. ϗ δὴ τὸ πλῆθος θαυμά-
σαν ἡμῶν τὴν εἴσοδον, γέγονε ξενισθῆναι. ϗ
πάλιν οἴκοι καταχθέντες ἡσυχάσαμεν. ϗ τῇ
ἑξῆς εἶπον. πάτερ Εὐσέβιε, διατί μὴ καίω-
μεν τὰς βίβλους τοῦ διαβόλου; δημοσίᾳ οὖν
τοῦτο δράσαντες εἴδομεν ϗ τὸν ἐπίσκοπον.
ϗ πάντα καθὼς μοι ἐπηγγείλατο, ὁ ἐν ἀν-
θρώπῳ ἄγγελός μοι γενόμενος Εὐσέβιος, ἀκη-
κόαμεν.

e Ὡς δὲ ἤκουσε ϗ ἡ ἁγία ᵉ Ἰουστῖνα τὰς τρί-
χας ἀποκειραμένη, ϗ τὸν θάλαμον σὺν τῇ
προικὶ διοικήσασα πένησι διένειμεν, διπλῆν
ἡγησαμένη σωτηρίαν τὴν ἐμὴν μετάνοιαν. ϗ
γὰρ ὁ Ἀγλαΐδας ἀποταξάμενος τὸν διάβολον
ἐνέπρησεν, ὅτε τὸ ξίφος τοῦ ὀλέθρου ἑαυτοῦ
περιέπηρεν, τοῦ χριστοῦ πλέξαντος ἡμῖν διὰ
Ἰουστίνης σωτηρίαν δίδυμον. ἐπεὶ δὲ κἀγὼ
διένειμα τὰ πράγματα ϗ ἤμην σὺν τῷ πα-
τρὶ Εὐσεβίῳ γενομένῳ πρεσβυτέρῳ τῆς ἐκκλη-
f σίας, ᶠ τυχὼν τῆς σφραγῖδος τοῦ χριστοῦ,
ἐξηγονιζόμην κηρύττων πᾶσι, ϗ πολλοὺς πεί-
θων ἐπιστρέψαι πρὸς τὸν κύριον. ἀλλὰ ϗ ἐπεί-
σθησαν ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ χριστῷ, δι' οὗ ϗ μεθ'
οὗ τῷ πατρὶ δόξα, κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν
αἰώνων, Ἀμήν.

eras autem celebratæ ab omnibus ſynaxi immanebimus; mos enim eſt primo ex ſeptem die memoriam reſurrectionis Chtiſti celebrate, quo die ad epiſcopum accedentes convenientia facimus & dicimus. Tibi attende, Cypriane, fortaſſe enim plures ſalvabis quam perdidiſti; fac autem memineris mei cum præclare in te agetur, diurna ſomnia ad multorum utilitatem interpretante.

17 Tum ego conſurgens amplexus ſum illius caput & pectus, patrem illum & angelum vocans. Tum medium me habentes ipſe & ejus filius æqualis meus, & in eodem litterarum ludo inſtirutus, ſed pietate, ſi quis alins, excellens, domum dednxerunt, & decentem eibum appoſuerunt. Deinde in eccleſiam ivimus, ac vidi chorum cæleſtium Dei hominum, vel angelorum Deo canentium ehoro ſimilem, Hebraicam dictionem ſingulis verſibus adjicientes una voce; ita ut non homines eſſe videtentur, ſed natura rationalis congregata admirabilem edens ſonum, quo Prophetæ mortui iterum pet vivos oracula dabant. Apoſtoli non ſecus ac præſentes prædicabant; nec opus erat interpretatione, ſunt enim ſimpliciſſimi ſermones, in ſententiis poſiti. Evenit autem ut multitudo introitum noſtrum admirans obſtupeſceret, ac domum reverſi quievimus. Poſtero autem die dixi, Pater Euſebi, cur non comburimus libros diaboli? Id ergo cum publice feciſſemus, epiſcopum etiam adivimus, ac omnia audivimus, quemadmodum mihi promiſerat Euſebius, quem in homine angelum habebam.

18 Hæc autem poſtquam andiit ſancta Juſtina, crines totondit, & thalamum cum dote venditum pauperibus diſtribuit, duplicem ſalutem exiſtimans pœnitentiam meam. Nam & Aglaidas, qui ipſe ſibi gladium mortis circumintulerat, diabolum ab eo diſcedens incendit, nectente nobis Chriſto pet Juſtinam duplicem ſalutem. Poſtquam autem mea quoque diſtribui, eram una cum patre Euſebio, qui presbyter erat eccleſiæ, ac Chriſti ſigillum adeptus, conabar prædicare omnibus, & multis perſuadere ut ad Dominum converterentur. Sed & perſuaſi ſunt in Domino Jeſu Chriſto, per quem & cum quo Patri gloria & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen.

INDEX

a Πραγμάτων] Leg. γραμμάτων. Neque enim hic Euſebii filius magicis artibus deditus fuit, neque id ſuſpicari patitur ſumma illius pietas. Sic etiam legit interpres.

b Εἶθ' οὕτως] Interpr. *alia autem die cum adhuc nox eſſet*.

c Καὶ ἰδεῖν] Leg. καὶ ἶδον.

d Ἑβραϊκήν τε λέξιν] Etiamnum Græci in exſequiis defunctorum addunt alleluja ſingulis verſibus.

e Ἰουστῖνα] Interp. *cum ergo audiſſet Dei famula Juſtina meam converſionem, lucernam* (Colbert. *lucernas*) *accendit & Deo capillos totondit*.

f Τυχὼν τῆς σφραγῖδος] Legitur in converſione Cypriani, quæ latine exſtat tom. 3. Theſauri Anecdotorum, eum in magno die ſabbati baptizatum fuiſſe. Sed Metaphraſtes de ſuo addit Cyprianum, quo die artem magicam repudiavit, ad epiſcopum Anthymum ſeſe contuliſſe, & cum ab eo dimiſſus noctem in lacrimis traduxiſſet, poſtridie in magno die ſabbati veniſſe in eccleſiam & baptizatum fuiſſe.

I N D E X

LOCORUM SCRIPTURÆ SACRÆ

OCCURRENTIUM IN OPERIBUS SANCTI CYPRIANI, quæ numeris Arabicis deſignabuntur, & in aliis nonnullis S. Martyri adſcriptis, quæ numeri Romani indicabunt.

GENESIS.

Cap. 1. 26. FACIAMUS hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, 358
16 Multiplicabo triſtitias tuas, &c. 361
17 Quia audiſti vocem mulieris tuæ .... maledicta terra in operibus tuis, &c. 495 cxcvij
5. 24 Et placuit Enoch Deo, &c. 468
6. 3 Et videns Dominus Deus redundare nequitias hominum ſuper terram, &c. ix
14. 18 Et Melchiſedech rex Salem protulit panem & vinum, 226
37. 19 Ecce ſomniator ille venit, &c. 266
49. 11 Lavabit in vino ſtolam ſuam, &c. 227

EXODI.

Cap. 9. 28 ORATE pro me ad Dominum, quia peccavi, xij
12. 6 Et occident illum omne vulgus ſynagogæ filiorum Iſrael ad veſperam, 231
13 Et erit ſanguis in ſigno vobis ſuper domos in quibus ibi eritis, &c. 441
46 In domo una comedetur, non ejicietis de domo carnem foras, 399. 307.
17. 14 Dixit Dominus ad Moyſen: Scribe hoc ut ſit memoria in libro, &c. 319
19. 22 Et ſacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum ſanctificentur, &c. 239. 254. 276
20. 3 Non erunt tibi dii alii abſque me, 434.
12 Honora patrem & matrem, 184
22. 4 Neſciebam, fratres, quia pontifex eſt, &c. 197. 243. 263.
20 Sacrificans diis eradicabitur, niſi Domino ſoli, 181. 239. 374. 438.
28. 43 Et cum accedunt miniſtrare ad altare Sancti, &c. 239. 254. 276.
32. 31 Precor, Domine, deliquit populus hic delictum grande, &c. 379

LEVITICI.

Cap. 7. 17 OMNIS mundus manducabit carnem, &c. 377
19. 27 Non corrumpetis effigiem barbæ veſtræ, 383
20. 7 Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum, dicit Dominus, 370. 418.
21. 17 Homo in quo fuerit vitium, &c. 239. 254. 276.

NUMERORUM.

Cap. 8. 4. ET locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens: Accipe levitas de medio filiorum Iſrael, &c. 431
12. 3 Et fuit Moyſes homo lenis nimis, 253
16. 26 Separamini a tabernaculis horum hominum injuſtorum, &c. 254. 320.
40 Memoriale filiis Iſrael ut non accedat quiſquam alienigena, &c. 319
19. 20 Et homo qui fuerit immundus uſque ad veſperam, &c. 328
22 Et omnia quæcumque tetigerit immundus immunda erunt, 269
20. 26 Apprehende Aaron fratrem tuum, &c. 235

DEUTERONOMII.

Cap. 6. 4 AUDI, Iſrael, Dominus Deus tuus unus eſt, &c. 424
13. 5 Et propheta ille aut ſomnium ſomnians, ille qui locutus eſt ut errare te faceret a Domino Deo tuo, interficietur, [illegible]
17. 12 Et homo quicumque fecerit in ſuperbia, ut non exaudiat ſacerdotem, &c. 182. 277. 220. 243. 264.
28. 66 Et erit vita tua ſuſpenſa ante oculos tuos, cxcvij
32. 32 Ex vinea Sodomorum vitis eorum, &c. cxcviij
33. 9 Qui dicunt patri & matri, non novi te, &c. 419. 482. 318.

JOSUE.

Cap. 1. 8. NON recedet liber legis hujus ab ore tuo, &c. 293.
2. 18 Patrem tuum & matrem tuam & fratres tuos & totam domum patris tui colliges ad te ipſam, &c. 317. 358

I. REGUM.

Cap. 1. 13 LOQUEBATUR in corde ſuo, & labia ejus movebantur, &c. 415
2. 30. Eos qui clarificant me clarificabo, &c. 438. 308.
8. 7 Non te ſpreverunt, ſed me ſpreverunt, 177. 243. 263
16. 7. Homo videt in facie, Deus autem in corde, 381.

III. REGUM.

Cap. 11. 14. ET excitavit Dominus ſatanan ipſi Salomoni, 413.
31 Sume tibi decem ſciſſuras, &c. 398
19. 4. Numquid melior ſum fratribus meis? clx.

IV. REGUM.

Cap. 14. 6. NON morientur patres pro filiis, &c. 158
24. 10. Venit Nabuchodonoſor rex Babyloniæ in Hieruſalem, &c. 423.

II. PARALIPOMENON.

Cap. 24. 20. HÆC dicit Dominus: Dereliquiſtis vias Domini, &c. 184.

III. ESDRÆ.

Cap. 4. 38. VERITAS manet & invaleſcit in æternum, &c. 296.

TOBIÆ.

Cap. 2. 22. UBI ſunt juſtitiæ tuæ? Ecce quæ pateris, 464.
12. 7. Opera Dei revelare & confiteri honorificum eſt, &c. 426. 464.
8 Bona eſt oratio cum jejunio & eleemoſyna, 426. 478.
9 Eleemoſyna a morte liberat, 478. 153
10 Et nunc, fili, mando tibi, ſervi Deo in veritate, &c. 484.

JOB.

Cap. 1. 1. JOB homo verus & juſtus habuit filios ſeptem, &c. 483
11 Ecce omnia quæcumque habet in manus tuas do, &c. 413
21 Nudus exivi de utero matris, &c. 343. 464. 470
2. 10. Tamquam una ex inſipientibus mulieribus locuta es, &c. 464
14. 7. Eſt arbori ſpes, &c. cclij
31. 7. Et ſi oculos ſecutum eſt cor meum, clxvj
40. 20. Aut adduces draconem in hamo, &c. cccix

PSALMORUM.

Pſal. 2. 12. CONTINETE diſciplinam, ne forte iraſcatur Dominus, &c. 229. 353
3. 6. Ego dormivi, & ſomnum cepi, &c. cc
4. 5. Dicite in cordibus, & in ſtratis veſtris, &c. 406
5. 3 Rex meus & Deus, quoniam ad te orabo, &c. 427. 360
15. 10 Non derelinques animam meam apud inferos, &c. ccxix
18. 9. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos, clvj
21. 16. In pulverem mortis deduxiſti me, cxcix
19 Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, &c. cxcviij
22. 5. Calix meus inebrians perquam optimus, 229
23. 7. Tollite portas principes veſtras, &c. ccij
25. 5. Odivi eccleſiam malignantium, &c. ccvij
29. 4. Domine, eduxiſti ab inferno animam meam, &c. cxcix, ccj
10 Quæ utilitas in ſanguine meo, &c. cxcix
33. 12. Quis eſt homo qui vult vitam, &c. 405
13 Cohibe linguam tuam a malo, &c. 117
36. 7. Noli æmulari bene ambulantem in via ſua, &c. 396
25 Junior fui, & ſenui, & non vidi juſtum derelictum, &c. 412. 483.
35 Vidi impium exaltatum, &c. 296
37. 12. Amici mei & proximi mei adverſum me appropinquaverunt, &c. ccxv
13 Factus ſum ſicut homo non audiens, &c. ccxvj
40. 10. Qui manducat panes meos, &c. ccxv
44. 12. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, &c. 376
46. 6. Aſcendit Deus in jubilatione, &c. ccij
49. 3 Deus manifeſte veniet, &c. 300
16 Ad quid enarras juſtificationes meas, &c. 232. 313.
17 Tu autem odiſti diſciplinam, &c. 228
19 Os tuum abundavit malitia, &c. 229
50. 19. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, &c. 379. 464. 337
52. 6. Qui hominibus placent confuſi ſunt, &c. 384
54. 22. Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, &c. ccxv
67. 7. Deus qui inhabitare facit unanimes in domo, 42. 318. 329
68. 22. Et dederunt in eſcam meam fel, &c. cxcviij
70. 20. Quoniam converſus vivificaſti, &c. ccj
73. 14. Tu confregiſti capita draconis magni, &c. cxcix
87. 5. Factus ſum ſicut homo ſine adjutorio, &c. ccj
88. 31. Si dereliquerint legem meam, &c. 42. 374 xj
33 Viſitabo in virga facinora eorum, &c. 135
34 Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis, 41
92. 2. Parata ſedes tua, Domine, &c. ccij
93. 11. Cognovit Dominus cogitationes ſapientum, &c. 401
109. 1. Dixit Dominus Domino meo, &c. ccij
3 Ante luciferum genui te, &c. 225
111. 5. Qui diſponet ſermones ſuos in judicio, ccxj
115. 12. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? &c. 329. 337.
15 Pretioſa eſt in conſpectu Domini mors juſtorum ejus, 43. 337.
117. 22. Lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, &c. 417
118. 176 Erravi ſicut ovis quæ periit, 210
132. 1. Ecce quam bonum & quam jucundum eſt ut habitent fratres in unum, 302
138. 16. Quod eſt imperfectum meum viderunt oculi tui, &c. 382
17 Mihi autem vehementer honorificati ſunt amici tui, Deus, clxv
140. 2. Elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum, 231
5. Oleum peccatoris non impinguet caput meum, 209

PROVERBIORUM.

Cap. 1. 24. QUONIAM quidem vocabam & non obaudiebatis, &c. cclxij
3. 16. Prudentiam fac notam tibi, &c. clxv
4. 27. Non declinabis in dexteram, neque in ſiniſtram, clix
6. 26. Pretium meretricis quantum eſt unius panis, &c. cxlvij
27 Quis alligabit in ſinu ſuo ignem, &c. clix
9. 1. Sapientia ædificavit ſibi domum, &c. 226
10. 3. Non occidet Dominus fame animam juſtam, &c. 422. 480.
11. 31. Si juſtus vix ſalvus fit, injuſtus ubi parebit? clxxij
14. 12. Eſt via quæ videtur apud homines recta, &c. clix
26 Sapiens timendo declinabit ab omni malo, &c. clxv
15. 3. In omni loco oculi Dei ſpeculantur bonos & malos, 403
12 Non diligit indiſciplinatus caſtigantem ſe, &c. 222
16. 29. Perverſus in ore ſuo portat perditionem, &c. 186
17. 4. Malus obaudit linguæ iniquorum, &c. 186. 264
18. 19. Frater fratrem adjuvans exaltabitur, 354
19. 5 Falſus teſtis non erit impunitus, 409
20. 9. Qui converſatur ſine vituperatione in juſtitia, &c. 484
9 Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe a peccatis? 477
22 Ne dixeris, ulciſcar me de inimico meo, &c. 437

11. 13.

21. 13 Qui obturat aures ſuas ad clamorem pauperis, &c. 478
23. 9 In aures inſipientium noli quidquam dicere, &c. 432
26. 5 Noli reſpondere inſipienti, &c. 432. clx.
27. 20 Infernus & interitus non ſaturantur, &c. clxvj.
28. 27 Qui dat pauperibus, nunquam egebit, &c. 480
29. 22 Homo animoſus parat lites, &c. 310

ECCLESIASTÆ.

Cap. 1. 8 NON ſaturatur oculus viſendo, clxvj.

CANTICORUM.

Cap. 3. 2 IN cubili meo quæſivi quem diligit anima mea, &c. ccj.
11 Exite & videte filiæ Hieruſalem coronam qua coronavit eum mater ſua, cxcvij.
4. 8 Veni ſponſa de Libano, &c. 307
12 Hortus concluſus, ſoror mea, &c. 298. 317
5. 1 Ingreſſus ſum in hortum meum, &c. 307. cxcix.
2 Ego dormio, & cor meum vigilat, 415
6. 8 Una eſt columba mea, &c. 317. 357. ccvij.

SAPIENTIÆ.

Cap. 1. 13 DEUS mortem non fecit, &c. 155
2. 24 Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum, 504
3. 4 Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, &c. 557. 515
11 Diſciplinam qui abjicit infelix eſt, 219. 353
4. 11 Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum illius, &c. 468
5. 1 Tunc ſtabunt juſti in magna conſtantia, &c. 441. 555
8 Quid nobis profuit ſuperbia? &c. 556
6. 11 Qui enim cuſtodierint juſte juſta, &c. clviij.
9. 13 Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei? clxj.

ECCLESIASTICI.

Cap. 2. 1 FILI, accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia, &c. 464
4 In dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum & argentum, &c. 464. 498
3. 27 Amans periculum, in illo peribit, clxxvj.
33 Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccatum, 479
7. 31 Ex tota anima tua time Deum, &c. 443.
9. 4 Cum ſaltatrice noli aſſiduus eſſe, &c. clxj.
11. 30 Ante mortem ne laudes hominem quemquam, 34
13. 19 Omne animal diligit ſimile ſibi, clviij.
16. 1 Ne jucunderis in filiis impiis, 183.
19. 1 Qui ſpernit modica, paulatim decidet, clviij.
25. 15 Beatus vir qui veretur omnia per metum, cxlv.
33 A muliere factum eſt initium peccati, &c. cxlvj.
27. 6 Vaſa figuli probat fornax, &c. 465. 519
10 Volatilia ad ſimilia conveniunt, clviij.
28. 28 Sepi aures tuas ſpinis, &c. 186. 289. 403
31. 15 Nequius oculo quid creatum eſt? clxvj.
32. 1 Rectorem te poſuerunt, noli extolli: Eſto in illis quaſi unus ex ipſis, &c. xvij.
21 Peccator homo vitabit correptionem, &c. clx.
25 Non te credas viæ laborioſæ, &c. clxij.
34. 30 Qui baptizatur a mortuo, quid proficit lavatio ejus? 172. 602
42. 12 In medio mulierum noli aſſiduus eſſe, clxxxij.
13 De veſtimentis procedit tinea, cxlviij.
14 Melior eſt iniquitas viri, quam benefaciens mulier, clviij.

ISAIÆ.

Cap. 1. 2 FILIOS enutrivi & exaltavi, ipſi autem me ſpreverunt, &c. 419. 508
2. 2 Erit enim in noviſſimis diebus manifeſtus mons Domini, &c. 311
8 Adoraverunt ea quæ fecerunt digiti eorum, &c. 239. 574. 438. 516
12 Dies enim Domini Sabaoth ſuper omnem injurioſum, &c. 276
3. 9 Væ animæ eorum, quia cogitaverunt cogitationem peſſimam adverſum ſemetipſos, &c. cxcv.
16 Exaltatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, &c. 357
5. 2 Et expectavi ut faceret uvas, fecit autem ſpinas, &c. cxcvij.
6. 10 Excæca cor populi hujus, &c. 867
7. 9 Niſi credideritis, non intelligetis, clxxxj. cciij.
13 Num parum vobis eſt moleſtos eſſe hominibus, &c. 45.
14 Ecce virgo concipiet & pariet filium, clxxxviij.
10. 23 Verbum conſummans & abbrevians in æquitate, &c. 404. clxxix.
13. 6 Ululate, quia prope eſt dies Domini, &c. 447
14. 13 Tu autem dixiſti in corde tuo: In cælum aſcendam, &c. 176
26. 19 Reſurgent mortui, & ſuſcitabuntur qui in monumentis ſunt, ccix.
29. 10 Et dedit illis Deus ſpiritum compunctionis, 282. 314
13 Populus iſte labiis ſuis honorificat me, &c. 234. 294. 312
14 Peribit ſapientia a ſapientibus, &c. 491
30. 1 Væ filii deſertores, hæc dicit Dominus: Ut faceretis conſilium, & non ex me, &c. 176. viij.
40. 6 Clama .... Omnis caro fœnum, &c. 355
42. 13 Dominus ſicut fortis egredietur, &c. 500.
24 Quis dedit in direptionem Jacob, & Iſrael vaſtantibus? Nonne Dominus ipſe? 380. 415
43. 18 Ne memineritis priorum, &c. 227
25 Ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas, xvj.
48. 21 Non ſitierunt in deſerto cum educeret eos, aquam de petra produxit eis, &c. 227
50. 5 Ego autem non contradico, retrorſum non abii, 37
52. 11 Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, &c. 475
53. 1 Domine, quis credidit auditui noſtro? cxcvj.
6 Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, &c. 13. 432vj.
57. 6 Illis effudiſti libamen, & obtuliſti ſacrificium. Numquid ſuper his non indignabor? dicit Dominus, 13. 21. 239. 516
16 Non in ſempiternum litigabo, &c. xj.
58. 1 Clama, ne ceſſes, &c. 499
7 Frange eſurienti panem tuum, &c. 416. 476
59. 1 Numquid non valet manus Domini ut ſalvet? &c. 380. 437
61. 1 Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit me, &c. clxxxvj.
63. 2 Quare rubrum eſt indumentum tuum? &c. 207
66. 2 Super quem reſpiciam niſi ſuper humilem? &c. 36. 65

JEREMIÆ.

Cap. 1. 5 PRIUSQUAM te formarem in utero novi te, &c. 379
2. 13 Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, &c. 269. 402. 535
30 Sine cauſa percuſſi filios veſtros, &c. 486
3. 9 Et mœchata eſt cum lapide & ligno, &c. 238.
15 Et dabo vobis paſtores ſecundum cor meum, &c. 219. 553
4. 3 Nolite ſerere ſuper ſpinas, &c. clxiij.
5. 3 Percuſſiſti eos, & non doluerunt, &c. 435.
7. 16 Noli orare pro populo hoc, &c. 379.
11. 19 Venite, mittamus lignum in panem ejus, &c. cxcvj.
12. 8 Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſilva, &c. cxcvj.
15. 18 Ut quid factus eſt dolor meus perpetuus? Plaga mea deſperabilis renuit curari? &c. 180.
17. 5 Maledictus homo qui confidit in homine, 178
18. 4 Et diſſipatum eſt vas quod ipſe faciebat, conversus fecit illud vas alterum, ſicut placuerat in oculis ejus, cc.
23. 16 Nolite audire verba prophetarum, &c. 180. 400
23 Putaſne Deus e vicino ego ſum, & non Deus de longe? &c. 382. 415
28 Quid paleis ad triticum? &c. 232
25. 6 Nolite ire poſt deos alienos ut ſerviatis eis, &c. 434. 516

THRENORUM.

Cap. 3. 27 BONUM eſt viro cum portaverit jugum ab adoleſcentia ſua, &c. cl.
53 Lapſa eſt in lacum vita mea, &c. cxcix.

BARUCH.

Cap. 3. 36 HIC eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius adverſus eum, &c. clxxxv.
6. 5 In ſenſu autem tibi debet adorari Deus, 416.

EZECHIELIS.

Cap. 9. 4 TRANSI per mediam Hieruſalem, & ſigna thau ſuper frontes virorum, &c. 441.
5 Tranſite & percutite, non parcat oculus veſter, &c. 442.
11. 12 In præceptis meis non ambulaſtis, &c. clxvij.
14. 13 Terra cum peccaverit mihi ut prævaricetur prævaricans, extendam manum meam ſuper eam, &c. 379.
18. 4 Omnes animæ meæ ſunt, &c. xv.
20 Juſtitia juſti ſuper eum erit, &c. 158.
21 Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, &c. xiij.
30 Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, &c. xvj.
20. 18 In præceptis patrum veſtrorum nolite incedere, &c. clxxj.
30. 9 In die illa egredientur nuntii a facie mea in trieribus ad conterendam Æthiopiæ confidentiam, cxcij
32. 3 Et extraham te in hamo meo, &c. cxcij.
33. 11 Dic ad eos: Vivo ego, dicit Dominus: Nolo mortem impii, ſed ut revertatur impius a via ſua & vivat, &c. xj.
11 Nolo mortem morientis, quantum ut revertatur & vivat, 386. 491. ccxvj.
12 Juſtitia juſti non liberabit eum in quacumque die peccaverit, &c. 496. xiij.
34. 3 Lac comedebatis, & lanis operiebamini, &c. 173.
4 Quod infirmum fuit non conſolidaſtis, &c. 249.
36. 25 Et effundam ſuper vos aquam mundam, &c. 269. 318
37. 12 Ecce ego aperiam tumulos veſtros, &c. ccij.
44. 2 Porta hæc clauſa erit, &c. clxxxviij.

DANIELIS.

Cap. 3. 16 NABUCHODONOSOR rex, non oportet nos de hac re reſpondere tibi, &c. 198. 538. 502
25 Stans autem Azarias oravit, & aperiens os ſuum, &c. 383.
51 Tunc hi tres quaſi ex uno ore laudabant, &c. 416.
7. 9 Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, &c. xv.
13 Aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce cum nubibus cæli, &c. ccij.
9. 4 Domine Deus magne & terribilis, cuſtodiens pactum, &c. 384.
12. 2 Et multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, &c. ccix. ccxiv.
14. 4 Nihil colo ego niſi Dominum Deum meum, &c. 198. 522

OSEÆ.

CAP. 4. 1 AUDITE verbum Domini, filii Iſrael, quia judicium Domino, &c. 435
6. 1 In tribulatione ſua mane conſurgent ad me: Venite, &c. 427
3 Vivificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos, &c. ccj.
8. 4 Ipſi regnaverunt, & non ex me, 178. 236
9. 4 Sacrificia eorum quaſi panis lugentium, &c. 178. 234. 520

JOELIS.

CAP. 2. 12 NUNC ergo dicit Dominus: Convertimini ad me in toto corde veſtro, &c. 386. 492. 155. xj.

AMOS.

CAP. 4. 7 ET plui ſuper civitatem unam, & ſuper civitatem alteram non plui, &c. 434.
5. 4 Quærite me, & vivetis, 440.
8. 9 Occidet ſol in meridie, cxcviij.

HABACUC.

CAP. 2. 5 ILLE vero qui præſumit & contumax eſt, vir ſuperbus, &c. 176. 250
3. 17 Ficus non florebit, & non erit germen in vineis, &c. 440

SOPHONIÆ.

CAP. 3. 2 COLUMBA non audivit vocem, &c.

AGGÆI.

CAP. 1. 9 HÆC dicit Dominus exercituum: Eo quod domus mea deſerta eſt, &c. 434

ZACHARIÆ.

CAP. 11. 12 ET dixi ad eos: Si bonum eſt in oculis veſtris, afferte mercedem meam, &c. cxcv.
16 Ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra, &c. xiv.
14. 7 In illa die non erit lux, &c. cxcviij.

MALACHIÆ.

CAP. 2. 1 ET nunc ad vos mandatum hoc, o ſacerdotes. Si nolueritis audire, &c. 182. 296
3. 2 Ecce venit, dicit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem adventus ejus? &c. ccij.
4. 1 Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus, &c. 500. 442
2 Et orietur vobis timentibus nomen meum ſol juſtitiæ, &c. 425. cxcviij.

I. MACHABÆORUM.

CAP. 2. 62 ET a verbis viri peccatoris ne timueritis, &c. 296

II. MACHABÆORUM.

CAP. 6. 23 PRÆMITTI ſe velle in infernum, quam patrias leges deſerere, &c. cl.

Digitized by Google

MATTHÆI.

CAP. 1. 23 ECCE virgo in utero accipiet, &c. 46
5. 6 Beati eſurientes & ſitientes juſtitiam. 208
9 Beati pacifici, quoniam ipſi Dei filii vocabuntur. 406
10 Beati qui perſecutionem paſſi fuerint propter juſtitiam, &c. 84. 326
13 Vos eſtis ſal terræ, &c. 375. xvj.
16 Sic luceat lumen veſtrum coram hominibus, &c. 37. vxlix. ccxiv.
19 Qui fecerit & ſic docuerit, maximus vocabitur in regno cœlorum. 330
20 Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum, &c. clxix.
22 Qui dixerit fratri ſuo fatue, &c. 277
36 Non potes facere capillum unum album, &c. 354
37 Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non. 183. cliv.
43 Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, &c. 475. 5-8.
6. 9 Sic orate: Pater noſter qui es in cœlis, &c. 416. ccxxxij.
19 Nolite vobis condere theſauros ſuper terram, &c. 479
24 Non poteſtis duobus dominis ſervire. 382
26 Aſpicite volatilia cœli, &c. 480
31 Nolite ſolliciti eſſe dicentes: Quid edemus, &c. 422. 480
33 Quærite primum regnum Dei, &c. 422. 480
34 Nolite in craſtinum cogitare, &c. 422.
7. 2 In qua menſura menſi fueritis, in ea remetietur vobis, &c. 412
6 Ne dederitis ſanctum canibus, &c. 433
9 Quis eſt ex vobis homo quem ſi petierit filius ejus panem, &c. 155
12 Quæcumque volueritis ut faciant vobis homines bona, ita & vos facite illis, &c. 424
19 Qui ſolverit unum ex mandatis iſtis minimis, &c. 330
21 Non omnis qui dicit, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum. 183
24 Qui audit verba mea & facit ea, ſimilabo eum viro ſapienti qui ædificavit domum ſuam ſupra petram, &c. 325
26 Qui audit verba mea & non facit ea, ſimilabo eum viro ſtulto qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam, &c. xj.
8. 4 Vade & demonſtra te ſacerdoti. 177. 244
11 Multi venient ab Oriente & Occidente, &c. 439
22 Sine mortuos mortuos ſepelire. 417
9. 2 Bono animo eſto, fili, dimittuntur tibi peccata. 449
12 Non eſt opus ſanis medicus, &c. 250. 253
10. 18 Quoniam ante reges & poteſtates ſtabitis. 84
19 Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini, &c. 95. 198. 172. 330. 580
22 Qui perſeveraverit uſque ad finem, hic ſalvabitur. 34 404. 426 528
28 Ne timueritis eos qui occidunt corpus, &c. 199. 317. 507 celij.
29 Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, &c. 478. 262
33 Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum & ego coram patre meo qui in cœlis eſt. 200, 281. 507. x.
39 Qui in hoc ſæculo amaverit animam ſuam, in futuro perdet illam. 622. 625
11. 3 Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus? cxcix
12. 30 Qui non eſt mecum, adverſus me eſt, &c. 358. 601. 600
34 Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, &c. 177
13. 33 Simile eſt regnum cœlorum fermento, &c. clxxxvj.
43 Juſti fulgebunt ſicut ſol, &c. ccxlij.
45 Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, &c. 479
15. 13 Omnis plantatio quam non plantavit pater meus cœleſtis eradicabitur. 244. 284
14 Cæci ſunt duces cæcorum, &c. 222. 403
16. 18 Ego tibi dico quia tu es Petrus, &c. 89. 307. 306
26 Si totum orbem lucrifeceris, & animam tuam perdideris, quid proderit tibi? &c. 622
17. 5 Hic eſt filius meus dilectiſſimus, &c. 232. clxxxiv.
18. 7 Væ huic mundo a ſcandalis, &c. ciiij.
17 Si autem & Eccleſiam contempſerit, &c. 286. 316
19 Dico autem vobis quoniam ſi duobus ex vobis convenerit in terra, &c. 40
20 Ubicumque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, &c. 400
32 Donavi tibi omne debitum, &c. 422. 402
19. 11 Non omnes capiunt verbum, &c. 354. 613
17 Si vis ad vitam venire, ſerva mandata. 376
21 Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia tua, &c. 376. 479
22. 30 In reſurrectione autem mortuorum neque nubent, &c. ccix.
32 Deus non eſt mortuorum, ſed vivorum. 89
45 Si ergo David in ſpiritu Dominum eum vocat, &c. ccij
24. 4 Cavete ne quis vos fallat, &c. 551
15 Cum videbitis abominationem deſolationis, &c. cciv.

23 Cum dixerint vobis, Ecce hic Chriſtus, &c. cciv.
27 Sicut fulgur de Oriente reſplendet uſque ad Occidentem, &c. cclv.
29 Obſcurabitur ſuper terram & dies lux, ccxvij.
35 Cœlum & terra tranſibunt, &c. cxlv.
25. 31 Cum venerit filius hominis in claritate ſua, &c. 485
34 Venite benedicti patris mei, &c. 426. 508
36 Infirmus fui, & viſitaſtis me, &c. 216
26. 27 Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis novi teſtamenti, &c. 228
39 Pater, ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte. 414 ccxiij.
49 Venit Judas ad Jeſum, & dixit ei: Ave Rabbi, &c. xxcv.
70 Neſcio quid dicis, neque novi te. 636
28. 18 Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Ite ergo & docete gentes omnes, tingentes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, &c. 82. 232. 273. 600. 595. 635. in. cevilj.

MARCI.

CAP. 1. 7 QUI poſt me venit, fortior me eſt, &c. 354. 35. Ipſe autem fuit ſecedens in ſolitudinem & adorans. 424
3. 28 Omnia peccata remittentur filiis hominum, &c. 49
7. 8 Rejicitis mandatum Dei ut traditionem veſtram ſtatuatis. 222, 230. 294. 403 235. 406
8. 38 Qui confuſus me fuerit, confundetur cum filius hominis. 234. 380
9. 30 Incipit filius hominis tradi in manus hominum, &c. 636
43 Vermis eorum non moritur, &c. 440
10. 14 Nemo eſt qui relinquat domum aut agrum aut parentes, &c. 376
38 Poteſtis bibere calicem quem ego bibo? &c. 641
11. 25 Et cum ſteteritis ad orationem, remittite ſi quid habetis adverſum aliquem, &c. 400. 422
12. 29 Dominus Deus tuus Deus unus .... Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, &c. 402 424
13. 6 Multi venient in nomine meo dicentes, Ego ſum Chriſtus, &c. 183. 303. 402. 521
23 Vos autem cavete, ecce prædixi vobis omnia, &c. 402
14. 27 Quia vos omnes ſcandalizabimini in me. 634
38 Vigilate & orate ne intretis in tentationem, &c. 424
16. 17 Ite, in nomine meo manum imponite, &c. 623

LUCÆ.

CAP. 1. 31 QUIA paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum, &c. clxxxiij.
2. 37 Non recedebat de templo, jejuniis & orationibus ſerviens nocte ac die. 408
3. 16 Ego quidem vos baptizo aqua in pœnitentiam, &c. 654
4. 8 Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. 434
6. 22 Fuit in montem orare, &c. 32. 425
22 Beati eritis, cum odio vos habuerint homines, &c. 197. 306
36 Eſtote miſericordes, ſicut pater veſter, &c. 253
7. 39 Hic ſi eſſet propheta, ſciret, quæ & qualis eſſet iſta mulier quæ eum tangit, &c. xij
8. 1 Et factum eſt poſt hæc, & ipſe iter faciebat per civitates, &c. clxiv.
9. 48 Qui minimus fuerit in vobis, hic erit magnus. 37 506
56 Filius hominis non venit hominum animas perdere, ſed ſalvare. 200
10. 16 Qui audit vos, me audit, & eum qui me miſit, &c. 177 264
19 Ecce do vobis poteſtatem calcandi ſuper omnem poteſtatem inimici, &c. cxcij x.
11. 23 Qui non eſt mecum adverſum me eſt, &c. 272. 316
40 Qui fecit quod intus eſt, fecit & quod foris eſt, &c. 477
12. 8 Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, &c. 379
20 Stulte, hac nocte repoſtulatur anima tua a te, &c. 484. 480
33 Vendite res veſtras, & date eleemoſynam. 474
47 Servus autem ille, qui cognovit voluntatem domini ſui, & non paruerit, &c. 41
50 Habeo autem aliud baptiſma baptizari. 640
13. 1 Quidam venerunt de Galilæis ad Dominum, &c. xiv cxlvij.
14. 26 Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, &c. clxix 518
33 Qui non renuntiat omnibus quæ ſunt ejus, &c. 428
15. 7 Dico vobis, ſic erit gaudium in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, &c. 255
16. 8 Filii ſæculi hujus prudentiores ſunt filiis lucis. 284 clix.
11 Si in iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod eſt verum quis credet vobis? &c. 479
14 Audiebant autem hæc omnia Phariſæi, qui erant cupidi, &c. 484
15 Vos eſtis qui juſtificatis vos in conſpectu hominum, &c. 252
17 Facilius cœlum & terram præterire, quam de lege unum apicem cadere. cxiv
17. 10 Et cum hæc omnia feceritis, dicite ſupervacui ſumus. 90
18. 8 Putas cum venerit filius hominis, inveniet fidem in terra? 406. 206
10 Homines duo aſcenderunt in templum orare, &c. 426
14 Qui ſe exaltat, humiliabitur, &c. 424
29 Nemo eſt qui relinquat domum, aut agrum aut parentes, aut fratres, &c. 287. 516
19. 8 Ecce dimidium ex ſubſtantia mea do egenis, &c. 478
9 Salus hodie domui huic facta eſt, &c. 226
20. 34 Filii ſæculi hujus generant & generantur, &c. 362
21. 3 Amen dico vobis, quoniam vidua iſta plus omnibus miſit in dona Dei, &c. 483
10 Exſurget gens ſuper gentem, &c. 420
31 Cum autem videritis hæc omnia fieri, ſcitote quoniam in proximo eſt regnum Dei. 461
22. 31 Dixit autem Dominus ad Petrum: ecce Satanas poſtulavit ut vos vexaret, &c. 42. 415
48 Juda, oſculo filium hominis tradis? ccxv.
23. 21 Crucifige, crucifige eum. ccxvj.

JOANNIS.

CAP. 1. 1 IN principio erat verbum, &c. 349
11 In ſua propria venit, & ſui eum non receperunt, &c. 217. 535
3. 5 Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c. 195. 285 230. 529
6 Quod natum eſt ex carne caro eſt, &c. 331.
8 Spiritus ubi vult ſpirat, &c. 640. 344
27 Nemo poteſt aliquid accipere, niſi datum fuerit illi de cœlo. 649
4. 13 Omnis qui biberit ex aqua iſta, ſitiet iterum, &c. 228
27 Inter hæc venerunt diſcipuli ejus, & mirabantur quod cum muliere loquebatur, &c. clxxv.
34 Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus qui miſit me. clxxv.
5. 14 Ecce ſanus factus es, jam noli peccare, &c. 36. 257. 353
31 Si teſtimonium dixero de me, teſtimonium meum non eſt verum, &c. 343
6. 38 Non deſcendi de cœlo ut faciam voluntatem meam, &c. 388. 419
51 Ego ſum panis vivus qui de cœlo deſcendi, &c. 400
54 Niſi ederitis carnem filii hominis & biberitis ſanguinem ejus, &c. 401
66 Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit illi datum a patre. 259
68 Numquid & vos vultis ire? &c. 265 aſ.
7. 38 Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. 642 227 ccxvij.
39 Nondum autem erat Spiritus, quia Jeſus nondum erat clarificatus. 642
8. 31 Si permanſeritis in verbo meo, vere diſcipuli mei eritis, &c. 406 528
34 Omnis qui facit peccatum ſervus eſt peccati, &c. 417
44 Vos de diabolo patre nati eſtis, &c. 407
9. 31 Deus peccatorem non audit, &c. 239. 255. 272. 405
10. 1 Qui non intrat per oſtium in ovile ovium, ſed aſcendit per alteram partem, ille fur & latro eſt. viij.
16 Et erit unus grex & unus paſtor. 308. 318
30 Ego & pater unum ſumus. 393. 328
11. 25 Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me, &c. 327 468
42 Ergo, pater, ut credant quia tu me miſiſti, &c. 396
12. 25 Qui amat animam ſuam in iſto ſæculo, perdet illam, &c. 199. 327. 516. 520
32 Cum exaltatus fuero a terra, omnia ad me traham. ec
34 Nos audivimus a lege quia Chriſtus manet in æternum. 636
35 Ambulate dum lucem habetis, &c. 625
14. 6 Ego ſum veritas. Nemo venit ad patrem niſi per me. 396. 183
27 Pacem dimitto vobis, pacem meam do vobis. 406
28 Si me diligeretis gauderetis, quoniam vado ad patrem. 325. 463. cix.
15. 1 Ego ſum vitis vera. 225
12 Hoc eſt mandatum meum, ut diligatis invicem. 41. 401
14 Si feceritis quod mando vobis, jam non dico vos ſervos, ſed amicos. 355. 230
18 Si mundus vos odit, mementote quia me priorem vobis odit, &c. 199 508.
16. 2 Veniet hora ut omnis qui vos occidit, putet ſe officium Deo facere. 196 520
20 Amen amen dico vobis, quoniam vos plorabitis, &c. 482. 520
33 Hæc locutus ſum vobis ut in me pacem habeatis, &c. 496
17. 3 Hæc eſt autem vita æterna ut cognoſcant te ſolum Deum, &c. 283 424. 452. 526 ccxix.
20 Non pro his autem rogo ſolis, ſed & pro illis qui credituri ſunt, &c. 425
24 Pater, quos mihi dediſti volo ut ubi ego ſum, & ipſi ſint mecum, &c. 468
18. 22 Sic reſpondes pontifici .... ſi male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, &c. 177 244. 263
19. 11 Non haberes adverſum me poteſtatem, &c. 424
23 De tunica autem, quia de ſuperiore parte non conſutilis, &c. 398

20. 13 Quia tulerunt Dominum, & neſcio ubi poſuerunt eum. ccj.
21 Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, &c. 180. 597. 312
22 Accipite Spiritum ſanctum, &c. 632. 309
21. 15 Diligis me? reſpondit, diligo. 396. 19

ACTUUM APOSTOLORUM.

CAP. 1. 4 PRÆCEPIT eis ab Hieroſolymis non diſcedere, &c. 631
14 Et erant perſeverantes omnes unanimes in oratione cum mulieribus, &c. 406. 407
15 Surgens Petrus in medio diſcentium, &c. 655
2. 16 Sed hoc eſt, quod dictum eſt per prophetam: Erit in noviſſimis diebus, &c. 641
33 Exaltatus ergo dextere Dei, &c. ccij.
38 Pœnitemini, & baptizetur unuſquiſque veſtrum, &c. 283
4. 32 Turba autem eorum qui crediderant anima ac mente una agebant, 41. 406. 488
7. 59 Domine, ne ſtatuas illis peccatum, 497
8. 20 Pecunia tua tecum ſit in perditione, &c. 643
9. 40 Tabitha, ſurge in nomine Jeſu Chriſti. 479
10. 4 Cornelii, orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt ad memoriam coram Deo, 416
28 Dominus mihi dixit neminem hominem communem dicendum, &c. 211
44 Adhuc loquente Petro verba hæc, irruit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum, &c. 633
11. 15 Cum autem cœpiſſem loqui ego, irruit Spiritus ſanctus ſuper eos, &c. 631
16 Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizamini in Spiritu ſancto, 644
15. 7 Viri fratres, ſcitis quia a diebus antiquis in nobis Deus elegit per os meum, &c. 651. 658
9 Nihil diſcrevit inter nos & ipſos, &c.
23. 4 Sic inſilis in ſacerdotem Dei maledicendo, 243. 263. 177

AD ROMANOS.

CAP. 1. 8 QUIA fides veſtra prædicatur in toto mundo, 97
30 Suſurratores, detractores, abhorrentes Deo, &c. 658
2. 4 An numquid opulentiam bonitatis ejus & ſuſtinentiam & patientiam contemnis, &c. 498
15 Inter ſe invicem cogitationibus accuſantibus aut etiam defendentibus, &c. cciv.
3. 3 Quid enim, ſi exciderunt a fide quidam eorum? &c. 179. 258. 263. 405. 604
8 Faciamus mala ut veniant bona, &c. claxj.
13 Venenum aſpidum ſub labiis eorum, &c. 506
5. 8 Si cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, &c. 154
8. 12 Itaque, fratres, non ſecundum carnem vivamus, &c. 508
16 Sumus filii. Si autem filii Dei, & heredes Dei, &c. 196. 509. 317
18 Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis, 622. 200. 390
24 Spe ſalvati ſumus. Spes autem quæ videtur non eſt ſpes, &c. 496
35 Quis nos ſeparabit a dilectione Chriſti? &c. 41. 94. 518
10. 3 Ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes ſtatuere, &c. clvj.
11. 20 Noli altum ſapere, ſed time, &c. 37
12. 1 Oro ergo vos, fratres, per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam vivam, &c. 509. 519
19 Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus, 2.
13. 10 Dilectio proximi malum non operatur. clxvij.
12 Nox præceſſit, dies autem appropinquavit, &c. 506. ccxviij.
14. 4 Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? &c 154. xlj. claxj.
12 Unuſquiſque noſtrum pro ſe rationem dabit, &c. 314. claij.
15 Si propter cibum frater tuus contriſtatur, &c. clxj.
16 Non ergo blaſphemetur bonum veſtrum, &c. calix
22 Beatus qui non judicat ſemetipſum, &c. clij.
15. 2 Unuſquiſque noſtrum proximo ſuo placeat ad bonam ædificationem, calix.

I. AD CORINTHIOS.

CAP. 1. 10 OBSECRO vos, fratres, per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti ut idipſum dicatis omnes, &c. 358
23 Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, &c. cacix.
3. 1 Et ego quidem, fratres, non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, &c. 529
18 Nemo ſe decipiat. Si quis ſe putat ſapientem eſſe in vobis, mundo hoc ſtultus fiat, ut ſit ſapiens, &c. 491
4. 8 Jam ſaturati eſtis, jam divites facti eſtis, &c. calvj.
16 Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. 605. claxj.
5. 7 Expurgate vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio, &c. 359
6. 10 Neque fornicarii, neque idolis ſervientes, &c. 418
10 Neque maledici regnum Dei conſequentur, 177
12 Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, &c. 156
20 Non eſtis veſtri. Empti enim eſtis, &c. 418
7. 7 Unuſquiſque proprium donum habet ex Deo, &c. claxj.
27 Solutus es ab uxore? ne quæſieris uxorem, calviij.
30 Et qui emunt, ſic ſint quaſi non ementes, &c. 358
32 Volo vos ſine ſollicitudine eſſe, &c. 355. calviij.
8. 2 Si quis putat ſe ſcire aliquid, nondum cognovit quemadmodum eum oporteat ſcire, claiij.
11 Peribit frater infirmus in tua conſcientia, &c. calix.
13 Si eſca ſcandalizat fratrem, non manducabo carnem in ſeculum, &c. 229. clij.
9. 22 Factus ſum infirmus infirmis ut infirmos lucrarer, 153
24 Neſcitis quia qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium, &c. 46. 605. 529. clvij.
26 Ego ſic curro, non quaſi in incertum, &c. clxij
10. 1 Nolo enim vos ignorare, fratres, quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, &c. 311
12 Qui ſe putat ſtare, videat ne cadat, 154. calv.
21 Non poteſtis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum, &c. 49 398
29 Ut quid libertas mea judicatur ab infideli conſcientia? &c. calix.
33 Omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile eſt, &c. 153
11. 11 Verumtamen neque mulier ſine viro, neque vir ſine muliere in Domino, cliv.
19 Oportet hæreſes eſſe, ut probati manifeſti ſint in vobis, 599
22 Quid dicam? Laudo vos? in hoc non laudo, alij.
23 Dominus Jeſus in qua nocte tradebatur accepit panem, &c. 108
27 Qui ederit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini, 62. 52. 309 578
12. 26 Si patitur membrum unum, compatiuntur & cetera membra, &c. 53. 275. 153
13. 2 Et ſi habuero fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil ſum, &c. 405
3 Et ſi tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil prodeſt, 642
4 Caritas magnanima eſt, caritas benigna eſt, &c. 597. 507
14. 37 Si quis putat ſe prophetam eſſe, aut ſpiritalem, &c. claxvj
40 Omnia veſtra honeſte fiant, civij.
15. 13 Quod ſi reſurrectio mortuorum non eſt, ergo nec Chriſtus reſurrexit, &c. ccxj.
33 Corrumpunt ingenia bona colloquia prava, 186. 403
36 Inſipiens tu, quod ſeminas non vivificatur, &c. cca.
44 Quia ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale, ccxlij.
47 Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo, 362. 508
53 Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, &c. ccxij.

II. AD CORINTHIOS.

CAP. 4. 2 NON enim ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, &c. caliij.
5. 1 Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus corporis reſolvatur, &c. 346
15 Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, &c. 508
6 Quamdiu ſumus in hoc ſæculo, peregrinamur a Domino, 346
10 Quia omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, &c. ccxx.
6. 4 In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, &c. clas.
9. 10 Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad edendum præſtabit, & multiplicabit ſeminationem veſtrum, &c. 485
12 Adminiſtratio hujus officii non tantum ſupplebit ea quæ ſanctis deſunt, &c. 480
11. 29 Quis infirmatur, & ego non infirmor? &c. 53. 125
12. 7 Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, &c. 465
9 Virtus in infirmitate perficitur, calvj.

AD GALATAS.

CAP. 1. 6 MIROR quod ſic tam cito transferimini ab eo qui vos vocavit in gratiam ad aliud Evangelium, &c. 78. 128
8 Etſi ego aut Angelus Dei aliter evangelizaverit vobis, &c. clavj.
10 Si hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem, 179. 222. 251. 353. calia.
3. 6 Credidit Abraham Deo, & deputatum eſt ei ad juſtitiam, 206. ccxx.
27 Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, 223. 195. 306
4. 16 Ergo inimicus factus ſum vobis, verum dicens vobis? 211
26 Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, &c. cc.
5. 14 Diliges proximum tuum tamquam te, &c. 58
17 Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, &c. 420. clj.
24 Qui enim ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, &c. 555
6. 4 In contemplatione habebit unuſquiſque, ne & vos tentemini, &c. 654. clj.
3 Si quis putat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſum ſeducit. calv.
7 Deus non irridetur, 256. 381
10 Ergo dum tempus habemus operemur quod bonum eſt ad omnes, &c. 258. 496
14 Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, &c. 355

AD EPHESIOS.

CAP. 1. 18 SECUNDUM operationem potentiæ virtutis ejus, &c. cciij.
2. 6 Quia conreſuſcitavit nos cum Chriſto, ſimulque fecit ſedere in cœleſtibus, ccxlij.
4. 1 Obſecro ergo vos ego vinctus in Domino digne ambulare vocatione qua vocati eſtis, &c. 512
3 Curantes ſervare unitatem ſpiritus in conjunctione pacis, &c. 398. 157. 497. 599
4 Unum corpus & unus ſpiritus, &c. 315. 597. 599
8 Aſcendens in altum, captivam duxit captivitatem, &c. ccij.
27 Nolite locum dare diabolo, 229. clviij.
29 Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat, &c. 228
5. 5 Hoc enim ſcitote intelligentes quia omnis fornicator, &c. 157
6 Nemo vos decipiat inanibus verbis, &c. 121. 240. 405. 25j.
8 Sicut filii lucis ambulate, &c. claxv.
25 Chriſtus dilexit Eccleſiam & ſeipſum tradidit pro ea, &c. 295. 517
31 Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c. 142
6. 12 Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, &c. 200

AD PHILIPPENSES.

CAP. 1. 18 VERUMTAMEN omni modo, ſive per occaſionem, ſive per veritatem Chriſtus annuntietur, 282. 309
21 Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum, 485. 210. ccxliij.
2. 3 Alter alterum ſuperiorem ſibi exiſtimantes, clxj
4 Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorum. ciij.
5 Hoc ſentite in vobis quod & in Jeſu Chriſto, &c. cxcij. clxj
15 Lucete ſicut luminaria in mundo, 39
3. 2 Videte canes, videte malos operarios, vij.
12 Non quia jam acceperim, aut jam perfectus ſim, &c. ciiij.
20 Noſtra autem converſatio in cælis eſt, &c. 468 ccxliij.
4. 18 Satiatus ſum acceptis ab Epaphrodito ea quæ a vobis miſiſtis, &c. 426

AD COLOSSENSES.

CAP. 1. 16 QUIA per ipſum creata ſunt omnia, &c. claxxiv.
2. 8 Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, &c. 153. 491
14 Delens quod adverſum nos erat chirographum, cccij.
20 Si cum Chriſto, &c. 615
3. 1 Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, &c. 508
5 Mortificate itaque membra veſtra quæ in terra ſunt, &c. 159. claxix.
11 Ubi non eſt Judæus & Græcus, &c. clv.
4. 2 Inſtate orationi vigilantes in ea, 42. 415

I. AD THESSALONICENSES.

CAP. 4. 3 HÆC eſt voluntas Dei, ut abſtineatis vos a fornicatione, iij.
12 Sicut præcepimus vobis, ut honeſte ambuletis, civij.
12 Nolumus igitur ignorare vos, fratres, de dormientibus ut non contriſtemini, &c. 348. 468. cccj.

II. AD THESSALONICENSES.

CAP. 2. 3 NE quis vos ſeducat ullo modo, &c. cciv.
10 Dilectionem veritatis non receperunt ut ſalvi fierent, &c. 384
3. 6 Præcipimus vobis in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ut ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, &c. 186. 405. claxj.
8 Neque gratis panem manducavimus ab aliquo veſtrum, &c. 20

I. AD TIMOTHEUM.

CAP. 1. 5 FINIS autem præcepti eſt caritas de corde puro, &c. clavij.
7 Non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, cliij.
8 Scimus quoniam bona eſt lex, ſi quis ea legitime utatur, claij.
13 Qui prius fui blaſphemus & perſecutor & contumelioſus, &c. 182.
2. 9 Sint mulieres cum verecundia & pudicitia componentes ſe, &c. 358
3. 7 Oportet autem eum & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt, claxv.
4. 12 Juventutem tuam nemo deſpiciat, 244
5. 14 Qua-

5. 24 Quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad judicium, &c. clxx

6. 3 Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis verbis Domini noſtri Jeſu Chriſti, &c. 331. 394

7 Nihil intulimus in hunc mundum, verum nec auferre poſſumus, &c. 421. 482

9 Qui autem volunt divites fieri, incidunt in tentationem, &c. 376. cxlvj

II. AD TIMOTHEUM.

CAP. 2. 4 NEMO militans Deo obligat ſe moleſtiis ſæcularibus, &c. 245. 309

17 Quorum ſermo ut cancer ſerpit, 286

20 In domo autem magna, non ſolum vaſa ſunt aurea & argentea, ſed & lignea, &c. 246. 457

3. 1 In noviſſimis diebus adcunt tempora moleſta, &c. 402

4. 4 A veritate quidem auditum avertent, &c. clxxij

6 Ego jam libor, & tempus inſtat aſſumtionis meæ, &c. 46. 575

AD TITUM.

CAP. 1. 15 OMNIA munda ſunt mundis, 210

2. 7 Teipſum bonorum factorum præbens exemplum in doctrina, &c. cl

3. 5 Servavit nos per lavacrum regenerationis, 295

10 Hæreticum hominem poſt unam correptionem evita, &c. 286

AD HEBRÆOS.

CAP. 2. 10 DECEBAT enim propter quem omnia, & per quem omnia, multos filios in gloriam adducentem, &c. cc

11. 6 Credere enim primo accedentem ad Dominum oportet, &c. clxxxj

JACOBI.

Cap. 4. 6 QUIA Dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. xiij.

I. PETRI.

Cap. 2. 12 CONVERSATIO veſtra in gentibus bona ſit, &c. 37. cl.

21. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens vobis exemplum ut ſequamini veſtigia ejus, &c. 494. 527

3. 3 Sit in muliere non exterior ornamenti, aut auri aut veſtis cultus, ſed cultus cordis, 156.

18 Quia Chriſtus mortificatus carne, vivificatus autem ſpiritu, &c. cxcix.

20 In arca Noe pauci, id eſt, octo animæ hominum ſalvæ factæ ſunt per aquam, &c. 298. 327.

21 Sic & vos ſimiliter ſalvos faciet baptiſma. 327.

22 Qui eſt in dextera Dei, ſedens in cœlis. cciij.

5. 8 Sobrii eſtote & vigilate, quia adverſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens, &c. 529.

I. JOANNIS.

Cap. 1. 20 SI dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt, &c. 402. 477.

2. 1 Filioli mei, hæc ſcribo vobis ut delinquatis, &c. 134. ccxvj.

3. In hoc intelligimus quia cognovimus eum, ſi præcepta ejus cuſtodiamus, &c. 82.

6. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet quomodo ille ambulavit & ipſe ambulare. 196. 356. 494.

9. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt uſque adhuc, &c. 307.

15. Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo ſunt, &c. 356. 419. 869.

19. Audiſtis quia antichriſtus venit, nunc autem antichriſti multi facti ſunt, &c. 270. 318.

20. Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis, &c. 279. 599.

3. 15. Qui fratrem ſuum odit, homicida eſt, &c. 413. 507.

17. Qui habuerit ſubſtantiam mundi, & viderit fratrem ſuum deſiderantem, & clauſerit viſcera ſua, quomodo caritas Dei manet in illo? 482.

4. 4. Filioli, vincite illum, quoniam major eſt qui in vobis eſt, &c. 310. clxvj.

16. Deus dilectio eſt, & qui manet in dilectione, in Deo manet, &c. 401.

5. 6. Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem Jeſus Chriſtus, &c. 641.

7. Et hi tres unum ſunt. 398. 644.

APOCALYPSIS.

Cap. 1. 14 CAPUT autem ejus & capilli erant albi velut lana aut nix. 359.

2. 5. Memento unde cecideris, & age pœnitentiam. 57. 378. 153. xliij.

20 Habeo adverſus te multa, quod uxorem tuam Jezabel, quæ ſe dicit propheten, ſinis docere & ſeducere ſervos meos, &c. 255

23 Et ſcient omnes eccleſiæ quia ego ſum ſcrutator renis & cordis, 325. 415. 467

3. 11 Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam, 404. 496. 519

17 Dicis, dives ſum, & ditatus ſum, & nullius rei egeo, &c. 481. vij.

4. 8 Et requiem non habebant die ac nocte, &c. clxxxv.

6. 9 Et cum aperuiſſet quintum ſigillum, vidi ſub ara Dei animas occiſorum, &c. 499.

10 Quouſque Domine, ſanctus & verus, non judicas & vindicas ſanguinem noſtrum de his qui in terris inhabitant? 378.

12 Et cum aperuiſſet ſigillum ſextum, ecce terræ motus factus eſt magnus, &c. xv.

14. 4 Hi ſunt qui cum mulieribus ſe non coinquinaverunt, &c. 354.

9 Si quis adorat beſtiam & imaginem ejus, & accipit notam in fronte ſua & in manu, bibet & ipſe de vino iræ Dei mixto in poculo iræ ejus, & punietur igne, &c. 199. 539. 926

17. 1 Et venit unus ex ſeptem angelis habentibus phialas ſeptem, & aggreſſus eſt me dicens: veni, &c. 357.

15 Aquæ quas vidiſti, ſuper quas ſedet meretrix illa, populi & turbæ & gentes ethnicorum ſunt & linguæ, 229. lx.

18. 4 Exi de ea populus meus, ne particeps ſis delictorum ejus, &c. 375

19. 10 Vide ne feceris, quia conſervus tuus ſum & fratrum tuorum, &c. 902.

20. 11 Vidi thronum magnum, & candidum ſedentem ſuper eum, &c. xv.

22. 10 Ne ſignaveris verba prophetiæ libri hujus, quia jam tempus in proximo eſt ut & ii qui perſeverant nocere noceant, &c. 479.

Digitized by Google

I N D E X
RERUM ET VERBORUM.

Numerus Arabicus deſignat opera genuina S A N C T I C Y P R I A N I, *Romanus vero quæ in appendice continentur.*

A

AARON filii extincti, 180 e, 403 a
Abbir Germaniciana, 600 a
ABEL juſtus occiſus a fratre, 176 a, 337 d, 300 d initiavit martyria, 298 b, 495 a Abelis cor inſpexit Deus, 425 a
Abortio properans in parricidium, 143 a
ABRAHAM Deo credidit, 118 b Deo placuit, 464 f Abrahæ filii qui ex fide ſunt, 226 e tradicem fidei primus inſtituit, 495 a
Abſtentus, 116 c, 179 e, 180 d, 249 e Abſtenti & non communicantes, 421 a Abſtinere a communicatione, 149 d, 112 e
Abuſiones ſeculi duodecim, cclviij.
ACCA meretrix, 552 a
Acceſſiton, 79 a Acceſſio Dominica, 467 b
Accuſſim nos eſſe oportet, 406 e
Acerbationes criminoſæ, 117 d
Acies intet manus, 149 b Acies adhuc geritur, 58 b
ACHAB opprimere conatur Heliam, 511 b
ACHIAS veſtimentum ſuum diſcidit, 398 d
Actum ſuum diſponit unuſquiſque epiſcopus, 155 b
ADAM a Deo nomen accepit, xxiij. ſic dictus ex quatuor cardinibus terræ. Ibid. præcepti immemor, 495 d cibi letalis impatiens, 498 d perdidit ſimilitudinem divinam, 495 d acceptam divinitus gratiam patientia non ſervavit, 498 d ejectus e paradiſo, 518 e
ADELPHIUS epiſcopus, 155 a Adelphius a Thaſvalte, 603 a
Adrumetum, 598 e
Adulterio perniciosa, 455 a
Adulter Deum violat, 137 f Adulterium diſcitur dum videtur, 4 f Adulteriis commaculati, 181 f mortale crimen eſt, 596 f oculis admittitur, 613 a Adultera Chriſti, 220 d Adulter non habet excuſationem, lij Adulteras non ſinetis vivere, lij Adulteria ſpiritualis, 230 a Adulter atque extraneus epiſcopus, 156 d adultera cathedra, 159 a adulterinæ doctrinæ, 210 a Adulterinum caput, 107 b Adulteria informa, 358 e Adulterium nec in coloribus fidelis noverit, vj.
Adunationis noſtræ corpus unum, 225 a Adunatio fraternitatis, 203 b
Advocatus noſter Chriſtus, 415 b
Æger impatiens per dolorem, 377 d Ægri ſalubres cibos reſpuunt, 91 c Ægrum perire voluit qui cenſura peraunctis anvadit, 436 d
ÆGYPTIA portenta, 432 a Ægyptiorum regnum ibid.
ÆMILIUS, 377 a
Æmulationes eſſe non debent inter Chriſtianos, 58 a, 41 Æmulationis furor, 304 d
Aer cuncta vegetans, 424 b
ÆNEAS advexit penates, 450 b
Æqualitas divini muneris, 228 d Æqualiter perfruimur donis Dei, 286, a
Æquatis quocumtatibus, 100 e
ÆSCULAPIUS fulminatur, 449 b
Ætas incipit a ſenectute, 434 b Ætates certiti, 198 b
Æterna ſuccedunt caducis, 461 d
ÆTHIOPS, Eunuchus, 631 c
AFRI ſunt in meridie, 310 e
AGAPE & dilectio fraterna, 568 f
Aggya, 601 e
AGLAIDAS, cclxxxviij.
Agni lana per quem redempti ſumus, 525 e Agni comeſtio in paſcha, 317 f Agnus in figura Chriſti occiditur, 599 a Agnos Chriſtus vocat gregem ſuum, 507 c
Agon quotidie celebratur, 58 b, 249 e Agonis iſtius, 559 a Agon juſtitiæ Dei, 488 a Agon celeſtis, 25 f ſpiritalis, 341 a ſecularis, 159 e omnis, 61 b
AGRIPPINUS bonæ memoriæ vir, 274 b, 279 a
AHYMNUS ab Auſvaga, 604 c
Aleo non decet manum ſacramenta divina conſummantem, telis diaboli venabulum. Ibid. laveata inſtincta Zabuli, aia. Quot ex alea conſequantur incommoda, cvtiij. Aleator non eſt Chriſtianus ſed ethnicus, ut ſacrificium Dominicum in vacuum ſumit. Ibid. Aleatrices manus, ccxij.
ALEXANDER imperator, 305 b Magnus, 449 d
ALEXIUS, 76 a
Alienatio mentis tranſpunctæ, 384 d
Alienigenæ cremantur, 440 c
Alimenta Eccleſiæ, 128 a
Al angli pagum cccxxij
Altare unum, 111 a Novum conſtitui non poteſt. Ibid. Altare ſancti, 276 b Altari poſito, 129 d Altare aliud conſtituere, 403 c Altare prophanum foris collocatur, 244 d Altaria prophana, 316 b diaboli, 180 c, 375 b Altaria Dei poſita ſunt vel occulta, 457 c
Amaxentiu, 601 e
AMALECH figura diaboli, 519 c
AMANTIUS acolythus, 534 b 333 d
Amatoria non ſunt cantanda, 557 c
Ambitionis malum, xcij. Adam proſtravit. Ibid. Diaboli dilectiones cauſa fuit. Ibid. Ambitio epiſcopatus, 156 d Ambitio reprimenda, 622 d
Amicitiam nobis abſcindit, 462 d
Ammedera, 601 d
AMILUS epiſcopus, 271 a
ANANIAS, Azarias, Miſhael, 198 b, 407 b, 338 b, 383 e, 572 a
ANAXILAUS, 643 c
ANGELI inviſibilis ſunt naturæ, lxv. ſalutis noſtræ ſunt miniſtri. Ibid. & caris. ipſorum varii ordines, cxxiij. Angeli nobis adimati ſunt, 301 c Angeli cum mulieribus lapſi, clavj. Angelos agnovit Hoſtanes, 451. a Angeli baptizant, 525 d Angelis apoſtatæ inanem ornatum docuere, 558 d
Angelſ... auſi portus, cccxxij.
Anguis major, 72 b
Animæ viventes & incolumes, 152 e Animæ nec originem ſcimus nec metimur quantitatem, nec qualis, intueri ſufficimus, lxvij. Animæ non corpori imputatur peccatum. Ibid. Animam Deus in hominem infundit, cex. Anima Deo ſuo devota, 257 d de Deo ſuo ſecura, 440 a Anima ſe proſternat Deo, 585 b nulla perdenda eſt, 121 d Animæ cinca, 305 e Anima a morte recedentur, 608 d Animæ rudis, 381 e, 395 b Animus auriga corporis, vj. Animo ſtetit immobilis, 376 f Anima lubrica & mobilis, 300 f enarrata & concluſa, 436 a Animarum variis ſtatus in altera vita, 155 f Animæ martyrum occiſorum, 378 f ... 186 d Animæ ſervantur cruciatibus inſinatis, 441 e
Animalia prona, 438 e
ANNA ſterilis mater Samuelis, 325 f tacita & modeſte precabatur, 415 f ſine intermiſſione rogabat, 418 b Eccleſiæ typum portans, 415 f
Anaotaria, 118 b
Aant elces, 614 a
Anniverſaria commemoratio martyrum, 209 d
Anonymi liber de Rebaptiſmate, 579 f
Anteſignanus, 108 a
ANTHROPIANI, 179 d
ANTICHRISTI adventus, 596 b Antichriſti eminentis minæ, 464 b Antichriſtus propinquat, 86 a 195 b, 499 c, 109 a, 157 b Antichriſti metator, 72 b Antichriſtus expreſſus in Antiocho, 513 a Antichriſti ſpiritus, 283 b
Antiſtites Dei, 71 a 580 e Antiſtites immaculati & integri, 155 a
ANTIOCHUS typus antichriſti, 515 a
ANTONIANUS, 157 e, 268 a primo Novatianum rejicit, deinde ejus litteris movetur, 148 d
Antrum Jovis in Creta viſitur, 549 c
APELLES hæreticus, 305 b Apelletis baptiſmus, 195 f Apellotiani, 179 d
Aphronitra, 321 c
Apibus rex unus eſt, 164 c
APOLLO Admeti pecus pavit, 449 b
Apoſtatæ & deſertores, 138 f
APOSTOLI non ſtatim Spiritum ſanctum acceperunt, 631 f Chriſtum deſeruerunt, 633 e un recte de Chriſto ſenſerant cum baptizati ſunt, 836 b credebant Jeſum non moriturum. Ibid. perſeverabant in oratione unanimes, 317 a baptizati poſt reſurrectionem Domini in ſpiritu, 834 f deteſtati ſunt hæreticorum ſacrilegam pravitatem, 185 a Apoſtoli ſpiritu nattatis velociter currentes, 302 c Apoſtoli ab invicem diſceſſuri ſymbolum conſtituunt, cixxv. Apoſtolis conceſſa auctoritas ligandi & ſolvendi, 182 c Chriſtus ſolis apoſtolis poteſtatem ſibi a patre datam permiſit, 406 b Hoc erant & ceteri apoſtoli quod fuit Petrus, 597 a Apoſtolis par poteſtas data. Ibid. ſed unitatis origo ab uno incipit. Ibid. Vide *Petrus* Apoſtoli, id eſt, epiſcopi, 244 b Vide Epiſcopus.
Apoſtolatus ducatus, av. apoſtolatus authentica origo, ibid.
Apoſtoli a Novatiano miſſi in civitates, 136 c
Apparatus munerum, 404 d
Apprehenſus & traditus loqui debet, 342 e
Apprehenſi aſcendebant, 578 a
AQUA ad manſorum, 75 a Aqua collata ad uſum vivitatis, 297 e Aquarum agmina refrenata, 619 d Aqua baptiſmi non eſt communis cum ſchiſmaticis, 289 a Aqua baptiſmi mundanda, 169 b Aqua Eccleſiæ, fidelis & ſalutaris, 181 f non poteſt operari ſine ſpiritu, 599 b ſola non poteſt purgare peccata, 195 b Aqua vitalis, 307 d ſalutaris, 310 e, 400 b Aquæ ſalutaris lavacrum, 2 b Aqua lavacri ſalutaris, 307 c Aqua adultera & prophana, 277 b, 285 d, 524 a Adultera & fornicaria, 196 a mendax & perfida, 180 b aliena, 180 f 309 f Aquæ ſignificant populos, 229 d Aqua in ſcripturis baptiſma ſignificat, 227 d Aqua una in Eccleſia, 673 b
Ara diaboli, 151 f, 377 f
Arbitrium propria libertatis, 399 e Arbitrium liberum 385 b
Arborem robuſtam procella non ſubvertit, 569 d Arborem coma veſtit, 613 b Arbor ſterili ſenectute deformis, 433 f
ARCA Noe, 258 c typus unius Eccleſiæ, 397 f 317 e Eccleſiæ figura Sacramentum Eccleſiæ, 307 c
Aream purgare, 257 b
Argentaria, 76 a
ARISTO martyr, 79 b
ARIUS, ccvij.
Arma celeſtia, 106 c arma ordinationis, & honoris, 176 a devotionis ac fidei, 376 f confeſſionis, 209 a Arma contra Eccleſiam portat, 403 b
Armentorum ſector unus, 451 f
Armilla, 360 e
Artis impudicæ magiſterium, 207 b
Artificis compendii veritatis, 399 f
Arva ſitientia temperare, 604 a
Aſcenſus non eſt facilis ad magna, 581 a
Aſina loquitur adverſus Balaam, 510 f
ASMUDEUS dæmon, aaie.
Aſperſio baptiſmatis, 312 f
Aſſueſcimus iis quæ videmus & audimus, 613 f
Aſſuras, 603. d
ASSYRIORUM regnum, 560. b
Aſtrorum micantium chori, 614 a
Aſturica, 755 a
Aſylum conſtitutum, 450 e
ATHANASIUS, cclxxix
Atræ veſtes doloris inſignia, 567 f
Avaritiæ caligo, 481 c Avaritia reprimenda, 621 f inhiat defunctis, 436 d
Auctores cur nomen ſuum ſuis libris præponant, lxxij.
AUDIENTES, id eſt catechumeni, 56 b Audiens, 639 b Audientium doctor, 80 a Audientibus in tantu ſubveniendum, 27 b 56 b Vide *Catechumenus*.
AUGENDUS ſchiſmaticus, 117. a b Augendus diaconus, 123 a Augendus confeſſor, 140 d
Auguria vetita, 592 b
Ab *Auſtrinis*, 603 b
AURELIUS epiſcopus, 171 a 155 a Aurelius a Chullabi, 606 d ab Utica, 603 d Aurelius confeſſor, 78 c 103 e 114 b Aurelius lector ordinatur, 105
Auribus inſerenda non ſunt vulnera, 360 e 358 d Aurium delinimenta, 613 b
Auri comparatio cum Chriſtianis, 612 a
Auſafa, 605 f
Auſpicatus ad pacem, 106 c
Auſpicia vincendi, 81 b
Auſvaga, 604 c
Azymus panis in Euchariſtia, xcvij.

B

BAbylonii ignes, 257 e
Badi, 600 a
Bagai. 600 d
Bajulæ arundinea, 1 b
BALAAM propheta, 510 f
Balnea, 389 b Promiſcua balnea theatro fœdiora, 360 e
BAPTISMUS circumciſio ſpiritalis ait e Undæ genitalis effectus, 3 b Lavacrum aquæ ſalutaris, 2 b Mare rubrum ſacramentum baptiſmi, 301 f diabolus in baptiſmo opprimitur, 313 a redit ſæpe cum baptizatus peccat, 314 a Baptiſmum purgat in omnibus ſordes antiquæ contagionis, 361 b omnes in lavacro exponunt veterem hominem, ibid. in baptiſmo præterita peccata dimittentur, 78 a Baptiſmus delet omnia peccata, 400 e, lxxxij. civ nihil prodeſt ſine operibus, 579 e Non per manus impoſitionem quis naſcitur, ſed in baptiſmo, 195 d Gratia in baptiſmo æqualis, 502. d in actu poſtmodum minuitur vel augetur, ibid. Baptizatus gratiam perdit quam conſecutus eſt, niſi innocentiam ſervet, 580 b Per baptiſma Spiritus ſanctus accipitur, 287 f 270 c 180 a 114 f 306 d 312 b Interrogatio in baptiſmo, 269 a ibid. c Aquam prius ſanctificari oportet verbis ſolemnioribus, lxxxij. Aqua ſanctificanda ut poſſit peccata abluere, 269 b baptizati renuntiaverunt ſeculo, 38 e
Baptiſmi neceſſitas, 264 b Baptizati infantes in primo nativitatis exordio, 375 c Fidus baptizandos infantes intra octavum diem non putabat, 222 c Nitebatur circumciſionis lege, ibid. Infantis veſtigium dicebat non eſſe mundum, & illud quemque oſculari horrere, 222 a Refellitur, ibid. 223 e Multo minus infantibus neganda baptiſmi gratia cum adultis, 222 e ipſis infantibus in gratia danda & pace facienda oſculum datur, 222 b In oſculo infantis recentes Dei manus oſculamur, 222 b

Infan-

Digitized by Google

Infantem a partu novum nemo debet horrare oſculari, ibid. Aſperſio aquæ inſtar ſalutaris lavacri obtinet, 322 f Clinici alias non poſt-habendi, 324 b Fratel refert aſpergi vel perfundi, ibid. Baptizati in ægritudine liberantur, ſi antea immundo ſpiritu movebantur, 323 a Baptizati complent Eccleſiæ numerum, 308 a Baptiſma unum in Eccleſia, 270 c 271 b Unum baptiſma in ſancta Eccleſia, 269 b 277 a 282 c 294 a 308 f 422 b Conſentiunt omnes unum eſſe baptiſma, 603 a Duo baptiſmata eſſe non poſſunt, 271 b Baptiſma non iteratur, 228 a cv. cvj. cxx. Solius Eccleſiæ eſt, 303 f Baptiſmus Judæorum, 306 a Baptiſmo Joannis, 304 e plenam virtutem non habebat, lxxxvj.
Baptiſma triplex, 631 d Baptiſma in ſolo ſancto Spiritu. Baptiſma ſpiritus & aquæ. Baptiſma ſpiritus & ſanguinis, 631 e Hæc ſæpe ſeparata, ibid. Baptiſma aquæ interdum ante Baptiſma in ſpiritu ſancto, interdum poſt, 633 e Baptiſmo in ſpiritu ſancto expiavit Petri & aliorum Apoſtolorum delicta, 633 e Baptiſmus ſpiritus majus eſt Baptiſmo aquæ, 634 f Baptiſma ſpiritus, 361 d Non eſt major eſt Baptiſmi quam confeſſio eum paſſio, 285 e Baptiſma in quo Angeli baptizant, 324 d Non privantur baptiſmi ſacramento qui baptizantur ſanguinis baptiſmo, 265 f Baptiſma poſt quod nemo peccat, 326 d Baptiſmi forma in Eccleſia, 281 b De iis qui in traditione ſacramenti aliter quam oportet loquuntur, 837 d Baptiſma vetus & Baptiſma novum, 957 d Baptiſma prædicatur quoties aqua ſola nominatur, 227 d Baptiſmus arcaneus & hæreticus, 298 b Baptiſma adulterinum, 643 d Baptiſmo mutilatum & decurtatum, 643 b Baptiſmi eccleſiaſtici majeſtas e 320 b Baptiſma duplex, 641 a Baptiſma in ſpiritu ſancto & igni, 854 a Baptiſmus ſanguinis, lxxxij Baptiſmus martyrii 549 d
De Baptiſmo controverſia inter fratres 609 e Scripta & reſcripta de hac quæſtione 619 b Cyprianus & alii Afri putabant Baptiſma nec ab Eccleſia nec a Spiritu ſeparari, 249 a 299 d Omnia inania & falſa apud hæreticos, 270 a Pro profanis habenda, 270 e Nihil poteſtatis habere hæreticos, 304 b Ubi Eccleſia non eſt non poſſe peccata dimitti, 269 d Hæreticos aut nihil licere aut totum licere, 670 e Quæ foris exercentur nullum habere effectum ſalutis, 308 e Baptizandos redeuntes ab hæreſi ut peccatum originale & baratis purgentur, 270 a Participem hæreticorum eſſe qui eorum Baptiſma probat, 303 d 284 e 308 a Qui adverſarii Domini & antichriſti ſunt appellati non poſſe dare gratiam Chriſti, 272 e 274 b 275 d 283 b 293 e Baptizatos quos Joannes baptizaverat, 286 e 304 a Quanto magis baptizandos, qui ab hæreticis baptizati, 304 a Ne Baptiſma quidem Sanguinum in hæreſi prodeſſe, 285 d Non poſſe agere ſpiritalia qui amiſit Spiritum ſanctum, 270 a Neminem dare poſſe quod non habet, ibid. Non poſſe ſanctificare qui ipſe non habet, 272 b Sacrilegum & peccatorem pro baptizato precem facere non poſſe, 270 a Adverſarios Domini non poſſe dare gratiam Chriſti, 270 d Aquam ſanctificari non poſſe ab eo apud quem non eſt Spiritus ſanctus, 269 e Peccata alteri dimittere non poſſe, qui ſua extra Eccleſiam deponere non poteſt, ibid. De Eccleſiæ fontibus rigare non poſſe qui in Eccleſia non eſt, 288 b Aliter de malis in Eccleſia, aliter de hæreticis judicandum, 281 f Hæreticos libentius redituros ſi baptizentur, 286 e Nullam hæreſeon ſuſcipiendam, 298 e Redeuntes ab hæreſi utroque Sacramento naſci debere, 285 e 273 b exceptis his qui in Eccleſia baptizati: his manus tantum imponi in pœnitentiam, 273 a 280 b 298 a De his qui de hæreſi ad Eccleſiam ſine Baptiſmo admiſſi ſunt, 286 b 309 b Potens eſt Deus indulgentiam eis dare, 309 b Accuſantur Afri quod rebaptizant, 603 a Dicunt ſe non rebaptizare, ſed baptizare, 272 b 277 b
De Baptiſmo hæreticorum Stephani ſententia, 293 b A quacumque hæreſi venientem baptizari vetuit, ibid. Cenſet his qui apud hæreticos baptizantur adeſſe præſentiam & ſanctimoniam Chriſti, 306 d Inter eſſe invocare Trinitatem nominum, 304 f Nihil innovandum eſſe, 293 e Hæreticos non propriæ baptizare ad ſe venientes, 293 b In baptiſmo convenire, 303 f Refellit hunc Cyprianus, quia Marcion eamdem Trinitatem non tenet ut Catholici, 279 f quia non credunt in eumdem Patrem & Filium & Spiritum Sanctum 279 d 283 e Tot baptiſmata eſſe quot hæreſes, 293 e 603 a Cyprianus & Firmilianus ſic adverſarios refellunt, quaſi dicant baptizatos extra Eccleſiam ſanctificari, 279 d 280 a 289 a 304 d 311 a Hæreſis parte & exponit ea Stephano, expoſitos Eccleſia ſuſcipit, 307 e Hæreticis nomen Jeſu non ſufficit ad ſalutem, 634 b Invocatio nominis Jeſu in errore non præſtat ſalutem, 605 f Secus ſi poſtea accedat recta fides & impoſitio manuum, ibid. Baptiſma in nomine Chriſti, 282 f 283 e 633 f 634 f
Baptiſma in Chriſti nomine rejicit Cyprianus, niſi ſit in Chriſti veritate, 283 e Contendit Baptizandum in plena & adunata Trinitate, 284 b quia blaſphemato patre non prodeſt filius, ibid. Opponitur Cypriano Apoſtolorum traditio, 283 d e 294 e 303 e Venerabilis omnium eccleſiarum auctoritas, 629 e Priſca cunctorum ſæculorum & fidelium obſervatio, 629 d Jus olim compoſita & ordinata dicitur, ibid. Cyprianus & Firmilianus negant id traditum ab Apoſtolis, 303 b 293 e 282 e
Aliam traditionem opponunt, 282 b Afri conſuetudinem reliquerunt, 308 f Hæreticorum Baptiſma dudum in Africa rejectum, 249 a 299 e 294 b Multa millia hæreticorum redeuntium libenter Baptiſmum ſuſcepere, 279 b Negat Firmilianus Baptiſma hæreticorum in Cappadocia ratum umquam fuiſſe, 308 f Baptizantur in Cappadocia qui ab Epiſcopis depoſitis baptizati fuere, 309 d Concilium Iconienſe rejicit Baptiſma hæreticorum, 303 e Quidam de iſta re dubitabant, 308 f 304 d Numidiæ Epiſcopi Baptiſmum in hæreſi vel ſchiſmate datum rejiciebant, 269 a Cyprianum ejuſque concilium conſulunt, ibid. Sententiæ Cypriani de Baptiſmo hæreticorum quidam adverſantur in Africa, 272 a Dicunt unum eſſe Baptiſma, 271 b Dicunt ſe veterem conſuetudinem ſequi, 270 b Putabant Afri revelationem ſibi factam veritatis, 273 e 282 b Conſuetudinem non baptizandorum hæreticorum apud quoſdam obrepſiſſe, 296 e
Barba non vellenda, 383 e 992 e Barba corrupta ne eruit, 374 a
Barbarorum metus, 229 e
Baruch urbs Africæ, 601 f
BASILIDES epiſcopus libellaticus, 633 b 256 e Confitetur ſe blaſphemaſſe, ibid. d Deponit epiſcopatum & agit pœnitentiam, ibid. Sabino in ejus locum ordinato Stephanum fallit ut reſtituatur, ibid. e Cypriani & aliorum epiſcoporum ea de re ſententia, ibid. Baſilides hæreticus, 303 e
BASSIANUS, 28 b 96 a
BASSUS, in pejerario, 74 b
Bella crebrius continuant, 434 e Bellicum clangere, 200 b
Beneficia divina non mutilantur, 321 e
Beſtiis objecit, 402 f
Bitta, 597 e
Blaſphemiarum pœnitere, 285 b Epiſcopus ob blaſphemiam depoſitus, 256 e Blaſphemiæ perſequentium, 44 e Nicænicorum, 280 a Blaſphemantis linguæ ſcelus, 284 f
Bonos imitare, 312 b Boni non poſſunt de Eccleſia diſcedere, 399 d Ab impio occiſi ob injuſtis, 325 d 328 a Plus laborant, 372 e Boni & mali continentur intra unam domum, 435 f
BONA tracta a marito ad ſacrificandum, 68 a
BOTRONATUS, 358 a
Breviarium præceptorum cæleſtium, 962 b Breviaria non eſt ut epiſcopo confeſſionis dignitas, 109 a
BRUTUS filium interficit, 49e d
BUDINARIUS, 228 b
Bulla, 605 a
Buslacene, 605 e

C

CAduca movere nos non debent, 625 b
CÆCILIUS epiſcopus, 171 a 228 a 121 a 253 a 267 a Cæcilius a Bilta, 597 e
CÆSAR 450 e 451 e
CÆSARIANI, 320 a
CAIN non aſpexit Deus, 413 b Cain injuſtus mitat Abel juſtum, 504 d Impatiens fratrem perimit, 466 f 498 d Non ingreditur paradiſum, 512 e
Calamitates ætate Cypriani, 434 e d 436 f Inde venit quod Deus non colatur 434 d ob delicta, 434 d Demetrianus dicebat male accedere, quia deos Chriſtiani non colunt, 434 d Calamitates vel ad diſciplinam contumacium, vel ad pœnam malorum, 435 b Ira Dei cenſura eſt, ut qui beneficiis non intelligitur, vel plagis intelligatur, 441 e Calamitates prædictæ in novißimis temporibus quærere, 461 e Feſſis & ſuis derecta vel aucta crimina, 436 d Plus exacerbatur Deus, cum homines plagis non emendantur, 435 e Beſtia cogit appetere martyrium, 618 e Explorant juſtitiam ſingulorum, 466 e Virtus perficitur in adverſis, 485 e Gratulandum in adverſis, 465 a Fugiunt morientium vulnera, & appetunt ſpolia mortuorum, 436 d Diſcrimen bonorum & malorum in ferendis adverſis, 439 d Calamitas ſine remedio eſt odiſſe felicem, 506 d
Calciati pedes, 200 b
CALDONIUS epiſcopus, 67 a 69 a 77 d 119 b 187 b 623 a 127 a 208 e 133 b 171 a 224 e
Caligo æternæ noctis, 200 e Noctis ſpiſſæ, 628 b Aeneitos, 481 a
CALIX Dominicus, 229 a Ejus figura. ibid. Non eſt aqua ſola, 230 a Calicem mixtum offerimus in eæna, 231 a Diaconus infantem ut de Sacramento calicis infunderet, 381 d
Calor ſitis, 249 e Calor gloriæ, 30 b
CALPHURNIUS, 72 e 76 a
Calumnia forenſis, 483 f
Cancer & damnationes ære, 800 a
CANDIDA, 74 b
Candidata integritatis & pudoris, 355 d
Capilli flammei, 359 e Mendacio colorati, 374 a Capillos inficere, 363 d Capilli deficiunt antequam creſcant, 434 b
Capitolium, 281 f 285 a 275 b
Capitolium aſcendere, 380 f
Capitula dominica, 303 e
Capitula excerpta, 931 b
Cappadocia, 304 e
Capſaces olei, 489 b
Capſa, 605 d Capſenſis Civitas, 269 e
Captivitas omnes ſimul aſſtat, 463 e
Captivitas fratrum & ſororum, 225 a
Caput ſemetonſum, 379 e
Carcer æternus & jugis flamma, 435 e
Carcerum clauſtra, 317 e Carcerum ſitus 337 a
Caritatis dotes, 401 e Caritatis unitas 312 b
Caritas mutua, 206 b Carum fraternitatis vinculum eſt, 497 a Caritatis Chriſtianæ vinculum 287 a
Carnifices admovere paſtori ſuo, 505 e Carnificina ſubiit, 437 d
Carnis imbecillitas, 272 b Carnis reſurrectio, 279 f
Carpi, 601 d
Carthago. Carthaginem Romæ præcedere debet, 243 b Carthaginenſis epiſcopi provinciæ Numidia & Mauritania cohærent, 233 e Laus Eccleſiæ Carthaginenſis, 96 a Plebis Carthaginenſis quies & timor, 54 b Vigila ante perſecutionem, 373 e Presbyterorum copia per lapſos quorumdam deſolata, 112 a Cleri portio in perſecutione lapſa, 33 a Clerici nonnulli in perſecutione receſſerunt, 91 b Quinque Presbyteri adverſus Cyprianum conjurant, 118 a Confeſſorum & lapſos corrumperunt, 119 d Clerus a communione ſua removet presbyterum, 91 a Clerici omnes parati ad pugnam, 319 a Recedere nolunt. ibid. Cleri & plebis caritas in redimendis captivis, 228 b Gaudium eccleſiæ Carthaginenſis ex Romana confeſſione, 203 b Ex reditu confeſſorum Romanorum in Eccleſiam, 152 b
CASSIUS epiſcopus, 268 a Caſſius a Macomadibus, 801 e
Caſtitas cenerem gloriæ ſua ſervat, 493 f Caſtitas beneficia vidutum, 499 b
Caſtores, 449 b
Caſtra Dei, 200 a Caſtra dominica, 271 d Caſtra Chriſti, 239 b 184 a 174 b 204 b 129 e Caſtra Chriſti repetere, 249 e Caſtra cæleſtia, 26 f 200 b 296 e e Divina, 283 f Domeſtica, 132 b
Caſtra Imperatorum defendere, 282 b Caſtra diaboli non ſtanda, 310 b
Caſtra Galba, 599 e
CASTUS, 377 a Caſtus a Sicca, 600 b
CATAPHRYGÆ, 304 b
CATECHUMENI, 285 f Catechumenum peccare non debere, 593 f Catechumenis infirmitate apprehenſis ſubveniendum, 27 b 96 a De Catechumenis ſine Baptiſmo mortuis, 285 f 309 b
Catenæ cupiditatis, 481 e Catenæ arctantes manus 600 e Catenæ ardentes, 623 a
CATHEDRA una ſuper petram fundata, 122 a Cathedra Petri, 338 b Cathedra ſacerdotalis, 152 a 278 b Cathedræ & plebis exterris, 141 e
Cathedra adultera, 249 a
Cauſa illic audienda ubi crimen admiſſum eſt, 263 b Cauſa cognita eſt, 185 c
Cautio facilior eſt ubi manifeſta formido eſt, 395 b
Cedias, 600 e
CELERINUS, 62 d 78 b Primus in perſecutione paſſus, & cum ipſo perſecutionis auctore congreſſus, 108 a Perſecutionis teſtimonio illuſtris, 220 a Flet die ac nocte in cilicio & cinere ſororum peccatum, 70 b Ejuſdem epiſtola ad Lucianum, 62
CELERINA, martyr. 209 e
CELSUS, ccxxiv.
Cenſura cæleſtis, 373 f Evangelica, 150 a Sacerdotalis, 176 e
CONSUS conſilii deus, 621 e
Centenus fructus, 361 a
CERDON magiſter Marcionis, 303 b 293 f Romam venit ſub Hygino ibid.
Certamen cæleſte, 43 e Spiritale, 81 a Cæleſte & Spiritale, 313 a Certamen militia cæleſtis, 171 e Certantes Deus ſpectat, 299 f
Cervix alta & erecta, 380 d
CHORE, Dathan, & Abiron, 243 e 258 e 280 e 307 f 312 d 320 b 403 e
CHRISMA conficitur in die cœnæ Domini euique balſamo & oleo miſcetur ibid. Hoc oleo antiquitus Sacerdotes ſacrabantur & Reges, & ipſi aitarium lapides delibuti, cviij. Hoc oleo uncti cum ſpiritalibus nequitiis colluctamur. ibid. Ceteris ritibus antiquis ceſſantibus unctionis myſterium religio Chriſtiana retinuit, cix. Non ſolum in Regibus & ſacerdotibus unctionis honos permanſit, ſed in omnem populum catholicum effuſa eſt hujus gratiæ plenitudo. ibid. Ex hoc humore conſtat deſcendere omnes gratiarum diviſiones ibid
CHRISTUS a principio filius Dei, 452 d vocatur Spiritus Sanctus. ibid. xxvij Genuinam ſe oſtendit ut Patre, xxv Primogenitus & Sapientia Dei, 395 e Dei Sermo, 410 d Sermo & virtus & Sapientia Dei, 400 e Virtus Dei & ratio & Sapientia, 452 d Deus vocatur in ſcripturis veteris & novi teſtamenti, 508 b Jeſus Chriſtus Dominus & Deus noſter, 41 a 223 e 238 a 225 a 299 e 243 a 200 e 325 b 394 d 404 d Angelus & Deus, 547 a. Non omnium ſed fidelium & credentium Deus 500 d Deus venturus 500 e Domini noſtri Jeſu Chriſti adoranda eſt venerabilis majeſtas, 601 f. Non poteſt ſine ſpiritu Chriſtus indui, 295 a Templum Chriſti eſſe non poteſt, qui negat Deum Chriſtum, 282 a Chriſtus adoratus in cælis, 500 e Pater Deus præcepit Filium ſuum adorari, 500 d
Chriſtus homo & Deus, 442 d In virginem delabitur, 452 d Carnem Spiritus ſanctus induitur, 492 d Deus cum homine miſcetur, 452 d Filius Dei repente hominem induit, 493 a Factus homo pro nobis, 493 e Hominem induit, 452 d Hominem quem induit ad Patrem victor imponit, 452 d Pater, & Dominus & Deus Chriſti, 284 e Filius obedivit ut faceret Patris voluntatem, 419 d Chriſtus hominis filius ut nos Dei filios faceret, 475 a Negarem dixit Patrem, 284 e ab eo clarificari petiit, ibid. Accepit omnem poteſtatem a Patre, 557 f A Patre accepit poteſtatem qua baptizamur & ſanctificamur, 284 e d Omne judicium de Patre ſolus accepit, 378 e Solus habet poteſtatem judicandi epiſcopos, 297 b Patris voluntatem implevit, 284 e Chriſtus non auſus ſe comparare Deo, cix. Chriſti nativitas ex David, 493 e Miracula, 452 f Humilitas, 44 a

Digitized by Google

34 6. Patientia, 499 e Chriſti omnes actus patientia ſignantur, 494 e Obiit uno pro ſe, ſed pro delictis noſtris, 405 a Nobis dedit exemplum vivendi, 583 a Chriſti converſatio, 835 f Non dedignatus lavacro regenerationis corpus abluere, 403 e Chriſti baptiſmum, 584 f 320 f Dicunt hæretici eum iuiſſe ad Baptiſmum compulſum a Maria, 643 c Fievit Lazarum, 395 c Humiliavit ſe, ut populum jacentem erigeret, 475 e Prophetæ prædixerunt mortem Chriſti, 453 a prædixit mortem ſuam, 453 a Dominus infirmitatem hominis quem portabat oſtendit, 419 d Chriſtum pati oportuit, non ut ſentiret mortem ſed ut vinceret, 453 h

Chriſtus paſſus eſt ut nos Dei filios faceret, 399 b Chriſti paſſio, 556 e Chriſti ſanguine vivificatus etiam qui fudit ſanguinem Chriſti, 494 e Peccata noſtra portavit, 378 d Paſſus eſt pro peccatis noſtris, 519 e Advocatus noſter, 42 a. Chriſti ſanguine redempti ſumus, 518 e Mediator inter nos & Patrem, 452 d Sacerdos Dei ſummi, 616 b 130 e Sæpe pro nobis paſſus, 636 a In Iſaia ſectus, In Abel occiſus. Ibid. Spiritum ſponte dimiſit, 413 b Non erat remanſurus apud inferos, 557 d Apparuit diſcipulis ſimul vinctus, 453 c Regreſſus ad ſuperos, 453 b Chriſti tunica non dividitur, 398 d Chriſtum ad reparandos nos miſſus, 418 f Chriſti adventu dejectus & proſtratus inimicus, 396 a Omnibus venit, 494 d Doctis & indoctis, utrique ſexui & ætati præcepta ſalutis edidit. Ibid. Rex in æternum, 559 d Illuminator & ſalvator generis humani, 349 c Soſpitandis hominibus ſalutare lumen Chriſti, 396 a

Chriſtus eſt lux & dies, 5-6 f Sol verus & dies verus, 382 c 407 d Invictus eſt, 393 d Via & veritas, 579 a Plenitudo veritatis, 126 d 546 f Non dixit: Ego ſum conſuetudo, 693 d Eccleſiam ſuam gubernat, 566 e In ſe primum oſtendit quod in aliis coronaret, 617 f Chriſtus eſt panis vitæ, 900 f Domus & templum Dei, 538 e Manus & brachium Dei, 547 a Eſt regnum Dei, 418 f Nondum vindicatus, 300 d Duplex adventus, 450 e Secundus adventus appropinquat, 476 d Hinc magis illuminat Chriſtum. ibid. Humilitatis magiſter, 497 d Humilis venire debebat, 580 e Judex venturus eſt, 556 f 560 e Veniet in poteſtate manifeſtus, 500 d Chriſtus in captivis fratribus redimendus, 615 c Nonnullos aſſiduitate ut aliorum caritas tentetur. ibid. Chriſtus accipiat quod adverſarius auferebat, 595 c Chriſti nomine abutendum non eſt, 283 e Chriſtus dictus ovis & agnus, 550 f Petra, 427 a Lapis 553 a Chriſti indumentum, 383 c 385 b 398 e Chriſtum induere, 306 d 319 e 388 e Chriſti nomen induere, 307 c Coheredes Chriſti, 410 e 416 e Chriſtus eſt caput viri, 523 c Diſciplinæ magiſter, 46 c Pacis doctor atque unitatis magiſter, 448 d Chriſti jugum leve, 596 f Chriſtus vigilat & precatur, 425 a Spectat prœliantes, 199 f Chriſto ſpectante, 468 a Caro Chriſti & ſanctum Domini, 399 a Chriſti ſanctum corpus, 618 d Chriſti ſanguinem quotidie bibere, 196 a Chriſtus ſolus audiendus, 332 c Chriſto nihil præponendum, 515 b 518 a 419 f Chriſtus negantem ſe negat, 379 f Chriſtus unus eſt, 219 e Chriſti grex, 230 b Chriſtus gregem ſuum nominat oves, 507 c Chriſtus eſt reſurrectio noſtra, 427 a Sortes de veſte Chriſti, quæ Chriſtum induerat, 308 h Incunctanter veniendum ad Chriſtum, 469 a Judæi magum exiſtimarunt Chriſtum, 453 a Chriſtus a Chriſmate dicitur, cix. In cœlum ſublatus eſt, cxx. In Chriſti nativitate credendum eſt angelorum non defuiſſe miniſterium, lxiij. In ipſo divinitas & humanitas in unam perſonam convenerunt, lxxij. Veniebat Chriſtus ad ſuperſtitum ut facinoroſo perfanis daretur auctoritas, lxxiv. In ipſo utriuſque naturæ facta eſt unitas, lxxiii. Ipſe verus homo & verus Deus, ibid. Jejunavit ut ceritas humanitatis ejus pateret, lxxvij. Non ſpiritu ductus in deſertum, ibid. Eodem ſpiritu tranſlatus ſuper pinnaculum templi, cx. Non neceſſitate, ſed obedientiæ uſque ad unitatem ibid. Cur mortem timuerit, cix. Chriſtus admirandus, cv. Reconciliare nos Deo nullis obiectis potuit, niſi ſanguine Chriſti, cxij. Impoſſibile erat animam Chriſti teneri ab inferis, cxiij. Chriſtus deſcendit ad inferos, cxxiv. Carnem cœlo inſulis non vehunt ab angelis, ſed natura divina propria uſus virtute, cxxij.

CHRISTIANI ſucceſſerunt Judæis, 530 a Chriſtianorum novum nomen, 540 d Non verbis philoſophi ſed factis, 491 e Non magna loquuntur ſed vivunt, 498 e Debent eſſe ſimplices & prudentes, 592 a Contentioſi eſſe non debent inter Chriſtianos, 38 a. Chriſti diſcipulis arma non licet, 526 e Chriſtiano non licet cogitare vitia, 616 f Non licet odiſſe Chriſtianis, 440 b Odiis benevolentiam reddunt, 441 c Renuntiarunt mundo, 472 a Carnali patre, 417 e Erunt glorioſi cum Chriſto, 449 f Chriſtianus quis vere ſit, 402 a Chriſtianus falſus, 382 f 421 a 468 e

Chriſtianus non eſt qui in Chriſti Eccleſia non eſt, 156 d Oculi & aures Chriſtianorum cuſtodiendi, 603 e Nefas Chriſtianis turpia Gentilium convicia in collegio frequentare, 256 f Filias cum ethnicis ſepelire. ibid. Non debent vapuriri judicem gentilem, 563 f Vitanda matrimonia cum infidelibus, 374 b Debent imitari Chriſtum, 336 b Chriſtianus nihil admirari præter Dominum debet, 603 a Alia Chriſtianorum & Stoicorum de peccatis ſententia, 153 c Chriſtianorum multorum vitia ante perſecutionem Decii, 374 a Unanimitatem deſiderat Cyprianus, 406 b Comparat mores ætatis ſuæ cum ætate Apoſtolorum. ibid. Largitatem operationis ſuæ ætate infrañtem queritur, 406 c Comparantur Chriſti ſervi cum diaboli ſervis, 485 b Chriſtianus debet cæleſtia tantum cogitare, 591 f Chriſtiano luctandum eſt cum diabolo, 483 f Cœleſtium cogitata prohibeamus, 482 d

Chriſtianus non debet pati quaſi nocens, 37 c Non debet puniri niſi propter nomen Chriſti, 381 f Dæmones vulgus in odium Chriſtiani nominis cogunt, 258 d Chriſtianos mundus odit, 513 d 581 a Chriſto omnium odium prædictum, 580 d Se contemptum Dei impugnantes Chriſtiani, 437 a Solus diſplicere Dei cultus, 437 a Poteſtas adverſum nos datur vel ad pœnam vel ad gloriam, 463 f Ab initio mundi inſtitutum ut juſtitia laboret, 337 d Chriſtianum eſſe crimen eſt, 437 d Longa tormenta admovemus Chriſtianis, ibid. Multiplicantur ſupplicia, ibid. Nova pœna excogitantur, ibid. Torqueri deberent Chriſtiani ſi negarent, 437 e Interfici debet, non torqueri qui confitetur ſe eſſe Chriſtianum, 438 d Nemo Chriſtianus apprehenſus reluctatur, 438 f Nemo ſe ulciſcitur, quamvis copioſus ſit populus, ibid. Chriſtianum mori poteſt, vinci non poteſt, 104 b Chriſtiani provocant hoſtes veritatis, 84 a Chriſtianis patientes facit de ſecutura ultionis ſecuritas, 438 a Numquam in Chriſtianum nomen exſurgitur, ut non ſtatim divinitus vindicta committetur, ib. Nuper ſecuta granditer Chriſtianorum defenſio, 435 b Chriſtianis imputantur omnia mala, 533 b Plurima Chriſtiani tentationibus non vincuntur, ſed probantur, 461 a Quidam minus fortiter ſtant, 481 b Chriſtianis communis cum ethnicis calamitates, 483 f Quoſdam ea res movet, 463 d Chriſtianis plus quam ceteris in ſæculo laborandum, 463 f Cur Chriſtianis & profanis interim laborum conditio communis, 400 d Non per Chriſtianos ſed pro Chriſtianis accidunt hæc de Dei indignatione, 439 c His aindicantur Chriſtiani, etſi ipſi videntur ea pati, ibid. Chriſtiani non franguntur nec muſſitant, 935 d Per ipſa quæ cruciant probari ſe ſciunt, ib. Adverſa æqualiter cum ethnicis non patiuntur, quia æqualiter non dolent. ibid. Adverſa Chriſtianum in dolore corroborant, 465 d Chriſtiani cum aſſi cum ad Deum venerint Dei promiſſa capient, 400 e Diſcrimen inter Chriſtianos & eos qui Deum neſciunt, 463 d Chriſtianis gaudendum cum ad Chriſtum vocantur, 961 a 463 a Chriſtiani mortui non ſunt lugendi, 855 c 467 f Chriſtianus cur mœreatur, 586 b Chriſtiani ſemper orant pro bono ſtatu reipublicæ, 592 e Chriſtiana veritas, 693 b Chriſtianiſmus fidei & ſpei res eſt, 936 c

Chulloſi, 606 d

Cidaſione, 604 c

Cibus feralis, 150 f Cibus diaboli, 385 b Cibi idolorum mortiferi, 377 f Cibus ſcelerati, 387 f 388 a

Cicatrix ſanitatis obductæ, 609 d Cicatricem obducere, 96 d Cicatricum gloriæ, 109 e

Cilicium & cinis, 978 a

Cimiterium, 540 b

Claaſem ferre, 381 f

CIRCENSES Conſu conferrent, 610 e Ob rapiendas Sabinas. ibid.

CIRCUMCISIONI octavus dies deſtinatus umbra fuit & imago, 511 c Circumciſio carnalis evacuata, 536 a Semanis non proficit, 537 a Circumciſio ſpiritalis promiſſa, 539 e Circumciſio cur octavo die juſſa ſit celebrari, lxxv. In Phœnices & Arabes hæc traditio inolevit. ibid. Filii Eſau & Iſmael illius traditionis non expertes. ibid. Cur nomen circumciſis aptabatur. ibid. Cur omarar membri portio juſſa eſt circumcidi, lxxvj. Imperata eſt circumciſio, cum fides temporis propinquaret, lxxvij. Circumciſio nunc nobis mandatur. ibid. Illa populo Chriſtiano damnabilis eſt, cix. Circumciſio carnalis, 212 b ſpiritalis, 212 e Carnalis & ſpiritalis, 222 a

Citta, 550 f

CITTINUS, 268 a

Civitates ſub hiatu devoratæ, 305 c Civitas meretrix, 357 d Civium injurias gravius graſſamur quam hoſtes, 436 c

CLARUS a Maſcula, 606 b

Clerico noſtro enarr, 513 b

CLEMENTIANUS, 189 a

CLEOPAS diſcipulus Chriſti, 837 a

CLERUS minor, 637 f Clero prœmii, 82 a. Cunctis religionis gradibus ad ſacerdotii faſtigium Cornelius aſcendit, 150 a Clerico miniſterio deputatus, 295 b Clerici ordinatio, 206 a 246 a Clerici non niſi altari & ſacrificiis deſervire debent, 245 b Vetitum de clericis tutorem vel curatorem teſtamento ſuo conſtituere. ibid. Clerum conſulit Cyprianus in Ordinationibus, 79 a 105 a ſine cleri conſilio nihil agit, 34 d Oportet epiſcopum per clericos ſcribere, 79 a Clerus cum epiſcopo præſidet, 166 a Clerici urbici, 200 a Clerus Romanus cum epiſcopis deliberavit de cauſa lapſorum, 200 f Lapſorum cauſam diſtulit ſede vacante, 99 c Gajum Diddenſem a communione ſua removet clerus Carthaginenſis, 31 e Clerici in honore ſportulantium fratrum, 246 b Clerici a diviſione menſurarum prohibiti donec judicentur, 98 c non tamen a miniſterio privati. ibid. Quibuſdam lectoribus honor presbyterii & eadem ſportula. ibid. Per revelationem Dominus jubet ne clerici cum feminis commorentur, cxlij. Quidam clerici de feminarum commoratione ad ignominiam devoluti. ibid. Epiſcopi & clerici & laici poſt confeſſionem & oracula commorationis feminarum naufragantur, cxlvj. Clerici cum feminis commorantes eunuchus eſt & mœchus. cxlvij. Fruſtra pudicitiam interius cuſtodis quæ illam exterius facis infamari. cxlix. Continentibus clericis & virginibus hoſpitia ſeparanda. clvj. Feminæ quam caute clericis inviſendæ. clvij. clxxvij. Perverſa ſic ut clerici feminam magis eligant ad communitatem, quam maſculum. clviij. Fruſtra dicunt utiliorem eſſe feminam. ibid. Opponunt exemple Eliæ, Joannis & Domini & Apoſtolorum, cix. Refellitur. ibid. Chorus pſallentium virginum nunc apud quoſdam venenoſis cantibus demulcere. clxix. Malunt mori quam a lateribus mulierum divelli. clxvj. Inexcuſabiles ſunt. ibid. Caſtratis nomine ſæditatem tegunt. ibid. Opponunt his clericis Judæi & Galli idololatræ. clxix. Refellitur quod ajunt nonnullos feminas habentes in domibus martyrium eſſe conſecutos. Item in martyrio ſibi ignoſci. clxx. Quot incommoda eæ parallitate. clxxiij. Quot commoda ex ſingularitate. ibid. Qua conditione liceat clerico habere matrem, vel aliam, vel ſororem, vel conjugem, vel cognatam. clxxvij. Nec vetula nec deſpecta ad domeſticum obſequium adhibenda. ibid.

CLINOMANI, 27 e

CLIMICI, 321 f 324 b

CLOACINAM Tatius invenit, 430 e

Clypeus fidei, 65 b 202 b

Coron Domini, 131 b

COLLECTA, 76 a

Collegii honor, 188 a. Collegii ſacerdotalis concordia, 149 c 152 e Profana ſepultura in collegio, 156 f

Colloquia vetita cum malis, 186 d Colloquia inceſta, 359 f

Collyrium Chriſti, 421 f

COLONICA, 76 a

Colorare lanas non docuit Deus, 358 e Colorum lites, 816 b

Columba ſimplex animal, 399 b Columba ter emiſſa baptiſmum in nomine Trinitatis ſignificat. ix. reverſa in arcam figura lapſorum pœnitentium, x.

Commeatum ſibi precari, 467 d Commeatum dare, 507 a Commeatus a Deo datus, 152 a Commeatu accepto, 46 f

Commemoratio anniverſaria martyrum, 109 d

COMMENTARII, 340 b

Commercia vetita cum malis, 189 d

COMMUNICATIO Evangelica, 91 d Communicatio contra Evangelium, 94 b Sacrilega, 151 a falſa. avj. uſurpata temere, 309 e Laica, 176 a Communicatio non communicantium, 382 e Communicatio nulla extra Eccleſiam, 265 d 676 a Per manus impoſitionem epiſcopi & cleri jus communicationis accipitur, 49 c Ordo perveniendi ad jus communionis. ibid. 51 c 33 d Salutaris dilationis remedia, 95 e Exitioſa properata communicationis remedia, 95 e 58 d Communicatio non eſt temere laxanda, 134 d Communicatio laxatus incautis, 177 a dari non debet crudo tempore, 99 a Vituperantur qui ſanctum Domini canibus donant, 85 d Temeraria feſtinatio pacis obtinendæ vituperatur, 57 a 59 e 85 e 96 b Miraculis punitæ communiones indignæ, 361 f Communio ſub unica ſpecie, 382 c Communicationes fructus, 150 c *Vide Eucharistia & Lapſi.*

Ad communionem hæreticus non admittendus, 619 e communionem non reperiunt qui pacem mœchis dabant, eam ea qui non dabant, 854 a Ob varias conſuetudines numquam ab Eccleſiæ pace atque unitate diſceſſum eſt, 303 e Cyprianus nemini legem imponit in baptiſmi controverſia, 177 a 286 e 321 b 324 b Plebs non immunis a contagio delicti cum ſacerdote peccatore & legitime depoſito communicans, 307 f

Compago corporis eccleſiaſtici, 256 f

Comparet Chriſti, 616 d

Compedes aurei, 360 a

Cognitionis dies imminebat, 144 b

Concilia ante Cyprianum, 145 a 274 b 279 a Concilium perſecutione ſopita, 49 d frequenter actum Carthagini, 186 d Epiſcopi poſt Paſcha Carthaginem convenire ſolent, 170 e Libellus de lapſis legit in concilio Cyprianus, 236 a In concilio Carthaginenſi examinata ſingulorum cauſa, 153 f Collatio ſingulorum cum epiſcopis, presbyteris, diaconis, confeſſoribus, ſtantibus laicis, 54 d 57 a 63 a 99 d Placuit nobis, Spiritu ſancto ſuggerente, 179 a Concilium Idibus Maii, ibi in Concilium de pace lapſis danda, 178 b Cyprianus cum collegis reſpondet Rogatiano, 243 a Cum collegis & compresbyteris eccleſiæ Furnitanæ, 245 a Concilium Carthaginenſe primum de baptiſmo, 268 a 191 c ſecundum, 275 a tertium, 597 a Pro abſentibus qui mandaverant ſententia dicitur, 606 f Hortatur Cyprianus ut ſinguli quod ſentiant proferant, neminem judicantes, 557 c omnium ultimus ſententiam dicit, 806 f Convenerant epiſcopi plurimi cum presbyteris & diaconibus, præſente etiam plebis maxima parte, 597 e Concilia quotannis in Cappadocia, 306 c d Concilium Iconienſe, 304 e 309 a Concilium Romanum, 150 b

Conciſio, 185 e

Concordia ſalutaris, 160 a. Concordiæ ſimul juncta vinci non poteſt, 300 a Concordia commendata, 41 a Concordia individua, 323 a Concordiæ vinculum, 196 e Concordiæ vinculo manente, 355 b Concordia collegii ſacerdotalis, 397 e 152 e Concordia divina epiſcoporum, 308 a Concordia ſacerdotii, 188 a Concordia maturæ gloriationum, 424 f

Concupiſcentiæ diabolo ſervire compellunt, 557 f.

Conditio

Digitized by Google

Conditio loci, 31 b 231 d 239 a 335 d Conditia corporeis communis, 459 e

CONFESSIO nominis, 172 a Confeſſio Chriſti, 609 c 617 c Confeſſio dominica, 514 e Confeſſionis arma, 609 a. Confeſſionis dominicæ corona, 395 b Confeſſio florida, 69 c 72 b Confeſſionis virtutes, 614 c Confeſſionis dignitas, 639 9 Confeſſio immunem non facit ab inſidiis diaboli, 404 b Confeſſio encodium gloriæ, non meritum coronæ, 404 c

CONFESSORES laudantur, 113 b Confeſſorum cautio quæta debet eſſe, 404 d caute viſitandi, 31 b Apud confeſſores presbyteri ſinguli cum ſingulis diaconis per vices offerunt, ibid. Confeſſoribus impertiatur cura propenſior, 33 d Confeſſores plurimi a fratribus ſuſcepti 35 d Sexagima quinque Romam veniunt, 72 a Confeſſores Romani confeſſionis gloriam cum ſtudio diſciplina conjungunt, 80 c. Hoc eſt vere eſſe martyrem & confeſſorem, 81 b Quam utiles Cypriani litteræ confeſſoribus Romanis, 89 b In hæreſi confeſſio prodeſſe non poteſt, 640 a Confeſſor Deo aſpirante loquitur, 341 c Dominus in confeſſoribus loquitur, 342 c Confeſſori Deus inſpirat conſtantiam, 512 c Confeſſores ſpectaculum Deo, fratribus exemplum, 372 a Plebs paſtores in confeſſione ſequent, 328 b 330 c Feminæ & pueri inter confeſſores, 330 c 328 a 372 c Lætitia Eccleſiæ in reditu confeſſorum, 371 b Confitenti Deum venia datur, 99 c d Confeſſor illuſtris & verus, 34 d Nulli magis congruit evangelicus vigor, quam confeſſoribus, 99 a Confitentium dignitat memorepa, 139 b Nihil magis congruit quam confeſſore evangelium legere, 106 a 350 b ſine tormentis in carcere morientium corporibus impertienda eſt cura propenſior, 114 b dies in carcere morientium annande, 115 a confeſſus eſt quiſquis peſſeſſus intra diem non eſt, 377 b Hic inter martyres honoratus, 506 b Hæc eſt privata confeſſio, 377 b

Confeſſorum officia, 31 b nonnullorum vitia, 36 c 38 a 129 d quorumdam mentes a quinque presbyteris corruptæ, 129 d Fraudes, ſtupra & adulteria in quibuſdam confeſſoribus, 409 b Nonnulli Dei templa & poſt confeſſionem ſanctificata turpi concubitu macularunt, 38 a Nonnulli gloriam nominis deſtruunt, 37 c Vituperantur errantes qui in patriam injuſſi redeunt, ibid Confeſſores presbyteris & diaconis debent parere, 33 e adverſarium metuere debent, 34 d A presbyteris & diaconis admoneri debent, 50 b 51 b Plurimos in carcere inſtruit divina cenſura, 51 c Confeſſorum ſanctitatem non minuit quorumdam fracta fides, 405 a Stat pari tempor. ib. b Eorum laus an, line ex lapſu aliorum, ibid. Confeſſores a Novato & Novatiano ſeducti de Eccleſia receſſerant, 131 a De carcere prodeuntes ſchiſmaticus & hæreticus error excepit, 140 b Boni & glorioſi confeſſores non potuerunt diu extra Eccleſiam detineri, 140 c Quidam in ſchiſmate manebant ob communionem confeſſorum, 140 b Romanorum confeſſorum reditus ex ſchiſmate, 135 a Confitentur quod extra Eccleſiam fecerant, 136 b c Petunt ut omnia oblivione deleantur, 135 c Accipiuntur in ſuo quiſque gradu, 136 c Omnia Deo remittuntur. ibid. d

Confiteri apud ſacerdotes Dei, 380 a Dolenter & ſimpliciter confitendum. ibid. Animi pondus exponendum. ibid. Confiteantur ſinguli delictum, dum admiſſi confeſſio poteſt, 383 a Confeſſus eſt ſeſe blaſphemaſſe Baſilides epiſcopus, 656 a Multi conſcientiam delicti ſui non confitentes immundis ſpiritibus adimpleantur, 380 a 380 a Conſcientiæ diſſimulatæ crimen, 380 e Confeſſio ſecretarum cogitationum neceſſaria, 381 d Qui cogitaverant de ſacrificio aut libellis faciendis, hoc ipſum apud ſacerdotes confitebantur. ibid. Scientes ſcriptum eſſe, Deus non irridetur, 382 c Confeſſio non eſt apud inferos, 258 e

CONFIRMATIONIS Sacramentum, 181 a Quod deerat baptizatis, a Petro & Joanne factum, 181 a. Manu impoſita invocatus & infuſus Spiritus ſanctus. ibid. Baptizati in Eccleſia præpoſitis Eccleſiæ offeruntur, ut ſignaculo dominico conſummentur, 181 b Confirmatio a ſolis epiſcopis datur, 632 f Pleriſque poſt baptiſma ſine impoſitione manus epiſcopi moriuntur, 632 c Habeantur tamen pro perfectis fidelibus, ibid. Confirmatio ſi neceſſaria eſſet ad ſalutem, omnibus epiſcopis ſalus adimeretur, 633 a Ungi neceſſe eſt baptizatum, 269 d Euchariſtia eſt unde baptizati unguntur, 269 c Oleum in altari ſanctificatum, ibid.

Conſiliatam in adverſis probatam eſt veritatis, 465 b
Conjunctiones illicitæ & periculoſæ, 219 e
Conqui ſpernitur ſe martyrem, 620 f
Collationes, id eſt eleemoſynæ, 38 d
Conſcientia multum habet ponderis, 614 e Conſcientiæ victricem vigor, 332 d Conſcientiam noſtram judicat Deus, 324 f Conſcientia coronatur in pace, 510 a Conſcientiæ latebræ, 376 c 436 a Conſcientia vulnerata, 417 a 477 d Conſcientia tolerabilis, 151 a. polluta 151 f
Conſenſere juxta peccatis, 6 b
Conſenſus miſter, 111 b
Conſpirationes factioſæ, 100 b
Conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt, 196 a Conſuetudini anteponenda veritas, 308 f 603 b 606 b Non dicit Chriſtus, Ego ſum conſuetudo, 606 c Non eſt de conſuetudine præſcribendum, ſed ratione vincendum, 273 b 281 b Conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit, 605 b Non hominis conſuetudinem ſequi oportet ſed Dei veritatem, 630 d 273 b Conſuetudines variæ Eccleſiarum, 303 d Conſuetudo Romanorum, 308 f Ob varias conſuetudines nunquam ab Eccleſiæ pace atque unitate diſceſſum eſt, 303 c

Conſulatus ſummus honor apud Romanos, 450 d Conſulum faſces, 61 c
Conſummata gloria martyrii, 555 9
Contagium venenati ſermonis, 186 a Contagio turpe & infamis, 617 a Contagia cibi feralis, 152 f
Continentia virginalis, 152 f Continentiæ propoſitum glorioſum, 154 f Continentiæ robur, 470 d Continentiæ palma, 509 h Continentiæ bonum, 572 b
Contumeliarum ludibria, 404 b
Contumacia improborum frenanda, 134 f
Convena temeraria, 390 f
Conventicula, 349 b Conventiculum pravitatis factionis, 180 f Conventicula hæreticorum, 420 f 9
Convicia vitanda, 38 b contemnenda, 17c d
Convivium ſobrium ſonet pſalmos, 8 d Convivia laſciva vitanda, 360 f Convicia turpia & lutulenta in collegio, 256 f Convicia cum malis vetita, 680 d
Coram figura eorum qui ad Eccleſiam non revertuntur, viij.
Corban non reſpicis, 481 a
Cor hominis devovi Deo, 510 f Corda mundantur fide, 644 c
CORNELIA 71 b
CORNELIUS epiſcopus Romanus, 117 a 197 c 134 a 123 a 146 a 271 b 175 a 213 a 248 c 157 a electus a Deo omnipotente & Domino noſtro Jeſu Chriſto, 136 b A ſedecim epiſcopis ordinatus, 156 d Cornelii ordinationi intercedunt factioſi, 115 a 208 b Legati ab utraque parte in Africam, 124 a 127 c Non leguntur litteræ adverſariorum Cornelii, 127 d Legati Romam mittuntur, 124 a 127 a Interim omnia in ſuſpenſo remanent. Non ſcribitur ad Cornelium ſed ad Eccleſiam, 133 b Cyprianus auctor eſt Adrumetinis ut Cornelio litteras non inſcribant ſed Eccleſiæ Romanæ. ibid. Legati Novatiani rejiciuntur, 123 a Scribunt in Africam ordinatores Cornelii, 125 a 127 c Cyprianus in Concilio ſcribit ad univerſos Afros epiſcopos pro Cornelio, 130 a Scribit etiam ad Cornelium, 127 Litteræ ad Cornelium ex univerſa Africa, 134 a Epiſcopatus Cornelii ab omnibus in Africa agnoſcitur, 134 b Cornelii mores laudantur, electio defenditur, invicta in epiſcopatu conſtantia prædicatur, 150 d 151 Cornelius cunctis religionis gradibus ad ſacerdotii ſublime faſtigium aſcendit, 150 e. Cum Cornelio, hoc eſt, cum Eccleſia catholica communicare, 147 c Cornelii & collegarum ejus ſententia de lapſis, 152 b Cum pluribus collegis deliberat de recipiendo Trophimo, 151 a Amiſſa Cornelio crimina, 152 a Accuſatur a nonnullis, quod cum turificatis communicet, 168 c Cornelium diſſitant libelli labe maculatum, & communicare cum Epiſcopis qui ſacrificaverunt, 158 e. Minis Feliciſſimi movetur, 175 c Inter martyres deputandus, 151 c Dux confeſſionis, populum ſuaſit ſimul confeſſorum, 203 b Eccleſia omnis Romana confeſſa eſt. ibid. Beatus martyr, 209 b 650 d
Cornelii Papæ epiſtola ad Cyprianum. 235. 439
CORNELIUS Centurio, 273 c
Corona candida pro operibus, 488 a Coronæ candidæ & purpureæ, 96 f Corona agoniſtica, 513 c Corona virtutum baptiſmi ſanguinis, 514 d Corona deſcendit de Dei dignatione, 375 f Corona fidei 401 f Corona confeſſionis dominicæ, 395 b 100 c paſſionis, 205 b juſtitiæ 404 c purpurea pro paſſione, 488 b Coronæ martyrum, 380 a. Corona diſciplinæ dominicæ, 81 c Coronarum cœleſtium præmium, 199 e Coronæ finem dederunt doloribus, 45 b Coronari in morte non poteſt qui diviſus eſt ab Eccleſia, 153 f Coronam diaboli ferunt ſacrificantes, 378 b
Corpus unum adunationis noſtræ, 225 a Corpus gregis dominici, 131 c Corpus Eccleſiæ catholicæ. 226 a. Corporis eccleſiaſtici compago, 246 f Corpus Domini invadunt 377 f Corporis & Sanguinis Chriſti protectio, 170 a Corpora noſtra umbra ſunt Chriſti, 157 e Corporis noſtri ſocietas, 159 a Corpus unanima ſpiritus, levi, quo diſcedente nulli aptum eſt uſui. ibid. Ex clientela quam reddidit animæ, poſt reſurrectionem ſimul & commodi particeps erit, calc. Corpus enervatum, 118 a. Corporum materia conſimilis, 435 d Conditio communis, 439 c
Correptores Evangelii, 100 c
Correptionem audiunt boni, 594 c
Crapulam crudiente ſuſtare, 100 b
Credere cogitur etiam perſecutor, 628 a Credentium poter eivus, 407 d Credendi vis quanta, 381 d Creditum ſuum recipere docturat creditorem, 345 c
CREDULA martyr, 74 b
CREMENTIUS ſubdiaconus, 25 a 30 a
CRESCENS a Cirta, 579 f
Crimen voluntatis, 377 b Criminis particeps eſt qui imperavit, 98 b
Crinem minare adulterinis coloribus, 358 c Calnes inficere, 359 c
Criſtæ montium, 614 c
Crocodili, 457 d
Crucis ſignum, 557 a Crucis ſignum in fronte 403 c Mortis non timetur periculum, ubi tantæ reverentiæ conſpicitur ſignum crucis, lxxj. ejus virtus omnia peragit ſacramenta, neque ſine illo aliquod conſecratio meretur effectum, lxxij. Operationi auctoritas in figura crucis omnibus ſacramentis largitur effectum, cxv. Solum ſacramentis ſignum repellit dæmonia. ibid. Moyſis ſupinæ manus in ligno & ſacramento crucis, 329 c
Crudelitas ingeminata, 437 d
Cruore ſuo loti, 614 a
Cucumis, 601 d
Culmi uberes, 614 a
Cupiditas gloriæ cœleſtis, 99 b

Curator teſtamenti non poteſt eſſe clericus, 395 b
Cynocephali, 457 c
Cyprianus qui eſt Thaſcius, 261 a Cæcilius Cyprianus, 263 f In tenebris & vitiis jacuit, 3 a Non videbatur ei poſſibilis converſio. ibid. b quomodo mutatus, ibid. Carthagine credidit & crevit, 114 a. Plebis ſuffragio & Dei judicio epiſcopus, 114 b Quinque presbyteri contra illius epiſcopatum conjurant, 119 b Plebs in eos indignatur, 121 c contumelias epiſcopatus ſui diſſimulat Cyprianus, 49 a Nihil agit ſine conſilio cleri & conſenſu plebis, 34 d Conſulit clerum & plebem in ordinationibus, 103 a In pace delectus epiſcopus populi univerſi ſuffragio, 278 c In quiete ſerviens diſciplinæ, in tempeſtate proſcriptus. ibid. clamore violento populi flagitatus, 98 c quomodo proſcriptus, 263 f Seceſſus ejus vituperatur a nonnullis, 85 a 59 a defendit ſe, 57 c 59 b quieti fratrum conſulens ſeceſſit, 58 a publicum conſpectum vitat reſpectu utilitatum Eccleſiæ, 33 b Dominus juſſit ut ſecederet, 30 c Pecuniam ſummam reliquit apud clericos, 32 c ſolo corpore abſuit, 57 a 85 c conſtituit vicarios pro ſe abſente, 103 b Cyprianus nulla ſequitur, 83 b non redit ne auctor ſit rumpendæ pacis, 113 a ne perſecutionem exacerbaſſe videatur, 120 d ſperat ſe cito rediturum, 116 a commendat confeſſores in carcere conſtitutos, 113 b Adeſſe vellet ut ergo illius dilectionis obſequia compleret. ibid. Reditum Cypriani morantur quinque presbyteri, 120 c Exilium bienni quam moleſtum Cypriano, 100 d Optat ut omnes Eccleſiæ inter ſe conſentiant in judicio de lapſis, 59 c 91 a Indignatur in presbyteros qui lapſis pacem dederant, 58 a & ſeq. A communione ſua arcet ſi quis communicet cum lapſis, 91 b 109 d diſſimulandum non putat in re tanti momenti, 47 a ejus dolor ex lapſu ſuorum, 393 d Proſtratus ſibi videtur in proſtratis fratribus, 373 e Deſert aliquid libellis martyrum, 55 b 57 b Aliquid remittit ad violentiam lapſorum mitigandam, 60 b Quondam in Cyprianum durius injecta ſe epiſtola lapſorum, 96 a Neminem ex lapſis communicavit, quamdiu perſecutio fuit, 150 b Severior fuit in lapſos quamdiu vincere potuerunt, 150 c Laudatur ejus cenſura, 85 c Agit poſt Paſcha de cauſa lapſorum cum collegis, 100 d. Vide Lapſi. Neceſſitati temporum ſuccumbit, 150 c Non recedit ab his quæ in Concilio ſtatuta ſunt. ibid Contendit epiſcopos lapſos deponi & pœnitentiæ ſummittendos, 257 a Non reſtituendos qui Stephanum fefellerant, ut reſtituerentur, 256 c Cypriani opera epiſcopatus Cornelii in tota Africa agnoſcitur, & Novatianus damnatur, 133 c & ſeq. Gloriam confeſſorum ſuam computat, 82 c Librum de Lapſis & de Unitate Eccleſiæ mittit ad confeſſores, 148 a Dolor ejus ex ſchiſmate confeſſorum, 146 b Gaudium de eorum reditu ex ſchiſmate, 140 a Schiſmatici per provinciam pererrant, nec audent ad Cyprianum accedere, 180 b Cyprianus impavidus ſua intereſſe non putat a quo perimatur, 185 9 Impavidus Cypriani animus, 175 d Contendit cauſam illic audiendam ubi crimen admiſſum, 183 b Non minorem eſſe auctoritatem epiſcoporum in Africa conſtitutorum, ibid. Cogitabat ad Thibaritanos venire ut eos hortaretur, 195 a. Deo & Chriſto ſervit, & ſacrificia puro ore & in perſecutione & in pace indeſinenter offert, 166 b Orat in ſacrificiis & in orationibus pro Lucio Papa, 200 b Candidum pectus Cypriani, 334 d In Cyprianum convicia & calumniæ Pupiani, 160 & ſeqq. Illius agendi ratio cum ſchiſmaticis, 184 d 185 d Eccleſiam nemini claudit, remittit omnia, multa diſſimulat, 184 d Ait ſe delicta plus quam oportet dimittendis pene ipſum delinquere, ibid. Venientes ad Eccleſiam ſingulos ſuſcipit, 263 c Unus atque alius a Cypriano, plebe obnitente, recepti pejores extitere, 184 a Quotidie fratribus ſervit, 265 a
Cypriani humilitas, 97 b Hortatur affectione potius quam poteſtate, 354 c Extremum & minimum ſe dicit. Ibid. Ejus humilitatem omnes & diligunt fratres & gratulantur, 223 e Accuſatur nimiæ remiſſionis in lapſorum cauſa, 248 c Caritas Cypriani in pauperes, 114 a, 116 a. in captivis redimendis, 229 d in ſublevandis martyribus, 333 c, 334 e, 358 b Mittit de ſumtibus propriis ad ſublevandos confeſſores, 38 d Invitat Carthaginem pauperes quos ſua eccleſia alere non poteſt, 110 a Quantitas Cypriani propria, 114 a Revelatione cognoſcit futuram perſecutionem, 41 d 174 c 174 a Prædicat cenſuram quam antea perſecutionem, 197 a Deus revelat Cypriano pacem brevi futuram, 39 a 43 a. Revelatio oſtenſa Cypriano, 166 c Revelatione cognoſcit appropinquare ſibi & Cornelio diem agonis, 206 b Fratres non eſſe unanimes in precando, 41 d dormitare in precibus, 41 c De victu parco & ſobrio potu divinæ admonitiones, 43 a. Cypriano ſæpe revelatum ut prædicat non eſſe lugendos mortuos, 467 f Conſulit Deum, 166 b Legem aliis non imponit in Baptiſmi controverſia, 276 c 287 b 322 a b 324 b Prævaricatur veritatis & proditor unitatis nonnullis videtur, 288 e Vocatur pſeudochriſtus, 302 a. Tacito nomine carpitur, 609 c Hæreticorum ſtupora prævaricator dicitur, 629 e Accuſatur quod errores omnium eccleſiarum corrigere voluerit. ibid. Querela Cypriani de Stephano, 295 f In primis quod ſacerdotes veritatem & voluntatem tenentes abſtinendos putet, 296 b Pro honore Eccleſiæ & unitate pugnat, 282 c Parum videtur Cypriano quod plebem voce erigat, niſi etiam divina lectione confirmet, 313 b In libris ipſe ſe deſignat, 331 a Utilitas litterarum

teravam Cypriani, 334 a Magnis ſemper ſenſibus loquitur. Ibid. Firmilianus miſſa a Cypriano ſcripta, quaſi ſua propria ſuſcepit, 308 d Non in tranſcurſu legit, ſed ſæpe memoriæ mandavit. Ibid. Cyprianus ob confeſſionem nominis relegatus, 327 b Primus apud acta proconſulis confitetur, 333 a e Primi inter martyres, qui a priore confeſſus eſt, 313 a e Cypriani ſeceſſus ante paſſionem, 342 b Vult pati Carthagine. Ibid.
CYPRIANUS Antiochenus, cccxcvj. Vide caput primum & ultimum vitæ S. Cypriani.

D

DÆMON non poteſt terram movere, ſed præſcitus terræ motus, id factum ſe ſimulat, 305 e Dæmones fugantur a Chriſtianis, 452 f Dæmones pœnas metuunt, 451 a Dæmonia principatus, 305 d
Damnatorum diuturna pœna, 672. f
DANIEL Deo devotus, 512 c Noluit adorare Bel, 108 d 228 a laudatur, 179. d 383 f Danieli prandium divinitus apparatum, 492 b, 432 f Daniel conſultus a Nabuchodonoſore, 467 8 e Minas regis vicit, 604 d
DATIVUS a Badis, 620. Dativus in metallo conſtitutus, 330 a 317 a
DATIVA, 76 a
DAVIDEM Saul perſequitur, 400 b 505 a David ſaltavit ante arcam, 620 b 601 a
Debita Dominus appellat peccata, 512. f
Decimæ conceſſæ Levitis, 256 a De patrimonio nec decimas dabant, 506 c
DECIMUS presbyter, 67 b
DECIUS tyrannus, 152 c Bello & armis victus, 152 d Ejus odium in ſacerdotes, 152 e Patientius audiebat levari adverſum ſe æmulum principem, quam Romæ conſtitui Dei ſacerdotem. Ibid. Miratur conſtantiam Celerini, 208 a Deciana perſecutio, 2.
Defunctorum vultus per imaginem detinentur, 443 a
Delicta ſaltatio, 605 b Deliciæ mentis ignavia, 460 b Delicta ubique flagrant, 6 a Delictorum æſtuantium vapor, 86 a Delicta noſtra egerunt, 380 c Delicta nunc religioſa, 4 c
Delimare, 33 b
Delinimenta animo, 603 b
Delinquendi nullus metus, 436 b
DEMETRIUS epiſcopus, 172 a 267 a Demetrius Alegriminus, 603. a
DEMETRIANUS ventitabat ad Cyprianum, 430 a, ſtudio magis contradicendi quam diſcendi, 433 a Seminabat odia adverſus Chriſtianos, 433 e Dicebat imputari illis debere omnes calamitates mundi, 433 b
Denorata, 125 e
Depoſita eccleſiæ abſtata, 191 a, 191 c, 193 c
Depopulatur matrimonium, 175 b
Deſaltantur fabuloſæ libidines, 603 a
Detractio vetita, 594 e
Detriumphare, 614 e
DEUS nomen eſt illi, 452 a Deum patrem cognoſcunt gentiles, 604 d Deo nomen nullum, 452 a Dicta vulgi Deus videt, 452 d Deus eſt omnium dominus, 452 d videri non poteſt, 451 f Dei eſſe perpetua, 451 f eleemoſynis pauperum fœneratur, 482 f Videt corda & pectora ſingulorum, 382 d Mundi rector & dominus, 524 d Nihil fieri poteſt niſi quod aut fecerit Deus, aut fieri permiſerit. Ibid. Nihil ſit ignaro Deo aut non permittente, 380 b Falli non poteſt, 504 f Judicis majeſtate metuendus, 384 f Iraſcitur, 455 f Non derideatur, 404 f, 382 a Decipi non poteſt, 509 f Placandus longa ſatisfactione, 114 c 378 e Ira Dei jejuniis & fletibus placanda, 383 b Deus indulgens & ſavens, 192 d Præceptorum ſuorum exactor diligens, 500 d Domini indulgentia, in Deum patrem vocemus, 418 a Dei miſericordia in lapſos pœnitentes, 83. Dei patientia 493 a Deus cur patiens, 382 c Indulgens ſemper & bonus, 384 f Differt judicium ut homo converſatur, 493 a Cordis auditor eſt, 415 e Penetrat in abdita & occulta, 415 d Habenti Deum nihil deeſſe ſi ipſe Deo non deſit, 501 b Deus unus non numero ſed univerſitate, [illegible]. Omnipotens quia nunquam eſt neceſſitati ſubjectus. Ibid. Dei eſt omne quod poſſidemus, [illegible] Deum pacis & concordiæ magiſter Chriſtus, 416 e Deus precandus, 49 a Solus colendus, 545 e 540 b 507 d Credentium & intelligentium pater, 420 f Deum patrem non habet qui Eccleſiam non habet matrem, 177 i Deum vel ſcire cognoſcere, 452 c Credendum Deo, 441 d Homo de ſervo exiſtit filius, [illegible] & Dominum Deum ſuum non agnoſcit, 455 c Deus non cognoſcitur nec [illegible], 435 f Non colitur, 437 c Non quærit & non timetur, 437 b Dei arcana perſpici non poſſunt, 185 c Deus loquitur in nobis, 298 e Conſummatur noſtræ paſſio eſt, 524 f Dei eſſentiam nemo [illegible] ad liquidum comprehendet, [illegible] nomina, juſtitia, veritas, ſanctificatio, [illegible] Deus in noſtra dedicandus eſt mente, 451 a Sacerdotum [illegible] it, 250 d 420 b Dei opera perfecta ſunt, [illegible] Perſonam non accepit, 512 a Dei & [illegible] dilectioni nihil præponendum, 576 c [illegible] ignotus, 604 a
Dii quos adorant gentiles adjurantur & torquentur a Chriſtianis, 438 b de corporibus ejiciuntur ejulantes. Ibid. 450 c Stamant ſub manu Chriſtianorum. Ibid. Quid ſint interrogati reſpondent audientibus gentilibus, 451 d Chriſtiani deos palam & in ipſo ſuo deſtruunt, 437 f publice confunduntur, dum ſe Chriſtianos eſſe pronuntiant. Ibid. Deos claudis ne pereant tutela cuſtodit, 438 b Turpe eſt eos colere quos ipſe defendas. Ibid. Dii propheti, 408 e Deorum mater Idæa, 440 b Dii vernaculi Romanorum, 439. e Deos non eſſe quos colit vulgus, 444 a
Deſtrata, 358 a
DIABOLUS invidia periit & perdidit, 498 d Hominem ad imaginem Dei factum impatienter tulit. Ibid. Nihil poteſt ſine permiſſu Dei, 592 a Diabolo poteſtas adverſus nos datur, 505 a In pace ſubdolus, in perſecutione violentus, 503 d Latentia ſola ſrequentiora ſunt, 503 e Videns idola deſeliſſe atque hæreſes & ſchiſmata, 366 b Hæreticos non impugnat ſed eos quos videt ſtare, 409 c Fortiores quoque magis aggreditur, 33 c Non geſtit evertere quos jam ſuos fecit, 506 a Eos laceſſit in quibus Chriſtum cernit habitare. Ibid. Hoc eſt ſemper apud diabolum, ut ſervet Dei mendacio faceret, 432 e Totum detriumphaverat mundum, 604 e ſemper mendax & fallax, 512 b Blanditur ut fallat, 380 f Diaboli aſtutia & artes, 303 b Nos circuit, 503 c Obrepit frequenter & penetrat, 405 d Diaboli altaria, 220 c, 175 b Diaboli comparatio cum Chriſto, 585 c Torquetur ab exorciſtis, 325 a, Diabolo reſiſtendum, 595 c Quomodo vincendus, 513 c Diabolum interficere, 633 a
Diaconos Apoſtoli ſibi conſtituerunt epiſcopatus ſui & Eccleſiæ miniſtros, 244 b Solemnibus adimpletis diaconus calicem offert præſentibus, 380 e Diaconi cum presbyteris regere ſolent confeſſores, 30 b, 32 b Singuli presbyteri miniſtrant apud confeſſores, 32 b Apud diaconum exhomologeſis, 54 b Diaconus contumelioſus in epiſcopum ſuum, 243 b Diaconorum ordinationes quomodo faciendæ, 255 f Diaconus abſtentus quia cum virginibus in eodem lecto deprehenſus, 220 c
DIANA Taurica, 452 a
Dies omnibus æqualiter naſcitur, 522 c Illuminat æqualiter, 486 e Dies feſti, 449 a
Dies octava multiplicibus myſteriis honoratur, cevj. Dies octavus, id eſt, poſt ſabbatum primus, 212 c Dies negandi Chriſtianis præſtitutus, 375 b Dierum ſæculorum curſus, 212 d
Dignis loqui, 613 c
DIOGA Leptimagnenſis, 626 f
DIONYSIUS ſchiſmaticus, 130 a
Dir ſhem, 609 b
Diſciplina eccleſiaſtica, 205 e, 219 d, 134 b 176 c, 229 b Diſciplinæ eccleſiaſticæ vigor enervatus, 609 c Diſciplina deifica, 258 a Evangelica, 99 a, 112 a. Diſciplina chriſtiana longa pace corrumpitur, 573 f Diſciplinæ Dominicæ corona, 82 c Diſciplina innocentiæ, 436 d Diſciplinæ ſeveritas, 308 a Diſciplina religionis & veritatis, 252 f Diſciplina robuſta legis dominicæ, 98 c Diſciplinæ magiſterium, 112 c Diſciplinæ neglecta, 182 d Diſciplina Dei obſervanda, 592 c Diſciplinæ obſervatio, 259 c fundamentum religionis & fidei de obſervatione & dilectione, 556 e Diſciplina cuſtos ſpei, 353 a Nihil tam neceſſarium quam delicta ſeveritas divini vigoris, 47 e ſoluta eccleſiaſtica conſuli non poteſt niſi diſciplinæ ſemper cuſtodia retinentur. Ibid. Diſciplinæ apud Romanos ſeveritas, 47 d Diſciplina gladiatoria, 4 e
Diſcipuli ſeliquerunt Chriſtum, 678 f vocantur ſal terræ, 412 c
Diſcordantes damnati, 403 c Diſcordes ſunt adverſarii Chriſti, 308 a. Diſcordia non poteſt pervenire ad regnum cælorum, 400 a Diſcordia nec ingreſſion ſanguine poteſt ablui, 403 d 401 c Diſcordiæ ſeminarium, 256 f Diſcordia recrudeſcant, 117 b Diſcordiam furor, 206 b 410 c, 400 c, 359 a Diſcordiarum vates, 509 d Diſcordioſus ſtilus, 117 d Diſcordioſa nequitia, 401 b
Diſcriminaba, 358 a
Diſpoſitio divina, 120 a, 197 b, 183 c 094 b
Diſpoſitio eccleſiaſtica, 130 c
Diſſenſiones malum, 505 e diſſenſionis inſania, 125 c
Diſſimulandi locus non eſt quando fraternitas decipitur a quibuſdam, 49 a
Divinatio veritas repudiata, 304 a
Diviſiones menſurna, 100 a
Dives ſterilis, 482 c Dives homo eſt in ſæculo, 482 e Divites ſemper trepidi, d f Eorum miſeria, 70 b Divites per divitias ſat. perdunt, 396 b Divitiis peccatoris os & linguæ magis torquebantur, 177 a Divitiæ non tantum contemnendæ, ſed & periculoſæ, 521 c
Doctrinæ adulterinæ, 100 e
Doctor audientium, 80 a Doctores presbyteri. Ibid.
Dolor teſtis veritatis, 434 b Dolorem fratris proprium computare, 205 a Dolere ſapienter ſapienter, 358 e
Doloſus operarius, 312 a
Domeſticorum cura, 548 e
DOMINUS major quam diabolus, 555 c Dominica pax, 288 a Dominicam celebrare, 230 b 415 a Dominico [illegible], 106 e Dimiſſa Dominico Chriſtiani, 602 a Dam in eccleſiæ, 399 a
Domicilium unitatis & veritatis, 259 b
DONATUS, 1 a Donatus presbyter, 34 d Donatus epiſcopus Carthaginenſis, 180 c Donatus epiſcopus, 172 a 267 a Donatus a Cibalians, 629 e Donatus martyr, 74 b Donatus a cevij.
DONATA, 76 a
DONATULUS, 169 a Donatulus a Capſa, 629 d
Dormitur, 120 a
Duplicatio legitima non debet reprehendi, 238 d
Dyrrachium procurator, 255 f
Duo aut tres ſi convenerint in nomine Chriſti, quomodo intelligendum, 400 f

E

ECCLESIA in multa ſinem latius extenditur, 307 d per orbem totum radios porrigit, 397 a ramos in univerſo. [illegible] extendit. Ibid. Una mater fecunditatis ſucceſſibus copioſa. Ibid. Corpus totius eccleſiæ, cujus per varias quæque provincias membra digeſta ſunt, 96 c Eccleſia una per totum mundum, 156 d Eccleſia catholica, 238 a Eccleſia in epiſcopo & clero & in ſtantibus, [illegible], 89 b Non eſt lapſorum numerus. Ibid. Ii ſunt Eccleſia qui in Domo Dei permanent, 179 a Eccleſia catholica quæ una eſt & vera, 265 a Quinam in eccleſia remanere non poſſint, 245 b Qui plantatus non eſt in præceptis Dei patris, ſolus poteſt de eccleſia diſcedere, 245 c & cum hæreticis remanere. Ibid. Plantas non ſunt a Deo, qui ab Eccleſia diſcedunt, 279 a Eccleſiæ catholicæ radix & matrix, 133 c In eccleſia frumentum & zizania, 146 c Ne Apoſtolis quidem hanc poteſtatem conceſſit Chriſtus, ut paleas a tritico ſecernerent, 107 a, 157 b Chriſtus in eccleſia præſidet & ſpectat, 485 d Eccleſiam Chriſtus inſtituit & fecit, 400 a Eccleſia humana quæ a ſchiſmaticis inſtituitur, 256 e
Eccleſia catholica corpus, 216 a. Eccleſia plebs ſacerdoti adunata, 265 d Oravit Chriſtus ut unum ſimus quomodo Pater & Filius, 315 h Alia confeſſio eſt unam eſſe eccleſiam confiteri, 135 c Una eccleſia, 212 e, 139, a, 265 d, 307 d, 397 b Una & ſola eſt, 140, e In Chriſto unum corpus, cui numerus noſter adunatus eſt, 230 b eccleſia corpus unum, 405 c unanimitatis hoſpitium, 309 a Chriſtus non multitudini ſed unanimitati plurimum tribuit, 400 a eccleſiæ multos ſacramentis cæleſtibus enutrit, 308 a de unitate Patris & Filii & Spiritus Sancti plebs adunata, 403 b eccleſiæ unitas de divina firmitate veniens, 398 a de divinæ diſpoſitionis ordinatione veniens, 275 b Dominus inſinuans unitatem de divina dignatione venientem dicit, ego & Pater unum ſumus, 398 b Chriſti paratis atque Eccleſiæ unitas cohærens individuis nexibus, 397 b unus Deus & Eccleſia una, 405 c una eſt Dei domus, 212 a unus Chriſtus & una Eccleſia, 280 c Non alia domus eſt præter unam Eccleſiam, 300 a Chriſti tunica cur ſciſſa non eſt, 308 b Dominici gregis animum & corpus unum, 131 c Novatiani mentiuntur in exercitatione, cum Eccleſiam non habeant, 310 c Si Eccleſia apud Novatianum fuit, apud Cornelium non fuit, 217 d Eccleſiam ſpondes diabolus ut ab Eccleſia avellas, 122 b Eccleſia non eſt apud hæreticos, quia una eſt & dividi non poteſt, 193 d diſtinabant ſub ſchiſmatici ſimul ſe in Eccleſiam reverſuros, 185 d unitas firmiter tenenda & vindicanda, 397 c unitas epiſcopis. Ibid. Una Eccleſia quæ vivit in æternum & vivificat, 173 b
Eccleſia ſcindi aut dividi non poteſt, 142 b 294 a, 317 c a Chriſto non recedit, 165 d unitas ſeparari omnino & dividi non poteſt, 211 b unitas Eccleſiæ ſcindi non poteſt, 136 f, 398 e unitas eccleſiæ de cælo & a patre venit. Ibid. ſceleratus qui putat ſcindi poſſe unitatem Dei, 398 a Eccleſiam nulla res ſeparare poterit a Chriſto, 224 f Eccleſia adulterari non poteſt, 397 f Incorrupta eſt & pudica. Ibid. Eccleſia incorrupta, 180 f Aqua Eccleſiæ adulterari & corrumpi non poteſt. Ibid. Eccleſia nunquam omnino recedit a Chriſti doctrina, 179 a Eccleſia non ſciſſa neque diviſa, ſed ſacerdotum ſibi invicem cohærentium glutino copulata, 166 a Univerſæ Eccleſiæ cum Cypriano unitatis vinculo copulatæ, 265 a Omnium eccleſiarum conſenſus in damnando Novatiano, 146 c In cauſa lapſorum differenda, 170 b In eadem cauſa dijudicanda, 257 a Venerabilis eccleſiarum omnium auctoritas, 619 c Sola Eccleſia poſſidet gratiam Chriſti & caritatem, 672 f Omnis poteſtas & gratia in Eccleſia conſtituta eſt, 306 c In Eccleſia gratia & veritas omnis eſt, 172 a Eccleſia tenet & poſſidet omnem ſponſi ſui & Domini poteſtatem, 280 e Eccleſia pene ſterilis, 512 d Nuptiæ Chriſti & Eccleſiæ, 229 c Plebs [illegible] gentium, judæis ceſſantibus, ad nuptias Chriſti & Eccleſiæ confluxit. Ibid. Sola Eccleſia eſt Sponſa Chriſti, ſola filios Deo generare poteſt, 295 a Eccleſia Sponſa Chriſti, 397 f Sola Eccleſia filios Chriſti parit, 352 f Chriſtus cum ea non eſt qui [illegible] extra Eccleſiam colligentur, 401 c Nulla ſalus extra Eccleſiam, 397 f Extra Eccleſiam ſine communicatione & pace pereunt, 096 c Damnati a ſemetipſis qui ab Eccleſia diſcedunt, 119 c 245 b Separati ab Eccleſia damnatus eſt a ſemetipſo, 280 d Eccleſia antiqua caput & radix, 273 a Eccleſiam relinquens non eſt in Eccleſia, 397 c Pax nulla extra Eccleſiam, 296 e Gratulandum eſt cum lupi & canes de Eccleſia ſeparantur, 399 c ne columbæ & oves prædentur, ibid. Alienus & profanus qui non habitat in Domo Dei, 398 c Nec vita nec ſalus extra mortem, 180 a 398 f Non facimus exaſtriæ contra Eccleſiam, quam extra arcam Noe, 157 f Non eſt cum Chriſto qui ſe a Clero epiſcopo & plebis ſocietate ſecernit, 403 b Quidquid a matrice diſceſſerit, vivere non poterit, 400 a Mortui ſunt qui extra Eccleſiam ſunt, 278 b Extra Eccleſiam nihil poteſt ſolvi aut ligari, 280 d Eccleſiæ diſcerni [illegible] a ſectis hæreticorum, cevij. Hæreſis maculi nec ſanguine abluitur, 401 c Nemo martyr extra Eccleſiam, 401 c Martyrium in hæreſi non corona fidei, ſed pœna perfidiæ, 401 f Occidi talis poteſt, coronari nonpo-

non poteſt, 158 f 391 f Occiſus extra Eccleſiam propter nomen non coronatur, 163 f Mors in confeſſione nominis extra Eccleſiam, non eſt fidei corona ſed pœna perfidiæ, 206 h Numquam admitti in Eccleſiam poſſunt qui in impudica obſtinatione perſeverant, 222 a Chriſtus ſuper petram ædificavit Eccleſiam ſuam, 307 e Ædificata ſuper Petrum, 179 a 263 e 273 h 282 b c Una e Chriſto Domino ſuper Petrum origine unitatis & ratione fundata, 272 c 273 h 280 c Una eſt & ſuper unum, qui & claves ejus accepit, 280 c Eccleſiæ fundamenta collocata ſuper Petrum, 407 Eccleſia prima & una ſuper Petrum fundata, 522 f ſuper Petrum unum 397 h Eccleſia fundata ſuper authenticum Apoſtolatum cv. Eccleſia prioris paſtis, 285 a Eccleſia mater, 228 d 231 b Nemini clauditur, 394 d Eccleſia inſtar Paradiſi, 281 c Eccleſiæ typus arca Noe, viij. ix. Eccleſiæ typus Anna, 425 f Ad Eccleſiæ majeſtatem non pertinet quid apud ſe hæretici & ſchiſmatici moliantur, 179 f Mater Eccleſia plangit ruinas plurimorum, 46 c Eccleſia candida & purpurea, 46 f Eccleſiaſtici corporis compago, 156 f Eccleſiæ gubernandæ lima, 257 Eccleſiæ ſeptem, 539 f

Ecſtaſis, 30 c Ecſtaſis mulieris a dæmone correpta, 303 d

Edicta feralia, 241 c 220 c Edictum ſecularis domini, 382 b

Editæ muneris, 484 f

EGNATIUS martyr, 429 e

Electus ad gloriæ præmium, 404 e

Eleemoſyna e Chriſto præcepta, 477 c Eleemoſynæ bonum 366 e Eleemoſyna commendata, 416 d 477 h Nemini negandæ, 567 d Eleemoſynis animæ a morte liberantur 365 h Eleemoſyna purgat peccata, 477 c Non ſit ad oſtentationem, 583 c Eleemoſynis inſiſtere, 381 h Qui dat minimis Deo fœnerat, 416 a Multorum precibus exorat qui pauperi juvat 557 b Chriſto præſtatur quidquid pauperi præſtatur, 483 f Opibus & facultatibus Domino fœnerandum, 383 d In Eleemoſynis & opere mediante voluntas ſatis eſt, 564 e Chriſtus cibandus, 357 h Pauper vidua Heliam filiis prætulit, 480 f Peccat qui ſe & filios Chriſto anteponit, 483 e

Elementa non ſunt colenda, 525 e

Eloquentia mundi non eſt regnum Dei, 580 f

EMERITA 72 b 76 a

Emeritenſis plebs, 233 h

Epiphanium, cccxxlj.

EPIPHANIÆ ſolemnia, lcxx.

Emit fortibus ut fulgeat, 6 d

ENOCH translatus, 568 c

EPICTETUS epiſcopus Aſſuritanus, 239 c

EPISCOPOS Deus facit, 239 c 252 h 244 c 262 h Epiſcopus judex ad tempus e Deo datur, 243 c Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtituta, 89 b Hoc divina lege fundatum. ibid. Eccleſiæ cui de Domini indulgentia præſumus, 226 c Deus, & Chriſtus ejus epiſcopum fecere Cornelium, 250 f Epiſcopi commiſſa ſibi divinitus caſtra ſervare debent, 196 c Chriſtus ſponſam ſuam epiſcopis commendavit, 404 b Apoſtolos idest, præpoſitos elegit Dominus, 244 b In Eccleſia præſideat, 357 c ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, 228 c 307 f Eccleſiam gubernant eadem poteſtate ac Apoſtoli, 606 c Unus in Eccleſia ad tempus ſacerdos & judex vice Chriſti, 277 f

Epiſcopus unus eſt, 264 c Unus in Eccleſia, 277 f Unus divina ordinatione delectus, 209 b Unus in Eccleſia catholica, 256 c Epiſcopus non eſt adulter & extraneus epiſcopus, 256 d Epiſcopus in Eccleſia & Eccleſia in Epiſcopo, 265 d Alium epiſcopum conſtituere, aliam Eccleſiam conſtituere eſt 231 c Si quis cum Epiſcopo non ſit, in Eccleſia non eſt, 265 d Epiſcopatus unus, 397 d Cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur. ibid. Epiſcopatus Concilii omnium Epiſcoporum conſenſu firmato, ſunt eſt quiſquis Epiſcopus eſſe voluerit, 251 e Epiſcopatus unus epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus, 256 e ſingulis paſtoribus portio gregis adſcripta, 183 e Epiſcopatus unitas, 256 f Corpus ſacerdotum unanimi vinculo copulatum, 249 b Multi ſacerdotes omnem gregem paſcunt, 257 h Oves univerſas ſervare debent, 249 e Decretum Cornelii cum omnibus omnino epiſcopis in toto mundo conſtitutis, 257 a Vide 257 a. Si quis epiſcopus hæreſim facere & gregem vaſtare tentaverit, ceteri ſubvenire & oves colligere debent, 257 a Quantum ſcelus maledicere ſacerdotibus, 277 Quantum reverentiæ debeatur ſacerdotibus ex ſcripturis probatur, 293 e Epiſcopi vindicantur a Deo, 263 d Epiſcopus contemnens non eſt cum Chriſto, 403 b Epiſcopo aſſurgendum, 592 c Epiſcoporum auctoritas, 87 a Schiſmata ex contemtu epiſcoporum, 264 c Epiſcopus poteſt de diacono contumelioſo ſtatim vindicare, 293 b Gemitum id habetur collegæ amore, ibid. Diaconus in Epiſcopum contumelioſus audaciæ ſuæ pœnas enixiam agere debet, 244 c Epiſcopus, etſi legitime ordinatus, jam epiſcopus non eſt ſi ab unitate recedat, 257 a Si depoſiti ob idololatriam Epiſcopi in furore permanſerint ſeparandus ab illis populus, 240 c Epiſcopus adulter atque extraneus, 251 d Epiſcopis conceſſa libertas in rebus non decretis, 397 d 255 a 296 c Rationem actus ſui Domino ſolo reddent, 399 d

Epiſcoporum electiones quomodo faciendæ, 254 d Electionis epiſcopalis forma, 250 f Epiſcopi ſine ordinationes lege conſtituunt, 399 f Epiſcopatum nomina dante. ibid. Epiſcopi qui eligendi 283 a Epiſcopi ſunt ſacerdotes Dei, & Chriſti, 252 b Epiſcopi non ſit laiqueſſo nec concupiſcibili, 497 a Epiſcopi ſint & integri, 240 d Epiſcopi debent eſſe humiles, 563 e *&c. Cypriani Opera.*

Epiſcopi potius major eſt in gaudio communi, 35 b Epiſcoporum conventus unus, 520 e Epiſcopatus vigor, 175 d Nihil epiſcopum terrere debet, 175 c Adſcribetur epiſcopi in die judicii ſi ovem laucam non curaverint, 252 a Oportet epiſcopum non tantum docere ſed & diſcere, 297 a Ille melius docet qui quotidie creſcit & proficit diſcendo meliora. ibid. Epiſcopum docet præſentibus fratribus immolari, 400 c Epiſcopi procuratores Evangelii avij. Epiſcopus providere debet paci & tranquillitati, 162 d Epiſcopi poenitentia ſubmiſſi, 256 e Epiſcoporum plurimorum vitia ante perſecutionem Decii, 575 d Epiſcopi peſſimæ converſationis 657 c Epiſcopi quidam ſacrificaverunt Idolis, 251 e Epiſcoporum male viventium damnatio, 230 d Epiſcopus epiſcopi, 265 c Epiſcopus epiſcoporum nullus eſt, 597 c Non minor auctoritas epiſcoporum in Africa, 283 h

Epiſcopium, idest Spiritus Sanctus, xvij.

Epiſtola clerica, 30 c authentica, 31 a

Epulæ ſuperiores vitandæ, 43 a epulis inque canis imbuere, 292 a

Equuleus extendens, 5 f Equuleo corpus extenſum, 610 e

Eremici ſpiritus, 35

Error pro veritate, 384 d Errandum ideo non eſt quia aliquando erratum eſt, 286 b Erranti ſimpliciter ignoſci poteſt, 280 b Errori adhærens prudens & ſciens peccat, ibid. c Errantes ſequi non oportet, 303 f Errorem alieni particeps, 295 c Error conſuetudinis, 308 f Obſcura erroris, 600 c Error ſchiſmaticus & hæreticus, 256 h

ESAU primatus ſuos perdidit, 287 a 498 c ſtetit ſuo Jacob inimicus.

Ethnici & publicani, 517 a Ethnicorum mores corrupti, 3 a Chriſtianos oderant antequam noſcant, 458 d

ETECUSA, 72 h

Evangelica lex, 252 e 280 d Evangelii primi dictatores angeli, ibid. Evangelii corruptores, 400 c Lex evangelica & Dominica traditio ſervanda, 231 e Per evangelium martyres ſiunt, 94 e Martyres nihil poſſunt contra Evangelium, 379 f Evangelium non poteſt in parte conſiſtere, & in parte nutare ibid. Evangelici ſacramenta omnes, 255 d Fruſtra Evangelium afferere volunt, qui ſe ab Eccleſia ſeparant, 252 h

EVARISTUS de epiſcopo jam nec laicus, 246 e Evariſtus ſchiſmaticus, 241 c 242 a

EUCHARISTIA eſt ſanctum Domini corpus, 48 d Euchariſtiæ ſumtio, 326 a Euchariſtiam facere, 398 c Invocatione non contemptibili Euchariſtiam facere, 306 h Chriſtus ſuum corpus & ſanguinem obtulit, 326 h ſacrificium patri ſeipſum primus obtulit, 332 a in ſui commemorationem fieri præcepit, in ipſe Patri offeretur, 330 a Euchariſtiam ſanguinis dare eſt ſanctum Domini corpus profanare, 50 d Domini corpus inquinatis manibus accipere, 380 d ore polluto ſanguinem Domini bibere. ibid. Ad ſanctum Domini ſordidis manibus accedunt, 377 f. Exhalantibus ſcelus faucibus Domini corpus invadunt, 377 f Vis infertur corpori & ſanguini Domini, 378 b Plus in Dominum manibus & ore delinquunt quam cum negaverunt. ibid. Vide *Lapſi.* In Corpore violato Euchariſtia non permanſit, 380 d Tanta eſt poteſtas Domini, tanta Majeſtas. ibid. In Euchariſtia corpus, & ſanguis Domini, xcv. Vivificantia myſteria ſacramentalis guſtu ſumuntur, una caro cum Chriſto & unus ſpiritus ſumus, ſerv Corporalis ſubſtantiæ retinet ſpeciem, ſed virtutis divinæ invisibilis efficientia probat adeſſe præſentiam, xcv. Panis iſte & calix benedictione ſolemni ſacratus, holocauſtum eſt ad purgandas iniquitates, xcv. Non effigie, ſed natura, omnipotentis verbi fit caro Chriſti, xcvij Æque omnibus portio datur & tamen integra erogatur, c Incorporatur non injuriatur, recipitur non includitur. ibid. Dominus uſque hodie hoc veraciſſimum, & ſanctiſſimum corpus ſuum creat, ſanctificat, & benedicit, c. Hujus ſacramenti Chriſtus ſummus ſacerdos, inſtitutor, & auctor, cviij Cunis pro Euchariſtia in manibus hominis qui negaverat, 382 f Dominum diſcedit cum negatur, ibid. Euchariſtia geſtata in manu, 580 a 496 f dextra qua Domini corpus accepit, ipſum complectatur, 200 c Sanctum Domini in arca reconditur ad domeſticas communiones, 582 f Firmilianus indignatur quod non baptizati contingant corpus & ſanguinem Domini, 309 d quam cauſe proredere dicunt qui corpus Chriſti ſecum ferunt, 602 d Euchariſtia quotidie percipitur, 296 a Euchariſtiam quotidie accipimus, 400 a Euchariſtia apud hæreticos fieri non poteſt, 265 e

In Euchariſtia ſanguis Chriſti, 329 f Vini mentio ut Domini ſanguis intelligatur, 329 c Si vinum tantum quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis, 330 a Si aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. ibid. Sanguis Chriſti non offertur, ſi vinum deſit calici, 328 c Non poteſt videri ſanguis Chriſti eſſe in calice, quando vinum deſit calici, 325 d Vino Chriſti ſanguis oſtenditur, ibid. Uvam Chriſtus ſanguinem ſuum dixit, 328 c Aqua ſola non poteſt exprimere Chriſti ſanguinem, 329 c Sanguinem Chriſti non poſſumus bibere, niſi Chriſtus calcatus prius fuiſſet, 329 c Redolere per ſaporem vini ſanguinem Chriſti, 232 f Sanguinem propter Chriſtum fundere non poſſumus, ſi ſanguinem Chriſti erubeſcamus bibere, 330 e

Euchariſtiæ effectus, 329 h c Epotato ſanguine Chriſti exponi ac memorare veteris hominis. ib. c Dandus Chriſti ſanguis pœnitentibus, ut ſuum pro Chriſto fundant, 572 c Fideles quotidie bibunt ſanguinem Chriſti, ut pro Chriſto ſanguinem fundant, 196 a Idoneus non eſt ad martyrium quem non accepta Euchariſtia erigit 570, c Euchariſtia accipientibus tutela, 572 a ora poſt corpus & ſanguinem Domini idolorum reliquias exſpuerunt, 370 a ſanctificata ora cæleſtibus cibis. ibid. Euchariſtia accipienda cum timore, 503 h Oramus ut intercedente aliquo graviore delicto abſtenti a Chriſti corpore ſeparemur, 401 a Euchariſtiæ non prodeſt indignis, 381 c Chriſtus eorum panis qui corpus ejus contingunt, 400 a Panis noſter Chriſtus, 400 f Unanimitatem Chriſtianorum ipſa etiam dominica ſacrificia declarant, 318 c Euchariſtia nihil prodeſt ſine operibus, 379 f Euchariſtia eſt unde baptizati ungantur, 269 c

EUCHRATIUS epiſcopus, 207 a Euchratius a Thenis, 601 h

EUGENIUS ab Ammedera, 602 d

EUNOMIUS cevij.

EUTYCIANUS epiſcopus, 268 a

Exaltationis contentio non poteſt eſſe apud Chriſtianos, 506 e

Examinandum eſt per multos quod per multos commiſſum eſt, 59 d

Exarmatur fides populi, 180 e

Excelſus, 19 a

Excitans de preſbyterio, 559 e

Exempla ſunt quæ facinora eſſe deſtiterunt 4 f

Exemplum conſtituere in poſterum, 92 e

Exerrans avis vecl itineris, 403 e

Exitus glorioſæ mortis, 209 b

Exhomologeſis, 45 c 51 c 53 d 56 a 57 h 186 f 78 a 158 a 200 c 178 a 381 a 181 f 383 e Secundum diſciplinæ ordinem ad exhomologeſin venitur, 49 c 54 d Daniel poſt innocentiam gratiam facit exhomologeſin, 383 f 389 a

EXORCISTARUM poteſtas, 303 c Exorciſtæ cujuſdam laus, 305 f exorciſmorum 215 a 451 e

Exorcizare dæmones 612 d

Expeditionis dies, 406 c

Exploratio diligentiæ, 130 d Exploratio Dei, 390 h

Expungere neceſſitates fratrum, 215 e

Expugnator domeſticus, 376 h

Extollicatione diligere, 404 c

Extorres, 58 h 59 h 67 b 70 d 218 h Extorres & profugi, 252 d Extorres bonis omnibus ſpoliati, 58 h Extorris cathedræ & plebis, 241 e

Exultantia in ſenſu, 330 d

F

FABIANUS nobiliſſimæ vir memoriæ, 99 c Fabianus Papa, 280 c Fabiani papæ exceſſus, 99 c Fabianus epiſcopus Romanus, 317 e Fabiani locus, idest, Petri cathedra, 252 a

Fabula gruis humana, 610 c Fabulis ſtudentibus, 1 h

Facies incorrupta, 360 a

Facilitas ſua moleſtus, 78 e

Facinoris veritas dolore corporis exprimitur, 437 a

Factio hæretica prævaricatis, 241 h Factio deſeregans, 109 h

Factura Dei adulterari non debet, 318 c

Facultas tranſgreſſionis, 204 a

Facundia venenata, 205 c

Fallacia odioſa fidelibus, 324 c Fallacia cæca & tenebroſa, 391 e

Fallaris, 436 f 526 c

Fames æterna, 218 h

Fasces duodecim conſulum, 612 e

Faſcinemus nos ſuadere, 2 c

Trea fata, 71 h

FAVORINUS acolythus, 70 h

FAUSTINUS epiſcopus, 176 c Fauſtinus Lugdunenſis, 247 a

FAUSTUS epiſcopus, 253 e Fauſtus a Timida regia, 604 f

Favor ad inflammandam fidem, 84 c

FEBRIS dedicata, 450 d

FELICIANUS acolythus, 280 h

FELICISSIMUS ſchiſmaticus, 224 h 227 b 279 e Minatur ſecum in morte non communicaturos, qui obtemperaverint Cypriano, 226 h Preſbyterum ejus, 228 e Quinque Preſbyteri ei copulati, 280 a Abſtentus a Cypriano, 226 c Satelles Novati, 245 a Fuſtes & gladios & lapides minatur, 276 h Datum abſtentus e plurimis epiſcopis, 272 a Romam venit, ſed ab Eccleſia pellitur, ejus ſcelera, 275 a Pars Feliciſſimi nec de ſacrificatis, nec de hæreticis, ita a Epiſcopos poteſt colligere. ibid. Plures ſunt qui adſtiterunt judicio ſchiſmaticorum, quam qui eos ſequantur, 285 c

FELICISSIMUS catholicus, 358 e

FELIX epiſcopus, 260 c 271 a 243 c h 269 a Felix de Coloſſugalta, 256 e Felix in metallo conſtitutus, 327 a 391 a 355 h Felix a Bagai, 600 d Ab Uthina, 601 f A Marazana, 603 a A Buſlacenis, 603 b A Gurgitibus, 605 f Ab Amaccora, 610 d Felix preſbyter, 253 a Felix ſchiſmaticus, 287 d Felix, cccxij.

Femina fortior viris torquentibus, 351 e Feminarum Chriſtianorum laus, 338 a Feminarum blandimenta timendo, maſculorum ſævitiam conterendo vincimus, cxis. Acvleus proximus forma feminæ, cclx. Mortis conditio de muliebri ſubſtantia. ibid. Per mulierem liberavit nos Chriſtus, ibid. Scandalum quam ſedulo vitandum, cl. maxime clericis. ibid. Fruſtra dicit: volo habere quod alacam, et in ſingularitate non deſunt quotidiani triumphi, clx. Feminarum ſodalitas quam periculoſa, clx. qui ſibi contimet, aliud debet timere ibidem. Inde non ſequitur feminas in domum orationis venire non debere, clv Cur aliud ibid. Jam Deus ut in Eccleſia cum feminis triumphemus, clx. ſubbet ut privatim pugnas femineas cantamus, clv.

Feris corpus objicitur, 613 d Feræ religione ſupe-

ſuperatis, 614 e Fetæ pariunt, 422 e Feræ rabida nutriunt in pœnam hominis, 612 a
Fideles ſunt filii Abrahæ, 126 d Fidelem debere eſſe innocentem, 583 a Fidelis cur emendetur, 586 b Fidelis non debet vivere gentiliter, 582 b
Fides noſtra debet eſſe ſimplex, 585 c Fidei primum lineamentum, 535 b Fides majeſtas, 58 a Fidei & veritatis unanimitas, 502 a Fides una eſt, 351 a Fidei unitas de Deo petat & de Jeſu Chriſti traditione veniens, 294 d Secundum fidei merita tantum quiſque accipit, quantum ſe credit accipere, 520 f Deus ſanguinem noſtrum non deſiderat, ſed fidem quærit, 467 a Fides multum prodeſt, 583 d Fidei robur immobile, 175 e Fides invicta, 170 b Fidei vigor ſincerus, 60 d Fides Chriſti tenenda, 86 a Non perveniri poteſt ad Deum patrem niſi per filium ejus Chriſtum, 579 e 558 d Populus ex Ægypto non evaſit niſi ſanguine & ſigno agni, 441 b Solus evadet in fine mundi quiſquis in ſanguine & ſigno Chriſti inventus fuerit, 265 a Apud ſchiſmaticos fides ſana eſſe non poteſt, 617 f Fides apud hæreticos ſana eſſe non poteſt, 437 f Fides & perfidia nulla poteſt eſſe ſocietas, 186 e Fidem recuperare, 68 a Fides jacens & pæne dormiens, 373 f Fides ſcabra, 630 f Fides caduca accipientis, 520 f Fides certa futurorum, 527 a. Fide mundantur corda, 644 c
Fidendum in Deo ſolo, 575 c fidentium robur, 154 a
Fiducia in quæſtione, 400 a
FIDUS epiſcopus, 211 a
Figmenta terrena, 499 b
Filiorum amor, 345 c filii bene tractandi a patribus, 541 c filios non decet eſſe degeneres, 601 b filius iuſti patris injuriam vindicat, 284 e filii mali pœnitentis deſcriptio, 136 a filii Eccleſiæ, 421 c
FILIUS Dei. Vide *Chriſtus*. Filii generatio, clxxxij. clxxxiij. Incarnatio, clxxxvij. clxxxix. Cur crucifixus? cxcj. quomodo chirographum deleverit, cxcij.
Filii Dei nuncupantur, 418 b Filii Dei facti per Chriſtum, 441 c Filii Dei qui ſint, 473 e 510 c Filii Dei debent eſſe pacifici, 406 a
Finis ſæculi appropinquans, 524 f
FIRMILIANUS epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, 301 Cypriani ſcripta quaſi propria ſuſcipit, 300 d ejus ſtudium & amor unitatis, 300 b 301 f Contumelioſe dicta in Stephanum, 309 f, 312 a, 308 a, 308 e. Cypriano reſcripſit annis fere viginti & duobus poſt Alexandrum imperatorem, 305 b
FIRMUS martyr, 74 b
Fiſco vindicata bona Chriſtianorum, 340 b Fiſcus invadit, 583 f Fiſcus tenet poſſeſſiones autorum, 69 b
Flagra ſpiritalia, 418 b
Flamma jugis, 435 e
Flammei capilli, 359 a
FLORA mater, 450 a
FLORENTIUS Pupianus, 261 a
Floriatorum miniſterium, 70 d
FLORUS, 164 a
Flumina quatuor, id eſt quatuor Evangelia, 281 d
Fluxu ſanguinis mundus intremuit, 616 b
Fœnerari non licet, 584 e Fœnera Deo patrimonium ſuum, 357 b
Fons ſignatus, 317 a Fons Eccleſiæ ſignatus, 309 f Fons via modico ſudore diſtillat, 434 a
Fœtus ſu ara in ſeminis, 374 a
Formidoloſitas, 619 b
Fornicatio grave delictum, 585 f
FORTUNATA martyr, 74 b
FORTUNATIANUS epiſcopus, 230 a
FORTUNATUS epiſcopus, 107 a, 114 a, 169 a, 201 a, 253 a, 257 a Fortunatus, 503 a Fortunatus a Tuchabori, 600 f Fortunatus presbyter, 56 d Fortunatus ſchiſmaticus, 174 a, & ſeqq. Fortunatus hypodiaconus, 52 b, 56 b
FORTUNIO martyr, 54 b
Fori vitia, 5 f
Frangere virum in feminam, 5 b
Fraternitas rupta, 105 d Fraternitatis vinculum caritas, 497 a Fratrem non circumveniendum, 592 e
Fraus mortale crimen eſt, 496 f Fraudibus involuti, 281 f Fraudatores & mœchi, 257 c
Frendentes mina populi, 614 e
Frondea ſecta, 1 b
FRUCTUS martyr, 74 b
Fruges boni operis, 83 e
Frumentum eſſe peſſimus, 146 e
Fuci adulterini, 359 b
Fugiendum in perſecutione, 375 f Relinquenda patria & patrimonium, 396 a Fuga Chriſtianorum in perſecutione, 505 d Fuga in perſecutione laudata, 173 b Non minor eorum gloria qui in fuga pereunt, 148 a Fugam horrere non debent qui a grege interim neceſſitate temporis excipere non ſpiritu ſeparentur, 197 f de clericis qui in perſecutione receſſerunt, 52 b pœna illis impoſita, 92 a
Fumus tuum perituræ cupiſti, 383 e
Fumoſa mentis odium, 524 a
Furni, 604 f Furnitana plebs, 245 a
Furor inſanabilis, 240 e
Furta ſpiritalia, 232 a
Fuſtibus cæſi, 328 a Fuſtibus contundere, 377 a
FUTURUS ornillarius Privati, 96 e
Futurorum fides, 380 a Futurorum metum nemo cogitat, 406 d

G

GAJUS Diddenſis, 92 a
Galatia, 304 e
Galea ſalutis, 85 b Galea ſalutaris, 200 e
GARGILIUS epiſcopus, 268 a
Gaudium pectoris lacrimis experimenter, 536 b Gaudium ſemper properat, 106 b Gaudendum cum caſi noſtri cœunt, 463 e Gaudendum eſt in mortibus Chriſtianorum, 345 b Gaudebundus, 375 f
Gazanfala, 606 a
Gehennæ perpetuæ deſcriptio, 415 f
Gemelli, 606 e
GEMINIUS Victor, 245 a Geminius epiſcopus, 253 a Geminius a Furnis, 603 f
Gemma bibere, 6 f
Genas mendacem ruboris inficere, 358 e
Genealogia equorum, 512 b
Gentium vocatio prædicta, 451 c Gentium converſio ad Chriſtum, 186 a Gentilium infelicitas, 580 b Gentiliter vivere, 272 b, 150 a 253 e Gentilium conditio alia a Judæorum ratione, 283 f Gentes magis in Chriſtum credituræ, 580 b Gentes magis pervenient ad regnum cœlorum quam Judæi, 542 b Gentiles Deum patrem agnoſcunt, 604 d Gentiles ſæpe contemnunt dolores, 347 f Gentilium matrimonia vetita, 584 b
Genetis ſublimitas, 109 a
Germaniciana, 603 e
Geſtus turpes & molles, 257 b
GETULICUS, 76 a
Girba, 600 b
Gladius ſpiritalis, 200 b Gladius ſpiritus, 83 b Gladii ſubvertendæ veritatis, 279 d
Gladiatorum infelicitas, 484 d
Gleba ſterilis, 435 a
Glomeratim, 32 b
Gloriandum in nullo, 565 e Gloriandum in ſolo Deo, 571 c Gloriarum ſublime faſtigium, 307 d Gloriarum veſtigia, 62 a Gloriæ cœleſtis cupiditas, 99 b Gloriam veſtram noſtram computamus, 81 c Gloria gemina, 330 c
Glutinum concordiæ, 405 a Glutinum concordiæ mutuæ, 255 c Glutinum cohærentium ſacerdotum, 265 a
Gomor a ſingulis æqualiter colligebatur, 522 d
Gor, 603 d
GORDIUS presbyter, 34 d
Gracilia fratrum corda, 175 e
GRÆCA certamina, 611 f Græca libidinis fabula, 612 a Græcorum regnum, 450 b
Grana multa panem unum faciunt, 232 b Grana pretioſa ex auribus dependentia, 358 d Grana ſortita contemnunt exitus, 465 b Granorum meliorum admixtione, 318 e
Gratiarum actiones nec in perſecutione ceſſaverunt, 371 b
GRATIA cœleſtis & ſpiritalis, 518 f Gratia dominica, id eſt baptiſmum, 301 d, 322 b Gratiæ maturantis compendium, 5 b Gratiæ conſummatio, 309 c Gratia & veritas una, 290 e Gratiæ ſpiritalis nativitas, 417 d Gratia Dei gratuita, 594 a Deus non accipit perſonam nec ætatem, ſed omnibus ad gratiæ conſecutionem ſe præbet patrem, 202 a. cœleſtis gratia ſine acceptione perſonæ, 322 d Gratia pro ætate major aut minor non tribuitur, 322 c Spiritus Sanctus non de menſura, ſed de pietate atque indulgentia paterna æqualis omnibus præbetur, 272 a Gratuitum de Deo munus & facile, 8 a Converſio cordis poſſibilis non videbatur Cypriano, 3 a Quomodo mutatus. Ibid. b Gratiæ ſpiritalis neravitate repleti filii Dei eſſe cœperunt, 417 d Surdi auditum gratiæ ſpiritalis admiſerunt, 396 a cæci oculos ad Deum aperuerunt, 355 b Nihil adverſum nos poteſt diabolus niſi Deus ante permiſerit, 403 e Major Dominus ad protegendum quam diabolus ad impugnandum, 330 a Major eſt qui in nobis eſt, quam qui in hoc mundo, 45 a Non plus poteſt plaga terroris quam tutela divina. Ibid. Inexpugnabilem fidem plagæ ſuperare non poterant, 45 c Non plus valent humana conamina quam divina tutela, 185 a Nihil poteſt ſeparare credentes a Chriſto firmiter adhærentes, 48 f Nunquam in probationibus auxilium credentibus defuit. Ibid. Vinci non poteſt virtus ad prælium prompta, 518 a Vide 399 d. Manet tamen propriæ libertatis arbitrium. Ibid. Adhærens Chriſto vincit diabolum quia Chriſtus invictus eſt, 503 d Schiſmatici Domino adjuvante per ejus miſericordiam regredi poſſunt, 144 e Difficile non eſt Deo inſpirare confeſſori conſtantiam, 310 e Gratia vit in martyribus, 96 c Martyrium ex alto tribuitur, 615 c Totum eſt dominicæ promiſſionis & muneris. Ibid. Divina dignatione contingit, 83 e Non periculum conſiderandum ſed Dei auxilium, 520 f Chriſto victoria debetur & pugna, 617 e Victoria datur a Deo, 174 e Deus victores ſua dignatione facit, 313 d, 377 a Maculam priſtinam abſtracta ſibi Domino priore ætate deleverunt, 65 a Deus offert quo neſas fuerat optare, 621 b Tantum quiſque tentatur, quantum poteſt ſuſtinere, 503 a Deus remanerat in nobis quidquid ipſe præſtitit, 330 a Homines quod ipſe fecit. Ibid. Non periit olim quem conſtat eſſe periturum, 544 b de caſtris divinis petendum auxilium, vj. Solus Deus potens eſt plena hominibus auxilia præſtare. Ibid. Nemo ſibi aliquid aſſumat, 414 a Nemo confeſſionis aut paſſionis gloriam ſuam ducat. Ibid. Totum Deo dandum, 414 b Quis et de ſæculo natus eſt, cui Deus in ſæculo natus eſt, 414 c Chriſti eſt virtus qua repugnamus, 617 c Noſtrum nihil eſt, 565 e Omnis noſtra obſervatio ad Deum convertatur, 423 e Spiritum & veritatem de Chriſti ſanctificatione accepimus, 415 a Quales nos fecit Deus in ſecunda nativitate, tales vult renatos perſeverare, 403 a Nemo ſuis viribus fortis eſt, 414 c Deo quum obſiſtit quominus quod vult faciat! Ibid. Petimus ut nomen Dei ſanctificetur in nobis, 418 e ut ſanctificatio & vivificatio in nobis Dei protectione ſervetur, 418 e ut fiat in nobis voluntas Dei, 415 c ut Dei voluntas fiat in corpore & ſpiritu, 420 a ut in illis non credentibus fiat voluntas Dei, 420 f ut facere poſſimus quod Deus vult, 419 c In nobis per ſidum noſtrum voluntas Dei facta eſt ut eſſemus e cœlo, 420 d Opus eſt Dei voluntate ut fiat in nobis voluntas Dei, 419 e Sanctificatio nobis de Dei dignatione confertur, 418 d Petamus ut in eo quod eſſe cœpimus perſeveremus, 418 a Virginitas perſecutionem non poteſt timere, dum illam de ſecuritate poteſt provocare, iij. Orandus Deus ut vires ad implenda quæ cognoſcimus tribuat, j Solus potens eſt Deus plena hominibus auxilia præſtare, vj.
Gravitas ſacerdotalis, 125 e
Gremia ſua, 574 f
Gregis Domini corpus, 531 c Gregem cuſtodit vice paſtoris Romanus clerus, 15 b grex unus paſcitur ab univerſis epiſcopis, 150 b gregem Chriſti lacerare, 155 b
Gubernatione navis in tempeſtate dinoſcitur, 463 b
Gurgites, 603 f

H

HAbitacula penes patrem multa, 615 b
Hadrumetina colonia, 133 a
HEBION, cevij.
Hæreſes & ſchiſmata, 400 a Hæreticæ pravitatis faſtus, 491 b Hæreſum & ſchiſmatum venenata perutiet, 423 d Hæretica pravitatis obſtinatio, 539 a Hæreticæ noctis tenebræ, 310 a Hæretica tentatio, 118 d Hæreticæ peſtes, 153 f Hæreſes unde ortæ, 177 f, 164 a, 300 c, 400 e Hæreſes ex contemptu ſacerdotum oriuntur, 177 f, 194 e, 269 a Quia ad veritatis originem non reditur, 376 d ex livore & invidia, 504 e Venientibus ab hæreſi manus imponitur ut accipiant Spiritum ſanctum & ſignentur, 280 c Manus impoſitio in pœnitentiam, 293 e, 294 a Ita factum ſub Apoſtolis, 272 b Hæreſiarchæ amplius presbyteri & diaconi ſedentes laicis communicant, 258 b Hæreſes prædictæ, 402 d Permiſit hæreſes Deus, ut probatorum fides eluceſcat, 399 a Hæreſis non Deo ſed diabolo generat, 500 b Parit & exponit, 307 a Non eſt ſponſa Chriſti, 295 e Confeſſio in hæreſi prodeſſe non poteſt, 238 d Hæreticorum variæ opiniones, ccvij.
Hæretici a ſemetipſis damnati, 105 c, 190 b, 318 b Hæreticos facit impatientia, 478 f Hæreticorum inepte, 279 f, 304 b, 594 a Corruptores Evangelii falſa interpretatione, 400 c Hoſtes veritatis, 603 e Hæreticorum eſt calumnias neſcere adverſus Eccleſiam, 629 e Hæreticorum unit, 245 c hæreticorum præpoſiti falſi ſunt Chriſtiani, 558 a hæreticorum pravitatem deteſtati ſunt Apoſtoli, 182 f Non habent nec Patrem nec Filium nec Spiritum ſanctum, 600 b Euchariſtiam facere poſſe hæreticos negatiſ, 598 a Non habent poteſtatem ſolvendi aut ligandi, 604 b Nullam habent poteſtatem, 315 b, 304 b Nihil habent, 605 e Spes nulla, fides falſa apud hæreticos, 507 e Pejores ethnicis, 404 b Fatentur adverſarii Cypriani univerſos hæreticos non habere nec dare poſſe Spiritum ſanctum, 294 d, 310 d Stephanus confitetur Spiritum ſanctum apud hæreticos non eſſe, 304 d Nulla differentia inter pſeudoprophetam & hæreticum, 325 b Omnes hæretici & ſchiſmatici, nullo excepto, adverſarii ſunt Chriſti, 330 a Omnes antichriſti, 326 a Soboles antichriſti, 601 e adverſarii ſunt & antichriſti, 314 b Hoſtes Chriſti, 600 e Non ſunt Chriſtiani, 501 d Hæretici phantaſmata ignota Dei illis fingentes, 304 a Hæreticorum in blaſphemando creatore conſenſus, 304 a
Hæretici vitandi, 403 a 501 f Ave non dicendum, 606 d In domum noſtram privatum admitti non debent, 606 e Æmuli ſacerdotum, 401 e Non colliguntur in nomine Chriſti, ibid. Sacrificia celebrare ſe credunt, 402 e Hæreticis ordinare aut manum imponere non licet, 304 e Se ultro proſtituunt, 394 f Eorum ſacerdotium non eſt a divina diſpoſitione, ibid. Epiſcopi non ne epiſcopatum dante, ibid. Non prodeſt ad ſalutem hæretico baptiſma ſanguinis, 285 e Martyres hæretici eſſe non poſſunt, 400 c Martyrium in hæreticis non corona fidei ſed pœna perfidiæ, ibid. Extra Eccleſiam occiſus non coronatur, 404 a Hæreticus non poteſt donari honore martyrii, 638 d Miracula etiamſi faciant hæretici, nihil eis proderit, 401 a Ab hæreticis virtutes ſunt in nomine Jeſu, 639 d Prophetiæ donum nihil prodeſt hæreticis, 403 a Non idcirco aliquid non faciendum, quia et ab hæreticis, 278 b
HELIAM Achab conatus opprimere, 522 b Helias paſtus a vidua paupere, 401 f Helias auriga Iſrael, 610 b, 611 a In ſolitudine paſcitur, 480 a Chriſti typum gerens, 483 a
HELISÆUS viviſicat infantem eidum, 211 d
HELCANA habuit uxores duas, 534 e
HENOCH incircumciſus, 537 a
HERCULANEUS epiſcopus, 225 b, 257 b, 170 a, 287 a
HERCULES concrematur, 449 b
Hereditas eſt in toto quæ Deo cuſtode ſervatur, 483 f
HERENA martyr, 74 b
HERENNIUS martyr, 74 b
HERENNIANUS hypodiaconus, 334 b 333 d 335 b
HERMES Triſmegiſtus, 450 b
Hiara ſolo civitates devorata, 305 f
Hiberna, 61 d

Hiems perſecutionis, 61 d
HIPPOCRATES, 311 f
Hippo Diarrhytorum, 605 a
Hippo regius, 600 d
Hiſtrio artem ſuam docens, 107 a Ad communionem admitti non debet. Ibid. Hiſtrionici geſtus, 8 a
Homicidium mortale crimen eſt, 496 f Homicida reus eſt qui fratrem ſuum odit, 507 a Homicidium cum admittunt ſinguli crimen eſt, 4 c
Homo Deo non poteſt eſſe major, 378 d Hominem ſtare nec moveri, 614 c Homo libertati ſuæ relictus, 278 f Homo novus renatus, 417 b Homo in muliebrem mollitiem diſſolutus, 613 a homines a Deo tentantur ut probentur, 974 b homines inſidiantur & ſæviunt, 422 c
HONORATUS epiſcopus, 191 a, 253 a, 203 b, 167 a, 266 a Honoratus a Thucca, 616 a
Honora patrum & matrum, 284 f honor geminatus, 207 a honor eccleſiaſticus, 108 a honor cathedræ ſacerdotalis, 278 b
Horarum ſpatia, 614 a. hora tertia, ſexta & nona, 426 e, 429 a
Horrea Cælia, 605 c
Horrea claudimur in terris, 436 c
HORTENSIANUS epiſcopus, 171 a, 267 a Hortenſianus a Laribus, 601 b
Hoſtia munda, 344 b hoſtiæ dominicæ veritas, 403 c hoſtia fit homo latrocinio ſacerdotis, 611 a hoſtiarum buſta, 437 c
HOSTILIUS invenit Pavorem & Pallorem, 452 a
HOSTANIS ſententia de forma Dei, 451 a
Hoſtis altaris, 403 b hoſtia caſuggiz, 436 b hoſtes veritatis, 84 b
Hortus concluſus, 347 a horti Cypriani, 348 b
Humilitas ſanctitatis fundamentum, laxij. humilitas in omnibus tenenda. 572 a humilitas commendatur, 34 a, 36 b, 37 d humilitatis et patientiæ exemplum, 244 b humilitatis magiſter Chriſtus, 197 d
HYGINUS nonus in Urbe epiſcopus, 593 f
Hypocritæ deſcriptio, lxxxvij.

I

JAcens ſtantibus celſior, 109 b
JACOB fugatur a fratre, 520 b
Jactatio diabolica, 463 b
JADER in metallo conſtitutus, 307 a, 335 b
JAMBUS epiſcopus, 253 a, 271 a Jambus a Germaniciana, 603 a
JANUARIUS epiſcopus, 253 a, 203 b, 266 a Januarius a Lambeſe, 999 d Januarius a Vico Cæſaris, 631 d Januarius Muzulenſis, 602 f
JANUARIUS menſis inſtitutus eſt, 446 c
JANUARIA, 76 a
JANUS excepit Saturnum fugatum, 445 e
Janiculum unde dictum, 447 c
JASON Hebræus chriſtianus, cctx.
Jconium, 304 c, 309 b
Ictus agnoſc, 316 a
IDÆA mater deorum, 452 b
Idololatria ſudorum malorum mater, 611 c Idololatris non facile ignoſcit Deus, 555 a, 516 f
Idola derelicta per adventum Chriſti, 376 a Idola dii non ſunt, 524 a Idola quæ gentiles deos putant, 557 b Idola adjurantur & flagellantur a Chriſtianis, 438 b
JEJUNIA commendata, and h jejuniis promereri Deum, 383 b jejunium Chriſti, 493 f &c. jejunio & oratione edomari ſolent dæmones, lxxxvij.
Ignis æternus, 818 d Tormenta inferni nec requiem nec finem habebunt, 451 a Servabuntur cum corporibus ſuis animæ cruciatibus infinitis. Ibid. Malos excedentes æterna flamma torquet, 466 a Ad pœnam rapiuntur. Ibid. Ad ſecundam mortem de hac morte tranſeunt, 463 f Paleæ igne inextinguibili comburentur, 61 a Supplicia æterna, 282 a, 485 a, 299 a Carcer æternus, 455 a juges flamma & pœna perpetua. Ibid Ignis abſumet vetuſtatis ſummæ, 619 c Ignis ſuppliciorum, 621 f Ignis antecedens in die judicii, 644 b Ignis apparet ſuper aquam in baptiſmate, 643 a
Ignoſci poteſt ſimpliciter erranti, 261 b qui perſeverat prudens & ſciens ſine venia ignorantiæ peccat, 262 c
Illecebra ſæcularis, 43 a
Immolatio pereuntium, 381 b immolaſti ſalutem tuam, 375 c
Immortalitas cogitanda, 341 a Immortalitate quomodo potiri poſſimus, 395 c Immortalitas gloriaſa mortis, 115 a Immortalitates martyrum, 83 d Immortalitatem Deus pollicetur, 463 b, 468 d, 475 b
Impetus exardeſcens, 95 e
Inandentia, 61 c
Inceſtæ conjunctiones, 220 b inceſtæ turpitudinis patientia, 5 a
Indulgentia & privilegium ſocietatis, 64 b Indulgentiæ privilegium. Ibid. Indulgentia Eccleſiæ, 185 b Indulgentia Domini, 21 d indulgentia divina, 79 c Indulgentiæ divinæ gratiaƺ, 282 a. Indulgentia pœnitentibus non neganda, 298 b Indulgentiæ medicina, 58 d Indulgentia ſalutaris datur credenti, 442 d Indulgentiam pœnitentibus Dominus pollicetur, 153 d, 158 d Indulgentia de Deo petitur, 422 d Indulgentia humana, 254 b
Indumentum Chriſti, 383 c, 385 b, 398 e
Inertiæ veteris ſomnus, 406 c
Infantes in primo ortu plorantes nihil aliud faciunt quam deprecantur, 203 b Infantes naſcentes incipiunt a lacrimis, 495 f Infantes puellæ ad ſacrificia deferebantur, 380 b Apud idolum panis mero mixtus qui de immolatione ſupererat infantibus tradebatur. Ibid. Infantes parentum manibus impoſiti vel attracti ad ſimulacra, 375 c Amiſerunt quod in primo nativitatis exordio fuerant conſecuti. Ibid. Eorum querelæ in die judicii de parentibus parricidis, 375 d Parentes parricidæ qui infantes ad ſacrificia trahunt. Ibid. Infantium baptiſma, 211 a Infantium martyrium, 198 f
Infeliciſſimi ponti, viij
Infirmorum cura commendatur, 114 a. Infirmis in æſtu ſubveniendum, 171 a Infirmi viſitandi, 574 f
Infulæ honorum, 7 b
Inhumanitas culpanda in epiſcopis, 493 b
Inimicum metuendus cum latentes obrepit, 395 b Inimici deligendi, 584 f
Initiare confeſſionis primordia, 316 b
Injuriam patiuntur qui facere ſe credunt, 181 a Injuriam beneficium vocant, 378 b Injuria omnia contemnenda, 969 a Injuriæ remittendæ, 582 e
Innocens nemo eſt, 456 b Innocentes in ordine ſanctorum primum habent locum, lxxxj. Innocentiæ cuſtos timor, 3 d
Inſcitiatio, 220 a
Inſtitutiones eccleſiaſticæ ſanctitas, 107 c
Intercepta pœnitentiæ lamentatio, 378 b
Interrogatio in baptiſmo, 279 c 306 b
Internecinum baptiſma, 643 d
Invidiæ impetus, 78 c Invidia graſſatur in terris, 509 c
Invidus eſt ſui inimicus, 536 c
Invocatio nominis Jeſu Chriſti, 639 a
JUNIUS epiſcopus, 171 a
JOANNIS baptiſma, 304 c Accepit Spiritum antequam Jeſum baptizaret, 320 f Baptiſma Spiritale futurum annuntiabat, 610 d Sanctificatus in utero matris, 693 c Joannis Baptiſtæ caput, cccxx.
JOB, 379 a 464 a. Job ad ſummum faſtigium laudis provectus, 458 a
JOSEPH venumdatus a fratribus, 504 c 459 b 522 b typus Chriſti, 539 a Joſeph adoleſcens Hebræus, iv. Joſephus, cctxvij. Joſeph conjux Mariæ, adhuc vivebat in Chriſti paſſione, cxlv.
JOVINUS ſchiſmaticus, 280 d
IRENÆUS ab Ululis, 604 c
IRENÆUS Rutilorum, 118 b
ISAAC typus Chriſti, 536 b ad hoſtiæ dominicæ ſimilitudinem præfiguratus, 494 a
ISIACI, eorumque ſacerdotum infamia. ibid. malorum veſtis. Ibid. Caſtos ſe eſſe dicunt cum ſacra celebrant, ibid. Lacerant corpus & ſanguinem fundunt, ibid.
JUBAJANUS epiſcopus, 277 a
Jubilæus annus, cxxvlij.
JUDAS Dominum prodidit, 405 a Judam proditorem Chriſtus ſuſtinuit, 494 a
JUDÆI a Deo receſſerunt, 513 a 531 b prophetas interfecerunt, 534 a Chriſtum 407 d 416 f habent zelum Dei, 358 b Judæis primum erat apud Deum gratia, 452 b quod intelligere non potuerant delictorum meritum fuit, 452 e cæcitate multati ut viam haberent ante oculos nec viderent, 452 f gratiam ſibi datam perdiderunt, 452 c gratiam omnem amiſerunt, 452 d Deſeruerunt lumen, 416 b Scripturas intelligere non poſſunt niſi credant in Chriſtum, 536 a veniam non poſſunt accipere, niſi baptizentur, 542 c Hieruſalem perditurus prædictum, 536 c lumen Domini amiſſurus, 536 d Judæi & gentes duo populi malefactores, cevj horum figuram portabant duo latrones, ibid Judæos colligere voluit Chriſtus, 434 a Judæorum ingratus animus, cctv. reprobatio & pœna cxxvij. Judæorum major inſania quam gentilium adverſus nomen Domini, cctv. Judæi Chriſtum non cognoſcunt, 535 a Non omnium Judæorum obdurata mens, cctx. Judæorum ſacerdotes crucifixo Domino nihil de ſacerdotali honore & auctoritate retinebant, 477 a Falſi facti ſunt ſacerdotes, 144 b Judæi duplicem Chriſti adventum non diſtinxerunt, 452 a Jam non poſſunt Deum patrem vocare, 417 c Judæi apud Chriſtianos potacuri, 227 a gratiam conſecuturi. Ibid. non recipiunt niſi veteres Scripturas, 636 b De iis quæ Judæis deficientibus fierent & certarunt, 457 c Judæorum populus frequenter adverſus Deum murmuravit, 464 a prophanos deos poſtulans, 498 e Judæorum antiquiſſima conſuetudo, 508 a Judaicus populus ad umbram noſtri præfiguratus, 518 c Judæorum baptiſmos, 306 a
Judex ſententiam vendit, 6 a Judicandum non eſt temere, 577 a qui de aliis judicat, aliquando eſto & ſui judex, 436 a Judex gentilis non adeundus, 583 f
Judicium Dei juſtum, quia ſerum, 493 a judicii dies, 220 b Judicium extremum, 378 e In judiciis Eccleſiaſticis crimina probantur a gravibus ntis, 92 c Perſecutis non ſivit ut de ſceleribus Novati ſententia ferretur, 143 a Urgentibus fratribus imminebat cognitionis dies, 144 a Statutum ab omnibus ut cauſa illic audiatur ubi crimen eſt admiſſum, 183 b Illic cauſa agenda ubi accuſatores & teſtes habere poſſunt. ibid. Privatus a lxxx. epiſcopis damnatur, iterum cauſam agere vult in concilio, ſed non admittitur, 160 d Jovinus & Maximus a viiij. epiſcopis damnati, iterum damnantur in concilio Carthaginenſi, 160 d
Jugum vetus & jugum novum, 537 f
JULIA martyr, 94 b
JULIANUS a Marcelliana, 605 a Telepte, 604
JUNIUS epiſcopus, 267 a Junius a Neapoli.
JUNO Argiva, 452 a
JUPITER Creticus, 450 a Jovis amores, 5 b Jovis autem in Creta viſitur, 449 c
JURANNUS epiſcopus, ccxxxj.
Jurare non oportet, 573 c jurare non licet, 461 d
Jura conſentire peccatis, 6 b
JUSTINA, cclxxxvij. & ſeq.
Juſtitia recedente accedit & corona, 429 c juſtitia opus eſt ut promereri quis poſſit Deum, 430 b Juſti vocantur ad refrigerium, 466 a Quiſquis Deo credidit & fide vivit juſtus invenitur, 616 c

K

KALENDARIUM, vj.

L

LAborantes, id eſt pauperes, 814 a 216 b
LÆLIUS diaconus Emitienſis, 156 a
Lacerta non poteſt ferre maras, 206 b
Laica communio, 836 a 176 a Laici ſtantes, 69 d 99 d 149 c
Lamaſba, 616 a
Lambeſe, 599 a
Lana agni per quem redempti ſumus, 514 a Lanas colorare non docuit Deus, 358 c
LAOMEDONTI muros reſtituit Neptunus, 449 b
Lapides coluntur, 437 c
Lapſi in ſuſpenſo diu epiſcopus datur, 78 b 99 d Lapſis medela quæritur in conciliis, 303 a Lapſorum cauſa in conciliis judicatur, 111 d De lapſis deliberatio cum pluribus coepiſcopis, 99 b 57 b 56 c 70 a 92 a. Cypriani conventus de lapſorum cauſa differenda cum Epiſcopis univerſis ſuæ provinciæ & trans mare, 310 b Multi epiſcopi reſcribunt Cypriano de lapſorum cauſa ad concilium differenda, 66 b Facilitas nimia lapſis ſolatium admit æternæ ſpei, 378 c Quomodo pacem petere debeant, 99 f Pacem petant, ſed hoc totum in Sacramento, 220 d Lapſis in exitu pax conceſſa, 200 f quibus conditionibus. ibid. Deus ſolus quid de talibus faciat, 131 a Lapſi non deſerendi, 17 a ſi agant pœnitentiam, periculoſe ægrotantibus ſubveniendum. ibid. 152 b 171 b Lapſi qui libellos a martyribus acceperunt, & prærogativa eorum apud Deum adjuvari poſſunt, urgente exitu pax danda, 55 b 57 b 60 b Lapſi a quinque presbyteris corrupti, 116 d Quidam pacem non petunt ſed ſibi vindicant, 93 a In Cœlo jam ſe illam habere dicunt, 63 c Dicunt Paulum omnibus pacem dediſſe, 94 a Quorumdam convicia in epiſcopos, in confeſſores, in virgines, 161 f Minatur Cyprianus, niſi quieſcant, 94 a Impetus in præpoſitos per multitudinem factus, 77 c Præpoſiti minus fortes pacem dare coacti ſunt, 77 d Lapſi quidam nomine Eccleſiæ ſcribere audent ad Cyprianum, 89 b De cauſa lapſorum diu multumque in conciliis Carthaginenſi deliberatum, 148 a In cauſa de lapſis concilium Carthaginenſe temperamentum ſalubri moderatione libravit, 149 f In cauſa lapſorum ſcripturæ ex utraque parte libratæ, ibid Cauſæ & voluntates & neceſſitates ſingulorum examinatæ, 150 a Singula placentium capita libello conſcripta. Ibid. ſtatutum in concilio ut lapſi agerent diu pœnitentiam plenam, 270 b Concilium Cornelii idem ſtatuit ac Africanum, 150 b Cornelius neceſſitate ſuccubuit in colligendis lapſis, 151 f Sic fecerunt anteceſſores noſtri, ait Cyprianus. Ibid. Lapſorum ſaluti non adulatione ſed ſincera fide conſulendum, 91 b Supplicia ſumta nonnullorum qui Chriſtum negaverant, 380 f Qui pœnitentiam criminis tollunt, viam ſatisfactionis claudunt. 389 a Perſecutione ipſa pejus interficiunt. Ibid Aliud perſecutionis genus nimia indulgentia, 377 d Dominus eum non placatur his qui negaverunt, 384 b Qui communicant cum lapſis non pœnitentibus nocentium contactibus polluuntur, 976 d Ira Dei aſt non intelligere delicta ne ſequatur pœnitentia, 261 b Cumulat crimen qui iraſcitur ſacerdoti vulnus curanti, 380 c Sacerdotes vulnera ſentiunt, quæ ipſi lapſi non ſentiunt. Ibid. lacrimas fundunt pro lapſis. Ibid. Modus ſanandorum animæ vulnerum, 379 d Æger impatiens gratias agat cum ſenſerit ſanitatem. Ibid. Qui peccanti adulatur, peccata nutrit, 377 c qui redarguit promovet ad ſalutem. Ibid. Non deſiſtendum lapſorum animos curare quamvis reſpuant medicinam, 95 b Gaudebunt poſtea ad tuſciem dilatos ſe eſſe medicinam, 65 c Danda non ſunt ægris quæ ſanorum ſunt, 86 a In ſecretis cordis mavellandus & conſecrandus eſt animus, 86 b Obeſt lapſis qui peccata dimittit contra Domini præceptum, 378 f Non debent nutrire morientium vulnera, 377 a De iis qui lapſos armant ad periculum proprium, 95 c De ipſa mora magis conſulitur lapſis, 66 c de tarditate remedia præſtantur, ibid. Qui lapſis plauſibiles eſſe cupiunt, magis obſunt, 49 a 51 d Adverſus eos qui lapſos mendacio captioſo vocat invitant, 119 a Quidam epiſcopi deificam diſciplinam negligunt & cum lapſis epiſcopi communicant, 158 b Schiſmatici omnibus lapſorum adhuc ſeminibus communionem dederunt. 180 c Injurioſi in epiſcopum presbyteri qui lapſis inconſulto pacem dederunt, 50 51 c 53 c Cuendum ut nec improbi facilitatem pronam laudent, nec vere pœnitentes crudelitatem accuſent, 301 a Vigor in improbos, lenitas in lapſos pœnitentes, 134 c Juſta moderatio in lapſorum cauſa tractanda, 148 a, cenſura & medicina. Ibid. Nec duri nec ſoluti eſſe debent epiſcopi in lapſis curandis, 154 d Sic cenſura vigoris exhibenda peccatoribus ut medicina non denegetur, 148 b Omnibus pœnitentibus pœnitentiam fructus concedendus, 151 c Lapſorum pœnitentia tunc reſpuenda, ne cum uxore & liberis in hæreſim vel ſchiſma rapiantur, 151 a Lapſis pœnitentibus pacem eſſe dandam probatur ex Scripturis, 153 d a 158 b In lapſos pœnitentes Dei miſericordia, 6 a-
Deus

Deus omnibus pœnitentibus blandiens, 238 a Lapſis mitibus & humilibus gratulatur Cyprianus, 90 a Ancalat cl Deus quid tales ſacrì de ejus benignitate mereantur, 90 b de lapſis confeſſores & martyres fiunt, 233 c Lapſi glorioſa confeſſione reſtituti, 223 b Victi primo, deinde victores in ſecundo prælio, 377 a Lapſi in perſecutione Deciana victores in ſequenti, x. Non omnes ſunt ſed ſemianimes qui perſecutione ſauciati ſunt, 183 c Lapſis pœnitentibus dandam eſſe pacem Cornelius & Lucius cenſuere, 250 d Venia petitur lapſis mulieribus quia confeſſores ſuſceperant, 70 c Lapſus qui ceteros hoſpitem excepit, aliter multas animas eruncas quæ pro una ſaucia deprecantur 230 e Lapſi abſtrerunt nimis delictum, qui iterato tenti cautores facti ſunt 29 a Pax illis reddenda. Ibid. Variæ conditiones & cauſæ ſacrificantium, 252 a di mulieres quæ donum metuunt ne ſacrificarent, 71 b Qui cruciatibus ceſſere pœnitentiam agunt, 169 b Conſulitur Cyprianus an iis ſufficiat pœnitentia celebrandi ineuntis 170, a Rogatur ut ea de re in concilio deliberet. Ibid. Reſpondet ſufficere; ſe ſumma deliberaturum in concilio. Ibid. Exſpectationem habent qui tormentis ceſſerunt, 399 b Deprecabantur lapſi quidam & poſtea victores vulneribus & laceratione. Ibid. Lapſi promittunt Cypriano ſe fortiter pugnaturos, 171 a ſpes conſequendæ pacis armat ad prælium lapſos, 153 f inſtante perſecutione pax datur iis qui a primo lapſus die pœnitentiam egerunt, 171 d cauſæ ſingulorum examinatæ, 174 b Jacent ſub diabolo quaſi proſtrati qui nondum pacem obtinuerunt, 69 a Lapſi per longam temporum ſeriem pœnitentiam agentes, e13.

Laquearia auro reſplendentia, 614 c

Lares, 601 b

Latium, unde dictum, 400 a

Latro cum Chriſto crucifixus, martyr, cii. ciii. Latrones mancipi obtemperant 264 d

Latus protectum, 7 9

Lavacri divini ſanctificatio, 328 c Lavacri vitalis ſanctificatio, 353 d, Lavacri vitulis gratia, 381 a Lavacrum ſalutare, 304 a Lavacrum regenerationis, 195 b Lavacru cum feminis, 373 c Lavacrum carnale & ſeculare, 3119

Laudes proprie odioſa, 3 c

LAURENTIUS martyr, 209 a Laurentius Papa, cliaix.

LAZARUM ſuſcit Chriſtus, 348 a

Lectio divina, 509 a

Lectoris munus ob ætatem his qui majores gradus merentur, 206 u 210 b Lectoribus nonnullis eadem ut presbyteris diviſio menſurna, 210 u presbyterii honor deſignatus, 211 d Lectores Evangelium legunt, 206 u Lector ordinatus a Cypriano & collegis qui aderant, 206 b 207 a

Legio, 153 a

Leptimaganum, 606 f

Leptiminus, 603 a

LEUCOTHEA, 449 b

Lex evangelica, 131 a Legis jugum grave, 396 c Legis cur duæ tabulæ, uuu. Inter ipſas leges docetur quidquid legibus interdicitur, 602 f Legem mentis in Maria lex carnis non inſectabat, lxxj.

LIA typus ſynagogæ, 139 a

Libelli a martyribus dati, 35 b 37 b 39 c Gregatim dabantur nomine Pauli, 36 b item Aurelii 37 a Scripti erant manu Luciani, ibid. Libellorum millia ſine examine quotidie dabantur, 39 c Libellus martyrum ne factus: committet ille cum ſuis, 32 d Vituperatur. ib. Confeſſores libellos ſuos epiſcopi judicio ſubmittunt, 31 d 32 a Martyres pacem dare non auſi, ſed adipiſcendam lapſis remiſerunt, 33 a Martyres petierunt pacem dari lapſis quando ipſa mater Eccleſia pacem de Deo ſumſerit, 32 c 51 a lapſi quidam libello a martyribus accepto committunt ſe Cypriani judicio, 30 b Pauli martyris ad Lucianum verba: *Si quis pacem petierit, da in nomine meo*, 74 a Vituperantur a Cypriano, 77 b Quidam in martyrum beneficiis nundinas aucupantur, 35 c Facilitas martyrum benigna interpretatione tuenda, 83 b Conditiones apponendæ petitionibus martyrum, 378 a Martyres cauti eſſe debent in dandis libellis, 32 d Nominatim deſignare debent eos quibus petunt pacem, 32 d Eligere debent eos quorum pœnitentiam ſatisfactioni proximam conſpiciunt, 33 a Debent ſingulas circumſtantias ponderare, 32 b Presbyteri petitiones martyrum epiſcopo ſervare debent, 32 a Lapſi prærogativa martyrum apud Deum adjuvari poſſunt, 35 b 37 b 62 a Mala martyrum pro vero peremptum, 369 Mappalicus martyr matri ſuæ ſoli pacem dari mandavit, 76 b

LIBELLATICI, 98 a 149 a 230 c Libelli malum munus, 314 d Libellorum nefariorum profeſſio, 98 a Libellatici aſſi ſunt ſibi evadere laqueos diaboli. ibid. Contestati ſunt ad quos acceſſiſſent non acceſſerint. ibid. Nefandis libellis conſcientia polluta, 39 c Libellaticorum conſcientia polluta, 185 b Libellaticus fecit ſe dare quidquid ulius faciendo commiſit. ibid. Libellatici longe diſtant a ſacrificis, 232 d Qui libellum accepit, errore magis quam crimine deceptus, 232 f ejus manus pura, non os pollutum. ibid. Flet ubi audit pollutam eſſe conſcientiam, 133 a Libellatici ad magiſtratum veniunt, cui alium mittunt, 150 f Libellaticus neceſſitate peccavit, 137 c Eorum decreptus aſſ. ibid Quidam aſta fecerunt, licet abeſſent cum netant. ibid. Eorum confeſſa crimine a ſe non admiſſum publica legitur, 98 b Videri anluarum uſitate paruiſſe. ibid. Libellatici opponitur Eleazari exemplum, 124 d Libellaticis agenda pœnitentia, 383 a

Librorum ſpiritalium volumina, 332 b Canonici libri Teſtamenti veteris & novi, cxvj. Libri eccleſiaſtici, ibid. Libri apocryphi, ibid.

LIBERALIS epiſcopus, 171 a 267 a

Libertas arbitrii libero moderamine dirigatur, laxavit. Libertatis propriæ arbitrium, 399 u

LIBOSUS epiſcopus, 233 a Liboſus a Vaga, 600 c

Libra Eccleſiæ guberunda, 237 c Libram Domini contemplantes, 147 b Libram apud nos diu conſtitum, 241 b Libram de omnium collatione conſilio, 290 d

Licitum eſt quod publicum eſt, 6 b Non faciendum quidquid licet, 553 a Ligata in terris etiam in cœlo ligata, 170 c

Lilia non deſunt Eccleſiæ, 94 f

Limare conſilium, 51 a

Lineamenta prima fidei, 530 b Lineamenta orticea, 358 f Lineamenta patris in ſobole, 508 f Lineamenta oculorum depingere, 383 d

Lingua diaboli venenata, 210 b Lingua confeſſa nomen Dei, 503 b Lingua Chriſtum confeſſa debet eſſe pura, 38 b

Litteræ vicariæ, 120 b Litteræ communicatoriæ, 228 u 134 a Litteræ pleniſſimæ 3, 248 b Litteræ ſubdiæ 69 a Litteræ conſpirantes, 90 a Epiſcopum ſcribit oportet per clericos, 79 a 339 a Scribit ad alias Eccleſias epiſcopus Romanus poſt ordinationem, 108 u Cur litteras epiſcoporum, qui ordinaverant Cornelium, epiſcopi Afri daſideraverint, 258 b Afri Epiſcopi ad presbyteros & diaconos Romanos, non ad Cornelium aliquamdiu ſcripſerunt, 258 e Cur hoc conſilium ceperint. Ibid. Cornelius legeru ſolet clero & plebi epiſtolas Cypriani, 186 a Rogat Cyprianus Cornelium, ut litteras ſuas fratribus legi jubeat, 228 c Cyprianus jubet, ut epiſtola ſua fratribus legatur, 43 b Cyprianus mandat ut litteris cleri Romani & confeſſorum fratribus & peregrinis legantur, 103 a ut omnibus ſlat deſcribendi poteſtas, 109 a Petit Cyprianus ut litteræ ſuæ omnibus legantur, 90 a Cyprianus miſit ad Cornelium nomina epiſcoporum integrorum & ſanorum, ut ſciret quibus ſcribere, & a quibus litteras accipere oporteret, 180 a Litteras cleri Romani ſcripſit Novatianus & quod ſcripſerat ſua voce recitavit. Subſcripſit Moyſes presbyter, 149 a litteræ in concilio lectæ, 397 b 399 f Jubet Cyprianus ut quicumque ad ſe ſcribunt, nomina libello ſubjiciant, 90 b Litteræ per totum mundum miſſæ, 190 f

Litturus imprimere docuit Saturnus, 449 c

LITTEUS in metallo conſtitutus, 327 a

Livoris malum, 394 a

Luci conditio, 32 b

LONGINUS, 223 a

Lorica inſtitæ, 93 b

LOTH uxor, 640 b

LUCIANUS Epiſcopus, 171 a 269 a Lucianus a Rucuma, 603 a Lucianus presbyter. 171 a factus antiſtes Dei in carcere, 70 a Lucianus poſt admonitionem Cypriani abſurdiorem epiſtolam ſcribit, 77 b Invidiam creat Cypriano. Ibid. Luciani epiſtola ad Celerinum, 73 77 c Omnibus lapſis pacem concedit, 74 a 83 a Lucianus martyrius, 333 d 334 b 335 b

LUCILIANUS epiſcopus, 233 a

LUCIUS Papa de exſilio reverſus, 207 a Lucius epiſcopus, 233 a 267 a Lucius a Thebeſte, 602 d Lucius confeſſor ſimul ac ſacerdos, 207 u Lucius in metallo conſtitutus, 327 a 333 d Lucius a Caſtra Galbæ, 599 d. A Membreſſa, 603 a. Ab Auſafa, 605 f

Luctus inſignis in carorum unitu, 383 d Lugendi non ſunt Chriſtiani mortui, 383 9

Ludorum omnium mater idololatria, 612 c Ludi ſcenici Cereri & Libero dicati. Ibid. Ad avocationem populi ſunt acquiſiti. Ibid. Cruor de jugulo calidus idolo propinatur in ludis, das a in faciem idoli jactatur. Ibid. Gladiatorii ludi damnantur, 4. c

Luminati luce gratiæ, 424 a

Luna turnaſum cœleſtis cornibus, 433 f

Lupanarium inſignia, 337 f Lupanaria non timentia, 466 b

Lupercione, 603 f

Lupi nati a paſtore fecerunt, 222 b

LUTEUS a Gemellis, 606 a

Lux candida caræ religionis, 495 b

Luxum perdit mulieri in Eccleſia dum tractantur cœleſtia, cliv. Omnis generis luxu genus eſt, cxxxvj.

M

MACHAGÆI ſeptem figura ſeptum eccleſiarum, 522 f

Machabæi martyres, 298 e Mater ſeptimum filium hortatur, 513 f Non credit perituram fratrum precem ad negantis ſalutem, 514 d Grande martyrium Deo præbet oculorum, 514 a

MACHÆUS, 223 a 240 d

MACHARIUS, 72 b Macharius confeſſor, 239 b 233 a 145 a b

Marberonta, cclxi6.

Marcomader, 600 a

Maſtari, 603 c

Magiſteria diaton, 331 a Magiſterium diſciplinæ, 210 c Magiſterium obſcœnitatis, 615 f Artis impudica, 217 b

Magnalia divina protectionis, 208 a

MAGNUS, 115 a

MAGI mathematica arte inſignes, lxxxij. erant Arabes. Ibid. Ea exercitatio Balaam ad Chriſti notitiam pervenere. lxxviij. Primitiæ gentium. lxxix. In auro regem, in thura ſacerdotem, in myrrha incorruptibilem profitebantur. ibid.

Majeſtas Evangelii, 94 c Majeſtas Eccleſiæ, 179 f Majeſtate cenſura percuſſus, 149 a 318 f

Majeſtas Domini pentecentis, 151 d Majeſtas fidei, 98 c Majeſtate angelica ſublimatus 504 b

Majores nunc non temere accuſandi 591 a

Mali bonis obeſſe non debent, 172 d Malis vicem non reddendam, 379 d Mali cum ab Eccleſia ſeparantur gratulandum, 399 c Malus offendit quiſquis non imitatur, 6 b Mali vitandi, 393 c

Maledicere divina lex prohibet, 462 d Maledicendum non eſt, 373 d Maledicta vitanda, 39 b

Mammonæ amator, 490 d

MANCINUS religionem tenuit, 450 a

Mandata eterna, cœleſtia, 82 b

MANICHÆIS, cexij.

Manna figura Euchariſtiæ, cj. omnibus ſecundum deſiderium ſuum ſupplebat, ibid. Manna figura gratiæ ſacramentorum, 312 a

MANTHANEUS epiſcopus, 171. a

Manus ſordidæ, 377 f Manus ſacrificio pollutæ, 98 c Manus captiva ſacrilegio & crimini, 239 d Manus impoſitio cum ſacro oleo fiebat, ccij. Repeti non poteſt. Ibid. Manus impoſitio baptizatis in hæreſi ad accipiendum ſpiritum ſanctum, 275 b 280 e Manus impoſitæ ut invocetur & infundatur ſpiritus ſanctus, 292 a Manus impoſita pœnitentibus, 173 a Manus impoſitio epiſcopi & cleri, 49 d 51 d 54 b 56 9 37 b 62 b Manus ad ſacrificium dominicum admiſſa, 224j. Manus quæ divina ſacramenta conſummat. Ibid. Manibus accipere corpus Domini, 380 d

MAPPALICUS martyr. 74 b 63 f

Marazana, 604 a

MARCÆLINI Chronica, cexxxj.

MARCELLUS epiſcopus, 233 a Marcellus a Zama, 604 u Marcellus ſacerdos, ccxxxj.

Marcelliana, 603 c

Marcianus epiſcopus Arelatenſis conjungit ſe Novatiano, 247 b ſeparat ſe ab omnibus epiſcopis. Ibid. Multi ex fratribus ſine pace cedunt, 249 b Fauſtinus Lugdunenſis epiſcopus ſemel & iterum ſcribit ea de re ad Cyprianum, 247 b Cyprianus hortatur Stephanum ut ſcribat ad provinciam & ad plebem Arelatenſem, 250 b Marcianus, ccxxxj.

MARCION Ponticus, 293 f Marcion, cevii. Marcionis baptiſmus, 279 9 Marcion Cerdonis diſcipulus, 303 b Marcionis hæreſis, 604 d Marcion eamdem Trinitatem non tenet ac Catholici, 279 f 292 a Idem non ſentit de Incarnatione 282 a Marcion & alii hæretici ſero poſt Apoſtolos, 303 b

MARCUS epiſcopus, 267 a Marcus a Maſtari, 603 c

Maria evirantur, 3 a

Margarita porcis non donanda, 85 d Margarita pretioſa, id eſt, vita æterna, 479 d

Maria ſiccatu, 616 d

MARIA virgo ſine tormento peperit, lxx. Maria, 72 c Nec aliqua naturæ injuria læſa. Ibid. Ubi maturus fructus elapſus eſt. Ibid. Spiritu ſancto obumbrante incendium originale in ea reſtinctum eſt, lxxi. Natura cum ceteris communicabat non culpa. Ibid.

MARIA, 75 a

MARIS, 74 a

Marmorum cruſte, 433 c

MARRUTIUS epiſcopus, 171 a 267 a

MARS THRACIUS, 450 a

MARTIALIS epiſcopus, 253 b 258 d

Martialis martyr, 74 b

MARTYR judicis ſui judex, 84 a Martyrum laudes, 83 d 69 b Martyres Chriſtum Dei Filium, etſi receden te ſed tamen libero ſpiritu conſtituuntur, 84 a Fuſtes imitantur confeſſionem, 328 b glorioſi hominibus ligno redemptis. Ibid. Vincula ornamenta ſunt Chriſtianis, 329 a Tormenta martyribus inflicta inflicta, 330 d Tormenta inflicta Celerino, 209 a Martyres in metallis, 329 b vinctis pedibus, 329 a Sinu lecto & colcitras, 329 c Cum panem exiguo. Ibid. Semitonſo capite, 329 c Veſtis algentibus deeſt, 329 b Sacrificia offerre non poſſunt, 329 d Martyrum concremati, 221 b Martyrum conſtantiæ deſcriptio, 614 c Martyrum conſtantia in tormentis, 64 d de Martyrum conſtantia ethnicorum dictu, 610 e Martyres nutantem multorum fidem Martyrio ſuo veritatis ſolidarunt, 62 u Martyres ſua exempla fecerunt. Ibid. Martyrium non eſt in tua poteſtate, 466 f Nihil felicius divina dignatione hominibus contingit quam Martyrium, 83 a Non poteſt accipi corona, niſi fuerit hora ſumendi, 373 f Spiritus ſanctus loquitur in martyribus, 198 9 Chriſtus operatur in martyriis, 607 9 Plus patitur ipſe Chriſtus quam qui pro eo patitur, 607 a Chriſtus pugnat & vincit in martyribus, 65 e Luctatur, coronat & coronatur, 66 d Martyres ſub oculis Domini dimicant. Ibid. De armis ad martyrium ſuſtinendum neceſſariis, 220 a b Non martyres Evangelium faciunt, ſed per Evangelium martyres fiunt, 78 b Martyres idem fundunt ſanguinem ut perdant Eccleſia pacem & ſalutem, 94 d Martyres non reddunt uſque quadrantem, 600 b Qui elegerunt vitæ deſideriis expertes debent univerſi. Ibid. Martyr ſanguine ſuo baptizatur, 173 a Martyres floribus coronat Chriſtus, 694 b Corpora martyrum, 27 b

Martyres judicabunt nationes, 327 9 Martyrum vindicatio, 378 f Martyrum fructus centenus, 361 a Multum valent merita martyrum, ſi nihil petant contra judicem & contra legem Domini, 379 a Deus in acceptum refert quidquid pro pœnitentia petunt & rogant martyres petierint, 386 c Martyrum oratio impetrat quod petit, 330 f Multum poterunt merita martyrum & opere juſtorum in die judicii, 378 a Sæpe omnium ſcelerum rei ad martyrium pervenerunt, clxx. Martyrium baptiſmi pa- ter

Digitized by Google

ritas & coronat. Ibid. de duplici martyrio, cccxxv. Pax in nomine martyrum poſt eorum acceſſionem, 74 e Martyres impetrant de Domini bonitate quod poſtulant, 60 d Martyribus nihil derogatur, 603 d Celerinus petit, ut qui priores coronati fuerint ſororibus ſuis veniam dent, peccatum remittant, indulgeant, 71 a Martyres rogat auctor libri de laude mart. ut ſui meminerint cum fuerint coronati, 606 d Martyrio cedit virginitas, 603 a Martyrium non prodeſt extra Eccleſiam 185 d 401 c 638 d 640 c Martyrii exhortatio, 516 a Martyrium facere, 172 a Martyrem non facit pœna, ſed cauſa, 400 a Pueri inter martyres 338 a 330 d Virginum martyrum gemina gloria, 330 c Martyres innumeri, 470 d 520 b Confeſſores in carcere morientes pro martyribus habendi, 115 e Eorum commemorationes inter memorias martyrum celebrantur. Ibid. Martyrium mente conceptum coronatur, 467 a Inter martyres deputandus Cornelius qui tamdiu ſedit expectans carnifices, 152 c Martyribus coronam non detrahit pax ſuperveniens ante diem certaminis, 45 e Fidus invicte inter martyres coronantur, 126 b Regnabit cum Chriſto qui ad ſacrilega edicta non conſenſerit, 126 d

Martyrum merces, 307 e Quælibet peccata martyrio expiantur, 607 b Quidam fide nobiles ad martyrium veniunt, 603 f Quidam ut peccata redimant, 026 a Martyrium pro merito fidei, 307 d Martyres ad divina domicilia properant, 330 e Relicto mundo unicum petunt, 84 a Ante angelos ſtant. Ibid. Cæleſte regnum ſine ulla cunctatione tenent, 84 a Martyribus patent cœli, 197 u In paradiſo Apoſtoli & martyres, 470 a Virgines & juſti, 470 d Martyres ſtatim vident Deum, 126 c Martyres Deum & Chriſtum ejus conſpiciunt, 166 b Ad complexum & oſculum Domini venerunt, 62 b 358 d Ad Dominum venerunt, 46 e Deus martyrio totum promiſit, 600 f Confeſſiones vocis minus ponunt regna, 624 c Martyrii poculum, 172 a

Maſcula, 217 b

MATHATHIAS, 120 d

Matrimonia cum gentilibus vetita, 179 b 189 d Uxor a viro recedens debet innupta permanere, 592 f Matrimonii oppugnator alienl, 152 u Matrimoniorum depopulator, 175 b

Matris Eccleſiæ catholicæ, 133 u

Mauritania, 125 d Cohæret provinciæ epiſcopi Carthaginenſis, 133 u

MAURI reges ſuos colunt, 449 d

MAXIMUS epiſcopus, 245 b 268 a Maximus confeſſor, 59 d 78 u 81 a 83 a 103 a 125 a 130 a 133 a b 145 a Maximus presbyter a Novatiano legatus, 183 a 170 f Maximus ſchiſmaticus, 180 d Maximus acolythus, 233 d 334 b 335 b

MEDORUM regnum, 450 h

MELCHISEDECH typum Chriſti portavit, 226 a Cur Melchiſedech Abraham benedixit. Ibid. Melchiſedech ſacerdos, 337 a

MELICERTES, 449 b

Memoriale, 605 a

Memoriæ martyrum, 615 a

Mendacia ſcelerata, 303 c Mendacium vetitum, 619 d

Mercenarii notentur, 25 b Mercenario merces reddenda, 591 h

Meretrices erubeſcunt videri, 622 f Meretrix Apocalypſis, 157 d

Merita operum, 601 d a Dominum fidei ac timoris obſequio ſæpe promereri, 161 f Deum patientia promereri, 464 d Obſequiis & operibus juſtis Dominum promereri, 52 b Vere pœnitentia & humilitate tota promeretur Dominum, 26 a Chriſtum obſequiis promereri, 215 c Cornelius Centurio meruit audiri, 426 a

Mertha, 920 a

Meſſes de cœlo deſcendentes, 464 d

Metalla exhauſta, 433 a Metallum Siguenſe, 135 b

Metator eſſet, 338 a

METTIUS hypodiaconus, 128 a 130 a

Militia, 603 f

Miles Dei, 62 d Miles Chriſti, 45 a 46 f 52 a 80 c 108 a 140 c 146 c 174 b 138 a 205 a 304 b 309 c 330 b Militis Sacramentum, 643 a Militem ſuum Chriſtus ſpectat, 198 a Militis bona officium, 281 h Miles repetit certamen ſuum 306 c Miles probatur in acie, 465 h Triumphans vulneribus ſuis gaudet, 640 a Militia divina Sacramento, 396 c Militia coronatur in perſecutione, 328 a

Milvum, 600 d

Mimorum turpitudo, 4 f

Miracula, 380 f 381 a b Miracula facere, 405 a Miracula a Chriſtianis edi ſolita, 8 f Falſa miracula, 305 d Miracula quandoque fiunt ab exorciſtis, 630 d

Miſericordia non exhibetur infirmis, 436 d Miſericordiæ commendatio, 477 a Miſericordia falſa, 90 d

Miſogyne, 558 h

MODIANUS epiſcopus, 133 f 268 a

Mœchi pejor eſt cauſa quam libellatici, 152 c Mœchis pœnitentia conceditur, 154 e 167 c

Montes, 358 c 360 e Montes non inſtituit Deus, 358 u Montes elaborare, 381 d

Montes Sion & Sina duorum teſtamentorum figura, xxvij

MONTANUS, 69 b Montanus hæreticus, 304 b Montaniſtæ eoſdem Patrum & Filium ac Catholici noſſe videntur, 302 a Cataphryges dicunt miſſum a Chriſto Spiritum per Montanum & Priſcam loquutum, 304 b Nec Patrem habent, nec Filium, nec Spiritum Sanctum. Ibid.

Mori poteſt Chriſtianus, non poteſt vinci, 586 a Mors contemnenda eſt Chriſtiano, 306 c 629 d Mors pretioſa quæ emit immortalitatem, 45 d

Mortis glorioſæ exitus, 114 b Mortis æternæ laquei, 438 d Perverſum eſt Deo accerſenti non ſtatim parere, 467 b Eum uſſ mortem timere qui ad Chriſtum ire nolit, 461 e Mori timeat qui non Chriſti cruce & paſſione cenſetur, 465 f Epiſcopus mortem timens divinitus increpatus, 467 u Prævaricatores qui mortuos lugent ut perditos, 468 a Atræ veſtes non accipiendæ in cæterorum morte, 467 f Gaudendum potius quam dolendum cum cari de ſæculo exeunt, 463 u de hoc mundo recedentibus immortalitas atque æternitas promiſſa, 465 b ad initiam ſalutis æternæ proficiſci, 463 d Ad refrigerium juſti vocantur, 466 a expuncta morte ad immortalitatem venire, 460 b de iis qui ſtatim mercedem accipiunt & coronantur, 634 f Nihil aliud in mundo eſt pugna adverſus diabolum, 461 u perpetua cum vitiis congreſſio in hac vita. Ibid. Repugnat ut petamus in ſæculo diu vivere, qui petimus Regnum Dei velociter advenire, 400 d Mors non metuitur, ſed optatur, 62 c Mors contemnenda cui Chriſtus oratus eſt, 60c h Moriendi conditio una, 415 d Mortem moriendo ſubigere, 84 b Mors omnibus communis, 307 b 348 c Morientibus in infirmitate ſubveniendum, 170 a Mors ſubacta trophæa tranuit, 440 e Mors lethali poculo propinata, 275 e Mors ſecunda, 465 f Mortalitas facit ut Martyrium appetatur, 466 e Mortalitas ſervis Dei ſalutaris exceſſus, 466 a

Morula, 41 a

Motus terræ plurimi, 305 c

MOYSI antiquiſſimum baptiſma, 283 f Moyſes Oravit pro peccatis populi, 379 b Moyſes ita exſtavit, 317 a Moyſes impetrare non potuit quod petiit, 360 e contemnitur ab ingratis, 665 b ſuperat Amalech, 329 e non mundus corde eſt quod Ægyptium percuſſerit, 220 c

MOYSES presbyter & confeſſor, 6 d 78 c 82 a 84 a 103 a presbyter & martyr 140 6

Malcodo, 8 d

Mulieres chriſtianæ quæ cultus mundanos amant, 383 e Mulier baptizans, 316 b Mulieres ut eccleſia taceant, 584 h Mulier ornari non debet ſæculariter, 382 e Muliebrem veſtem induere non licet viro, 117 a

Multiſormes orbis ruinæ, 380 a

Multitudinis conſenſus, 60c d Multitudo numeroſa delinquentium, 380 a

Mundus eſt templum Dei, 451 f Mundus una domus in qua boni & mali, 450 f Mundus non eſt amabilis Chriſtiano, 605 a Hæc ſententia mundo data eſt, ut omnia orta occidant, 429 a Hæc Dei lex eſt. Ibid. Minuitur quidquid in occidua decergit, 433 f Sex millia jam pene completa ex quo hominem diabolus impugnat, 313 e Primi ſeptem dies annorum ſeptem millia continentes, 910 a Mundus corruit non jam ſenectute ſed fine, 470 a Mundus ſeneſcit, 433 d Mundum ruit, 469 a Deus ad vaſtationem mundi angelos mittet, 443 f Occaſus mundi appropinquat, 196 b 830 d 402 f 433 e 600 e 961 d In mundi occaſu hæreſes magis pullulant, 402 d Deus corda ſuæ veritatis lumine magis illuſtrat, 830 d Prædictæ calamitates in fine mundi, 432 c Mundi onus eſt rector, 450 f

Munimentum ſalutiſtatis dominicæ, 292 a

MUNNULUS epiſcopus, 172 a Munnulus a Girba, 600 h

Munus oderunt Deo ſpoliante, 464 d Muneris dignitas, 610 e Muneraria, 484 d

Murmurandum non eſt in adverſis, 464 e

Murus fidei penetratur ... ariditate, 345 u

Muſica canora, 303 e

Muſſitare, 439 d Muſſitandum non eſt inter adverſa, 464 e

MUZULENSIS epiſcopus, 605 f

N

NABLA, 610 b

NABCUODONOSOR punitus, 198 b

NAMPOLUS epiſcopus, 288 a, 303 b

NARICUS acolythus, 304 a

NATALIS ab Uca, 605 f

Nativitatis Chriſti ſolemnitas, xxx. Nativitas ſecunda, 3 b 273 h Nativitas ſpiritalis, 416 d Nativitas gratiæ ſpiritalis, 417 d Nativitas ſpiritalis ſine ſpiritu eſſe non poteſt, 309 d Nativitas cœleſtis, 413 u 507 t Nativitas divina, 410 u Nativitas terrena expoſita, 440 c

Navis gubernator in tempeſtate dignoſcitur, 465 b Navis liberanda de locis periculoſis, 289 d Navis eccleſiaſticæ ſalutas, 92 c Naſum dominum & uſus, 158 d

Naufragus fidei, 141 a Naufragia Eccleſiæ, 178 e Naufragia nefanda, 70 c

Neapolis, 606 f

Neceſſitas temporum, 150 c Neceſſitas perſecutionis, 392 e

NEMESIANUS epiſcopus, 243 h, 268 a, Nemeſianus a Thubunis, 698 a Nemeſianus in metallo confitentes, 132 a, 330 a

NEPTUNUS antiquis muros Laomedontei, 449 b

Nervo pedes ligati, 209 b Nervus & ferrum, 179 a

NICEPHORUS acolythus, 238, e 236 d, 242 b

NICOMEDES epiſcopus, 679, a 253, a 342 a

NICOSTRATUS confeſſor, 78 c, 83 a, 103 a 131 b

Nicoſtratus ſchiſmaticus, 180 a

Nidor altarium, 452 c

NINUS, 169 a

NOE ſolus inventus eſt juſtus, 379 d Obtulit Deo, 378 f Figura dominicæ paſſionis, 225 d Noe arca typus fuit unius Eccleſiæ, 187 c

Nomina olim de tempore & de facto a parentibus impoſita, xxxj. Nomen ipſum Chriſti eſt ſuper omne nomen, 634 a Nominis confeſſio, 691 a Nominis Chriſti odium prædicatum, 180 d Nomen Eccleſiaſticum, 22 a

Nova urbs Africa, 605 a

NOVATIANUS in Eccleſia primatum delicto ſteterat, xliij. Lapſos corroboraverat. Ibid. Crimina poſſe aboleri docuerat. Ibid. Scripſerat ubi Romani litteras de lapſis, 147 a Factus epiſcopus, 103 a Schiſmaticus & hæreticus, 159 b, 192 a, 141 b, 136 b Mittit a Novatiano in Africam legati, 133 a Cornelium accuſant, 115 e Rejecti oſtiarum & oppidatim diſcurrunt, 116 e Novatiani mores & ſchiſma, 156 d Comparatur ſimius, 178 a Ejus duces & provectores, 198 a Quæ cur quam hæreſim Novatianus reconduxerit, 148 a Novatianus oppugnat, 105 b a Pſeudoepiſcopos creare conatur, ubi legitimi ſunt epiſcopi, 280 e Primatum ſibi aſſumit, 319 f Novatianus ecmicos ſuccedans, 117 e Dicebat lapſorum pœnitentiam eſſe inanem, nec poſſe eas proficere ad ſalutem. Ie Prædicat nullam ſpem pacis & miſericordiæ lapſos habere, xlj. Novatiani hæreſis Caian. Ibid. Novatianos Catholicos immundos dicit. viij Novatiani perverſiſſimi, ibid. Jam non ultiſſiunt, x. Negant ad pœnitentiam admittendos qui negaverint. Ibid. Utuntur his verbis: *qui me negaverit &c.* Novatiani novi hæretici, 152 d Novatianenſes rebaptizant quos a Catholicis ſolicitant, 177 b Novatianus rebaptizat, ut apud ſe eſſe Eccleſiam dicat & nos hæreticos faciat, 178 a Novatiani dicunt ſe cum idololatris non communicare, 137 b Adulteri apud illos. Ibid. Hortantur ad pœnitentiam & pacem negant, 158 u agnoſcunt Trinitatem ut Catholici, 319 a

NOVATUS a Thamogade, 598 c

Novatus presbyter, 34 d Carthagine primum ſchiſmatis incendium ſeminat, 143 a Romam navigans ſimilia moliturus eſt. Ibid. Ejus ſcelera in pupillos, in viduas, in Eccleſiam, in patrem & uxorem prægnantem, 141 c 143 a Imminentem depoſitionem & excommunicationem voluntaria diſceſſione prævenit, 198 a De Eccleſia exivit pelli meruit. Ibid. A ſeipſo damnatus, 143 a Damnat ſacrificantium manus. Ibid. Nucatus, ccvij

Novellandus numerus, 85 a Novellus in annis 108 a

Novitius, 348 e

Nuditatis audacia, 360 a

NUMMARIA, 70 b, 71 b

Numerus nihil valet ad extenuationem delicti 85 e

Numidia provinciæ epiſcopi Carthaginenſis cohæret, 133 c Numidiæ epiſcopi, 264 275 d, 292 h

NUMIDICUS presbyter, 100 a, 225 h, 219 b

Nummaria quantitas, 143 u

Nundinas illicitæ negotiationis, 56 a

Nuptiæ Chriſti & Eccleſiæ, 189 e Nuptiarum feſta impura vitanda, 300 f

O

OBBA, 604 a

Oblatio ſacrificari non poteſt ubi Spiritus Sanctus non eſt, 249 c Oblatio pro mortuis, 147 a Offerre & Euchariſtiam tradere, 50 b Offerre oblationes eorum, 92 a Offerendi facultas non datur, 189 d Offerre pro aliis, 50 d Offerebant pretia in uſus indigentium, 406 e Offertur nomen eorum, 50 b

Obſecrationum manus ſæpe falluntur, 260 a

Obſtinatio pravitatis hæreticæ, 189 a

Occidere nec nocentem licet, 225 a

Octavum, 606 b

Oculorum lineamenta depingere, 381 d Oculos nigrore fucare, 358 u Oculi adulterati, 374 a Rutili atque depicti, 359 d, Oculi conſpiciendo Deo digni, 380 e

Odiſſe nobis non licet, 442 b

Ode, 606 f

Oetæi ignes, 449 h

Offectura errorii, 600 a

Offocari, 430 b

Olivam detruncat turbo, 435 e

Oleum in altari ſanctificatum, 269 a

Opera bona a Chriſto præcepta, 485 u Præmium operantibus. Ibid. ſupplicium ſterilibus. Ibid. Merces bonorum operum, 312 e, 313 e, 354 d Deum operibus promereri, 481 a Vita æterna bonis operibus præſtatur, 484 e Opera juſtitiæ remunerantur, 470 d Miſericordiæ meritis peccata purgantur, 478 b Juſtis operibus peccata purgantur, 185 b Deus in die judicii præmium pro operibus & eleemoſynis redditurum, 426 a Preces ſolæ parum valent ſine bonis operibus, 476 d Bona opera ſunt ſacrificia, 436 d Satanicam ex omni opere mundo, 336 f

Operantes, 480 a Operationis obſequium, 325 a Opera bona, bona & neceſſaria operatio, 326 b Operatio ſalutaris, 500 a Operandum in abſcondito, 313 d Operationis largitas, 436 c Operatio tua largiter, 385 u Operandum factis, non verbis, 596 d Operari etiam pauperes debent, 482 c Quo plures ſunt uberius amplius operandum, 483 u Vituperantur qui metu inopiæ non operantur, 481 c Avaritia homines in ignem mittentur, 479 u Pars una dabemus Dei templa eſſe captiva, 345 b Omnes libenter ac largiter ſubſidia nummaria redimendis captivis contulerunt, 346 a Seſtertia centum millia nummorum ex clero & plebis collatione collecta, 346 b Nomina ſingulorum ſubdit Cyprianus, ut pro illis orarent, 346 d Præterea nonnulli epiſcopi ſua & plebis nomina contulerunt. Horum nomina adduntur. ibid.

S. Cypriani Opera.

Digitized by Google

OPHITÆ, 179 d
OPTATUS, 269 e Optatus hypodiaconus, 22 a 25 e
Oratio pacifica & ſimplex, 426 f Orationis conditiones, 39 e 41 e 42 c 426 f Cur Deus non exaudit, 43 f Impetrant quod poſtulant qui in oratione vigilant, 425 f Vituperentur qui corde dormiunt, 425 a Qui ſe ipſi non audiunt. ibid. Chriſtus orandi formam dedit, 425 a Oratio quam Chriſtus Deus docuit, 424 a facilius impetramus, ſi petamus Chriſti oratione, 425 a Amica & familiaris oratio Deum de ſuo rogare, 425 b Pater noſter, ideſt, eorum qui credunt, 427 d Quando patrem Deum dicimus, quaſi filii Dei agere debemus, 428 a Aliter orant, quam Chriſtus docuit, non ſolum ignorantia, ſed & culpa, 425 b In oratione dominica cœleſtis doctrinæ compendium comprehenditur, 427 b Deprecatur alicujus omnes in eccleſia 147 e Cito aſcendunt orationes quas merita operum ad Deum imponunt, 436 b Oratio fructuoſa ſive operibus, 425 f Privatæ preces, 62 b Preces cum pluribus in ſacrificiis, 62 a Oratio nobis publica & communis eſt 426 e Orandum pro omnibus, 43 e Oramus pro omnium ſalute, 420 e Orandum pro lapſis & pro ſtantibus, 22 f Preces pro hæreticis, 185 d Chriſtiani orant ſemper pro frugibus terræ, 440 e pro pace & ſalute civium, 440 e Orandum æquis abſentem pecuni remaneat e ſalum, 424 a Horæ nocturnæ nullis ſint precum damna, 438 e Computemus noctem pro die, 428 d Chriſtianis orandi ſpatia & incrementa creverunt, 429 a Mane orandum. ibid. recedente die, 427 b item nocte, 428 b per totum diem orandum, 428 a Mane orandum ut reſurrectio Domini celebretur, 427 b Die recedente petimus ut ſuper nos lux denuo veniat, 427 e Adoratores Dei olim tertiam, ſextam & nonam in orationibus celebrandis obſervabant, 426 c f continuæ preces opus eſt, 428 a Orant diebus ac noctibus, 440 e cogitemus nos ſub conſpectu Dei ſtare, 425 e Adverſarius preces obſidet Deo avertat, 425 d Placendum divinis oculis habitu corporis & modo vocis, 425 c Noluit Chriſtus ut quis pro ſe tantum precetur, 426 d In ſacrificiis non ventilandæ preces, 425 e Petitio modeſte Deo commendanda, ibid. Precatio cum diſciplina quietem continens & pudorem 425 e debet non vocis ſonus, ſed animus & ſenſus orare, 425 d
ORDINATIO clerica, 206 e 296 a 200 d Ordinatio vicaria, 207 f Ordinationum clericarum ſacra, 205 e Ordinatio ſuccedanea, 328 b In ordinationibus clerum conſulebat, 205 a item plebs, ibid. Clericos ordinat Cyprianus cum Collegis, 206 b 207 a examinabat Cyprianus omnia quæ eſſe debent in iis qui ad clerum parantur, 80 c ætates & conditiones & merita ſingulorum diſcernuntur, ut digni ad eccleſiaſticos gradus promoveantur, 115 e Expectandi non ſunt humana teſtimonia, cum præcedunt divina ſuffragia, 205 a Sabinus in locum Baſilidis ſubſtitutus de univerſæ fraternitatis ſuffragio, & de epiſcoporum qui aderant aut ſcripſerant judicio, 236 b quænam ordinatio juſta & legitima, 355 e ordinatos ab hæreticis recipi ut laicos decernitur, 328 d Nulla eccleſiaſtica ordinatio ubi non eſt Eccleſiæ unitas, 152 e Ordinatio hæreticorum rejicitur, 226 e Ordines ſacri ſemel dati, renovari non poſſunt, ciij.
Ornatus impudicus, 33d e Ornatus inanis alteratur. v. capillorum color mutatus. ibid. oculorum extremitates fuſſuſcata, vj cultus pudicus, ibid. Ornamenta mulierum non pudica damnantur. ibid. Pudicitia etiam in cultu & ornatu poſita, 355 e Expugnata mendacio facies, 352 d manus Deo inferunt, qui quod ille formavit transfigurant, 358 f tunc tantum in carne gloriandum quando cruciatur, 355 e Præcipue cultus quarum pudor vilis, 352 d Non inferenda auribus vulnera, 360 v Non debet amiſſum indumentum Chriſti, quæ pretioſa veſte induitur, 383 e Malum præſagium futurorum flammei capilli, 353 e
Oſtentiones, 266 b Oſtentiones crebræ & aſſiduæ, 222 e
Oves Chriſtus appellat gregem ſuum, 507 e Oves coccineas aut purpureas non fecit Deus, 358 e
OZIAS lepra varietate maculatus, 403 d

P

PACONIUS, 219 a
Paganorum infelicitas, 439 f Pagani objiciunt Chriſtianis, quod eorum religio in fide conſiſtat, clxxxj irrident remiſſionem peccatorum, cxviij. Reſurrectionem, ccix.
Palabundi & errantes, 136 a
Palabundæ oves, 138 c
Paleas a tritico ſeparare, 137 b
PALLOR, 450 e
Palmitum lapſus erratici, a b
Palpationes perniciosæ, 91 e Palpare blandimentis adulteribus, 172 e
Panis vitæ Chriſtus eſt, 460 f Panem unum faciunt grana multa, 539 b Panis mero mixtus, 381 b Panem edere cum ſudore & labore, 425 e Panis cœleſtis, 493 f
PAPA Cyprianus, 25 e 63 a
PAPISCUS Judæus Alexandrinus, cxxx.
Paracleſis, cxcs.
PARADISUS Dei inſitibus floret, 619 e Paradiſi potus ſalubres & ſalutares, 381 d Paradiſus patria Chriſtianorum, 470 b Paradiſo mors reſtituit Chriſtianos & regno, ibid. Ad immortalitatem morte tranſgredimur, 468 a Ad Chriſti ſedem, ad regnorum cœleſtium claritatem venimus, 468 e Vide *Martyres & mors*.
Paralyticus Evangelii, 501 e
Parvulis obſequendum, 390 b
Parilitas, clxxv.
Parricidalia arma, 185 e Paricidalia verba, 196 b
Parvula portata ad idola, 582 b
PASCHÆ ſolemnia, 270 e Paſchæ dies, 303 d
Paſtoribus alimenta divina præſtantur, 480 f
Paſſionis dominicæ exempla, 609 b Paſſionis dominicæ inſtar, 403 d Paſſio Chriſti, 556 e Paſſionis corona, 309 b Paſſionis corona non aſſequenda eſt hæreticis, 185 d
PASTORIS ſive Hermetis liber, cevj.
Paſtores per quos Dominicæ oves negliguntur & pereunt, 538 b Paſtorum laudes, lexj. Paſtores veteres & novi, 138 b
PATER cognoſcendus eſt ante filium, 283 a Pater & Filius & Spiritus Sanctus unum ſunt, 398 c Pater nihil judicat, 382 a Patrem non habet Deum qui Eccleſiam non habet matrem, 397 f
Patribus honor debitus, 384 f Patrum affectus erga filios, 396 d
Patientia neceſſaria lapſis, 100 a c Patientia tenenda in injuriis, 114 d de patientia in adverſis, 464 e Chriſtianis patientia cum Deo communis, 472 a Patientia Dei res eſt, 493 b Patientia Dei deſcribitur. ibid. Patientiæ corona, 309 b Patientia efficit ut perſeveremus, 429 e Patientia religioſa, 459 v Patientia bonum, 188 b Late patet patientiæ virtus, 459 a Patientia incitat turpitudinis, 5 a
Patriarchæ figuram Chriſti portabant, 494 e
Patricium laudis eſt, 129 d
Patrimonium grande tentatio eſt, 152 d Patrimonio augendo ſinguli ſtudebant, 374 e Patrimonium præponere Deo, 185 a Patrimonii vinculum, 376 c Patrimonium ſuum Deo fœnerare, 157 b Patrimonii amor damnarat, 480 d Patrimonium plus amant quam Chriſtum, 484 a
PATRIPASSIANI, 179 d
Patrocinantes pœnæ, 616 b
PAULA ſarcinatrix, 128 b
PAULUS in tertium cœlum raptus, 536 d Pauli apoſtoli locus explicatur, 388 d Pauli apoſtoli humilitas, 84 b
PAULUS ab Obba, 609 a Paulus Samoſatenſis, cevij Paulus martyr, 23 b 24 b 29 e Paulus babeis pullos educans, 450 e
PAUOR, 450 a
Pauperes paſcendi, 426 e Pauperum cura commendatur, 21 c 23 e 38 d 165 a 116 a Pauperibus ſtantibus major cura & dilectio præſtenda, 126 a Qui ab Eccleſia aluntur frugaliores cibis contenti ſint, 128 a tuebant in eccleſia, 480 e
Pax data a martyribus, 26 b 27 d 28 a 75 a Pax perſecutione pejor, 185 e Pax captiosa, 118 v Pax vera falſæ pacis mendacia fallitur, 181 f 182 e Pax irene & falſa, 372 e Pacem ſi poſtulant, arma deponant, 105 b Pacem ſubdole petere, 372 d Pax neceſſaria eſt fortibus, 171 e Pax temere non danda, 53 c 57 a 85 c 92 b Falſa pax dantibus periculoſa, nihil accipientibus proſatura, 127 e Pacem eccleſiæ ut perdant, martyres ſanguinem fundunt, 94 d Pax non delictis ſed armis datur, 272 e Pacis & concordiæ vinculum, 576 e Pacem dominicæ vinculum, 305 d Pax dominica, 188 a Pax & acies habent flores ſuos, 46 f Salvo pacis vinculo varietas ſententiarum, 226 e Stephani anteceſſores cum Afris pacem ſervarunt, 103 a Pax habet coronas ſuas, 309 a Pax Eccleſiæ reddita, 372 a Incredulis & perfidis impoſſibilis videbatur, ibid. Pacificos eſſe oportet Dei filios, 406 a
Peccatum incredulitatis, 465 b Peccatis ſuis conſentit, 6 b Peccato ſuo unuſquiſque tenetur, 498 a Peccatorum remiſſio, 309 v Peccata omnia paſſione purgare, 155 a Peccata omnia remittuntur in baptiſmo, 28 a 340 a Peccatorum remiſſio non datur niſi in Eccleſia, 167 d 274 b Peccant omnes, 127 f Peccata mortalia, 401 f Peccatorum graviorum enumeratio, 461 c Peccatum ſchiſmatis majus eſſe non potuit, 176 b Peccatum originale, 212 a Sordes contagionis antiquæ, 360 f antiqua ſerpentis venena, 476 a Vulnera quæ Adam portavit. ibid. Peccatum invitus, lxxxv. Peccatum originale quod a primis parentibus in totum genus hujus ſucceſſionem defluxit, lxxvij. lxxix. Defectus a lege juſtitiæ, lxviij. ex illo concupiſcentiæ motus, lxxvj. Nec tamen perempteria eſt contendentibus, ſed probatoria hujus ſenſualnitatis colluctatio, ibid. Peccatum omnes habemur, 485 a Quotidie delinquimus, 408 e opus eſt nobis quotidiana ſanctificatione. ibid. Quotidie peccamus, 402 d Quotidie deeſſe non poteſt quod peccetur, 483 d Nemo ſine peccato eſſe poteſt, 477 e Superbus aut ſtultus qui ſe inculpatum dicit, ibid. Sine aliquo conſcientiæ vulnere eſſe non poſſumus, ibid. Nemo ſibi quaſi innocens placeat, 402 d Non deſunt ſanatis quædam poſtmodum vulnera, 477 e Aquam ignoranter & ſimpliciter in ſacrificio offerenti poteſt de indulgentia Domini venia concedi. Secus poſt admonitionem, 332 a Chriſtus inſtruit in futurum, de præterito ignoſcit quod ſimpliciter erratum eſt, 242 d Peccata remittendi poteſtas Apoſtoli conceſſa, & eccleſiis quas conſtituerunt, 207 a Non quaſi e nobis remiſſionem conſequuntur, 323 a Non poſſe in Eccleſia remitti ei qui in Deum deliquerit, 380 a Solus Chriſtus poteſt dimittere peccata in ipſum commiſſa, 378 d Nulla venia delinquere poſt cognitum Deum, 334 a Vide *Pœnitentia*. De peccatis alia Chriſtianorum & laicorum ſententia, 153 e Peccatores obſtinati, 38e d Peccans publice objurgandus, 310 a
Pectoris exerti & ſeminudi inverecunda jactantia in philoſophis, 491 e Pectori ſuo admovere carnifices, 305 f Pectoris clauſi latebræ, 382 d Pectoris obſtinata ſecuritas, 517 d
Pecuniæ mancipati, 576 d Pecunia non appetenda, 389 a Pecuniæ captivus & ſervus, 481 e
Pedes feliciter vincti, 318 e Pedes calceati, con b Pedes Apoſtolorum curavit Chriſtus, 493 f
Pejerare, 574 b
Pejerarium, 24 b
PENATES vidi, 440 d
Pentecoſtes, 453 d Pentecoſtes dies, 443 f
Peregrinorum cura commendatur, 164 e
Perfidiæ & fidei nulla poteſt eſſe ſocietas, 286 e Perfidia diſcordans non tenet unitatem, 397 e Perfidiæ pœna, 408 f
Perfuſi in baptiſmate, 318 b
Periclitantium dolor, 113 e
Perſarum regnum, 490 b
PERSECUTIO Chriſtiani nominis ob calamitates publicas, 325 c Perſecutiones prædictæ, 196 b 315 d Perſecutionum cauſa diſciplinæ in pace corruptio, 373 e Perſecutio venit ob peccata, 40 a Tormenta venerunt dum quidam ob confeſſionem ſuperbiunt, 98 b perſecutio a domeſticis inimicis non minus coronat quam evenerit, 175 a Unus ex Machabæis peccatis ſuis adſcribit, quod perſecutionum patiatur, 321 f Deo dedit quod poſtmodum vindicaretur. ibid. perſecutiones fiunt ut probemur, 309 v 315 c 519 e perſecutio orta ut jacentem fidem Deus erigeret, 373 f Explicatio potius fuit quam perſecutio. ibid. Perſecutione exorta ut appareat quæ ſit Eccleſia, 309 b perſecutio eſt examinatio pectoris noſtri, 42 f perſecutionis metu nemo terreatur, 199 c perſecutionum merces, 518 a perſecutionum fructus, 197 e Quid de ea boni ſentiat, quem perſecutio ipſa non reformaverit, 480 d Niſi præceſſerit pugna non poteſt eſſe victoria, 465 b Spes major in bello, 319 b Nulla excuſatio homini pro Chriſto non pati, 547 e Ultro nemo ſe offerat perſecutioni, 340 b perſecutus credere cogitur, Quidam ad circuitum ſuam niger properant, 500 d confidebant quia necdum vindicatur eſt ipſa qui vindicat, ibid. perſecutio non per totum mundum ſed localis, 105 d perſecutio Deciana, z. Fratrum ruina per totum pene orbem, 83 e 85 d Adhuc cadunt 98 d ruina per totum orbem, 99 v Maximus numerus ad prima verba inimici proſtratus, 374 d Ultro cucurrerunt ad forum 375 a Rogaverunt ne differrentur, 375 a Hortamentis mutuis in exitium impulſi, 373 e Amor patrimonii multos ſacrificare adegit, 376 a Explorandæ fidei præſumebantur dies, 373 e dies negantibus præſtituta. ibid. In perſecutione Decii tormenta poſt exſilia venerunt, 105 b Cauſam Novitas agere non ſinit perſecutio, 144 a perſecutio ſub Valeriano, 340 b
Perſeverantia fidei, 45 b perſeverandum in fide, 115 c 518 f Vide *gratia*.
PERSEUS epiſcopus, 180 b
Perſonam Deus non accipit, 488 a perſona fecunda columbæ, lz.
Perſuaſio noxia & venenata, 384 e
Peſtes hæreticorum, 179 b peſtes & lues fidei, 399 f peſtis deſcriptio, 465 a
Petra veritatis chriſtianæ, 328 b
PETRUS rationi legitimæ, quam Paulus vindicabat, facile conſenſit, 275 e Non dixit ſe primatum tenere & obtemperari a novellis, & poſterioribus ſibi potius oportere, ibid. Petro primum Dominus dedit poteſtatem ligandi & ſolvendi, 280 d ſuper Petrum Eccleſia fundata origine unitatis, 270 c 273 b 280 e 281 e Eccleſia ſuper Petrum ædificanda, 27... Petrus Eccleſiæ nomine loquitur. ibid. Petrum Dominus primum elegit, & ſuper eum Eccleſiam ædificavit, 275 b Chriſtus ex Petro unitatis originem inſtituit, 180 c Unitatis origo ab uno incipiens, 197 a Soli Petro Chriſtus dedit. *Quodcumque ligaveris &c.* 307 e Petrus unus pro omnibus loquitur, & Eccleſiæ voce reſpondet, 171 a Petro Chriſtus oves ſuas commendat, 356 f Petri confeſſio de Chriſto, 636 d Petrus Chriſtum negavit, 635 e 636 e Petrus ſuſcitat Tabitham, 478 e Petrus & Paulus apoſtoli, 103 e Petrus & Paulus ſe cognoverunt in Urbe, 648 e Petri apoſtoli locus explicatur, 283 f Petri prædicatio, 645 d Petri cathedra, 188 f 107 e Petri ſucceſſio, 308 a
PETRUS ab Hippone Diarrhytorum, 605 e
PHARAONIS exemplum, 382 f Pharaonis duriſſima ſervitus, 318 e
Phariſæi & publicani diſcrimen, 410 a
PHILIPPUS diaconus, 281 a
Philoſophiam prædicant, 156 d Philoſophiæ doctoris profeſſio, 455 d Philoſophi patientia falſa, 448 b Etſi philoſophi Deum creatorem & gubernatorem noſſent, Trinitatem non agnoverunt, cxxvj.
PHINEES placuit Deo, 281 e
PHOTINUS hæreticus, ccej.
PICTAUORUM fines, ccxxxj.
PICUS, 449 a
Pignus vitæ, 598 e
PIPINUS, cccxlj.
Placendum Deo non hominibus, 385 f Placitorum capita, 150 a
Plaga perſpicue facile curatur, 506 e
Plangens miſericordiam provocat, 156 b plangentium gemitus admittendus, 116 e plangentium lacrymæ, 270 a

Digitized by Google

Piſtrina diaboli, 608 a
Piſtica Dei adulterari non debet, 358 e
PLATO agnovit unum Deum, 458 d Platonici, etſi de Patre & Filio aliquid ſenſerint, Spiritum tamen ignorarunt, cxxvij.
Plebs ſacerdotibus in periculo juncta, 304 a Plebis fidelis incorrupta majeſtas, 185 a Sanctiſſima & ampliſſima plebs Romana, 186 a Plebis præſentia in Synodis, 54 d 58 a 122 d 85 d Concilium præſente plebis maxima parte, 597 e Plebem Cyprianus non numerat inter eos qui judicarunt in concilio, 183 e Sine plebis conſenſu nihil agit Cyprianus, 30 d Plebem conſulit Cyprianus in ordinationibus clericorum, 203 e Stantium plebi pro fide & timore ſuo honor eſt habendus, 58 a Omnis actus populo inſinuatur, 136 a plebe obſtat ne protervè recipiantur, 183 e plebe præſente eliguntur ſacerdotes 155 d ipſa præſente vel deteguntur malorum crimina, vel bonorum merita prædicantur, 155 e plebs immunis non eſt a contagio delicti, quæ injuſto & illicito epiſcopatui conſentit, 155 b ſeparare ſe debet a præpoſito peccatore quem epiſcopi depoſuerunt, 155 d
Pluvæ indiſcretæ juſtis & injuſtis, 493 e
Pœna inde cœpit unde cœpit & crimen, 380 f
Poculum martyris, 075 a
POENITENTIA de peſtibus excuſſa eſt, 377 e pœnitentia alia, 149 b pœnitentia ſimulatio, 259 a pœnitentia neceſſaria lapſis, 180 c pœnitentia crimine minor non ſit, 363 a pœnitentia lapſorum ſuſcenda, 159 c Diu trahenda, 210 a Quomodo probetur, 86 a Veri pœnitentis nota, 86 b 87 b 384 f
Pœnitentiæ fructus, 442 b Pœnitentia convaleſcunt ad repetendum certamen, 386 c Verè pœnitens factus ad pugnam fortior per dolorem, ibid. Vera pœnitentia non ſolam veniam meretur ſed & coronam, 385 d pœnitentem nulla ſera eſt, 442 d pœnitentibus Dominus indulgentiam pollicetur, 155 d 156 b 158 b ſolliciur pœnitentia ſi pœnitentiæ fructus intercipitur, 158 e In Eccleſia gladio ſpirituali contumaces necantur dum de Eccleſia ejiciuntur, 222 a Intercedente aliquo graviore delicto abſtinentur fideles, & a Chriſti corpore ſeparantur, qui a pœnitentia libellaticorum non reſpuenda, 155 e pœnitentia redeuntium ad Eccleſiam, 645 d pœnitentibus manus impoſita, 173 a In concilio non confeſſione ſolum ſed etiam comminatione decreta pœnitentia, 182 d Adverſus eos qui ſine pœnitentia pacem concedunt, 181 e 182 e
Pœnitentiæ tempus mœchis conceditur & pax datur, 154 e in delictis idololatriæ minoribus agunt pœnitentia juſto tempore, 42 a 53 d pœnitentia plena, 200 d 178 b 181 a 384 c
Pœnitentiæ ſubjecti libellatici, 381 b Item qui vel de ſacrificiis vel de libellis facinore cogitaverunt, 381 d De muliere quæ manus ejus ad ſacrificandum tenentibus non conſenſit, 68 a pœnitentia plena virginibus corruptis, 200 d Levior pœnitentia iis quæ deprehenſæ cum maſculis, ſed integræ repertæ ſunt. ibid. Graviore cenſura ejiciantur, ſi cum eiſdem ſub eodem tecto habitaverint. Ibid. In concilio Carthaginenſi placuit lapſis in exitu ſubveniri, 153 f Libellaticos interim admitti. ibid. Merito trahitur longius pœnitentia, dum adeſt quies, 171 e Secus inſtante perſecutione. ibid. Lapſis inter cruciatus cum pœna concedi poteſt, 176 f His pœnitentia per triennium indicatum ſolvere poteſt, 169 b Lapſis poſtea confitentibus pax datur, 70 a Objurgatur Therapius epiſcopus ob pacem ante tempus conceſſam, 222 b Pax tamen data non auferatur, ibid. Deus ſcit quid faciat de iis qui ante impletam pœnitentiam moriuntur, 168 a Sine pœnitentia recipiuntur confeſſores ſchiſmatici, 139 c Pœnitentiæ ſe ſubmittunt epiſcopi, 296 e Carthaginenſe concilium decrevit lapſos epiſcopos ad agendam pœnitentiam poſſe admitti, ſed a ſacerdotali honore prohiberi, 157 a Idem decrevit Cornelius cum omnibus omnium epiſcopis. ibid. Depoſito ob idololatriam epiſcopo communio laica inſtar gratiæ, 136 e Deponendus vel abſtinendus diaconus ſi perſeveret in contumelia adverſus epiſcopum, 244 d Trophimus epiſcopus cum plebe rediens, laicus communicat, 151 f Pœnitentia mœchis negata ſub Cypriani anteceſſoribus, 155 a Pœnitentium non agentes prohibiti a ſpe communicationis & pacis, ſi in periculo cœperint deprecari, 150 c Monetur Cyprianus quiſquis Feliciſſimo adjunxerit, eum in Eccleſia non communicaturum, 118 a Ad Eccleſiam poſtea redire & communicare non poſſe, 122 d Anne ponderat Cyprianus qui recipi & admitti in Eccleſiam debant, 183 a Rebaptizati plebs quotidie innumerabiles ad Eccleſiam reverti. ibid
Pœnitentiæ ſacramenti neceſſitas, 369 e Reus ſacerdos, ſi bonus miles, dum fugit, ſine pace & communicatione decedat, 173 b Pœnitentiæ ſacramentum Morientibus adminiſtrandum, 17 e in infirmitatis periculo apud preſbyterum quemcumque præſentem exhomologeſis facienda, vel apud diaconum, ſi preſbyter repertus non fuerit, ut urgente exitus corporis, 53 b Multi ex eccleſia Arelatenſi excedunt ſine pace, 249 b Nollet pœnitentia locus poſt mortem, 443 c Hic vita aut amittitur aut tenetur. ibid. Soluta in terris, ſolvuntur in Cœlis, 375 c Vide 207 e ſatisfactio & remiſſio facta per ſacerdotes apud Dominum grata eſt, 383 a ſacerdotes quidquid faciunt pro vero pœnitente, id Deus in acceptum refert, 186 b Pœnitentes recipiunt Spiritum Patris cum pacem accipiunt, 173 a
POLIANUS, 327 a 334 b 336 c Polianus a Mileo, 600 d
POLYCARPUS epiſcopus, 176 a 194 a 267 a Polycarpus epiſcopus Hadrumetinus, 173 Polycarpus ab Adrumeto, 598 e
POMPEJUS epiſcopus, 324 e 132 b 134 b Pompejus Sabratenſis, 606 f
POMPONIUS epiſcopus, 171 e 329 e 253 a 262 e Pomponius a Dionyſiana, 605 b
Pontifex honorandus, 122 d
PONTIUS PILATUS Syriam procurabat, 453 e
Populus Chriſti non poteſt ſcindi, 398 d Populus Chriſtianus adunatus pani dominico comparatur, 418 c Populus adunatur Chriſto cum in calice vino aqua miſcetur, 229 f Populus totus unum ſumus, 416 a Populi frumentis imperitor, 169 e populus perdicianis ut mortis, 484 e Populus peccator non poteſt eſſe filius Dei, 417 f Populi duo prædicti, major & minor, 519 c
Portenta coluntur, 437 c
Porticus vitæ, 4 b
Poſſidere ſe credere qui poſſidentur, 396 e
Poteſtas gratiæ Cœleſtis, 308 e
Præcepta divina non ſunt impoſſibilia. lxxxv.
Prædictiones mulieris a dæmone correptæ, 305 a
Prælium glorioſi certaminis, 149 b Præliantes Deus ſpectat, 199 f
Præpoſitum ſuperbo tumore contemnere, 374 b Præpoſiti ſine ordinationis lege conſtituti, 339 f
Prærogativæ communicationis, 93 d
Præſtigiæ fallaces in excuſatione, 98 b Præſtigiæ dæmonum, 438 d
Præſumtes philoſophiæ derioris, 238 d Præſumtia damnata, 383 c
Prævaricatores veritatis, 281 e
Precatio cum diſciplina, 415 c Precum tuba, 202 b Precum facere in ſacrificiis, 62 a
Preſbyteri ſedent cum epiſcopo in clero, 188 a Preſbyteri vocantur ſacerdotes a Cypriano, 183 a 219 e Præpoſiti vocantur, 51 b 48 d 28 b Preſbyteri & diaconi commendatas ſibi oves fovere debent, 54 b Confeſſores regere, & docere debent, 50 b 51 b 54 b Preſbyteris aſſurgendum, 598 e Preſbyteris honor deſignatus nonnullis lectoribus, 212 d eadem diviſio menſurna ac preſbyteris: ibid. Numidicus preſbyter adſcribitur numero preſbyterorum Carthaginenſium, 212 e Preſbyteri fide vacante nonnulli ad electionem epiſcopi ſervant, 92 d Quinque preſbyteri reditum Cypriani morantur, 110 c Quidam preſbyteri totam ſibi vendicant, 48 b 51 c Preſbyteri temerarii cauſam aſſeri apud epiſcopum & clerum, apud confeſſores & plebem, 40 d Preſbyteri temerarii interim prohibentur offerre, 50 e Preſbyteri & diaconi qui ab Eccleſia diſcedunt, redeuntes laici communicant, 176 c Ordinati ſocis laici communicant, cum redeunt, 176 a Preſbyteri & diaconi integritati & continentia præeſſe debent, 220 c Preſbyterum contrahere, 155 e
Preſſuræ ſiunt ut probemus, 515 d 529 e Preſſuræ gentilium, 330 d 317 f
Primatum aſſerere, 319 f
Primatum tenere, 175 e
Primatus ſunt amiſſæ ſitas, 287 e
PRIMITIVUS preſbyter, 125 b
PRIMUS epiſcopus, 153 e 167 a Primus a Miſgirpa, 598 b Primus ſchiſmaticus, 241 e
PRISCA ſocia Montani, 304 b
PRISCUS epiſcopus, 172 a
PRIVATIANUS, 166 a 170 e Privatianus e Sereſula, 602 a
PRIVATUS Lambeſitanus, 96 b Privatus a Sufibus, 602 b
Procella non ſubvertit robuſtam arborem, 390 d
PROCULUS epiſcopus, 323 b 168 e Proculus pererans, 449 e
Proditores, 182 e
Propoſitum continentiæ, 054 f
Propheta alius ſicut Moyſes promiſſus, 339 e Propheta figuram Chriſti portabant, 494 f Propheta metatores Chriſti adventus. cxxvij. Chriſtus advenientem ſuum per prophetas prælocutus. cxxvij.
Proſcriptionis formula, 263 f Proſcriptionis omen, 263 f
Proſtituere gentilibus membra Chriſti, 374 b Proſtitutæ vocis audacia, 4 b
Protectio corporis & ſanguinis Chriſti, 170 a
Protectum latus, 7 c
Provincia latior fuſe, 033 a
Pſalmi in conviviis Chriſtianorum, 8 d
Publica eſt nobis & communis oratio, 416 e
Publicani & phariſæi diſcrimen, 416 e
PUDENTIANUS a Cuicub, 605 e
Pudicitiæ laus, 4 ij iij tres gradus, ij præcepta cum hominibus nata, ij iij Exemplo, iij Pudicitia tecumrem gloriæ ſervat, 134 f
Pudor vinculi maritalis, 125 d
Puerorum virtus major ætate, 330 d Pueri martyrio coronati, 338 a Puerorum perdendorum magiſter, 127 e
Pulli edaces, 450 e
Pulpitum, id eſt tribunal Eccleſiæ, 206 b 210 e
Pupilli protegendi, 395 b
PURGATORIUM. Hic qui ſtatim coronantur alii opponuntur, qui ad veniam ſtant & ſolvunt noviſſimum quadrantem, 134 f Hi pro peccatis longo dolore cruciati emundantur & purgantur diu igne. Ibid. pendent in die judicii, 153 a, in die judicii pleribus proderunt, merita martyrum & opera juſtorum, 378 e Apoſtatæ & deſertores, nec ſi occiſi pro nomine ſuerint admitti tunc poterunt ad Eccleſiæ pacem, 156 d Sacrificium pro dormitione alicujus, 246 c
Purpuram non induunt Chriſtianæ, 338 b Purpura agni per quem redempti ſuunt, 324 e Purpura in imagines currit, 621 c
PUSILLUS a Lamasba, 606 a
Puteus aquæ vivæ, 412 a
Putramina, 183 e Putraminibus amputatis, 177 d
PYTHAGORICI. ctvij.

Q

De Quantitate propria ſumtus ſuggerit Cyprianus, 129 a
Quæſtionum probantium tela, 620 c Quæſtio durriſſima, 41 b Quæſtionum tormenta, 457 e
QUIETUS a Baruch, 604 b Quietus, 253 e
QUINTIANUS, 26 e
QUINTUS epiſcopus, 072 a 153 a 067 a 271 a 275 d Quintus ab Agya, 605 a Quintus preſbyter 147 d
QUIRINUS, 334 b f 335 e 431 a 361 b

R

Rabies acis amara eſt, 381 a
RACHEL viſum principium ſonat. lxvi. Rachel typus Eccleſiæ, 510 e
Radix Eccleſia catholica, 258 c
RAHAB, in qua præformabatur Eccleſia, 398 f Rahab typum portabat Eccleſiæ, 187 f
Ramus fractus germinare non poteſt, 197 e
Rapacitas majorem famem facit quam ſiccitas 436 c Rapina cruenta, 457 b
Rebaptiſmus Novatiani, 178 b Rebaptizare dignum non eſt, 241 a
In REBECCÆ utero duo populi, cxij.
Rectum ut Deus facit, 438 e
Redemptoris majeſtas nominis, 617 b
Reddidit tunc divide cum Deo, 431 d
Redemtoris imperio parendum, 313 e Redimenda fratrum membra, 215 b Redimi quod poteſt non timetur, 6 b
Redintegratio fraterna, 195 b
Refrenata aquarum agmina, 615 d
Refrigerium flammæ dederunt, 232 b Refrigeria paravit Deus, 200 e
Regeneratio cœleſtis, 368 e 442 e 508 c Regenerationis lavacri ſalutaris, 196 c Regeneratio ſecunda nativitatis, 206 f Regenerationis lavacrum, 195 b 493 e Regeneratio divina, 125 a
Regnum Dei nemo poteſt habere, niſi ſit baptizatus, 379 e Regnum Dei nobis repræſentari cupimus, 418 e Regnum Dei eſſe cœpit in proximo, 461 d Regnum Dei non eſt in ſapientia mundi, 390 f Regna forte erantur 450 d
REGULUS auſpicia ſervavit, 450 d
Religio vera & divina calcatur, 620 b Religio vera non cognoſcitur, 459 d
Remiſſa peccatorum, 213 e 280 a 282 a 183 a 284 a 477 b 493 e 514 d Remiſſio peccatorum in baptiſmo, 370 d Non datur niſi in Eccleſia, 263 d 274 b 282 c Remiſſio facta per ſacerdotes, 383 a Remittendorum peccatorum poteſtas, 107 e
REPOSTUS ſchiſmaticus, 127 b 180 d
RESURRECTIONEM Chriſti quidam diſcipuli credere nolebant, 437 b Reſurrectionis primitiæ Chriſtus. cxvij. Quotquot ante eum reſurrexerunt, ad mortem redierunt. ibid. Chriſti corpus poſt reſurrectionem, verum non phantaſticum. cxij. Corporis noſtri poſt reſurrectionem, ſimilis futura claritas. cxviij. Reſurrectio, communis juſtis & impiis. cxx. Reſurrectionem Domini mane celebramus, 231 e Reſurrectio noſtra Chriſtus eſt, 419 a Reſurrectio mortuorum, 501 e Reſurrectio carnis, 279 f cxix. Non omnes mortui, alii vivi ad judicium venient, cxiij. Reſurrectionis ſpes, 345 a
Revelationes, 94 d 41 a b 32 c
Rivus a fonte præciſus areſcit, 197 e Rivi plurimi de fonte uno, 192 d
ROGATIANUS diaconus, 124 a 126 e
Rogatianus epiſcopus contumeliis a diacono vexatus, 243 a Congreditur apud Cyprianum, ibid Rogatianus epiſcopus, 171 a 235 e 267 a 268 a Rogatianus a Nova, 605 a
Rogatianus preſbyter, 25 e 214 a Rogatianus preſbyter glorioſus ſenex, 338 e 345 d
ROGATUS epiſcopus, 171 a
Rogi ardentes, 451 e Rogi pecorum, 437 c 451 c
Romæ præcedere debet Carthaginem, 243 b Romana eccleſia eſt eccleſia principalis, 183 a Excubat pro omnibus, 18 a Romana ſedis auctoritas, 103 d Ex Romana eccleſia origo unitatis, 172 e 280 c Clera Romani literas per totum mundum miſſe, 149 f Stephanus ſucceſſionem Petri tenet, 208 e Per ſucceſſionem cathedram Petri habet, ibid. Baſilidas depoſitur ad Stephanum papam confugit ut reſtituatur, 156 e Negat Cyprianus Stephanum illis ſeverum depoſuiſſe, ibid. Romani maximum crimen ducunt a laudibus Apoſtoli degenerare, 97 d Ad Romanos perfidia non habet acceſſum, 184 a Romana eccleſia ſtat fortis in fide, 26 b Quidam lapſi. ibid. Romæ martyria priuſquam Carthagine per tormenta conſummata ſunt, 81 e Apud Romanos diſciplinæ ſeveritas, 97 b Nulla hæreſis hic exorta. clxxxi. Romani non obſervant quædam vetera inſtituta, 303 d Clerus Romanus florentiſſimus cum epiſcopo præſidens, 166 a Cyprianum papam & fratrem ſalutat Clerus Rom. 94 a 97 e 100 d Literæ cleri Romani in Siciliam, 99 e mittuntur Cypriano, ibid Clerus Romanus deliberat cum epiſcopis, 100 f Major neceſſitas clero Romano differenda lapſorum cauſa, quia epiſcopum non habent, 97 c Placet clero Romano

Digitized by Google

no conſilium Cypriani de lapſis in concilio tractandi, 99 d Evangelii plenus vigor in litteris cleri Romani, 78 e Laborantem Cyprianum adjuverunt. Ibid. Romana eccleſia laudata, 223 b Romanorum fides laudata, 183 a
Romanos geminos non capit unum regnum, 450 a Romanorum dii vernaculi, 449 a Romani regni initia, 450 d
ROMULUS circenſes primus conſecravit, 613 e Romulus parricida, 450 e Romulus Deus factus, 449 e
Roſæ non deſunt Eccleſiæ, 46 f
Rubigo pectoris, 303 e
Ructare crapulam, 340 b
Ructu ſuo vivere, 182 e
Ruenne, 603 e
RUFFINUS. clxxix. Ruffinus e Laurentio ut ſcribat de ſymbolo. ibid. Ruffinus diaconus & confeſſor, 81 a 103 e
Ruina una ſufficit lapſis, 221 d Ruina fratrum, 99 e Ruinæ multiformes orbis, 380 a
Ruſticade, 605 d
RUSTICUS presbyter, 605 f Ruſticus agrum colit, 158 c
Rutili, 298 b

S

SAbbatum requies appellatur. cxxviii. Servabatur in anno. ibid.
SABELLII hæreſis Patripaſſiana hæreſis vocatur a latinis. clxxxv.
SABINUS epiſcopus, 250 b 253 b
Sabina, 76 a
Sabinarum raptus, 422 e 450 e
Sabrata, 606 f
Sacerdotes Dei & Chriſti, 254 e Sacerdos vice Chriſti fungitur, 230 f Agere pro Deo ſacerdote, 238 d ſacerdotes Deus facit, 251 b 252 b Quantus honor ſacerdotibus debeatur, 172 b Sacerdotes vindicantur a Deo, 243 e Debent eſſe integri & immaculati, 276 e Debent eſſe humiles, 283 c Adverſus ſacerdotes qui ſtipes & oblationes & lucra deſiderant, 240 a Portus ſacerdotum omnium ſuccumbentium, 257 b Sacerdos in conſacerdotis ſui laudibus tamquam in propriis gratulatur, 203 a Sacerdotum inſtitutio, cviii. Illis initiandis, divinitus eſt unctio inſtituta. Ibid. Sanctificationes officiales. ibid. Sacramentum viſibile celebrant, ſacri nominis invocatio, & ſigna inſtitutionibus apoſtolicis ſacerdotum miniſteriis attributa. Ibid. Sacerdotibus ſacrilegus infertur, 380 d Sacerdos ſacrilegus, 235 d Sententia multorum ſacerdotum conſilio ponderata, 170 c Sacerdos occidi poteſt, vinci non poteſt, 184 e Sacerdotii ſublime faſtigium, 150 e Qui ſacrilega ſacrificia idolis fecerunt, ſacerdotium Dei ſibi vindicare non poſſunt, 232 e Sacerdotii vigor in presbyteris & diaconibus admonendis, 52 c Sacerdotii concordia, 183 a 302 b ſacerdotia illicita, 216 b Sacerdotalis gravitas, 117 e Sacerdotalis loci religio, 195 f ſacerdotalis auctoritas, 283 e Sacerdotium unum, 222 e Sacerdotium vetus & novum, 538 f
SACRAMENTUM, 300 d Sacramentum unitatis, 517 c 398 b Sacramentum & devotio majeſtas Dei, 95 d Sacramentum militiæ, 643 e Sacramentum divinæ militiæ, 296 c Sacramentum fidei, 78 e 584 f In Sacramento fideles in vino adunati, 409 b Sacramenti mutui memoria, 576 f Sacramentum ſalutis, 328 c Sacramentum veritatis, 283 b Sacramentum ſolitæ prædicationis, 548 b Sacramenta cæleſtia, 294 d 296 c Sacramenta occulta 331 a Sacramentum Eccleſiæ Chriſti, 307 e Sacramentum omnimirabile, 176 a Sacramentum Trinitatis, 421 a Sacramenta Evangelica unitatis, 545 d Sacramentum divinæ traditionis, 297 b Sacramentum Chriſti, 374 e 532 a Sacramentum calicis, 381 d Rem ſacramenti inviſibiliter ſpiritus ſanctus confirmat & perficit, ibid. Sacramenta quantum in ſe eſt, ſine propria virtute eſſe non poſſunt, nec ullo modo ſe abſentat divina majeſtas, ccciii. Ab indignis ſe ſumi permittunt, non poſſunt tamen illa ſpiritus eſſe participes. ibid. Sacramentum Eccleſiæ catholicæ, 215 b Sacramenta dominicæ orationis, 417 e Sacramentum vitæ, 424 e Sacramentum Paſchæ, 317 f 199 e
SACRIFICII noſtri Chriſtus auctor & doctor, 225 b Cur Chriſtus veſperi obtulerit, 238 b Sacrificia divina cum Dei ſacerdote celebramus, 485 a Sacrificia indeſinenter offeruntur & in pace & in perſecutione, 160 b Sacrificia Dei quotidie celebramus, 172 c Sacerdos dicit *Surſum corda*: Reſpondet plebs, *Habemus ad Dominum*, 423 c Dominicæ hoſtiæ veritas 423 e Chriſtus hoc idem obtulit quod Melchiſedech, 226 b Seipſum primus obtulit, & hoc fieri in ſui commemorationem præcepit, 230 e Sacrificium celebrato partem auſus eſt accipere, 381 f Oblatio & ſacrificium noſtrum reſpondere debet paſſioni, 238 c paſſio eſt Domini ſacrificium quod offerimus, 232 c Melchiſedech panem & vinum offerens ſacrificii Dominici ſacramentum præfiguravit, 226 b Typus Dominici ſacrificii apud Salomonem, 226 e præcedit imago ſacrificii Chriſti in pane & vino conſtituta, 226 d Figuram perficiens Dominus panem & calicem mixtum vino obtulit. ibid.
In ſacrificio facere oportet quod Chriſtus fecit & quod faciendum eſſe mandavit, 230 c Non tamen dominicam debet celebrari poſt cœnam, 232 b Aqua & vini commixtio non poteſt ab invicem ſeparari, 229 f Aqua ſola offerri non poteſt, quomodo nec vinum ſolum, 230 e Si aqua ſola offeratur, grande præceptum Domini violatur, 232 a Sanguine vino vinum calicis dominici ſanguinis oſtendi-tur, 227 b Aqua vino mixta ſignificat populi cum Chriſto conjunctionem, 230 b Sacrificium non ſine ſacramento ſolitæ prædicationis offerri, 406 b Sacrificium horis veſpertinas in Africa, 232 c populus ad hoc ſacrificium non vocabatur. Ibid. Sacrificia ſingulorum presbyterorum cum ſingulis diaconis apud confeſſores, 38 b Dominicum poſt cœnam non celebratur, 238 b etſi Chriſtus veſpere obtulit. ibid. Reſurrectionem Domini mane celebramus, 238 c
In ſacrificiis & precibus vicem boni operis repræſentare his a quibus bene ſit, 216 d Lapſorum conſcientia ſacrificio & manu ſacerdotis purgatur, 378 e Offerri non debet nomen lapſorum, 50 b Sacrificium pro dormitione, 246 c Sacrificia pro martyribus, 103 d ob eorum commemorationem, 215 a quædam divites in dominicum ſine ſacrificio veniunt, 412 a partem de ſacrificio, quod pauper obtulit, ſumunt. ibid. Sacrificium Deo majus eſt pax noſtra & fraterna concordia, 423 b Sacrificium vetus & novum, 538 d Sacrificia veteris teſtamenti generali ſanctorum conſenſu damnata. ccv. Hierarchæ elevatione manuum crucis myſterium repræſentans, confidenter orat pro ſua & populi ignorantia. ciij. Ad hæc inter ſacra myſteria, ad gratiarum actiones convertitur, & inclinato capite. ciij. Sacrificia divina impedita, 328 d Oblatio ſanctificari non poteſt, ubi ſpiritus ſanctus non eſt, 290 c Falſa & ſacrilega foris ſacrificia, 276 e Sacrificia ſacrilega, 318 b 639 e 240 a Sacrificandi licentiam vindicare, 403 c Sacrificia malorum non ſunt acceptabilia, 505 e Sacrificia falſa, 473 c Sacrificia falſa ac ſacrilega, 276 a Sacrificia illicita, 98 c
Sacrificia funeſta, 300 c Sacrificati differunt a libellaticis, 358 d Sacrificatis communicare, 258 a Sacrificio maculatus, 184 a Sacrificiis illicitis maculati, 171 b Sacrificio edicto propoſito celebrare populus jubetur, 478 d Sacrificiis in ludis, 612 d Cibi illiciti de ſacrificiis, 574 e Sacra ſacrilega, 402 b Sacrilegio contractibus manus & ora maculate, 59 c Sæculum non eſt amabile Chriſtiano, 445 e Sæculi finis appropinquatis, 408 f
Sagina largiore diſtentus, 383 c Saginati & paſti, 81 c Saginati in ſæculo, 218 b
Salario non redimendus hiſtrio, 228 e
SALOMON perdidit gratiam Domini, 406 b
SALVIANUS a Gazaufala, 606 e
Salus non eſt extra Eccleſiam, 420 e 318 e Salus noſtra in baptiſmate conſtituta, 637 e
Salutator maturatus, 4 d
Samaria, 380 f Samaritanorum civitas, 309 b
SAMUEL fuit typus Chriſti, 530 f
Sanctum Domini, id eſt Euchariſtia, 172 f 335 f 390 a Sanctum ducere in lupanar, 222 d Sanctum tenere intra conſcientiam, 430 a
Sancti de noſtra ſalute ſolliciti, 67 c clementiam Dei pro noſtris exorant laboribus, lxvi. Rogat Cornelium Cyprianus, ut pro ſe invicem orent; & uter prius divina dignatione præceſſerit, pro fratribus apud Dominum precetur, 226 c Orat virgines Cyprianus ut pro ſe precentur, cum coronari cœperint, 281 e Sanctorum felicitatis deſcriptio, 622 c Sanctorum cœtus, 102 e
Sanctificatio lavacri vitalis, 393 d Sanctificatio pro peccatis, civ. Sanctificare hominem non poteſt aqua ſola, 295 e Sanctificari tamen in baptiſmo, 418 e Sanctificari ſalutari baptiſmo, 310 c
Sanctimonium, 21 c
Sanguine Chriſti redempti ſumus, 351 e Sanguis ovo, 212 b Sanguis Chriſti non eſt aqua, 225 e Sanguinis & corporis Chriſti protectio, 172 a Sanguinem Chriſti quotidie bibere, 196 a Sanguinis baptiſmus, 185 c Sanguini noſtro pater cælum, 613 e Sanguinem noſtrum Deus non deſiderat, 467 e Sanguis manabat pro fletibus c 177 b
Sani non indigent medico, 213 d
Sanitatis obducta cicatrix, 609 d
Sapientia mundi non eſt ſignum Dei, 190 f Sapientia vere quæ, 491 b
SARA ſterilis mater Iſaac, 239 e
Sarcina de incendio eruenda, 219 d
Sarcinatrix, 128 b
SATAN omnium turpitudinum adinventor. xciii.
SATISFACTIO. Lapſis redditur pax ob beatam confeſſionem, 69 a ob martyrum prærogativam & auxilium, 53 b 57 b Lapſi poſſunt Deo precibus & operibus ſuis ſatisfacere, 49 e Per epiſcopos & ſacerdotes Domino ſatisfacere debent lapſi, 120 a juſtis operationibus Deo ſatisfit, 478 b Satisfactionibus peccata redimuntur, eſt f Deus non voce ſola ſed jejuniis & lacrymis placandus, 43 a pro peccatis ſatisfaciendum, 41 c per Chriſtum Deo patri ſatisfaciendum, 41 c Satisfactio longa & continua, 219 e Majus delictum peccaſſe nec ſatisfacere, 381 c Satisfactioni viam claudere, 384 e Tres pueri, etſi bona ſibi conſcii, Domino ſatisfacere non deſtiterunt, 383 f
SATIUS Epiſcopus, 253 a 570 e
SATTIUS a Sicilibba, 603 e
SATURNINUS, 74 b 76 b Saturninus epiſcopus, 121 a 253 a 267 a Saturninus a Thucca, 604 d Saturninus ab Avitinis, 605 b Saturninus a Victoriana, 604 c
SATURNUS fugatus a Jove, 449 c Saturnus docuit litteras imprimere. ibid.
SATURUS, 75 a Saturus lector, 22 a 93 a 604 e Saturus acolythus, 275 a
SAUL perſequitur Davidem, 505 e 520 b Saul Rex offendit populum, 245 d
In Scandalo grande crimen, 38 a etiamſi ſtuprum conſcientia deſit. ibid.
Sceleris particeps eſt qui imperavit, 98 b Sceleſta ſemper feſtinant, 180 b
Schiſmate ex contemptu ſacerdotum, 244 c ſchiſmata unde oriuntur, 264 e ille eſt vere ſchiſmaticus qui ſe a communione eccleſiaſticæ unitatis ſeparat, 320 e Schiſmate majus delictum eſſe non poteſt, 378 b Non ſpe ſunt qui ſchiſma faciunt, 318 c Quantum peccatum ſchiſmatum. ibid. pejus crimen ſchiſmaticorum quam lapſorum, 403 f Non poteſt ei cum aliquo convenire, cui cum eccleſia non convenit, 400 e Peccatum habere Deum non poteſt, qui cum fratre pacem non habet, 401 c Schiſmatici dominico pani adunati non ſunt. Chriſti pacem non ſunt commixti, 318 d Fides apud ſchiſmaticos ſana eſſe non poteſt, 437 f Adunari autem non poſſunt, qui ſe ab unitate Dei diviſerunt, 322 e nihil prodeſt proximos ſibi eſſe corporibus ſi mente diſſideant. ibid. diſſidens cum fratribus, nec martyrio ſolvatur, 423 d Schiſmatis duces antichriſti. ccij. Schiſmatici eccleſias humanas inſtituunt, 136 a Numerum ſuum errandaco boſſant, 180 f 181 e a ſcripſit demnata, 144 b non nos ab hæreticis, ſed illi a nobis receſſerunt, 400 e pereunt qui a ſchiſmatis ducibus ſeducuntur, 276 c pari crimine tenetur qui ducem ſchiſmatis ſequitur, 401 d a duces ſchiſmatis rei ſunt, & qui eos ſectantur, 320 a perdita factio conſentientes perditura, 243 a Fideles univere non debent ſchiſmata, quia prohibita ſunt, 178 c univere non debet confeſſor ad ſchiſma deficiens, 401 b Confeſſores ſchiſmum amplectentes magis et non ipſo creſcunt merita pœnarum. ibid. Schiſmaticorum execrabilis ira, 131 f 184 e Schiſmatici non habent ſpiritum ſanctum, 320 b precem alteram illicitis vocibus faciunt, 401 c de pectoribus ſchiſmaticorum receſſit ſpiritus ſanctus, 263 e Schiſma adulterum eſt, impium & ſacrilegum, 221 e contra Deum ut quidquid improbi ad deſtruendam ordinationem Dei conantur, 403 c Quidam ſchiſmatici non poſſunt ſibi ſcandalo recipi, 283 a Schiſmaticus & hæreticus error, 296 b Schiſmatis incendium, 243 a Schiſmatici nihil habent poteſtatis, 315 b Schiſmaticorum baptiſmus, 265 a 271 e 575 b Schiſma factum in Urbe, 283 c Schiſmatici ſerviunt inter multa, 138 f Schiſmaticos non poteſt ad Eccleſiæ præmia pervenire, 404 e Schiſmaticum & hæreticus, 130 b 140 a 344 a Schiſmata & hæreſes ſurgunt, 296 e
Scopuloſo ſaxo navem conſtringant, 463 f
Scorpii & ſerpentes, 173 b
SCRIPTURARUM ſancta & admirabilia verba, 601 d Legimus & adoremus cæleſtem Domini ſententiam. xlij. Scripturarum traditores, 223 e Scripturas ſacras in adunationem criminum convertere, 408 e
Scurrilitas vetita, 583 d
Scutum fidei, 600 c
Secta noſtra, 582 b Secta fidei noſtræ, 490 b Secta fraternitatis, 110 d
SECUNDIANUS a Thambeis, 606 e
SECUNDINUS epiſcopus, 121 e 253 e Secundinus a Cedias, 602 c Secundinus, a carpis, 605 d
Secundus eſſe non poteſt poſt primum, 252 b
Securitas ſirum & perpetua, 528 b Securitas indiligentiam parit, 3 c
SEDATUS epiſcopus, 219 e 253 a 267 e Sedatus a Turbubo, 605 f
Segregatus dure & crudeliter ab Eccleſia, 253 e
Seminatio diſcordiæ, 236 f Seminatio peſtifera, 152 a
Semitonſum caput, 329 e 334 e
Semiuſtulatis viſceribus, 177 b
Sententiam non dicat, ſed accipiat, 250 e Sententiam accipiat quam prior dixit, 117 e 183 c
Septem, 306 a
Septenarius numerus, 322 d 540 e cxxvij.
SERENIANUS præſes in noſtra provincia, 309 e
Serenitas unde, 614 b
SERGIUS in carcere conſtitutus, 335 d
Sericum ne induant Chriſtiani, 338 b
Sermo caro factus eſt, 270 f
Serpentis nomen unde, 375 b Serpens calcatus eſt obteritus, 109 b Serpentem colunt, 437 e Serpentinis crinibus pulluiantes, 296 e
Servus non poteſt eſſe major domino ſuo, 147 e Servi pertinaces, 467 b Servos obedire debere dominis, 480 d 581 c ſervorum miſeria, 435 d ſervitute nihil ſædius, 418 c
Seſtertia centum millia, 216 b
SEVERIANUS, 70 a
Severitas divini rigoris, 97 c Severitas legis præceptorum, 611 c ſeveritas evangelicæ diſciplinæ, 99 a ſeveritates æterni, 98 c
Sexagenarius fructus virginum, 361 e
Sexus arte mutator, 228 e
Siccari in media civitate, 436 f
Sicca, 601 b
Sicilibba, 92 c
Sicilibba, 603 e
SIDONIUS confeſſor, 115 b 239 b 245 a b
Signaculum dominicum, 381 b ſpiritu ſancto ſignari, 618 c Caſtris ſpiritalibus cæleſtis militia ſignat, 8 b
Signum Dei, 200 c ſignum crucis, 403 e 440 f 557 a ſigno Chriſti omnes ſignantur, 117 e Moyſes vincere non poterat, niſi poſtquam in ſigno perſeveravit, 519 c
Signifer ſeditionis, 179 a
Sigmenſe metallum, 335 b
Simia imitatur hominem, 578 e
Similitudo divinæ manifeſtatur in actibus noſtris, 493 d
SIMON magus, 645 a
Simulacra non ſunt adoranda, 232 e Simulacrorum origo, 440 a ſimulacra inepta, 438 d
Simultas non debet eſſe in Chriſtiano, 407 d
Sinai montis interpretatio, cxl, xxvij
Sinus vulnerum tumentes, 172 d
Sitis æternæ, 218 b ſitis æternæ ſiccitas, 380 d
Sion montis quid ſignificet, xiij. cc.

Digitized by Google

SOCRATIS dæmon, 451 b
Sol ſuper omnes æqualiter luce diffunditur, 313 a ſol in occaſu ſuo radiis minus claro ſplendore jaculatur, 433 f
SOLLASSUS ſchiſmaticus, 118 b
Solus non eſt cui Chriſtus in fuga comes eſt, 187 f
Sophiæ dominica, 405 a
SOPHIA, 26 a
SOPHRONIUS ſchiſmaticus, 118 b
SORANUS 531 f
Sordes tergiverſatus detrahendæ, 497 e
Spectacula vetita, 610 b ſpectacula Chriſtianis vetita etiamſi non eſſent idolis dicata, 613 e ſpectacula etiamſi non haberent crimen, habent vanitatem, 613 d Non poteſt qui ſpectat integer eſſe vel pudicus, 5 c Diſcit & ſacro plum confundit videre, 612 f Dæmonia præſident ſpectaculis, 611 f Diabolus artifex ſpectaculorum, 611 f Diabolo munere comparantur, 484 f In ſpectaculis proſtituratum tranſitur obſcœnitas, 612 a Nulli hominum generi parcitur in ſpectaculis, 612 e quidem ſpectacula defendunt ex ſcripturæ auctoritate, 610 b Reſolluntur. ibid. ſpectacula Chriſtianis quoniam congruant, 614 f & ſeq. Chriſti munera cum diaboli ſervis adæquantur, 484 e
Spes non concordat cum dolore, 395 e Spes noſtra debet eſſe patiens, 384 a
SPESINA, 26 a
SPIRITUS ex quo renaſcimur ab initio ferebatur ſuper aquas, 599 a ſpiritus ſanctus frequenter apparuit in igne, 594 b Cur in columbæ ſpecie venit ſpiritus ſanctus, 399 b In ſpecie columbæ ſeipſum intelligi & videri voluit ſpiritus ſanctus. lxxxiij Ab ipſo cauſam habent ſuſpiratio, inſpiratio, & aſpiratio. cxxv. Hujus ſempiterna virtus & divinitas. ibid. Dei digitus appellatur. cxxvij. ſpiritus ſanctus, Spiritus rectus, & ſpiritus principalis. cxxviij. Hic ſacrorum ordinum diſtributor. cxxx. A patre procedit & Filio. cxxvij. Trinitas. ibid. Pater, Filius, Spiritus ſanctus, ex Gignens, genitus, & procedens. lxvi. ſpiritus ſancti majeſtas, clxxxiij. De iis qui Filii divinitatem confitentur, ſancti ſpiritus negant. xxvij. ſpiritus ſanctus non datur extra Eccleſiam, 270 e 296 f ſpiritus ſine aqua operari non poteſt, 599 b Spiritus ſanctus accipitur per baptiſma, 317 f ſpiritus accipi non poteſt niſi prius fuerit qui accipiat, 293 d ſpiritus ſanctus infuſus ſequitur baptizatos, 681 a ſpiritus ſanctus incumbit ſuper eos qui credunt, 644 a ſpiritus ſanctus deſcendit ſuper diſcipulos Chriſti, 644 b ſpiritus ſanctus non contriſtandus, 391 a ſpiritus ſanctus implevit Joannem Baptiſtam, 644 a ſpiritus ſanctus omnibus præbetur, 112 a
Spiritus antichriſti, 683 a ſpiritus erratici, 3 f immundi, 382 a
Sponſa Chriſti hortus concluſus, 281 e ſponſa Chriſti non eſt hæreſis, 295 e
Sportulæ, 220 d ſportulantes fratres, 246 b
Sputamina inſultantium, 494 b
Stantes, 22 d Stantes inconcuſſa fide, 22 d ſtantes laici, 63 d 82 b 96 b 22 d ſtantium plebs, 58 a ſtantium firmitas, 34 a 42 e 96 c ſtantium laus, 372 c ſtantium multitudo. ibid. Laudum proximi & pene conjuncti confeſſoribus. ibid. preces ſtantium pro lapſis ipſorum humilitate debent adjuvari, 96 b
Statio ſecura, 249 c In ſtatione legati Novatiani clamitant, 125 a
STATIUS, 23 a
STEPHANI protomartyris laus, 497 e
STEPHANUS papa, 247 b 275 e 293 a 301 d 305 b e 306 b 308 a 309 e 311 a 636 c
STEPHANUS epiſcopus, 124 a 127 b
Sterilis homines, 499 a 482 b
Stibium diaboli, 481 f
Stilus diſcordiorum, 127 d
Stipendia Eccleſiæ, 116 c
Stipes & oblationes, 240 e
STOICORUM ſententia, 253 c
Stratus inlia adhærere, 385 b
Stupor hæreticorum, 619 e
Stupra lenonum & lupanarium, 215 e
Subitatus, 205 b
Subſidia ſummaria pro redimendis captivis, 216 a
Subſiciva ſobolis, 508 f
Subſtantia ſalutis, 409 a
Succeſſionum vices, 89 e
Succedanei hiſtriones, 117 b
SUCCESSUS epiſcopus, 171 a 253 a 267 a 339 a
Succeſſus ab Abbir Germaniciana, 630 e
Sufes, 601 b
Sufetula, 600 a
Suffragia divina, 104 e
Svillo æternis contagium, 565 a
Summulæ pro redimendis captivis, 216 e
Sumtus Eccleſiæ, 218 b
Superba jactatio non de Chriſti magiſterio naſcitur, 176 d ſuperbia damnata in confeſſoribus, 424 a in Chriſtianis, ibid.
SUPERIUS, 169 a
Superſedere, id eſt perſeverare, 128 d
Superſtitiones contra Deum, 612 d ſuperſtitio tenebroſa, 491 b
Supplicia plura quam membra, 5 f ſupplicia ceſſerunt martyribus, 45 b ſupplicia æterna, 374 f
SUSANNA pudica, 120 e Suſanna & libidinum evaſit & mortem. ie.
Suſpenſi e functionibus presbyteri, 50 e
Suſpirandi ſomenta, 356 a
Suſurrones maledicti, 394 f
SYMBOLUM Trinitatis, 280 a Symbolum ab Apoſtolis compoſitum. clxxx. cur non ſcriptum chartulis atque membranis. ibid. Symbolum in bellis civilibus. ibid. De ſymbolo multi tractarunt. clxxxi. multo conſilio tractavit Photinus hæreticus. ibid. In diverſis eccleſiis aliquid additum ſymbolo. clxxxij. Romæ nihil additum. ibid. Romæ, populo audiente ſymbolum reddunt baptizandi. ibid. ſymbolum Orientis eccleſiarum, clxxxij. clxxxiv. Nec in Romanæ eccleſiæ, nec in Orientis ſymbolo additur, *deſcendit ad inferna*. clxxiv. ſymboli articuli probantur ex prophetis. cexx & ſeq. In ſymbolo eccleſiæ Aquilejenſis dicitur *hujus carnis reſurrectionem*. ccxij.

S. *Cypriani Opera*.

SYMEON juſtus, 461 a
Synagoga hæreticorum, 307 b d
Synodi ſingulis annis celebratæ, 302 e

T

TABITHA ſuſcitata, 479 a
Tarditas tormentorum, 427 e
TATIUS invenit Cloacinam, 452 a
Tecta pro clauſtris, 613 e
Tela quæ neſciunt vinci, 85 a Tela latentia, 505 e Tela probantium quæſtionum, 620 a
Talepta, 604 f
Temeritatis magiſter, 639 b
Temperata judicia vetita, 579 a
Templum vetus & templum novum, 558 e Dominus ſedebit mentem templi vice 8 a Templum Dei factus eſt qui ſanctificatus eſt, 480 b Templa Dei membra noſtra, 334 d eorum templorum cultores & antiſtites ſumus. ibid e Templa Dei turpi concubitu maculata, 10 a Templa prophana, 491 b
Temporum neceſſitas, 250 c
TENAX epiſcopus, 633 a Tenax ab Horreis Celiæ, 603 c
Tenebræ in paſſione Chriſti, 157 a Tenebræ lucidiores ſole ipſo, 117 a Tenebræ ſterilitatis, 481 c
Tenor ſalutis, 240 d Tenor evangelici vigoris, 99 a Tenor fidei, 206 b 318 a Tenor evangelii, 339 e Tenor diſciplinæ, 81 c
Tentamus ut probemur, 579 b Tentatio hæretica, 128 d
Terrenis non inhærendum, 376 b
TERTULLUS epiſcopus, 101 a 229 a 269 b Tertullus presbyter non deeſt circa curam corporum confeſſorum, 115 a Tertullus, 33 b Tertullus, 115 a
Teſtamentum novum, 537 c 539 a
Teſte diu ſa nemo eſſe poteſt, 262 b Teſtes falſus non erit impunitus, 429 f
Thabraca, 601 e
Thambei, 606 c
Tharaſie, 604 e
Thaſualte, 603 a
Theatrorum turpitudo, 8 a
THEBANORUM germanitas, 451 e
Thelepte, 601 d
THECLA. xxx.
Theni, 601 b
THEODOSIUS. ccxxx.
THEOGENES ab Hippone regio, 600 d
THEOPHILUS. ccxcij.
THERAPIUS epiſcopus, 222 e Therapius a Bulla, 603 a
Theſaurus ubi reponendus, 376 b Theſauri tibi commendandi, 352 b
Thibaris, 603 b Thibari plebi, 195 e
Thimida, 318 a
Thucca, 604 b 606 e
Thuribula juſſu Domini conflata, 329 e
Thurificati, 198 c
TIBERINUS, 450 a
Tibiam inflare, 613 b
Timida, 604 b
Timida regia, 604 f
Timor eſt fundamentum ſpei & fidei, 574 f Timor innocentiæ cuſtos, 3 d Timens cogitat qui timetur, 2 b
Tinctio hæreticorum ſordida & prophana, 272 a Tinctio prophana, 295 a
Tinea animæ, 505 e
TOBIAS, 469 c Tobias per corporis ſui cladem crevit ad laudes. ibid. Tobiæ mandata ad filium, 484 b Tobiæ patientia laudatur, 498 c Tobias confeſſionem ſuam Deo ſtrenue, 522 d
Togæ non habent pacem, 436 b
Torcularis calcatio & preſſura, 207 e
Tormentorum deſcriptio, 40 b 45 a Tormenta ſuperare, 103 c Tormenta quamdam deſuetunt, 174 b Tormentorum vis ſubactis, 169 b Tormentorum tarditas, 329 c Tormenta venerunt, 276 f Tormenta paucorum exempla ſunt omnium, 180 f Tormenta longa, 457 b Tormenta verborum, 438 b Tormenta quæ finem non habebunt, 442 a Tormenta martyris, 496 a Tormenta contemnere nec horrere, 619 d
Torti torquentibus fortiores, 45 a
Torvus aſpectus, 106 a
Tractantes epiſcopi, 197 f Tractante epiſcopo, 137 a Tractatu habito, 148 a 152 a
Traditio, 293 c 297 b 298 a Traditio apoſtolica, 283 b 297 d c 317 b Traditum eſt unam eſſe fidem, unam Eccleſiam, 297 d Traditio dominica, 235 b 231 a 232 a Traditio divina, 127 b 232 a Damnari debet quidquid judicatur contra ſolemniſſimam obſervationem omnium ſanctorum, 629 d Stephanus papa decernit nihil innovandum, niſi quod traditum eſt, 301 b Obſervationis antiquiſſimæ quanta auctoritas, 630 b Traditio humana, 230 c 294 b 298 a divinæ diſpoſitioni non anteponenda, 294 b Traditio nova ſacrilegæ inſtitutionis, 222 a
Traditores ſcripturarum, 305 a
Tranquillitas & ſecuritas in quo poſita, 2 d
Tranſcriptionis facultas, 124 b
Tranſpenſa mentis alienatio, 584 d
Traverſatus, 329 a
Tremor in labiis, 506 a
Tria fata, 22 b
Tribus duodecim Iſrael ſcinduntur, 398 d
TRINITAS. ccc. Trinitatis ſacramentum in noviſſimis temporibus manifeſtatum, 926 c Tres unum ſunt, 644 e Trinitatis inſinuatio, 279 f Unus Deus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, 283 e Tres unum ſunt. ibid. ſine patre aut contra patrem prodeſſe Filius ſolus non poteſt, 283 d Non poteſt eſſe ſpes ſalutis niſi duobus ſimul cognitis, 283 e Qui non tenent Deum Patrem, nec Filium nec Spiritum ſanctum tenere poſſunt, 309 b Non poteſt a Chriſto ſpiritus ſeparari, 299 e Trinitatem Novatiani agnoſcunt ut Catholici, 319 b Non eſt major mittente qui miſſus eſt, 295 a
Triticum non rapit ventus, 399 d
Triumphi martyrum, 83 d
Trophæum crucis, 442 e
TROPHIMUS, 148 c 150 e
Tuba precum, 220 b Tuba militaris, 514 e
Tubæ clangores, 615 b
Tuburbo, 600 f
Tuchabori, 602
Tumor damnatur in Chriſtianis, 87 a tumor ſuperbus, 244 c Tumentes vulnerum ſinus, 377 d
Tumultum nemo moveat fratribus, 398 c
Tunica Jeſu Chriſti non dividitur, 398 b
TURASIUS presbyter, 115 a
Turpes turpis infamat 5 d
Tutela duæ, 185 e Tutela datur fidentibus, 966 b Tutela non competit clericis, 248 a
Tutor nemo eſt periculo proximus, 112 d
Tympana, 610 b
Tyrannus infeſtus ſacerdotibus, 431 b tyrannicus terror, 597 a

V

VAga urbs Africæ, 600 a
VALENTINIANI, 279 d
VALENTINUS. ccxlj. Valentinus hæreticus, 303 c Valentini baptiſmus, 295 f
VALERIANUS Imperator, 339 b
Vapor æſtuantium delictorum, 86 a
Vaſa aurea in Eccleſia perſeverant. 9ij. Vaſa aurea vel argentea, 127 a 159 b
Vaſtitas armentorum, 378 c
VENANTIUS epiſcopus, 233 a Venantius a Timiſa, 609 b
Venditio liberorum, 348 a
Veneficia, 420 e
Venenum pro remedio, 120 d Venena ſubvertendæ veritatis, 279 d Venena ſeſſis, 109 d Venenati ſermonis contagium, 186 a
Venter ſolutus in fluxum, 461 d
Ventilare preces noſtras non debemus, 415 e
VENUS calva, 450 b
VENUSTUS martyr. 74 b
VERIANUS epiſcopus, 171 a
Veritatis imago, 299 a Veritatis origo, 396 d Quænam ſit origo veritatis & caput. ibid. Veritatis caput & origo, 400 e Veritatis ſacramentum, 283 b Veritas cogit ad bonum, 336 d Veritas evangelica, 110 a Veritas ſpiritus ſancti, 250 e Veritatis plenitudo, 336 d Veritas chriſtiana, 283 b Veritas eccleſiaſtica, 176 a Veritatis eccleſiaſticæ lumen, 310 a Veritatem falſis deſtinere, 468 a Veritatis hoſtes, 84 e Veritatis inimicos ignis abſumet, 619 c Veritas ſacrorum dolore corporis exprimitur, 437 e
Vernaculi dii Romanorum, 457 a
VERULUS a Ruſiccade, 605 d
Veſtigia ungentorum, 182 a Veſtigia gloriarum, 62 e
Veſtis algentibus deeſt, 329 b Veſtis pretioſæ cultus, 383 c Veſtium inſignia, 252 d Veſtis debet eſſe congrua, 324 a Veſtem muliebrem induere non licet viris, 217 b
Vetuſtate temporis fruſtratur quod de ſæculo capitur, 611 f
Vicaria ordinatio, 307 f Vicarius & ſucceſſor, 250 d Vicarii Cypriani abſentis duo epiſcopi & duo presbyteri, 103 c Vicariæ litteræ, 112 b 356 d
Vicem malis non reddendam, 579 d
Victima debet profeſſionibus fratribus immolari, 210 c
Vincitur ſemel qui ſtatim patitur, 61 a Vinci non poteſt Chriſtianus, 204 a Victi nolunt ſuccumbere, 300 d
VICTOR epiſcopus, 117 b 271 e 243 b 289 a 253 e 268 a 289 e Victor quondam presbyter, 222 a a Victor ex lectore diaconus, 146 d Victor in metallo conſiſtentis, 187 e 336 a Victor a Gor, 603 d Victor ab Aſſuras, 605 d Victor ab Octava, 606 b
Victores in ſecundo prælio, 177 a
VICTORIA contra Rebelles presbyteri, 67 b
Victoria per timorem. xxlv.
VICTORIANA, 604 a
VICTORICUS epiſcopus. 171 a 253 a
VICTORINUS martyr. 74 b Victorinus a Thabraca, 601 e
Virus Cæſaris, 601 d
Viduarum cura commendatur, 114 a Viduæ contegerem nuptæ, 360 d Vidua quæ parit filiam, 982 c Viduæ probatæ honorandæ, 591 d Viduæ protegendæ, 575 b Vidua Evangelica, 481 f
Vigilat in pluma, 7 a
VIGILIUS. ccxv ejus electio. ccxxvi.
Vigor epiſcopatus, 273 d 243 a Vigor Evangelicus, 149 a 357 b Vigor fidei ſincerus, 60 d Vigor fidei, 251 a Vigor conſcientiæ victricis, 330 d
VINCENTIUS epiſcopus, 153 a Vincentius a Thibari, 603 b
Vinculum chriſtianæ veritatis, 239 a Vinculum unitatis, 263 e 320 a Vinculum fidei, 286 a Vinculum fortiſſimæ caritatis, 330 f Vinculum pacis & concordiæ, 176 c Vinculi maritalis pudor, 215 b Vincula chriſtianorum ſunt ornamenta, 329 e
Vindicta chriſtianorum, 506 d 505 d Vindictæ pro perſecutione, 438 f
Vinea Domini domus ſabaoth, 429 d
Vinetam grando debilitet, 435 e

Digitized by Google

Vir gravis non facile flecti debet, 153 a viri caput eſt Chriſtus, 323 c Vir infra virum jacens 613 d Viris vetitum induere veſtem muliebrem, 117 a
Virga ferrea, 147 a 157 b
Virgines ſe Chriſto dicaverunt, 354 d tam carne quam mente ſe Deo voverunt, ibid. Virgines quæ ſe ex fide dicaverunt Chriſto caſte perſeverent, 119 c ſi perſeverare non poſſunt vel non volunt, melius eſt ut nubant. ibid. Virgines quæ ſtatum ſuum firmiter ſemel tenere decreverunt, 119 a Chriſto dicatæ & ipſius ſanctitati deſtinatæ, 120 b nativitatis iteratæ major ſanctitas in virginibus, 362 b Virgines angelis Dei æquales, 361 d reſurrectionis gloriam jam tenent. ibid. flos eccleſiaſtici germinis, 354 b illuſtrior portio gregis Chriſti. ibid. Dei imago ibid. per eas flores Eccleſiæ fecundior, ibid. excedunt cum gloria ſua, 466 b Præmium virginum, 354 d 364 b Virginitatis laus. iij. 354 f 332 c 334 a virginitatis bonum, 581 a virginum dominus & caput Chriſtus, 361 e virginitas de dono Dei venit. ij. Dominus non jubet, ſed hortatur ad virginitatem, 361 a Virgines corruptæ non mariti ſed Chriſti adulteræ, 120 d Virginibus corruptis pœnitentia plena imponitur, 120 d magna ſupplicia pro amiſſa virginitate, 360 d frequenter eccleſia virgines ſuas plangit, 360 e Plurimæ virgines corruptæ per illicitas & periculoſas conjunctiones, 119 a Virgines cum maſculis habitare non debent, 119 c corruptæ virgines ex ornatu, 357 f nimis corruptæ a cœtu virginum arcendæ, 359 a ne perdant alias quæ perierunt. ibid. auro & margaritis ornatæ ornamenta cordis perdiderunt, 356 b ſoli Domino ornari debent, 354 d Virgo non eſt quæ ſic vivit ut poſſit amari, 356 f pudica non eſt quæ ſuſpiria adoleſcentium poſt ſe trahit, 356 a Virgo non ſolum eſſe ſed & intelligi debet & credi, 356 b Virgo dum obleſtat alios ipſa polluitur, 359 c adverſus virgines divites quæ bonis ſuis uti ſe debere contendunt, 355 f Terror de periculo virginum captivarum, 103 d ſæpe obſtetrices falluntur in probandis virginibus, 120 a jubet Cyprianus inſpiciantur virgines diligenter, 120 c virginalis continentia, 250 f Virginitas immaculata, 603 a virginitas conjugiis excellentior. lxxiv. ſi obviaverint tentamenta adeſt Deus qui victoriam promittit. ibid.
VIRTIUS presbyter, 119 a
Virtutes omnes ſolent fieri in nomine Chriſti, 635 a Virtutum verbis præferre, 469 e
Virus incluſum, 322 d Virus malorum blandientium, 6 c Virus diſcordiarum, 309 d
Viſcerum infirmitas aetuc, 177 e Viſcera hiantia, 177 b Viſcere feſſa laboribus, 329 b
Viſio oblata Celerino, ne ſuſpiris munus recuſet, 208 a Viſiones, 174 a Somnia & viſiones inepta quibuſdam videntur, 266 c Nocturnæ viſiones, 30 e
Vitæ æternæ deſcriptio. cxxiv. Vita æternitas, 62 c Vita hæc aut amittitur aut tenetur, 442 c
Vitiorum furentium varietas, 457 b Vitiorum aſſertores blandi, 609 b Vitiorum enumeratio, 461 c
Vivendi tenor, 354 a Vivimus per Chriſtum, 330 d
ULULÆ, 604 c
Unanimitas & concordia, 239 c 134 a Unanimitas fidei & veritatis, 300 e unanimitas chriſtiana, 318 c unanimitas deprecantium, 400 d unanimitatis ſacramentum, 176 a unanimitatis exempla, 304 e unanimitas ſub Apoſtolis olim fuit, 406 b
Undæ circumſonantes, 617 d
Ungi debet baptizatus, 269 d
Ungula effodiens, 5 f 177 a ungulæ pulſantes ac laniantes, 45 c ungula reſultans recurrat in vulnus, 616 c
Unitatis origo, 297 e unitatis vinculum, 308 c 249 c unitatis ſacramentum, 318 d 298 b unitatis divinæ ratio, 178 b unus & idem Dominus, qui habitat in nobis conjungit atque ſuos vinculo unitatis, 308 b unitas a Domino tradita, 298 c unitas evangelica ſacramenti, 498 d unitas inſtitutionis catholicæ, 334 a 132 c unitas Eccleſiæ catholicæ, 275 a 157 a 139 a 148 a 150 c 155 a 156 a f 158 f unitatis origo in Petro, 180 c unitas ſacerdotalis exorta ab eccleſia Romana, 133 a unitas ſeparari & dividi non poteſt, 311 b unitas ſcindi non poteſt, 403 a unitatem ſcindens graviter peccat, 435 b unitatis & pacis inimicus, 286 a unitatis divinæ inimicus, 318 a unitatis tenacitas ac firmitas, 497 e unus actus & una confeſſio ſecundum Domini præcepta, 20 a
Volucres Deus paſcit, 480 f
Voluntas Dei fiat in nobis, 409 e Voluntatem Dei facere debemus. 467 b
Votum Deo reddendum, 380 f Conjuges ſæpe domicilia ſingularia eligunt, ut votis communibus ſatisfaciant, clxviij. Pro tuendis paribus votis, ibid. Qui ex voto ſuo aliquid faciant, clxxij. Membra Chriſto dicata, 321 c Membra in æternum continentiæ honore pudica virtute devota. ibid. Pudori corpora dicata, 362 a
Vox purificatione confeſſionis illuſtris, 62 d Vocis proſtitutæ audacia venalis, 6 b
URANIUS, 76 a
URBANUS confeſſor, 135 b 139 a 143 e
Urbani clerici, 120 a
Uſura vituperatur, 374 e uſura vetita, 384 e
Utilitas, 601 e
Uxor, 341 b
Utilius quædam tacentur in præceptis, 611 b
Vua melius veſtitur erumpentibus pampinis, 418 b vua ſanguis, 229 b
VANDALORUM gens. ccxxxij.
Vulgus ſtultum & credulum, 410 a
Vulnera conſcientiæ, 477 c Vulnerum gloria, 105 c Vulnerum gloria victoriam fecit, 109 e Vulnerum clara ſigna, 109 c
Vultrorum fluvius. ccxxxij.
Vultus minax, 506 a
Uxor a viro non diſcedat, 122 f

X

XAntonica ſlavi, ccxxxij.
XYSTI epiſcopi Romani martyrium, 390 a

Z

ZACHARIAS occiſus in templo, 284 f 525 b
Zama, 604 a
Zelare non modicum crimen eſt, 503 a zelus divinæ fidei, 181 e Zeli inſania, 503 c Zeli dolor, 120 b Zelus amicitiam abſcindit, 462 d Zeli pernicies late patet, 505 e Zeli vulnera abſtruſa ſunt & occulta, 506 e
Zelotypi diſcipulæ Chriſti, 73 b
ZETUS epiſcopus, 143 e
Zizania in Eccleſia, 106 e
ZOSIMUS a Tharaſis, 604 e

I N

Digitized by Google

INDEX
IN NOTAS ET VITAM
S. MARTYRIS. NUMERI ROMANI VITAM DESIGNANT, arabici notas, quarum primus paginam, ſecundus numerum notæ oſtendit.

A

ADuladenis mala, 97 8
Africanæ Eccleſiæ initium fidei ſuæ debet Epiſcopis Romanis, 96 7
Africanorum chriſtianorum caritas in peſtis calamitate lxx. d erga captivos, lxxij. n & ſeq.
Alexander ſocius Priſci non tamquam chriſtianus, ſed ut latro damnatus, 59 en
Alexandri iij. epiſtola emendata, 203 8
Amari melius quam timeri, 447 38
Ambroſii Origenis amici laus, 76 can
Anaxarchus linguam dentibus præciſam in Tyrannum os expuit, 40 16
Anniverſaria pro defunctis 115 3
Antonianus epiſcopus Numidiæ, 159 n
Appellationes tranſmarinæ in Africa damnatæ, 103 18
Arcis & Capitolii diſtinctio, 191
Armenorum error de baptiſmate, 191 h
Auguſtinus Cyprianum reprehendit, 8 8
Avitus Viennenſis emendatus, 313 n
Aurelius lector ordinatus, xl. o

B

BAlnea in virginibus non decent, 369 72
Baptiſmus etiam extra ſolemnes dies antiquitus dabatur, vij. d
Baptiſmus collatus ab infideli an reperendus, 07c 5 Antiquitus dabatur cum Euchariſtia, 172 60
Baptiſmus Sanguinis, 174 19
Baronius notatus, 259 1 166 30 171 b xix. b f xlij. e lxvij. d lxxij. h
Baſilidis, & Martialis epiſcoporum Hiſpanorum crimina, lxiv. n & ſeq in eos judicium Concilii Carthaginenſis, ibid. e
Benedicti epithero Chriſtiani honorati, 07 2
Blanditiæ peſſimum veri affectus venenum, 91 8
Blondelli error in interpretatione unius loci S. Cypriani, 28 0
Bona, 68 9
Bona Cardinalis laudatus, 203 35
Boni viri epithetum tribuebat Cyprianus Epiſcopis defunctis, 31 1
Boni imitandi, 310 37

C

CÆcilius presbyter qui ad fidem Cyprianum convertit quis? v. c
Capillorum flavus color in pretio erat apud antiquos, 316 33 Capillis nuci ramenta miſcebant ut flavi magis apparerent, ibid. Capilli cinera rutilati, 367 53 Capilli mendaces, 387 en
Caput Africæ, 55 1 forſitan ibi habitum Concilium in cauſa Eccleſiæ Antiochenæ &c. ibid.
Cardinales ſede vacante non extendunt curam ſuam ad univerſam eccleſiam, 28 7
Carthaginenſi Eccleſiæ ſubditæ fuerunt Mauritania, & Numidia, 130 7 350 Omnium Eccleſiarum intra Africam habebat ipſa principatum, ib.
Caſſiani error de Daniele dictum, iij. b
Caſtitatis centeſimus fructus, 370 82
Catecuminos eſt legendum non Catecumenos, 3018
Catholicæ Eccleſiæ vocabulum apud Cyprianum non ſolet interpretari de ſede Apoſtolica ſed de Eccleſia Univerſali, 259 3
Celerinus lector Eccleſiæ Carthaginenſis, 61 2
Celerinus lector ordinatus, xl. a
Celerinus pater Agricolini, 62 n
Celſi epicurei errores, xcvij. b
Chriſtus eſt ſolus ſponſus Univerſalis Eccleſiæ, 409 23 Spiritus Sanctus ob antiquis patribus vocatos, 460 53 Chriſtus Magiſter & doctor humilitatis 471 18
Chriſtiani nominis appellationem perdit qui Chriſti non ſequitur diſciplinam, 462 69 Chriſtianis fideliter immodice mortuos flere, 374 38 Chriſtiani ſunt nepeditum morti genus, 64 n3 dederunt pacem lapſis, 65 3 Chriſtiani non naſcuntur ſed renaſcuntur, 13 17
Clerus Romanus ſecundum Cypriani improbat, xxiv. n quo manu ſcripſit Eccleſiæ Carthaginenſi de obitu Fabiani, ibid. b & ſeq. ejus epiſtola ad S. Cyprianum, ipſe omnibus cupientibus deſcribere permittit, xxvij. f
Cleri corruptio tempore Hieronymi, 163 30
Clerici non poſſunt eſſe procuratores ſæcularium, 387 13
Cloacina Dea a Cloaca in qua reperta eſt, 436 11
Commentarienſis Officium, 341 1
Concilium Romanum ix. Epiſcoporum, 262 19
Concilium Carthaginenſe præcipue in cauſa de lapſis, xlvj. f
Concubitus conſuetudinis damna, 36 7
Confeſſores Romani an Eccleſiam redeunt ante Concilium Romanum an. 250 lig a & ſeq. Confeſſores non dabant pacem lapſis ſed petebant ut daretur, 80 8
Conſervatio rerum acquiſitione difficilior, 38 4
Conſuetudo cedere debet veritati, 274 13
Conſus Deus conſiliorum, 436 21
Continentiæ laudes, 160 ut ejus neceſſitas, ibid. earum hujus vocis acceptiones, ibid.
Controverſia celebris de baptiſmo cœpit anno, 253 lxxvj d & ſeq. prius exarſit in Cappadocia & Silicia, quam in Africa, lxxvij. c. & ſeq. primum de hac inter Epiſcopos Africanos quam cum Stephano decertatum, lxxviij. f & ſeq.
Convivia Chriſtiana quomodo gerebantur, 26 acn
Cornelii Papæ epiſtola quatenus non ad Flavianum Epiſcopum, C. P. ſed ad Fabium Epiſcopum Antiochenum directa, 61 5 Cornelii Papæ ſententia de non rebaptizandis hæreticis a Niceno Concilio correcta, 198 9
Cruciatuum genera varia, 47 6
Cubans cum fœminis quamvis carnalem copulam non habeat multa tamen mala committit, 30 14
Cyprianus antequam Chriſtianus eſſet functus non eſt honoribus in Republica 13 29 non frequentavit forum, 05 100 bona habebat, 90 18 ſepultus in loco Mappalia vocato, 48 9
Cyprianus quo occaſione ſcripſit epiſtolam, 59 185 e ejus epiſtola lxvij. defenditur contra Launojum, 250 1
Cypriani opinio de impiis ſacerdotibus, 259 7
Cyprianus in Africa natus, en Cartago patria ſua forſan non eſt, ibid. vocabatur Thaſcius Cyprianus, ibid. b Quare Cæcilii nomen ſibi adſciverat, ibid. Rethoricam docuit ante converſionem, ibid. non caruit iis vitiis quæ cum ſimulacrorum cultu conjuncta eſſe ſolent, ibid. e non fuit Magus, et a non confundendus cum Cypriano Antiocheno, et a & ſeq. ad amplectendam Chriſtianam Religionem victus non eſt primo aggreſſione, iv. t. & ſeq. concupiſcentiam carnis calcat, v. f. bona ſua pauperibus diſtribuit, vj. a & quidem ante baptiſmum, vj. b & ſeq. incertum quo anno baptizatus, vij. b. Prophetiæ dono ornatus, ibid. f Tertullianum inter ſcriptores Eccleſiaſticos adamavit & ut magiſtrum habuit, viij. b & ſeq. non multum poſt baptiſmum librum de vanitate idolorum, & Epiſtolam ad Donatum ſcribit, ibid. d & ſeq. horum teſtimoniorum, vel Presbyter, vel in primordiis Epiſcopatus ſcripſit, ix d non diu manſit in Presbyterii gradu, a a invitus in ſecenu ad epiſcopatum trahitur, ib. nuos electioni ſe opponunt quinque presbyteri, ibid. h quo anno epiſcopus ordinatus, ibid. d quo tempore librum de habitu Virginum ſcripſit, xj. n perſecutione fugit, xx. b ejus fuga defenditur, ibid. o ejus ſollicitudo pro ovibus ſibi commiſſis in ſuo ſeceſſu, xxj. b Epiſtola tredecim Clero carthaginenſi in ſuo ſeceſſu ſcriptæ non omnes exſtant xxiij. d & ſeq xxiv. a & ſeq. ejus epiſtolarum anno octo decimam quintam ad Romanos ſcripſit, xxv. f & ſeq. Cyprianus Presbyteros cum lapſis communicantes excommunicat, xxx. c. & ſeq. Vicarios pro ſe Carthaginem mittit, ola. o & ſeq. ejus dolor propter ſeparationem a ſuis, xliij. b c redit ab exilio, xlvi. d & ſeq. quo tempore librum De lapſis ſcripſit, xlv. c nam prudentia in comprimendo ſchiſmate Novatiani, xlviij. a & ſeq. prodit ex ſeceſſu, xlix. d ſcripta ab eo anno, 13 e lx. c & ſeq. ejus caritas in peſtis calamitate, lxx. e erga captivos, lxxij. a ſcribit contra Demetrianum, lxx. n ejus ſcripta anno, 253 & 254 lxxiij. e & ſeq. Numidæ primum occaſionem dederunt Cypriano ſententiæ ſuæ de baptiſmo palam prædicandæ, e lxxvij. e interpretat Græcam epiſtolam Firmiliani, lxxxv. ejus unitatis amor lxxxvi. o martyrio coronatur, lxxxix hortatur per litteras ad martyrium Auguſtinum, & Felicitatem, ec. c ſuadetur ne ſeceſſus ſed non omnia ſuaſoribus, ec. d ejus reliquiæ in Monaſterio Compendienſi aſſervatur, ibid. f Epiſtola ad Fortunatum eſt vere S. Cypriani, 527 1 Teſtimoniorum libri ab ipſo ſcripti ſunt, 530 1
Cyprianus emendatus, xxxv. o
Cypriani Antiocheni res geſtas vetuſtiſſimis monumentis proditas, et n Eudocia Imperatrix carmine verſibus exornavit, ib. ſcripſit Eudocia ad Hiſtoriæ fidem, ibid. e nihil in ejus actis quod Cypriano Carthaginenſi conveniat, ene e ejus acta martyrii ab ipſo non ſunt ſcripta e acta, o tempore Juliani videntur ſcripta, e b

D

DÆmones e corporibus perſidem expulſi, 85 48 Decius Imperator magnus major vocatus, 75 2 ejus odium in Eccleſiam, 262 30
Decii perſecutio cœpta cum ejus imperio, xiij. e omnes omnino Chriſtianos comprehendit, ſaltem carthagine, xlv. ejus cauſa peccata Chriſtianorum, ibid. d
Demetriani impietas, lxx. a fuit Demetrianus Sophiſta non judex, lxxj. d
Deſcenſus Chriſti ad inferos expreſſus non erat in antiquo Symbolo Eccleſiæ Romanæ, 460 62 deſcenſum Chriſti ad inferos Ruffinus credebat, ib.
Deſertores odioſi, & deteſtabiles, 209 46
Deus formam non habet, 458 37 Dei templum anima credentis, 39 23 Deus ubique præſens, 12 19 Deus ſolus peccata dimittit, 391 68
Diaconi in tertio ſacerdotio dicuntur conſtituti, 61 7
Diocles Comes largitionum Illirici a Valentiniano morte damnati, & Diodorus culti ut Martyres, 307
In diſcordia ſemper una pars imputat inhoneſta parti adverſæ, 164 38
Divitiæ poſſident eum a quibus poſſeſſæ ſunt, 03 90 Divitiarum & opum diſcrimen, 23 91
Dominium quid ſit, 389 30
Donati Epiſtola ad Cyprianum ſpuria, 8 0
Donati nomen vulgatiſſimum in Africa, 10 3
Durantus Joannes Stephanus a calumniis Pelagii vindicatus, 489 30
Dyoniſius cum omnia aſſentiretur in omnibus Stephano poſtea in aliquibus diſſenſit, lxxx. b & ſeq.

E

ECcleſia tempore Cypriani divitias non habebat, 90 18 Paradiſo comparata, 182 16 Eccleſia recte columba nominatur, 401 31
Eloquentia maxime neceſſaria in compoſitionibus ad gloriam & majeſtatem Dei pertinentibus, 8 a
Epiſcopatus unus, & indiviſus epiſcoporum multorum, 138 16
Epiſcopi aliqui recenſentur litteras neſcientes, 77 8
Epiſcopi Epiſcoporum titulus olim datus etiam Epiſcopis qui non erant Pontifices Romani, 603 3 imo & Imperatoribus, & Regibus, ibid.
Epiſcopi tempore Cypriani non a Clero Romano vocati, ſed de conſenſu Romam iverunt ad Concilium, 114 m
Epiſcopi neminem in clerum adſciſcebant niſi cum conſenſu Cleri & plebis, 103 3
In epiſcopis tollendis qui nec Eccleſiam nec plebem habent plurium eſt, 138 10 Epiſcoporum ſuperbia perſtricta, 19 en non ſoli Epiſcopi imponebant manum lapſis, 35 3
Epiſtolæ Eccleſiaſticæ mittebantur per clericos, 301 4
Error non pluriam veritas paucorum, 88 19
Euchariſtiam ſumebant quotidie antiqui Chriſtiani, 179 10
Eudocia Imp. eximiis verſibus celebravit Cyprianum Antiochenum, ij. h
Exomologeſis quid ſit, 58 7
Extortes qui, 59 4 68 8

F

FEbri ædem ſtatuerunt Romani, 436 19 Feliciſſimus ſe oppoſuit Cypriano, xxx b Feliciſſimi mimo, xli. t & ſeq. eum excommunicat Cyprianus, xlij. a ejus crimina, ibid. laicus erat cum ſchiſma conflavit, ibid f. tempus ſchiſmatis Feliciſſimi, xliij. a
Feminarum aliquarum fortitudo, 339 eo ipſæ ſunt gladius veri, 355 37 Feminæ in ludis Floralibus nudabantur, 18 65
Perniſtro & ſolemnerque, 203
Feſcenninarum laſcivia, 368 68
Fidei donum a corporibus dæmones expellit, 15 95
Firmilianus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, 310 a ejus impetus in Stephanum unde proceſſit, 306 57 Firmiliani querelæ examinantur, lxxiv. a
Florales ludi in honore Floræ, 436 15 eorum impuritas, 437 ibid. turpitudo, 18 00
Fur transgreſſione, 20 75
Fornicariorum vox abolire ſempta, 396 16
Fortunatianus epiſcopum ſacerdotium e quo dejectus erat ſibi cœpit vindicare, lxij. f
Fortunatus Pſeudo-epiſcopus Carthaginenſis conſtitutus, 53 0
Fratris nomine epiſcopos Pont. Rom. vocabant, 1183
Fratres ſe mutuo antiquitus vocabant Chriſtiani, 223 1
Funus aliquando ſumitur pro corpore mortuo, 102 23

G

GAudiorum patientia difficilis, 108 19 Gemmæ coloratæ apud auriſpices, 367 36
Gladiatoriis & Venatoriis ludis in pœnam, vel ſponte dati ſaginabantur per Magiſtris ludi, 16 3 Gladiatoriis in ludis homo occiditur in hominis voluptatem, 16 30 17 60
Govartius notatus, 187 2

Hæ

Digitized by Google

H

Hæretici extra Eccleſiam, 161 29 Opinio Didaci Hunica de hæreticis quod ſint intra Eccleſiam, ibid.
Harduinus notatus, 471 19 609 12
Hieronymi locus inſignis pro prærogativa Romani Pontificis, 559 5
Hiſtriones damnantur, 317 4
Hippolytus martyr adhæſit ſe Novato, ſed poſtea tranſiit ad Eccleſiam, 149 12
Homicida eſt qui cum poſſit, hominem a morte non liberat, 17 61 necat ſe etiam parricida, ibid.
Homo in feminam fregiſt cum habitum muliebrem aſſumit, 20 72 Homini datum eſt cœlum intueri, 457 45
Honores mores mutant, 267 77

I

IDololatria non caret, 23 36
Illiterati ad eccleſiaſticum ſervitium non admiſſi, 79 8
Imperiti majoris æſtimant quæ non intelligunt, 78 3 Imperites in litteris eſt animoſus, 314 40
Inaures virginibus prohibitæ primis Eccleſiæ ſeculis, 366 54
Injuriam faciens miſer eſt, 191 54
Innocentii, viij. permiſſio Norvagis facta de conſecranda aqua pro vino in Sacrificio altaris, 234 10
Intercipere pro ſupprimere, 44 7
Joannes Epiſcopus Gicontenſis dimiſſo epiſcopatu excuſatione vitæ hæremiticæ ducendæ reſedit palam in curia Romana, 16 51
Juvenalis emendatus, 367 53

L

LAborantes pro indignantes, 129 6
Lactantii cenſura in S. Cyprianum, 452 1
Lacta in cenſura in S. Cyprianum, 448 1
Lacte uſos aliquos in ſacrificio miſſæ pro vino, 239 10
Laici etiam cum Epiſcopo & Clericis judicaverunt antiquitus de reum graviſſimi momenti, 55 1
Lapſi multi in perſecutione Decii, xv. e & ſeq. Lapſis libellos dabant martyres, xxvij. d Euchariſtia lapſis data a quinque preſbyteris ſine conſenſu Cypriani, xxvij. d conceditur, ut videtur, quos Cyprianus ut ſe judicibus offerant, xxxij. a Lapſorum, qui pœnitentiam ſuſpiciant, ſupplicia, xlv. a
Latinam a latrona, 555 13
Laurentius cum Chriſto nonnulli affixus martyr fuit, 391 23 ejus reliquiæ, & Miſſa, ibid.
Launojus notatus, 250 1 377 lxxx c
Laus in ore proprio odioſa, 13 36 licet aliquando in propriis laudes excurrere, & quomodo ſe aliquis laudare poſſit, 14 36
Lectores clero proximi, poſtea clero addicti, xxxij b
Legati Cypriani Romam miſſi qua de cauſa, 329 a
Legatio conciliis Africani ad Stephanum quo tempore celebranda, lxxx. a Hæc legatio non fuit Concilii Carthaginenſis iij ibid. c & ſeq
Legum tranſgreſſiones, 50 75 pavor nullus, 18 79
Leoni dæmones alligabantur ad ſeptem, 188 25
Libellaticorum delictum in quo poſitum, xxj d xvij b & ſeq. multorum ſententia adeo levioribus excluduntur, ibid. a & ſeq conventum Carthaginenſe Libellaticis pacem concedit, xvij. d Libellatici ſcirebant ſe peccare, ibid. eos dure caſtigat Clerus Romanorum, ibid f
Libellorum non conſuetudinem, ſed abuſum abrogaverat Cyprianus, 80 8 in Libellis idem ſcriptum non fuiſſe ac in aliis, xiv. a & ſeq. Libellorum autem non fuit ignotum aliis Provinciis præter Africanam, ibid. d & ſeq.
Liber de Spectaculis Cypriano non indignus, xcij d
Liber de laude Martyrii non ſapit ſtylum Cypriani, xcij. h de eo æquius judicandum, ac aliqui fecerunt xcij. f
Liber de Rebaptiſmate Opus Epiſcopi iij. ſeculi, xciij. a & ſeq.
Liber de Pudicitia quamvis non ſit Cypriani non eſt tamen Cypriano indignus.
Libri ad Novatianum Author videtur Africanus, & ſcribens tempore Cypriani, xciv. d & ſeq.
Liber de Aleatoribus non eſt Cypriani, ſed alicujus Epiſcopi & forſan Romani Pontificis, xcv. e
Liber de ſingularitate Clericorum non eſt ſcriptus circa tempora Bedæ, xcvj. e
Liber de laude martyrii utrum ſit S. Cypriani, 635 6
Licatum quod publicum eſt, 32 63
Lorenzo ſuaſore ſeditiones multæ ortæ ſunt in Eccleſia Carthaginenſi, 66 5 Lucianus in dandis libellis facilis, xxxiv e
Lucii Papæ exilium, & mors, cop 1 duas epiſtolas quas ſcribit S Cyprianus, ibid.
Lucifer Ep. Calaritanus vocat Conſtantium Imp. præcurſorem Antichriſti, 75 3
Lugdunum in Provincia Narbonenſi, 431 3

M

MAldonati Commentariorum in Evangelia editiones poſteriores non ſunt conſentaneæ prioribus, 430 37
Malos qui non imitatur offendit, 22 82
Mandatores puniendi, 322 12
Mappalicus Martyr, 97 9
Martialis & Baſilidis epiſcoporum Hiſp. crimina, lxxx. e & ſeq. Romam petens Martialis Stephanum Papam feſellit, ibid. c in utroſque judicium Concilii Carthaginenſis, ibid. a
Martyres rotis ſuis erant torquentibus, 425 ſe nibro offerebant perſecutoribus, 88 15 per Evangelium martyres facti, 93 5
Martyrum ſepeliendorum cura, 30 29
Martyrio ultro ſe offerre prohibitum, 88 25
Martyres etiam qui non ſunt occiſi, 193 35 Martyrem non facit pœna ſed cauſa, 198 89 moritur ipſe non ſuperſtes, 194 77
Matrona Moliae nobilis & nupta, 19 67
Mauritania in duas partes diviſa, 135 h ſubdita Eccleſiæ Carthaginenſi, 194 5 137 7
Mauritani reges a ſuis ut Dei coli, 455 15
Maximus presbyter partis Novati, 125 3
Maximus presbyter Eccleſiæ Romanæ, 62 1
Mens ſcelerata habet carnifices ſuos, 312 18 mentis mala indicium tremor labiorum, 508 25
Mercatoris officium, 392 24
Milites fortiſſimos ſpolia bella conturbant, 306 8
Modeſtia magnorum virorum qui ad dignitatem trahebantur inviti, 163 73
Mœchis pacem non eſſe dandam autumabant aliqui Epiſcopi Africani, 156 60
Monachi ab initio ſolitudinem habitarunt, poſtea paulatim in urbes commearunt, 19 51
Monaſteria ſanctimonialium ſeculo iij. C 9
Mortis nomen quantum potentes mittebant Chriſtiani, 298 h
S Moyſis Martyrium quo tempore accidit, lj. a & ſeq.
Mulier communiter ſumitur pro femina quæ experta eſt virum; quamvis etiam aliquando hoc nomen pro virgine uſurpetur, 113 11
Mulieris prima virtus non videri, 361 35 Mulier cum veſte verecundiam deponit, 369 73

N

NEgligentiam ſecundi tas fovent, 85 38
Neronem adhuc vivere, & fore Antichriſtum aliqui putarunt, 155 83
Nicæni Concilii de non rebaptizandis hæreticis ſententia, 298 9
Nicoſtratus a Novatianis factus epiſcopus, 138 a
Novus epiſcopus & confeſſor, 167 2
Narrationem propriam eſt trepidata, 144 10
Novatiani eloquentia, 95 2
Novatiani ſchiſma quo tempore cœpit, L c & ſeq quo tempore ordinatus, lij. c & ſeq quam apud ordinatio ſtatim ab Africanis rejecta ut aſſuſta, lc. a fratribus in perſecutione indigentibus ſuccurrere noluit, xcv. h
Novatus presbyter apud Cyprianum in judicium vocatus, xlij. a Novatianus ex quinque preſbyteris qui ſchiſma conflaverunt adverſus Cyprianum, xliij. f & ſeq. ſe adjungit Novatiano, xlix a
Novatus non fuit Epiſcopus in Africa ſed tantum Presbiter, 144 11 ejuſdem crimina, 145 13
Nourrii Nicolai error de Donato ad quem Lactantii liber de Mortibus perſecutorum, 10 3
Numidia Eccleſiæ Carthaginenſi ſubdita, 136 7 135 5

O

OBlationes pro defunctis, 125 3
Oculi depicti, 368 66
Opum cultio quanta mala fecerit in Eccleſia Romana, 183 32
Ordines ſuſcipiebant inviti antiqui Chriſtiani, 160 25
O & V facile mutantur in ſcribendo, 26 47

P

PAchinus emendatus, 451 9
Papa nomen Epiſcopis commune, 64 2 Papa non eſt Sponſus Univerſalis Eccleſiæ, 410 12
Patientia pro pœnitentia in antiquibus codicibus, 95 3
Pavorem ut Deum venerarunt Romani, 456 23
Pax habet coronas ſuas, 98 29 Pax habet martyres ſuos 501 35
Pearſonius notatus, xxiij. d xliv. d xxvj b xxx. e xxxvj. d xlij. f lxv. e lxlij. f lviij. f & ſeq. lviij. e lxvj. e & ſeq. lxxxij. b
Peccata eſſe paria dicebant Stoici, 165 50 peccata quæ non redimebantur, 21 82
Pelagii ij. epiſtola emendata, 393 98
Perſecutio Deciana magis ſub fine recrudeſcit, xxxix. a & ſeq.
Perſona inſignis, id eſt cui reverentia debetur, xxxij b
Pertinacia in defendendis opinionibus etiam falſis damnata, 278 9
Petro datæ claves communicandæ cum ceteris, 89 9 Petrus & Paulus fundatores Eccleſiæ Romanæ, 310 5
Philippus Imp. quo menſe anni, 249 a Decio occiſus, xclj. d
Philoſophia duplex, 207 10
Placentum adulatorum, 93 3
Plebis authoritas in Epiſcopum eraniam, 260 27 Plebis ſuffragium in judiciis Eccleſiaſticis, 56 5
Pocula gemmata, 12 88
Pœnitentia baptiſma vocatur, 290 46 pœnitentia nulla ſero, 449 59
Polycarpus Epiſcopus Hadrumetinus, 133 a
Pontifex Rom. a ceteris Epiſcopis frater bis vocatus, 115 2 abſque ſuorum presbyterorum conſilio nihil agebat, 137 10
Preces in ſacrificio fieri ſolitæ prædicationes vocatæ, lxxx a
Preſbyterium quid ſit, 137 10
Presbyteri cum Epiſcopo Eccleſiam gubernabant, 129 17 Præpoſiti vocati, ibid. Presbyteri os miſcebantur ubi amatoria cantantur, 382 40
Principes amari ſe potius cupiant quam timeri, 24 92
Proſtatum eſſe plus ſignificat quam jacere, 495
Proſectorum mentis, 24 93
Prudentis eſt dolorem in adverſis ſimulare, & ſerenitatem oſtendere, 472 46

F I N I S.

Publicani, qui vectigalia redimunt, 510 9
Pudicitia quanti facienda, 362 70 Pudicitia violantia non violatur, 473 37 habet ſuum martyrium ſuum, 512 33
Pueri decimo menſe nati, 530 53 Puerorum martyria, 352 20
Pullorum edacium hiſtoria, 457 32
Pupianus lacrus ſchiſma adverſus Cyprianum annectit, lxxx. a

Q

QUæſitoris officium, 31 80 ejus iniquitas omnibus tormentis gravior, ibid.
Quæſtionarii officium, 76 8
Quoties non Quotiens legendum, 107 9

R

REbaptizandorum hæreticorum diſciplina introducta ante tempora Cypriani, 276 13
Reges & ii qui populo aliquid impendunt beneficium ut Dii venerati, 413 a
Regios emendatus, 475 33
Reliquiarum cura apud veteres Chriſtianos, 30 29
Rerum naturalium eventus hominibus imputari ſolitum, 449 26
Romana Eccleſia nullam unquam in fide maculam paſſa eſt, 189 28 eſt principalis, 195 63
Romani Epiſcopi authoritas in alios epiſcopos, 255 11
Romanorum fides laudata, 183 65
Ruſtii idem ac Ruſticus, 79 40

S

SAcerdos quamvis impius celebrans ſacrificium Euchariſtiam conficit, 439 7
Seculi incommoda, 15 48
Salmaſius notatus, 459 19 ejus error, 262 31
Salutatio matutina, 22 83
Sanctimoniales non rondebantur ante ſeculum xv. c 4
Sancti in Cœlis orant pro iis qui ſunt in terra, 108 13
Scelera diu non latent, 290 35
Schiſma quinque Presbyterorum & eorum ſcelera, xliij. d & ſeq.
Sementia gemina quid ſignificet, 007 20
Sexto omnia Eccleſiæ olim tributum, 80 24
Senex vivere incipiens quam turpe, 449 27
Senſus non vetto in eccleſiaſticis tantus quam debet 9 a
Sententias aliorum dum probamus noſtras facimus, 201 9
Signum Dei frontibus impoſitum, 203 33
Somniis fides data apud antiquos Chriſtianos, 173 9
Sorani medici dux, 307 40
Spectacula gladiatorum damnantur, 26 52 Spectaculorum interpretatio, 10 22 Spectacula prohibita Chriſtianis, 19 40 quorum tacentibus. 3. 3. P. P. Chriſtianos a ſpectaculis removerunt, ibid. ſpectaculorum mala, 20 84
Stephanus Papa vocat Cyprianum Pſeudochriſtum &c. 264 50 quomodo legatos epiſcopos Concilii Africani excepit. lxxx. a & ſeq. mortem videt anno 257 lxxxiij f & ſeq.
Stoici dicebant peccata eſſe paria, 165 50
Superſtite pro perſeverare, 230 23

T

TErtullus non fuit orator, 115 4
Teſtamenta falſa, 21 76
Teſtis oculatus plus valet quam auritus, 103 6
Theodorici Gothorum Regis laus, 24 91
Tillemontius notatus, xiv. h xxij. b xxvij. e xxx. d xxx. c f lij a lviij a f lxxvi. e & ſeq lxxxij. e
Timor innocentiæ cuſtos, 14 37 Timor aurum qui ſimulator, 24 92
Togatorum diſcuſſiones, 21 76
Tondere, & radi ignominioſum, 331 24
Tonſio Capillorum in feminas prohibita, c 4
Tormenta in judicio interdum extorquent pro veritate mendacium, 459 58
Tria fata locus Romæ ita appellatus, 73 25
Tyranni victi, 103 39

V

VEneri calvæ qua occaſione ædes conſecrata, 437 69
Ventilabri a palla diverſitas, 148 5
Verecundiæ laus, 379 73
Veritas paucorum eſt error plurium, 88 29
Vetronis Turini impoſtoria mors, 198 13
Victor Vetenſis emendatus, 400 39
Vigiliæ in plumis, 13 83
Vinum aqua mixtum in ſacramento ſanguinis Domini, 233 9
Virgines integras cuire ea vita apud antiquos Romanos turpe, 423 37
Virgines antiquitus inſpectæ ab obſtetricibus, 104 09 Virginum connubia olim in Eccleſia tolerata, non probata, 220 40
Virginitatis præmia 530 5 incipit honorari virginitas, cum virgo tota ipſa pati pro nomine Chriſti, 472 93
Viri muliebrem veſtem ſumentes damnantur, 218 9
Vitæ periculum, 36 3
Vitium virtus vocatur, 20 50
Urbes in regiones diviſæ, 124 8
Urbis vocabulo Roma deſignabatur, 173 14
Urſinus monachus non eſt author libri de Rebaptiſmate, 645 a

Digitized by Google

Digitized by Google